[redacted]

MARCI ANTONII
SABELLI
J. C. MUTILIANENSIS

SERENISSIMI MAGNI ETRURIÆ DUCIS

Rotæ Criminalis Auditoris

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM,

IN QUIBUS QUAMPLURIMÆ UNIVERSI JURIS Selectiores, Methodicæ, Practicæ, ac Decisivæ Conclusiones circa Judicia, Contractus, Ultimas voluntates, & Delicta, ad Forum Sæculare, Ecclesiasticum, & Conscientiæ spectantes, ordine alphabetico ad instar uberrimi REPERTORII habentur, ab Auctoribus probatissimis, & Decisionibus, præcipuè SACRÆ ROMANÆ ROTÆ Urbis, & Orbis Areopagi confirmatæ, cum locis ubi Materiæ distinctæ, ac plenius pertractantur.

OPUS OMNIBUS JUDICIBUS, ADVOCATIS, PROCURATORI[BUS] cæterisq; Jurisprudentiæ Professoribus, maximè utile, & ad allevandos labores apprimè necessarium; dum veluti in Promptuario ferè omnia ad Fori, Polique praxim, & usum quotidianum pertinentia, sumo studio, ac diligentia adnotata exhibentur, unà cum Discursu de prohibita munerum, & precum datione, ac receptione Judicibus, cæterisque Officialibus publicis, & Compendio Judicis perfecti.

EDITIO SECUNDA PARMENSIS.

PRÆTER BONONIENSEM, ET VENETAM,

In qua non solum quæcumque additamenta hactenùs impressa, sed etiam


Novissimæ, Probatissimæ, ac Infinitæ propemodùm, utiles, & necessariæ accessiones exhibentur,

Summo studio, ac diligentia collectæ, ac propriis locis distributæ

A LEOPOLDO JOSEPHO CRESCINI,

J. C., olim in hac Civitate Advocato publico, & Juris Criminalis, Legumque Canonicarum Interprete, modò verò Commissario Complani.

TOMUS PRIMUS.



PARMÆ, MDCCXXXIII.

Apud Hæredes Pauli Monti, sub Signo Fidei.

SUPERIORUM FACULTATE.

LEOPOLDUS JOSEPHUS CRESCINUS

Jurisconsultus, & Advocatus Parmensis, & Complani Commissarius

LECTORIBUS SUMMÆ SABELLÆ.

Quamquàm Scriptorum, qui Juri elucidando operam navarunt, infinitus propemodum sit numerus, librorumque acervus adeò auctus, ut jam pondere proprio ingens opus prægravatum, vel ipsa mole laborans fatiscere videatur, ex quo fit, ut non solùm Jurisprudentiæ Candidatis, sed & præstantissimis hujus nostræ ætatis Viris, ac præclarissimis Jurisperitis difficile admodùm sit, inter refertissimum Scriptorum numerum non minùs doctos ab indoctis, summos ab infimis, quàm utiles ab inutilibus deligere, rectumque, & proprium de singulis judicium, ac germanam proferre Sententiam: Nihilominus absolutis quantum in me fuit Theoricæ Jurisprudentiæ Præceptis, cùm jam ad divinæ hujus Disciplinæ Praxim accitus Bibliothecas tot Codicibus onustas potiùs quam divites frequentarem, semèl ac libros non paucos pervolutando, oculus, manusque incidit in auream MARCI ANTONII SABELLI Summam, ex illius illicò aspectu, quamvis in Litteraria Republica planè hospes, & peregrinus, facilè præsensi summam illam, atquè eminentem doctrinam, quæ ex illa tamquàm ex perenni omnium Scientiarum fonte, non minùs ad perpetuum nostræ Jurisprudentiæ decus, ac ornamentum, quàm ad omnium Jurisperitorum commodum, & utilitatem largè, latèque profluebat. Cùm enim plures Juris nostri Interpretes præclarissima edidissent volumina, idque non solùm varia, & diversa ratione multifariàm peregissent, sed adeò prolixè, cumulatèque, ut propter immensum voluminum numerum, quæ evoluere fas erat, omnibus Jurisprudentiæ Cultoribus summo otio, summaque librorum copia abundare oporteret, ut ex tam variis, & plenis tractatibus, quæ suo singuli munèri debebant, rectè cognoscere possent: Cùmque insupèr plures alii Authores plura scripsissent Repertoria, ut ajunt, Summas, & Bibliothecas, eaque vel compendiosè nimis, & perfunctoriè, vel nimis dubitantèr, & remissivè, adeò ut dùm laborem imminuere studebant, tædium simùl ingererent, & obscuritatem, hoc unum, quod mihi valde utile, jucundum, & necessarium videbatur, summoperè etiam ab omnibus desiderandum putabam, ut hæc omnia tàm diffusè, & dispersè in tot, & tantis, tàm variis, & diversis voluminibus pertractata faciliori via, ac clariori methodo ad majorem Profitentium commodum, & utilitatem, iterùm redeunte Justiniano in unum veluti

§ corpus

corpus redigerentur. Quod ſanè ab uno adhùc MARCO ANTONIO SABELLO, quem cum laudo, nihil cæteris detractum eſſe profiteor, mirabilitèr peractum inveni in ejus nunquàm ſatis laudata Summa, ex qua veluti ex quodam armamentario quemlibet brevi tempore, parvo ſumptu, nec magno labore non ſolùm ad copioſè dicendum, atquè ſcribendum, ſed & ad firmitèr judicandum, facilè inſtrui poſſe perſpiciebam, utpotè qui cum ſumma brevitate permultùm amica memoriæ, ſummam dicendi claritatem, atquè addiſcendi facilitatem conjunxerat. Verùm enimverò quæ tunc veluti cæcus ad Solis radios comprehendi, tractu deindè temporis apud præclariſſimos noſtræ ætatis viros incomperto eſſe priùs oculo, deìn mente percepi; Sæpè enim ac ſæpius legendo, ac perlegendo inveni illud adeò novum, & inuſitatum teſtimonium, mirificum hunc Authorem eſſe doctiſſimum, copioſiſſimum, ut una voce rem abſolvam, omniſcium, quemadmodúm legitur, ut alia plura loca omittam, apud Blaſium Altimarium noſtræ ætatis Juriſconſultum præſtantiſſimum, qui poſtquam Sabellum tèr doctiſſimum, atquè copioſiſſimum appellavit, addidit * *& qui in ejus Summa omnia Scivit*. Quapropter, quemadmodùm Summa illa utilitas, & delectatio, quam uſquè ab initio ex hujuſmodi Authoris lectura præſenſi, me ad illius amorem vehementèr incitavit, ità etiàm tot præclariſſimorum Virorum teſtimonia, & præſertim honorificentiſſima vox Blaſii Altimarii, quæ valdè auribus meis obſtrepit, me adeò ad aſſiduum illius ſtudium impulit, ut quidquid, vel privatè ſtudendo, vel publicè docendo percipiebam, ad illius normam, & imitationem in ſcriptis redigerem: Cùmque id multorum annorum ſpatio plura colligendo, atque annotando peregerim, Annotationeſque non mediocritèr excreverint, iterùm hujus doctiſſimi Viri Amor adeò ad illas typis dandas extimulavit, ut laborem humeris, licèt viribus imparem, imponere non ſim veritus, ad id etiam me adhortante GUIDO SABELLO noſtræ ætatis viro præſtantiſſimo, ac noſtri Authoris filio meritiſſimo, cujus exemplum imitatus, aliis imitandum propono. Accipite ergò hujus præclariſſimi Authoris præclariſſimi Amatores has meas acceſſiones fortè, nec ineptè, ut reor, nèc incongruè congeſtas, quæ licèt ex ſe nèc precium mereantur, nèc æſtimationem, precium ſaltèm acceſſionis fortè habituras non deſpero, cùm ab uno Marci Antonii Sabelli Amatore, velùt exiguæ plantæ ab altis, & fecundiſſimis radicibus erumpentes proveniant. Eas præcipuè edidi, ut vos tamquam hujus Doctiſſimi Authoris Amatores, vel labore adjuvarem, vel ſaltem excitarem exemplo ad conſimile, majuſque beneficium vos invitando, ideoque tamquàm ab Amore progenitæ veſtrum omnium Amorem efflagitant. Hoc igitur fretus, vos interìm monitos velim, me ideò hæc mea additamenta aliquo ſpeciali ſigno, ut mos eſt apud Noſtrates, annotare prætermiſiſſe, quoniam eadem Deo Dante in peculiari volumine, ſi non ut in votis eſt, ſaltèm ea, quà potero diligentia recollecta, quamprimùm me evulgaturum eſſe confido. Verùm ſiquis nimis curioſus hoc interim ſpacio hæc noſtra additamenta vellet exquirere, utramque adeat Editionem, Venetam ſcilicèt, & Parmenſem, & facta inter eaſdem comparatione, non minùs acceſſionum numerum, atquè ordinem, quàm addendi modum, & formam facilè inveniet.

IDEM

* In celebri tractatu *de nullit. rubr. 1. quæſt. 1. num. 747. verſ. fin. tom. 3.*

IDEM LEOPOLDUS JOSEPHUS CRESCINUS LECTORIBUS SUMMÆ SABELLÆ,

De totius operis divisione, & de omnibus additamentis hactenùs impressis.

TOMUS PRIMUS in principio continet MARCI ANTONII
SABELLI discursum de prohibita munerum, & precum
datione, interpositione, ac receptione, Judicibus, aliisque
Ministris publicis, & maximè pro foro Conscientiæ.
Continet etiam ejusdem MARCI ANTONII SABELLI
Summam diversorum tractatuum adinstar Repertorii,
nempè a Litt. A. usque ad Litt. D inclusivè.
Nèc non additamenta GUIDI ANTONII SABELLI ejus-
dem Auctoris Filii propriis locis distributa.
Itèm LEOPOLDI JOSEPHI CRESCINI accessiones, non solùm diverso-
rum Doctorum cumulatorum in corpore cujuscumque paragraphi, sed
etiam plurimarum conclusionum collectarum in fine omnium, & singulo-
rum paragraphorum, tàm in prima, quàm in secunda Parmensi editione.
Insuper *sub Litt. A. § Admissio ad novas defensiones* 15 *n.* 9 *fol.* 84., *& seqq.* habe-
tur votum Auctoris, qualiter admissus ad novas defensiones teneatur pro-
bare suam innocentiam, alias sententia contra eum exequenda.
Sub Litt.C. § Colonus 23. *n.* 30 *fol.* 332. habetur quoddam responsum additum
in secunda Parmensi editione, an Coloni Ecclesiæ, & Clericorum sint im-
munes ab onere præstandi carregium Feudatario.
Sub eadem Litt.C. § Confessio 35 *n.*8, *fol.* 391. habetur Consilium Auctoris de
Confessione Cedentis, an, & quando probet contra Cessionarium. Et de
extinctione census resultante ex restitutione pretii illius absque retroven-
ditione, vel Instrumento
Sub dict. Litt C § Confines 36. *n.* 45 *fol.* 395 habetur votum D Joseph Ambro-
sii Brunetti in celebri causa confinium Feudi Bastiæ, & Licianæ, additum
in hac secunda Parmensi editione.
Sub dict. litt C. §. Consuetudo 43. *n.* 36 *& seqq. fol.* 422. habetur votum Auctoris
in materia Consuetudinis quoad Legitimationem Processuum Criminalium.
Sub dict. Litt. C § Creditor 52. *n.* 77. *fol.* 458 habetur Consilium Auctoris, an
Creditor census vocatus per proclama generalia ad concursum aliorum
Creditorum, & instans graduari pro sorte, & fructibus, absque præjudi-
tio suorum Jurium, possit compelli capere tot bona stabilia pro censu, &
fructibus, & ad quid teneatur fidejussor.
TOMUS SECUNDUS continet MARCI ANTONII SABELLI Sumam diversorum
tractatuum adinstar Repertorii, nempe a Litt. C usque ad Litt I inclusivè.
Nec non additamenta GUIDI ANTONII SABELLI ejusdem Auctoris Fi-
lii propriis locis distributa.
Itèm LEOPOLDI JOSEPHI CRESCINI accessiones, non solùm diverso-
rum Doctorum cumulatorum in corpore cujuscumque paragraphi, sed
etiam plurimarum conclusionum collectarum in fine omnium, & singulo-
rum paragraphorum tàm in prima, quàm in secunda Parmensi editione.
Insuper *sub Litt. F § Falsitas* 4. *nu* 41 *fol.* 190. habetur D. Dominici Factorei
Responsum Juris in causa prætensæ falsitatis ad defensam D. Sebastiani
Aleotti, additum in secunda Parmensi editione.
Sub dict Litt. F dict §. Falsitas fol 194. habetur aliud Juris responsum D. Jo-
annis Taghavini in eadem Causa, additum in secunda Parmensi editione.

Sub

Sub ead. Lit. F. §. Furti 28. *n.* 43. *fol.* 339. habetur votū Auctoris in materia Furti.
Sub eadem Litt. F. dict. §. Furtum dict. n. 43. *fol.* 349. habetur aliud votum in eadem materia Furti, additum in hac secunda Parmensi editione.
Sub Litt. G. §. Gabella 1. *n.* 41. *fol.* 362 habetur Responsum Auctoris in causa propria circà Gabellas contractuum.
Tomus tertius continet MARCI ANTONII SABELLI Sumāam Diversorum tractatuum adinstar Repertorii, nempè à Litt. L. usque ad Litt. Q. inclusivè.
Nèc non additamenta GUIDI ANTONII SABELLI ejusdem Auctoris Filii propriis locis distributa.
Itèm LEOPOLDI JOSEPHI CRESCINI accessiones, non solùm diversorum Doctorum cumulatorum in corpore cujuscumque paragraphi, sed etiam plurimarum conclusionum collectarum in fine omnium, & singulorum paragraphorum, tàm in prima, quàm in secunda Parmensi editione.
Insuper *sub Litt. L. §. Legatum* 5. *num.* 257., *&* 258. *fol.* 38 habetur Responsum præclarissimi J. C. Joannis Fedolfi, an comestibilia, potabilia, oleum, ligna prò domus provisione parata, Libri, eorumque capsæ, pecuniæ, & Calix argenteus in domo reperta sint compræhensa in Legato omnium suppellectiliū, utensilium, & massaritiarum domus lato modo, & impropriè sumptarum, quod quidem Responsum additum fuit in secunda Parmensi editione.
Insuper *sub Litt M. §. Militia* 21 *n.* 21. habetur responsum Auctoris, qualitèr olim, & hodiè Milites seditiosi, & tumultuantes contra eorum Ducem, vel Superiorem puniantur in auctoribus seditionis, vel tumultus, & alia ad rem.
Item *sub Litt. O. §. Officia* 5. *n.* 25. *& seqq fol.* 368. habetur consilium Auctoris, quando dicantur Officiales facere concussionem, vel extorsionem, & alia.
Sub ead. Litt. O. d. §. Officia n. 84. *fol.* 374. habetur Responsum celebris Advocati Lucidi Romani in eadem causa.
Sub Lit. P. §. Parricidiū 3. *n.* 7. *fol.* 403. habetur votū Auctoris in causa Infanticidii.
Sub eadem Litt. P. §. Pecunia 13. *n* 21. *fol.* 448. habetur votum Auctoris, qualitèr pecuniam sacram, vel publicam, sive Principis subtrahens, & in proprios usus, vel aliorum convertens, sive sit Officialis, vel Exactor, vel Thesaurarius, vel privata Persona, crimen peculatus committat, & quibus pęnis puniatur, & an aliquando excusari possit.
Item sub eadem Lit. P. §. Pęna 14. *n.* 39 *fol.* 456 habetur votum Auctoris, an pœnæ, ubi à Lege, vel Statuto pro parte applicantur Judici, debeantur ei, qui condemnavit, an verò ei, qui sententiam confirmavit, vel Successori, & alia.
Sub Litt. Q additus fuit *§. Quindennium* 7. in secunda Parmensi editione.
Item *sub eadem Lit Q* additus fuit *§ Quota* 8 pariter in hac 2. Parmensi editione.
Tomus quartus continet MARCI ANTONII SABELLI Sumām diversorum tractatuum adinstar Repertorii, nempè à Litt. R. usque ad Litt. V. inclusivè.
Nèc non additamenta GUIDI ANTONII SABELLI ejusdem Auctoris Filii propriis locis distributa.
Itèm LEOPOLDI JOSEPHI CRESCINI accessiones non solùm diversorum Doctorum cumulatorum in Corpore cujuscumque paragraphi, sed etiam plurimarum conclusionum collectarum in fine omnium, & singulorum paragraphorum, tàm in prima, quàm in secunda Parmensi editione.
Insuper *sub Litt. R §. Renuntiatio* 13. *n.* 103. *fol.* 53. habetur Consilium præstantissimi J. C., & Consiliarii Laurentii Masini in materia Renunciationis.
Sub Litt. V. §. Ususfructus 23. *nu.* 28., *& seqq. pag.* 566. habetur Responsum D. Aloysii Mansi præclarissimi Advocati Lucensis, de Usufructu debito Patri in bonis Filiorum, non amittendo per mortem naturalem, vel civilem eorumdem, sed duraturo durante vita Patris.
Itèm *ibid. num.* 38. *pag.* 570. habetur aliud Responsum ejusdem D. Advocati Aloysii

Aloyſii Manſi; an ſcilicèt uſusfructus poſſit prohiberi Patri, non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè per conjecturas, & quales.

TOMVS QVINTVS continet Mantiſſam complectentem recentiſſimas, & ſelectiſſimas diverſorum Juris Procerum Allegationes, & plurium Tribunalium Deciſiones univerſam Summam Marci Antonii Sabelli approbantes, confirmantes, & laudantes, juxtà ſeriem, & Ordinem Tomorum ejuſdem Summæ diſpoſitas, & in hac ultima Parmenſi editione à Leopoldo Joſepho Creſcini novis Argumentis, Summariis, ac Indicibus exornatas.

Item in hac poſteriori Parmenſi editione in prædicta Mantiſſa *ad Tom 3. c. 16. pag. 121.* additum fuit Reſponſum D Jo. Fedolfi olim in Civitate Parmæ præſtantiſſimi Advocati, & in Epiſcopali Curia Provicarii Generalis meritiſſimi in Cauſa Primogenituræ pro Illuſtriſs D. March. Uberto Pallavicino Feudatario Tablani.

In ead. Mantiſs *ad d. Tom 3. cap. 17. fol 126.* in hac pariter ſecunda Parmenſi editione additum fuit Reſponſum ejuſdem D Jo: Fedolfi in cauſa Primogenituræ Lalata pro D. Angelo Ugolino Lalatta contra D. March. Octavium Lalatta.

In eadem Mantiſſ. *ad dict. Tom. 3., & dict cap. 17. fol. 130 n 56* additum fuit in hac ſimiliter ſecunda Parmenſi editione Reſponſum Illuſtr., & Excellentiſs D. Jo: Franciſci Zanelli, olim in hac Civitate Parmenſi Advocati, & poſteà Sereniſſimi Ducis Noſtri Conſiliarii meritiſſimi, modò Civitatis Placentiæ Gubernatoris in eadem Cauſa.

In ead. Mantiſſ *ad dict. Tom. 3. cap 18. fol. 134.* ſimiliter in ſecunda Parmenſi editione additum fuit Reſponſum D Marci Venturini Pontremu'enſis in Florentina Curia Advocati præclariſſimi in cauſa Parmenſi primogenituræ de Pallavicinis.

In ead. Mantiſſ *ad dict. Tom. 3. cap. 19. fol 137.* in eadem ſecunda Parmenſi editione addita fuit Deciſio præſtantiſſimi D Marci Antonii Naſi J.C, & Curiæ Foldenovi Commiſſarii in Cauſa Primogenituræ Foldenoven:, ſubſcripta à plurimis celeberrimis Italiæ Juris Conſultis.

In ead. Mantiſſ. *ad Tom. 4 cap. 1. fol. 1.* addita fuerunt pariter in ſecunda editione Parmenſi dubia excitata ab Illuſtriſs. D. Conſil, & Præſid Sereniſs Cameræ Parmæ Jo: Paulo Nicello Conjudice contra Reverendiſs P. Abbat., & Admod. Reverend. Monachos Monaſterii S. Martini in cauſa aquarum Naviliæ, & Reſolutio eorumdem dubiorum D Petri Mariæ Pezzalii J U., ac Sacr. Theol. Doctoris nec non Sanct. Inquiſit. Par. Conſult, & olim Advocati in eadem Civitate præclariſſimi.

In ead. Mantiſſ. *ad dict. Tom 4. cap. 2. fol. 38* in enunciata poſteriori Parmenſi editione addita fuit controverſia Legalis ejuſdem D. Petri Mariæ Pezzalii, in Parmenſi Cauſa Teſtamenti pro D. Octavia Mambriana cum D. Petro Philippo Mambriano Filio.

In ead Mantiſſ. *ad dict. Tom. 4. c. 3. fol. 76.* in dicta ſecunda editione Parmenſi addita fuerunt dubia excitata ab Illuſtriſs D. Conſ. Julio Platono Parmæ Guber., & Offic Cavament. Superintendente contra Reverendiſs. P. Abbatem, & Admod. R.R. Monach. Monaſt S. Jo: Evang Congreg. Caſſin. in cauſa aquarum Villæ Caſellarum D. Abbatis, & Canalis Torani; & Reſponſum dict. D Petri Mariæ Pezzalii in eadem cauſa *ibid fol 81. nu 59.*

In ead. Mantiſs. *ad dict tom. 4 cap 4. fol. 115.* ſimilitèr in ſecunda Parmenſi editione addita fuit Magiſtralis Deciſio edita ab Illuſtriſs. D. Conſil Nicolao de Comitibus Judice Delegato à Sereniſs. D. D. Duce Parmæ, & Placentiæ in cauſa vertente inter Fratres, & Sorores de Imola, Delpho, & Ghirardellis, Actores ex una, & D. D. Agentes Venerandæ Societatis appellatæ de

Ru-

Rubeis Reos parte ex altera conventos in prima Instantia. Et responsum Illustris, & Excellentiss. D. Co: Leonelli de Leonellis J. U. D. Colleg Paduæ in eadem Causa *ibid. dict. cap. 4. part. 2 fol. 127.*
In ead. Mantiss. *ad dict. Tom. 4 cap. 5. fol. 153.* additum fuit in præcitata secunda editione Parmensi Responsum ejusd. D. Petri Mariæ Pezzalii pro D. D. Co: de Scutellariis cōtra D. D. de Calcaneis, in Causa Parmens. Fideicom, & Legat.
In ead. Mantiss. *ad dict. Tom. 4. cap. 6. fol. 160.* pariter in secunda Parmensi editione additum fuit Responsum D. Joseph Illariuzzi, olim in hac Civitate Parmæ Advocati celeberrimi pro D. Francisco de Oppicis contra D. Sanctum de Giliis in causa Parmensi restitutionis inintegrum.
In ead. Mantiss. *ad dict. Tom. 4. cap. 6 fol. 173.* in præallegata posteriori Parmensi editione additum fuit Responsum D Jo: Fedolfi in Causa Sponsalium
In ead. Mantiss. *ad dict. Tom. 4. cap. 8 fol. 165.* similiter in enarrata Parmensi posteriori editione addita fuerunt motiva in causa Parmensi de Platea, & Responsio ad eadem motiva laudati D. Advocati Fedolfi in materia Successionis Statutariæ.
In ead. Mantiss. *ad dict. Tom. 4 cap 9 fol. 170.* in hac quoquè ultima editione additum fuit Responsum D Antonii Luchetti J C. Collegiat, & olim in hac Civitate Parmæ Advocati meritissimi in materia licitæ defensionis.
In ead. Mantiss *ad dict Tom 4 cap. 10 fol. 175* pariter in secunda Parmensi editione additum fuit Responsum Illustris, & Excell.mi D. Petri Aloysii March. à Rosa J. U. D. Parmensis, olim Serenissimi D. D Ducis Francisci Consiliarii à Latere, atque Equestris Ordinis Militaris Imperialis Constantin. S. Georgii Equitis Magnæ Crucis, ac Magni Thesaurarii in causa Stupri.
In ead Mantiss. *ad dict Tom. 4. cap. 11. fol. 189.* pariter in dicta Secunda Parmensi editione additum fuit Responsum celeberrimi Advocati Romani in causa Parmensis Vicariatus.
Tandèm in ead. Mantiss *ad dict. Tom. 4. cap. 12 fol. 182.* addita fuit Parmensis Juris, & facti controversia summo studio elaborata à D. March Joseph Mitenio pro exclusione Juris non decrescendi, & accrescendi in causa Illustris D. D. de Scachinis.
Tomus sextus in principio continet Indicem rerum notabilium, quæ habentur in Mantissa, seù Decisionibus, & Allegationibus Tomi Quinti præcedentis, de novo additum in hac ultima Parmensi editione.
Itèm continet varias Juris Resolutiones MARCI ANTONII SABELLI.
Continet tandèm Indicem rerum notabilium, quæ habentur in prædictis resolutionibus MARCI ANTONII SABELLI.
Tomus septimus continet MARCI ANTONII SABELLI Modum construendi, & resolvendi Processus Criminales in Statu Ser. Magni Ducis Etrur.
Itèm cōtinet ejusd. MARCI ANTONII SABELLI Practicam universalem.
Et tandem continet Indicem ejusdem Practicæ universalis.
Tomus octavus, & ultimus continet Indicem generalem, seù Clavem totius Summæ SABELLÆ.
Et in hac secunda Parmensi editione exhibentur etiam propriis locis distributæ conclusiones, quæ habentur in novissimis additionibus LEOPOLDI JOSEPHI CRESCINI.
In enunciato tamen indice generali ob absentiam Auctoris omissæ fuerunt quamplures conclusiones, quæ continentur in novissimis additionibus posterioris Parmensis editionis in tertio, & quarto tomo, quamobrèm oportet, non solum eumdem Indicem legere, sed etiam in corpore ipsos Paragraphos prædictorum tomorum videre.

AU-

A U C T O R
AD LECTOREM SUMMÆ.

NON tibi, sed mihi sub compendio scripseram, Amice Lector, neque scripta ista evulgandi animus unquam fuit, nisi postquam ad hanc Summam paulatim creverint volumina, & suggestio quædam, ut puto, vel magis cupio à spiritu charitatis ducta pulsare cæpit, fore & aliis profutura si in lucem darem; licèt modò tempus, & vires deficiant formam mutandi, & in meliorem redigendi, prout ingenii tui sublimitas postularet: Sed quæcunque demum sunt per multos annos elucubrata (non in scirpo nodum quærens, sed utilitati consulens) penes me hucusque ferè inutilia, ne dicam apud quosdam temporum calamitate damnosa, etsi nonnulla mutila, & alia abundantia, tibi libenter offero, ut meliore, si libet, utaris fato, temporis consumpti rationem reddam, & ne talentum à Domino donatum, cum servo nequam prorsus abscondisse videar. Multa sunt pro veteranis Professoribus ad memorandum, & pro junioribus ad demonstrandum, quandoquidem ad juris, vel Doctorum fontes unde sumpsi, me retuli, ne ulterius cresceret Opus, quod totum plura ad libitum implebit volumina, & horum primum nunc pro arrha exhibetur; alia si gratum esse conspicietur, sub incessante Prælo cudentur, sin minus in sua privata sorte, ad cujus usum parata fuere, remanebunt: sicque tuum erit publici, vel privati juris effi i: hoc unum tibi compertum sit, jam omnia esse disposita, nec aliud quam tuæ benignitatis testimonium, & Impressorum commodum expectari. Si quid dignum intellectu, & usibus tuis reperies, id illi acceptum referas, à quo omne datum optimum desursum est, descendens à Patre luminum; & qui dat sapientiam parvulis, abscondita illis revelat; & linguas infantium facit disertas.

O utinam labores isti infessi, in quibus ætatem consumpsi, mihi ex infinita Bonitate Dei, qui dedit velle, & posse adscriberentur ad salutem, prout sæpissimè de hoc illam rogavi, & nunc humillimè exoro, & jam omnia consecutus essem. Rogo & eos, quibus fortassè placuerit Summam perlegere, ut teneant, quæ libent, & non carpant, sed humaniter, quæ non placent, emendent, scientes nil ad lucubrandum durius, nil mollius ad judicandum.

Aliorum ingeniis libenter & ratione cedo; meum tantùm laborem pro aliis sublevandis profiteor, & gratum cupio, ad profectum siquidem omnia tendunt, & non quæritur plausus, sed tantummodò salus, & indulgentia de audacia desideratur, quam etsi fortè non assequar, non indignabor, sciens communem scribentium sortem, & Lectorum conditionem, nec cujusquam sanè hucusque ab omnibus par sum nomini; imò meliora sæpè ab indoctis impugnari, sed & mediocria etiam à sapientibus commendari, nec laudem, gloriamve consequi quem nullus odit, & cui nemo contradicit, sed per contraria virtutem elucescere magis, quin magis

Labor sine præmio felix:
Honor sine honore beatus:
Felix sine pretio virtus:
Vita sine vita beata.

Vale, æqui, bonique consule, & meliora semper in sequentibus voluminibus expecta.

Auriculas captat verborum copia, corda
Vox operum: Bipedes hæc juvat, illa placent.

INDEX

MAR.

MARCI ANTONII
S A B E L L I
J. U. D. MUTILIANENSIS

Discursus de prohibita Munerum, & precum datione, interpositione, ac receptione, Judicibus, aliisque Ministris publicis, & maximè pro foro Conscientiæ.

SUMMARIUM.

Aperiat Dominum os meum in laudem, & gloriam suam.

Vera Sapientia Deus.

NOn ut Aristarci partes assumam, sed ut benè agere discam, aliisque meliùs veritatem indagandi, & sequendi occasionem præstem, magnum in qualitate virtutis, licèt parvum in quantitate molis opus aggredior, dum humano timore solutus, veritati intentus, materiam istam de prohibita, permissivè judicibus munerum, & precum datione, interpositione, & receptione inter Theologos, atque Jurisperitos maximè controversam, ac altas quæstiones continentem, breviter tractandam Deo adjuvante suscipio, & incipiendo à muneribus regulam universalem constituo.

Judices debere præ omnibus aliis mundas servare Deo, & Justitiæ manus, aliàs homicidia, invasiones, vulnera, adulteria, raptus Virginum, commerciorum confusio, & contemptus legum, atque ipsorum Judicum, citò violatur justitia auro, nullamque reus pertimescit culpam, quam nummis redimere putat, & pauper dum non habet quod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, & ideò non licet justum etiam judicium vendere, & tantò minus injustum, etsi liceat Advocato justum patrocinium, & rectum Consilium vendere, ut colligitur ex traditis per Justinianum *in §. oportet Authen. de Mandat. Princip. in Auth. ut Judic. sine quoque suffr. in princ. §. Administrationes in Auth. de Judic. §. si quis autem in fine collat. 6. c. pauper 11. q. 3.* & benè explicat Paul. Christin. *ad leg. Municip. Mechlin. tit. 1. art. 2. per tot.* ubi proptereà admonet Principes providere, ne quis sit in administratione justitiæ nisi habeat salarium publicum sufficiens, ex quo possit commodè vivere, ac idem docet Menoch. *de arb. cas. 514. per tot.* 1 2

Quapropter pœnæ plures olim (etiam excoriationis pellis ad aliorum terrorem, sedi Tribunalis affixionis, & similes) ac etiam hodie fuerunt, & sunt judicibus, muneribus, vel pecunia corruptis impositæ, quas ad longum prosequuntur, & extraordinarias, vel arbitrarias juxta facti, & personarum qualitates esse profitentur, Menoch. *de arbitr. cas. 381. per tot.* Farinac. *q. 111. n. 14. & seqq. ad* 98. Decian. *tract. crim. lib. 8. cap.* 34. Alvarez de Velasc. *de jud perfect. Rub. 9. ann.* 3. ubi de pœnis à jure Civili, Canonico, & Regio sancitis contra Judices munera recipientes, Socin. *reg. 55. verb. Baratteria*, Card. Tusch. *litt. I. conclus.* 408. *n. 2. & seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. titul. 5. n. 75. & seqq. fol. mihi* 48. Paul. Cristin. *decis. Belgic. 95. vol.* 4. Bajard. ad Clar. §. *fin. q. 73. ubi etiam n.* 24. quod unus officialis sciens alium officialem baratteriam commisisse tenetur revelare per text. *in §. necessitatem Auth. ut Judic. sine quoque suffragia*. Et qualiter in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ puniantur Judices in judicando corrupti per pecuniam, vel aliter, nempè pœnis pecuniariis, privatione officiorum in perpetuum, infamia, & hujusmodi, Petr. Cabal. *resol. crim. cas. 116. n. 7. &c.* dixi in Praxi, *§. Præsenti per tot. & in summa §. Judex n. 21. & seqq.* ubi plura ad propositum. 3 4

Dicuntur autem Judices per sordes judicasse, & baratteriam commisisse cum aliquid acceperint, vel fuit sibi promissum, vel remissum, vel mutuatum, vel aliud eis commodum causatum à litigantibus ante sententiam, ut illam proferant, etiam sub nomine sportularum non debitarum, vel ut justitiam faciant, vel causam celeriter expediant, & licèt ipsi nihil promiserint, vel si promiserint, & non fecerint, & licèt spontè fuerit datum, vel oblatum, ut bene declarat Menoch. *de arbitr. dict. cas.* 341. *num. 18. & seqq.* Decian. *dict. lib. 8. cap.* 34. Farinac. *d. q. 111. num. 138. & seqq. per totum*, Boer. *decis.* 153. Parid. *de Sindic. verb. corruptio*, Mascard. *de probat. conclus. 164. & seqq. & conclus.* 453. 5

Omni igitur jure prohibita est Judicibus, aliisque officialibus publicis munerum, sive donorum receptio præcipuè in pecunia, etiam minimæ quantitatis, ita ut antiquo jure hæc munera vocentur furta, & rapinæ, Alex. *cons. 206. num. 9. & 11. lib.* 2. Menoch. *de arbitr. cas. 519. n. 1. & seq.* Viv. *decis.* 113. Decian. *d. lib.* 8. *cap. 35. n. 14.* Farin. *d. q. 111. n. 235. & seqq.* 6

Primò de jure Divino, quod potissimum est, & nulla malitia evitari potest, cum omnia nuda, & aperta sint oculis Dei; Scriptum est enim Exod. *cap.* 23. (loquendo de judicibus.) *Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subvertunt verba justorum.* Deut. *c.* 16. *non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba justorum.* Ecclesiast. *cap.* 20. *Xenia, & dona excæcant oculos judicum, & quasi mutus in ore avertit correptiones eorum.* David Psalm. 14. interrogando Deum, quis habitabit in tabernaculo ejus, respondit ex eisdem Domini sententia. *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram & munera super innocentem non accepit.* Isaiæ *cap. 5. væ* 7

qui

qui justificatis impium pro muneribus, & justitiam justi aufertis ab eo. Regum *lib. 1. cap. 8. acceperunt munera, & perverterunt judicium.* Job *cap. 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.* D. Hieron. in Soph. *cap.* 3. judices munera, Xeniaque capientes, & justitiam vendentes, Lupos Arabiæ, & Vespertinos rectè appellat, qui noctis tempore comedunt, & in manè nihil relinquunt: iterùm Deuter. *cap.* 27. *Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis*, Proverb. 17. *munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas judicii*, Isaiæ *cap.* 1. *Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.* Micheæ *cap.* 3. *Principes ejus in muneribus judicabant, & Sacerdotes ejus in mercede docebant, & prophetæ ejus in pecunia divinabant, &c. propter hoc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur*, & similia judicibus pavenda coogerunt Menoch. *de arbitr. cas.* 517. *n.* 9. *&c.* Prosper Rendell. *tract. de vinea, &c. fol. mihi* 90. & 91. *tit. de esculent. & poculent. official.* Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. rub.* 9. *annot.* 1. Farinac. *quæst.* 111. *n.* 235. ubi inter cætera, quòd nullum est officium tam sanctum, tamque perfectum, aut solemne, quod avaritia comminuere, atque violare non soleat; muneribus non homines solùm, sed & Deos flecti consuevisse: etiam Ethnici clamare solebant, ubi igitur muneribus agitur, justitiæ locus esse non potest, nec cum legibus pacem habere possunt judices, qui munera recipiunt: Sunt enim tanquam equus, & mulus, quorum maxillas dona, velut chamo, & fræno constringunt, nam avaritia plerumque sensus habetat humanos, & pervertit opiniones, ut quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ: cæca est avaritia, sed diversis fraudum occulta ingeniis in omnibus mala, in judicibus teterrima, dum ab eis justitia venditur, veritas cavillationibus offuscatur, venales fiunt leges, quas liberrimas esse oportet, & pecunia justificat delinquentes; aurum judicat, dum latet in occulto, & sententia profertur in publico: cor judicum circa divites emollit, erga pauperes verò ad exercendum rigorem impellit, ut perbellè demonstrat D. Ambr. *serm.* 13. *in festo S. Alexii*, D. Petr. Damian. *opusc.* 12. *apolog. de contemp. sæcul. c.* 29. & alii relati per Velasc. *d. rub.* 9. *annot.* 1.

8 Secundò prohibita sunt munera judicibus, & officialibus de jure Canonico per text. *in c. statutum ibi nullum munus, &c. de rescript. in* 6. *c.* 1. *de sent. & re jud. in* 6. *glos. in cap. cum ab omni in verb. præter expensas, vers. munera de vit. & honest. Cleric.* Farinac. *q.* 111. *n.* 236. Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 9. *annot.* 2. *n.* 5.

9 Tertiò de jure Civili antiquo per text. in *l. Plebiscito, ff. de off. Præsid. & in l. solent, §. fin. C. de offic. Proconsul.* Farin. Velasc. *loc. prox. cit.*

Quartò de jure novo Authenticorum per text. *in Auth. ut Jud. sine quoque suffrag. §. scriptum est exemplar., & in §. sunt præterea instit. de pub. judic.* cum similibus relatis per Velasc. *d. annot.* 2. *n.* 3. *& per nos supra in princ.* quæ jura nova prohibent etiam parvi muneris receptionem, & videntur corrigere leges antiquas digestorum permittentes esculenta, & poculenta juxta intellectum Accursii in *d. Auth.*

10 Quintò de jure Municipali ferè ubique vigente, & præcipuè Florentiæ per bannimenta edita sub die 12. Februarij 1549. & 19. Decembris 1576. prohibentia dari, & recipi munera quibuscunque judicibus, Magistratibus, vel aliis officialibus publicis [exceptis esculentis, & poculentis non excedentibus valorem unius scuti, dummodò ex mera liberalitate, amicitia, vel sanguinis conjunctione procedant, & non ex causa litis, vel publici negotii, nam ex causa litis, vel negotii publici, nec ante, nec post, tantò minus ea durante non potest quidquam recipi] sub pœna quocunque casu recipientibus infamiæ, privationis *ipso facto* officii, & aliorum officiorum in perpetuum, amissionis rerum acceptarum, vel illarum valoris, & scutorum ducentorum auri in auro, dantibus verò sub pœna amissionis omnium suorum jurium *ipso facto*, absque alia declaratione, rerum donatarum, vel etiam valoris, & scutorum centum auri in auro; proxenetis, mediatoribus, portatoribus, vel aliis de familia complicibus sub pœna ictuum funis, confinii, stincarum, amissionis, vel valoris, & scutorum centum auri, sub quibus, & eisdem pœnis comprehenduntur etiam dantes, recipientes pro obtinenda gratia, rescripto, officio, beneficio, gradu, commeodatione, expeditione causarum, vel aliis negotiis etiam non litigiosis: dictæ causæ sunt cognitionis Magistratus Dominorum Octo Baliæ Virorum, & pœnæ pecuniariæ, ac restitutionis applicantur pro tertia parte Fisco, pro tertia Magistratui exigenti, & pro alia tertia notificatori; delicta hujusmodi probantur juramento notificatoris cum uno teste fide digno, & semper possunt puniri, non obstante quavis præscriptione, atque etiam tenentur hæredes pro pœnis pecuniariis, & solutione rerum, ut in dicto bannimento anni 1576. & in mea Praxi §. *Præsenti per tot.*

Quæ quidem bannimenta sunt prorsus juri commu- 11
ni conformia, & summa prudentia referta, ut ex prædictis, & inferiùs dicendis clarè constabit, & licèt pœnalia, ac laicalia, etiam in his, quæ jure naturali, aut Divino continerentur (quidquid nonnulli contrarium sentiant] cùm sint de materia gravi, multum periculosa, & ad obviandum fraudibus, ac corruptelis, habent vim obligandi, & obligant etiam in foro conscientiæ ad peccatum mortale, vel veniale juxta gravitatem, vel levitatem materiæ, & juxta illorum tenorem videntur impedire translationem, & respectivè acquisitionem dominii rerum donatarum, ad latè tradita per Ludovic. Carbon. *tract. de legibus lib.* 7. *disput.* 1. *& seqq. & lib.* 8. *disp.* 4. *& seq.* Covar. *in C. peccatum part.* 2. *§.* 5. *n.* 1. *& seqq.* Guttierez *de Gabell. q.* 2. *n.* 12. *& seqq.* Salas *de legib. q.* 96. *art.* 14. *disp.* 10. *sect.* 1. *n.* 6. *&c.* Alph. à Castr. *de potest. leg. pœn. lib.* 1. *cap.* 4. Navar. *in manual. cap.* 43. *num.* 4. Medin. *de restit. q.* 24. Molin. *de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 27. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 5. Suarez *de legibus lib* 3. *cap.* 21. Layman. *Theo. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 14. Sperel. *decis.* 46. *n.* 6. *& seqq. decis.* 103. *n.* 51. *& decis.* 147. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 62. *n.* 1. *& vol.* 2. Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 12. *num.* 17. *& seqq. per tot.*

Romæ etiam, & in statu Ecclesiastico vigent simi- 12
les Constitutiones Papales, per quas prohibitum est judicibus, aliisque officialibus temporalem jurisdictionem habentibus recipere munera (exceptis tamen esculentis, & poculentis, quæ intra biduum consumi possint) à sibi subjectis, sub pœna tam dantibus, quàm recipientibus excommunicationis Pontifici reservatæ, ac restitutionis dupli, & obligant in conscientia, ac respectu accepti est debita restitutio ipsi donatori etiam ante judicis sententiam, respectu verò pœnæ tantùm post sententiam, & est facienda pauperibus, vel locis piis, ut observat Dian. *resol. moral. part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 42. ubi tamen quòd si donator, cui fit restitutio, finito officio iterùm restituenti voluntariè ac spontè donaret, cessaret prohibitio, & censura, cum recipiens non amplius sit Officialis ut requiritur, & supponitur. Non tamen sufficeret simplex remissio, cùm plus sit restituenti donare iterùm, quàm retinenti remittere, *cap. statutum, ubi glos. de rescript. in* 6. Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 23. *lit. D. & E.*

Et de promulgatione chirographi Clementis VIII. in quo sub acerrimis pœnis judicibus ordinariis Criminalibus interdicta fuit receptio esculentorum, & poculentorum etiam in minima quantitate, meminit Farin. *quæst.* 111. *n.* 254. quicquid usque fuerit servatum.

Pariter de excomunicatione, & aliis pœnis contra 13
dantes aliquid, vel recipientes, promittentes, vel promissionem acceptantes pro gratia, vel justitia obtinenda in Curia Romana: item contra præbentes consilium, auxilium, vel favorem, contra scientes, & non revelantes eos, qui ex pacto tacito, vel expresso dant, vel recipiunt aliquid pro gratia, vel justitia obtinenda in dicta Curia Romana vigore Constitutionis Bonifacii VIII. revocatæ tamen à Clemente V. sed postea renovatæ, confirmatæ, & auctæ à Gregorio XIII. plura quando procedant, vel non, & alia ad interpretationem, tradunt Virgin. Boccat. *de pactis &c.* Navarr. *tom.* 3. *in Commentar. de dat. & accept.* Quarant. *§. data, & promissa*, Nald. *verb. Gratia*, Bonac. *tom.* 2. *circa* 8. *decal. præcept. disp.* 10. *q.* 2. *punct.* 8. *§. Inci-*

videas per tot. & alii ab ipsis relati. Qualiter etiam dictæ pœnæ fuerint extensæ ad alios casus per Bullam Clementis VIII. quæ est decima in ordine *to n.* 3. idem Bonac. *loc. cit. n.* 22. *in fine*, ubi etiam an ad illas incurrendas requiratur scientia dictarum constitutionum, vel sufficiat ignorantia crassa, & affectata sive mora-
14 liter culpabilis. Et quòd ignorantia licèt vincibilis juris, vel facti excuset ab incursu censurarum, & aliarum pœnarum, non tamen crassa, & affectata, nisi sint appositæ clausulæ *Scienter aliquid facientibus, vel præsumentibus*, quia tunc requiritur dolus, & ignorantia etiam crassa, & supina, vel affectata excusaret, nisi esset ingens temeritas, idem Bonac. *de Censur. dispat.* 1. *q.* 2. *punct.* 1. Dian. *resol. moral. p.* 3. *tract.* 5. *resolat.* 12. & 13. & *tract.* 6. *resol.* 7. & 41. ubi etiam, quòd naturalis oblivio æquiparatur ignorantiæ, & eodem modo excusat. Et licèt quis sciat aliquid esse delictum ab Ecclesia prohibitum, si autem ignoret censuram, illam non incurrit, quamvis illud commiserit, etiamsi ignorantia sit vincibilis, & idem est si sciat censuram, & ignoret reservationem ut possit absolvi, Dian. *resolat. moral. part.* 10. *tr.* 14. *resol.* 63. Ciarlin. plures citans in terminis violatæ immunitatis Ecclesiæ *contr.* 155. *num.* 8. & *seqq. de quo dixi in summa*, §. *Absolutio n.* 28. §. *Episcopus n.* 31. & §. *Judex num.* 37. & sic patet censuras non illaqueare conscientias bonas, sed tantùm dolosas, ut latiùs adnotavi *in d. summa* §. *ignorantia n.* 10.

In Regno Granatensi, ac alibi similia extare ordi-
15 namenta non modò baratterias damnantia, & severè punientia, cùm nempè justitia venditur, aut pactum pro ea administranda, sententiave ferenda intervenit; sed etiam simplicem muneris, sive doni receptionem, vel promissionem improbantia, gravibusque pœnis vindicantia, testatur Alvarez de Velasc. illorum tenorem referens *tract. de Jud. perfect. rub.* 9. *ann.* 2. *n.* 6. & *seqq.*

16 Quatuor enim modis humanum judicium pervertitur, nempè timore, cupiditate, odio, & amore, à quibus Judices maximè cavere debent, nam si consanguinitate, aut amicitia, vel hostili odio in judicando ducantur, pervertunt judicium Christi, qui est veritas, & justitia, & fructum illius vertunt in amaritudinem damnationis, *c. quatuor modis* 11. *q.* 3. & *cap. quicumque eadem causa*, & *q.* Paul. Christin. *ad leg. municip.* Melchin. *tit.* 5. *art.* 2. *n.* 1. ubi quòd ideò à donis, & muneribus saltem pretiosis, quæ illorum animum flectere possint, abstinere debent, cùm avaritia sit mater omnium malorum maximè in Judicibus, de quibus plura infra in compend. de qualitatibus jud. perfect. & tutius est abstinere etiam ab Esculentis, & poculentis, aliàs à jure communi, & consuetudine permissis, quia interdum cum istis etiam comeditur justitia, & oritur injustitia, ut notat Grat. *discept. for. cap.* 56. *n.* 48.

Prædicta tamen varias patiuntur limitationes, atque declarationes, nam

Primò prohibitio dandi, & recipiendi munera judicibus, aliisque Officialibus facta, non comprehendit consanguineos, neque affines usque ad sextum gradum,
17 à quibus ideò possunt recipi munera quæcumque, & donationes impunè, cùm inter illos cesset causa prohibitionis, vel quia non possint esse Judices in causis conjunctorum, vel quia in dubio contemplatione potius sanguinis, & meritorum, quàm officii datum, vel donatum præsumeretur ad exclusionem delicti, per text. *in l.* 1. *ff. ad l. Juliam repetund.* ubi Glos. & DD. Boss. *tit. de official. corrupt. sub nu.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 517. *n.* 4. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *c.* 4. *n.* 1. Farinac. *q.* 111. *n.* 245. & *seqq.* ubi quòd ab istis consanguineis, & proximioribus licitum est accipere munera in infinitum, & in omni quantitate nulla adjecta taxatione, quidquid inadvertenter Boer. *decis.* 153. *n.* 27. illa restrinxit ad centum aureos in anno æquivocando de muneribus consanguineorum ad munera Amicorum juxta proximè dicenda. Quòd si intuitu, & contemplatione officii darentur, & reciperentur dicta munera, & sic militaret causa prohibitionis, nigræ scilicet suspicionis, & remanerent isti etiam sub præfatarum legum censura, & prohibitione, Farin. *d. q.* 111. *nu.* 243. & latè Alvarez de Velasc. *d. tract. de jud. perf. Rub.* 9. *annot.* 3. *per tot.* Gratian. *discep. forens. cap.* 189. *n.* 35. & in istis quoad forum conscientiæ, ipsa conscientia securitatem, vel damnationem præstabit, sui solo testimonio contenta, & externis non indigens adminiculis, cùm sine timore sic proferenda veritas, in opinionibus non sit confidendum, sed in bona conscientia, ut perbellè demonstrat Velasc. *de annot.* 3. *n.* 24. ubi plura ad hoc propositum.

Secundò, ab amicis etiam possunt Judices, & Officiales munera recipere non tamen prætextu officii, sed amoris, & benevolentiæ, & cum moderamine ad centum aureos tantùm in anno, secundùm Menoch. 18
de arbitr. cas. 517. *n.* 4. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *c.* 35. *n.* 14. & *cap.* 40. *nu.* 8. Mascard. *de probat. concl.* 164. *n.* 12. &c. Farinac. *q.* 111. *n.* 242. *ubi tamen n.* 244. quod hodie non licèt Judici ullo modo ex causa amicitiæ aliquid accipere præterquam esculenta. Et revera ista opinio negativa, ut securior, & verior non servato moderamine parvæ quantitatis juxta inferiùs dicenda, est amplectenda, cùm standum sit regulæ de prohibitione munerum, dum de exceptione non constat, & quia licèt datio, & receptio munerum non sit ex suo genere, & natura, vel ex parte rei mala, ex circumstantiis tamen mala fieri potest, & efficax ad malitiam justæ legis præcepto contraveniendo est, & ad latè tradita per Alvarez de Velasc. *d. rub.* 9. *annot.* 4. *per tot.*

Idque duo casus conjunctionis, & amicitiæ sunt etiam nominatim excepti, sed cum dictis moderationibus in nostra lege municipali Florentina, ibi, *Non ha inteso, ne intende già la prefata Altezza, per il presente Bando proibire in tutto il fare qualche cortesia gl' amici, e parenti l' un l' altro, e quali solo per cortesia, & amorevolezza sogliono con cose da mangiare, e da bere andarsi visitando, &c.*

Tertiò Judices, & Officiales non habentes salarium, 19
vel tenue non prohibentur accipere munera à spontè dantibus, pro sui, & suæ familiæ sustentatione, quàm aliter sustentare non possunt propter parvitatem salarii, dummodò ob id non faciant injustitias, Paris. de Put. *tract. de Sind. verb. corruptio cap.* 3. *nu.* 3. & *in verb. Poculenta cap.* 1. & 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 517. *n.* 21. Viv. *decis.* 113. *n.* 7. Mascard. *de probat. conclus.* 164. *n.* 11. Farinac. *quæst.* 111. *n.* 241. ubi intelligunt de esculentis, & poculentis, de quibus infra, & idem est ob supervenientes, vel auctos labores ad quos ex causa suscepti officii non essent obligati, idem Menoc. *cas.* 514. *n.* 21. Lanfranc. Zacch. *tract. de Salar. & merced. q.* 9. & 11. facit Rot. Rom. per Merlin. *decis.* 108. & 162.

Legi enim divinæ, & humanæ congruit salaria competentia jusdicentibus constitui juxta qualitatem præsentium temporum, quibus abundat pecunia, & alia sunt cariora, quàm olim fuerint, & non ad meram 20
necessitatem, sed habita etiam ratione, ut quotannis summam aliquam in arca reponere possint, qua vel senectuti suæ, vel posteritati consulant, cùm nullus sit tam vilis mercenarius dietim suas operas locans, qui præter id, quod in se alendo consumit, nolit etiam mercedis partem superesse, & scriptum est à Salomone *cap.* 12. *de fructu oris sui unusquisque replebitur bonis*, & *statuit Justinianus in l. per hanc*, §. *sexcenti aurei, C. de advoc. divers. jud. per hæc aurea verba, sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronis fori tuæ celsitudinis ad exemplum priorum temporum, ex arca tui judicii consulatur, ac post decursum celerem advocationis, & labores gloriosos egeni exeant*, ut benè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 514. *n.* 9. & *seqq.* Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & merced. q.* 9. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 137. *n.* 27. & *seqq. vol.* 5. Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 21.

Loco itaque hujusmodi competentis salarii, quod 21
alias tenuissimum esset in pluribus Officialibus, nec ad meram necessitatem sufficeret, & vix pro pensione domus, sunt hodie à Principibus, & à consuetudine multa incerta in officiis constituta, & permissa pro mercede scripturarum & laborum, inter quæ incerta ad hanc rationem videntur connumerari forsan posse munera, saltem esculenta, & poculenta, quæ quandoque à litigantibus ad eliciendum animum, & pro

cele-

celeriori causarum expeditione, vel pro laboribus, sivè pro majori studio, & diligentia (si contingere potest) dantur, dummodò tamen sponte, & liberaliter juxtà *inferiùs* dicenda.

Et his valde adstipulatur alia communis traditio, quòd Judices, & alii ministri non teneantur hodie ser-
22 vare taxas mercedum antiquas, si attenta temporum, & circumstantiarum varietate sint nimis tenues, & injustæ, sed possint licitè in conscientia accipere incrementum usque ad limites justi pretii, etiamsi juraverint observantiam hujusmodi statutorum, cùm juramentum non extendatur ad taxas injustas respectu præsentium temporum, ut bene probat ex Molina, & aliis Dian. *resol. moral. part. 2. tract. 17. resol. 60. p. 3. tract. 6. resol. 39. p. 9. tract. 8. resol. 8. per tot. & part. 11. tract. 1. resol. 24. in fin.*

Juramentum enim de observantia statutorum, & hujusmodi intelligitur quatenus sint in usu, & observan-
23 tia, idem Dian. *loc. citat. & par. 12. tract. de collocut. & scriptur. tempor. conclavis resolut. 15. versic. Et quia*, Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. rub. 9. annot. 6. num. 21. & eadem Rub. 9. annot. 3. num.* 30. ubi etiam quòd intelligitur secundùm jus, illiusque restrictionem, sive limitationem patitur, etiamsi simpliciter, & generaliter fuerit prolatum, ad tradita per Seraph. *de jurament. privil. 47. nu. 79.* Less. *de just. & jur. lib. 2. c. 42. dub. 4. n. 42.* & ideo etiam non extenditur ad munera à legibus permissa, licèt de non recipiendis muneribus fuerit in specie præstitum.

24 Quartò remunerationis causa possunt Judices, & officiales dona recipere, cùm hæc non sit propriè donatio, sed compensatio, debiti solutio, vel obligationis redemptio, & lex vel statutum prohibens donationes, illas non comprehendit, quæ ex causa remunerationis fiunt, ac ideò omnes donare prohibiti, possunt remunerationis causa donare; intelligendo tamen quoad Judices, si remuneratio alios quam administrationis justitiæ actus respiciat, & sic merita aliundè quàm ex causa officii proveniant, nam pro præstitis beneficiis in administratione justitiæ, quàm gratuito exercere debent, Judices quidquam accipere, nec quidem de remuneratione cogitare prohibentur, ne præmium, aut expectatio præmii justitiam evertat, quod etsi de facto *non* sequatur, justumque proferant judicium cum dicta expectatione, fraudem in Deum committunt, *non* aliter quàm mutuantes pecuniam, qui plus expectando accipere fœnerationem dicuntur, ac usuram mentalem committunt, licet nullum præcesserit pactum, solamque spem in judicibus aliquid consequendi non debitum à litigantibus, crimen repetundarum inducere colligitur, *ex leg. fin. C. ad leg. Jul. repetun. cap. 1. de sent. & re jud. in 6. C. qui rectè 66. in ordine 11. quæst. 3. cap. 1. 14. quæst. 3. cap. consuluit 10. de usur.* & dixerunt Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 35. nu. 2.* Farinac. *q. 111. n. 213.* Fachin. *contr. jur. lib. 2. cap. 81.*

25 Hæc tamen nimis rigorosa videntur, & ex Theologorum assertione moderamen recipiunt, ut nô procedant in judicibus, qui non respectu justitiæ, sed ut privati meruerunt, seu etiam respectu justitiæ, sed minùs principaliter; nam tunc donationem, receptionemque liberalem respectu quoque ad justitiam, licitam esse, prout eam licitam etiam dicunt, quæ majoris laboris compensandi ratione, ad quem non tenebantur judicea à partibus liberaliter largitur, Navar. *in extravag. de datis, & promiss. pro just. vel grat. obtin. not. 3. n. 5. & not. 10. n. 36.* Bonacin. *circa 8. Decal. præcept. disp. 10. quæst. 2. punct. 8. §. Incidens proposit. 1. num. 14.* Layman. *Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 4. num. 9.* Dian. *resol. moral. part. 3. tract. 5. resol. 45.* Rebell. *de oblig. just. par. 2. lib. 18. quæst. 20. n. 5. versic. à partibus*, & alii plures penes Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. Rub. 9. annot. 4. n. 5. annot. 7. n. 9. & annot. 12. n. 12. & 14.* inter quos Molin. *tract. de just. & jur. tom. 1. tractat. 2. disput. 88. col. 3. vers. Secundum, &c.* per hæc præcisa verba loquitur relata à Velasch. *dict. annot. 4. n. 4. Dico interdum posse accipi sine ullo peccato, ut quando ex amicitia datur aliquid Ministro publico, etiamsi amicitia ortum habuerit ex eo, quod sit minister publicus, aut quando ex gratitudine, & gaudio rei juste obtentæ, aliquid ex mera liberalitate illi datur, in hujusmodi namque donationibus nihil vitii ex natura rei conspicio.*

Quintò à Subditis quoque, qui litem non habuerunt, 26
non habent, neque spes, aut timor verisimilis est imminentis litis, non prohibentur judices munera recipere, non enim eos ita lex habet exosos, ut ab illis omnem subditorum benevolam actionem removere intendat, & non ita suspectos ut quamlibet etiam in malevolam, & iniquam vertat, & quia gratuita, & liberalis donatio non intuitu officii facta, nullo alio vitio laborat, quàm quòd à lege sit prohibita, quo sublato, ea ratione quòd suspicionis causa cesset ubi non fuit nec est, nec futura lis verisimiliter, ita etiam cessare debeat prohibitio, & ne ubi benevola præsumptio sumi potest, malevola delictum, maculamque inurens fiat; dummodò parva sint (judicantis arbitrio) munera, & non valdè frequentia, ne aut magnitudine vires suspicio sumat, aut avaritia caput extollat, aut frequenti acceptatione conditionis utilitas detegatur, ut eleganter declarat Alvarez de Velasc. *d. tr. Rub. 9. annot. 8. per tot.* licèt quoad lites præteritas alia sit inspectio, de qua infrà erit sermo.

Quod videtur etiam permissum à nostra *lege municipali, ibi in §. non hà inteso, versic. Anzi vuole che sia lecito il darne, come il pigliarne, eccetto però da quelli, che havessero lite in quel tempo di dette liti in modo alcuno, e nè avanti, ò doppo le cominciate, ò finite liti, e questo vuole, che sia inteso à puro, e sano intelletto, e senza sinistra cavillazione, ò interpretazione, e vuole che stia in arbitrio di chi haverà da giudicare, e sopra la loro coscienza, il dichiarare, se simili presenti, avanti, ò doppo siano dati per rispetto delle dette liti.* Quæ sanè verba admittunt juris interpretationem, & ad terminos juris communis possunt commodè referri.

Sextò cum non prohibeantur Judices extra casus litium munera etiam à subditis modo dicto recipere, tanto magis idem erit ipsis permissum à non subditis, alte- 27
riusque ditionis, vel fori hominibus, qui sponte, nec officii ratione dona in qualibet quantitate offerant, cùm istorum forensium respectu, Judices tanquam privati reputentur, nec possint in eos sub acerrimis pœnis jurisdictionem saltem contentiosam exercere, ac aliter faciendo lethaliter etiam peccent, & ad restitutionem obligentur, nisi proprius judex satis instructus ratam habeat condemnationem. Non tamen idem erit respe-
ctu personarum Ecclesiasticarum, ut ab illis tamquam 28
alterius fori possint Judices laici indifferenter munera recipere, sed tantùm cum moderamine dicto quoad subditos, quia Ecclesiastici, etsi non eorum jurisdictioni suppositi, imò Judices laici incapaces illius existant, tamen sunt de eadem Provincia, Populo, Civitate, & Territorio, ac sæpè forum sæculare sortiuntur, veluti quando uti actores contra laicos, quorum forum
regulariter sequi tenentur, litigant, vel reconveniun- 29
tur, vel ad tollendam violentiam ad sæcularia tribunalia recurrunt, ut benè hæc omnia comprobat Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub. 9. annot. 9. per tot.* ubi etiam an & quando judicibus sit prohibitum, vel permissum mutuum recipere (vel etiam dare) gratis, vel sub *usuris*, tam à subditis, quàm à forensibus, & quid *in* aliis contractibus, de quibus dixi in *summa §. Judex n. & §. officialis.* Et quòd Judices laici possint saltem per modum extrajudicialis defensionis cognoscere de omni injuria, vel violentia inter personas Ecclesiasticas, ac super possessorio, vel quasi etiam in spiritualibus, & beneficialibus, quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale, Afflict. *decis.* 24. Peregr. *decis.* 145. Paul. Christin. *decis. Belgic. 45. n. 5. & 6. vol. 1. & decis. 203 num. 25. & seqq. d. vol. 1. & decis.* 132. *volum. 4. & decis. 222. vol. 5.* Guid. Pap. *decis. 1. & 85.* Thesaur. *dec.* 82. Pax Jordan. (quamvis Episcopus) *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 13. numer. 9. & eodem lib. 10. tit. 23. numer. 3. & vol. 3. lib. 14. tit. 11. n. 44. in fine, & dixi in §. Judex n.* 30. ubi tamen retuli plures alios contrarium mordicùs tenentes. Nec desunt affirmantes posse etiam Ecclesiasticos, si seditiosi, & turbatores publicæ quietis essent auctoritate laicali expelli è Regno, Civitate, vel loco, quem perturbant, & servatum fuisse quandoque refert Clar. *§. fin. quæst. 36. n. 24.* Fuscus *de visit. lib. 2. cap. 20. n. 25.* Guid. *consil. crim. 48. num. 16.* Rodriquez *in addit. ad Bull. Cruciat. §. 9. n. 84.* Pereira *de manu Reg. cap. 12. num. 12.* Cevallos *de cognit. per viam violent. glos. 6. n. 65.*

cidens per tot. & *nisi ab ipsis relati*. Qualiter etiam
dictæ pœnæ fueriot extensæ ad alios casus per Bullam
Clementis VIII. quæ est decima in ordine *to n.* 3. idem
Bonac. *loc. cit. n.* 22. *in fine*, ubi etiam an nd illas in-
currendas requiratur scientia dictarum constitutionum,
vel sufficiat ignorantia crassa, & affectata sive mom-
54 liter culpabilis. Et quòd ignorantia licèt vincibilis ju-
ris, vel facti excuset ab incursu censutarum, & alia-
rom pœnarum, non tamen crassa, & affectata, nisi
sint nppositæ clausulæ *Scienter aliquid facientibus*,
vel præsumentibus, quia tunc requiritur dolus, & igno-
rantia etiam crassa, & supina, vel affectata excusaret,
nisi nsset ingens temeritas, idem Bonac. *de Censur.*
disput. 1. *q.* 2. *punct.* 1. Dinn. *resol. moral. p.* 3. *tract.* 5.
resolut. 12. & 13. & *tract.* 6. *resol.* 7. & 41. ubi etinm,
quòd naturalis oblivio æquiparatur ignoraotiæ, & eo-
dem modo excusat. Et licèt quis sciat aliquid esse de-
lictum ab Ecclesia prohibitum, si autem ignoret cen-
suram, illam non incurrit, quamvis illud commiserit,
etiamsi ignorantia sit vincibilis, & idem est si sciat
censuram, & igooret reservationem ut possit nbsolvi,
Dian. *resolut. moral. part.* 10. *tr.* 14. *resol.* 63. Ciarlin.
plures citans in terminis violatæ immunitatis Ecclesiæ
contr. 155. *num.* 8. & *seqq. de quo dixi in summa*, §.
Absolutio n. 28. §. *Episcopus n.* 31. & §. *Judex num.*
37. & sic patet censuras oon illaqueare coosciencias bo-
nas, sed taotùm dolosas, ut latiùs adnotavi *in d. sum-*
ma §. *ignorantia n.* 10.

In Regno Granatensi, ac alibi similia entare ordi-
55 namenta non modò baratterias damnantia, & severè
punientia, cùm nempè justitia venditur, aut pactum
pro ea administraoda, sententiave ferenda intervenit;
sed etiam simplicem muneris, sive doni receptionem,
vel promissionem improbantia, gravibusque pœnis vin-
dicantia, testatur Alvarez de Velasc. illorum tenorem
referens *tract. de Jud. perfect. rub.* 9. *ann.* n. *n.* 6. &
seqq.

56 Quatuor enim modis humanum judiciom perverti-
tur, nempè timore, cupiditate, odio, & amore, à
quibus Judices maximè cavere debent, nam si consan-
guinitate, aut amicitia, vel hostili odio in judicando
ducantur, pervertunt judicium Christi, qui est veri-
tas, & justitia, & fructum illius vertunt io amaritu-
dinem damnationis, *c. quatuor modis* 11. *q.* 3. & *cap.*
quicumque eadem causa, & *q.* Paul. Christin. *ad leg.*
municip. Melchio. *tit.* 1. *art.* 2. *n.* 5. ubi quòd ideò
à donis, & muneribus saltem pretiosis, quæ illorum
animum flectere possint, abstinere debent, cùm avari-
tia sit mater omnium malorum manimè in Judicibus,
de quibus plura infra in compend. de qualitatibus jud.
perfect. & tutius est nbstioere etiam ab Esculeotis, &
poculeotis, aliàs à jure communi, & consuetudine
permissis, quin interdum cum istis etinm comeditur
justitia, & oritur injustitia, ut notat Grat. *discept.*
for. cap. 56. *n.* 48.

Prædicta tamen varias patiuntur limitationes, atque
declatationes, nam

Primò prohibitio dandi, & recipiendi munera judi-
cibus, nliisque Officialibus facta, non compreheodit
consanguineos, neque affines usque ad sextum gradum,
57 à quibus ideò possunt recipi munera quæcumque, &
donationes impunè, cùm inter i'os cesset causa pro-
hibitionis, vel qoia noo possint esse Judices in causis
conjunctorum, vel quin in dubio contemplatione po-
tius sanguinis, & meritorum, quàm officii datum,
vel donatum præsumeretur ad exclusionem delicti,
per tent. *in l.* 1. *ff. ad l. Juliam repetund.* ubi Glos. &
DD. Boss. *tit. de officinl. corrupt. sub nu.* 3. Menoch.
de arbitr. cas. 517. *n.* 4. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *c.*
4. *n.* 1. Farinac. *q.* 111. *n.* 245. & *seqq.* ubi quòd ab
istis consanguineis, & pronimioribus licitum est acci-
pere munera in infinitum, & in omni quantitate nul-
la adjecta taxatiooe, quidquid inadvertenter Boer.
decis. 153. *n.* 27. illa restrinxit nd centum aureos in
anno æquivocando de muneribus consanguineorum ad
munera Amicorum juxta proximè dicenda. Quòd si
intuitu, & contemplatione officii datentur, & reci-
perentur dicta munera, & sic militaret causa prohibi-
tionis, nigræ scilicet suspicionis, & remanereot isti
etiam sob præfatarum legum censura, & prohibitione,
Farin. *d. q.* 515. *nn.* 243. & latè Alvarez de Velas. *d.*
tract. de jud. perf. Rub. 9. *annot.* 3. *per tot.* Gratian.
discep. forens. cap. 189. *n.* 35. & in istis quoad forum
coosciecotiæ, ipsa coosciencia securitatem, vel damna-
tionem præstabit, sui solo testimonio contenta, & ex-
terois non indigens adminiculis, cùm sine timore sit
proferenda veritas, in opinionibus non sit confiden-
dum, sed in bona conscientia, ut perbellè demonstrat
Velasc. *de annot.* 3. *n.* 24. ubi plura ad hoc proposi-
tum.

Secundò, ab amicis etiam possunt Judices, & Offi-
ciales muoera recipere non tamen prætentu officii,
sed amoris, & benevolentiæ, & cum moderamine ad
centum aureos taotùm in aono, secundùm Menoch. 58
de arbitr. cas. 517. *n.* 4. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *c.*
35. *n.* 14. & *cap.* 40. *nn.* 8. Mascard. *de probat. concl.*
164. *n.* 12. &c. Farinac. *q.* 111. *n.* 242. *ubi tamen n.* 244.
quod hodie oon licèt Judici ullo modo en causa ami-
citiæ aliquid accipere præterquam esculenta. Et reve-
ra ista opinio negativa, ut securior, & verior non
servato moderamine parvæ quantitatis juxta inferiùs
diceoda, est amplecteoda, cùm standum sit regulæ
de prohibitione muoerum, dum de exceptione non
constat, & quia licèt datio, & receptio munerum
non sit ex suo genere, & natura, vel ex parte rei
mala, ex circumstantiis tamen mala fieri potest, & ef-
fican ad malitiam justæ legis præcepto contraventio
est, & ad latè tradita per Alvarez de Velasc. *d. rub.*
9. *annot.* 4. *per tot.*

Idque duo casus conjunctionia, & amicitiæ sont
etiam nominatim excepti, sed cum dictis moderatio-
nibus in nostra lege muoicipali Florentina, ibi, *Non
bn inteso, ne intende già la præfata Altezza, per il
presente Bando proibire in tutto il fare qualche corte-
sia gl' amici, e parenti l' un l' altro, e quali solo per
cortesia, & amorevolezza sogliono con cose da mangia-
re, e da bere andarsi visitando*, &c.

Tertiò Judices, & Officiales non habentes salarium, 59
vel teoue non prohibentur accipere munera à spontè
dantibus, pro sui, & suæ familiæ sustentatiooe, quàm
aliter sustentare non possuot propter parvitatem salarii,
dummodò ob id non faciant injustitias, Paris. de Put.
tract. de Sind. verb. corruptio cap. 3. *nn.* 3. & *in verb.*
Poculenta cap. 1. & 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 517. *n.*
n1. Viv. *decis.* 113. *n.* 7. Mascard. *de probat. conclus.*
564. *n.* 11. Farinac. *quæst.* 111. *n.* 241. ubi intelligunt
de esculentis, & poculeotis, de quibus infra, & idem
est ob supervenientes, vel auctos labores ad quos ex
causa suscepti officii non essent obligati, idem Me-
noc. *cas.* 514. *n.* 21. Laosranc. Zacch. *tract. de Salar.*
& *merced. q.* 9. & 11. facit Rot. Rom. per Merlin.
decis. 108. & 162.

Legi enim divinæ, & humanæ congruit salaria com-
petentia jusdicentibus constitui junta qualitatem præ-
sentium temporum, quibus abundat pecunia, & alia
sunt cariora, quàm olim fuerint, & non ad meram 60
necessitatem, sed habita etiam ratione, ut quotanois
summam aliquam in area reponere possint, qua vel
senectuti suæ, vel posteritati consulant, cùm nul-
lus sit tam vilis mercenarius dietim suas operas locans,
qui præter id, quod in se alendo consumit, nolit etiam
mercedis partem superesse, & scriptum est à Salomo-
ne *cap.* 12. *de fructu oris sui unusquisque replebitur bo-
nis*, & *statuit Justinianus in l. per hanc*, §. *sexcenti
aurei, C. de advoc. divers. jud. per hæc auren verba,
sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronis
fori tuæ celsitudinis ad exemplum priorum temporum,
ex arca tui judicii consulatur, ne post decursum cele-
rem advocationis, & labores gloriosos egeni exeant*,
ut benè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 514. *n.* 9. &
seqq. Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar.* & *merced. q.*
9. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 137. *n.* 27. & *seqq. vol.*
5. Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 21.

Loco itaque hujusmodi competentis salarii, quod 61
alias tenuissimum esset in pluribus Officialibus, nec
ad meram necessitatem sufficeret, & vix pro pensione
domus, sunt hodie à Principibus, & à consuetudine
multa incerta in officiis constituta, & permissa pro
mercede scripturarum & laborum, ioter quæ incerta
ad hanc rationem videntor cooonumerari forsan posse
munera, saltem esculenta, & poculenta, quæ qoan-
doque à litigantibus ad eliciendum animum, & pro
cele-

celeriori causarum expeditione, vel pro laboribus, sivè pro majori studio, & diligentia (si contingere potest) dantur, dummodò tamen spontè, & liberaliter juxtà inferiùs dicenda.

Et his valde adstipulatur alia communis traditio, quòd Judices, & alii ministri non teneantur hodie ser-
22 vare taxas mercedum antiquas, si attenta temporum, & circumstantiarum varietate sint nimis tenues, & injustæ, sed possint licitè in conscientia accipere incrementum usque ad limites justi pretii, etiamsi juraverint observantiam hujusmodi statutorum, cùm juramentum non extendatur ad taxas injustas respectu præsentium temporum, ut bene probat ex Molina, & aliis Dian. *resol. moral. part. 2. tract. 17. resol. 60. p. 3. tract. 6. resol. 39. p. 9. tract. 8. resol. 8. per tot. & part. 11. tract. 1. resol. 24. in fin.*

Juramentum enim de observantia statutorum, & hujusmodi intelligitur quatenus sint in usu, & observan-
23 tia, idem Dian. *loc. citat. & par. 12. tract. de collocut. & scriptur. tempor. conclavis resolut. 15. versic. Et quia*, Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. rub. 9. annot. 6. num. 21. & eadem Rub. 9. annot. 3. num. 30.* ubi etiam quòd intelligitur secundùm jus, illiusque restrictionem, sive limitationem patitur, etiamsi simpliciter, & generaliter fuerit prolatum, ad tradita per Seraph. *de jurament. privil. 47. nu. 79.* Less. *de just. & jur. lib. 2. c. 42. dub. 4. n. 42.* & ideo etiam non extenditur ad munera à legibus permissa, licèt de non recipiendis muneribus fuerit in specie præstitum.

24 Quartò remunerationis causa possunt Judices, & officiales dona recipere, cùm hæc non sit propriè donatio, sed compensatio, debiti solutio, vel obligationis redemptio, & lex vel statutum prohibens donationes, illas non comprehendit, quæ ex causa remunerationis fiunt, ac ideò omnes donare prohibiti, possunt remunerationis causa donare; intelligendo tamen quoad Judices, si remuneratio alios quam administrationis justitiæ actus respiciat, & sic merita aliundè quàm ex causa officii proveniant, nam pro præstitis beneficiis in administratione justitiæ, quàm gratuito exercere debent, Judices quidquam accipere, nec quidem de remuneratione cogitare prohibentur, ne præmium, aut expectatio præmii justitiam evertat, quod etsi de facto non sequatur, justumque proferant judicium cum dicta expectatione, fraudem in Deum committunt, non aliter quàm mutuantes pecuniam, qui plus expectando accipere fœnerationem dicuntur, ac usuram mentalem committunt, licèt nullum præcesserit pactum, solamque spem in judicibus aliquid consequendi non debitum à litigantibus, crimen repetundarum inducere colligitur, *ex leg. fin. C. ad leg. Jul. repetun. cap. 1. de sent. & re jud. in 6. C. qui rectè 66. in ordine 11. quæst. 3. cap. 1. 14. quæst. 3. cap. consuluit 10. de usur.* & dixerunt Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 35. nu. 2.* Farinac. *q. 111. n. 213.* Fachin. *contr. jur. lib. 2. cap. 81.*

25 Hæc tamen nimis rigorosa videntur, & ex Theologorum assertione moderamen recipiunt, ut nō procedant in judicibus, qui non respectu justitiæ, sed ut privati meruerunt, seu etiam respectu justitiæ, sed minùs principaliter; nam tunc donationem, receptionemque liberalem respectu quoque ad justitiam, licitam esse, prout eam licitam etiam dicunt, quæ majoris laboris compensandi ratione, ad quem non tenebantur judices à partibus liberaliter largitur, Navar. *in extravag. de datis, & promiss. pro just. vel grat. obtin. not. 3. n. 5. & not. 10. n. 36.* Bonacin. *circa 8. Decal. præcept. disp. 10. quæst. 2. punct. 8. §. Incidens proposit. 1. num. 14.* Layman. *Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 4. num. 9.* Dian. *resol. moral. part. 3. tract. 5. resol. 45.* Rebell. *de oblig. just. par. 2. lib. 18. quæst. 20. n. 5. versic. à partibus*, & alii plures penes Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. Rub. 9. annot. 4. n. 5. annot. 7. n. 9. & annot. 12. n. 12. & 14.* inter quos Molin. *tract. de just. & jur. tom. 1. tractat. 2. disput. 88. col. 3. vers. Secundum, &c.* per hæc præcisa verba loquitur relata à Velasch. *dict. annot. 4. n. 4. Dico interdum posse accipi sine ullo peccato, ut quando ex amicitia datur aliquid Ministro publico, etiamsi amicitia ortum habuerit ex eo, quod sit minister publicus, aut quando ex gratitudine, & gaudio rei justæ obtentæ, aliquid ex mera liberalitate illi datur, in hujusmodi namque donationibus nihil vitii ex natura rei conspicio.*

Quintò à Subditis quoque, qui litem non habuerunt, 26
non habent, neque spes, aut timor verisimilis est imminentis litis, non prohibentur judices munera recipere, non enim eos ita lex habet exosos, ut ab illis omnem subditorum benevolam actionem removere intendat, & non ita suspectos ut quamlibet etiam in malevolam, & iniquam vertat, & quia gratuita, & liberalis donatio non intuitu officii facta, nullo alio vitio laborat, quàm quòd à lege sit prohibita, quo sublato, ea ratione quòd suspicionis causa cesset ubi non fuit nec est, nec futura lis verisimiliter, ita etiam cessare debeat prohibitio, & ne ubi benevola præsumptio sumi potest, malevola delictum, maculamque inurens fiat; dummodò parva sint (judicantis arbitrio) munera, & non valdè frequentia, ne aut magnitudine vires suspicio sumat, aut avaritia caput extollat, aut frequenti acceptatione conditionis utilitas detegatur, ut eleganter declarat Alvarez de Velasc. *d. tr. Rub. 9. annot. 8. per tot.* licèt quoad lites præteritas alia sit inspectio, de qua infrà erit sermo.

Quod videtur etiam permissum à nostra *lege municipali, ibi in §. non hà inteso, versic. Anzi vuole che sia lecito il darne, come il pigliarne, eccetto però da quelli, che havessero lite in quel tempo di dette liti in modo alcuno, e nè avanti, ò doppo le cominciate, ò finite liti, e questo vuole, che sia inteso à puro, e sano intelletto, e senza sinistra cavillazione, ò interpretazione, e vuole che stia in arbitrio di chi haverà da giudicare, e sopra la loro cosçienza, il dichiarare, se simili presenti, avanti, ò doppo siano dati per rispetto delle dette liti.* Quæ sanè verba admittunt juris interpretationem, & ad terminos juris communis possunt commodè referri.

Sextò cum non prohibeantur Judices extra casus litium munera etiam à subditis modo dicto recipere, tan-
to magis idem erit ipsis permissum à non subditis, alte- 27
riusque ditionis, vel fori hominibus, qui spontè, nec officii ratione dona in qualibet quantitate offerant, cùm illorum forensium respectu, Judices tanquam privati reputentur, nec possint in eos sub acerrimis pœnis jurisdictionem saltem contentiosam exercere, ac aliter faciendo lethaliter etiam peccent, & ad restitutionem obligentur, nisi propriam judex satis instructus ratam habeat condemnationem. Non tamen idem erit respe-
ctu personarum Ecclesiasticarum, ut ab illis tamquam 28
alterius fori possint Judices laici indifferenter munera recipere, sed tantùm cum moderamine dicto quoad subditos, quia Ecclesiastici, etsi non eorum jurisdictioni suppositi, imò Judices laici incapaces illius existant, tamen sunt de eadem Provincia, Populo, Civitate, & Territorio, ac sæpè forum sæculare sortiuntur, veluti quando uti actores contra laicos, quorum forum
regulariter sequi tenentur, litigant, vel reconveniun- 29
tur, vel ad tollendam violentiam ad sæcularia tribunalia recurrunt, ut benè hæc omnia comprobat Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub. 9. annot. 9. per tot.* ubi etiam an & quando judicibus sit prohibitum, vel permissum mutuum recipere (vel etiam dare) gratis, vel sub usuris, tam à subditis, quàm à forensibus, & quid in aliis contractibus, de quibus dixi in *summa §. Judex n. & §. officialis*. Et quòd Judices laici possint saltem per modum extrajudicialis defensionis cognoscere de omni injuria, vel violentia inter personas Ecclesiasticas, ac super possessorio, vel quasi etiam in spiritualibus, & beneficialibus, quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale, Afflict. *decis. 24.* Peregr. *decis. 145.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 45. n. 5. & 6. vol. 1. & decis. 203 num. 25. & seqq. d. vol. 1. & decis. 132. volum. 4. & decis. 222. vol. 5.* Guid. Pap. *decis. 1. & 85.* Thesaur. *dec. 82.* Pax Jordan. (quamvis Episcopus) *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 13. numer. 9. & eodem lib. 10. tit. 23. numer. 3. & vol. 3. lib. 14. tit. 11. n. 44. in fine, & dixi in §. Judex n. 30.* ubi tamen retuli plures alios contrarium mordicùs tenentes. Nec desunt affirmantes posse etiam Ecclesiasticos, si seditiosi, & turbatores publicæ quietis essent auctoritate laicali expelli è Regno, Civitate, vel loco, quem perturbant, & servatum fuisse quandoque refert Clar. *§. fin. quæst. 36. n. 24.* Fuscus *de visit. lib. 2. cap. 20. n. 25.* Guich. *consil. crim. 48. num. 16.* Rodriquez *in addit. ad Bull. Cruciat. §. 9. n. 84.* Pereira *de manu Reg. cap. 12. num. 12.* Cevallos *de cognit. per viam violent. glos. 6. n. 65.*

Salgad. *de protect. reg. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 263. *& seqq.* Sed videas Dianam *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 17. *p.* 3. *tract.* 1. *resol.* 27. *& part.* 4. *tr.* 1. *resolut.* 81. ubi concludit recurrendum esse ad superiores Ecclesiasticos, qui etiam non possunt id facere sine causæ cognitione.

30 Septimò post sententiam, vel finitum officium possunt Judices oblata munera, nullo tamen præcedentu pacto, bona fide recipere ab illis, qui coram ipsis litigarunt, quia peracto ministerio, fraude cessante, cessat prohibitio illius respectu inducta, pariterque suspicio, & causa corruptionis, juxta frequentiorem opinionem, quam sustinent Præposit. *in cap. qui rectè n.* 4. 11. *q.* 3. Dominic. *in cap. statutum*, §. *insuper num.* 10. *de rescript. in* 6. Hippolyt. *sing.* 190. Felin. *in cap. tua nos num.* 5. *de Simon.* Rip. *tract. de pest. part. ult. de remediis*, §. *medicorum num.* 117. Boss. *de effc. corrupt. num.* 4. Menoch. *de arbitr. cas.* 342. *nu.* 38. *& de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 8. *in fin.* Mascard. *de prob. conclus.* 164. *num.* 14. Farinac. *q.* 111. *num.* 110. *& seqq.* Bajard. ad Clar. *q.* 73. *n.* 29. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 40. *n.* 9. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 12.

Contrarium tamen tenent alii non pauci, nempè prohibitam esse receptionem etiam post sententiam, vel depositum officium (supposito quòd hic loquitur præter esculenta, poculenta, & Xenia, de quibus alia est inspectio, ut infra) Bald. *in l. solent*, §. *fin. ff. de offic. Proconsul.* Paris. de Put. *de syndic. verb. esculenta cap.* 2. *n.* 2. *in fine*, quorum opinionem veriorem putare, & securiorem scire dicit Alvarez de Velasc. *de jud. perfecto Rub.* 9. *annot.* 10. *num.* 11. *& seqq.* illam comprobans auctoritatem D. Petri Damian. *Epist. lib.* 2. *Epist.* 2. *& lib.* 6. *Epist.* 31. ubi quamvis dicat morem esse apud sedis Apostolicæ Ministros, pendente negotio nihil prorsus accipere, ab iis autem qui omninò quieti sunt, si dare voluerint, non abiicere; de se tamen testatur, nec à quieto omninò vas argenteum gratuito accipere voluisse, & violentis precibus Ecclesiæ suæ applicavisse, nec ob id usque ad factam restitutionem quievisse; & licèt hæc sint opera sanctorum, & magnæ perfectionis, si nos salvi esse volumus, oportet nos illos imitari, & sanctos fieri, nam quis ascendet in Montem Domini? Aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo, &c. Nisi efficiamini ut parvuli, &c. Probat etiam Velasc. *loc. citat. per text. in l.* 1. §. *hoc autem in fine*, *ff. de calumniat. & in d. l. fin. Cod. ad leg. Jul. repetun.* ubi quòd nec ante judicium, nec post judicium, nec durante officio, nec post illud depositum nil penitus recipi potest pro præstito beneficio tempore administrationis, quamvis afferat hujusmodi leges congruè intellectum accipere, si pactum vel promissio intercessit, seu etiam quo ad forum conscientiæ expectatio sola præmii: nam tandiù mali Judices sunt quamdiu illos depravat spes receptionis, ac ideò qui de præmio cogitarunt, quidquam accipere etiam finito officio prohibentur per textus *in cap.* 1. *de re jud. in* 6. ubi Monach. Jo: Andr. Gemin. & alii, Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 35. *n.* 2. Farinac. *dict. quæst.* 111. *n.* 212. *&c.* Sed nihilominus Velasc. residet in dicta opinione negativa, quam ulteriùs probat per leges Regias Patriæ suæ (& fortè est majus fundamentum) sicut & nos probare possumus per leges nostras municipales supra relatas, & ratione in juris præsumptione fundata contra dantes, qui sine causa donare, & suum jactare non præsumuntur, & contra recipientes, quos in vim præcedentis pacti recipere instar præsumptio, nisi occurrentes circumstantiæ aliud persuadeant, Boss. *tit. de offic. corrupt. n.* 4. *in fine*, *versic. & in dubio præsumitur fraus*, Farinac. *d. q.* 111. *n.* 214. Concludit tamen ipse Velasc. *loc. cit. num.* 15. non esse adeò acerbè intelligendam, sed judicantis arbitrio repositum, quando suspicionis conjecturæ cessent, vel urgeant, personarum, temporis, munerumque qualitate inspecta, quæ omnia perpendere prudens judex exteriùs debet, interiùs verò sui quisque censor, judexque fidelis, & sic in effectu non videtur dissentire à communi aliorum opinione, post sententiam, vel depositum officium posse Judices munera sibi gratis oblata recipere, nulla præcedente promissione, vel pacto, nec quidem expectatione juxta superiùs dicta, cum quibus & convenire videtur nostra lex municipalis in verbis supra relatis.

31 Octavò servato moderamine parvæ quantitatis, quæ de jure communi non habet præfinitos terminos; sed ex temporum, personarumque conditione æstimatur, permissum est judicibus, aliisque Officialibus, & Ministris esculenta, poculenta, & Xenia, quæ intra paucos dies consumi possint recipere à spontè & liberaliter dantibus, quia nullo jure hæc prohibentur, maximè si non officii causa, & intuitu dentur, sed ex amicitia, & liberalitate, ut communiter asserunt Theologi Silvestr. Angel. Cajetan. & alii relati, & approbati per Azor. *Instit. Moral. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 23. *versic. quantum ad Xenia*, Clavis Reg. *lib.* 12. *cap.* 13. *num.* 19. Navar. in constit. Greg. XIII. *de dat. & promiss. not.* 21. Boccac. *in tract. de pact. part.* 1. *n.* 32. *& part.* 3. *nu.* 101. Bonac. *circa* 8. *Decal. præcept. disp.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 8. *proposit.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 517. *n.* 5. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 11. *n.* 250. *& seqq. & nu.* 337. aliique ab illis relati.

32 Non quidem jure naturæ prohibentur quia benevolam continent actionem, imò in his parvis abstinentiam esse naturæ odiosam, & inhumanam dixit I. C. *in l. solent*, §. *non verò*, *ff. de offic. Proconsul.* ubi quòd sicuti turpissimum, & avarissimum est ab omnibus, & omnia velle recipere, ita incivile, & inhumanum est ab omnibus, & omnia recusare.

33 Non jure Divino ex Romanæ Ecclesiæ interpretatione *in cap. & si quæstiones* 18. *de Simonia*, ubi Summus Pontifex ita exponens testatur, quòd scriptum est, Beatus qui excutit manus suas ab omni munere, de illis donis dictum esse, quæ accipientis animum allicere, vel pervertere solent, &c. itaut etiam equi, vel palafredi Munus Cardinali à divite datum, negotii quoque, & temporis circumstantia accedente tale non reputetur, sed modicum, sicuti à scrupoloso de simoniaca labe consultus, censuit idem Pontifex *loc. cit.* Et sic omnia supra ex sacris paginis desumpta sunt perfectionis consilia, & non legis præcepta, nam si essent præcepta destrueretur communis Theologorum assertio fundata etiam in consuetudine, de qua nos infrà, cùm nulla valida contra jus divinum possit induci consuetudo, & tanquam nutritiva peccati quantò longior esset, ac etiam temporis immemorabilis tantò damnabilior, & magis execranda efficeretur, quia diuturnitas non minueret, sed augeret peccatum, Capell. Tolosan. *q.* 193. *n.* 7. *&c.* Joseph. Ludovic. *decis. Perusin.* 62. *n.* 39. latè Paul. Rubeus *in adnot. d. decis.* 217. *n.* 399. *& seqq. part.* 9. *recent.* Rot. Roman. vel sunt intelligenda, prout videntur loqui quando ex receptione munerum sequeretur corruptio judicum, & injustitia, ut sint contraria juri Pontificio, de quo supra, & statim.

34 Non jure Canonico, nam text. *in cap. statutum* 11. §. *insuper de rescript. in* 6. dum nullum nec parvum quidem munus à litigantibus recipere permittit, tamen Xenia non prohibet, & eum, qui talia solùm à spontè offerentibus recipit, cùm omni puritate munus suum exercere sentit, cùm prohibitio sit intelligenda de illis, quæ justitiam subvertere possunt, & sic de jure Canonico permissum est judicibus esculenta, & poculenta dono recipere ab iis, quorum causas sunt judicaturi, ut expressè habetur in dicto textu, quia in istis cessant rationes, quibus prohibita sunt munera, nempè ne corrupti injustè judicent, & ne litigantes facultatibus spolientur, cùm ex hujusmodi esculentis, & poculentis, nulla resultet corruptionis suspicio, & litigantibus modicum detrimentum, ut explicat Menoch. *de arbitr. cas.* 517. *n.* 20. licèt non respondeat ad ea, quæ priùs dixerat *n.* 9. de prohibitione juris divini, cui nos ut supra satis congruè responderi posse putamus. Salvo, &c.

35 Non jure civili antiquo, nam text. *in l. Plebiscito* 18. *D. de offic. Præsid.* dum prohibet judicibus dona recipere, excipit nominatim esculenta, & poculenta, quæ intra dies paucos consumi possint, *& in l. solent*, §. *non vero*, *ff. de offic. Proconsul.* admonet judices ita humanitatem, & comitatem servare, ut neque in totum à Xeniis abstineant, neque avaritiæ fræna relaxent, cùm valdè inhumanum sit à nemine accipere, sed passim vilissimum, & omnia avarissimum. Tantùm igitur abest, ut inhonestam, illicitamve dictam parvam, gratui-

tuitam, & benevolam donationem, receptionemque leges judicent, ut potiùs nimiam scrupolositatem improbent, ac inhumanam appellent, & ad receptionem invitent, ut optimè deducit vir ille doctissimus, alioquin in hac materia oculatissimus, & rigidus Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. rub. 9. annot. 5. sub n. 11.*

Et quod magis est, etiam à litigantibus licitam esse istam modicam, & liberalem receptionem probant Menoch. *de arbitr. cas. 517. num. 5. &c.* Xamar. *de offic. Judic. & Advocat. part. 1. quæst. 20. num. 15. & seqq.* Silvestr. *in Summ. verb. Judex 1. quæst. 8.* Tabien. *eodem verb. n. 8.* Bonacin. *circa 8. Decal. præcept. disput. 10. quæst. 2. punct. 8. proposit. 2. in fine*, cum aliis per eum citatis, Farinac. *quæst. 111. num. 254.* ita servatum communiter in Romana Curia referens usque ad Clementis VIII. chirographi promulgationem, quo sub acerrimis pœnis judicibus criminalibus fuit prohibita receptio esculentorum, & poculentorum in minima etiam quantitate; cujus sanctio quoad Judices civiles in Curia Romana, & quoad utrosque extra illam, relatas leges illæsas reliquit, & iterùm idem Farinaccius *dict. quæst. 111. num. 337.* de eadem observantia testans quoad omnes Urbis Judices. Et indistinctè Xenia, juxta citata jura, licet in Sabaudia capi, testatur Cacheran. *in Proœm. decis. Pedemontan. num. 5.* refert Alvarez de Velasch. *dict. Rub. 9. annot. 5. nu. 11. &c.* ubi confirmat quoque ex Genesi *cap. 19.* exempla duorum illorum Angelorum, qui tanquam Judices missi ad vastandam Sodomam, obsequium, & hospitium à
36 Loth eis oblatum primò respuerunt dicentes minimè, sed in platea manebimus, & posteà eodem instanti ejusdem Loth suasione acceptarunt, ad illumque diverterunt, ingressique domum illius, fecit convivium, coxit azyma, & comederunt, quod quidem manifestat humanitatem à judicibus non esse omninò relegandam in parvorum munerum receptione, quæ nec animum movere possunt, nec officii ratione dantur, nec passim, nec ab omnibus recipiuntur.

37 Ita ut secluso scandalo, & periculo injustitiæ nō desint etiam Theologi tenentes in rigore posse Judices accipere quidquid sibi datur à litigantibus adinstar muneris liberalis, ut majorem diligentiam adhibeant, vel prius causam unius, quàm alteriùs expediant, data tamen temporis æqualitate, ut cū Lessio, Molina, & Layman. probat Dian. *resolut. moral. part. 3. tract. 5. resol. 45.* P. Stephan. de Neapol. *de præcip. jur. & just. par. nempè de restitut. & contract. lib. 1. cap. 2. num. 30.* ubi intelligit, & benè, quando non datur ad redimendam vexationem, sed ex liberalitate, nec est affectatum, vel datur à tertio (quòd mihi non placet cùm hoc modo possit facilè fieri fraus legi) vel stante dubietate causæ, licèt hoc ultimum reprehensibile dicat, & nos clariùs infra demonstrabimus, ac idem in effectu tenet Dian. *dict. part. 3. tract. 6. resol. 4.* ubi dicit notandum ad tollendum scrupulos, & facit Seraphin. *decis. 825.* ubi quod Bulla declaratoria Gregorii XIII. quæ innovat dispositionem Bonifacii VIII. *in extravag. de sent. excommunic.* ne quid detur pro justitia, vel gratia in Curia Romana obtinenda, non habet locum extra Curiam, nec in casibus, in quibus daretur pro labore, & expensis, vel pro consequenda justitia, si ille qui dat, verè justitiam foveat, Navar. *super dicta Bulla num. 14. & 26.* & latè videndus Bonacin. *circa 8. Decal. Præcept. disp. 10. quæst. 2. punct. 8. §. Incidens per tot.* Alvarez de Velasc. *dict. tract. Rub. 9. annot. 4. & seqq. per tot.* & sic patet secundùm prædictos posse accipi pro justa sententia ferenda etiam ultra esculenta, & poculenta, quod tamen non est tutum, nec sequendum, cùm loquantur solo jure naturæ spectato, quo attento non etiam peccarent Judices contra Justitiam, nec tenerentur ad restitutionem aliquid accipiendo ab una parte, ut in ejus favorem pronuncient in varietate opinionum, hinc indè probabilium, etiam probabiliori relicta, Diana *resolut. Moral. part. 3. tractat. 5. resol. 55. versic. licet contrarium*, P. Stephan. de Neapol. *dict. cap. 2. n. 30. vers. notat etiam Lessius*. Secùs autem stante prohibitione legis positivæ, de qua in juribus supracitatis, & infra examinandis, quæ videntur reddere incapaces Judices acquisitionis dominii, & obligare in conscientia; præter tamen esculenta, & poculenta expresè permissa, & reservata, dummodò ad necessitatem non perducantur, vel extorqueantur per indebitam vexationem, vel cunctationem expeditionis causæ, & negotiorum, donec veniant, nam tunc sunt verè furta, & rapinæ, sed gratis, & ex mera liberalitate dantis proveniant.

Difficultas est in jure Authenticorum, nam text. *in Auth. ut Judices sine quoque suffrag. §. Scriptum est exemplar, & in §. sunt præterea Institut. de publ. jud.* prohi- 38
bet parvi quoque muneris receptionem, & videtur corrigere leges antiquas digestorum permittentes ut supra esculentorum, poculentorum, Xeniorumve receptionem, juxta opinionem Accursii *in d. Auth.* sed omisso quòd Accursius dubitanter loquitur, & non est ita de facili inducenda legum correctio, imò ad eam vitandam omnis capienda interpretatio, & nulla congruentior, quàm ea, quæ ex aliis juribus etiam antiquioribus sumitur, debet intelligi prohibitio si munera dentur officii ratione, & nisi insufficiens habeant salarium, quod tamen si sit taxatum etiam tenue, sibi imputare debent, si cum eo officium acceptarunt, ut notant Azor. *Instit. moral. part. 3. lib. 13. cap. 23. col. 2. versic. Circa stipendium ad finem, & versic. Secundo judex*, Farinac. *decis. 7. num. 3. p. 2. tom. 1.* vel de muneribus, quæ judicantis animum movere possint juxta aliorum præcedentium jurium dispositionem, non autem de esculentis, poculentis, gratuitisque aliis munusculis, quæ non solùm sint à prohibitione exclusa, sed nominatim potiùs permissa, si specialem malitiam non contineant, quæ dicitur abesse cum benevolo animo, nec officii ratione præstantur, nec extorquentur, ad tradita per Alvarez de Velasc. *d. tract. de jud. perfect. Rub. perfect. Rub. 9. annot. 5. n. 12. & seqq. ad 20.*

Alia non minor difficultas est in jure nostro munici- 39
pali supra relato cum prohibitione recipiendi ista etiam parva dona esculenta, & poculenta à litigantibus, cùm tam jus commune, quàm municipale ob bonum publicum id efficere possit, & obligare ad observantiam etiam in foro conscientiæ, ut docet Molin. *de just. & jur. tom. 1. tr. 2. disp. 88. col. 3. vers. tertium est*, quem refert & sequitur Alvarez de Velasc. *d. tract. rub. 9. annot. 4. num. 20. & annot. 5. n. 20.* & nos aliis pluribus citatis supra comprobavimus.

Sed utrumque jus recipit non solùm supradictas limi- 40
tationes, & declarationes, verùm etiam non procedit in casibus, in quibus cessat periculum corruptionis, nam leges in præsumptione fundatæ non obligant in conscientia ubi deficit veritas præsumptionis, quia cessante causa, vel ratione dispositionis, cessat ipsa dispositio; sicut etiam si in aliquo casu particulari cesset finis adæquatus, & ratio legis, ejus quoque obligatio cessat etiam in foro conscientiæ, Valer. *de differen. utriusque for. verb. lex different. 12.* Layman. *Theolog. moral. tract. 4. cap. 21. n. 4.* Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 10. resol. 27. & 28.* Basil. Pont. *de matrimon. lib. 5. cap. 5. n. 7.* Comitol. *respons. moral. lib. 7. q. 1. n. 10.* Monet. *de commut. cap. 5. n. 48.* Gutier. *practic. qq. lib. 4. quæst. 10. num. 6.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs.* & Tiraq. *tract. cessante causa nu. 18.* Felin. *in cap. quoniam contra 11. de probat. n. 11.* ubi etiam Panormitan. *n. 6.* notari jubet, quòd quando constitutio continet aliquid non propter se principaliter, sed ad finem alicujus mali evitandi, transgressores non illaqueat ad pœnam, si finis, ad quem principaliter tendit constitutio, non violatur; subdens idem putare respectu peccati mortalis, dummodò constitutio non contemnatur, Jo. Petr. Ala *de Christian. & Politic. Decur. cap. 43.* Alvarez de Velasc. *d. rub. 9. annot. 5. n. 23.* asserens hunc esse casum nostrum, in quo receptio munerum prohibetur non uti ex se mala, aut illicita, sed ne judicum corruptio contingat, quæ si verè absit, illæsa servetur integritas, illibatusque justitiæ candor (sed hoc opus, hic labor est) desit legis contemptus formalis, pravique exempli nota, leges prædictæ non illaqueant transgressores, parva munera etiam nominatim prohibita recipientes, alia, quàm officii ratione, non obstante etiam juramento, quod eosdem congruos sensus, intellectusque recipit adductaque in contrarium non necessitatem, sed majorem continere securitatem, quam ipse suadet, & nos suademus, ac Deo adjuvante cum eo sectari curamus.

Verùm quia suprà diximus bannimenta nostra, & hu- 41
jusmodi leges, licèt pœnales, & laicales obligare in foro conscientiæ, sciendum est pro clariori intelligentia,

val-

valdè probabilem esse contrariam opinionem, quòd nem-
pè leges humanæ pœnales etiam in materia gravi non-
obligent in conscientia, sed tantùm ad pœnas tempo-
rales ab ipsis impositas, & post judicis sententiam pro
pter rationes, & auctoritates, quas adducit, licèt illis
respondeat Ludov. Carbon. *tract. de legib. lib. 7. disp. 1.*
& seqq. & lib. 8. disp. 4. & seqq. Alvarez de Velasc. *de*
Jud. perfect. rab. 9. annot. 11. n. 20. & seq. & eadem an-
not. §. 1. per tot. quibus addo Dian. *resol. mor. p. 1. tr.*
10. res. 17. & seq. P. Stephan. de Neapol. *tr. de rest. lib.*
1. cap. 15. n. 19. ubi tamen *n.* 20. testatur probabiliorem,
& tutiorem esse primam opinionem, & loquitur in ma-
teria gabellarum.

42 Circa quam uti quotidianam posset obiter notari, an
licitum sit saltem in foro conscientiæ fraudare gabellam
impositam, non pro rebus mercimonii causa delatis, sed
pro usu proprio, & familiæ, vel esculentis, & poculen-
tis, maximè si adsit consuetudo illam solvendi, de quo
Sperel. *dec. 13. num. 18.*

Et de conditionibus necessariis pro justitia hujusmodi
gabellarum, Less. *lib. 2. cap. 33. dub. 7. num. 5.* Laym.
Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 3. cap. 3. nu. 3. Dian.
resolut. moral. par. 1. tr. 11. resol. 38. & part. 2. tract.
17. resol. 28. P. Stephan. de Neapol. *de restit. lib. 1. cap.*
15. n. 8. & seq. Panimol. *in sua Idea constit. 13. n. 1. &*
seqq. per tot. & plenè ex nostris Sanfelic. *discept. unic.*
de donativo tempore belli habetur post primum volu-
men suarum decisionum, ubi relato Lessio, ac pluribus
aliis Theologis, & Legistis multa cumulat pro justitia
onerum à Principibus suis subditis impositorum & ego
dixi in *Practica, §. Gabella nu. 69. & in summa, §.*
Gabella n. 1. &c.

Sed ad consulendum conscientiis Principum, & si-
mul subditorum in probabilitate dubiorum hinc inde,
potest recurri ad Dian. *dict. part. 2. tractat. 17. resol. 59.*
qui plures rationes, & auctoritates pro utraque parte ad-
ducit.

Verùm ad rem nostram redeundo, admissa etiam pro
veriori, & magis communi illa opinione, quòd leges
humanæ pœnales obligent ad peccatum, & in conscien-
tia, etiam in his, quæ non sunt disposita à jure natura-
li, vel divino, patitur tamen etiam ex suis sectatoribus
plures limitationes.

43 Prima est, ut procedat tantùm quando intentio supe-
rioris, & legislatoris fuit obligandi etiam in foro con-
scientiæ aliàs secùs; sed quia in casu nostro legislator
suam mentem non declaravit, recurrendum est ad co-
njecturas, quæ videntur stare pro obligatione ob strictam
prohibitionem, de qua suprà, ut latè explicat plures al-
legans Sperel. *dec. 147. n. 29. & seqq.* Alvarez de Velasc.
de Jud. perfect. rab. 9. ann. 12. n. 21. & seqq.

Quamvis alii dicant non obligare in dubio quoad con-
scientiam, saltem ante judicis sententiam, cùm Princi-
44 pes sæculares non debeant de conscientia judicare, aliàs
multas præberent peccandi occasiones & judicarent ex-
tra forum suum, adnotata per Sot. *de just. & jur. lib. 1.*
art. 6. q. 6. col. 17. Navar. *in Manual. cap. 23. num. 62.*
& 67. Velasc. *d. annotat. 12. §. 1. per tot.* Salas *de legi-*
bus q. 96. tract. 14. disp. 15. sect. 2. n. 30.

45 Secunda limitatio est, ut non procedat dicta opinio
cessante ratione legis sive in generali, sive in particula-
ri, nam tunc cessat etiam obligatio illam servandi in
foro conscientiæ, Angel. *in summ. verb. lex cap. 5. nu.*
4. Comitol. *respons. moral. lib. 7. q. 11. nu. 10.* Dian. *re-*
sol moral. p. 1. tract. 10. resol. 18. cum aliis per Sperel.
dec. 147. num. 46. & seqq. ubi tamen quando cessat ra-
tio legis solùm in particulari, refert plures contrarium
tenentes, & *num.* 53. asserit istam opinionem esse peri-
culosam hoc nostro ævo depravato, in quo unusquisque
de facili audet sibi formare conscientiam juxta sua vo-
ta, & judicem in causa propria agere. Sed nos supponi-
mus omnem cessare malitiam, & corruptelam, quo ca-
su rectè procedit limitatio.

Multa etiam contra istam limitationem adducit Eques
Ludov. de Vecch. in Senen. cessionis 11. Junii 1661.
apud Oleam *de cessione jur. decis. ult.* ostendendo leges,
quarum ratio continua, & finis communis, ac univer-
salis est, non cessare, licèt in aliquo casu particulari
cesset illarum ratio, & finis; loquitur tamen quoad fo-
rum externum, quod cùm non possint omnimodam ha-
bere certitudinem de actibus humanis, vult leges sem-
per obligare, quod penes me est indubitatum, secus au-
tem in foro interno, in quo sola veritas cuique in se
nota attenditur, & ideò non obligantur transgressores,
quoties finis, ad quem lex principaliter tendit, non
violatur, Duar. *de cens. q. 2. §. 2. num. 22.* Tambur. *in*
præcep. Decal. p. 1. lib. 2. cap. 1. §. 7. num. 37. & seqq.
Caramuel. *Theol. moral. fund. 17. q. 1. nu. 536. &c.* licet
alii plurimi contrarium sentiant relati per Dian. Sperel.
& alios in locis supracitatis: sed cum dicta distinctione
fori externi, & interni, allataque differentiæ ratione,
facilè conciliari posse existimo, nisi sequatur scandalũ,
vel contemptus legis juxta ea, quæ statim subiiciam.

Tertia limitatio præcedenti affinis, & casui nostro ap- 46
plicabilis est, quòd cum dicta lex municipalis videatur
in præsumptione fundata, & ad obviandum fraudibus,
& corruptelis, non obliget in conscientia si in aliquo
casu particulari veritas sit in contrarium, ut supponi-
tur Abb. *in cap. quoniam contra 11. num. 6. de probat.*
quem ibi DD. sequuntur Felin. *in cap. 1. sub nu. 40. de*
constitut. Layman. *Theolog. moral. tract. 4. cap. 21. nu.*
4. Homobon. *in exam. Eccles. par. 1. tract. 5. cap. 8.*
quæst. 53. Dian. *part. 1. tract. 10. resol. 17.* Conciol. *al-*
legat. 25. num. 17. cum aliis per Sperell. *decis. 28. num.*
32. decis. 147. num. 56. & latiùs *decis. 162. & 163.* ubi
post relatas quatuor diversas opiniones distinguentem
amplectitur, ut limitatio ista procedat stante bona fide,
& cessante non solùm fraude, sed etiam voluntate tran-
sgrediendi, cùm lex non sit apposita justo, & omnis
actus moralis pendeat essentialiter ab intentione, aliàs
autem secus, ut ibi plenè per eum, & sic videtur requiri
contemptus formalis legis in eo consistens, quòd tran- 47
sgressio procedat ex affectu animi, quo potestas supe-
rioris parvi fiat, seu homo contemnat superiorem, no-
litque ejus subiici legibus, vel judicet, sive exteriùs pro-
ferat esse indignum obedire legislatori, vel illum non
haberi jus ad imperandum, ut benè explicat cum aliis
ab eo citatis, & plausibile fore scrupulosis dicit Dian.
resol. moral. part. 10. tract. 15. resolut. 33. per tot. In
quo contemptu formali posset etiam quandoque excu-
sare levitas materiæ à peccato mortali, secundum eum-
dem Dian. *part. 3. tract. 6. resol. 72.* & plura de hujus-
modi contemptu, Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 4. cap.*
9. quæst. 15. D. Thom. *2. 2. quæst. 186. art. 9.* ubi Caje-
tan. Alphons. de Castr. *tract. de potest. leg. pen. lib. 1.*
cap. 5. docum. 6. Navar. *in manual. cap. 23. n. 42.* Sperell.
dec. 113. per totum.

Alias limitationes, sive casus, in quibus lex civilis, 48
& humana non obligat ad peccatum, veluti quando es-
set injusta, vel de materia non gravi, sed levi, vel ob-
scura, vel discrepans à jure naturali, vel divino prose-
quitur Sperel. *dec. 147. num. 23. & seq. per tot.* & in istis,
quia sunt extra rem nostram non insistimus.

Quarta limitatio ad propositum nostrum est, ut dicta 49
opinio non procedat ubi lex fuit per contrariam con-
suetudinem abrogata, nisi contineat præceptum natu-
rale, vel divinum, cui non posset per consuetudinem
derogari, Suarez *de legibus lib. 7. cap. 17. & 18.* Sperel.
dict. decis. 147. num. 41. &c Aloys. Ricc. *prax. var. re-*
solut. cap. 171. per tot. ubi plura notabilia qualiter con-
suetudo excuset à peccato in iis, quæ non repugnant juri 50
naturali, vel divino: nam licet dum est in fieri peccent
contravenientes legi absque rationabili causa, tamen
postquam est inducta, causat bonam fidem, & videtur
à peccato excusare, ut etiam colligitur ex Sylvest. *in*
summ. verb. consuetudo n. 18. Tabien. *in sum. eod. verbo*
n. 13. Sum. Angelic. *verbo consuetudo n. 3.* Sum. Arm.
eodem verb. n. 9. Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap.*
4. & cap. 17. Bonac. *de legibus disp. 1. quæst. 1. punct.*
ult. §. 3. Sed in casu nostro jam ostensum est, munera
non esse de jure naturæ, nec divino in parva quanti-
tate prohibita, & consuetudo illa dandi, & recipiendi
videtur certa, & notoria, non solùm Florentiæ, sed
ferè ubique, etiam cum tali quasi dissimulatione, &
conniventia Principum, qui dum sciunt contraventio-
nem in hac materia, & non puniunt, permittere dicun-
tur, ad Covarr. *tom. 1. relict. §. 10. n. 15. fol. mihi 250.* 51
Abb. & Innoc. *in cap. 1. de Decimis*, Sylvestr. *in sum.*
verb. Lex 6. Angel. *in sum. verb. consuetudo §. 10.* Aloys.
Ricc. *prax. var. resol. cap. 205.* Gizzarel. *dec. 36. n. 73.*
dixi in praxi, §. præsenti num. 10.

Et sic stante scientia, & patientia Principum cessat 52
obje-

objectum, quòd inferiores non possint derogare legibus superiorum, Cavaler. *decis.* 85. 91. 111. *&* 423. *per tot.* Sperel. *decis.* 15. Dian. *resol. moral. part.* 5. *tract.* 10. *resol.* 4. *& res.* 7. ubi quod satia est legem non observari, etiam si Princeps ignoret, cùm leges humanæ intelligantur sub ista conditione, si populus recipiat, & sciente Principe, vel ejus Ministris, & Audisoribus, & non puniente, cùm possit, sufficiunt duo, vel tres actus
53 contra legem facti ad illam abrogandam, facit Merlin. *dec.* 845. *n.* 2. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 169. *nu.* 19. *& seqq.* Paul. Cristin. *decis. Belgic.* 52. *volum.* 2. Es circa dationem, & receptionem istorum munerum stan-
54 dum esse consuetudini locorum, testatur Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 23. *per tot.* & alii supra relati, atque infra referendi.

55 Ita ut stante consuetudine recipiendi, nullum possit in accipiente considerari delictum, non obstante lege municipali id expressè prohibente, cùm non sit usu recepta, vel contrario abrogata, ut in terminis Regiæ Pragmaticæ defendit Lanar. *consil.* 43. *n.* 37. quem refert, & sequitur Prosper. Rendell. *tract. de Vinea &c. fol. mihi* 91. *col.* 2. *tit. de esculent. et poculent.*

56 Imò non desuns tenentes per hujusmodi consuetudinem induci obligationem dandi, & recipiendi munera tanquam in aliquibus casibus debita, ita ut consuesa non possins recusari, ne præjudicet successoribus in officio, Joseph Ludovic. *comm. opin. unic. de consuet. versic. infertur* 102. Sayr. *dec. cas. conscient.* 15. *tit. de censib.* Prosper. Rendell. *loc. cit. dixi ego in summ.* §. *consuetudo n.* 20. intellige prout ibi, & non aliter.

57 Consuetudo igitur ubi viget (prout ut extare credisnr Florentiæ, & alibi, nisi versa sit in abusum, & corruptelam) sive contrarius usus potuit, & potest derogare legibus parva quoque munera judicibus dare, & recipere vetantibus, nam licèt usus cedat legum auctoritati, & contra leges nullæ sint consuetudinis vires, vel saltem consuetudo debeas esse rationabilia, quæ talis dici non potest quando est contra legem, quæ pariter de sui substantia debet esse rationabilis, & nulla virtus virtuti contraria sit, vel non procedat contra ea, quæ publicam utilitatem respiciunt, vel inferiores non possint legem superioria tollere; Tamen contraria opinio verior est, posse leges humanas, sive Canonicas, sive Civiles consuetudine contraria, vel non usu abrogari, quia consuesudo vim legis obtinet, & venit appellasione juris, salsem si sit rationabilis, & legitimè præscripta, vel sciense Principe, sive ejus Ministris inducta, ac ita omnes Theologos, & Juristas convenire, asserit Suarez *de legibus lib.* 7. *cap.* 18. *n.* 2. Salas *eodem tract. quæst.* 96. *tractat.* 19. *disput.* 19. *sect.* 3. *n.* 18. *et seqq.* ex D. Thom. 1. 2. *quæst.* 97. *art.* 3. Alvarez de Velasch. *de Jud. perf.*
58 *rub.* 9. *annot.* 6. *num.* 6. *et seqq. per tot.* ubi infert ad casum nostrum, potuisse nempè consuetudine introduci, ut esculenta, poculenta, & Xenia, sive munera parva sponte oblata licitè dentur, & accipiantur à Judicibus, ad tradita per Sayr. *in Clavi Regia lib.* 12. *cap.* 53. *num.* 15. Emanuel. Sà *in summ. verb. de Judice, et arbitro n.* 52. Bonacin. *circa* 8. *Decal. præcept. disput.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 8. *proposit.* 2. *nu.* 8. ubi per hæc verba loquitur. *Verum quicquid sit de jure communi, arbitror Judices sæculares, tam ordinarios, quàm delegatos posse juxta legitimam loci consuetudinem minus accipere, hoc enim juri naturæ, vel divino non adversatur, quamobrem alicubi legitima consuetudine receptum est, ut dentur, & accipiantur munera ultrò oblata, consequenter non damnentur judices aliquid moderatè accipientes juxta consuetudinem legitimè introductam; Imò etiam Ecclesiastici Judices excusari possent ubi legitima consuetudine receptum esset, ut à Judicibus Ecclesiasticis munera recipiantur; non enim implicat aliquod jus Canonicum contraria consuetudine abrogari: Subdens nam si loquamur de muneribus, quæ Xenia nuncupantur, & consistunt in esculentis, & poculentis, dicendum est cum communi Doctorum sententia accipi posse à quocumque Judice tàm Ecclesiastico, quàm sæculari tàm ordinario, quàm delegato, ratio est tum quia nullo jure probibita est illorum acceptio, tum quia dari solent in parva quantitate, consequenter animum judicis ad iniquè judicandum corrumpere non consueverunt*, & allegat Clau. Reg. Azor. Sylvest. Tabien. Cajetan. Angel. Reginald. & alios, quibus addo testantes de observantia, & consuetudine Curiæ Romanæ, Status Ecclesiastici, ac etiam sotius Italiæ, recipiendi Xenia, esculenta, & poculenta, non solùm ab extraneis, sed etiam à collitigantibus, Joseph. Ludovic. *conclus.* 38. *illat.* 102. Viv. *decis.* 513. *n.* 14. Navar. *in Constit. Gregor. XIII. de dut. & promiss. not.* 21. *n.* 35. *vers. pro contrario*, Farinac. *quæst.* 511. *n.* 254. *& n.* 337. Boccac. *tract. de pact. par.* 5. *n.* 31. *& par.* 3. *n.* 101.

Dictam autem consuetudinem interpretatur Alvarez 59
de Velasc. *d. tract. rubr.* 9. *annot.* 6. *sub n.* 20. us non ultrà progrediatur, quàm quod jus divinum, & leges humanæ eidem conformes permittant, aus conscientia fidelis cujusque patiatur. Si enim minimum etiam, justitiæ, vel injustitiæ faciendi causa à volentibus quoque judex recipiat, per extorsionem concutiat, vel aliter in divinam legem receptione peccet, ineptè consuetudinem allegabit, cujus contra legem divinam nullæ sunt vires.

In casibus verò, in quibus rectè procedit consuetu- 60
do, vim quoque obtinebit non obstante juramento de observantia legum, & Stasutorum munera prohibentium, quia non intelligitur de illis, quæ consuetudine abrogata sunt, D. Antonin. *in summ. part.* 2. *tit.* 50. *c.* 6. §. 6. *in fine*, Sylvest. *in verb. juram.* 4. *quæst.* 23. *in fine*, Tabien. *verb. jurare quæst.* 36. *in fine*, Navar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 23. Diana *resolut. moral. part.* 3. *tract.* 6. *resolut.* 39. Velasc. *d. rubr.* 9. *annot.* 6. *sub n.* 21. *dixi in summa* §. *judex n.* 21. *&* §. *juramentum num.* 54.

Es quæ dicta sunt de non vi consuetudinis contra le- 61
ges, debent intelligi quoad leges divinas, vel naturales, contra quas non valet consuetudo, cùm illæ procedant à voluntate divina, ad quam non se extendit potestas humana, & aliis modis relatis per Velasc. *dict. rub.* 9. *annot.* 6. *n.* 8. *& seqq.*

Concludendum itaque videtur cessanse periculo cor- 62
ruptionis, & injustitiæ, non obstantibus legibus municipalibus, posse judices vigore consuetudinis, & aliis rationibus prædictis, tuta conscientia recipere, & retinere parva munera, & esculenta, vel poculenta sibi à litigantibus ex mera liberalitate oblata, quæ non sint magni valoris, ac paucis apta consumi diebus, dummodo ut dixi, (& iterùm propter magnos abusus repetere cogor) ad necessitatem non perducantur, indirectè compellendo litigantes ad dandum per cunctationem in expeditiono causarum, vel per mediatores, vel aliis modis notis ipsis, qui talia committunt.

Quæ autem esculenta, & poculenta ad hunc effectum 63
dicantur modici valoris, sunt à nostra lege municipali ad unum scutum in casibus permissis taxata, & de jure communi, cùm non sint definita, judicis arbitrio selinquuntur, attentis personis dantium, & recipientium, quantitate muneris, & tempore donationis, ad text. *in cap. etsi quæstiones* 18. *de simon.* Menoch. *de arbitr. cas.* 517. *n.* 22. *&* 23. ubi quod talia considerantur non solùm respectu propriæ pessonæ judicis, sed etiam respectu suorum, & familiæ, ac ideò inter esculenta, & poculenta connumerari posse pœnum, vel avenam pro equo, vel quid simile, & sufficere quod paucia possint consumi diebus, licèt actualiter non consumantur juxta doctrinam, quam sequitur Geminian. *in cap. statutum*, §. *insuper n.* 4. *de rescript. in* 6. Azor. *institut. moral. par.* 3. *lib.* 13. *cap.* 23. ubi quod
sufficit, ut intra triduum, vel aliud breve tempus ad 64
summum dierum decem consumi possint juxtà consuetudinem locorum, Farinac. alios citans *quæst.* 115. *n.* 250. *& seqq. ad* 261. ubi exemplificat in variis rebus, & declarat, dummodò non recipiantur à calumniatosibus, & persequentibus innocentem, non ab injustè vexatis, & non etiam ab Infamibus, non vendantur ad imbursandam pecuniam, ut faciunt quidam moderni judices, & ministri; illorum valor non excedat centum aureos in toto anno omnibus simul computatis, & sic sint adeò moderata, ut verisimiliter non sint apta ad movendum Judicem à recto judicio, ac etiam nostra lex dicit, *purchè non se faccia bottega.*

Sciendum est etiam prædicta esse intelligenda de 65
judicibus sæcularibus tàm ordinariis, quàm delegatis, nam quoad Judices Ecclesiasticos fortior est prohibitio, ut benè distinguit Azor. *institut. moral. d. par.* 3.
lib.

lib. 13. *cap.* 23. *litt. C. ubi tamen litt. T*, dicit quod si alicubi vigeret consuetudo, ut etiam Judices Ecclesiastici aliquid reciperent, non essent condemnandi, quia consuetudo reprobata iu *d. c. statatam* debet in-
66 telligi de consuetudine præterita, idest quæ vigebat ante illud capitulum, non autem de illa, quæ posteà io futurum esset inducta, idem docet Roch. de Curt. *tract. de consuetud. sect.* 7. *n.* 11. Bald. Novell. *de dot.* 6. *part. privileg.* 21. *n.* 19. aliique plures in his terminis relati per Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. lib.* 9. *annot.* 6. *n.* 12. & idem in effectu quoad Judices Ecclesiasticos tenet Bonacin. *circa* 8. *Decalog. præcept. disput.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 8. *proposit.* 2. *n.* 5. *cujus verba sunt supra relata n.* 58.

Et idem responderi potest ad leges municipales tollentes consuetudinem procedere quoad præteritam, non quoad futuram posteà inductam, maximè eum non contineant clausulas irritantes futuram consuetudinem,
67 & stante scientia Principum, & suorum ministrorum, quæ sufficit ad legum derogationem, Diana *part.* 10. *tract.* 10. *de legibus resolut.* 7. *ad finem*. Velasc. *loco citato n.* 55. ubi quod legum derogatio inducitur nedum scientibus Principibus actus legi contrarios, sed etiam illis ignorantibus, si eorum superioribus Judicibus, Auditoribusque scientibus fiant; licèt meo judicio in hoc fortè scientia ministrorum non deberet Principibus præjudicare, eùm ministri ut plurimum sint qui hujusmodi leges abrogant, nisi dicatur quod
68 unus posset alium detegere, sicut tenentur in hac materia, ut dixi per text. *in §. necessitatem Auth. ut Judic. sine quoque suffr.* Sed absit, cùm de communi interesse agatur.

69 Notandum est insuper in casibus prohibitis graviter peccare non tantùm recipientes, sed etiam dantes, vel mittentes munera vetita judicibus, ut justè, vel injustè faveant causæ, Navar. *de dat. & promiss. not.* 51. *n.* 27. ubi *num.* 35. idem dicit de precibus, ut refert Gratian. *discept. forens. cap.* 56. *n.* 48. Diana *resolut. moral. part.* 5. *tract.* 7. *resol.* 17. ubi an peccet qui offert, vel dat pecuniam judici, vel electori ad redimendum injustam vexationem, & post relatas contrarias opiniones, in hoc casu negativam amplectitur, quando id simpliciter tendit ad removendum affectum injustum judicis, & ad illud constituendum in animi æqualitate singulis debita, secus autem si animo corrumpendi, de quo iterùm infrà *vers. & non solùm, &c. num.* 95.

70 Pariter ooo extra rem videtur notare, esculenta, & poculenta etiam in foro externo judicibus non esse prohibita, & ob id de corruptela argui non posse, quicquid sit in aliis muneribus, vel commodis sibi à judicando resultantibus, ad latè tradita per Menoch. *de arbitr. cas.* 342. *per tot. & cas.* 517. *per tot.* Farin. *quæst.* 111. *n.* 235. *& seqq.* Ricc. *collect.* 1150. Prosper. Rendell. *tract. de Vinea &c. tit. de esculent. & poculent. official. fol. mihi* 90. *&* 91. ubi quod hodie mos recipiendorum munerum viget Romæ, & ubique impunè ad Lodovic. *decis. Luc.* 1. *n.* 49. Viv. *decis.* 113. *n.* 14. Lanar. *consil.* 43. *n.* 37. Mascard. *de probat. conclus.* 164. *ubi n.* 13. ootat, non rectè Princi-
71 pes suis Magistratibus consulere, dum omnia, & ab omnibus indifferenter recipi prohibent, refert, sed cum quadam admiratione Alvarez de Velasc. *de jud. perf. rub.* 9. *annot.* 6. *nu.* 10. *facit quod dixi in sum. §. consuetudo n* 20.

72 Contingit adhuc in hac materia valdè dubitari, an & qualiter judices recipientes munera vetita, & in casibus prohibitis obligentur ad restitutionem, & dicendum est, quòd.

73 Aut recipiunt pro injustitia facienda, & videntur ad restitutionem obnoxii, non quia actio, pro qua dantur, non sit natura sua pretio æstimabilis, sed quia habet annexam injuriam contra justitiam, ut affirmat, & declarat Sotus *de just. & jur. lib.* 4. *quæst.* 7. *art.* 1. *ad* 2. *col.* 1. Covar. *in relect. cap. peccatum de reg. jur. in* 6. *part.* 2. *§.* 2. *num.* 6. *versic. Video tamen*.

74 Contrarium nihilominus (quo ad accepta) est verius tàm naturali, quàm positivo jure inspecto, & ex communibus Theologorum traditionibus, quia si jure naturæ esset facienda restitutio deberet fieri danti, & huic non debetur, cum in accipiendo nulla ei sit facta injuria, sed spontè, & liberaliter dederit ut supponitur; vel quia etsi opus malum tanquam malum non sit pretio æstimabile, tamen tamquam delectabile, vel utile danti, & detrimentosum, & periculosum recipienti fit pretio inter homines æstimabile, ac ideò quod pro eo est acceptum, non est restituendum, nisi quatenus in æstimatione sit excessus, vel quia idem statuunt Theologi in acceptis pro iniqua occisione, vel alio delicto perpetrando, ut non sint restituenda; neque est ratio differentiæ inter casus aliorum delictorum, & iniquæ sententiæ. Jure positivo nulla est lex sæcularis, vel canonica, imò neque divina, quæ obliget ad restitu- 75
tionem injustè acceptorum de voluntate, dantis ubi turpitudo ex utraque parte versatur, & opus fuit perfectum secus si imperfectum, & non adimpletum, nam tunc restitutio ipsi danti esset facienda, Navar. *in Manual. cap.* 17. *n.* 30. *& seqq.* Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 14. *dubit.* 8. *n.* 52. *& seqq.* D. Antonin. *in summ. part.* 2. *tit.* 2. *cap.* 5. Angel. *in summ. verb. concussio n.* 2. *& verb. Restitutio §. Turpe*, Sylvest. *verb. Restitutio* 2. §. 3. & aliis relatis per Alvarez de Velasc. *de Jud. perfect. rubr.* 9. *annot.* 12. *n.* 1. *& seqq. ad* 11. ubi concludit non esse improbabilem aliam opinionem obligantem ad restitutionem, si non ipsi danti, cui in pœnam criminis denegatur repetitio; saltem fisco, vel pauperibus, alterive piæ causæ, vel loco pio. Verùm (quicquid sit in foro fori) in foro conscientiæ post fa- 76
ctum, posse retineri accepta pro injusta sententia ferenda, vel falso testimonio dicendo, sicut pro quolibet alio delicto patrando, ratione laboris, & periculi suscepti, cùm displicentia tamen absoluta peccati, & proposito amplius non peccandi, latè probat Dian. *resol. moral. par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 110. *per tot.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. c.* 3. *n.* 9.

Cavendum tamen est omninò ab hac doctrina tamquam ab igne, quia etsi vera sit respectu acceptorum,
peccarent gravissimè Judices, & alii per præmium de- 77
linquentes, ac obligarentur ad restitutionem omnium damnorum, & expensarum versus partem vel Rempublicam læsam quoad Judices etiam per omissionem tantùm in condemnando eos, qui de jure erant condemnandi, quicquid sit quo ad pœnam, ad quam ante Judicis sententiam non videntur obligati, Div. Thom. 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 4. *gloss. in cap. hoc etiam placuit* 2. *quæst.* 6. D. Antonio. *in summ. part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 19. §. 4. *post principium*, Azor. *Instit. moral. par.* 3. *lib.* 4. *cap.* 17. *& lib.* 13. *cap.* 23. *dub.* 4. Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 10. *resolut.* 23. *part.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 52. *& tract.* 6. *resolut.* 35. P. Steph. de Neapol. *de restitut. cap.* 2. *nn.* 37. Alvarez de Velasc. *de Jud. perfect. rubr.* 9. *annot.* 12. *n.* 2. *& rubr.* 11. *annotat.* 3. *per tot.* & nos clariùs infra explicabimus.

Aut Judices recipiunt pro justitia facienda, & sic
ob causam honestam, utque faciant, vel omittant quod 78
facere, vel omittere ex justitia tenebantur, & tunc obligantur ad restitutionem, quia cum id facere tenerentur ex justitia, dans dare non debebat, atque ita dare nollet, si ipsi aliàs facere vellent, quod facere tenebantur, proindè dans coactè dat, & rationabiliter invitus, cùm aliter suam non possit redimere vexationem: turpè ideò, injustum, & restitutioni obnoxium efficitur tale lucrum, quando fuit datum timore injuriæ, alias non dandum, secus verò si instar muneris liberalis sit datum, ut majorem, quàm solent, quamque tenentur Judices diligentiam in causa adhibeant, *l.* 2. *ff. de condit. ob turp. caus. cap. non sanè* 15. 14. *quæst.* 5. ubi Aug. Barbos. plurimos referens, Petr. Navar. *de restit. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 74. Martin. Navar. *in Manual. cap.* 17. *n.* 23. Less. *dict. lib.* 2. *cap.* 14. *dubit.* 9. *n.* 64. Layman. *Theolog. moral. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 4. *n.* 9. Diana *resol. moral. par.* 3. *tract.* 5. *resol.* 45. Alvarez de Velasc. *de Jud. perfect. rub.* 9. *annot.* 12. *n.* 11. *&c.*

Aut recipiunt, vel extorquent Judices, vel alii Ministri aliquid ultrà sibi debitum salarium, vel stipendium
taxatum, & pariter in utroque foro ad restitutionem 79
obligantur, nisi excusentur, eo quia ipsarum partium causa alio proficiscantur, vel laborem manifestè majorem assumant, quàm ratione officii debebant, vel merè liberaliter, & non coactè aliquo modo detur, vel quia ex abundantia pecuniæ inspectis temporum præsentium circumstantiis salarium antea taxatum injustum appa-

geat

reat, nam tunc faltem in foro conscientiæ (quicquid secus sit in foro fori ad evitandas fraudes) possunt justè usque ad limites justi pretii, non attentis taxis antiquis incrementum recipere, de quo dixi in §. *Judex num.* 21. *versic. Quod non teneantur*, Rebell. *de oblig. just. par.* 2. *lib.* 18. *quæst.* 20. *nu.* 4. *& seqq.* Fagundez *in præcept. Decal. præcept.* 8. *lib.* 8. *cap.* 26. *per tot.* Alvarez de Velasc. *d. rub.* 9. *annot.* 12. *n.* 13. *& seqq.*

Aut demùm recipiunt à spontè dantibus non officii ratione, & tunc juræ naturæ illicitam non esse donatio-
80 nem, nec ex parte dantis, nec ex parte recipientis, & consequenter nullo modo restitutioni obnoxiam certum, est, nisi per jus positivum commune, vel municipale esset prohibita hujusmodi donatio (exceptis tamen casibus, in quibus supradictum est esse permissam, ac etiam à litigantibus factam, secundùm usum, & Theologorum sententiam) quia non est dubium, quod lex civilis potest obligare ad restitutionem, etiam in his, quæ naturali, aut Divino Jure non continentur, & in foro quoque conscientiæ ad venialem, mortalemve culpam juxta materiæ gravitatem, ut latè explicat Alvarez de Velasc. *d. rubr.* 9. *annot.* 12. *n.* 16. *& seqq. per tot.*

Quamvis etiam sit valdè controversum, an leges sæ-
81 culares, & præcipuè municipales expresse obligantes in conscientiæ foro ad restitutionem, vel alias pœnas ante judicis sententiam, sint justæ vi sua, pacti, vel juramenti, aut desuetudine abrogatæ, & videatur negativè respondendum & consequenter in foro animæ non obligare ante judicis sententiam, cùm Principes sæculares non debeant de conscientia judicare, aliàs præberent magnam peccandi occasionem, & judicarent extra forum suum, ex traditis per Sot. *de just. & jur. lib.* 1. *art.* 6. *quæst.* 6. *col.* 17. Navarr. *in Manual. cap.* 23. *n.* 62. *&* 67. Jacob. Simanc. *de Cathol. Instit. cap.* 9. *num.* 32. Salas *de legibus quæst.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 2. *n.* 30. Alvarez de Velasc. *dict. rubr.* 9. *annot.* 12. §. 1. *per tot.*

Rursus igitur quæritur, an Judices munera gratuita recipientes in casibus prohibitis ad dictam restitutionem
82 statim, & ante judicis sententiam in foro conscientiæ teneantur, affirmativam opinionem sustinent multi, quia quando acceptio est mala, veluti à lege prohibita, etiam quod dominium sit translatum, tenetur accipiens restituere, vel quia lex acceptionem prohibens reddit accipientem incapacem dominii, & actum nullum, vel quia talis obligatio non solùm facto legis, sed ipsiusmet accipientis provenit, nam eo pacto officium acceptasse videtur, ne munera vetita recipiat, maximèque accedente juramento, Silvest. *in sum. verb. Judex* 1. *quæst.* 8. *& verb. Restitutio* 2. *dict.* 5. Medin. *de restit. quæst.* 2. *circa finem*, Sanch. *cons. moral. lib.* 3. *cap. unic. dub.* 2. *n.* 7. Franc. *in cap. statutum §. notarium n.* 3. *de rescript. in* 6. Dominic. *ibid. §. siquis autem*, & aliis per Velasc. *d. rub.* 9. *annot.* 12. §. 2. *n.* 1. *& seqq. ad* 8.

Negativam autem opinionem defendunt alii com-
83 muniter, nempe gratuita munera à judicibus contra prohibitionem legis accepta, non esse in foro conscientiæ ante judicis sententiam restituenda, nisi lex ipsa expressè, vel cum decreto, sive clausula irritante illos incapaces, vel inhabiles ad recipiendum, & retinendum redderet, cum aliud sit prohibere, aliud irritare, & multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta tenent; & sic nisi lex exprimat, ut non tantùm illicita, sed etiam invalida sit acceptio, erit valida donec infirmetur, & per consequens restitutioni ante judicis sententiam non obnoxia quoad munera, ut dixi spontè, & gratis data, quia licet accipiens contra legis prohibitionem fecerit, dominium tamen acquisivit, ad cujus restitutionis obligationem necessaria erit condemnatio, & judicis sententia, ac ante illam in conscientia non tenebitur, cum lex simpliciter acceptionem prohibens non reddat inhabilem, seu incapacem accipientem dominii rei donatæ nisi id nominatim declaret, vel sequatur ope exceptionis, & post judicis sic declarantis sententiam: & tantò minus si aliæ pœnæ sint appositæ, nam ex pœnarum adjectione, (nisi expressè addatur etiam irritatio actus) illius firmitas magis resultat, legislatoremque illis contentum, ostenditur; *nec* ex vi suppositi pacti, vel juramenti in acceptatione officii oritur dicta obligatio restitutionis, quia nullibi extat dictum pactum, nec juramentum de restituendo, vel non retinendo, sed ad summum de *non* recipiendo, & ideò licèt peccent, & periuri sint contrafacientes, non inde oritur obligatio restitutionis ante latam sententiam, aut ante latum præceptum, quo Confessarius, ad id pœnitentem (ex facti circumstantiis) adstringat, & quia etiam irritatio actus pœnam sapit, quæ non debetur ante condemnationem, & obligatio restitutionis regulariter oritur ex injustitia, quæ ut supponitur hìc non adest, cùm fuerit liberaliter datum, nihilque parti ablatum, prout hæc omnia, & alia colliguntur ex Molin. *de justit. & jur. tom.* 2. *tract.* 2. *disp.* 88. *n.* 12. *&c.* Vasquez *in opusc. de restit. cap.* 7. *dub.* 6. *n.* 54. *&c.* Martin. Becan. *summ. Theol. scholast. cap.* 6. *de lege hum. quæst.* 6. *n.* 6. Castropalaus *de virtut. & vit. contr. tract.* 3. *disp.* 2. *q.* 8. Layman. *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 4. Fagundez *in præcep. Decalog. par.* 2. *præcept.* 8. *cap.* 27. *n.* 9. Alvarez de Velasc. eorum dicta referente, & contraria solvente *dict. rubr.* 9. *annot.* 12. §. 2. *n.* 8. *& seqq.* ubi profitetur se quidem Judices perfectos, & leges omninò servantes expetere, ac imperfectorum non excusatorem, sed veritatis indagatorem esse conari.

Aliud tamen esset si restitutio non tàm pœnam, quàm 84
interesse partis, reique amissæ recuperationem contineret, quia tunc in foro conscientiæ deberetur ad tradita per Covarr. *in* 4. *lib. Decretal. part.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 14. *vers. sextò fol. mihi* 240. Velasc. *loc. cit. num.* 45.

Quid autem dicendum sit de aliis pœnis à lege ipso facto impositis contra Judices munera à personis prohibitis recipientes, an in foro conscientiæ ad illas teneantur transgressores ante judicis sententiam, & quicquid 85
in contrarium nixus fuerit per argumenta probare Alphons. de Castr. *de potest. leg. pœn. lib.* 2. *cap.* 5. *&* 7. quem sequitur Covarr. ubi supra, illis penitùs resolutis alii communiter firmant, sententiam judicis saltem criminis declaratoriam requiri, etiamsi lex ipso jure, vel ipso facto pœnam imponat, & ante illam in foro conscientiæ nullatenus deberi; cùm non sit credendum Legislatorem ita subditos gravare velle, ut eis inauditis, ante judicialem cognitionem, sententiamque judicis pœnæ saltem, vel criminis declaratoriam, ad pœnam in foro animæ legis transgressores obligare intendat, suique fieri proditores, accusatores, testes, & judices, juribus naturæ læsis; nisi apertissimis verbis nullam aliam interpretationem admittentibus, ante quamlibet aliam sententiam ad pœnam obligantibus, & de plenitudine potestatis supremo tantùm Principi attributa utatur, & in dubio semper benignior pars est amplectenda; ita ut firmata conclusio procedat, etiamsi lex dicat, *ante aliam condemnationem, vel sententiam*, quia intelligitur de condemnatoria, non de declaratoria adhuc necessaria, vel *ante aliam declarationem*, quia intelligitur tantùm exclusa declaratoria pœnæ, non criminis, vel in notorio, quod etsi non indigeat clamore accusatoris, eget tamen sententia antequam reus obligetur ad pœnam in foro conscientiæ; imò & Fiscus occupans bona delinquentium ante sententiam declaratoriam tenetur ad restitutionem, vel etiam non solùm si agatur de pœna actionem sive executionem requirente, sed etsi actionem non exigat, & in passione, sive privatione tantùm consistat, nam adhuc sententia requiritur ad obligandum reum secundùm veriorem opinio- 86
nem; exceptis tamen censuris Ecclesiasticis *ipso jure*, vel *ipso facto* latis, quæ secum executionem trahunt absque alia declaratione, quia in istis privatio non tàm de propriis, quàm de communibus bonis fit, ac ita usu receptum est, ut Ecclesia, quæ spiritualem subditorum profectum respicit, aliquas pœnas habeat, quibus à delictis etiam occultis arcere possit. Quæ quidem pœna- 87
rum incursio, vel criminis patrati declaratio fieri debet citata parte, ac juris ordine servato, & ab ea de jure datur appellatio; nec etiam post hujusmodi sententiam declaratoriam tenetur reus damnatus præstare, & exequi pœnas, sed tantùm ad partis petitionem, patientiam præstare executioni, nisi judex aliud in sententia declaraverit, ita ut si Fiscus fuerit negligens in exi- 88
gendo, possit condemnatus præscribere pœnas etiam cum mala fide, vel quia jus rei malam fidem excludit, & à pœnarum præstatione ipsum reum non exactum excusat, & pœnas, quas non prorsus sua negligentia Fiscus efficit, præscriptibiles reddit, prout hæc om-

omnia pluribus citatis tam Theologis, quàm Juristis singillatim probat, & contraria diluit Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. rub. 9. annot. 12. §. 3. per tot.* cui adde Sanselic. *decis. 220. per tot.* & dixi *ego in summ. §. Pœna num. 3. &c.*

Et subtiliùs investigando, cùm Judices in assumptione officiorum jurent observantiam legum, & Statutorum, videtur, quod saltem ratione perjurii, dum contrafaciunt munera prohibita recipiendo, officii privationem, & inhabilitatem à lege municipali, *ipso jure*,
89 impositam incurrant, & ad restitutionem fructuum, sive proventuum ex officio jam obtento, vel obtinendo perceptorum teneantur, quia perjurium causat infamiam, (quæ etiam in lege nostra est expressè inter alias pęnas apposita) infamibus verò portæ dignitatum, & officiorum tam Sæcularium, quàm Ecclesiasticorum, & non tantùm futurorum, sed & præsentium, ac jam adeptorum cùm illorum privatione sunt præclusæ, ac ideò sic ipso jura perjurio, vel alio maleficio officiis, vel beneficiis privatos, inhabilesque redditos fructus, vel proventus non facere suos, ad eorumque restitutionem consequenter in foro conscientiæ, & ante sententiam obligari (quidquid sit, an teneantur dimittere officium, vel beneficium, de quo ultrà alios hic citatos latè Sperel. *decis. 161. & 162.* Ricc. *collect. 1759.* Rot. *part. 2. divers. decis. 216. n. 19. & seqq.* Sanselic. *decis. 220.*) asserunt Ludov. Gomez *in cap. 1. de rescript. in 6. n. 9.* Azor. *Instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 8. quæst. 3. versic. si tamen quæres*, probat text. *in leg. si fundum 17. & leg. certum est 22. C. de re jud.* & faciunt tradita per gloss. *in l. quoties 17. C. de dignit. lib. 12. & in leg. 2. §. Miles, ff. de his, qui not. infam.* Mancin. *de juram. part. 5. effect. 8. n. 1.* & Farin. *quæst. 160. num. 156. & seqq.* Deciar. *tract. crim. lib. 6. cap. 13. n. 14.* dum probant ex perjurio, infamiaque ex eo contracta, *ipso jure* privationem, & inhabilitatem induci.

Sed contrarium nihilominus est verius, & tenendum,
90 infamiam ex perjurio ante judicis declarationem non contrahi, nec ex eo privationem incurri, nec dimittere teneri, quia infamia ex perjurio non oritur *ipso jure*, sed opus est sententia condemnatoria, vel dato quod juxta magis communem opinionem oriatur *ipso jure*, tamen adhuc opus est sententia saltem criminis declaratoria; unde sequitur privationem officii, vel beneficii, etiam ubi *ipso jure* esset inducta privatio, ante condemnatoriam, vel saltem declaratoriam judicis non contrahi juxta superiùs dicta, ac ideò interim officium, beneficiumva licitè retineri posse, fructusque percipi, ac suos fieri, reprobatis Gomez, & Azor. supracitatis, illorumque rationibus, & argumentis respondendo tenet Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 26. num. 7. & seqq.* Fagundez *in præcept. Decalog. par. 2. lib. 8. cap. 29. num. 23.* Molin. *de justit. & jur. tom. 1. tract. 2. disput. 96. num. 5. &c.* Menoch. *de arbitr. cas. 416. num. 62. &c.* Trullench. & alii, quos refert, & sequitur Alvarez de Velasc. *d. tract. rub. 9. annot. 52. §. 4. n. 11. & seqq. per tot.* ubi hoc confirmat, quia (quidquid sit de titulo) sola possessio licitam facit fructuum perceptionem, & nemo cum infamia saltem seipsum prodere tenetur, officium dimittendo, vel aliàs se à voce abstinendo.

Et licèt lata postea sententia declaratoria, ubi priva-
91 tio est *ipso jure* à lega imposita, teneantur transgressores ad fructuum, sive proventuum restitutionem à die transgressionis, & sic virtute dictæ clausulæ retrotrahatur ad tempus commissi delicti, secundùm Covar. *de matrim. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 8. &c.* Diaz. *pract. canon. cap. 131. num. 5.* Molin. *de just. & jur. tom. 5. tract. 2. disp. 96. num. 7.* Velasc. *dict. rubr. 9. annotat. 12. §. 3. num. 42. & 43. & §. 4. n. 16. & 17.* maximè quando ab initio vitiosè, & mala fide officium, vel dignitatem occuparunt, quasi tunc ob vitiosum, & iniquum ingressum, nec legitimam possidendi causam habuerint, & faciliùs impediatur acquisitio, quàm tollatur jus quæsitum.

Valdè tamen probabilis est altera opinio habens indistinctè inhabilitatem à lege pro crimine impositam non contrahi, neque officiorum obtentionem impedire, neque restitutionis fructuum, vel proventuum obligatio-
92 nem producere ante judicis sententiam saltem criminis declaratoriam, etiamsi *ipso jure* à lege inhabilitas sit apposita, quia accessorium sequitur naturam sui principalis, & ideò sicuti ante dictam sententiam potest officium, vel beneficium justè retineri ex prædictis, sequitur ut non anteà etiam debeatur fructuum restitutio, sed ab eo tempore tantùm, quo res ipsa est restituenda, nempè post sententiam, cùm aliàs videatur absurdum obligari priùs ad restitutionem fructuum, quàm ipsius rei; hocque maximè procedit ubi officiorum proventus ob industriam, & laborem sunt constituti; nam tunc judices etiam inhabiles à lege reputati, si aliàs utiliter laborem suum in officio impendunt, illos lucrantur, cùm & possessores malæ fidei mercedem laboris in 93
utilitatem rei impensi percipiant, jureque deducant, per text. *in l. si à Domino 39. §. fin. & l. plane 41. ff. de petit. hæredit. leg. si stipulatus 4. ff. de usuris l. 1. l. ex diverso 36. & leg. fructus 45. ff. de rei vendic.* Rebuff. *in l. plus est in restitutione 22. ff. de verbor. signif. col. 4. super verb. fructusque reddere*, faciunt tradita per Bonac. *de legibus disput. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 2. nu. 10.* Dian. *resol. moral. par. 1. tract. 10. resol. 24. vers. & notandum*, Navar. *de dat. & promiss. pro just. vel grat. num. 44. & in Manual. cap. 17. n. 25.* Layman. *Theolog. moral. lib. 3. de justit. tract. 2. cap. 3. num. 3.* & latè hanc partem tuetur Velasc. *dict. rub. 9. annot. 12. §. 4. num. 18. & seqq. per tot.*

An autem clausula *ipso jure*, vel similes circa incursum pœnarum appositæ contra recipientes munera in 94
casibus prohibitis restringantur ad casum ipsum, vel orationem, cui sunt adjectæ, sive potius referantur ad omnes sequentes, vel præcedentes, pulchra est, & non levis disputatio, in qua post relatas hinc inde rationes, & argumenta concludit ipse Velasc. *dict. rub. 9. annot. 12. §. 5.* probabiliorem esse opinionem negativam, nempè non extendi, nec repetitas intelligi, cùm in dispositione qualibet benignior, & humanior interpretatio sit facienda, quæque minùs gravet, maximè verò in pœnalibus, exorbitantibus, & odiosis, in quibus pœnæ casum suum non excedunt, & quatenus dubium aliquod esset, requiri sententiam declaratoriam, ut obligatio in conscientia ad pœnam urgeat juxta superiùs dicta.

Et non solùm judices corrupti, sed etiam illos corrumpentes, vel corrumpere tentantes, proxenetæ, comi- 95
tes, sive participes tenentur crimine, & pœnis repetundarum, de quibus plenè Farinac. *quæst. 111.* Velasc. *d. rub. 9. annot. 2. & annotat. 13.* & alii per me relati *in summ. §. Judex n. 25.* ac peccant regulariter, ut dixi supra *vers. notandum est, &c. num. 69.*

Si tamen corrumpens, vel corruptionis particeps, sive conscius, vel proxeneta crimen revelaverit, & probaverit, pœnas evitabit, & præmium consequetur, & licèt non probaverit non potest ipse ex sua confessio- 96
ne, in accusatione emanata, de eadem corruptela condemnari, cùm propter aliud, & ad alium finem emanaverit; sed benè de calumnia posset puniri pæna talionis, & ad expensas, damna, & interesse condemnari, si saltem sufficientia indicia non subministraverit, prout in aliis accusationibus, dummodò judex de corruptela revelatus per proprium juramentum se non purgaverit, 97
aliàs posset puniri, ac si delictum esset probatum, ut colligitur ex text. *in Auth. novo jure, C. de pœn. jud. mal. jud.* ubi Gloss. & DD. Velasc. *d. rub. 9. annot. 13.* Paul. Christin. *decis. Belgi. 95. vol. 4.* Farinac. *dict. q. 111. n. 191. & seqq. & num. 261. & seqq. ad 279.* ubi de probatione corruptionis, & barateriæ, de qua etiam Mascard. *de probat. conclus. 165. & 166.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 107. n. 8. vol. 5.* ubi quod delicta judicum extra officium commissa legitimis modis, prout aliorum sunt probanda; quò verò ad scelera, vel furta in officio patrata, standum est juramento accusatoris cum semiplena probatione.

Possent tamen corrumpentes judicem, vel corrumpere tentantes quandoque excusari, veluti si id egerint 98
pro salute vitæ, vel sanguinis proprii, sive alterius amici inquisiti de crimine capitali, vel pro conservatione proprii juris, vel pro se redimendo ab injustis vexationibus, vel pro consequenda justitia, sive solicita expeditione, dummodò semper constet de sinceritate donantis, aliàs præsumeretur datum ad malum finem, de quo dixi etiam *supra vers. Notandum est, &c.* latè Farinac. *quæst. 111. num. 98. & seqq. ad 124. & num. 288. & 329.*

Ju-

Judices autem pecunia corrupti, sicut & testes, si
99 exinde sequatur mors innocentis, tanquam proditores, & assassini non gaudent immunitate Ecclesiæ, Peregr. *de Immunit. cap. 7. num. 43.* Ital. *eod. tract. lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5. num. 145. & seqq.* Dian. *resol. moral. par. 1. tract. 1. resol. 19.*

Cessante tamen pecunia esset locus immunitati, vel
100 consulendus Papa, idem Dian. *par. 4. tract. 1. resol. 204.* & refert Bonacin. *in Decal. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 3.* absolutè tenentem utroque casu locum esse immunitati, cùm Judices, & testes prædicti propriè, & physicè non occidant, & hanc opinionem pro immunitate aliis etiam citatis probat iterùm idem Dian. *par. 6. tract. 1. resol. 26. quæst. 11.* Castropalaus *tom. 2. tract. 11. disput. unic. punct. 10. num. 8.*

Atque hæc de muneribus dicta sufficiant.

De precibus, & quæ possint Judices facere, vel non pro amico.

PRædictæ materiæ prohibitionis munerum, & corruptionis judicum valdè affinis est alia precum, & commendationis causatum ab Aulicis, & Potentioribus derivantium, in qua par, & quandoque fortior est ratio
101 prohibitionis, cùm rogare Ducum sit species violenta jubendi, & judices non solùm muneribus, sed & precibus, ac pluribus aliis modis corrumpi possint, ut observat Farinac. *quæst. 111. num. 102. & 109.* ubi quòd corrumpens judicem non pecunia, sed precibus, aut alio modo, licèt tunc non amittat causam, punitur tamen pœna centum aureorum, quod confirmat Clar. *§. fin. quæst. 73. nu. 2. in fine*, idem Farinac. *dict. quæst. 111. n. 361.* ubi quod per sordes dicitur judicare judex quando movetur, vel ex pretio sive præmio, vel ex prece seu gratia, vel ex odio seu inimicitia, vel ex timore, Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perf. rubr. 12. annot. unic. num. 3. &c.* & dixi ego *in summ. §. causa num. 21.*

Quapropter jure communi sancitum est, quod recipiens patrocinium Potentioris, vel ejus nomen prætendens in lite, amittat causam, & in metallum damnetur: patrocinium verò illicitum præstans puniatur ar-
102 bitrio Rectoris Provinciæ, vel si potentior consenserit suum nomen expendi, notetur infamia, ut patet *ex tit. Cod. ne liceat Potent. patrocin. litig. præst. & tit. sequenti de his, qui Potent. nom. titul. præd. affig. vel cor. n. in lit. prætend.* ubi gloss. & DD. Paul. Christin. *decis. Belgic. 110. num. 1. &c. vol. 2.* ubi etiam quinam dicantur Potentes ad hunc effectum, Olea *de cess. jur. tit. 2. quæst. 4. & 5. per tot.* Seraphin. *decis. 825.* & latè videndus Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. titul. de postulando resol. 2. per tot.* ubi pluribus modis ampliat, & declarat.

Hinc est, ut cessio jurium facta in Potentiorem regulariter sit nulla, Duen. *reg. 88. per tot.* Card. Tusch. *litt. C, conclus. 208. litt. P, conclus. 461. 462. & 463.*
103 Paul. Christin. *dict. decis. 110.* Trentacinq. *dict. resol. 2.* Corbul. *de Emphyt. titul. de privat. ob alienat. ampliat. 12. num. 10. &c.* Salgad. *Labyrint. credit. par. 1. cap. 7. num. 94. & seqq.* Olea *de cess. jur. tit. 2. quæst. 4. & 5. per tot.* Rot. *par. 11. recent. decis. 294. num. 7. & seqq.* & dixi *in summ. §. Cessio num. 23.*

Huc etiam pertinent, quæ tradunt Doctores de venditoribus fumi, qui scilicet prætextu amicitiæ, vel familiaritatis Principum, vel Judicum, muneribus, vel promissionibus receptis, aut etiam amore, vel gratia, eventum negotiorum, & causarum felicem petentibus,
104 vel litigantibus promittunt, illos decipiendo, falsò se quædam in eorum favorem dixisse, quædam responsa habuisse alia opportunè expectare, negotium adhuc pendere asserendo, & alia hujusmodi fingendo ad fallendum miseros expectantes, & sperantes, & sibi divitias, & munera usurpandum; quod genus hominum improbissimum est, & magnis pœnis afficiendum, prout olim servatum referunt per text. *in l. qui explicandi de accusat.* Menoch. *de arbitr. cas. 334.* Cabal. *resol. crim. cas. 67.* Scanarol. *de visit. carcer. lib. 1. §. 13. cap. 6.* & utinam hodie non extaret hujusmodi pestis, & genus latronum, atque furum in Civitatibus, & extra.

Florentiæ igitur jure merito, ac prudentissimè statutum fuit per Decretum Supremi Magistratus sub die 10. Octobris anno 1635. emanatum vigore motus proprii

S. C. S. de quo in mea praxi §. *Causæ num. 6.* nec 105
causæ, vel lites possint ab aliquo recomendari, etiam pro simplici expeditione, nec per Judices recipi, vel suscipi recommendationes, vel preces Potentiorum, & Aulicorum (exceptis eleemosynariis S. Bonaventuræ, vel aliis, quibus ex officio spectat procurare causarum expeditiones) sub pœna privationis officiorum, & Indignationis S. C. S. licèt hæc malè serventur, ut dixi *in summ. §. causa nu. 21.* Pro cujus Decreti intelligentia, & obligatione etiam in foro conscientiæ faciunt superiùs scripta in materia prohibitionis munerum, & notata per Navar. *de dat. et promiss. not. 11. nu. 35. et seqq. not. 12. nu. 17.* Pretii enim loco succedunt preces (eo magis efficaces, perniciosæ, & damnabiles, si proveniant à fœminis, lenonibus, & similibus apud judices ejusdem farinæ) ut in terminis simoniæ quando saltem pro indigno fit postulatio, advertit Gloss. *in cap. tuam 10. de ætat. & qualit.* & pulchrè in terminis nostris Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. rubr. 12. annot. unic. per tot.*

Debent enim Judices esse inexorabiles, erecti, & ar- 106
dui, ut se similes legibus, quæ surdæ, & inexorabiles dicuntur, præstent, ac animum constantem ad justitiam, prout ipsa constans est, & oculis subclausis præseferant, sic utili necessariæque legum severitati deservientes fallaces nocentium, & intercedentium preces animosè contemnentes, prudenter despicientes, non se illi flectentes, nec fletui cedentes; nam opus esse Medico austero, validisque remediis, proindè non eligendos, qui jucundissimi essent, populoque blandientes, sed inexorabiles clamabat M. Cato, de quo à pluribus laudatur, prout commendantur Principes, aliique Potentes, & eorum familiares, qui epistolas commendatitias ad judices dirigendas, solummodò etiam, *ut justitiam faciant*, denegant; cum judices non favori, amori, aut precibus, sed meritis causarum attenti, secundùm illa judicare debeant, & nullum eis sit concessum arbitrium, etiam in arbitrariis, quod juris præfinitionibus, & causarum accidentibus non sit alligatum, nihilque ex arbitrio suo, (nisi lex deficiat) facere possint, sed juxta leges, & in judicando magis custodia veritatis, quàm obedientia voluntatis cordi sit habenda, ut benè omnia comprobat idem Velasc. *dict. rub. 12. annot. unic. per tot.* ubi etiam quod sententia à judicibus pretio corruptis lata est ipso jure nulla, precibus verò rescindenda, ad Farinac. *quæst. 112. num. 197. & 206.*

Quamvis autem valdè periculosum sit preces pro litigantibus interponere, & judicibus illas recipere, & exequi, maximè in civilibus; tamen ne prorsus inhumanus videar (loquendo etiam cum Velasc. *d. tract. de jud. perfect. rub. 11. annot. 2.* aliàs in hac materia rigidè,
quia omnes judices, & ministros perfectos, & sanctos 107
desiderat) honestas funditus preces intraque ipsius justitiæ limites damnare non intendo, præcipuè in materiis arbitrariis criminalibus, nam licèt sicuti odio pœnas exasperare, & augere non est permissum, ita nec propter amicitiam illas temperare, quia amicus neque noxio gratificari debet, neque innocenti insidiari: negari tamen non potest in arbitrariis posse judices juxta rationabilem animi motum pœnas moderare, & amicis gratificari, amicosque in id licet interponere preces juxtà honestum rogandi modum, nempè quæ salva fide facere possint, & intra latitudinem, ac limites justitiæ; dummodò amicitia consistat in meritis, & virtutibus, non in lenociniis, & vitiis. Non ad personas tantùm, sed ad causas respiciant (etsi quandoq; dissimilis personarum conditio dissimilitudinem pœnarum requirat, ita ut tunc æqualitas summa esset inæqualitas, sive iniquitas, & nihil tàm inæquale, quàm æqualitas ipsa, ac inæqualitas æqualitatis genus sit, ejusque teneat vices; at non pro voluntate, sed pro jure, proque ratione, quæ discrimen privato non tribuit amori, vel gratiæ, sed causæ) & dummodo reus gratificandus non sit solitus delinquere, & non agatur de atroci delicto, non detur moralis exindè multiplicationi delictorum occasio, non redundet in præjudicium partis læsæ, non recedant à solito, seu quanto minus fieri potest; sint de majoribus judicibus ordinariam jurisdictionem habentibus, & non de pedaneis; id agant ante sententiam, vel in ipsa sententia, & pœna non sit specificè à lege præfinita, quia tunc gratificationi locus non esset, nisi legitima existen-

te causa; his enim, vel hujusmodi circumstantiis con-
108 currentibus, posse judices pœnas minuere, sicque amicis gratificari, amicosque cum eis licitè suas preces interponere colligitur, ex *text. in cap. 3. de offic. Legat. in cap. Clerico 37. dist. 50. in cap. miror. 8. in ord. 17. qu. 4. in cap. veniamus 5. in ord. 35. quæst. 9.* in quibus locis fuerunt remissæ, vel moderatæ pœnæ, non modò propter amicitiam, & dilectionem delinquentium cum judicibus, sed & cum aliis, qui pro delinquentibus intercesserunt, & probat Tiraq. *de pœn. tempor. caus. 16. & 17.* Farinac. *quæst. 17.* Salas *de legibus quæst. 96. tract. 14. disp. 15. sect. 8.* Suarez *eod. tract. lib. 5. cap. 11. & de relig. tom. 4. lib. 9. cap. 9. num. 10. &c.* Bonac. *circa 8. Decalog. præcept. disp. 10. quæst. 2. punct. 7. num. 2.* nec desunt exempla sanctorum Ambrosii, Augustini, Antonii, & aliorum, qui sepè pro delinquentibus apud judices intercesserunt, relata per Salas, & Suarez *loc. cit.* & alia per Velasc. *d. rubr. 11. annot. 2. num. 2. num. 19. & num. 30.* quod certè sancti Viri non fecissent, si judices temperare rigorem ad eorum intercessiones non potuissent.

Sic itaque Rector, vel Judex, (ut optimè advertit cum aliis Velasc. *loc. cit. sub num. 19.*)

Perdurus iniquas
Accipere preces: Rursus quæ digna petitu
Largitor facilis.
Injustuque nunquam
Largiri sociis.

Præthereà possunt, ac debent judices in criminalibus
109 sequi opiniones probabiles in favorem reorum, relictis etiam probabilioribus in favorem fisci, vel accusatoris, Castropal. *tom. 1. disp. 2. punct. 11. nu. 4.* Dian. *resolut. moral. par. 3. resolut. 13.* & alii relati per Velasc. *dict. tract. rubr. 14. annot. 7. num. 20.* & ita hoc modo etiam amicis gratificari saltem apparenter.

Ac judices etiam injustè pœnas debitas non imponentes, vel mitiores, aut rigidiores, quàm lex præfiniat infligentes, licèt malè agant, obligenturque ad damna partibus, vel Reipublicæ ob injustam, vel omis-
110 sam sententiam causata, non tenentur ad restitutionem pœnarum fisco, vel etiam partibus applicandarum, quia istæ non debentur in foro conscientiæ ante judicis sententiam, maximè quoad pœnas corporales, quamvis & idem esse quoad pecuniarias verius, ac receptius existimem, licèt multùm laborent Doctores in explicatione hujusmodi damnorum, & sibi invicem contrarientur, quando tamen rigidior pœna imponitur non est pœna, sed injuria, ac ideò obligantur ad restitutionem excessus, nisi ex circumstantiis, aut criminum imanitate, ob quam licitum sit jura transgredi, excusentur, ad tradita per Salas *de legibus quæst. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 7. nu. 98. et seqq. et sect. 8. n. 106.* Farinac. *quæst. 17. num. 7. et seqq.* Less. *de just. et jur. lib. 2. cap. 53. dubit. 10. num. 73.* Diana *resol. moral. part. 1. tract. 10. resol. 23. et part. 3. tract. 5 resol. 52. et tract. 6. resol. 35.* P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. et just. par. lib. 1. de restit. cap. 2. num. 37.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 4. cap. 17. et lib. 13. cap. 23. dub. 4.* latè Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. rubr. 11. annot. 3. per tot.* dixi *in summ. §. Judex num. 19.*

In civilibus verò causis magis periculosum est munera, vel preces cum judicibus interponere, illisque recipere, quia quidquid nonnulli teneant, & sit probabilis
111 opinio, posse judices in judicando, ubi adest varietas opinionum, in gratiam amici, probabilem sequi, omissa etiam probabiliori, & cessante scandalo modò juxta unam, modò juxta aliam opinionem pro amico judicare, dummodò utraque sit probabilis, licèt contraria relicta esset probabilior, etsi adesset scandalum peccare quidem, sed non teneri ad restitutionem: imò solo jure naturæ spectato non peccare contra justitiam, nec ad restitutionem teneri, si pecuniam accipiant pro ferenda sententia, ut supra, quod tamen de jure positivo obligante etiam in conscientia est omninò prohibitum, prout hæc omnia (laxatis forsan nimis habenis,) docent Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 14. dub 9. num. 64.* Dian. *resol. moral. part. 3. tract. 5. resolut. 35. et par. 2. tract. 13. resol. 3.* aliique relati per Velasc. *d. tract. rubr. 14. annotat. 7. num. 10. et seqq. et annot. 8. nu. 1. et seqq.* ubi etiam adducit multa jura, quæ penè innumerabilia esse dicit suadentia in dubiis gratificationi locum esse, & notavi *in summ. §. Judex num. 23.*

Contrarium omninò verius, probabilius, & receptius est, liberum non esse judicibus in opinionum varietate 112 intuitu amicitiæ illam eligere, quæ amico faveat, eique gratificari, & tantò magis detestandum si mediante pecunia id agerent, quia in judiciis non debet esse personarum acceptio, sed tenentur judices unicuique jus suum reddere secundùm merita causarum, ac lites dirimere, prout meliùs, magisque rationi consentaneum videtur, proque cujusque potiori jure, & dignitate; at ille, cui opinio probabilior existimata favet, censetur eo ipso sententia favorabili dignior, cui si præfetatur alter, erit contra ipsius dignioris jus, & committetur acceptio personarum contra justitiam distributivam; nisi minus probabilis opinio existimata, esset magis in praxi recepta, quia tunc secundùm eam licèt minus probabilem existimatam, vel visam esset judicandum, cum praxis sit vera legum interpres, pro lege stet, legemque superet, ac jus 113 consequenter potentius tribuat, imò iniquè ageret qui contra praxim judicaret (intelligendo de praxi universaliter recepta, & à viris doctis, ac Deum timentibus observata, non de abusibus) debent namque judices medium, in quo virtus consistit tenere, & amore justitiæ omninò judicare, non privato aliquo affectu in alteram partem inclinare: nunquam enim, aut rarissimè ita dubietas contingere potest, ut æqualis per omnia sit, nec ita pendulus judicantis animus, ut in alteram partem ex rationibus, & juribus illam faventibus non inclinet, pro eaque potiùs judicandum putet, & sic quod justius sibi videbitur, non quod amicitia expostulat, bonus, perfectusque judex facere debet, nec aliam à Principe, vel Republica facultatem habet; in dubiis verò, parique jure litigantium à legibus statutum est reo potiùs, quàm 114 actori favendum, possessori, doti, libertati, Ecclesiæ, causæ piæ, aut miserabilibus, & similibus causis à jure privilegiatis, & expressis, inter quas non est amicitia, & præter illas nemini licet gratificari, etiamsi datum esset arbitrium quantumvis amplum, nam nec datum videtur, nec dari potest, ut uni detrahat, & alteri tribuat, ob quas, & alias rationes posteriorem hanc sententiam tenent Bald. *cons. 420. n. 3. lib. 1. et cons. 445. n. 2. lib. 5.* Menoch. *de arbitr. quæst. 48. lib. 1. et lib. 2. cas. 339. n. 22. et seqq. de recuper. poss. remed. 3. n. 776. et seqq. et præsump. lib. 2. præsump. 71. n. 38.* Scacc. *de sent. et re jud. gloss. 14. quæst. 23. n. 10.* Thesaur. *in præf. ad decis. Pedemont. nu. 32. decis. 89. n. 3. et decis. 96. nu. 16.* Roland. *consil. 70. n. 12. etc. vol. 1.* Fontanel. *decis. 90. num. 15.* Hieronym. Leo *decis. Valent. 25. n. 4. et 5.* Layman. *Teolog. moral. lib. 2. tract. 1. c. 5. §. 3. num. 16.* Trullench. *oper. moral. lib. 8. cap. 1. dub. 6. n. 4.* Cardin. de Lugo *de just. et jur. par. 2. disput. 37. sect. 50. num. 116.* & alii plurimi, quos refert, & longa manu contrariis satisfaciendo sequitur Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. rub. 14. annot. 7. num. 18. et seqq. et annot. 8. nu. 11. et seqq. per tot.* ubi tamen *nu. 23. et seqq.* fatetur communem Theologorum, & Juristarum sen- 115 tentiam esse in opinionum conflictu, æqualique per omnia jure, & causa liberum esse judici, quam sequi velit, gratiamque facere amico (pecunia tamen, vel alio præmio non interveniente) sed rarissimè hanc æqualitatem dari, illa autem data, & permissa electione opinionis, carnalem abesse debere affectum, non ad personam, sed ad Deum, & conscientiam habendum respectum, ne affectus hujusmodi offundat caliginem intellectui, & admissa etiam illa pro communiori opinione, plus securitatis, & perfectionis, quàm ipse insequitur, istam continere; dato enim loco affectibus carnalibus, gratiæ, vel amori, maximè periclitatur justitia, quia faciunt cæcutire, humanos sensus habetant, & opiniones pervertunt, juxta illud Aristotelicum *lib. 1. Rethor. Amor, odium, et proprium commodum faciunt sæpe judices cognoscere verum;* vulgare autem dictum *in dubio pro Amico*, vertendum *imò pro diabolo*, asserit ex Thesaur. *decis. 89. num. 3. ad finem*, ubi etiam Additio notat non dari casum pro amico, sed invocandum nomen Domini, & sanctum brachium ejus, & non dubitandum, judicium rectum proferendum, abscondit enim plerumque Dominus veritatem sapientibus, & revelat parvulis, & dicit ipse Salvator: *Nolite secundùm faciem judicare, sed rectum judicium judicate*; ergo non pro amico, sed pro justitia semper est judicandum, Io. Petr. Ala *tract. de Advoc. et Causidic.* Christian. *par. 2. qu.*

72.

72. & aliis probantibus nihil commune amorem, & ami-
citiam habere cum justitia, quæ non novit Patrem, ne-
que Matrem, amicos, nec inimicos, sed seipsam solam.
Non negat etiam ipse Valasc. *loc. cit. annot. 2. nn. 29.*
& seqq. aliquid tribuendum amicitiæ, sed vel in se pru-
116 denter excusando, (& non ambitiosè contra amicos inju-
stè judicando, ut pravi judices quandoque faciunt, ut
ex affectu judicasse videantur) vel in desiderando ve-
ram, & justam amicorum causam, vel in diligenter eo-
rum justitiam investigando, (dummodò nil turpe aliud
adsit,) vel in gratiosiùs audiendo, & non fastidiosè fa-
stidiosam etiam narrationem sufferendo, vel aliquam
dilationem non alteri gravem, utrique communem, &
proficuam concedendo, vel propriis commodis ceden-
do, audiendo diebus festivis, vel feriatis, dummodò in
reliquia concernentibus commoda partium æqualitatem
servent, & quod præcipuum est in sententiando memi-
nerint se Deum adhibere testem; in præparatoriis enim
ad sententiam aliquod tribuitur judicibus arbitrium, quo
amicis gratificari valeant absque læsione partis, veluti in
expectando absentes, & similibus, in quibus salva, illæ-
saque principalis causæ justitia, aliqualis gratiæ judici-
bus facultatem jura concedunt, ut constat *ex l. 1. C. quo-*
modo, et quand. jud. leg. non quidquid 40. ff. de jud. cap.
consuluit 24. de off. et potest. jud. de leg. ubi gloss. & hu-
jusmodi relatis per Velasc. *dict. annot. 8. num. 20. et* 30.
ubi in his etiam optat judices æqua lance omnes metiri,
licèt arbitrium illis datum non neget, sed non tàm ami-
cos, quàm Deum præ oculis habere prætextuque juris,
gratiæ, & arbitrii non nimis laxare habenas hortatur.
Minosque possunt judices arbitrio suo gratificari ami-
117 cis in tempore, expediendo priùs illorum causas postha-
bitis aliis primò introductis, sed debent ordinem serva-
se, incumbendo priùs antiquioribus ad se delatis, aliàs
graviter peccant, & obligantur ad damna, intelligendo
parte instante, nam si pars non petat expeditionem, vel
alia subsit rationabilis causa aliquando recentiores præ-
ponendi, excusantur Michael. Salon. ad S. Thom. 2. 2.
quæst. 63. art. 4. contr. 1. conclus. 1. et 2. versic. ex his se-
quitur, Io. Petr. Ala *dict. tract. par. 2. quæst. 71.* Lay-
man. *Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 4. num. 9.*
Dian. *resolut. moral. part. 3. tract. 5. resolut. 45.* Valasc.
dict. rubr. 14. annot. 8. nu. 31. ubi graviter increpat eos,
qui cum aliorum detrimento gratiosi apparere volunt,
nihil posse judicantes decepti, nisi omnia possint, cùm
nihil verè possimus, nisi quod licitè possumus; & lau-
dat alios, qui potuerunt transgredi, & non sunt tran-
sgressi, facere mala, & non fecerunt cùm stabilita sint
bona illorum in Domino.
Debent igitur Judices, dum volunt favere amicis in
118 varietate opinionum, omnem à se priùs (si possunt cum
quieta conscientia) exuere, ac repellere dubitationem,
firmiterque credere illis jus esse, vel saltem pro eis judi-
candum juxta acta, & probata, licèt ipsis judicibus uti
privatis aliter constaret, alias si operarentur cum dubio,
exponerent se periculo lædendi alterum, ac per conse-
119 quens mortaliter peccandi, quod non licet, quia om-
ne, quod non est ex fide, peccatum est ex sententia D.
Pauli ad Rom. *cap. 14.* & quia etiam conscientia erro-
nea, sive speculativè, sive practicè, & magis practicè li-
gat, vel ad illam rationabiliter deponendam, si vinci-
bilis sit ignorantia, vel ad faciendum id quod ipsa suadet,
si ignorantia sit invincibilis, aliàs operando contra con-
scientiam, (licèt erroneam) dictantem sive verè, sivè
falsè aliquid esse malum, voluntas illud amplectens vult,
quantum in se est, malum, ac proindè legem natura-
lem dictantem omne malum esse vitandum, transgredi-
tur, & peccat, quando actio, vel omissio est libera, &
ea specie, ac quantitate malitiæ, & culpæ, quam ipsa
120 errans conscientia dictat. Ergo dum judices dubitant
non debent, nec possunt pro amicis judicare, nisi priùs
dubitationem, ut suprà expellant, aliàs potiùs à judi-
cando abstineant, ut eruditè probat Menuch. *de arbitr.*
cas. 339. num. 22. et seqq. ad 35. auctoritate Navarr. *in*
c. si quis autem num. 130. de pœnit. distinct. 7. D. Thom.
1. 2. quæst. 13. art. 5. et 2. 2. quæst. 64. art. 9. quæst.
67. art. 3. & aliorum, quibus addo Covarr. *var. lib. 1.*
cap. 1. num. 6. vers. non obstat, Scacc. *de sentent. et re*
jud. gloss. 14. quæst. 8. num. 7. 8. et 42. Azor. *Instit. mo-*
ral. part. 1. lib. 2. cap. 8. et cap. 17. quæst. 7. et 8. San-
chez de matrim. lib. 2. disput. 41. num. 2. et seqq. et in

præcept. Decalog. lib. 1. cap. 9. n. 1. et seqq. et cap. 51.
num. 5. et seqq. Layman. *Theolog. moral. lib. 1. tract. 1.*
cap. 3. et 4. Dian. *resolut. moral. part. 4. tract. 3. per tot.*
et par. 9. tract. 8. resolut. 47. 48. et 49. ac eruditissimum
Alvarez de Velasc. *d. tract. rubr. 14. annot. 3. per tot.*
ubi an judices secundùm allegata, & probata, vel secun-
dùm scientiam, & veritatem, quam privatim noverint, 121
judicare possint, vel debeant, & concludit secundùm al-
legata, & probata cum aliquibus declarationibus, de
quibus per eum, *et dict. rub. 14. annot. 6.* ubi ex com-
muni Theologorum, & Juristarum sententia docet Ju-
dices debere omninò secundùm propriam firmam, & se-
curam conscientiam judicare, dubiam quatenus habe-
rent deponentes, aliàs iniquè agere, & peccate.
Est enim conscientia (ad hoc propositum) judicium,
sive dictamen rationis, quo aliquid bonum, aut malum
esse monemur, vel animi quædam ratio, vis, & lex,
à qua de rectè factis, & de malè gestis admonemur, vel 122
quædam rectæ rationis scintilla, bonorum, malorum-
que operum index, & judex, vel cogitatio intellectus,
animæ pædagogus, & rector, ut eam de melioribus mo-
neat, vel de culpis arguat, vel est sensus animæ cogno-
scentis bonum, vel malum; & ista quandoque firmata
est scientia, quæ dicit cognitionem certam, saltem
moraliter, ita ut non sit prudentis dubitare; quandoque
errat, & erronea dicitur, veluti quando dictat bonum
esse quod est malum, vel è contra; quandoque dubitat,
& dubia appellatur, veluti quando in æquilibrio intel-
lectus pendet, quandoque scrupulis agitur, & scru-
pulosa nuncupatur; quandoque habet varias opiniones,
& opinabilis nominatur, ut quando præstat assensum
uni parti, non tamen firmum, & certum, sed cum al-
terius formidine, de quibus Alvarez *d. rub. 14. an. 6.*
& alii supracitati hanc materiam optimè elucidantes.
Licèt autem, ut dixi judices, & alii non possunt o-
perari contra id, quod propria conscientia dictat, nec
cum dubio, saltem practicè, quia ut voluntas honestè 123
operetur, oportet intellectum non esse practicè dubium,
sed determinatè judicare hìc, & nunc licere hanc ope-
rationem, aliàs dubitans practicè, si aliquid operetur,
peccat speculativè verò tantùm dubitans, potest licitè
quandoque operari, si habeat oppositam cognitionem
practicam, qua mediante propter aliquam concurren-
tem circumstantiam existimet sibi licere hanc opera-
tionem. Possunt tamen operari cum scrupulo sine la- 124
be peccati, & sic cum conscientia scrupulosa, an ali-
quid sit peccatum, vel non quamvis scrupulus non de-
ponatur, sed maneat in mente intelligendo de vero
scrupulo, qui quantumcumque urgeat, non tollit li-
berum assensum contrariæ parti, secus autem in eo,
qui determinatum alterius partis tollit assensum, cùm
tunc non sit propriè scrupulus, sed dubium verum de-
ponendum, ut suprà, ad licitè operandum; est enim
scrupulus assensus ex levibus conjecturis, vel apparen-
tia aliqua contra id, quod aliquis credit, opinatur,
vel dubitat, vel formido ita tenuis, ut sit contra eam
agendum, quia procedit ex ignavia, & pavore; du-
bium verò est quando intellectus in æquilibrio pendet 125
in neutram partem potius inclinans; licèt alii etiam
teneant scrupulum esse deponendum ad licitè operan-
dum, intelligendo non de vera explosione, ita ut scru-
pulus non sentiatur, nec perseveret, cùm id quando-
que non sit in nostra potestate, sed ita, ut illi non præ-
stetur consensus per determinatum judicium illius par-
tis, in quam vexat, formando assensum dictantem eam
partem non licere, ac ob id optimum esse consilium
pro vincendis scrupulis frequenter contra illos opera- 126
ri, eosque contemnere, aliàs scrupulosus numquam
pacem habituros, & alia vide per Layman. *Theolog.*
moral. lib. 1. tract. 1. cap. 5. et 6. Sanch. *in præcept.*
Decal. lib. 1. cap. 10. nu. 79. et seqq. et de Matrim.
lib. 2. disp. 41. Alvarez de Velasc. *dict. tract. rub. 14.*
annot. 6. n. 15. et seqq.
Possunt etiam judices juxta communiorem, & ve-
riorem Theologorum sententiam aliorum opinioni 127
etiam minus tutæ, quam tamen probabilem reputant,
adhærere contra propriam opinionem, quam tutiorem,
& sibi probabiliorem esse persuadent, (& hæc est, ut
puto, quam conscientiam opinantem, vel opinabilem,
& probabilem dicunt) quia licèt tutior sit pars eligen-
da, tenendum certum incerto relicto, & non agen-

dum contra propriam conscientiam, ut diximus, & arguunt qui negativam partem sustinent, tamen probabilior est affirmativa, quia operantes juxta opinionem, quam probabilem existimant, temerariè, aut imprudenter non agunt, & sicut in speculativis opinio probabilis est sine errore, & periculo, ita magis in moralibus, in quibus cum omnimoda de rebus certitudo haberi nequeat, ad eam minimè Deus obligat, sed ad operandum cum morali certitudine, quæ in opinione probabili adest, aliàs intollerabile esset onus, & multis periculis expositum, si opiniones probabiliores essent de necessitate investigandæ. Rationes verò, & auctoritates contrariæ procederent in vero dubio, in quo tutior pars est eligenda ad vitandum peccati periculum, secus in opinionibus; in quibus minus probabilem sequentes, contra conscientiam non agunt, dummodò certò apud se statuant id sibi licere: aliàs contra propriam conscientiam aliorum opinioni adhærentes id sibi non licere existimantes, peccarent juxta superiùs dicta. Firmato autem dicto proposito sibi licere, procedit assertio, etiam propria opinione, tanquam probabiliore retenta, nec ob id dantur duo assensus contrarii, cùm intellectus non affirmet utramque partem esse certam, sed solùm utramque esse probabilem, nempè neutram partem ita certam esse, quin utraque probabiliter sustentari valeat, & sic cessat contradictio, Azor. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæst.* 7. Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 13. *et seqq.* Layman. *Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 2. *n.* 7. Dian. *resol. moral. part.* 2. *tract.* 13. *resol.* 1. August. Barbos. *in collect. ad c. Capellanos* 4. *de fer. n.* 6. Alvarez de Velasc. *d. tract. rubr.* 14. *annot.* 7. *n.* 1. *et seqq. ad* 6. ubi concludit idem esse in Confessariis, & Advocatis: cum aliquo tamen discrimine circa Advocatos, ut ego dixi *in summ.* §. *Advocatus n.* ..... *et* §. *Judex n.* 18. *in fine*, ubi quod verum est si probabilitas sit circa jus, & non circa factum, quia circa factum tenentur sequi, quod est probabilius, in jure autem possunt ex duabus opinionibus probabilibus, quam maluerint eligere pro amico, & modò unam, modò aliam sequi cessante scandalo, ad Dian. *d. par.* 2. *tract.* 13. *resol.* 3. *par.* 3. *in addit. resol.* 13. *et par.* 11. *tract.* 2. *resol.* 60. quod ego intelligo juxta superiùs notata.

128 Oportet igitur judices habere patientiam, & scire, quòd non possunt amicis carnalibus, & vitiosis complacere, si volunt officium suum rectè exercere, sed juxta semitas veritatis, ac justitiæ judicare debent, ut sibi ad gloriam, & non ad gehennam ædificent: Amicis verò, ex meritis, & virtute aliquatenus juxta superiùs dicta gratificari, cum id sibi merita poscant, & illis jus concedat, *l. non omnis, ff. de re milit.* Tiraq. *de pœn. tempor. caus.* 16. *n.* 5. *et caus.* 49. *et* 51. Velasc. *d. tract. rub.* 11. *annot.* 2. *n.* 16.

Quamvis enim amicitia, & pax, quantum fieri potest
129 cum omnibus sit habenda juxta monitum Apostoli ad Romanos 12. *et in* 11. *quæst.* 3. *et* 3. *quæst.* 6. debet intelligi cum bonis, non cum impiis, & peccatoribus, cum quibus non est pax, vel amicitia à viris justis, & præcipuè judicibus habenda, sed cum illorum vitiis, quibus etiam Deus irascitur, semper est pugnandum, ne simul in peccatis eorum pereant, & vitandi sunt illi, cum quibus ex pace, vel amicitia Deus, aut veritas, vel justitia offenditur, quia pessima pax, vel amicitia est rebellare Deo, veritati, & justitiæ, talisque dilectio terrena, animalis, & diabolica est nocens dilecto, & diligenti, non meretur nomen amoris, nec amicitiæ, & experientia sæpè docet, cùm propter hujusmodi amicos carnales Deus contemnatur, aut veritas offendatur, aut justitia conculcetur, vel negligatur, eos etiam posteà justo Dei judicio inimicos, & persecutores effici, vel magna ab illis tolerari, cùm amicitia vera non in vitiis, sed in virtutibus consistat, & ideò quæ cum bonis est virtus, cum malis, & impro-
130 bis est fraus, dolus, atque conspiratio, Luc. de Penn. *in l. unic. Cod. de pub. læt. lib.* 12. *nu.* 11. *et seqq.* Guaz. *de pace, et treg. part.* 1. *quæst.* 23. *num.* 11. *et seqq.* Farinac. *quæst.* 43. *num.* 174. & dixi *in summ.* §. *Amicitia num.* 5. *et* §. *Amor. num.* 6. ubi quod Amor sensualis non meretur nomen amoris, sed potius cupiditatis, sive concupiscentiæ, vel proprius odii sui ipsius, & incendii, ex quo præter alia innumerabilia mala sequitur ultimum terribilium damnatio æterna; nec ideò debet confundi cum vero amore, qui est charitas, quæ omnia potest, omnia vincit, omnia superat, & ad æternam gloriam perducit.

Et ideò licèt dubitent Philosophi, an melius sit unum,
vel plures amicos habere, & multis rationibus conclu- 131
dant (loquendo de amicitia humana) satius esse unum tantùm, vel ad summum duos, sive tres amicos, & non plures habere; nam qui multis vult esse amicus, nemini est verus amicus, & Pythagoras laudatus à Plutarco *lib. de multitud. amic.* dixit ne multis manum injicias, idest ne multos tibi facias amicos, Aristotel. 9. *moral. Nicomac. cap.* 10. unum tantummodò habere utilius docet, licèt duos, vel ad summum tres concedat, & verè melius sit esse unius amicus, & nullius inimicus, quamvis in amicitia supernaturali quo plures sunt, eo meliores, & sibi invicem utiliores existant, ut probat Fr. Lucas de Monteforti *in sua Domo sapientiæ tom.* 2. *colum.* 1. *nu.* 306. *fol. mihi* 277. hoc indubitatum est cum malis, & perversis, nullam unquam esse amicitiam admittendam, quæ nec amicitiæ nomen meretur, sed doli, & fraudis.

Hinc est, quod quamvis amicitia aliorum media su- 132
surratione dissoluere, regulariter sit peccatum mortale cum obligatione restituendi; tamen secus est ubi susurratio fieret ad bonum finem pro dissolvenda amicitia turpi, noxia, vel non honesta, licèt aliàs utilis esset ei, qui illam habet, ut docet P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib.* 1. *cap.* 53. *n.* 7. & 8. & dixi *in summ.* §. *Amicitia num.* 2.

Atque ad propositum non ommittam etiam referre
verba Innocentii Tertii Pontificis Maximi, de contem- 133
ptu Mundi, seu de miseria conditionis humanæ *lib.* 3. *cap.* 4. ita exclamantis: *Væ vobis, qui corrupti prece, vel pretio, qui fracti amore, vel odio dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, mortificantes animas, quæ non moriuntur, & vivificantes animas, quæ non vivunt; Vos enim non attenditis merita causarum, sed merita personarum, non quod ratio dictet, sed quod voluntas affectet, non quod lex sentiat, sed quod mens cupiat, non inclinatis animum ad justitiam, sed justitiam inclinatis ad animum; non ut quod liceat hoc libeat, sed ut liceat hoc quodlibet: nunquam in vobis ita simplex est oculus, ut totum corpus sit lucidum, sed aliquid semper admiscetis fermenti, quo totam massam corrumpitis, etc.*

Quos hæc, & alia prædicta tangunt videant ipsi; sciant
alii, & lætentur, quod Judices, & Advocati benè uten- 134
tes legibus, ac muneri respondentes meliorem vitam agunt, quàm Religiosi, ut notat Jas. *in rub. ff. de just. et jur. nu.* 8. Guazz. *def. in præfat. nu.* 2. *et seqq.* Borgn. *decis.* 33. *num.* 21. Scacc. *de sentent. et re judic. cap.* 1. *gloss.* 4. *quæst.* 1. *num.* 34. *et seqq.* Paul. Christin. *ad leg. municip.* Mechlin. *tit.* 1. *art.* 2. *num.* 2. ubi etiam quid è contra, & quod in correctione malorum Deus placatur, & minister Domini est qui malos percutit, *c. si quos igitur* 32. *quæst.* 4. *et quæst.* 5. *cap. qui malos.*, Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. rubr.* 15. *annot. fin.* ubi plura de præmiis, meritisque bonorum judicum, & de pœnis malorum dixi latiùs *in Compend. de qualit. jud. perfect. versic. vigesimo, et ultimo*, Marta *de success. legal. par.* 4. *quæst.* 18. *art.* 4. *n.* 48. ubi refert plures Advocatos in numero Sanctorum redactos. Nec à difficultatibus deterreantur, sive mœrore boni judices afficiantur, quia justitiæ Domini rectæ lætificantes corda, præceptum Do-
mini lucidum illuminans oculos, & timor Domini san- 135
ctus permanens in sæculum sæculi, ac inter beatos reputantur qui esuriunt, & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur, & qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum Cælorum; hæc enim desiderabilia sunt super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel, & favum, ac ideò à servis Domini custodienda, quoniam in custodiendis illis retributio multa, & gaudium illorum erit plenum in Cœlo.

Reliqua ad materiam conducentia vide in sequenti compendio de qualitatibus judicis perfecti per totum.

Finis Discursus de prohibitione munerum, & precum.

COM-

COMPENDIUM

De qualitatibus Judicis perfecti ex non minus eleganti, quàm obstruso tractatu D. Gabriel Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. per tot.*

SUMMARIUM.

1 JUdex tanquam justitia animata debet in se omnes habere virtutes.
2 Debet esse castus, & pudicus.
3 Luxuria quot mala producat, & ut puniatur in Judice, & n. 4.
5 Judex debet esse perquisitus, et rogatus, non ambiens, et nn. seqq.
9 Virtus an latere possit.
7 Officia non debent vendi.
8 Judex debet esse taciturnus, et secretus, et quare.
9 Modestus habitu, et cultu.
10 Compositus in incessu.
11 Solitarius, et quare.
12 Formidabilis delinquentibus, et bonis mansuetus.
13 Impossibile est omnibus placere.
14 Fama à quibus quaerenda.
15 Judex sit oculatus argus in se, et in alios.
16 Humilis, et non superbus.
17 Humilitatis, laudes, et superbiae damna.
18 Humilitas quod sit juncta cum generositate.
19 Judex debet reverendam tristitiam praeseferre.
20. Tristitia vera quid sit, et quot mala producat.
21 Judex debet gravitatem sine fastu servare.
22 Sanctus esse debet, quomodo, et quid sit Sanctitas, et nn. seqq.
23 Sanctitas cur in Judice necessaria.
24 Non est tamen de necessitate judicii, sed perfectionis, et decentiae.
25 Judex licèt criminosus potest alios condemnare sine novo peccato, et debet.
26 Judex debet esse severus cum moderamine.
27 Incorruptus, mundisque manibus, et quare.
28 Inadulabilis, et seipsum cognoscens, et quare.
29 Immisericors contra improbos foris, sed intus charitate plenus, et nn. seqq.
30 Misericors salva justitia, et legum severitate.
31 Æquitas quando rigori praeferenda, vel non.
32 Judex dissimulans delicta quas poenas incurrat, et nn. seqq.
34 Quando possit poenas temperare.
35 Poenas dolenter imponat ex necessitate, et affectu justitiae.
36 Quando peccet non puniendo reos, vel ex odio, vel alio affectu, et n. 27.
38 Magna pietas delinquentes punire, ne ulterius peccent, & n. 39.
40 Justitia vera juxta leges, et fraeno temperantiae moderata.
41 Judex an in gratiam amicorum possit aliquid facere.
42 Debet esse inexorabilis, erectus, et arduus.
43 Vi, et majestate potens, ut alios defendat.
44 Fortitudo necessaria in judice, et quare, n. 45.
46 Judex repellat omnem humanum timorem, et pugnet pro justitia.
47 Timeat cum à justitia cadit propter homines, et num. 48.
49 Naturalis est timor hominum, sed nimis damnatur.
50 Judex quos defendit, ipse non depraedetur.
51 Quidquid agit ad justitiam referat, et rationem status repellat.
52 Sit veritate, et aequitate terrificus.
53 Audiat cum patientia, sed sine contemptu suo, et num. 54.
55 Impatientia, et ira quando, et quomodo vitetur.
56 Ira sit ratione temperata, et quomodo permissa.
57 Veritas est ipsa justitia, et semper à Judice quaerenda.
58 Non sufficit privata cognitio, sed juxta allegata, et probata.
59 Judex an semper secundùm allegata, et probata judicare debeat, relicta propria scientia privata.
60 An possit astutia, fraude, dolo, vel simulatione veritatem quaerere, et nn. seqq.
61 An possit immunitatem promittere, & promissam servare, & nn. seqq.
62 Mendacium quando sit peccatum, & nn. seqq.
63 Judex peccat promittendo impunitatem animo non se obligandi.
64 Debet quaerere veritatem, sed praefinitis à jure modis.
65 Habeat simplicitatem columbae, & astutiam serpentis.
65 An possit uti verbis ambiguis, & simulatione, & num. 66.
67 Non potest condemnare ex confessione illegitimè extorta.
68 Quid si illa confessio non fuit revocata, sed ratificata.
69 Confessio facta spontè, etiam sine praecedentibus inditiis subsistit.
70 Via plana sequenda, & num. 93.
71 Sapientia mundi abiicienda, et justorum sequenda.
72 Simplicitatis bona, et calliditatis mala.
73 Judex indebitè confessionem extorquens, vel non servato juris ordine inquirens ad quid teneatur, et nn. seqq. et num. 92.
73 Quando possit excusari, vel non, et seqq.
74 Causa damni proxima, et non remota est attendenda.
75 Pars quando sibi, et non judici damnum imputet, et num. 78.
77 Judex quomodo possit errorem suum, et processum emendare.
78 Quid si non sit error in processu, sed dolus in judice.
78 Dolus, vel metus quando imputetur judici, vel parti, et num. 75.
79 Suggestio ad quid obliget judicem.
80 Ordini, et solemnitatibus juditii, an possit renunciari.
81 Clausula summariè de plano, &c. *quid importet.*
82 Judex injustam ferens sententiam facit litem suam etiam si pars non appellavit, et quare.
83 Judex interrogans de sociis in casibus non exceptis peccat.
84 Socios nominans in casibus non exceptis ad quid obligetur.
85 Testis occultum crimen detegens ad quid teneatur, et num. 89.
86 Crimina excepta quae sint.
87 Judex in criminibus exceptis debet interrogare de sociis sub poena peccati, et interrogatus revelare.
88 Concurrentibus duabus legibus naturae, standum est fortiori.
89 Testes, et socii, quando tenentur revelare delinquentes.
90 Ordo juris in interrogando in quibus consistat.
91 Modi juridici procedendi in criminalibus.
94 Judex an Judicare debeat secundum conscientiam, et alia remissivè.
95 Debet multos libros habere, et studio vacare.
96 Duos sales debet habere.
97 Sententia derepentè lata, nulla.
98 Non debet retardari ubi facilis, et expedita est causa.
99 Judex tenetur de dolo, et lata culpa, non de levi, et levissima.
100 Quando dicatur negligens in officio.
101 Imperitia, vel ignorantia quae imputetur judici, vel non, et num. seqq.
102 Judex sufficienter edoctus humana fragilitate errans excusatur.

JUdex dicitur justitia animata, & alicubi sæpè appellatur justitia, quia sicuti ipsa justitia in abstracto, & in generali est omnis virtus, & non pars virtutis, idest
1 omnes in se virtutes complectitur, ita judex tamquam justitia animata debet omnes in se habere virtutes, hinc est, ut etiam in jure sæpè sub boni viri nomine nuncupetur, ac ad instar ipsius justitiæ sub Virginis imagine pingitur ad demonstrandam ipsius mentis, & corporis integritatem, ut sit undique perfectus, quantum humana fragilitas patitur: quòd si plerisque non contingat, altiùs tamen ibunt, qui ad summa nitentur, quàm qui ad ima substiterint, sicuti multorum auctoritatibus, & rationibus comprobat D. Gabriel Alvarez de Velasco in suo doctissimo *tract. de jud. perf. Rub. 1. annot. 1. per tot.* Ex quo plura alia ad propriam salutem, & instructionem deliberare non pigebit.

Primò itaque Judex castitatis, & pudicitiæ amator, & cultor esse debet, non tàm in aliis, quàm magis in se
2 ipso, & sic nō solùm manus, sed etiam oculos abstinētes habere, ita ut si omnes alias virtutes, præter castitatem habuerit, officium suum non impleat: luxuria enim omnia alia bona obruit, & dissipat, sapientem infatuat, & justitiæ alioquin cultorem à recto divertit, mentem eripit, ratione privat, in furorem trahit, animum à negociis abducit, ad illaque reddit ineptum (cùm ignoret amor judicium) reddit sensus tardos, obtusos, graves, & quodam modo consepultos, ac plurima alia mala gignit, quæ à judicibus debent esse aliena, alioquin necesse est, ut judex hujusmodi vitio laborans multas faciat injustitias; nam ubi libido dominatur, innocentiæ leve præsidium est, ut exempla antiquorum
3 plura ex sacris, & profanis paginis satis apertè demonstrant, & experientia ipsa usque ad hodierna tempora non est mendax. Prima igitur Imperatorum, & Principum cura debet esse, ut non modò se ipsos castos, & pudicos exhibeant, sed alios etiam, & præcipuè Judices à se eligendos, tales esse conentur; & licèt multa in aliis secundùm veniam relaxentur humanæ infirmitati, nec judices etiam extra officium, cessante stupro, adulterio, violentia, scandalo, vel alia graviori qualitate in id delinquentes puniantur, vel scrupulosè in foro fori sindicentur, tamen simplici non placent veritati, & quæ tollerantur ex indulgentia, perfectum non decent Judicem: imò officiales concubinas tenentes,
officiorum privationis pœnam incurrere, & ad alia in- 4
habilitatem contrahere in statu Ecclesiastico, sancivit Nicolaus V. Sum. Pontif. *in Bullar. constit. 3. fol. 72.* refert Bajard. ad Clar. *in §. fornicatio num. 5.* & generaliter coitum in officiali cum muliere sibi subdita punibilem esse testatur Clar. *d. §. fornicatio n. 22.* & latiùs Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub. 1. annot. 2. per tot.* ubi optimè omnia prædicta rationibus, & auctoritatibus confirmat.

Caveant itaque judices, & Officiales ab illecebris, jocis, & conversationibus mulierum, ut possint rectum proferre judicium, nam si Adam, Samsonem, Regem David, Salomonem, & alios, mulieres deceperunt, quis tutus esse poterit? cùm revera (maximè inter tot pericula) difficilè sit libidinis incendia superare; quia impuberes stimulat, juvenes inflammat, senes, & decrepitos fatigat, non aspernatur tuguria, non reveretur palatia, sed de his satis. Nec ob id timeant mærore, vel animi ægritudine affici, quia Justitiæ Domini rectæ lætificantes corda &c. Lætamini justi in Domino. Introite in conspectu ejus, in exultatione &c. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Secundò perquisitus, & rogatus debet esse Judex futurus, non se spontè muneri offerre, multòque minus illud ambire, nam sicuti Deus Joseph è fœtido carce- 5
re; Moysen ex misero ortu, cista naufragum, in solitudine vagantem, Davidem à grege, Saulem de Asinarum custodia, Petrum à retibus, & similes vocationes ad populi regimen præfecit, & evexit, oblatos autem non elegit; sic judex non petens, aut se offerens,
& minus ambiens quærendus est à Principe, qui vicem 6
Dei refert in terris, nam benè imperat qui non libenter imperat; omnis igitur ambitio fugienda, & amplectenda virtus, quæ hominem extollit, & merita procuranda, quæ ad dignitates dirigunt, faciuntque iter planum: aliàs frustra nititur ad gloriam, qui priùs non claruit virtute; merita namque, vitæ probitas, doctrina fulgens, nolentem quoque ad regimen trahunt, quantumvis latentem (si latere virtus potest) nunquam enim quamvis obscura virtus latet, sed sui mittit signa; ut latè exornat idem Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub.*
1. Annotat. 3. per tot. ubi etiam plura de legibus circa 7
ambitum latis de pœnis in ambitiosos constituit, quamque perniciosus sit in Republica ambitus; utrum officia publica vendi, & emi possint, & negativè omninò concludit ibidem *§. 3. per tot.* An ambitio, quæ precibus contrahitur sit æquè, prout quæ pretio prohibita, & punibilis, vel saltem illicita, & an aliquo casu, vel ratione honestari possit, vide eum *loc. citat. §. 4. et 5. per tot.* Quod apud Romanos totius Philosophiæ Moralis, & justitiæ Principes, officia non concederentur petentibus & ambientibus, sed recusantibus, Lamprid. in vita Alexandri Severi, Paul. Rub. *in annot. ad decis. 254. num. 39. et seqq. par 9. recent.*

Tertiò taciturnus, & secreti tenax debet esse judex, quia mentem hominis lingua pandit, profert mores & secreta detegit, cum ex abundantia cordis os loquatur;
facta enim, & dicta judicis tanquam in exemplum om- 8
nium oculis expositi, omnes excipiunt, observant, carpunt, & custodiunt, ac ideò non nisi ponderosa, honesta, & necessaria solummodò verba proferat, moribus, & vitæ inculpabili, quoad fieri possit conformia, sit ejus oratio pura, simplex, dilucida, plena gravitatis, & pudoris, non affectata, sed tamen ponderata, gravis, rata, atque modesta; multò utatur silentio, nam qui moderatur labia sua, prudentissimus est, & custos justitiæ est silentium, aliàs secreta revelans dicitur proditor, & puniri debet, ultra quod in multiloquio non deerit sæpè, stultitia, & mendacium, & eximia est virtus præstare silentia rebus, ac magna res est vocis, & silentii tempora servare, idem Alvarez de Velasc. *d. tract. rub. 1. annot. 4. per tot.*

Quartò habitu, & cultu modestus esse debet judex, nam sicut in aliis nimius cultus fœdus est, in judicibus
turpissimus, cum in eis decens, & modesta gravitas 9
elucere debeat, nec speranda sit integritas in rebus gerendis ab eis, qui etiam pilis, & vestibus fucum adhibent, & nimia forma vestium deformitatis mentium, & morum inditium est. Non tamen justitia est sordibus

bus ostentanda, sed interius colenda, & cultu modestè gravi exterius decorandam, non ad pompam, sed ut ex majoritate, & decore majori ornatuum, majoritas appareat dignitatum; medioeritas itaque sicut in aliis rebus ita in vestitu optima est, & æquè peccat quod excedit, quàm quod deficit, securus autem modus erit, ut vestes congruam ætati, personæ, figuria, naturæ, studiis, & quem consuetudo regionis præstabit, quòd si in aliquam partem sit declinandum, in tenuiorem cultum decorum tamen tendat, judicialia enim, sive etiam Imperialis Majestas magis animo, ingenio, moribus, & virtute, quàm splendido nimis apparatu, & cultu comendatur, Alvarez de Velasc. *d. tract. de judic. perfect. rub. 1. annot. 5. per tot.*

Quintò in incessu quoque judex modestus, compositus, & gravis esse debet, cùm etiam in motu, gestu, & incessu servanda sit verecundia, quia habitus mentis,
10 in corporis statu cernitur, & gravem, sedatumque incessum magnanimitatis esse indicem, tradit idem Alvarez *d. tract. rubr. 1. annot. 6. per tot.*

Sextò judex solitudinem, atque secessum amet, nam corruptioni familiaris conversatio prævia est, viamque demonstrat: & ob id mandatur ne Præsides Provinciarum in ulteriorem familiaritatem Provinciales admit-
11 tant, *in l. observandum 19. ff. de off. Præsid.* & Sapiens Proverb. 28. qui cognoscit in judicio faciem, non benè facit, iste pro bucella panis deserit veritatem; quid non familiares preces, quid non valet conversatio frequens? quæ non integritati contrectatio nocet? ultra quod contemptum parit, quem judex pati non debet; ex secessu autem non modò contemptum vitabit, sed sui, munerisque dignitatem augebit, & admirationem raritate conciliabit. Non tamen aditum negotiantibus præcludat, non curam officii remittat, non cubiculo se claudat, litigantes non fugiat, quia privato secessu publici officii curam non implebit, sed statutis horis foro assistat, cunctis sit benignus, nullis, vel paucis familiaris, & cum in turba esse cogitur, tunc præcipuè in se ipso secedat, & faciat de turba secretum in interiori homine, sit sermone affabilis, accessuque facilis, patens causarum, & negotiorum expeditioni, & subditorum necessitatibus, se subtrahat autem neniis inanibus, familiaritatem evitet, in se secedat etiam in turba, sitque sine popularitate communis, juxta illud

Si vitare voles acerba quædam,
Et tristes animi cavere morsus,
Nulli te facias nimis sodalem,
Gaudebis magis, & minus dolebis,

ut per Alvarez de Velasc. *d. tract. Rubr. 1. adnot. 7. per tot. vide inf. §. vigesimo, & ult. vers. solitudo itaque, &c.*

Septimò judex sit pravis, & delinquentibus sine formidine aspectu vehementi, & formidabili, probis au-
12 tem humano, miti, & modestè placido, tùm quia acris est justitiæ oculus in redarguendo, & in occultis, absconditis, & nefandis rebus in lucem proferendis, sapientia enim lucet in vultu, hujusmodique judicis vel solus aspectus sufficit, & si tantùm fuerit intuitus, explorata est veritas: tum etiam quia inter Judicum ornamenta aspectus hic vehemens multum decorat, aitoremque dignitati conciliat. Non tamen debet judex ex vultu torquere, ut Carnifices, & Tyranni solent, sed ut dissipet malum, quem formidabilem aspectu justi, rectique amantes gravem, & pro muneris necessitate fortem judicabunt, molliores autem, & mali trucem reputabunt, ad exemplum Christi Salvatoris nostri, qui cum judex apparuerit, speciosus justis, & terribilis erit injustis, & quem mansuetum experientur, & aspicient electi, eumdem pavendum, atque terribilem conspicient reprobi. Omnibus autem, &
13 vulgo placere impossibile est (nec Juppiter quidem omnibus placuit, ut olim fuit in adagio) proinde honores, & injuriæ vulgi in promiscuo habendi sunt, nec istis dolendum, nec illis gaudendum: caveat sibi tamen quicunque imperat, etiamsi omni virtute, & probitate polleret, nam nemo tam sanctus, & innocens esse potest, ut quibusque placeat, nam plerumque tot habet hostes, quot subditos. Quare plus vera ratio, & propria conscientia apud Judicem valeat, quàm vulgi opinio, nec læsa justitia, curet populo satisfacere, (ut Pilatus dimittendo Barrabbam, & tradendo Jesum flagellis cæsum) sed opus suum probet, & in semetipso tantùm gloriam habebit, & non in altero, nihil de fama cogitando, vel laborando, etsi enim omnes vituperent, & maledicant, liber est, quem conscientia non accusat, nec damnat, & satius est famam, quàm conscientiam perdere, ista enim non mordente, dimittamus stultos foris loqui quod volunt, vulgum, turbamque loquacem; nam gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ: & esset diffidere de potentia, &
providentia Dei existimare quòd non audiamur, nisi 14
acclamemur; clament opera nostra, licèt taceat vulgus, aut etiam honestam integritatem horreat, & laceret; non enim modica laus est vulgo, & malis non placere, & omnibus se obsequentem non præbere. Non tamen contemnenda est propria fama, sed à bonis quærenda in faciendo justitiam, quæ ex Deo est, ut ab eo, & non ab hominibus præmium accipiamus, si enim illi maledicent, Dominus benedicet justis, & non relinquet virgam peccatorum super sortem justorum; attendite igitur, ne justitiam vestram faciatis corā hominibus, & ad pompam, vulgique rumorem, sed coram Deo, ne stultissima ob inanem gloriam fiat commutatio mercedis copiosę ab eo in Cælis præparatæ, in integritate, & majestate estote constantes vulgi contemptores, rectique ministri, non sat famæ aut muneri vestro consultum putantes ex ostentatione scientiæ, inanis gloriæ, affabilitatis, popularisque auræ, quis correctores vitiorum, ut sunt judices, laudes populi quærere non debent gloriæ humanæ cupiditas scientiæ defectum manifestat, etenim veri sapientes abscondunt scientiam, & sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum, & tanto magis, quantò conatur exterius videri, nec laudem, gloriamve consequuntur illi, quos nullus odit, & quos soluta affabilitas contemptos potius, quàm verendos facit, insitum enim est naturaliter vulgo, de bonis semper malè sentire, & judicare, sed summa quidem laus est displicuisse malis, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, & stultum est velle placere illis, quos scimus non placere Deo, & concludendo.

Fama placet populi? cupidæ trahis auræ favorem?
Nescis divinum quid paret arbitrium
Fumus, & umbra levis tota hæc est gloria mundi.
Torquent famosos tartara sæva reos.

De quibus omnibus latè Alvarez de Velasc. *d. tract. de jud. perfect. Rub. 2. annot. unic. per tot.* & Paul. Christin. *ad leg. municip. Mechlin. tit. 1. art. 2.*

Octavò sit Judex luminibus oculorum seribus, ac in 15
se, & in subditos oculorum aciem intendat, tanquam Sol omnia intuens, oculatusque argus, primò autem in se frequentes totam oculorum aciem convertat, in alios temperatè, modestè, & placidè, nihil detrahens majestati; nihil atrocitati permittens, ut visu non torqueat; sit judex ipse sui, & mundus à vitiis, si vult aliena corrigere, nam correcturus alios, à sua correctione incipiat, ne sibi obiici possit, quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides? Hypocrita eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui, & alia ad rem tradit idem Alvarez de Velasc. *dict. tract. Rub. 3. 7. & 10. per tot.*

Nonò humilis sit, & non superbus judex, nam hu- 16
militas ab omnibus amanda, & amplectenda, est judicibus maximè necessaria, & ex intimis præcordiis diligenda, tum sui præcipuo amore, & dignitate tanquam omnium virtutum thesaurus, mater, & magistra, tum quia in omni persona est tanquam turris fortitudinis à facie inimici, in paupere grata, in divite gloriosa; ad salutis, æternitatisque gloriam certissima
via; sine illa stare potestatis dignitas, salvaque maje- 17
stas nequit, & est complementum justitiæ. Superbia verò è contrà totum corpus virtutis inficit, formosa quæque deformat, est initium transgressionis, origo peccati, & omnium malorum radix; superbus ergo injustus est, contemptibilis, & abjectus. Dominus deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles; superbire est cadere, est vitium utilitatis, & inditium ignobilitatis, nescit autem extolli nobilitas mentis, & superbus dicitur qui super alios, vel supra vult videri quàm est, vel ultrà fines proprios tendit. Caveat itaque judex ab istis periculis, & ad humilitatem confugiat (quæ etiam vim habet cum bonis moribus nobilitatem indu-

induecendi ubi non esset) sed cum temperie, quia servanda est in corde humilitas, & in opere disciplina, ne, dum nimia servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, non ergo judex plusquam expedit, se subjicere debet, sed cum moderamine, ne sibi contemptum generet, teneat exterius quod pro aliorum utilitate suscepit, & interius quod de sua æstimatione sentit, quibusdam etiam erumpentibus signis, ut talem eum esse alii non ignorent, ac servata auctoritate ad cor suum rediens consideret quòd est æqualiter cum aliis conditus, non ut cæteris temporaliter prælatus, dicens cum Davide, *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, nec in mirabilibus super me*, ut latiùs explicat idem Alvar. de Velasc. *d. tract. Rub.* 4. *per tot.*

28 Et qualiter vera humilitas sit perfecta cognitio, nos nihil esse, & nihil posse ex nobis, nam etiam bona, quæ in nobis videntur esse, sunt ex Deo, & debeat humilitas esse juncta cum generositate, qua mediante cum D. Paulo dicamus, omnia possumus in Deo, & in eo, ac per eum omnia confidimus, optimè declarat S. Franciscus de Sales in ejus opere inscripto, *Trattenimenti spirituali tratten.* 5. *per tot.*

29 Decimò debet judex reverendam quandam tristitiam dignitati, & gravitati congruentem in se habere, non autem simpliciter tristis esse, nam tristitia vera cùm sit ægritudo altiùs animo insita, atque inhærens, corpus, & animum torquet, exiccat ossa, reddit abjectum, nocet cordi, sicut tinea vestimento, & vermis ligno, accelerat mortem, multos occidit, & non est utilitas in illa, ac ideò est longè repellenda, sicut etiam affectata: sed amplectenda quædam tristitia sine affectatione severa, sine hypocrisi gravis, sine amaritudine temperata, quæ metum delinquentibus incutiat, ad reverentiam pariter, & amorem provocet, ac potiùs dicitur gravitas, & prudentia, ut benè demonstrat idem Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 5. *annot. unic.*

Undecimò debet judex gravitatem sine saltu, aut ela-
30 tione, sed comitate conditam servare; gravitas enim in bonam, & in malam partem sumi potest, in bonam denotat constantiam, in malam vitium, & culpam; judex itaque bona gravitate servata, erit constans, & severus, nec minis, nec precibus cedens, vel ab æquitate discedens, humanus tamen & affabilis, ita ut nihil severitati hilaritas, nihil gravitati simplicitas, & nihil majestati humanitas detrahat, sed hæc nisi cum magna prudentia difficillimè conjunguntur, quid enim tàm distans à severitate, quàm comitas? ac si copulentur pulcherrima societas, quam in multis recenset Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 6. *annot. unic.*

31 Duodecimò sanctum Judicem esse oportet, hoc est fidelem, servantem quæ ad Deum sunt justa, mondum, & perfectum; est enim sanctitas omni scelere, vera, perfectaque & penitus incoinquinata munditia. Et judices non solùm sancti, ac Dei ministri, sed etiam Dii sæpè in sacris paginis nominantur, ac ideò ad similitudinem ejus, cujus vices gerunt, se componere, & formare debent, ac videre quod faciunt, non enim hominis exercent judicium, sed Domini, & jura ipsa Sanctos illos desiderant, bonos, optimos, Religiosos, cæterisque omnibus meliores, ita ut in illorum electione sola virtus, & bonitas sit attendenda, & quòd timorem Dei habeant, sine quo nihil rectum, vel sapienter geri potest, cum illo omnia rectè, quia initium Sapientiæ est timor Domini, fons vitæ, & declinatio à ruina mortis: Qui timent Dominum, invenient judicium justum, & justitias quasi lumen accendent, os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. Serviant itaque Domino in timore, & exultent ei cum tremore, sintque veri cultores justitiæ, quæ de Cœlo prospexit, tamdiù enim judices sunt, quamdiù sunt justi; cùm sint justitia animata in terris, & prima justitiæ portio est
32 non peccare, sicut prima virtus est vitio carere, & hoc modo habentes justitiam, sapientiam, & perfectionem, erunt similes Deo, juxta text. *in cap. similem* 36. *de pœnit. distinct.* 2. Aliàs autem justa ab injustis petere, insipientia est, nec possunt hominibus esse boni, qui Deo sunt infideles, nec humana servare, qui divina violant; qui igitur Sancti, & justi non sunt, judices esse non debent, nec possunt, ut nomen congruat actioni, ne sit nomen inane, & crimen immane, honor sublimis, & vita deformis, omnis enim parvus ignarus est, quia in malevolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, ad latè tradita per Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 7. *annot.* 1. *per tot.*

Dictaque Sanctitas in judicibus non solùm sui, sed
subditorum, exemplique ratione est necessaria, quia Su- 23
periorum dicta, factaque in aperto sunt, & ab omnibus notantur, sunt enim Rectores quasi signum positi ad sagittam, illorumque errata minima quæque notantur, & pro magnis habentur; nihil eis parcitur, nihil latere potest, & ideò lucere debent tanquam luminaria in mundo, ad quorum normam se formant subditi, & hæc est justitia, ut quod alios facere volunt, priùs ipsi incipiant, & suos alios hortentur exemplo: nam idoneus ad consulendum aliis non putatur, qui sibi priùs non consulit, & qui aliis præsunt tantò meliores desiderantur, quantò honoribus, & dignitate antecellunt. Væ igitur illis, per quos scandalum venit, etiam si hoc non intenderent, scilicet scandalizare, quando opera illorum sunt talia, ut inde scandalum veniat, nam tantò majus peccatum est quantò major qui peccat, habetur, crescit delicti cumulus juxta ordinem meritorum, & sæpè quod minoribus ignoscitur, majoribus imputatur, idem Alvarez de Velasc. *d. Rub.* 7. *annot.* 2. *per tot.*

Verùm quia sine crimine nullus; inter ipsas leges delinquitur, inter jura peccatur, innocentia nec ubi defenditur reservatur, quis enim gloriari potest castum se habere cor, aut mundum se esse à peccato? & si dixe-
rimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seduci- 24
mus, & veritas in nobis non est, nam nullus reperitur ita immunis à culpa, ut in eo non habeat, vel justitia quod arguat, vel misericordia quod remittat, & ideò Sanctitas in judice desiderata non de necessitate judicii, actorumve valore; sed ad perfectionem, ac decentiam est referenda, alioquin nemo superesset, qui judicare posset; propterea quicquid plura contrarium suadeant, receptissima est sententia, criminosum etiam, eademque, vel majori subditorum labe inquinatum posse Judicem esse, ab eo gesta valere, neque criminis, vel indignitatis exceptione à judicando repelli, nisi legitimo agitato judicio privationis, aut suspensionis sententiam passus fuerit, cùm valeant ab eo gesta non de merito vitæ, sed officii potestate illi tributa, etiam si crimen esset notorium, Bertrand. *cons.* 83. *vol.* 1. Majol. *de irregularit. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 10. & alii per Velasc. *de tract. Rub.* 7. *annot.* 3. *per tot.*

Ita ut liceat Judici gravissimo etiam scelere irretito 25
(excommunicationis tamen, vel suspensionis dempto) alios eodem, vel dissimili laborantes condemnare absque novo peccato, etiam si publicum esset judicis peccatum, dummodò in eo judicio speciale non sit scandalum, ex quo sententia reddatur in populo contemptibilis, & irrisoria; imò si non condemnaret, peccaret, cùm delinquentes punire teneatur, vel forsan erit veniale quando peccator peccatorem condemnat, vel nullum si proponat emendationem in se, & cum humilitate condemnet, ut benè declarat Velasc. *d. Rub.* 7. *annot.* 4. *per tot.* cum aliis per eum citatis, & dixi *in §. Judex n.* 2. *in fine.*

Decimotertiò Judex debet esse severus, severitas enim 26
est virtus inflexibilis circa inflictionem pœnarum, ubi recta ratio exposcit, ac ideò regentem plurimùm decet, majestatem præstat, & dignitatem auget, ita ut sine illa stare nequeat justitia, & actum sit de Republica, ac melius est severitate diligere, quàm cum lenitate decipere. Non tamen mansuetudo est releganda, sed ita probanda, ut adhibeatur etiam causæ severitas, sine qua Civitas rectè administrari non potest; debet itaque severitas esse religiosa, & temperata, ut Judex arridens timeatur, & iratus ametur, & ne nimia clementia illum vilem; nec immoderata severitas odiosum reddat, expedit namque interdum aliquid severitati detrahere, cùm plerumque justitia durior querelas excitet, & possit etiam judex ob nimiam severitatem à judicando repelli, quapropter miscenda est severitas cum humanitate, & clementia; sed hæc simul jungere facile dictu difficile autem factu; adhibeatur itaque amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderatè sæviens, sit pietas, sed non plusquam expediat parcens, sit severitas cum mansuetudine, & mansuetudo cum severitate, sit tandem ju-

judex severus, non sævus, Alvarez de Velasc. *d. tract. de jud. perfect. Rub. 8. annot. unic. per tot.*

27 Decimoquartò Judex debet esse incorruptus, mundisque manibus, nam nil ita, quam munerum receptionem, divinæ, & humanæ literæ damnant in judice; illa enim justitiam pervertunt, oculos etiam justorum excæcant, verba sapientum mutant, universum judicium conturbant, faciunt vendere justitiam, veritatem fuscari, leges venales quas liberrimas esse oportet, justificant delinquentes, damnant innocentes, Rempublicam conturbant, & plurima alia mala, quæ ex subversione justitiæ, quam munera tollunt, inducunt. Judices itaque, qui causas audiunt, justè judicent, & munera super innocentes non accipiant, neque ut impium justificent, ne fortè dum acquirunt pecuniam perdent animam, ut benè explicat Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub. 9. annot. 1. per tot.* & latiùs ego materiam istam pertractavi supra in discursu de prohibita munerum, & precum datione, & receptione, &c. ubi videndum.

28 Decimoquintò Judex fugiat, vitetque adulationem, & in sui cognitione laboret, aliàs actum est de Republica, si is, qui illi præest, sui immemor, & sibi incognitus, adulatoribus aures præbeat, non secùs ac si à fatuo gubernaretur; tutissima conversandi ratio est se ipsum non ignorare, & quantò quis in cognitione sui ipsius proficit, tantò ad cognitionem Dei accedit, nam se ipsum noscere consummata justitia est, & qui sequitur justitiam, & misericordiam, inveniet vitam, justitiam, & gloriam, cùm ex bonis operibus, & virtute non aliundè quærenda sit laus; imò non quærenda ab hominibus, sed præparanda conscientia, & tunc laus erit a Deo, ac coram Deo, & hominibus, & tanquam sol, & luna sine interprete ex se ipsis naturaliter vocem emittent bona opera, etiam si sileant; concilient itaque judici merita laudem, non fingat adulatio, nec adulantem se, neque adulandum cuiquam exhibeat, alterum enim caliditatis est, alterum vanitatis, & assentatio vitiorum semper adjutrix, omnes illos evitet judex, qui omnia ejus facta, vel dicta indifferenter laudant, illos autem libenter auscultet, qui eum monere audent, & errata placidè sine contumelia castigare, isti enim amici sunt, illi autem assentatores, & adulatores, qui mendacii præmium expectant, & meliùs est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi, nec sibimetipsi ex integro credat, cùm mens blanditur, sed justitiam pro sola æterna retributione distribuat; Consulunt etiam sibi adulatores, quibus imminent damna, & pericula multa, de quibus Summistæ *in verb. adulatio*, D. Thom. 2. 2. *qu. 115. art. 1. & 2.* Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 4. dub. 7. nu. 52.* Sanchez *in præcept. decal. lib. 1. cap. 3.* apud quos habetur quibus modis contingat adulatio, & quod peccatum sit, & alia notabilia de hac materia tradit Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. Rub. 10. annot. unic. per tot.*

Decimosextò Judex contra improbos, & noxios sit immisericors; nam licèt misericordia magna sit virtus, salutis præsidium, fidei ornamentum, propitiatio pec-
29 catorum, justos probet, Sanctos roboret, Dei cultores ostentet, Regnum confirmet, thronum exaltet, & in statuendis legibus severitas sit adhibenda, in exigendis autem suppliciis mitiganda, verius tamen est (quicquid sit in supremo Principe, qui quandoque potest pęnas remittere) non posse judicem à legis determinatione, severaque illius disciplina recedere, nec illius rigorem pro arbitrio suo mitigare, nisi ex justa, & legitima cau-
30 sa à legibus approbata. Misericors enim debet esse judex, sed salva justitia, legumque severitate, ita ut misericordia de justitiæ fonte descendat, aliàs dicitur injusta, intempestiva, dolo proxima, & nomen suum amittit, nec judex debet esse sapientior quàm conveniat, nec lege prudentior, nec luce splendidior, nec norma rectior, nec præcepto divino sublimior, & quod dicitur de æ-
31 quitate rigori præferenda, intelligitur de æquitate scripta, quæ tunc exacta justitia est, aliàs frustrà essent scriptæ leges, si ab illis cuique arbitrio suo recedere fas esset sub prætextu æquitatis confictæ, & cerebrinæ, vel inanis compassionis, aut injustæ miserationis; sicuti respondit Sanctus Rex Ludovicus quibusdam pro reo intercessoribus asserentibus, *Clementiam rigori præferendam*, Reum plectere, & merita pœna afficere, rigorem non esse justitiæ, sed verè beneficium Clementiæ, adeò ut cui licet criminum auctores castigare, nec castigat, perinde agat ac si reum se, & auctorem, ac scelerum protectorem, & patronum constituat.

Notatur etiam infamia judex dissimulans delicta, legales pœnas remittens, vel sine justa causa temperans, ac eisdem pœnis, quibus delinquens erat puniendus subiicitur, prout fertur servasse olim Regem Carolum Pri- 32
mum, qui quendam Judicem suspendere fecit, quia mortis reum ad manus tantùm amputationem condemnasset; facinoris enim culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare, nec caret scrupulo consensus occulti, qui manifesto facinori desinit obviare: probat autem se odisse vitia qui condemnat errantes, & nil prodest alicui non puniri proprio si puniendus sit alieno peccato; maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine, idest qui ab inferenda reprobis pœna digna abstinet, & qui non vetat peccare cum possit, jubet; imò gravius delinquit impunitum facinus dimittens, cui jus, & necessitas est emendandi, quàm ipse committens.

Non tamen à judice est omnis misericordia relegenda, 33
quia esset justitiæ officia depellere, quæ sunt humanitas, æquitas, & misericordia ne sub velamine justitiæ impietas exerceatur; sed tantùm injusta, ac contra leges propria efficta voluntate, muliebri, & inepta compassione formata, non autem juri conformis; in levioribus enim, ac in extraordinariis criminibus, quæ præfinitam pęnam non habent, & quorum castigatio ex circumstantiis judicis arbitrio remittitur, misericordia cum moderamine est adhibenda, ita tamen ut non sit perfusa, indiscreta, vel fatua, & in sola voluntate fundata, sed pro cujusque operibus, & meritis, & sic per semitas sapientiæ, & æquitatis; aliàs inordinata pietas nutrit impietatem, & timida manus Medici vulnus auget ægroti, & si Dei minister est, qui malefacientes vindicat, Diaboli minister est, qui criminosos, & reprobos suavitate palpat, & sicut Deo præbet obsequium, qui perversos ulciscitur, sic adversario, qui perpetrantibus iniqua blanditur: exhibeatur itaq; cū mansuetudine disciplina, ut nec immoderate ultio nimis affligat, nec remissio rectitudinem frangat, etenim nimia justitia incurrit peccatum, & temperata facit perfectos; summumque jus summa iniquitas, justus nimis perit in justitia sua, ideò noli esse justus multùm, idest sine misericordia, quia omne nimium grave, & odiosum, ac vertitur in vitium.

Debet igitur judex juxta legum sancita, ex concur-
rentibus circumstantiis, non tam pro voluntate, quàm 34
pro ratione pœnas temperare, ut ad longum explicant Tiraquel. *de pœn. temper.* & Farinac. *quæst. 87. & seqq.* aliàs nihil tam inæquale, quàm æqualitas ipsa sine discrimine sexus, ætatis, conditionis, & casuum, ac ideò omnia contemplari judicem oportet, sed quia difficile est temperamentum, quidquid æquo plus futurum est, in humaniorem partem præponderet, cùm meliùs sit de misericordia, quàm de crudelitate rationem reddere: ita autem cum misericordia est miscenda justitia, ut nunquam misericordia à justitia absit, quia misericordia, & veritas pulcra conjunctio: exhibenda est itaque pravis asperitas in ostensione & charitas in mente, ut dura ostensio delinquentem coerceat, & charitatis custodia mercedem mansuetudinis non amittat. Pietas, & potestas æquo libramine sunt pensandæ, sed gratius est nomen pietatis, cùm per leges licet, veluti quando in jure, vel facto dubium adest, illud namque æquitatis regula examinandum est, & in dubio debet judex ad absoluendum, quàm ad condemnandum promptior esse, cùm meliùs sit, vel saltem minus malum, nocentem impunitum dimittere, quàm innocentem punire, vel quando casus non est à lege provisus, aut pœna non est constituta, in his enim semper in benigniorem partem inclinandum juxta personarum, causarum, locorum, & temporum qualitates.

Cum autem res est clara, & ad severitatem lege constitutam deveniendum, suppliciumque à delinquenti-
bus sumendum, pœnas tunc dolens judex imponat, & 35
quatenus foris puniet, intus paterna charitate diligat, doleat quoties cogitur esse ferox; cùm triste aliquid statuit, sit tristis & ipse, odium in personam nunquam habeat, sed in culpam, non pœnæ nocentium, sed emendandi vitia, & corrigendi mores sit cupidus, velit eum

quem

quem punit non pœna misetum, sed correctinne beatum, cum districtionem vitiis, & compassionem naturæ debeamus. Doleat ergo ex animo judex dum & justè punit, nihil odio, aut crudelitati relinquens, nam si gaudeat ex odio, operatur rectum, sed non rectè, nec omainò culpa vacat, sed illam contrahit talem, qualis est affectus, quo movetur; non enim satis est benè facere, nisi ex bona voluntate proficiscatur, & oportet non solùm facera justam operationem, sed etiam ex affectu justo operari, quia justitiæ Domini rectæ, & non sufficit ad perfectionem justum esse, idest leges servare, sed & rectum esse oportet, hoc est virtutem directo sequi, vitiorum confinia non tangentem: ex necessitate igitur, affectu charitatis, & justitiæ, & rectitudine procedat judex ad inquirendum, & puniendum excessus, & tunc etiam si malum velit, idest pœnam peccatori non peccat, nam & Deus odit peccatores volendo eis pœnam; ac idem est in Carnifice exequendo, & qualibet
36 alia privata persona desiderando pœnam malefactori ex
affectu justitiæ propter bonum illius, vel ordinis universi, qui sine aliquorum punitione esse non potest: si verò odium sumatur propriè, & formaliter volendo alicui malum, prout malum illius est, ibi sistendo, & non in bono justitiæ vel ordinis universi, tunc nec Judici, nec privato cuipiam licet illud facere, vel desiderare, quia esset actus crudelitatis, & inimicitiæ, nec Deus ipse, qui est omnium Dominus sic odit etiam maximum peccatorem, ut illi velit malum, ut malum illius est, sed ob majus bonum, vel ipsorum peccatorum ut resipiscant, vel Reipublicæ ut tranquillè vivatur, vel honoris, & justitiæ divinæ.

Quale autem peccatum contineat judicium licèt ju-
37 stum, si non ex affectu, amore, vel inclinatione justi-
tiæ processit, sed particularis amoris, vel odii aliquid habuit admixtum, *dic. ex sententia Dominic. Bann. in 2. 2. D. Thom. quæst. 60. art. 2.* quòd judicando requiritur. Primò, quòd judex non judicet contra justitiam; Secundò, quòd judicet ex affectu, & amore justitiæ cum aviditate, qualem cibi, vel potus habet, qui fame, vel siti laborat; Tertiò, quòd non judicet ex aliqua affectione privata, ex ira, odio, avaritia aut alia passione. Prima conditio ex suo genere obligat sub culpa mortali, quoniam sumitur ex fine: Cæterùm in particulari non semper erit peccatum mortale judicium non procedens ex inclinatione justitiæ, satis enim erit ad evitandum peccatum mortale, quòd judicium secundùm substantiam procedat, quasi ex affectu justitiæ, velut quòd judex reddat unicuique quod suum est, & hoc intendat, quamvis admisceatur ibi aliquis amoris, vel odii affectus, quod casu tantùm erit culpa venialis ob levitatem passionis, quæ non tanta fuit, ut perturbaret rationem judicii, & justitiæ, nisi odium sit mortale, ad Navar. *in Manual. cap. 25. n. 14.*

Insequatur judex quantum potest perfectionem, juxta illud, *diligite justitiam, qui judicatis terram*, & tunc licitè poterit pœnas à delinquentibus sumere, etiam animo vindictæ, non tamen privatæ, sed publicæ, ac non tam severi, quàm misericordis nomen, & effectum assequetur, cùm verè magna sit pietas prodere latebras im-
38 piorum; inter eleemosynarum genera delinquentes cor-
rigere, & justitia impietate pia; E contra verò impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutrix; bonis nocet, qui malis parcit; quæ igitur bonitas? quæ misericordia? uni parcere, & alios in discrimen adducere; justa enim correctio non solùm delinquenti, sed & cæteris proficua est, namque vindicta unius multorum compescit audaciam; exempla sunt omnium, tormenta paucorum, veluti fulmina paucorum periculo cadunt, sed omnium metu.

Delictum commissum pœna non potest reddere infe-
39 ctum, sed cohibere nequitiam, audaciamque deinceps
exemplo, & timore; sequitur ultio extinctum, sed magis prosunt ista victuris, & illius, qui morte punitur, non ipsa mors animæ nocet, sed peccatum, quod augeri posset, si viveret, diminuitur, & ideò nemo prudens punit, quia peccatum sit, sed ne peccetur ulteriùs.

Revoluat igitur judex divinas, & humanas leges, & juxta ab illis definita ferat sententiam, ac iniquitatis ul-
40 tionem inter splendidiores triumphus enumeret, inno-
xios undique illæsos conservet, misericordiam, & judicium custodiat, unum altero condiat, ut & boni habeant amando quod caveant, & mali metuendo quod diligant; vera enim justitia est, quæ se temperantiæ fræno moderatur: ergo qui præest hinc indè circumspiciat, ut quædam leviter correpta tolleret, nec tamen disciplinæ vincula eadem lenitate dissolvat, ut quædam tolerando dissimulet, nec tamen dissimulando ea crescere permittat: laboriosa quidem sunt ista, & nisi divina gratia fulciat, ad custodiendum difficilia, ut post multa concludit Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. Rub. 11. annot. 1. per tot.*

An autem in gratiam amici possit quandoque judex
minuere pœnas, & non imponendo, vel minuendo, sive 41
augendo obligetur ad restitutionem, & alia tradit idem Velasc. *d. Rub. 11. annot. 2. & 3. per tot.* & dixi *in discursu de probibit. munerum, & precum receptione, vers. Quamvis autem valde periculosum, & seqq.*

Decimoseptimò judex debet esse inexorabilis, erectus,
& arduus, ut se similem legibus præstet, & constans, ut 42
justitiam exhibeat, fallaces nocentium, & intercedentium preces animosè contemnens, illis non se flectens, nec fletui cedens; non favori, vel amori, sed meritis causarum attentus, sciens nullum sibi arbitrium etiam in arbitrariis concessum, quod legum præfinitionibus, & causarum accidentibus non sit alligatum, & in judicando custodiam veritatis, non obedientiam voluntatis cordi esse habendam, ut benè comprobat Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub. 22. annot. unic. per tot.* & notavi *in d. discursu de probibit. muner. & precum vers. debent enim judices esse inexorabiles.*

Decimooctavò Judex debet esse vi, & majestate potens ad reprimendam vim, fugandum metum, & fortitudinem inducendam cum justitia, & prudentia conjun-
ctam, aliàs fortitudo sine justitia iniquitatis materia est, 43
& sine prudentia temeritas; nec aliam quam justitiæ majestatem, vim & potentiam ostentare debet judex, quæ pro æquitate pugnet, gaudium justis, & pavorem iniquis parturiat, levamen miseris præstet, exiguis misericordiam concedat, potentibus, ac superbis incutiat timorem, & omnes in officio contineat; præcipuum enim munus judicantis est, tenuiores à Potentioribus defendere, injuriisque vindicare, sic justitiæ adimplentur officia, quæ sunt, cunctis prodesse, nocere nulli, pericula aliena suscipere, opem ferre miseris, amicam esse bonis, & perversis contrariam; opus tamen est fortitudine, aliàs sine illa justitia terga nonnunquam vertit,
atque eos deserit, quos tueri debet; namque judici sæpè 44
pro communi commodo, pro Republica, pro Religione, pro patria, pro justitia, pro virtute, pro veritate, pro subditorum salute, adeundæ sunt inimicitiæ, subeundæ tempestates, cum multis audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum, ob id enim factæ sunt leges, ut earum metu humana coercearur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & ne for-
tior omnia possit. Qui autem se ad hæc impotentem 45
agnoscit, & timet faciem potentis, non se ingerat muneri judicandi, ne Potentissimi indignationem incurrat, quia justitia servari non potest, nisi à viro Forti, & sapiente; opus est igitur Judicem sagacem, & integrum esse a pudore, blanditiis, & metu superiorum, nam cuicunque horum affectuum succumbat, actum est de tenuioribus, de miseris, de republica, totam judicii Religionem obteret, quia facilè deviat à justitia, qui in causis non Deum, se homines pertimescit.

Repellat ergo Judex omnem humanum timorem, potentiorum iniqua volentium odia, inimicitias, insidiasque contemnat, eripiat inopem de manu fortiorum
ejus, egenum, & pauperem à diripientibus eum; judi- 46
cet pauperes populi, & salvos faciat filios pauperum, & humiliet calumniatorem juxtà Psalm. 34. & 7. ita ut boni eum dulcem, & pravi sentiant correctorem: impavidus sectetur justitiam, internæ tranquillitatis stabilitate conscientiæ testimonio suffultus sui comittat Domino tuitionem, quia justorum animæ in manu Dei sunt, justitia rectorum liberabit eos, & in insidiis suis capientur iniqui; pugnet pro justitia, & Deus expugnabit inimicos ejus; non timeat eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; nec plaga, nec mors tenebit eum qui benè, & piè vixerit: timeat eum, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam; beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum Cœlorum; prætereà

reà

reà quis est, qui nnceat boni emnlatoribus? quoniam
Deus non auferet à justo oculos suns, & Reges in solio
enllocat in perpetuum, aliisque multis repletur benedi-
ctionibus judex justus.

Timeat autem cum à justitia cadit; malorum enim
47 debile, fluidumqun imperium est, qui timet hominem
citò corruet, qui sperat in Domino sublevabitur. Re-
gnum à gente in gentem transfertnr propter injusti-
tias, & contumelias; qnare, confidenter dieendum Do-
minus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo;
Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo: Bonum
est confidern in Domino, qnàm sperare in Principibus;
etenim maledictus homo, qni confidit in homine; &
ex adverso Benedictus vir, qui eonfidit in Domino; hu-
mana præsidia quærant qui ista non norunt, mihi antem
adhærere Deo bonum est, ponere in Domino meo spem
meam, & scio quod non eonfundar.

Ab Injustitia, qua Deum offendat propter homines,
caveat judex, nam qui magnatum gratia prævaricatur,
(quantum in se est) potentiores illos pluris, quàm Deum
facit, & æstimat, & iram Deî super se provocat, quia
48 magis timet hominem, quàm Deum. Dementia est hu-
manum timorem inducern, qui nunquam trepidatione
vacat, & divinum exnere, qui omnem excludit timo-
rem, quia timor Domini initium, & plenitudo sapien-
tiæ, imò ipsa sapientia, quæ fortitudinem intromittit,
& expellit timorem.

Naturale est homini timere homines, jacturam favo-
sis, atque gratiæ ipsorum, læsionem corporis, mortem,
amissionem, & jacturam bonorum; decetque etiam ju-
49 dicem hujusmodi timor, sed dedecet, ac improbatur
nimius, inordinatus, divinæ ant humanæ legi contra-
veniens, ut notat Valer. Reginald. *in 2. part. prax. for.
pænitent. lib. 17. cap. 23. sect. 3. num. 222. &c.*

Non autem sufficit judici justitiæ vi, & Majestate
pauperes apparenter defendere, si offendat occultè, eos
à Potentiorum præda liberare, ut depredetur ipse; nam
non est justus, qni studet eripere alteri, quod sibi quæ-
rat, imò tantò deterior, qnantò fœdins justitiæ, & pie-
50 tatis velamine committit facinut: tuetur pauperes, ut
illos spoliet: defendit miseros, nt miseriores faciat de-
fendendo: plus invigilat subditorum evacuandis marsu-
piis, quàm vitiis extirpandis, contra naturam justitiæ,
quæ aliis potiùs, quàm sibi nata est, commune commo-
dum, non suum expectat, & alienum bonum pro suo
ducit emolumento, ac sno etiam damoo alienas custo-
dit utilitates.

Quidqnid igitnr judex agit, ad justitiam referat com-
modi proprii oblitus, honestum præferat utili, ratio-
51 nem, qnam statns vocant, qui utile sectantnr, repellat,
veram sine fuco justitiam sectetnr communi bono inten-
tus, cujns constitutus est procurator, & executor; vi,
& majestate justitiæ detereat improbos, coerceat poten-
tes, probos, pusillosque defendat, ut rectè muneri suo
respondeat, de quo latiùs Alvarez de Velasc. *d. tract.
Rub. 13. annot. unic. per tot.*

Decimononò sit Judex æqnitate, & veritate terrificus,
idest timorem incutiens, licèt enim terror videatur ab
æquitate, & veritate alienns, tamen aptissimus in judi-
52 ce, qui dum æquitatem, & veritatem amat, terribilis
justè redditur, cùm nil fortius, nilque terribilius sit ip-
sa veritate, quæ omnia superat, nec accipit personas,
nec differentias, prout etiam æquitas scripta, quæ est
severitas justitiæ dulcore misericordiæ temperata, scu-
tum inexpugnabile objectum justitiæ, exactaque justi-
tia, ideò utraqne ex istis ad incutiendum iniquis terro-
rem, & bonis amorem aptissima.

Sit igitur terrificus judex, non ad ferocis, effrenatæ-
qne potentiæ ostentarionem, pusillorumqne metum,
quia tunc esset maximum vitium; nec pro volnntate,
aut vana elatione, sed pro necessitate, quia contra na-
turam est superbire, & ab æquali velle timeri, sed ma-
lignis, & perversis se terribilem, erectum, & per zelnm
justitiæ superiorem præbeat, bonis refugium, mansue-
53 tum, affabilem, mitem, & socium, audiat cum patien-
tia, quia nec Imperiale est libertatem dicendi denegare,
satius est supervacua andire, quàm non dicî necessaria,
& an sint supervacua, scire non potest, nisi cum audie-
rit, nec tam obest audire superflua, quàm ignorare ne-
cessaria, & audiens sapiens sapientior erit, & intelli-
gens gubernacula possidebit, melior est finis orationis
quàm principiom, melior est patiens arrogante, nec po-
test judicare de toto, qni totum non andit.

Quamvis autem sit necessaria patientia io andiendo,
debet tamen esse cum ingenio, ne inde cootemptibilis
efficiatur judex, quem ideò decet quandoque dirigere,
refellere, & graviter increpare causidicos eorumque oc- 54
currere fallaciis, audaciam litigantium, disputationes,
& pugnas verbotum, quæ magit ad subversionem, qnàm
ad inventionem veritatis proficiunt, viriliter cohibere,
corrigere pravum morem, præcidere linguas vaniloquas,
& labia dolosa claudere, sed cum prndentia, & gravi-
tate; procacia jurgantium verba, quæ implacabiles for-
san excitarent rixas prævenire, & sedare. Equidem ma-
gna virtus est patientia, sed in judice interdum impa-
tientem esse probabilins sentit *D. Bernardus de conside-
rat. ad Eugen. lib. 1. cap. 3.* quare errant, qui placidum
semper, & in omnem casum blandientem judicem op-
tant, graviùs qui damnant non se talem semper exhi-
bentem, nam cnm oput fuerit debet se concitatnm, & 55
terrificum ostendere; mite fit cor, non in dura voce
peccatur, sicut Joh eùm dixit quòd *Deus non æquo ju-
dicio afflixit eum*, non peccavit in duritie vocis, quia
mite cor habuit; sit autem terror semper temperatus, &
sine injuria, monitio sine asperitate, hortatio sine of-
fensione, ratio præveniat iram, & si irascatur, (quia
ira affectus naturæ est, non potestatis) malum sermo-
nem non proferat, lingua sit menti subdita, nec quid-
quam agat, priusquam concitata mens ad tranquillita-
tem suam redeat, nam *ira furor brevis est*, & omnis
actus ex iracurdia inutilis, ideò cnm discretione, ju-
dicio, & tranquillitate procedat judex, nec frequens
in eo sit indignatio, nec amara prorsus, sed mansuetu-
dinis dulcedine admixta, moderamine autem adhibi-
to, & causa existente, licitè, imò necessariò irascitur
judex, nam loco, & tempore irasci virtus est, & qui
oon irascitur ubi, & quando oportet, fatuut, stupidus
est, juxta illud *Irascimini, & nolite peccare*, idest
irascimini ubi enlpa est, cni irasci debetis, non po-
test enim fieri, ut rerum indignitate non moveamur,
alioquin non virtus, sed lenitudo, & remissio judica-
tur: igitur erratia proximi, quem ut nos amare præ-
cipimus, sicut & oostria irasei debemus, & hoc mo-
do eriam ira quando oportet, & ut oportet mota, for-
titudinem assumit; & immobilem manere, ant decen-
ter ubi oportet non indignari habetndo est non man-
suetudo, & patientia præter rationem suscepta, est po-
tins stupor mentis; qui autem opportunè excandescit,
virtutem exercet præstantissimam, nam tunc ira non
ex perturbatione, sed ex judicio oritur; alia enim est
ira, quam impatientia excitat, alia quam zelus justitiæ
format, illa ex vitio, hæc ex virtute generatur, nam si
ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec judicia stant,
nec crimina compescuntur; & ira bona est calcar vir-
tutis, hac erepta animus inermis, & ad conatus ma-
gnos piger efficitur.

Sit semper ratione temperata ira, nec facilè credat pro-
priæ voluntati, vel passioni iratus, caveat à judicio, &
vultum inducat legis, quæ nescit irasci; ad fugiendam 56
autem iram, non sunt de facili audienda, quæ in iram
trahere possunt, nec expedit omnia videre, omnia au-
dire, multæ nos injuriæ transeant, ex quibus plerasque
non accipit, qni illas nescit; noo via esse iracundus;
non sis curiosus, qui inqnirit quæ de se dicta sunt, &
malignos sermones, se ipsum inquietat, & ne mala
audita nos moveant, passim dicta sine probatione non
credamus, crednlitas enim vitium est à gravitate supe-
rioris alienissimum, nt latiùs omnia prædicta exornat
Alvarez de Velasc. *d. tract. de jud. perfect. Rub. 14. an-
not. 1. per tot.*

Quòd autem veritas sit ipsa justitia, vel leni, & ideò
judex veritatis, sicnt justitiæ, & judicii debeat esse cul- 57
tor, ex intimisque præcordiis illam amare, præ oculis
semper gestare, nec momento ab ea recedere, ut &
subditi eandem in Judice eireumspiciant semper, ae
revereantur, nihilque apud eum præter veritatem præva-
lere cognoscant; cùm veritas sit præcipua virtus in judi-
ce, tanquam inseparabilis justitiæ comes, ad quam nisi
per veritatem perveniri non potest, cùm sit justitiæ ma-
ter, origo, & basis; Non solùm igitur oportet judi-
cem esse veritatis cultorem, & amantem, sed etiam sa-
gacem, scientia, & sapieotia pollentem, ut illam in-
veniat,

veniat, à tenebris abducat, & inventam tueatur, nam
licèt dicatur, quòd varitas nunquam latet, & possit
sine eloqnentia defendi, tamen etiam clarirate, ac ni-
tore sermonis est illustranda, aliàs quandoque oppri-
mitur si non defendatur, & potest defendi etiam fal-
lendo fallentem, fraudemque refellendo fraude, dum-
modò semper sine mendacio, sed argutiis, & Deus
non patitur lumen veritatis inquirentes per tenebras
exteriores vagarj, nt meliùs explicat Alvarez de Velasc.
d. Rub. 14. *annot.* 2. *per tot.*

Nunquid verò sufficiat veritatis privata cognitio,
vel publica ex actis sit necessaria, & sic an judex jux-
ta allegata, & probata, vel secundùm scientiam, &
58 veritatem, quam ipse privatim novit judicare possit,
vel debeat, varii varia dicunt. Aliqui enim existimant
non posse judicem neque in civilibus, neque in crimi-
nalibus damnare reum, qui talis ex actis apparet, si
ipsn etiam privatim novit veritatem aliter se habere,
sed tunc debere absolvere, vel à judicando abstinere.
Alii secundùm probata in actis in civilibus, & non
in criminalibus, putant licere judici judicare, li-
cèt sciat veritatem esse in contrarium. Alii idem as-
serunt in criminalibus ubi venit tantùm pœna pecu-
niaria imponenda, secùs si corporalis. Alii denique,
59 & magis communiter firmant indistinctè, posse, &
debere judicem judicare, & damnare innocenrem con-
tra veritatem à se privatim cognitam, si reus appareat
ex actis, nec medium juridicum inveniat, quo secun-
dùm leges possit eum excusare, aliàs magna Reipubli-
cæ nascerentur incommoda, magnis semper angustiis
judices afficerentur, & discrimina paterentur. Multi ta-
men limitant in judicibus superioribus, Consiliariis,
seu Auditoribus, & multò magis in ipso Principe exi-
stimantes secundùm veritatem privatim cognitam, pro-
priamque conscientiam ex bono, & æquo juris apicibus
omissis istos judicare posse, & debere, dummodò pri-
vata scientia, seù conscientia, sit omnium simul Sena-
torum judicantium, licèt contrarium alii sentiant etiam
in Senatoribus Principem repræsentanribus, quia cum
publica auctoritate fungantur judices, ex eaque judi-
cent, poblicam fidem, & scientiam legibus munitam,
non propriam sequi debent, aut possunt, imò & in
ipso Principn Supremo, qui certam suam privatam
scientiam sequi non debet in condemnando, sed benè
in absolvendo, quod maximè de æquitate procedit,
nisi delictum ita atrox, & perniciosum esset, ut Rei-
publicæ expediret ejus auctorem publicè puniri, Alva-
rez de Velasc. (plures allegans) *d. tract. Rub.* 14. *an-
not.* 3. *per tot.* & alios citavi *in §. Judex n.* 4. *& seq.*

Et quamvis judex debeat esse acerrimus veritatis in-
dagator, magnaque in id prudentia, astutia, & sagaci-
60 tate uti ex recto fine, & ob id attenta multorum Docto-
rum opinione, quæ etiam communis appellatur, pos-
sit non solùm astutia, sed calliditate, fraude, dolo, vel
simulatione veritatem perquirere, & extorquere, nec
immunitate reo ut fateatur promissam implere tenea-
tur, cùm partes judicis post confessionem non sint nisi
in condemnando, ipse enim reus confitendo se prodit,
confessus pro judicato habetur, & sua se quodammo-
do sententia damnavit, quam nec pactum præcedens
remittere, nec temperare promissa impunitas potest,
sed sibi, suæque stultitiæ imputare debet, qui tali pro-
missioni immeritò fidem adhibuit, cùm sciret, vel
scire deberet ad ejus implementum judicem non arcta-
ri, & suam sibi nocere confessionem, quamvis & ju-
dex suæ calliditatis, & circumventionis detrimentum
sentire debeat ut sua cuique fatuitas, suns cuique do-
lus, & malitia noceat, & non tertio, veluri, parti,
vel Reipublicæ, cui quæsitum est jus ex confessione.

Juri tameo, ratiooi, & æquitati conformior est in
utroque capite contraria sententia, quia nec artificiosis
61 mendaciis, nec simplicibus verbis licita est unquam de-
ceptio, nec pro hominis vita, & tantò minus in ju-
dice, qui fortis, magnanimus, bonus, simplex, veri-
tatis in omnibus amicus, & nunquam fallax desidera-
tur; dolosus enim non est sapiens, sed simplex vir
bonus est sapiens, & sapientia dolosa non est desur-
sum descendens, sed terrena, animalis, & diabolica,
ac io judiciis adeò bona fides exuberare debet, & sine
simulatione sinceritas, ut quodlibet mendacium, quod
extra judicium veniale esset, mortale efficiatur secun-
dùm multos exæquantes ad mortale mendacium cum 62
juramento axtra judicium, & simplex in judicio, nam
vis judicii exigit veritatem, sicut vis juramenti, licèt
alii, & fortè magis communiter inrelligant cùm in re
gravi accidit, dempto juramenro.

Peccaret itaque graviter judex impunitatem animo
non se obligandi promittens, significando verbis ani- 63
mum, quem non habet, idque ad mendacium spectat
perniciosum, si sit de re notabili contra spirirualem,
vel temporalem proximi salurem: ac omnis actus, con-
tractusvè, cui causam dedit dolus, nullus est, omnisque
promissio, vel fides data à quolibet servanda est, quia
fundamenrum justitiæ est fides, & justorum corda me-
ditantur fidem, injustorum verò fraudes; magna enim
est injustitia violatio fidei, habetque fides dara vim ju-
ramenti, & obligat ex genere suo sub mortali, nisi
levitas materiæ excuset, & sic adimplenda est promis-
sio, & fugienda omnis calliditatis suspicio.

Oportet igitur judicem esse solertem, diligentem,
& vigilem veritatis indagatorem, sed præfinitis à jure
modis, remotis mendaciis, cavillationibus fugatis, fal- 64
lacibus simulationibus, & quibuslibet aliis arribus insi-
diosis evitatis, cùm semper veritatis una sit vis, & una
facies, omneque, quod arte elicitum, & fraude compo-
situm est, simplicitatis merito careat, & nil simplici-
tate cordis felicius, non ut Pharisæi improbi, qui con-
silium fecerunt, ut Jesum dolo tenerent, & occide-
rent, sed ut Job de qno scriptum est, erat vir ille sim-
plex, & rectus: & quid vetat nos rectitudine, & sim-
plicitate illius consocios fieri? ut in omnibus sicut in
eo glorificetur Dominus. Cuilibet homini fœdum est
dolo, aut fraudibus insidiari, sed judici turpissimum;
veram ergo in exquirendo, & puniendo delicta sequa-
tur Philosopbiam, non callidè, & politico artificio
excogitatam, atque accersitam, sed simpliciter, ac
spiritualiter cultam, & observatam, & tantùm abest
ut per dolum, fraudemve, veritatem per judices elici
jura velint vel patiantur, ut potiùs id omninò vetent,
& tali modo (veluti per suggestionem) elicitam con-
fessionem nullam reddant.

Habeat Judex simplicitatem Colnmbæ, ne cui ma-
chinetur dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum sup-
plantetur insidiis, animum vultus tegat, idest non illius 65
secreta pandat, neqne vutum declaret ante sententiam,
dummodò oppositum ejus, quod intendit numquam
manifestet, vel ostendat, aliàs nec zelus extorquendæ
veritatis liberat à vitio, quia debet esse secundùm scien-
tiam, & legum præcepta, aliter non inutilis modò,
sed maximè nocivus, & ipse timor Domini nisi secun-
dùm scientiam sit, nihil prodest, imò obest, nam &
Judæi habent zelum, & timorem Dei, sed quia non
habent secundùm scientiam in ipso zelo, & timore
majorem contrahunt divinitatis offensam; licèt verò
permissum sit quandoque dissimulare, idest, celare quod
est, vel verbis ambiguis uti, nunquam tamen quod non
est decet indicare, vel manifestare, imò judici nec ver-
bis ambiguis reum capere, & ad confessionem indu-
cere permittitur, & mendacium, dolus, vel fraus nulla
ratione honestari possunt, etiam repellendæ fraudis,
quæ debito modo est repellenda, cùm lex tanquam
turpissimum vetet dolosè ambulare, hoc est versutè vi-
vere velle, & justitiæ speciem præseferre, quia vir versu-
tus odiosus est, & sub bono zelo non est tegenda in-
justitia; astutiæ igitur sunt tollendæ, & malitia, quæ
vult videri prudentia, sed longè distat ab illa: & licèt
sit permissa tortura, & illius terror legitimis præceden-
tibus indiciis, hoc est remedium juris, io quo non in-
tervenit fraus, non dolosa versutia, sed illud agitur,
quod intenditur sine deceptione, aut mendacio, si
quantitatem, & qualitatem tormenti judex celat, pru-
denter agit, quia exprimere non debet juxta commu-
nem stilum, & sibi imputet reus si majora suspicatus
delictum, veritatemque fatetur.

Caveant autem judices ne à verbis dissentiant facta,
seu è contra ne à prudenti dissimulatione devient, & in
callidam, reprobatamque simulationem incidant, &
simplices illudant, quia simularores, & callidi provo-
cant iram Dei, & abominatio Domini est illusor; nec 66
ex bello justo [in quo nil refert an ex insidiis, & simu-
lationibus vel aperto Marte repugnetur] licet arguere
ad judicia, quia diversa est judiciorum lex in quibus
om-

omnia bona fide sunt peragenda, & omnis fraus, vel simulatio repellenda.

Si ergo Judex per promissionem impunitatis, vel aliis illegitimis modis confessionem extorserit, non potest ex illa reum damnare, quia non habuit veritatem juri
67 conformem, & secundùm illius præcepta cognitam, & elicitam, & Respublica, vel privatus ex tali illegitima confessione, quæ executionem non meretur, nullum jus acquisivit, quia sicuti unius dolus alteri non nocet, ita nec etiam prodesse potest, cùm alterius circumventio alteri actionem non tribuat, nec ob id respublica, vel pars privatur jure suo, quod aliter legitimè convinci, aut probari potest, ex novaque probatione sententia sequi, & quemadmodum in legitimè confessum nullæ sunt partes judicis, nisi in condemnando, ita nullæ sunt ut illegitimè confessum ex illa confessione damnet, nec habet quod ita confessus sibi imputet naturalem fœderis observantiam, & publicam fidem judicis sequutus, saltem si ita extortam confessionem reus re-
68 tractet; si verò in ea persistat, illamque expresse ratificet, jam certò sciens, & certioratus, quòd impunitatis promissæ nulla habebitur ratio, pœna ordinaria delicti puniri potest, quia ratificatio prioris dolo extortæ confessionis vitium purgat, liberumque inducit consensum, quem abstulerat deceptio: quòd si nec revocet, nec expresse ratificet, sed tacitè illam non revocando, non pœna ordinaria, sed extraordinaria mitiori puniri debet; quamvis judex, qui ex tali confessione expresse non revocata, pœnam ordinariam imponeret, non esset damnandus, maximè si aliæ extarent conjecturæ, & indicia, quibus accedente dicta confessione, & illa non revocata post compertam judicis simulationem, esset locus pœnæ ordinariæ, licèt alii etiam hoc casu extraordinariæ tantùm locum tribuant, intelligendo omnia de confessione spontanea sub spe impunitatis emanata, tunc enim ratificata ut supra nocet, secus si per torturam sub dicta promissione emanasset, quia tunc ratificatio nihil operatur, cùm non possit tot supplere defectus, ut colligitur ex Covar. *var. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 16. Menoch. *de arbitr. cas.* 367. Farin. *qu.* 81. *num.* 276. *& seqq.* Facb. *contr. jur. lib.* 19. *c.* 61. aliisque relatis per Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 14. *annot.* 4. *n.* 45. *& seqq. per tot.*

Et facit quia quamvis sine legitimo processu, indi-
69 ciis, vel diffamatione ad inquisitionem, & confessionem non sit deveniendum, tamen si ante hæc (vi, metu, dolo, vel fraude cessantibus) fiat spontè confessio, subsistit, & ad condemnandum sufficit per text. *in cap.* 1. *de accusat. lib.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 350. *n.* 2. *concl.* 353. *num.* 5. *&* 34. Viv. *com. opin.* 140. Velasc. *d. annot.* 4. *n.* 13. *&* 47. & annot. sequenti ubi latiùs, *n.* 28. *& n.* 33. *& seqq. & n.* 64. vide *in §. Confessio n.* 26. *&* 47. *& §. Inquisitio n.* 11.

Ad evitandas autem tot difficultates, & pericula in utroque foro quantò satius est tutiorem, & faciliorem viam sequi, plana quippe est veritatis via, & grave iter
70 mendacii: stultitia relinquere iter rectum, & ambulare per vias tenebrosas; simplicitas in medio veritatis est: semita justi recta, rectus callis justi ad ambulandum, quæ igitur dementia ducit judices ad præcipitia à veritatis simplici via Regia declinantes, ipsi viderint, qui se in eloquii jactant vanitate, & de argumentationum suarum versutia, quæ inimica est fidei, gloriantur; nos verò media, & Regia via incedentes, inoffenso pede gradiamur, de simplicitate nostra, bonisque illam comitantibus, rectique cognitione, juvante Domino gratulemur, vanam, fictamque mundi sapientiam abiicientes, & veram justorum amplectentes.
71 Mundi enim sapientia est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt fallacia demonstrare. At sapientia justorum est nil per ostentationem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentiùs tollerare, quàm facere, in eaque, & simplicitate tutissimum est rectorum
72 munimen, quia Deus custodit rectorum salutem, & protegit gradientes simpliciter, & qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter; at vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis, & væ duplici corde, labiis scelestis, manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis, statera verborum fallax imprubabilia apud Deum, quæ prætendit pondus gravitatis subriæ, & subnectit versutias fraudulentiæ: maximè displicet Deo proximum suum promissorum benignitate decipere, & subdola iniquitate deprimere; translucent fraudes, manet inconcussa simplicitas, non hypocrisis simulata; hujusmodi versutiam induerat serpens, cùm, ut deciperet, se consiliarium exhibuit, & amicum simulavit.

Attigant aures Judices de sua improba calliditate lætantes, gaudeant in sua recta simplicitate perfecti (perfectus est qui malitiam nescit, nec dolum novit) quia simplicitas justorum diriget eos, & supplantatio perversorum vastabit illos; renovamini spiritu, & ad perfectionem tendentibus ovina simplicitas placeat, quæ ad Deum ducit, non serpentina calliditas, quæ mortale venenum instillat; quod intus est foris luceat, & quod foris est intus operetur; epulemur itaque non in fermento veteri, neque malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis, ut cum Apostolo perfectione fruamur.

Ipsaque simplicitas numquam mala cogitat ulla.
Hinc sincera fides, æterna side fruetur:
Et contra dolus longo cruciabitur igni,
Elige quid velis, ut digna piacula vites.

Sicuti prædicta omnia à vers. *Et quamvis Judex &c.* latiùs exornat idem Alvar. de Velasc. *de jud. perf. Rub.* 14. *annot.* 4. per undecim paginas integras, & alios citavi *in §. Judex n.* 48. *&c.*

Judex autem confessionem dolo, fraude re extorquens, aut contra, vel præter juris ordinem inquirens,
vel de sociis interrogans, ad damni ea de causa, vel 73
ratione provenientis restitutionem obligatur, cùm sit causa efficax injusta illius, nisi possit excusari ex eo, quia non ex illa solùm ratione, aut causa, in qua ordinatè processit, sed ex alia etiam condemnatio sequi posset; nam tunc licèt una causa deficiat superstitibus aliis, non tenetur ad restitutionem; vel nisi fuerit tantùm causa damni remota, & non proxima, cùm immediata causa tantùm, & non remota sit attendenda, causa enim proxima, & immediata est propriè causa, & appellatione causæ venit, & intelligitur, atque inspicitur in quibusvis hominum actionibus, remota verò, & mediata est ficta, impropria, dicitur potiùs occasio, & non attenditur; unde si pars quæ potuit, imò debuit (saltem conditionaliter si damnum vitare velit) appel-
latione, querela, vel simplici etiam apud Judicem op- 74
positione, & petitione damnum ex inordinato processu vitare, nec id fecit, sibi damni causa proxima, immediata, & efficax censetur, culpaque sua damnum pati, & non judicis, qui fuit causa inefficax, & remota, quam de facili ut supra potuit pars removere, & tacendo videtur actis consentire, gestaque approbare,
vide *in §. Tacens*, & consequenter sibi, & non aliis 75
damnum imputare; aut volens, sciensque sufferre, quod à dolo, injuria, & restitutione judicem excusat, cùm volenti, & scienti non fiat injuria, neque dolus, imò nec partis ignorantia transfundit in judicem restitutionis obligationem, quia ignorantia juris clari regulariter neminem excusat, & est lata culpa dolo comparata, de qua vide *in §. Ignorantia nu.* 5. *& seqq. & n.* 10. sua cuique culpa, & ignorantia, & non alteri nocet, & damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputare debet, nec sentire dicitur, ut possit ab alio repetere: quare cùm injuste inquisitus, vel interrogatus potuerit remediis juris sibi consulere ad vitandum damnum, & id non effecit, à se immediatè, & efficaciter damnum sentit nec alium habet obligatum; Intelligendo hæc omnia postquam pars, vel reus habuit co-
piam, vel notitiam certam processus, quia tunc ratio- 76
nabiliter potest judex sibi persuadere ex juris dispositione, partem jura sibi competens scire, & consentire gestis, quibus non contradicit, cùm tacens in judicialibus consentire dicatur, etiam in sibi præjudicialibus quando contradicendo poterat impedire; nam ante publicationem processus, vel dictam notitiam habitam, & usque tunc tota inordinati processus culpa, damnique causa, & obligatio apud judicem residet, nec quidquam parti imputari potest, cùm omnia juridicè, & solemniter acta existimare debuerit ob magnam præsumptionem, quæ militat pro judice, cui ideò securè reus potuit se committere, sicut etiam tenetur judex (saltem in foro conscientiæ, in quo veritati cedit præsumptio) si certò sciat reum omninò jus, ejusque remedia ignorare, nec con-

sentire gestis, vel si per sordes, pretiumve inordinatè
processit, quia tunc quamvis pars tacendo in culpa sit,
judex est in gravissimo dolo, qui dictæ culpæ præpou-
derat, & ita malitia excedit, ut pro illo ad integrum
patris, litisque interesse obligatus existat, nisi fortè e-
tiam de hoc pars sciens taceat, cum & dolus præteri-
tus possit remitti.

Potest autem imò debet judex meliore usus consilio
errorem suum, processumque emendare, partisque, &
77 suo consulere damno in futurum, & quandocumque an-
te diffinitivam sententiam reponendo à gravamine, vel
absolvendo ab instantia, & denuò judicium inchoando;
vel etiam post diffinitivam sententiam, quæ nullitatem
contineat, causam iterùm instaurare, quasi prior non
esset agitata, sicque inordinati processus defectum nul-
litati causam præbentem emendare, quia judex, qui
ex actis nullis absolvit, potest postmodum ex novis va-
lidis condemnare, & è contra; si itaque parte petente
non emendet, de injuria, seu damno, ei illato in inte-
riori, & exteriori foro tenebitur, & quamvis emenda-
verit usque ad emendationem tenebitur ad expensas,
& damna, nisi eum legitima excuset ratio, ut si fortè
erraverit ex causa probabili, & laudabilis opinionis exi-
stat.

Si non est error in processu, sed ex parte judicis do-
78 lus, metusve illatus, per quem à reo confessionem ex-
torsit, dic quòd si dolus, vel metus talis est, qui ad
partis potiùs fatuitatem, vel vanam trepidationem,
quàm ad judicis malitiam, vel violentiam referri possit,
& sic non cadens in constantem virum, non nocet vali-
ditati judicii, neque judici, etiam si judex levem tormen-
torum comminationem interposuerit, quia licèt ali-
quam tunc fecerit injuriam, tamen non tam censetur
ipse extorsisse, quam reus liberè propalasse. Si verò do-
lus, vel metus talis intercessit, per quem disertus qui-
libet, & constans caperetur, & constat ex actis, servan-
da est superior distinctio, nam aut pars opponit, &
debet judex instaurare processum, & ritè prosequi,
aliàs ad expensas, & damna tenetur ut supra, aut non
opponit, & voluntariè videtur fateri crimen, confes-
sionem approbare scienter, & juri suo renuntiare, con-
sequenterque scienti, & volenti non fit injuria, quæ
obliget ad restitutionem. Sed si de tali dolo, vel metu
non apparet in actis, nec probari potest, ad restitutio-
nem obligatur judex tanquam illius causa efficax inju-
79 sta, & idem in suggestione, quæ non solet apparere,
si ejus saltem qualitatis sit, quæ cautum etiam decipere
posset, nam si appareret, & nullitati, & distinctioni præ-
dictæ remanet subjecta. Et hæc quò ad Inquisitionem
indebitè, & contra juris ordinem formatam, confessio-
nem elicitam, & judicium sic prosequutum.

Quò ad alias processus solemnitates, quæ vel omit-
tuntur, vel pervertuntur in ordine, eadem pariter mi-
80 litat ratio, & distinctio oppositionis, vel taciturnitatis
partis, nam licèt multi teneant dictis solemnitatibus,
& ordini judiciario favore publico introductis, non pos-
se expressè renuntiari, tamen saltem tacitè per non op-
positionem posse remitti communiter concludunt, si-
81 cut etiam censentur remissæ, ubi potest procedi *sum-
marie, simpliciter, de plano, & sola veritate inspecta*,
nam hujusmodi clausulæ liberant ab observatione ordi-
nis judiciarii, omnemque juris solemnitatem relaxant,
& ad formam judicii de jure naturali, vel gentium in-
ductam reducunt.

Quòd verò dicimus circa ordinem judiciarium præ-
judicare sibi partem tacentem, & non reclamantem, ap-
probareque gesta videri, non procedit quoad sententiam
diffinitivam; nam judex, qui eam contra jus protulit
facit litem suam, & potest pro interesse conveniri in
Syndicatu, etiam si pars gravata non appellaverit, vel
appellationi renunciaverit, vel eam deseruit, ut vide-
tur communis Doctorum opinio licèt alii, & fortè me-
lius intelligant dum causa, sive impedimentum subest,
82 cur non appellaverit, sentientes cum impedimentum
non extet, approbatum videri judicium, à quo non
fuit appellatum, nec contra judicem recursum dari.
Sed utcumque sit, diversa est resolutionis ratio, nam
sententiæ injustitia à parte præveniri non potest, senti-
tur, & inspicitur simul, negotio finem imponit, dat,
vel adimit, jus, quo nemo se privare velle, nec suum ja-
ctare præsumitur, & non potest retractari, nisi per ap-
pellationem, & ejus prosecutionem. Processus verò er-
rori, vel inordinationi pars semper potest obstare dum
durat instantia; toties noscitur, & approbatur, quo-
ties inspicitur, & non contradicitur, quorum actuum,
& taciturnitatis geminatio expressam, & deliberatam in-
ducit approbationem, & ideò non mirum, si in istis
damnum ad partis negligentiam, fatuitatem, tacitum-
que consensum, & non ad judicem refertur: secus au-
tem in sententia diffinitiva, in qua nimis durum vide-
retur arctare lassum, & læsum, ut appellatione non
interposita, vel non prosecuta, vel prosecuta, & senten-
tia injusta malè confirmata, jus suum adversus iniquè
judicantem perdat, quod sibi competere, & durare
sciebat, aut sumptus, cæteraque Superiorum Tribuna-
lium subire discrimina, ac propterea receptior isto ca-
su est opinio, non appellantem à sententia injusta contra
Judicem jus suum illæsum retinere; nec sibi taciturni-
tate in id præjudicare, vide *in §. Judex n.* 18.

Judex etiam in casibus non exceptis, reum de sociis
interrogans mortaliter peccat, & reus potest tunc ver-
bis æquivocis interrogationem eludere, dum absit men- 83
dacium, sed si socios propaler non utendo juris reme-
diis, tenetur ipse tanquam causa proxima, & immedia-
ta ad damni inde contingentis restitutionem, cùm non
legitimè, & contra juris ordinem interrogatus, natura-
li lege teneatur occultare peccatorem; nec habet judi-
cem obligatum ad sui revelationem, saltem si posteà 84
ipse vel socii detecti non opposuerunt, & processum
restaurari, confessionemque indebitam elidi non postu-
larunt, ut necesse est ad transfundendam obligationem
in judicem juxta superiùs notata: nisi posset uterque,
idest Judex, & nominans excusari ex eo, quòd dictum
socii in casibus non exceptis saltem per se, nullum ge-
neret præjudicium; sed quia ex accidentibus facilè ge-
nerari potest, sibi prospiciant Judices rectitudine, & le-
gum simplicitate utentes, quibus aliàs nec bona fides,
quam operario contra legem excludit, nec ignorantia
juris clari, quæ neminem juvat, & illos specialiter de-
turpat, asylum firmum præstat, vide *in §. Ignorantia
nu.* 5. *& seqq. & n.* 10. Testis verò, qui per impruden-
tiam occultum crimen detexit bona fide putans se legi-
timè interrogari, non tenetur lege justitiæ dictum suum 85
retractare, sed lege charitatis si sine suo detrimento pos-
sit, speret retractationem profuturam, ita tamen ut non
obligetur ad restitutionem si non retractavit, sed talis
obligatio recidit in judicem, qui causam injustam effi-
cacem damno dedit, non legitimè procedendo.

In criminibus autem à jure nominatim exceptis, pro-
pter eorum atrocitatem, & grave Reipublicæ nocumen-
tum (nempè læsæ Majestatis divinæ, & humanæ, pro-
ditionis, conjurationis falsæ Monetæ, maleficii, sive
strygum, latrocinii, & grassationis viarum, assassinii, 86
sacrilegii, partus suppositi, & generaliter in omnibus
aliis delictis, maximè occultis, & difficilis probatio-
nis, quæ de sui natura solent committi cum interven-
tu plurium, vel quando adsunt particularia indicia,
quod cum pluribus fuerint commissa, vel quæ Reipu-
blicæ sunt pestifera, bonumque publicum, & multitu-
dinem nimis lædunt, vel si adesset statutum, sive con-
suetudo id permittens maximè contra diffamatos, dum-
modò numquam fiat interrogatio de aliqua certa per-
sona in specie, sed in genere, nisi adsit specialis, &
legitima præsumptio de certa persona, ut latè explicant
Farinac. *q.* 43. *n.* 56. *& seqq. per tot.* Menoch. *de arbitr.
cas.* 474. Card. Tusch. *litt. S*, *concl.* 315. Guaz. *diff.* 30.
cap. 32. Mascard. *de probat. concl.* 1312. Peguer. *decis.*
5. & dixi *in §. Socius n.* 47. *& seqq.* ubi etiam de requi-
sitis, & quale indicium faciat hujusmodi dictum socii
criminis debet judex reum de se confessum de sociis 87
omninò interrogare sub pœna peccati mortalis, dam-
numque Reipublicæ, & subditorum, etiam aliter non
requisitus avertere, & tunc reus interrogatus sub eadem
peccati obligatione socios revelare tenetur, imò etiam
non interrogatus, si agatur de obviando aliis delictis in
futurum adhuc imminentibus, ac ad id moneri debet
à confessario, alias si absolveret sine dicta monitione,
absolveret impœnitentem, & ipse etiam Confessarius
peccaret; quia, etsi lege naturali teneatur quilibet non
diffamare proximum tamen in criminibus exceptis,
ubi agitur de impediendo damna spiritualia, vel tempo-
ralia multorum, quæ in futurum pendent alia lex na-
turalis fortior accedit, qua etiam privati tenentur alio- 88
rum mortem, & pericula præcavere, juxta Proverb.

24.

24. *Eripe illos, qui ducuntur ad mortem*; at concur-
rentibus duabus naturæ legibus contraria dictantibus,
standum est fortiori, & istis casibus præstantiora sunt
bona corporis, & vitæ multorum, quàm bona famæ,
& fortunæ paucorum, in generali igitur inquisitione, in
89 qua certum, & manifestum delictum apparet, latet
verò delinquens, testis generaliter interrogatus, an
sciat quis illud perpetraverit, tenetur delinquentem pro-
palare, sive solus, sive cum aliis sciat, & sive ex officio
judicis, sive ad instantiam partis agatur, & idem est in
socio criminis generaliter de sociis interrogato, ubi agi-
tur de criminibus, ex quibus publicum, vel particula-
re imminet damnum in fieri, vel in futurum, nisi tam
testi, quàm socio ex revelatione immineret grave pe-
riculum, aliàs testis legitimè interrogatus veritatem
sibi notam occultans peccat, & justitiam commutati-
vam lædit, & obligatur ad restitutionem damni versus
partem juxta magis communem opinionem, licèt alii
contra quoad restitutionem, reddentes rationem, quia
quamvis testis graviter peccet contra charitatem erga
proximum, & contra obedientiam, & justitiam lega-
lem erga judicem, non peccat tamen contra justitiam
commutativam (secundùm istos) nam ante mandatum
judicis non tenetur ex commutativa justitia, etiam
secundùm auctores contrariæ sententiæ, sed per man-
datum judicis solùm accedit obligatio justitiæ legalis,
& obedientiæ, ergo nullum est vinculum justitiæ com-
mutativæ, & restitutionis, de quo dixi *in §. Testis n.*
54. & n. 34. & omnia prædicta à *vers. Judex autem con-*
fessionem, &c. probat Alvarea de Velasc. *de jud. per-*
fect. Rub. 14. annot. 5. per octo integras paginas alle-
gans, Sot. *de ratione tegendi, & detegendi secreti*
memb. 3. qu. 5. concl. 5. Navar. *in manual. capitol. 18.*
Less. *de just. & jur. lib. 2. capitol. 29. dubit. 18. n. 172.*
& seqq. Filliucius *tr. 40. cap. 6. qu. 14. num. 199. &c.*
Trullench. *in oper. moral. lib. 8. cap. 5. dubit. 23.* Bo-
nac. *tom. 2. moral. circa 8. Decal. præcept. disp. 50. q.*
2. punct. 6. n. 6. & alios.

Quia autem sæpè dictum est, servandum juris ordi-
nem in interrogando reos, ut se prodere teneantur,
notandum est cum Navar. *loc. cit. n. 57.* consistere in
90 tribus, primò quòd Judex interrogans sit competens;
secundò, quòd delictum sit probatum saltem semiplenè
per unum testem omni exceptione majorem, vel per
indicia illi æquipollentia, vel per infamiam plenè pro-
batam; tertiò quòd hujusmodi probatio sit illi notifica-
ta, ut sciat in quo statu reperiatur, quibus concurren-
tibus debet reus judici præcipienti ut fateatur parere,
aliàs nemo se prodere tenetur.

Item notandum est modum procedendi ex accusatio-
ne, vel etiam simplici denunciatione publici Officialis
ad id deputati, aut alicujus privati, vel ex querela
91 partis offensæ esse juridicum, & à consuetudine appro-
batum, quidquid de jure deberet infamia præcedere,
cùm huic juri positivo possit per consuetudinem dero-
gari, & derogatum censeatur; cùm igitur judici dela-
tum est crimen aliquo ex dictis modis, legitimè proce-
dit ad examinandos testes nominatos, vel alios, quos
ipse inquirendo ex officio comperit informatos, & alias
capiendas informationes, ex quibus crimine per unum
saltem testem omni exceptione majorem, vel aliis æqui-
pollentibus inditiis probato, potest de eo interrogare
reum, & etiam torquere si neget, & sic per duos, vel
plures testes ejusdem qualitatis illum condemnare (dum-
modò semper constet de corpore delicti eo modo quo
constare potest secundùm illius naturam, & testes præ-
sumuntur idonei, donec contrarium appareat, ut col-
ligitur ex Bonacin. & aliis per eum citatis *d. tom. 2.*
circa 8. decal. præc. disp. 10. q. 2. punct. 5. & 6. per tot.
ubi etiam n. 6. quòd judex non servando juris ordinem
in judicando, tenetur ad restitutionem, nisi possit alia
92 via procedere, & ea ratione condemnare juxtà supe-
rius dicta, vel si erravit in aliquo, in quo Princeps
possit dispensare, & dispensavit, vel si condemnavit
personam exemptam, vel non subditam, & illius ju-
dex ratum habeat, nam his casibus excusatur ab ob-
ligatione restituendi. Et de triplici modo procedendi
in criminalibus, nempè per inquisitionem, denuncia-
tionem, & accusationem, pulchrè Gonzal. de Paz.
in Prax. part. 1. tom. 1. de mod. & form. proced. in
causis criminal. apud Tribunal. secul. Addit. ad Sanfelic.
decis. 378. per tot. Clar. *§. fin. quæst. 3. per tot.* ubi re-

ducit ad duplicem modum, nempè vel ex officio, vel
ad instantiam partis, de quo, & aliis modis ego plura
dixi in mea *pract. in præfat. n. 3. & seqq.*

In tuto itaque se locet judex ad perfectionem ten-
dens, tot pericula monstrata, imò monstra vitet, at-
que horreat, quid prohibet tuta sequi, tranquilla secta-
ri, amplecti secura, quid ire aperta via, rectaque in- 93
gredi, & non sibi ad præcipitia anxios disponere fle-
xus? emuntur discrimina magno, constat parvo secu-
ritas pretio ut concludit Alvarea *d. annot. 5. in fine.*

An autem secundum propriam conscientiam judica-
re debeat judex, quid & quotuplex sit conscientia, an
liceat contra propriam opinionem, quam quis proba-
bilem putat, aliorum probabili sententiæ adhærere,
vel in conflictu opiniorum probabiliorem omninò se- 94
qui teneatur, vel gratificari liceat amico, latè & eru-
ditè declarat idem Alvarez *d. Rub. 14. annot. 6. 7. &*
8. per tot. & dixi *supra in discursu de prohibit. mun. &*
prec. dat. n. 110.

Vigesimò, & ultimò judex debet esse librorum cu-
mulo circumdatur, studio, litterisque assiduè operam
dare, quia multa scire oportet, & nunquam satis, tam-
diù discendum, quamdiù vivit, ut justum ab injusto di-
scernat, nam difficilis captu est inventio justi, facilè-
que effugere solet parum animadvertens, sæpè decipi- 95
mur specie recti, & vitium serpit sub umbra virtutis,
& è contra perindè decet judicem esse doctissimum, ne
legem sanctam ignorans dicat bonum malum, & ma-
lum: bonum, Sapientia clamat, *discite judices finium*
terræ, & Psalmista, *Erudimini qui judicatis terram*,
aliter ignorantia judicis plerumque est calamitas inno-
centis; regendi, & gubernandi manus ars omnium sum-
ma, & difficilior inter omnes mundi artes, ideóque
scientia, & sapientia magna indiget; requiritur sapien-
tia, & bonitas secundùm virtutem, unde dicitur duos
sales in judice desiderari, sapientiæ, ne sit insipidus,
& conscientiæ ne sit diabolicus, aliàs dato quod sciat, 96
si non habet habitum virtutis, ducetur a passione ad
oppositum: divinæ itaque legi, ejusque meditationi
assuescat, quo nil ad sapientiam, scientiamque exe-
quendam præstantius, & nil prodest omnium rerum
eruditio, nisi Dei scientia coronetur, deindè humanæ
insudet, quæ sua tempora habet quinquenii nempè,
at neque hoc tempore studuisse sufficit, sed semper stu-
dendum: id jus, & negotia postulant, nil non præ-
meditatum, nil non convenienti prævio studio decer-
nendum; inde sententia repentè, & sine librorum revo-
lutione lata nulla est, præcipuè in criminalibus, aut
personam judicis tangentibus, quia mox ut infertur in- 97
juria, perturbatur animus, & vix rectum illicò valet
promulgare judicium, unde necesse est differre senten-
tiam, donec mens turbata quiescat, nam qui currit fe-
stinans, festinans evertit, ad pœnitendum properat qui
citò judicat; cogitandum est quod agitur, & nullus
ante judicium vel suspicione damnandus: festinatio
improvida est, & cæca, ubi præcedit cogitatio, matu-
ritas adhibetur, & præcipitatio est noverca justitiæ,
non est damnum dilatio ubi certior sit ex ea victoria.

Si tamen in jure sit facilis, & expedita causa, & in
facto instructus judex, non debet moratoria, & inep-
ta cunctatione sententiam differre, sed provida, &
convenienti festinatione partium damnis, & incom-
modis obviare, sicque bonum brevemque litibus fi-
nem imponere, & ab illarum vexationibus, & gra- 98
vaminibus partem liberare, nec innoxio absolutio-
nem, nec noxio congruam pœnam differre; optant
utique audiri sibi benè conscii, optant etiam qui
gravibus flagitiis urgentur pœnam mortis celeritate
transigere, ut aliquanta compendia pœnarum lucrentur,
etenim & Dominus, quorum miseretur, citò castigat;
diligentia igitur necessaria est in qualibet virtutè, ma-
ximè verò in judice circa disciplinam, studium, eru-
ditionem, & causarum expeditionem, sicut è contra
negligentia invenitur in quolibet peccato, ubique cul-
pabilis, juri summoperè exosa, & multifariè ab eo
damnata.

Quapropter judex negligens in administranda justi-
tia, vel in studendo, & ob id iniquam sententiam
proferendo, & si justam putaret, facit litem suam, &
ad interesse parti tenetur in utroque foro; omissio enim
judicis, vel aliorum, qui ex officio ad aliquid tenen-
tur vicem commissionis tenet, dolus est, vel dolo pro- 99

xima, cùm partes suas facere possunt, & nolunt, imò
negligentia est major, quàm imperitia, licèt utraque
sit culpabilis, continet peccatum mortale, & obligatio-
nem restituendi, si habeat in se dolum, vel culpam la-
tam sive magnam, & dissolutam, nam de levi, & levis-
sima culpa non tenetur judex sub peccato mortali, ne-
100 que ad restitutionem, neque ad syndicatum in foro
exteriori, quia ex levi culpa non incurritur pœna gra-
vis: magnam autem, & dissolutam negligentiam tunc
dicitur committere judex, quando procedens ad instan-
tiam partis ter, vel saltem semel, vel per clausulam
justitiam peto, requisitus justitiam retardat, eamque
negligit ministrare; ubi verò non adest pars, sed ad
officium judicis inquisitio, & delicti vendicatio perti-
net, non solùm cum obviare potest delicto, & non
obviat in dissolutam negligentiam, ejusque pœnam
incidit, sed & cum sibi delatum, & manifestum est
delictum, inquisitionem prætermittit, vel desidiosè,
negligenter, vel ineptè eam pergit, ita ut impunitum,
vel non debitè punitum illud relinquat, ante enim
hanc delicti scientiam imputari negligentia judici ne-
quit. An autem, & quando in criminalibus pœnā non
imponens, vel mitiorem teneatur ad restitutionem di-
ctum est supra *de probib. mun. vel prec. dat. n.* 110. *&*
in §. Judex n.

Imperitia etiam, sive ignorantia non longè distat à
prædictis, cùm quilibet ea scire teneatur, quæ ad offi-
101 cium suum rectè peragendum necessaria sunt, undè pro-
pter negligentiam ignorantia eorum, quæ aliquis scire
tenetur, est peccatum, & ideò si imperitus, & ita ju-
dicandi muneri insufficiens, ut verisimile sit aliquod
notabile damnum proximo eventurum, illud acceptat,
& retinet (& tanto magis si per ambitionem impetrat)
mortaliter peccat, & tenetur ad restitutionem damno-
rum inde sequutorum: quid enim necesse est homini
majora se quærere? aptari onus viribus debet, nec prius
occupari quam cui sufficere possumus, idque maxima
disquisitione, nec mediocri diligentia contenti (plus
æquo nobis, nostrisque viribus indulgentes) investigan-
dum, & semper timendum, etiamsi nos sufficientes
existimemus. Meritò itaque in jure imperitia culpæ
annumeratur, malèque per imperitiam judicans quasi
delicti reus est, litem suam facit, & ad totale interes-
se, vel in quantum viro bono æquum videbitur juxta
imperitiæ qualitatem tenetur; alia enim est imperitia
dissoluta propè dolum, & dolo comparata, quæ obli-
gat judicem ad totale interesse, alia non adeò turpis,
nec latam continens culpam, & hæc aliquam, vel etiam
totalem pro judicantis religione excusationem habet,
nam si in difficilis legis intellectu, seu plures sensus
habentis, judex humana imbecillitate, vel difficultate
materiæ erraverit, pro erroris qualitate arbitrium judi-
canti conceditur, etiam si per imprudentiam absque do-
lo ad mortem condemnaverit, & condemnationem fue-
rit executus: quòd si sententia, de cujus errore in jure
apparet, & sic nulla, non fuerit executioni mandata,
facilius est remedium, & non ad interesse, sed ad dam-
na tantùm, & litis expensas tenebitur judex, si alia
ratione non possit in parte, vel in totum, ut supra, &
infra excusari, & qui per sordes malè judicavit con-
demnatus ex suo delicto non repetit à parte, pro qua
judicavit; secus verò si per imperitiam, nam tunc con-
venitur ex quasi delicto, & potest cessionem ad repe-
tendum contra partem obtinere, ad tradita per Oleam
de cess. jur. tit. 3. quæst. 6. num. 8. & seqq. dixi in §.
Correus num. 8.

Judex autem non quidem imperitus, nec muneri in-
sufficiens, sed mediocriter saltem edoctus congruentem
in facto, & jure discutiendo diligentiam adhibens,
102 veritatis attingendæ intentione, & desiderio, si adhuc
humana fragilitate erret, injustamque proferat senten-
tiam, cùm justam proferre laboraverit, in interiori, &
exteriori foro excusatur à peccato, & restitutione,
quia injuriam formalem non intulit, neque aliquid
commodi ex tali sententia à parte læsa accepit, & idem
est in eo, qui pœnam non relaxandam ex ignorantia
relaxavit, nam non tenetur ad restitutionem, etiam si
posteà errasse cognoscat.

Dicitur *judicem non imperitum, sed mediocriter sal-*
tem edoctum, à peccato, & restitutione excusari, tum
103 ad excludendum imperitum, & insufficientem, qui se
peccati, & restitutionis periculo sciens exposuit, & ideò
tenetur juxta superiùs dicta: tum ad ostendendum non
eminentem ad dictam excusationem desiderari scien-
tiam, sed mediocrem, condecentemque muneri suffi-
cere, scientia enim est donum Dei, eminens est deside-
randa, & competens toleranda, multa inflat ejus im-
perfectionem suppleat charitatis perfectio; eminentis
namque scientiæ homines vix reperiri possunt, imò nul-
lus reperitur, & nulla hic perfecta scientia, quia Domi-
nus voluit plura remanere dubia, & non aperta in via,
ut mentes nostras alliciat ad concupiscendum perfectam 104
cognitionem rerum in Patria, & in hac vita nostræ
ignorantiæ obscuritate obruimur, ac ideò natura con-
tenta est mediocribus.

Dicitur etiam *congruentem in facto, jureque discu-*
tienda diligentiam adhibens, quia ad exactissimam non 105
tenetur, sed ad moralem, idest quam probi, & diligen-
tes communiter, seu frequenter in similibus negotiis
adhibere solent, nec ea requiritur, quam diligentio-
res, aut scrupulosi adhiberent.

Dicitur item *veritatis attingendæ intentione, & desi-*
derio, quia intentio operi nomen imponit, & cujus finis 106
bonus est, ejus quoque opus bonū est, & è contra; si oculus
(idest intentio) fuerit simplex, totum corpus (idest
actio) lucido erit, nam si intentio est simplex, actio te-
nebrosa non erit coram Deo, & dum rectum intendi-
tur, bonum opus efficitur, etiamsi minus bonum esse
videatur, & è contra cum quid etiam rectum perversa
intentione agitur, & si splendere coram hominibus vi-
deatur, apud examen interni judicis obscuratur, su-
perluminare etiam conscientia est ipsa intentio, quæ
præeminet actioni. Qui itaque judicat ex amore, & af-
fectu justitiæ, idest ex intentione, qua vult servare
bonum justitiæ, & reddere unicuique quod suum est,
quæ intentio est primus actus elicitus à virtute justi-
tiæ, non judicabit contra justitiam, diligentia, & dis-
quisitione ut diximus comite, quia si rectè offeratur,
& non rectè dividatur, peccatur, rectè autem dicitur
offerri, cùm recta intentione quid agitur, sed rectè non
dividitur, si quod piè agitur, non etiam subtiliter di- 107
scernitur; non enim quis dicitur justus ex eo, quòd ju-
sta opera faciat, sed si justè, & justo animo faciat, nec
misericors ex eo, quòd dat eleemosynam, sed si recto
animo dat, his verò concurrentibus, si adhuc judex in-
justè judicet præter intentionem deceptus, aut errore
lapsus, injustus non est nisi materialiter, etiam inno-
centia est ubi non est nocendi voluntas; ò ergo. *Quàm*
bonus Israel Deus his, qui recta sunt corde.

Affectui autem, & desiderio prædicto, sicuti nimia
subtilitas legibus exosa, suique confidentia nocere solet,
ita communibus opinionibus adhærere multum condu-
cit, ideò ab illis recedere, etiam cum recta intentione 108
valdè periculosum, ita ut dixerint multi sententiam
contra communem latam, esse nullam, pariaque esse
contra legem, vel contra communem judicare, & alii
licèt validam, esse saltem injustam, & pro ea Judicem
in Syndicatu teneri, litemque facere suam, & ad in-
teresse obligari.

Quod tamen non ita amarè, & sine delectu accipien-
dum est, ut semper proprium judicium, & intellectus
subigatur communi, & alieno intellectui, nam non cæ-
cum exigit obsequium, sed rationabilem assensum, nec
decet judicem esse ministrum voluntatis alterius, infe- 109
licis enim est ingenii nihil à se promere, semper imi-
tari, non semper meliora pluribus placuerunt, argu-
mentum pessimi turba est, optimum quidque rarissi-
mum, & quandoque Doctores aliquam amplectuntur
opinionem turbatim, sine delectu rationum, vel saltem
illis non exactè ponderatis; non igitur cujusque prin-
cipalis, & nobilissima animæ facultas est concluden-
da, nec more pecudum sequens antecedentium grex,
vel avium volantium, ubi cæteræ volant, cum non ex
numero, sed pondere æstimandæ sint sententiæ, &
dicat Dominus: *Ne in judicio plurimorum acquiescas*
sententiæ, ut à vero devies, positque unus interdum
multos, & majores in aliqua parte superare, ideò quod
melius, & æquius est judicandum, & cùm viderit ju-
dex adversus communem opinionem stare rationem,
potest à communi recedere de ratione, communique
errore ducendo, non enim cogitur aliorum esse pedis-
sequus, imò rationabilem suam sequi debet opinionem,
sed non voluntatem.

Ca-

Caveat verò, ne suæ adeò indulgeat intentioni, ut
facilè posse à communi recedere putet, nam pro ma-
gno teste vetustas, & sapientia non placet alta, & dum
quis existimat se aliquid scire, nondum cognovit que-
110 madmodum oporteat scire; nemo igitur sit sapiens apud
semetipsum, nec abundans in sensu suo, quia sæpè præ-
venit vires fiducia, quæ solet arrogantia laborare, qui
præsumit, minùs veretur, minùs præcavet, plus pericli-
tatur, ergo collyrio inungat oculos suos, ut benè vi-
deat judex, à Deo intellectum, directionemque petat,
imperitiam suam etiam peritus agnoscat, nec se igno-
ret, ut verè sit peritus, cùm prima virtus sit cognitio
infirmitatis, superbo oculo veritas non cernitur, sincero
patet, & sic non leviter à communi recedat, nisi con-
tra eam adsit manifesta ratio opinionem superans, ma-
lè enim nova placent, nisi antiqua benè displiceant, &
id solùm rectum est, quod ratio præscribit; si quid novi
adinvenerit judex, humiliter pro lumine gratias agat
Deo, qui sapientiam præstat parvulis; antiquitati qui-
dem, & opinionibus antecedentium Doctorum multum
est deferendum, sed magis rationi, illis indulgendum,
huic serviendum, ut eruditè concludit Alvarez de Ve-
lasc. *tract. de jud. perfect. rub. 15. annot. 1. per tot.*

Judicibus tandem muneri suo pro viribus satisfacere
curantibus, eterna, & temporalia non deerunt præmia,
111 namque habetur Deuteron. *cap. 16. vers. 20. Justè quod
justum est persequeris; ut vivas & possideas terram,
quam Dominus Deus tuus dederit tibi.* Eccles. *cap.
2. vers. 30. Qui operatur justitiam ipse exaltabitur.* Sap.
*3. vers. 8. Judicabunt nationes, & dominabuntur popu-
lis.* Proverb. *10. vers. 3. Non affliget Dominus ani-
mam justi, vers. 6. Benedictio Domini super caput ju-
sti, vers. 7. Memoria justi cum laudibus, & vers. 24.
Desiderium suum justis dabitur, & cap. 21. vers. 21.
Qui sequitur justitiam & misericordiam, inveniet vitam,
justitiam, & gloriam.* Psalm. *36. vers. 17. Confirmat
autem justos Dominus.* Psalm. *105. vers. 3. Beati qui
custodiunt judicium, & faciunt justitiam.* Psalm. *111.
Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum be-
nedicetur:* & *In memoria æterna erit justus: ab auditio-
ne mala non timebit,* & similia ex sacris paginis de-
sumpta, quæ etsi omnibus justis in communi conve-
niant, maximè verò Judices respiciunt, qui opus tam
excellens, & laboriosum benè peregerunt, ideóque ma-
gnis in Cœlo coronabuntur præmiis, summisque lau-
dibus afficientur in terris, eximii enim meriti est, &
ingenti laude dignum, ut quis in magna peccandi li-
centia constitutus, justam transigat vitam, adeò ut di-
112 xerint multi: Judices mereri magis quàm Religiosos,
Fratresque Prædicatores, quia magnam ab illis cæteri
consequuntur utilitatem, magis Deo placet justitia,
113 quam immolatio hostiæ, & quia alii Religiosi inser-
viunt vitæ contemplativæ, Judices verò activæ, quæ
est majoris meriti; licèt alii vitam contemplativam
potiorem, & majoris meriti esse simpliciter, quam acti-
vam rectè contendant; sed secundùm quid, veluti cum
multis prodesse potest vita activa, hæc potius est eli-
genda propter necessitatem, vel saltem si contingat pa-
tienter toleranda, & sic potest esse quòd quis in operi-
bus vitæ activæ plus mereatur, quam alius in operibus vi-
tæ contemplativæ; hinc honorabilior est cœtus Clerico-
rum sæcularium, quam Monachorum, quia illi inser-
viunt vitæ activæ; isti verò contemplativæ, sed quid-
quid sit, certum est bonorum Judicum eximium esse
meritum, & præmium, magnamque gloriam futuram,
etiamsi in aliquo extra officium peccaverint, nam ju-
stitia benè acta eos ad rectum statum pertrahet, aliasque
que forsan redimet culpa, liberabit eos à morte, in se-
mita justitiæ vita, misericordia, & veritate redimitur
114 iniquitas, ut habetur Proverb. *cap. 11. 12. & 16.* Psalm.
118. *Feci judicium, & justitiam: non tradas me calum-
niantibus me,* & Ecclesiast. *cap. 4. In judicando esto
pupillis misericors ut pater, & pro viro matri illorum:
& eris tu velut Filius Altissimi obediens, & miserebi-
tur tui magis quàm mater,* & alibi, *Quærite judicium,
& subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite vi-
duam: & si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix
dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, ve-
lut lana alba erunt;* nec in id deest miraculum cujus-
115 dam linguæ hominis Pagani, qui judex fuerat, in pa-
ganismo mortuus, & sepultus, & quia nunquam de-
derat iniquam sententiam, Deus reservavit ejus ani-
mam in lingua, quousque à fodiente effossa, baptis-
mum peteret; & reciperet, & posteà subitò in pulve-
rem resoluta relatum à D. Antonino *in sum. part. 2.
cap. 29. §. 2.* ex Petro Paludano.

Judices verò iniqui, miseri, & infelices à legibus hu- 116
manis puniuntur acerbè, & cestiùs à divinis, quas nul-
latenus effugere possunt, ut enim pœna respondeat de-
licto, scriptum est Apocalyp. *18. vers. 7. Quantum glo-
rificavit se, & in deliciis fuit; tantùm date illi tor-
mentum & luctum, quoniam Dominus amat judicium.*
Psalm. *36. vers. 18. Injusti punientur, & semen impio-
rum peribit.* Isaiæ *1. vers. 23. Principes tui infideles,
socii furum: omnes diligunt munera, sequuntur retribu-
tiones. Pupillo non judicant: & causa viduæ non ingre-
ditur ad illos. Propter hoc, ait Dominus: Heu conso-
labor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis
meis, &c. & cap. 10. vers. 1. Væ qui condunt leges ini-
quas, & injustitiam scribunt, ut opprimant pauperes
in judicio, & vim faciant causæ humilium populi mei:
ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.*
Jerem. *5. vers. 26. Quia inventi sunt in populo meo im-
pii insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pe-
dicas ad capiendos viros: ideo magnificati sunt & di-
tati: incrassati & impinguati: præterierunt sermones
meos pessimè, causam viduæ non judicarunt, causam
pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judi-
carunt: unquid super his non visitabo, aut super hu-
jusmodi gentem non ulciscetur anima mea dicit Domi-
nus?* Ezec. *22. vers. 27. &c. Principes tui in medio il-
lius quasi lupi rapientes prædam ad effundendum san-
guinem & ad perdendas animas, & avarè ad sectan-
da lucra: egenum, & pauperem affligebant, & adve-
nam opprimebant calumnia absque judicio, &c. Effudi
super eos indignationem meam, in igne iræ meæ: &
viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.*
Sap. *cap. 6. vers. 4. Cum essetis Ministri Regni illius,
nec custodistis legem justitiæ, nec secundùm legem Dei
ambulastis, horridè, & citò apparebit vobis, quoniam
judicium durissimum his, qui præsunt, fiet,* & sic quan-
tò gloriosius est fastigium dignitatis, tantò durius erit
in reddenda ratione judicium, & non solùm injusti-
tiæ, sed etiam justitiæ judicabuntur, juxta commina-
tionem Domini Psalm. *74. vers. 3. Cùm accepero tem-
pus, ego justitias judicabo,* ergo quid facit de injustis
judiciis, qui ipsas quoque justitias judicabit? His ac-
cedit imprecatio Imperatorum Leonis, & Alexandri
dicentium, *si nos effugerint, inveniant & Deum, &
cœlestes omnes, atque incorporeas potestates sibi nun-
quam non adversantes, immaturè ex hac vita excidant
potiùs, quàm excedant incommodis insuper afficiantur
perpetuis, ipsorum ædium fundamenta ignis tandem de-
vores, & posteritas eo dirigatur inopiæ, ut panem ostia-
tim quæritet.*

Quis igitur, etiam munus suum adimplere satagens
non timebit? Quis non foro terga dabit siquidem sæpè 117
justitia nostra ad examen divinæ justitiæ deducta, in-
justitia est, & sordet in districtione supremi Judicis,
quod in æstimatione fulget operantis, & flendum est
cum Hieremia *cap. 15. vers. 10.* secundùm lecturam
D. Ambrosii *lib. de fide Resurrect. col. 6. Heu me ma-
ter, ut quid me peperisti: virum causam dicentem ju-
dicii in omni terra.* Equidem grandis honor, sed gra-
ve pondus istius est honoris, ò quantas molestias, &
pericula vitant qui nihil omninò cum populo contra-
hunt! ò conditiones miseræ administrandarum Provin- 118
ciarum, in quibus diligentia plena simultatum est, ne-
gligentia vituperationum, ubi severitas periculosa est,
liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perni-
ciosa, frons omnium familiaris, multorum animus ira-
tus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ etiam adver-
sùs optimos quosque judices! providè ideò consulit
Ecclesiast. *cap. 7. vers. 4. Noli quærere à Domino Prin-
cipatum, neque à Rege Cathedram honoris:* Sapiens
celebratur Adrianus Pontifex, qui dixit Pontificiam
Sedem spinosam esse, iter undique obsitum sentibus,
& cujus sepulcro inscriptum est, *Adrianus VI. hic si-
tus est, qui nihil sibi infelicius in vita, quàm quod im-* 119
peraret, duxit: Miserabile prorsus dignitatum, seu præ-
fecturæ commercium, quam fugere primæ, & singu-
laris est prudentiæ, ut ad longum rationibus, & au-

ctoritatibus prosequitur hic auctor ad convincendum
ambitiosos videndus.

Solitudo itaque desideranda, & ab habentibus optio-
nem eligenda, nõ quidẽ tantùm corporis, sed potiùs cor-
120 dis, & animi, illa tamen corporis multũ ad quietẽ men-
tis conducit, & sic non est ipsa perfectio, sed perfectionis
instrumentũ, quantò enim ad perfectionem tendentes se
à conversationibus sæculi subtrahunt, tantò magis oculi
mentis præsentiam Dei, & Angelorum contemplantur:
nam licèt Deus etiam in medio hominum carnalium
electos protegat, valde tamen rarum est, ut homo in-
tes sæculi voluptates positus, à peccatis sit alienus: non
erit semper securus, qui periculo fuerit proximus, bo-
num est ut homo sit corporaliter remotus à Mundo,
sed multò melius ut sit voluntare elongatus à sæculo,
non enim capit sublimia mens implicata negociis, plu-
ribusque intentus minor fit ad singula sensus. Turba
gravis paci, placidæque inimica quieti, & ubi non est
quies, ibi mens à proposito sæpè deviat, plurimaque
alia ad vitam solitariam amplectendam suadentia, non
modò pro mentis ad Deum elevatione, sed & pro cor-
poris sublevamine deducit idem hic Auctor contra
mundana sectantes, videndus.

Quamvis enim homo sit animal civile, & sociale, &
ideò eligens vitam solitariam non sit pars Civitatis, sed
121 aut bestia, aut Deus, natura nihil solitarium amet, &
detestabilis sit plerumque mortalium voluntas, quæ
conspectum hominum effugit, nec possit de illo aliquid
veraciter credi, cujus vitæ testis non potest inveniri;
id totum de inhumana solitudine, aut hominum con-
gressus abhorrente intelligendum venit; laudatur itaque
solitaria, & privata vita, quæ non hominum consor-
tium fugiat, sed turbam, popularemque vitæ quietæ no-
cuam multitudinem, namque solitaria vita non om-
nem excludit societatem, sed societatis tumultum,
vulgi commercium, ac ideò magna quidem est, præ-
clara, humanisque rebus sublimior, & sic eam eligentes
non faciunt contra, sed supra naturam hominis, non
sunt bestiæ, sed meliores homine, augent, & non mi-
nuunt hominem, non modò sunt pars Civitatis, sed po-
tior, & maximè illi proficua, ut testatur felicior ætas,
quæ ab agris Senatores occupatum otium profitentes
educebat in Reipublicæ tutamen, Imperii culmen, or-
namentum, & decus; inter aratra vivebant, & ne virtus
quiete languesceret, depositis laureis, triumphales viri
rusticabantur; sicuti enim studiis est multitudo nover-
ca, & illis, & tranquillitati inimica est multorum con-
versatio, ita è contra solitudo studiorum, & negotio-
rum cœlestium est apotheca, cœlestis doctrinæ Schola,
divinarum, & humanarum artium disciplina, & Scri-
ptorum Chorus omnis amat nemus, & fugit urbes: nihil
minus homines negotiis occupari, quàm vivere, hæc
122 sors Magistratuum, rebusque publicis Præsidentum,
omnis Potentatus vita brevis, quin potius, hos non vi-
xisse, sed fuisse tantummodò verè dici potest: isti non
vivunt etsi spirent, occupatorum enim pro aliis vita,
mors est: soli otiosi sunt, qui sapientiæ vacant, soli vi-
vunt, soli regnant, qui bonæ mentis studio, non sæculi
se vanitatibus dedunt, de quo fidem faciunt multi, qui
post ætatem longam peractam, dixerunt paucis vixisse
annis, computando tantùm annos, quibus in rure, vel
alia quiete vixerunt, nam alia tempora in sæculi vani-
tatibus, & fluxu carnis consumpta, quasi perdita mini-
mè pro vita memorarunt. Reges, Imperatores, & Ma-
gnates, qui Regiam, & privatam vitam experti, prote-
stati sunt nullam Regni fortunam esse tranquillitati
123 Eremi, Ruris, vel alterius privatæ, & solitariæ vitæ
præferendam, & tunc sibi illuxisse diem, habuisseque
vitæ principium cùm magnis molestiis essent liberati,
& Sanctus Job, qui dum esset Rector populi, & exactis-
simam justitiam ministraverit dicebat, *in Nidulo meo
moriar, & sicut Palma multiplicabo dies*: Occupatio-
nem quidem satis grandem natura omnibus dedit à die
exitus de ventre matris usque ad diem sepulturæ, quan-
124 tum lachrymæ, quantum solicitudines, quantum mors
optata, quantum valetudo, timor, teneri anni, som-
nus, labores, luctus, pericula occupant, quibus dedu-
ctis in longissima etiam vita minimum est quod vixi-
mus, & ideò qui alias sibi voluntarias assumunt occu-
pationes miseri, & sub jugo pressi dicuntur, præcipuè
Judices, qui & cùm optimè res cesserit servi publici sunt,
imò & Reges, quorum Regnum nil aliud est, quàm splen- 125
dida servitus, omnium onere pressa, juxta illud Isaiæ 9.
cujus Imperium super humerum ejus, & Job. 9. *sub quo
curvantur qui portant orbem, &c.* Dominandi cupido
oculum excæcat rationis, ab initio omnia fœta, fausta-
que proponit, postea quod celaverat evomit virus, & in-
festat gravedine; quove excelsior fortuna, eò miserior, 126
nam magna servitus est magna fortuna, bonus Princeps
sibi dominatur, & populo servit, nil autem miserius,
quàm ex libero servum effici, nec minus servus est, sed
magis, qui non uni tantùm, sed omnibus servit; si melius
est nemini imperare, quàm alicui servire, quantò melius
erit non omnium fieri servum? quis naturalem liberta-
tem non quærit? Quis sibi vivere non optat?

Non nobis solùm nati sumus, & ut inquit Apostolus,
nemo nostrum sibi vivit, quare alteri vivas oportet si vis 127
tibi vivere, nec potest quisquam beatè degere, qui se tan-
tummodo intuetur, qui namque sibi vivit soli, & om-
nes negligit, superfluus est, & nec homo, nec generis
nostri. Sed tamen quisque attendat sibi ipsi, ne proxi-
mos juvando se deserat, ne alios erigens cadat, quid
enim prodest si universum lucretur, & se unum perdat?
nemo enim prudenter se totum erogat aliis, nihil aut
minimum sibi relinquens, agat aliquando suam cau-
sam, qui insistit alienis. Occupationes igitur occupa-
tionibus non addamus scientes ab istis nos educendos,
sed nobis consulamus miseram fugiendo voluntariam
servitutem speciosis nominibus fictè delinitam, verè au-
tem oppressam, rectum iter aggrediamur, vitemus quæ
vulgo placent, nam munera, quæ fortunæ putantur,
Insidiæ sunt, & eminentis vitæ exitus cadere est. Una,
firma tranquillitas, atque perpetua securitas est ab hu-
jus inquietantis sæculi turbinibus se extrahere, saluta-
ris Portus statione fundare, ad Cœlum oculos tollere,
& ad Domini munus admissi, ac Deo nostro mente jam
proximi intrà nostram jacere conscientiam, in ipso glo-
riari, nihil appetentes de sæculo, tanquam sæculo ma-
jores effecti.

Honores non dantur in mundo sine miseriis, solici-
tudinibus, ærumnis, doloribus, turbationibus, & va- 128
nitatibus, nec gloria sine invidia, detractionibus, &
aliis persecutionibus, nam ut altos venti semper aggre-
diuntur montes, sic nunquam desunt adversa in di-
gnitate constitutis: beatus ille, qui procul à negotiis
paterna tuta colit, forum, & superba Potentiorum li-
mina vitat, & cui hoc dicere non licet, saltem non
curet, non ambiat, quia nemo potest amplecti Dei gra-
tiam simul & sæculi, difficila est Cœlestibus, & terrenis
simul insistere, Deum simul, & mundum diligere; vi- 129
vat quisque sibi, & longè nomina magna fugiat; qui
fugerit sæculi mare, naufragium non timet, & qui in
freto vixit, saltem moriatur in Portu, dividat saltem
Deo, & sæculo tempora sua, se servato nihil perdere
timeat, huc cogitationes tendant, hoc optandum, hoc
curandum, Deo se remittendum, & quid felicius? re-
digat se ad pauca, ex quibus cadere non possit, nihil
alieni agat, nihil maximè quod ad Judicem spectat,
omnia impedimenta dimittat, vacet bonæ menti, to-
to conamine insidiosos sæculi laqueos fugiat, & tan-
dem æterna fruetur gloria.

Non ob id tamen invitamur ad segnitiem, aut iner-
tem quietem, non ad somnum, non ad voluptates,
nam otium sectantes stultissimi sunt, non est istud quie-
scere, sed perniciosissima occupatio, & uno quidem 130
otio ad omnia vitia casus, quia omne vitium docuit
otium, & omnium tentationum sentina est, sed utili-
ter occupari suademur, nam nemo sic debet esse otio-
sus, ut in eodem otio utilitatem proximi non cogitet,
parum enim sibi proficit qui dum potest, alteri non
prodest, & omni perfectæ animæ discernendum est,
quando cœlesti contemplationi studeat, & quando pro-
ximiorum utilitatibus inserviat, & sic quo plus otii est,
eò minus otiari, & nullum diem per otium transire;
studium, & sapientia otia negotia sunt, crescunt ad
mensuram otii; nam quo otiosior Sapientia, eo exerci-
tatior in genere suo; otium autem sine litteris mors
est, & vivi hominis sepultura, & ideò ne sic inutiles
facti moriamur ante mortem, simus in otio non otiosi,
sed in studiis occupati, & omne vitæ fastidium effu-
giemus, prout & ego expertus fateor libentissimè.

Et quamvis ad casus apta quoque solitudo sit, ubi
ten-

tentationes plurimæ, nisus ad virtutem difficilis, lap-
131 sus facilis ad errorem, multaque mala afferre possit so-
litariis non habere censorem; in solitudine enim mala
consilia agitant, aut aliis pericula struunt, cupidita-
tes improbas ordinant, quicquid metu, aut pudore ani-
mus celabat expromit, audaciam acuit, libidinem irri-
tat, atque iracundiam instigat; sed hæc perditis, atque
stultis, & imprudentibus contingunt; prudentibus verò,
& virtutem sectantibus solitudo non modo proficit, sed
132 est necessaria etiam in turba, nam dum coguntur esse in
multitudine, debent tunc præcipuè in se secedere, &
recolligere; ut habentes etiam conversationem in Ur-
bibus, possideant contemplationem, & sic non locus,
licèt multum conferat, sed mens recollecta, & quieta
facit verè hominem solitarium, possumusque etiam in
medio Urbium esse solitarii.
Vana itaque, austera, seu potiùs stolida, sterilis,
iners, seu desidiosa solitudo est vitanda, & væ ita soli,
non enim quis putet se evasisse pericula cùm Eremum
adierit, nam & ibi subtiliùs tentabitur, licèt faciliùs ex-
133 peditus resistet; & nonnè qui pro virtute dimicat solus
est, virtute ipsa Comite, Dominaque virtutum: is qui-
dem, cum quo Deus est, nunquam minus solus est,
quàm cùm solus est, tunc enim liberè fruitur gaudio
suo, tunc ipse suus est sibi ad fruendum Deo in se, & se
in Deo, & sic beata solitudo consistit in animo, qui
semper nobiscum est, & non in loco, undè videmus
quorumdam otium occupatum etiam in media solitudi-
ne, in villa hilari, & amœna mœstos, & plusquam mo-
lestiis occupatos, nam quies non est ubi animus inquie-
tus est; solitaria tamen vita est laudanda, cùm solitudo
sit instrumentum perfectionis, & si quid mali in ea repe-
ritur, non est solitudinis, sed hominis vitium, præter-
quamquod in omni conditione, & gradu optimis sem-
per mista sunt pessima, & nullum est in hac vita bo-
num, quo homo pro sua libertate non possit malè uti
aliquo modo; sed quid prodest solitudo corporis, si de-
ficiat solitudo cordis? licèt enim quis remotus corpore
vivat, sed tumultibus, & cogitationibus humanis se in-
serat, non est in solitudine, & è contra si aliquis cor-
poraliter popularibus turbis prematur, & nullos cura-
rum sæcularium tumultus in corde patiatur, non est in
urbe, namque in plateis etiam, & triviis suum Pietas
habet secretum, locus non facit Sanctos, sed operatio
bona sanctificat locum, & nos.
Quisquis amas Mundum, tibi prospice quo sit eun-
dum, hæc via, qua vadis, via pessima, plenaque cla- 134
dis; Fuge paululum occupationes tuas, & absconde te
modicum a tumultuosis cogitationibus tuis, abiice nunc
onerosas curas, postpone laboriosas dissensiones, vaca
aliquantulum Deo, & paululum requiesce in eo, intra
in cubiculum mentis tuæ, exclude omnia præter Deum,
& quæ valent ad quærendum eum, quid namque est po-
testas culminis, nisi tempestas mentis? fuge maria, un-
dasque declina, & excelsum, atque à periculo captivita-
tis, & naufragii immunem occupa locum.
Ut autem concludam cum Velasc. *dict. tract. rub.
15. annot. fin.* qui per tresdecim integras paginas hanc
materiam eruditissimè de more exornat, non doleo ego, 135
licèt solitudinis amans eum Lentulo Augure fuisse ab
ea, & à Studiis abductum, sed maximas, quas debeo
SERENISSIMO DOMINO MEO MAGNO ETRU-
RIÆ DUCI Sanctæ mentis Principi, & Justitiæ ce-
lantissimo, gratias humili animo ago, & semper refe-
ram de muneribus, honoribus, atque oneribus, quibus
pro munificentia sua (omni indecoro ambitu remotò)
sæpè sum honestatus, supraque merita evectus; Lentu-
lum in querelas ineptas deduxit aviditas, quæ neminem
patitur esse gratum; ad Officia me decor, & filiorum
amor impulit, ac retinet, nec etiam inanem cupidita-
tem excuso, sed doleo; ad solitudinem autem, occu-
patique otii desiderium natale genium, innataque mens
animo sibi, æternisque vacare præoptans solicitat: ac-
cepi, fateor, meritis potiora, sed (ex inexplebilitate cor-
dis ad majora creati) inferiora votis; desiderio feror,
non ratione; interim non quod rationabiliter vellem
ago; ò servitus! ò necessitas! ò publici muneris discri-
mina! qui liber est ab istis, incautè, & ambitiosè non
appetat, & qui obtinuit pertimescat: Solitudinem in
multitudine quæram, & vota Deo committam, in cu-
jus Bonitate omnis spes mea, & non evacuabor, in ob-
lectationem veniet misericordia, & non confundar, ne-
que despiciar.

EPI-

EPILOGUS COMPENDII,

Qui igitur Judex cupit esse perfectus, sit

1 Castus, & pudicus.
2 Perquisitus, & rogatus.
3 Taciturnus, & secretus.
4 Habitu, & cultu modestus.
5 In incessu compositus.
6 Solitarius.
7 Aspectu vehementi, & formidabili malis.
8 Oculatus Argus.
9 Humilis, & non superbus.
10 Reverendæ tristitiæ.
11 Gravis sine fastu.
12 Sanctus.
13 Severus.
14 Incorruptus.
15 Inadulabilis.
16 Immisericors contra improbos foris, & intus charitate plenus.
17 Inexorabilis, erectus, & arduus.
18 Vi, & Majestate potens.
19 Æquitate, & veritate terrificus.
20 Librorum cumulo circumdatus, & studens.

Principes, & omnes Judices terræ laudent nomen Domini;
Omnis Spiritus laudet Dominum.

MAR.

MARCI ANTONII SABELLI J. U. D.

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.

LIBER PRIMUS.

Aperiat Dominus os meum in laudem, & gloriam suam & ne scribam vanum, duc Virgo Maria manum.

De littera A.

§. ABBAS I.

1 ABBAS de jure antiquo, & juxtà canones est uomen potiùs solicitudinis, & curæ, quàm honoris; potest tamen corrigere Monachos delinquentes contra regulam, non autem de aliis delictis communibus, quorum coertio spectat ad Episcopum, sicut & cognitio circa contractus, & quasi contractus, Capell. Tholos. *q.* 309. Clar. *§. fin. q.* 35. *n.* 10. ubi Bajard. *nn.* 18. Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 270. Sperel. *decis.* 38. *n.* 11. *& seqq.* vide Ascan. Tambur. *tract. de jur. Abbat. & Prælat. tom.* 1. *disp.* 1. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 14. *fol.* 77. *& seqq.* ubi quando Regulares sint puniendi ab illorum Superiore, vel ab Episcopo, & colligit summatim 49. casus, in quibus subsunt Episcopo, Cardin. Tusch. *litt. A, concl.* 7. *per tot.* Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 124. *& seqq.* ubi de privatione beneficii, & hujusmodi spectantibus ad Episcopum.

Quod Abbas de jure antiquo & secundum canones sit nomen potiùs solicitudinis, & curæ, quàm honoris Fagnan. *in cap. quia propter n.* 10. *de Elect.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 17. *n.* 8. *tom.* 1.

Quod verò possit corrigere Monachos delinquentes contrà regulam, non autem de aliis delictis communibus, quorum coercitio spectat ad Episcopum Ciarlin. *controv.* 50. *tom.* 1. Fagnan. *in cap. de Priore n.* 28. *de appellat.* Lezan. *quæst. regul. vol.* 2. *verb. causa judicialis* Pignatell. *consult.* 63. *consult.* 136. *n.* 26. *consult.* 265. *cum seq. per tot. tom.* 1. *consult.* 44. *n.* 41. *consult.* 68. *n.* 1. *tom.* 7. *consult.* 48. *n.* 2. *tom.* 9. *consult.* 94. *n.* 25. *& seqq. tom.* 10.

Quinimmò Abbates regulares, præcipuè Ordinis S. Benedicti habent jurisdictionem in Monachos in quibuscumque delictis, etiam gravibus, ut putà in furto, rapina, & homicidio. Spad. *cons.* 127. *n.* 2. *vol.* 3.

Hodie tamen est nomen honoris, & dignitatis, licèt non ordinis, ut benè probant Seraphin. *decis.* 514. Ricc. *Collect.* 3199. Tusch. *litt. A, concl.* 3. *nu.* 4. *& seqq. & concl.* 5. *per tot.* ubi propterea an præcedat Canonicos Cathedralis Ecclesiæ, & alia plura *in seqq. concl.* de Abbatibus, & Abbatissis, quæ penes eum videri possunt. Lezan. *quæst. regul. tom.* 2. *in verb. Abbas n.* 3. Fagnan. *in cap. quia propter. n.* 12. *de Elect.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 17. *n.* 8. *tom.* 1.

De hujusmodi præcedentia extra tamen Ecclesiam, & extra Processiones, vide etiam Boer. *tract. de auct. Magn. Consil. nn.* 67. *& seqq.* Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 168. Sperel. *decis.* 179. ubi quod secus in Processionibus, & vide *in §. Doctor. num.* .... & plenè Ascan. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 24. *&* 25. *per tot.* ubi quem locum teneant in Conciliis, processionibus, & aliis sessionibus, & actibus tam publicis, quàm privatis, & tam inter alios, quàm inter seipsos, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 333. Gobb. *consult. dec.* 119. *n.* 65. Fagnan. *in cap. in Ecclesiis n.* 22. *de Cappell. Monach. & in cap. ut Abbates nn.* 17. *&* 18. *de ætat. & qualit.* Pignatell. *consult.* 105. *per tot. tom.* 1. *consult.* 12. *n.* 17. *tom.* 3. *consult.* 18. *n.* 9. *eod. tom.* 3. *consult.* 26. *nu.* 18. *tom.* 4. Nicoli. *Instit. Imper. tit. de nupt. n.* 89. Pelaja. ad Hiranc. *de Protest. considerat.* 48. *à n.* 8. Panimol. *decis.* 1. *annot.* 6. *per tot.* Ursaya *discept.* 26. *num.* 53. *part.* 2.

An, & quibus Abbatibus competat jus sedendi sub baldachino in propriis Ecclesiis, & alia ad rem, Addit. ad Sanfelic. *dec.* 331. *per tot.* Piron. *discep. eccles.* 43. *per tot. &* 44. De Luc. *de jurisdict. disc.* 31. *n.* 2. *&* 9. *disc.* 35. *n.* 6. Bertachin. *vot.* 189. *n.* 2. Pignatell. *consult.* 12. *à n.* 1. *tom.* 3. Nicol. *Instit. Canon. lib.* 5. *tit.* 33. *n.* 16. *& seqq.* Prosp. *de Territor. separ. quæst.* 5. *n.* 44.

Abbatum alii sunt sæculares, alii Regulares, & qui 2
tales dicantur, Azor. *Instit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *c.* 19. *fol. mihi* 178. Ascan. Tambur. *d. tract. tom.* 1. *disp.* 3. *& seqq.* Lezan. *quæst. regul. tom.* 2. *in verb. Abbas n.* 2.

Plura de Abbate Monasterii Cassinensis, qualiter habeat jurisdictionem Episcopalem, Archiviom publicum, & alia privilegia, latè Merlin. *decis.* 264. *per tot.* Caren. *resolut.* 231. *num.* 14. Fagnan. *in cap. significasti de Offic. Archid. n.* 25. *& in cap. cum venisset. §. per fontis n.* 10. *de Sacram. unct.* De Luc. *de Præem. disc.* 52. *n.* 18. *de Regul. disc.* 72. *n.* 5. *de Paroch. disc.* 13. *num.* 2. Pignatell. *consult.* 68. *tom.* 3. De Comit. *decis. Florent.* 33. §. 3. *per tot;* ubi de Abbate Cassinensi, & de Abbate Cavensi Prosp. *de Territ. separ. quæst.* 25. *n.* 10. Rot. *decis.* 10. *n.* 1. post Prosper. *eod. tract.* ubi de Abbate Farsalensi Rot. *decis.* 23. *n.* 7. 29. *&* 73. post eumdem Prosp; ubi de Abbate Fuldensi Bordon. *cons.* 95. ubi de Abbate Guastallæ. Panimol. *decis.* 30. *annot.* 2. *n.* 24. ubi de Abbate Cavarum.

Abbates habebant de jure facultatem conferendi or- 3
dines minores non tantùm Monachis, & Conversis suis,

sed

sed etiam puris laicis, Concilium autem Tridentinum sess. 24. cap. 10. de reform. illam restrinxit ad Regulares tantùm sibi subditos, Lap. alleg. 138. Seraph. decis. 985. latè Ciarlin. controv. 220. per tot. vide Ascan. Tamb. tract. de jur. Abbat. tom. 2. disp. 2. per tot. ubi examinat 30. quæsita de potestate Abbatum circa Sacramentum Ordinis, Rot. par. 1. divers. decis. 731. nu. 8. &c. Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 48. quæst. 15. fol. 232. Gratian. discept. forens. cap. 791. n. 1. & cap. 871. per tot. ubi etiam an sit de substantia, quod priùs acceperint benedictionem ab Episcopo, Dian. par. 4. tract. 4. resol. 147. & par. 5. tract. 13. resol. 93. ubi quid statuendum si ordines contulerint, & par. 11. tract. 2. resol. 30. & 40. Pignatel. consult. 59. num. 15. tom. 8. Barbos. ad Concil. Trident. sess. 23. cap. 10. de reformat. Fagnan. in cap. cum inter vos n. 6. de sent. & re judic. Passerin. in cap. 3. n. 7. de privil. in 6. Nicol. Instit. Canon. lib. 1. tit. 14. n. 2.

An sit de substantia, quod prius fuerint benedicti. Fagnan. in cap. statuimus nu. 2. de supp. negl. Prælat. Gonzalez in eod. cap. statuimus.

Quid verò statuendum, si ordines contulerint Fagnan. in cap. aqua n. 18. de consacr. Eccles. Pignatell. consult. 366. n. 1. tom. 1. consult. 156. n. 5. & seqq. tom. 4. consult. 154. n. 4. tom. 10.

4 Abbates quando possint conferre ordines, dare litteras dimissorias, visitare Ecclesias, dispensare interstitia, conferre beneficia, & interponere auctoritatem in resignationibus, & quid operetur in hoc consuetudo, vel præscriptio, vida Gratian. discept. forens. cap. 212. per tot. Cardin. Tusch. litt. A, concl. 9. & Dian. d. resol. 147. & alii ut supra, Ricc. Collect. 1256. De Marin. resolut. lib. 1. cap. 1. per tot. Fagnan. in cap. significasti n. 13. de Offic. Archid. Pignatell. consult. 8. tom. 7. consult. 59. à n. 1. tom. 8. De Luc. ad Gratian. c. 212. De Alex. meliorat. 112. per tot. Ansald. decis. 55. n. 29. Nicol. Institut. Canon. lib. 5. tit. 39. num. 218. §. 10. Francesc. de Cathedr. cap. 1. n. 138.

Quando autem, & quo tempore fœtus dicatur animatus, vel inanimatus anima rationali, multum inter se discrepant Doctores, ut videre est penes Menoch. d. cas. 357. Manar. d. Interrog. 200. §. 1. vers. Quoad secundum, Farinac. & Vulpiu. in suco d. quæst. 122. num. 15. fol. mihi 278. Paul. Zacch. d. qu. 9. nu. 24. & latiùs lib. 9. tit. 1. per tot. de Animat. fœt. human. & dixi in mea Pract. Criminal. §. Aborto nu. 7. Dian. part. 7. tract. 3. resol. 6. P. Steph. de Neapol. tract. de restit. lib. 1. cap. 8. num. 4. Quòd in dubio ad exclusionem pœnæ corporalis, fœtus præsumatur potiùs inanimatus, quam animatus, Barbos. de potest. Episc. alleg. 51. num. 139. Dian. part. 7. tract. 5. resol. 41. vers. nota tamen. Quidquid secus sit quoad pœnas spirituales, idem Dian. loc. cit. resol. 24. Barbos. ubi supra num. 141. Silvestr. in verb. Abortus num. 2. Narbon. de ætat. annot. 1. quæst. 2. nu. 36. Antonel. de tempor. legal. lib. 4. cap. 31. à n. p. Lezan. quæst. regul. vol. 2. Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. p. num. 202. vers. quandò dicatur & pluribus seqq. tom. 8. Distinguunt inter efformationem, atque animationem Maris, & Feminæ: ibique etiam afferunt alteram distinctionem inter pœnas spirituales, & temporales, & inter Forum Internum, & Forum externum.

4 Abortus non semper punitur pœna ordinaria, sed interdum pœna mitiori pro modo culpæ, veluti quando quis ignorans mulierem esse prægnantem, illam percussit, vel quando pro salute mulieris fuisset procuratus abortus, vel mulier esset minor, & suasionibus esset inducta ad evitandam infamiam, vel si casu in latrinam partus fuit emissus, vel si afferatur partum fuisse mortuum, & ob id sepultum, Menoch. de arbitr. cas. 357. num. 18. & seqq. Thesaur. decis. 12. & 13. per tot. Manar. d. interrogat. 200. Franch. dec. 592. Clar. & Bajard. §. fin. q. 68. num. 1. & seqq. aliique supracitati videndi. Latè Berlich. lib. 4. concl. 8. Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. p. n. 202. vers. procurare abortum & pluribus seqq. tom. 8. Novar. ad de Franch. decis. 592.

5 Abortus punitur etiam pœnis spiritualibus, nempè excommunicationis ipso facto, & irregularitatis ubi fœtus erat animatus, ut dixi supra n. 2. Manar. d. interrogat. 200. §. 1. versic. Quoad quintum, Sperel dec. 20. num. 34. ubi etiam an dicta excommunicatio habeat locum in ipsa muliere sibi abortum procurante, & firmat quòd non, licèt non desint alii contrarium sentientes. Quod habeat locum etiam in ipsa muliere sibi abortum procurante, sicut in aliis complicibus, Dian. p. 7. tr. 5. resol. 7. cum pluribus seqq. per tot. ubi an, & quando, ac contra quos habeant locum, vel non dictæ pœnæ spirituales, qualiter ignorantia excuset, qui possint absolvere, & alia plura notabilia Roit ad de Franch. dec. 592. Altimar. d. quæst. p. n. 34. vers. abortus punitur & n. 202. vers. excommunicatio tom. 8.

An liceat procurare abortum fœtus nondum animati ad evitandum periculum vitæ, vel infamiæ, vide Dian. & quos allegat. part. 3. tract. 5. resol. 11. p. 6. tract. 8. resol. 37. ubi negativè concludit, quidquid nonnulli affirment, p. 7. tract. 5. resol. 32. & 39. Sanchez. de matrimon. lib. 9. disp. 20. Boss. de effect. matrim. cap. 9. §. 4. nu. 79. & seqq. Bordon. cons. 67. per tot Lezan. quæst. regular. vol. 2. verb. abortus num. 12. De Luc. ad De Franch. decis. 592. n. 8. Altimar. in allegat. quæst. p. n. 202. vers. procurare abortum & seqq.

Licitum esse procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur, asseruerunt nonnulli; sed ista conclusio est hodiè omninò reprobata per dictum Decretum Innocentii XI. sub num. 34. Lumbier. observat. 9. §. 2. in proposit. damnat. Idem Altimar. cit. vers. procurare abortum.

6 Abortum fœtus animati procurantes dicuntur committere homicidium proditorium, & sequuto effectu non gaudent immunitate Ecclesiæ, prout fuisse declaratum à Sacra Congregatione de anno 1622. refert Manar. d. Interrog. 200. §. 1. versic. Quoad quintum, & de anno 1632. 3. Decembris dixi in mea pract. §. Aborto n. 8. & §. Delinquenti num. 26. Ricc. dec. 262. par. 3. Ambrosin. tract. de Immunit. Eccl. cap. 2. num. 6. & admittit alios adducens Sperel. alioquin acerrimus immunitatis defensor, dec. 23. num. 3. in §. Immunitas n. 6. vers. Quòd abortum, ubi referuntur plures contrarium tenentes, prout contrarium tenet Dian. resol. moral. p. 7. tract. 5. resol. 42. Bonden. collect. leg. 40. nu. 58. Barbos. collect. decis. Juris Canon. 417. nu. 11. Bonifac. ad banniment. general. Stat. Eccles. cap. 52. n. 5.

Cùm hic per me scripta concordat Romaguer. ad Conciol. Statut. Engub. lib. 4. Rub. 27. num. 18. &c. ac Corriad. dec. 96. num. 17. Altimar. cit. quæst. p. n. 202. vers. abortum fetus animati.

Alia plura scitu, & notatu digna in hac materia abortus, & præcipuè de conjecturis, & signis illum denotantibus dixi in mea Pract. §. Aborto num. 3. & per tot. quæ non repeto cùm ibi videri possint summatim recollecta, & latiùs explicata per Paul. Zacc. quæst. medic. legal. lib. 3. tit. 2. q. 9. per tot. & consil. 69. per tot. tom. 2. Scipion. Mercur. in tract. della Comare lib. 2. cap. 17. cum pluribus seqq. Cospi. Giud. criminal. p. 3. 1. 40. per tot 7

Abortus an, & quando habeatur pro nato, vel non, 8
ad effectum rumpendi testamentum, & succedendi vel similes effectus, vide Bart. in l. quod dicit, D. de lib. & posth. Tiraq. in l. si unquam glos. susceperit n. 205. & seqq. cum aliis per Paul. Zacch. d. tract. lib. 1. tit. 2. quæst. 10. per tot. & quæst. 2. n. 13. & seqq. & distinguit prout in d. mea Pract. §. Aborto n. 1. quibus adde Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 52. num. 24. & per tot. & lib. 4. præsumpt. 89. n. 112. Joseph. Rustic. in Commentar. ad l. cum avus, ff. de condit. & demonstr. lib. 4. cap. 9. per tot. Marta vot. Pis. 55. num. 6. &c. dixi in §. Filius num. 5. Altimar. de nullit. rubr. 2., & 3. quæst. 1. n. 35. tom. 8. ubi refert, hunc locum, & vide eumd. loc. cit. n. 53. Brunnemann. sup. C. lib. 6. tit. 29. l. 6. n. 7. & 8.

De filio ex ventre matris secto nato, an dicatur abortus, an succedat, & illi succedatur per parentes, vide inter consilia ult. volunt. per Zilett. Divers. consil. 131. 132. et 133. vol. 1. Altimar. de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. 1. n. 52. tom. 8.

Quòd non liceat matri consentire se adhuc vivam secari, ut possit puer baptizari, quia illa sectio esset directa occisio matris, sed si mortua sit statim secanda, ut infans baptizetur si adhuc vivit, & quid si mater esset ad mortem damnata, Dian. part. 2. tract. 15. resol. 44. dixi in §. Mulier nu. 36. versic. si autem §. Baptismus num. 7. idem Dian. p. 5. tract. 3. resol. 12. vers. Non desinam, et resol. 13. P. Manar. in tract. de noct. melanchol. interrog. 132. idem Altimar. cit. quæst. p. num. 35. vers. quod non liceat; ubi refert hunc locum.

An autem ex aliqua justa, & rationabili causa sit aliquando permissum procurare sterilitatem in uxoratis, vide in §. Medicus n. 5. latè Dian. p. 7. tr. 5. resol. 33. cum pluribus seq. ubi an, & quando mulieri gravidæ liceat, vel non pro salute sua uti medicamentis, ex quibus sequendus sit abortus, Panim. in sua Idea constit. 22. num. 26. etc. P. Steph. de Neapol. tract. de restit. cap. 8. nu. 1. et 2. lib. 1. Lezan. quæst. regul. vol. 2. verb. Abortus num. 5. idem Altimar. de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. p. n. 202. vers. Medicus an possit tom. 8.

Abortus est crimen mixti fori, & pro illo puniendo 9
datur præventio inter judicem sæcularem, & Ecclesiasticum juxta Bullam Sixti V. ut docet Novar. in sum. Bullar. tom. 2. tit. de abortu n. 5. et n. 19. vide Barbos. de potest. Episc. 3. alleg. 111. num. 20. & alios, quos refert, & sequitur Dian. part. 7. tract. 5. resol. 41. Nunquam tamen vidi judices Ecclesiasticos se intromittere in hujusmodi delictis quoad pœnas temporales, imò si reus sit Ecclesiasticus traditur Curiæ sæculari, ut notant Barbos. & Dian. loc. cit. Lezan. quæst. regul. vol. 2. verb. Abortus n. 20., ubi pariter, quod hujus criminis Rei, licèt Ecclesiastici tradendi sunt Curiæ Sæculari, ut homicidarum penâ plecti possint, videndi etiam Altimar. cit. quæst. p. num. 202. vers. abortus crimen quod. Bonden. collect. legal. 40. n. 36. Pignatell. consult. 2. n. 46. tom. 5.

Quod abortus sit crimen mixti fori. Multa pro jurisdictione Judicis Ecclesiastici cum præventione in causis abortus, & infanticidii, præcipuè ante baptismum, & in similibus delictis tradit Raynal. Syntax. rer. crim. cap. 6. §. 1. num. 68. et seqq. per tot.

Sed ne deseras videre Donat. Ant. de Marin. resol. lib. 2. cap. 3. num. 1. et seqq. ubi asserit, quod Judex Ecclesiasticus extra Statum Ecclesiasticum nequit cogno-

gno-

gnoscere vigore Bullæ Sixti V. causas abortus contra laicos, cum quo transeundum puto, ut dixi saltem ubi viget talis consuetudo, quam Raynald. *loc. cit.* approbat, & vult ex ea etiam tribui jurisdictionem ad favorem Judicis Ecclesiastici, ita nec eam rationabiliter impugnare valet ubi adest ad favorem Tribunalium sæcularium, data jurisdictionis capacitate, prout in delictis mixti fori. De Pont. *in tract. de jurisdict. tit. de Sortileg.*

20 Quod præbentes poculum naturale abortus, ut venefici sint puniendi, non ut sortilegi, nisi sortilegia admisceant, Martin. del Rio *disquis. magic. lib. 5. sect. 16. col. 5. litt. B.* Altimar. *de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. 1. num. 232. t. 8.*

21 De infanticiū puerorum oppressione, ex eo quod teneantur à matre in eodē lecto cum ipsa cubante, & dormiente, an, & quando sit casus reservatus, & quomodo mater puniri debeat sequuta nece infantis, Cajetan. in 2. 2. *q. 64. art.* 8. Navar. *in summa cap. 15. n. 13.* & alii relati per Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 4. q. 12. per tot.* ubi tres admonitiones considerat. & sequit. Alagon. *in compend.* Navar. *loc. cit.* videndi etiàm Ursay *Institut. criminal. lib. 3. tit. 5. n. 59.* Altimar. *loc. cit. nu.* 202. *vers. sic Mater, & Nutrix.*

22 Abortus crimen qualiter propter ejus atrocitatem, (sicut nonnulla alia crimina) non præscribantur, Farinac. *q.* 10. *num. 29. & seqq.* vide in §. *Delictum n. 7.* Altimar. *de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. 1. num. 202. tom. 8.*

§. ABSENTIA IV.

1 ABsentia generaliter sumpta est duplex, altera scilicet ordinaria localis, sive naturalis, quæ ratione diversi domicilii, sive patriæ diversæ causatur; altera verò extraordinaria personalis, sive accidentalis, quæ causatur ratione discessus, & absentationis accidentalis à patria, sive domicilio proprio, ut bene explicat Odd. *de restit. in integr. p. 1. q. 5. art. 7. n. 46. & 47.* Bald. *in l. 1. n. 1. C. quib. non obiic. long. temp. præscript.*

Quòd absentia remota, vel in loco remoto per duas dietas, & ultra reputetur impotentia, Bellamer. *decis. 661. de concess. præb.* Fagnan. *in c. relatum num. 35. de Cleric. non resid.*

2 Absentia magis in specie sumpta quoad personas, quæ ut supra extraordinaria dicitur, est multiplex, nempè necessaria, & probabilis simul, necessaria tantùm, probabilis tantùm, & voluntaria, quæ singulæ qualiter excusent citatum in criminalibus, vide Clar. *§. fin. q. 34. per tot.* ubi Bajard. remissivè *num.* 1. Quotuplex sit absentia explicat Cigala *tract. de Act. §. rursus 5. nu. 4. & seqq. fol.* 51. Scaglion. *super Prugmat. Regn. tit. de form. proced. in caus. post. cit. num. 28. fol. mihi* 33. Card. Tusch. *litt. A. concl.* 33. *&c.* Mascard. *de probat. concl. 8. &c.* Plures alias absentiarum species juxta varias Doctorum opiniones, & distinctiones, & an unaquæque illarum, & qualia dicatur justa causa restitutionis in integrum, latè explicat, videndus Odd. *de restit. in integr. par. 1. q. 5. art. 7. per tot. q. 6. & 7. per tot.* & dixi in §. *Restitutio*, & §. *Bannitus num.* 37. Menoch. *de recup. possess. remed. 6. nu. 12. & seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. 11. quæst. 18. n. 86. tom. 2.*

3 Absens in materia præscriptionis dicitur ille qui habitat extra provinciam, *l. cum in long. C. de præscrip. long. temp.* & generaliter in omni materia quis dicatur absens, & quot modis, vide Grat. *discept. forens. cap.* 230. *per tot.* Odd. *de restit. in integr. p. 1. q. 5. art. 6. per tot.* Card. Tusch. *litt. A. concl.* 35. vide in §. *Præscriptio*, Bald. *de præscript. part. 2. principal. quæst. 2.* Paulut. *dissert. 54. n. 46. & seq. fol. 42. tom. 2.*

Cùm quis dicitur simpliciter abesse intelligitur à territorio, & sic repetiri in loco vicino, & non extra Provinciam, nam qui extra Provinciam degit, non dicitur simpliciter abesse, sed longè abesse, Menoch. *de arbitr. cas. 40. n. 9. & seq.* Gizzarel. *dec. 42. n. 15. & 58.* Gloss. & scribent. *in l. parvi refert ff. de cond. furt.*

4 Absens non dicitùr ille, qui remansit in fundo per cognationem, & familiam stante animo revertendi, cùm quis dicatur magis esse ubi amat, quàm ubi animat, vide Grat. *discept. for. c. 484. n. 16. & 944. n. 31.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 136. vol. 1.* Gonzalez. *ad regul. 8. gloss. 34. a n. 1.*

Et quòd non dicatur exire qui exit animo redeundi, *l. quid si fugitivus ff. de ædilit. edict.* Bald. in *l. 1. n. 27. Cod. de ser fug.* Gregor. *decis. 70. n. 5.* Urceol. *consul. forens. cap. 50. n. 39.* ubi Rot. Faciunt tradita per Gratian. *discept. 944. nu. 32.*, ubi quod non dicitur mutare sedem, qui non mutat mentem. Rot. Roman. coram Gregor. *decis. 70. n. 5.*

Absens dicitur, & pro absente habetur qui licèt corpore sit præsens, tamen animo abest, sicut etiam si somno, aut morbo comitiali sit occupatus, Montan. *de tut. cap. 30. n. 36. fol.* 87. Ludovis. *decis. 70. num. 7.* Odd. *de restit. in integrit. part. 1. quæst. 5. art. 6. num. 39. versic. Decimoquarto, & per tot.* ubi recenset 14. & ultra modos, quibus absens quis reputari potest diversis respectibus, & juxta subjectam materiam Alberic. *in l. præsens ff. de procurat.* 5

Absens causa Reipublicæ restituitur adversus præscriptionem contra se completam, secùs in absentia voluntaria, *l. 1. & 2. C. quibus non ob long. temp. præscript.* Cùm hujusmodi absentia ex causa Reipublicæ nulli debeat esse nociva, nisi tamen fuerit affectata, & procurata, Montan. *de tut. cap. 26. n. 51. fol.* 74. Odd. *de restit. in integr. quæst. 6. art. 10. per tot.* Gizzarel. *decis. 9. n. 19. & 20.* ubi quòd non restituitur si adhuc absentia cessante intervenisset læsio, & sic quando absentia, vel aliud impedimentum non fuit causa immediata læsionis, per textua *l. bis qui, & l. penult. D. ex quibus caus. major. &c.* Paul. Christin. *decis. Belg. 138. vol. 2.* Sanselic. *decis. 296. n. 1.* Quæ dicatur absentia Reipublicæ causa, & sic justa, & quomodo probetur, Mascard. *de probat. concl. 11. vol. 5.* Gonzalez. *in c. 11. n. 2. de procurat.* Quia autèm dicatur absens Reipublicæ causa. Nicoli. *Institut. Imperial. lib. 4. tit. 6. n. 81.* 6

Et quod absentia affectata, & procurata excusationem præstet, sed privilegium aliàs competens auferat, Bardellon. *consil. 112. n. 70. & 71.* Odd. *de restitut. in integr. part. 1. quæst. 27. a. 2.*

Qualiter contra absentem, & ignorantē possit præscribi præscriptione longa, & longissima, nisi possideat civiliter, & alia ad hoc propositum, Capell. Tholos. *dec. 76. per tot.* Plura Barbos. *de præscript. ad l. 2. n. 18. 44. & 46. cum seqq.*

Absens ex causa Principis, vel Reipublicæ, seu alia causa necessaria simili non tenetur dimittere procuratorem, nisi in causis cœptis, & in non arduis, nec gravibus, & debet probari quòd possit idoneum in loco invenire, maximè in absentia non perpetua, sed temporali, vide Grat. *discept. forens. cap. 868. nu. 14. & per tot.* facit Montan. *de tut. cap. 32. reg. 9. n. 50. & seqq. fol.* 122. Corbul. *de jur. Emphyt. de caus. privat. ob non pet. invest. n. 21. & 22.* ubi quando absens possit excusari, vel non à petita investitura, & vide in §. *Impedimentum*, & latè Odd. *de restit. in integr. par. 5. q. 30. per tot.* Goltn. *de procurat. p. 5. c. 3. num. 4. & 16.* 7

An autem absentia præsumatur justa, & legitima, vel ex malitia, Menoch. *lib. 6. præsumpt.* 20. Odd. *d. tract. par. 1. q. 38. n. 24. &c.* Cyriac. *controv. 150. n. 38.* Farinac. *quæst. 48. n. 39. & 44.* Quænam autem sint justæ, & legitimæ causæ absentiæ. Pellegrin. *in prax. Vicar. par. 4. sect. 6. n. 12.*

Absens Reipublicæ causa si fuerit jam datus tutor, & administrare cœperit, non tenetur pro non gestis, debet tamen facere se excusare, alioquin tenetur, excussis tamen priùs aliis tutoribus, qui gesserunt, & reversus habet excusationem anni à nova tutela, *l. 1. & 2. C. si tut. vel Curat. Reipub. caus.* Montan. *de tut. cap. 35. nu. 88. & seqq. fol. 163. & cap. 21. nu. 9. &c. fol. 66. & cap. 23. n. 35. fol.* 68. Balthas. Thomas. *tract. 10. de tut. & Curat. tit. 36. n. 67. fol. 1092. & ibid. n. 150. fol.* 1096. Nicoli. *in elucubr. utriusq. jur. lib. 1. tit. de excusat. tut.* 8

Quod absens à loco ubi sunt bona pupillorum, à tutela de jure removeatur, *l. divus Marcus ff. de tut. & curat.* Rot. *p. 13. rec. dec. 108. n. 11.* Si tamen absentia sit necessaria ob judiciales controversias, vel cum filiis in loco ubi florent gymnasia, ut virtutibus repleantur, non est culpabilis, nec justa causa remotionis à tutela, Rot. *p. 13. recent. dec. 83. nu. 4. & seqq.* Rot. *rec. p. 2. dec. 668. n. 1.*

9 Absens an, & quando habeatur pro præsenti ad effectum lucrandi salarium, fructus, & distributiones quotidianas, vide latè Grat. *discept. forens. cap. 66. per tot. cap. 591. n. 34. & cap. 806. n. 9. & seq.* Capyc. *dec. 125. per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 40. n. 95. & seqq. fol. 473.* Rot. *par. 9. recent. dec. 117. per tot. par. 12. dec. 260. n. 24. & seq.* Ludovis. *dec. 154. & 540.* Ciarlin. *contr. 26. per tot.* ubi de absente ex causa pestis, *& cap. 192. per tot.* Sanfelic. *dec. 325. lib. 2.* Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & Merc. q. 20. per tot.* Rot. in Visen. recreationis 3. Martii 1625. coram Pirovano penes Scanarol. *de visit. Carcer. in Appendice decis. 17. per tot.* ubi de absentia ex causa carcerationis, *& decis. 21.* penes eumdem Scanarol. *loc. cit.* quæ est in Jacen. Portionis 1. Februarii 1612. coram Ortembergo, ubi quòd carceratus ex culpa sua non lucratur interim distributiones quotidianas, secùs autem si reperiatur innocens, ut probat Gratian. *loc. sup. cit. & dixi in meis resol. cap. 43. n. 7. & per tot.* ubi de officiali absente ex causa carcerationis, & distinguitur ut supra, ac idem esse in Medico absente, vel impedito, vide Cæphal. *consil. 70. & 71. lib. 1.* Lanfranch. Zacch. *de Salar. & Merced. q. 21. & q. 74. num. 7. & seqq.* Card. Tusch. *litt. S. concl. 8.* & dixi in mea Pract. *§. Medici num. 7. & in hoc opere, §. Medicus num. 11. §. Advocatus n. 16. §. Officialis n. 21. & §. Salarium n. 22.* Piton. *discept. eccles. 34. n. 7., & per tot.* ubi sustinet, quod in Ecclesiis, in quibus omnes redditus Canonicatuum consistunt in distributionibus quotidianis, duæ illarum partes debentur Canonico carcerato, qui persistendo in negativa, fuit in exilium missus ad tempus ex solis levibus inditiis absque alia probatione delicti. Videndi etiàm Nicoli. *Institut. Canonic. lib. 3. tit. 4. n. 36.* Ubald. *decis. 202. n. 1. & decis. 288. n. 1.* ubi quod ad hoc, ut absens lucretur fructus, & distributiones quotidianas, duo copulativè requiruntur, justa causa, & licentia Ordinarii. Idem Dominus Advocatus Piton. *discept. Ecclesiast. p. per tot.*

Absens quando habeatur pro præsente, Pacion. *tr. de locat. cap. 50. n. 102. & seqq.* Bich. *dec. 557. nu. 8. & seq.* ubi quòd absens ratione officii habeatur pro præsente, procedit quoad fructus beneficii, non autem quoad distributiones quotidianas, quæ ultra præsentiam requirunt etiam interessentiam, & regula procedit etiam quoad familiares inservientes Papæ nisi aliter illis ex speciali privilegio fuerit indultum. Pignatel. *consult. canonic. 113.* ubi quænam requirantur, ut quis absens à servitio Ecclesiæ suæ lucretur fructus, ac distributiones, *& consult. 114.* ubi an, quando, & quatenus absentibus debeantur fructus Præbendæ, ubi conclusiones, ampliationes, & limitationes omnes *& consult. 215.*, ubi an, & quando Canonicis, aliisque Beneficia habentibus debeantur distributiones quotidianæ *tom. 9.*

Quòd Clerici, qui sunt in Curia Romana debeant percipere fructus præbendarum quasi præsentes in suis Ecclesiis, cùm sint in servitio Summi Pontificis, ac ita judicatum testatur Paul. Christin. *dec. 325. n. 5. vol. 5.* facit latè Sansel. *dec. 325. ultima lib. 2.* ubi in terminis emolumentorum doctoratus, an debeantur Cardinali absenti, qui sit de Collegio & post plura similia adducta negativè resolvit. Delue. *de Canonic. disc. 12. n. 5. & 8.*

10 Absens pro servitio, & defensione sui beneficii habetur pro præsente, Rot. *p. 6. divers. decis. 243. nu. 23.* Piton. *discept. eccles. 37. n. 1.*, ubi alios refert.

Et quòd duo Canonici absentes pro servitio Episc. possint fructus suarum Præbendarum percipere, & idem esse in aliis clericis inferioribus portionariis, dummodò in istis concurrat dispensatio Episcopi, & utilitas Ecclesiæ, vel necessitas Episcopi, aliàs secùs, Rot. *p. 2. divers. dec. 222. per tot.* Pac Jordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 40. num. 168. & seqq. fol. 480.* & dixi in *§. Episcopus num.* Dian. *p. 10. tr. 11. resol. 58.* ubi an Canonicus absens per tres menses vigore Concilii Trident. *sess. 24. cap. 12.* sicuti lucratur fructus beneficii gaudeat etiam distributionibus quotidianis, & refert contrarias opiniones, vide in §. *Canonicatus n. 4.* & latè Comitol. *respons. moral. p. 1. q. 59. & 60. per tot.* Fagnan. *in c. de cætero n. 22. de Cleric. non resid.* De Luc. *de Jurepatr. disc. 10. n. 8.*

11 Absens ex causa studii habetur pro præsente, & lucratur fructus beneficiorum, & Præbendarum, ac etiam distributiones de Massa grossa, quæ dividitur in fine anni, maximè quando Ecclesiæ aliud non haberet, vel modicum, dummodo tamen habeat licentiam ab ordinario, & dispensationem, quæ potest concedi usque ad septennium, & non studeat in Patria, vel alio loco particulari, sed in aliqua publica universitate, Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap. 33. & 70. per tot.* Tusch. *litt. F. concl. 509.* Paul. Christin. *decis. Belg. 18. per tot. vol. 2.* Ricc. *Collect. 3212.* Fagnan. *in c. de cætero num. 22. de Cleric. non resid.* Idem De Luc. *de Jurepatr. cit. disc. 20. et de Canonic. disc. 13. nu. 15.* Nicoli. *Instit. canonic. lib. 5. tit. 39. n. 186.*, ubi etiam an absentes ex causa studiorum ad hoc ut percipere possint fructus, teneantur substituere De Angel. *de Confess. quæst. 8. num. 12.*

Quòd Indultum de non residendo ob causam studii, & de percipiendo fructus non suffragetur sine consensu Ordinarii loci, in quo beneficia consistunt, Pius V. Constit. 123. in Bullar. Concil. Trid. *sess. 23. c. 1. de reform.* vide Aloys. Ricc. *Prax. var. res. c. 223. per tot.* Barbos. *ad S. C. Trident. sess. 5. cap. 1. n. 59.*

Nec comprehendat distributiones quotidianas, *C. licet, de præbend.* & intelligatur dummodò incumbat studiis Sacræ Theologiæ, sive Canonum, ita ut ista qualitas sit præcisè probanda, Alex. *cons. 88. n. 2. lib. 4.* cum aliis per Grat. *discept. forens. cap. 282. num. 12. 19. 28. & seqq.* ubi tamen quod potest sustineri etiam alia opinio quòd sufficiat incumbere juri Civili, vel similibus scientiis non prohibitis, quam sequitur Aloys. Ricc. *d. resol. 33. n. 1.* Fed. de Sen. *cons. 146.* Piton. & Pignatell. *loc supra cit.*, & alii, de quibus supra.

De hujusmodi indulto ex causa studii quibus concedendum, vel non, cum quibus conditionibus, quando suffragetur vel non, vide plura summatim de more per Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 40. nu. 226. & seqq. ad 168. fol. 476.* Garz. *de benef. p. 3. c. 2. per tot.* Fagnan *in dict. cap. de cætero de cler. non resid.*

Quòd promotis ad Ecclesias Parochiales non sit concedendum dictum Indultum, & quare, Pac. Jordan. *d. vol. 2. lib. 9. tit. 1. n. 227. &c. fol. 167. & lib. 10. tit. 40. n. 30. fol. 467.* ubi quod quicquid olim esset de jure canonico, hodiè stante dispositione Concil. Trid. *sess. 23. cap. 1. de reform.* non potest ab Episcopo concedi ultra duos menses quoad habentes Ecclesias Parochiales. Barbos. *ad S. C. Trident. sess. 5. cap. 2. nu. 62. De Reformat.*

Absens ex causa infirmitatis lucratur distributiones 12
quotidianas, si aliàs in sanitate erat solitus interesse divinis, & infirmitas sit talis, ut non possit ad Ecclesiam accedere, Ricc. *Prax. var. resol. cap. 397. & 444. per tot.* Mart. *decis. Pisan. 233.*

Quòd legitimè impeditus habeatur pro præsente, & lucretur distributiones quotidianas, quas etiam non exactas transmittat ad hæredes, licèt fuerint inter alios repartitæ, sed non bona fide; non tamen possit jure accrescendi, vel non decrescendi prætendere portiones aliorum absentium, quia licèt portiones non inservientium inservientibus accrescant, procedit tantùm favore illorum, qui verè, & realiter inserviunt, non autem aliorum, qui per juris fictionem pro inservientibus habentur, ut latè probat Rot. *part. 9. recent. decis. 117. per tot.* facit eadem Rot. *part. 10. decis. 535.* Paris. *cons. 32. & 33. vol. 4.*

Quòd distributiones quotidianæ non debeantur nisi præsentibus, sublata etiam facultate Canonicis aliter disponendi, Merl. *dec. 153. per tot.* Et quando uno deficiente accrescant aliis participantibus, vel sint ponendæ sub sequestro, idem Merlin. *dec. 504.* Quòd debeantur Lectoribus Theologiæ, vel Juris prudentiæ, perindè ac si in choro residerent, idem Merl. *dec. 630. & dec. 727.* Latè Barbos. *ad S. C. Trid. sess. 5. cap. 1. n. 34. & plur. seqq. De reformat.*

Quando distributiones quotidianæ debeantur ratione interessentiæ, & quando ratione residentiæ, & quid importet, Rot. *par. 12. recent. dec. 368. per tot. & decis. 384. num. 13. & seqq.* Cæsar. de Grass. *dec. 216. art. 5. n. 1. de Præbend.*

Quòd absens ex causa timoris belli, & eo durante, sed non ultrà lucretur, distributiones quotidianas, Rot. *par. 14. recent. dec. 392.* Rot. *par. 17. recent. dec. 141. & decis. 336. per tot.* in eadem causa, ubi ex facto di-

ver-

verſo, ceſſationis ſcilicet belli, denegantur abſenti diſtributiones, revocata præcedenis deciſione. Piron. *diſcept. eccleſ.* 37. *n.* 9., ubi an abſentes ex cauſa ſtudii, litis, belli, vel peſtis lucrentur diſtributiones quotidianas.

13 Abſenti an, & quomodo quæratur jus, & actio ex juramento, ſive ſtipulatione Notarii dixi in §. *Donatio n.* 60. *& ſeqq. & in* §. *Notarius n.* 21. latè Tuſch. *litt. A. concl.* 38. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3278. Farinac. *dec.* 346. *n.* 7. An, & quomodo ex confeſſione partis, vide in §. *Confeſſio*, Marcian. *diſp. for. cap.* 52. *n.* 14. *& ſeqq.* Rot. *coram Cerr. dec.* 739. *la prima num.* 9. Paulut. *diſſert.* 13. *n.* 15. *fol.* 92. *tom.* 1., ubi de ſtipulatione Notarii & *diſſert.* 77. *num.* 15. *fol.* 448. *tom.* 2. ubi de Juramento.

Quod abſens acquirat confeſſionem liberatoriam, docet De Angel. *de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 4. *à nu.* 30. *tom.* 1. Quodque hoc etiam procedat de æquitate canonica in quacumque confeſſione, tenet idem De Angel. *loc. cit. lib.* 1. *quæſt.* 8. *limit.* 1. *n.* 1. *tom.* 1.

Quòd abſenti ab ipſa lege, & legis beneficio, etiam abſque juramento, & abſque ſtipulatione Notarii, quæratur jus, & actio, quæ etiam tranſeat ad hæredes ipſius donatarii abſenti, per textus in *l. ſi quis argentum, C. de donat.* vide Clar. §. *Donatio q.* 14. Anton. Fabr. *de err. Pragmat. Decad.* 47. *Err.* 1. *n.* 3. *& Err.* 5. *per tot.* cum aliis per Marcian. *diſcept. for. cap.* 13. *&* 14. *per tot.* vide in §. *Actio num.* 11. latè Gizzar. & Addent. *deciſ.* 51. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *c.* 26. ubi multa hinc inde, Guid. Pap. *conſ.* 23. *n.* 12.

Item vigore ſtatutorum Bononiæ, & Florentiæ, ut dixi in §. *Notarius n.* 21. Et vigore legis Regiæ, de qua Salgad. *loc. cit. n.* 72. *& ſeqq.* Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 9. *n.* 37. *&c.* Rot. *recent. p.* 9. *dec.* 387. *n.* 34. *tom.* 2., quæ loquitur in terminis Statuti Bononienſis.

14 Abſens præſumitur ignorare Banna, & proclamata, ſive edicta, etiam ſi tantùm abeſſet à Civitate, & reperiretur in Comitatu, illiſque non ligatur propter dictam ignorantiam, & quando partes ſunt diverſi fori præſumitur abſentia, ut probat Borgn. *dec.* 17. *num.* 37. *& ſeqq.* Loquitur tamen in civilibus, pro quo facit quod dixi in §. *Creditor num.* nam in criminalibus eſſet diſtinguendum, ut in §. *Ignorantia*, & in mea Pract. §. *Ignoranza n.* 1. *&* §. *Statuti n.* 29. Danz. *pugn. Doctor. tit. de Pragmat. Publicat. cap.* 1.

15 Abſens regulariter de jure condemnari non poteſt, quia videtur ſolis præſumptionibus, & ex cauſa quodammodo incerta damnari, *l. abſentem, ff. de pœn. l. abſentem, Cod. de accuſat. l.* 1. *C. de requi. reiſ. &c. afferte de præſumpt.* Bellamer. *dec.* 716. *de accuſat.* Boer. *decis.* 63. fallit tamen in multis caſibus etiam de jure, & generaliter de conſuetudine, ſecundùm quam legitimè citatus, ſi ſit contumax, habetur pro confeſſo, & convicto, & pœnis etiam capitalibus pro qualitate delicti condemnatur, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 80. *n.* 138. Bajard. ad Clar. *fin. q.* 44. *n.* 2. *&c.* Card. Tuſch. *litt. A. concl.* 37. *per tot. & lit. C. concl.* 1017. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 181. *n.* 1. *& ſeqq.* & eſt notiſſimum in Practica adde. Paul. Chriſtin. *dec.* 88. *vol.* 4. *et ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 25. *per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 298. *per tot. & tit.* 132. ubi plura de abſentia, & abſentibus, latè Farinac. *quæſt.* 11. *per tot.* Sanſelic. *dec.* 71. *per tot.* Garpan. *de novas Conſtitut. Mediolan. cap. omnium nu.* 48. videndi Brunnemann. *ſup. C. lib.* 9. *tit.* 2. *leg.* 6. *n.* 2. Sanz. *de recrimin. controv.* 28. *n.* 8. ubi quod abſens convincitur per legitimum contumacialem proceſſum, *& controv.* 77. *n.* 3., ubi an abſens condemnatus per legitimum contumacialem proceſſum ſit audiendus; *& d. controv.* 77. *à num.* 3. ubi an Reo abſente imponenda ſit pœna capitalis.

An, & quando abſens poſſit condemnari, noviſſimè Franciſc. de Angel. *tract. de confeſ. lib.* 2. *q.* 32. *per tot.* ubi benè declarat, & quòd non poſſit ſuper facto audiri, niſi ſe in carceribus conſtituat, & ita ſervatur Florentiæ, ac alibi, ut dixi in mea Praxi in *Præfat. n.* 215. & teſtatur Farin. *q.* 99. *nu.* 261. Conciol. *reſolut. crim. verb. Procurator reſol.* 2. *nu.* 20. vide in §. *Procurator. n.* 9. Capye. *Latr. lib.* 2. *dec.* 161. *n.* 14. *tom.* 2.

De modo procedendi contra reos abſentes per annotationem bonorum, Antunez Portug. *de don. Reg. lib.* 2. *c.* 40. *per tot.* De abſentibus, & quomodo damnari poſſint, Simanc. *de Catholic. Inſtit. tit.* 2. Turreblanc. *de jur. Spirit lib.* 15. *cap.* 10. *& ſeqq.* Vela *Diſſert.* 39. *n.* 47. Solorzan. *in polit. Indiar. lib.* 4. *cap.* 24. *verſic. fin. & lib.* 3. *cap.* 29. Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 20. Mattheu. Sanz. *de rer. crimin. controv.* 28. *n.* 2. *&c.* Scacc. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 97. *nu.* 5. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 18. *&* 19. ubi de proceſſu contra Reum contumacem in cauſis criminalibus.

In partibus tamen Etruriæ, ac alibi, quando abſens cõdemnatur ex contumacia, ſi non ſit aliter cõvictus, ſolet fieri aliqua reſervatio ad comparendum, & ſe juſtificandum; intra quam ſi compareat reſolvitur ſententia, & admittitur ad defenſiones, ut dixi in mea Pract. §. *Contumaci*, & alibi, & in hoc opere §. *Contumacia, et* §. *Admiſſio*, Latè Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæſt.* 18. *à n.* 119. *lib.* 2., ubi de termino ad comparendum, qui datur Reis abſentibus.

Qualiter in criminalibus de conſuetudine multorum locorum non ſit neceſſaria citatio ad ſententiam, Card. Tuſch. *lit. C. concl.* 273. §. *Citatio n.* 63. Boer. *dec.* 283. *n.* 38. videndus Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 6. *n.* 45. *et* 46.

16 Abſentia longa æquiparatur morti, *l. multa, ff. de condit. et demonſtr.* Montan. *de tut. cap.* 37. *nu.* 21. *fol.* 181. ita ut ſi minor, vel alius diu abſuerit, & ignoretur, an vivat, ejus propinquiores admittantur ad capienda bona cum cautione de illis reſtituendis, & reddenda ratione ſi reverti contingat, niſi abſens ipſe procuratorem, vel adminiſtratorem dimiſiſſet, tunc enim verè mors eſſet probanda antequam admittantur propinquiores ad bona, Menoch. *de arbitr. caſ.* 159. *n.* 16. Munoz *de ratiocin. cap.* 6. *n.* 47. *et ſeqq.* Boer. *decis.* 88. *n.* 1. Borgn. *de tut. nu.* 331. Cravett. *conſi.* 127. *in fine*, quos refert, & ſequitur Balthaſ. Tomaſ. *tract.* 1. *de Curat. tit.* 13. *n.* 24. *fol.* 1163. Montan. ubi ſupra, Joſeph Mele in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.* 4. *n.* 91. Fontan. *de pact. nupt. to.* 2. *clauſ.* 7. *gl.* 3. *p.* 1. *num.* 30. *et ſeqq.* Gutierrez. *pract. quæſt. lib.* 2. *q.* 7. *per tot.* Salgad. *Labyr. credit. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 49. Magon. *dec. Luc.* 44. *n.* 11. *etc.* Pariſ. *conſ.* 38. *vol.* 2. Rot. *deciſ.* 39. *per tot. in recollect.* per Palm. *tom. p.*, ubi cui abſentis bonorum adminiſtratio decernenda ſit, quandò de ejus vita, vel morte nulla habetur certitudo; *et deciſ.* 30. *eod. tom. p.*, ubi abſentis mors ex quibus probetur. Rocc. *ſelect. diſput. cap.* 46. *nu.* 10. *tom. p.*, ubi quod abſentis, de cujus vita dubitatur, proximiori ab inteſtato ſucceſſuro in cuſtodiam, & adminiſtrationem bona decernuntur, quod etiam procedit in Muliere minore proximiore, licet à cura repellatur. Boniſac. *ad banniment. general. Stat. Eccleſ. cap.* 62. *nu.* 55. *et* 56. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.* 10. *a. p. fol.* 48. *tom. p.* apud quos videri poteſt, an, & quando abſentium bonorum adminiſtratio proximioribus decernenda ſit.

Abſens an, & quando præſumatur mortuus tàm ad effectum ſucceſſionis, quàm matrimonii. Idem Boniſac. *ad Banniment. general. Stat. Eccleſ. cap.* 62. *n.* 54.

Abſens uſque ad quod tempus præſumatur vivere noſtris temporibus contra diſpoſitionem text. in *l. final. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*, latè Roxas *de Incompat. part.* 6. *cap.* 3. *n.* 20. *et* 21., ubi etiam alia plura ad rem.

Qualiter abſentia æquiparetur morti, ita ut ſubrogatus in caſu abſentiæ cenſeatur etiam ſubrogatus in caſu mortis, Ricc. *Collect.* 2036. 3888. 3049. Sebaſt. Medic. *tract. mors omnia ſolvit p.* 1. *n.* 95. *etc.* De Franch. *dec.* 255. *n.* 4. Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *quæſt.* 9. *num.* 4. *tom.* 2.

17 Abſentia diuturna à patria cum domicilio alibi perpetuo tranſlato facit amittere civilitatem, & illius privilegia, ac haberi pro extero, vide Marcian. *diſp. forenſ. cap.* 42. *n.* 3. cum aliis per eum citatis, & in mea *Pract.* §. *Cittadini n.* 13. *et* 23. facit Rot. *p.* 12. *recent. dec.* 206. De Luc. *de præbem. diſc.* 37., ubi civilitas naturalis, vel domiciliaria an, & quando ammittatur per diſceſſum a Loco, vel potius retineatur, & *de Canonic. diſc.* 21. *n.* 24.

18 Abſentia cum plurimum facti habeat non præſumitur, ſed præſentia niſi contrarium probetur, & ideò ab allegante probari debet, Maſcard. *de probat. concl.* 5. *n.* 2. *to.* 1. Franc. March. *dec.* 626. *num.* 3. *part.* 2. *et dec.* 174. *part.* 1. Clar. §. *fin. q.* 34. *verſic. ſed nunquid*, & alii quos refert, & ſequitur Cigala *tract. de Act.* §.

tur-

rursus 5. num. 12. etc. fol. 53. ubi satisfacit contrariis, Ricc. *Collect.* 3211. latè Odd. *de restit. in integr. par. 1. q. 38. n. 7. et n. 19. et seq.* Antonel. *de Tempor. legal. lib. 2. cap. 81. num. 35.* De Comitib. *decis. Florent. 26. n. 35. 44. et seqq.*

An, & quando absentia præsumatur in bonam, vel malam partem, quid in præscriptione, qualiter probetur ad diversos effectus, & alia, Mascard. *d. conclus. 5. cum plurib. seqq.* Bald. *in l. bonæ fidei C. de Jurejurand.*, Vide etiam *supra nu. 7. vers. 2.*

Qualiter autem possit probari ex diligentiis cursorum, sive nunciorum de aliquo reperiendo, & de illo non reperto, maximè si ejus cognitionem habeant, Mascard. *de prob. concl. 8. n. 6.* Grat. *discept. 78. nu. 20.* Rot. *p. 12. recent. dec. 106. nu. 3. et seqq.* Rot. *in Cataniens. illigitimat. coram* Blanchetto *impress. apud* Marchesan. *de commiss. part. 1. fol. mihi 171. num. 3. vers. sed ex eo.*

19 Absenti, & ignoranti potest beneficium conferri, sed non quæritur jus nisi sequuta scientia, & acceptatione, Card. Tusch. *litt. A. concl. 39. per tot.* Garz. Millin. *decis. 420. nu. 10. et 11.* ubi quòd absens potest eligi, & tantò magis si sit notus, latè Mastrill. *decis. 4. per tot.* Gonzalez *in c. 6. n. 3. de his, quæ fiunt à Prælat.*

Quòd licèt absens non possit legitimari, nisi ab habentibus specialem facultatem legitimandi etiam absentes, tamen convalidetur legitimatio per ratificationem, quæ inducitur ex sola scientia absque contradictione, Marescott. *var. res. lib. 2. cap. 87. per tot.* Cephal. *cons. 186. n. 21.* Curt. sen. *cons. 19. nu. 5.*, Vide etiam Nicoli. *Instit. Imper. lib. 1. tit. 9. n. 6.*

20 Absentia temporalis Officialis indeffinitè ad officium deputati, non est causa sufficiens ut possit officio privari, nisi præcedat requisitio, vel interpellatio ad redeundum, Capibl. *de Baron. prag. 5. nu. 97.* Novar. *de gravam. Vasal. gravam. 145. n. 4.* Bobadill. *in polit. lib. 3. cap. 14. num. 84.* Rot. *par. 9. recent. dec. 339. num. 16. vol. 2.*

21 Absens in criminalibus, & sic in carceribus non constitutus, non potest regulariter per alium defendi, sive alius pro eo comparens veniat tanquam procurator, sive tanquam instructor, vel defensor, quando delictum, de quo imputatur potest pœna corporali puniri, cùm semper militet eadem ratio prohibitionis, & ita ubique ferè servatur, ac adsunt particulares Constitutiones, quicquid aliqui distinguant, ut videri potest per Clar. & Bajard. aliosque ab eis cumulatos, *§. fin. quæst. 32. et 33. per tot.* Mart. *vot. Pis. 70. per tot.* & dixi in *§. Procurator num. 9. etc.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 132. et 298.* ubi alia plura de absentia, & absentibus, sed plurimum contra praxim, & communes traditiones circa hic positam conclusionem, Sanfelic. *decis. 31. 32. et 33. per totum*, ubi qualiter admittatur excusator ad allegandum justam causam absentiæ, & dandus sit terminus. Vide Parlador. *rer. quotidian. libr. 1. cap. 20.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 6. n. 13. et seqq.*

Absentes a quibuscumque defendi publicè interest *l. servum quoque 33. §. ex contrario ff. de Procurat. l. hoc Edictum 1. ff. de neg. gest.* Ros. *in Prax. civil. cap. 6. n. 59. fol. mihi 180.*

22 Absens à pace pro eo facta, & stipulata à patre, (qui potest regulariter facere pacem pro filio absente) vel à Notario, non obligatur, nec obligat ad observantiam, ante ratificationem, & ideò sive ipse offendat, sive offendatur non sequuta ratificatione, non potest dici fractor pacis, neque proditor illo, neque adversarius, qui fuit præsens, ut servetur æqualitas inter partes licèt adversus patrem, qui pro filio absente promisit, pœna conventionalis committatur, Dec. *cons. 531. num. 10.* Marsil. *sing. 337.* Paris. *consil. 78. n. 49. lib. 1.* Soc. jun. *cons. 103. n. 15. lib. 3.* Curt. jun. *cons. 52. n. 13. consil. 74. n. 9.* Bero. *consil. 199. num. 2. et seqq. lib. 2.* Herculan. *de caut. de non offend. cap. 15. n. 7. et seq.* Card. Tusch. *lit. P. concl. 184. num. 1.* Guaz. *de pace p. 1. q. 12. num. 36. et quæst. 29. per tot. et q. 81. et 82. per tot.* Ciarlin. *contr. for. cap. 126. num. 40. et seqq.* ubi plures allegat pro utraque parte, & concludit ut supra de veriori & magis communi opinione Velpel. *in tract. de Pac. quæst. 9. et cons. dec. 531. n. 10.*

Quòd principalis paciscens, qui pace intervenit, si offendat absentem comprehensum in pace, pœnam rupræ pacis incurrat, etiamsi non fuerit sequuta ratificatio absentis; secùs autem si absens, qui non ratificavit, offendat alium absentem à pace, vel etiam præsentem paci, quia si non ratificavit pacem non potest incurrere pœnam, quam non promisit, nec ratificavit; benè verum est, quòd si quis promiserit pro eo de rato tenebitur ipse ad pœnam conventionalem, nec potest prætendere revelationem quia is, qui ante ratificationem offendit ad nihilum tenetur fisco, nec parti, nec ei, qui pro eo promisit de rato (quòd ego intelligo nisi fecerit de ejus mandato) in primo autem casu quando scilicet offendit, qui paci intervenit, debetur pœna, quia contravenit suæ promissioni, non debet offendere antequam sit certus quòd absens nolit ratificare, nam durante potestate ratificandi dicitur esse in statu implicito pacis, Bertazol. *consil. crim. 149. n. 6. lib. 1.* cum aliis per Farinac. *q. 107. n. 282. et seqq.* Conciol. *in verb. Pax resol. 10.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 8. §. 2. per tot.* Vide Add. ad Conciol. *dict. resol. 10.*

An autem, & quomodo possit fieri pax pro absente, idest nomine absentis recipi à Notario, vide Guaz. *d. tract. par. 1. q. 29. per tot.* Velpal. *in tract. de Pac. quæst. 7. et alibi.*

Absentia an, & quando excuset citatum, per quos possit allegari, an requirat expressionem causæ, ut suspendat processum, qualiter probetur, & alia de absentia, & ejus effectibus in causis criminalibus, latè Guazz. 23
ad deff. deff. 12. c. 1. per tot. Sanfelic. *decis. 31. 32. et 33.* Qualiter probetur per existentiam, vel præsentiam in alio loco remoto, maximè si negativa sit loco, & tempore coarctata, idem Guazin. *deff. 28. cap. 1. num. 12.* vide *in §. Negativa*, Sanfelic. *d. decis. 31.* ubi qualiter per perquisitionem in loco, à quo jussus fuerat non discedere Altimar. *de Nullit. rubr. 11. quæst. 27. nu. 69. tom. 2.*

De absentibus, quæ illis indulgeantur in quibus præjudicentur, vel damnificentur, & alia plura singillatim latè Laurent. Ursel. *concl. 8. per tot.* Borell. *in Summa decis. tom. 2.* Cancer. *var. resol. part. 2. cap. 5. nu. 193. et seqq. cap. 14. nu. 124. & seqq.* Emin. de Luca *in Indice generali suorum Operum verb. Absentia*, aliique plures citati in unoquoque casu difficultatis à Modernis de Castejon. & Com. August. Fontana *in eorum Alphabetis legal. in verb. Absens, & Absentia per tot.* Adde Altimar. *de Nullit. præsertim tom. 2. prout in Indice.*

Absens ad acta collegialia quo modo sit vocandus Nicoli. *Instit. canonic. libr. 1. tit. 6. n. 5.* 24

Absens a capitulo an possit eligere per Procuratorem Rot. coram Ansald. *decis. 61. n. 21. et decis. 86. n. 114.* Altimar. *de Nullit. rubr. 1. quæst. 31. sub nu. 746. vers. absentes a capitulo tom. 5.* 25

An Patronus absens possit eligere par Procuratorem Rot. coram Panphil. *decis. 657. n. 2. & seq.* Do Angel. *opusc. 3. n. 76. post tract. de impens. et melior. dotal.*

Absens an possit mittere votum suum. Bertachin. *de Episc. quæst. 15. n. 25.* Lancellot. *Instit. Canon. tit. de elect. §. sed cum absens.* Maynard. *decis. Tholos. 71. sub n. 5. part. p.* Ruginell. *de Senator. §. p. glos. 6. cap. 14. n. 171. pag. mihi 161.*

Absens an, & quandò expectandus sit ad electionem Passerin. *de elect. cap. 11. n. 86. & 87.* Ubag. *decis. 70. n. 8. et 9.*

Absens non privatur jure conferendi. Mandos. *cons. 58. n. 8. & 9.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. glos. 43. n. 128.* Dominus Advocatus Piton. *de jurepatr. alleg. 90. n. 62. tom. 2.* 26

Absens cum licentia Superioris habetur prò præsente. Hostiens. *in cap. ad audientiam n. 3. de Cleric. non resid.* Gonzalez. *in cap. de cætero. n. 7. vers. et merito. eod. tit.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 27. nu. 134.* De Luc. *de Canonic. disc. 12. n. 3.* Rot. *decis. 108. coram* Coccin. Ursaya *part. p. discept. 6. n. 104.* 27

§. ABSOLUTIO V.

ABsolutio à juramento est concedenda ab Episcopo, vel ejus Vicario causa cognita quando quis dolo adversarii reperitur enormiter læsus, Pract. Papp. *cum Add. in caus. vendit. glos. Et sub juramento n. 4.* Sbroz. *de off. Vicar. lib. 2. q. 187.* Pic. *ad stat. Urb. glos. 23. n. 35.*

35. infra num. 5. A quo Prælato ſit concedenda quando contrahentes ſunt diverſæ Diœceſis, vide Molin. de juſt. tom. 1. diſp. 3. et 149. Mandoſ. in addit. ad Lap. alleg. 10. n. 5. Felin. in cap. fin. num. 24. de for. compet. Diao. part. 11. tract. 2. reſol. 36. per tot. ubi diſtinguit Hermoſil. ad l. part. tit. 5. leg. 56. gloſ. 11. nu. 96. ubi quis poſſit à juramento abſolvere Ventrigl. in prax. rer. notabil. annot. 41. §. unic. n. 2. et 8. tom. p., ubi quibus verbis, & clauſulis detur hæc abſolutio. Altimar. de nullit. rubr. 9. quæſt. 26. n. 9. tom. p., ubi quod abſolutio à juramento concedi poteſt ab Epiſcopo Loci contractus, & ab Epiſcopo Loci judicii.

Multa de abſolutione à juramento, à quo ſit concedenda, quomodo petenda, & alia, vide per Balthaſ. Tomaſ. tract. de tut. & curat. tit. 19. tract. 8. n. 685. et ſeqq. fol. 456. et tract. 9. num. 1118. fol. 511. & alibi prout in ejus Repertorio, Bernard. Diaz. reg. 241. per tot. Pae. Jordao. Lucubr. vol. 3. lib. 9. tit. 1. num. 509. et ſeqq. fol. 594. etc. Tuſch. litt. A. concl. 54. cum pluribus ſeqq. Ridolphin. in Prax. p. 1. cap. 8. nu. 54. et ſeq. ad 95. Ricc. Collect. 39. 3186. 3243. cum pluribus ſeqq. Borgn. Cavalcan. deciſ. 9. per tot. Ariſmin. Tepat. var. ſent. tit. 241. per tot. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 84. per tot. Add. ad Sanfelic. deciſ. 370. De Luc. de Fideicom. diſc. 201. n. 18. Ventrigl. loc. cit. d. §. un. per tot., ubi etiàm latè Carl. Ant. De Luc. Pellegrin. in prax. Vicar. part. 2. sect. p. ſubſect. 7. à n. 3.

2 Abſolutio prædicta non impedit obligationem Cameralem, neque illius executionem retardat, Pic. ad Stat. Urb. gloſ. 23. num. 50. ubi allegat Rot. & alios, quicquid nonnulli contrarium teneant allegati per Altograd. conſil. 42. n. 3. lib. 1. qui tamen num. 22. pluribus relatis firmat, nec de jure, nec de ſtilo concedi abſolutionem obligato in forma Cameræ, niſi priùs ſatisfecerit, & adimpleverit, & poſteà velit repetere, & vide Grat. dec. March. 165. nu. 4. Mohed. deciſ. 2. & 3. de except. Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 8. nu. 86. &c. Anſald. de commer., & mercat. diſc. 52. num. 4. Ventrigl. in prax. cit. §. un. n. 11.

3 Abſolutio non eſt concedenda quando minor vel alius non fuit ignoranter deceptus, ſed ſcienter, cùm ſcienti, & volenti non inferatur dolus, nec deceptio, vide Altograd. conſil. 5. n. 50. libr. 1. Alexandr. conſ. 125. nu. 6., & 10. lib. 1. facit Andreol. contr. 292. num. 10. & 11.

4 Abſolutio à juramento ad effectum agendi concedi poteſt abſque partis citatione, niſi jam fuerit contraventum promiſſioni juratæ, vel niſi ſit dubium an debeat concedi, necne, Afflict. deciſ. 220. nu. 10. Pic. ad Stat. Urb. gloſ. 23. n. 47. Aſin. in Prax. §. 7. cap. 5. limitat. 103. Ceval. commun. contr. commun. quæſt. 434. Baron. tract. de cit. tom. 1. quæſt. 17. n. 30. & quæſt. 19. n. 106. Sperel. deciſ. 180. nu. 60. Gabriel. com. concl. tit. de cit. concl. 1. nu. 91. & ſeqq. Triviſ. deciſ. 64. Ricc. Collect. 39. Peregrin. dec. 112. n. 23. Pae. Jord. Lucubr. vol. 2. lib. 9. tit. 1. n. 510. 522. & ſeqq. fol. 195. & vol. 3. lib. 13. tit. 8. nu. 155. fol. 86. ubi etiam quando pars condemnetur in expenſis. Altimar. de Nullit. rubr. 12. quæſt. 25. nu. 90., & 95. tom. 2., ubi ponit plures limitationes. Ventrigl. d. annot. 41. §. un. nu. 3. & ſeqq., ubi Carl. Ant. De Luc. num. p. Dom. Adv. Piton. de jurepatr. alleg. 40. n. 31. tom. p.

Vel dic, quod aut petitur abſolutio ad effectum, ut penitus annulletur obligatio jurata, & tunc requiritur citatio partis, aut petitur ſolùm ad effectum agendi, & ad habilitandum perſonam, ut non obſtante juramento poſſit dolum, metum, vel aliam fraudem contractus detegere, & iſto caſu cùm de gravi partis præjudicio non agatur, cui remanet ſalvum jus ipſum contractum defendendi, & non eſt neceſſaria citatio in abſolutione concedenda, Beroard. Diaz. reg. 5. per tot. & reg. 241. limit. 2. Oldrad. conſil. 120. Grat. dec. 165. per tot. Sbroz. de offic. Vic. lib. 2. q. 187. n. 8. Pae. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 22. n. 360. & ſeqq. fol. 462. Thom. Triviſ. deciſ. 64. lib. 1. Tuſch. litt. A. concl. 61. per tot. Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 8. n. 77. ubi quòd ad effectum agendi paſſim ab Ordinario conceditur ſine partis citatione ante incurſum perjurium, poſt verò incurſum perjurium debet obtineri à Papa. Altimar. de Nullitat. rubr. 12. quæſt. 25. n. 92. tom. 2. Ventrigl. & Piton. ubi ſup. Rot. coram Pen. deciſ. 133. et deciſ. 1410. Urceol. de tranſact. quæſt. 90. num. 12.

An ſit neceſſaria citatio partis in concedenda abſolutione à juramento, Caren. reſolut. 139. ubi quòd ad effectum agendi, non eſt opus citatione, Poſſent. ſing. 150. ubi ſtante ſtilo ita faciendi. Altimar. de Nullit. rubr. 12. quæſt. 25. n. 90., et ſeq. tom. 2. Biloct. de abſol. à juramen. lib. p. cap. 7. Marade. ad prax Gallup. part. 2. cap. 12. n. 3.

5 Abſolutio à juramento peti debet ante lapſum termini in contractu præfixi, alias non ſuffragatur cùm promittens jam effectus ſit periurus, & ideò fruſtra legis auxilium invocat qui in legem committit, ſed hoc caſu neceſſe eſt priùs abſolvi à periurio, & poſtea à juramento, Rom. conſil. 326. Afflict. dec. 220. nu. 17. cum aliis per Pic. ad ſtat. Urb. gloſ. 23. n. 24. & 44. Grat. diſcept. forenſ. cap. 470. n. 40. Pae. Jordan. d. tit. 22. num. 357. &c. fol. 462. Menoch. conſ. 24. num. 17. Roland. à Vall. conſ. 34. n. 2. vol. p. Videndi etiam Ventrigl. d. §. un. à n. 10. Pellegrin. d. ſubſect. 7. à n. 3. Carl. Ant. De Luc. ad eumd. Ventrigl. loc. cit. n. 3.

Quod tamen illud non attendatur in praxi, ſed tantùm tempus inchoati judicii, & porrecti libelli, cùm verè per hujuſmodi actum inducatur contraventio, & non anteà ad effectum perjurii incurrendi, vide Sperell. deciſ. 83. n. 38. & ſeqq. per tot. quòd puto veriſſimum, aliàs enim multi eſſent perjuri, cùm pauciſſimi ſint qui ſolvant tempore convento, infra n. 17. facit Rot. part. 12. recent. deciſ. 198. nu. 8. & ſeqq. Vid. Rot. rec. p. 2. dec. 5. n. 2. Caſtald. conſult. 217. n. 3. tom. 2., ubi quod ſufficit, quod petatur, antequàm de illo opponatur. Plura etiàm Ventrigl. & Pellegrin. ubi ſup.

Quamvis quòd non ſolvens in tempore efficiatur perjurus, probat Altograd. conſil. 42. n. 8. lib. 1. & alii ſupracitati. Et quòd perjuro non concedatur abſolutio, ac quatenus narrato perjurio poſſet concedi, ſit obtinenda non ab ordinario, qui illam concedere non poteſt iſto caſu, ſed à Papa, idem Altograd. conſil. 42. n. 26. & ſeqq. lib. 1. Sperel. deciſ. 25. n. 13. & latiùs dec. 83. nu. 43. & ſeqq. per tot Pacif. de Salvian. inſpect. 2. cap. 2. n. 368. & ſeqq. Ciarlin. contr. 122. n. 42. Roland. à Val. conſ. 34. n. 3. lib. 1. Pic. ad ſtatut. Urb. gloſ. 23. Faciunt etiam Ventrigl. & Pellegrin. ubi ſup.

Sed quod imò etiam poſt incurſum perjurium poſſit abſolutio concedi ab Epiſcopo, parte tamen hoc caſu citata, & aſſignato termino ipſi perjuro ad docendum de cauſis abſolutionis, & compilato proceſſu per ſententiam deffinitivam impoſitaque ſalutari pœnitentia; ſecùs autem ſi perjurus nollet dictum onus ſubire, nam tunc debet adiri Summus Pontifex pro abſolutione coram quo dicta probatio non requiritur, vide Pae. Jordan. Lucub. vol. 2. lib. 9. tit. 1. n. 522. & ſeqq. fol. 195. Ridolphin. in Prax. p. 1. cap. 8. n. 73. etc. Addit. ad Sanfelic. dec. 370. Marcheſan. de commiſ. abſolut. Juramcat. ad effect. agend p. 3. §. 1., et 3. Ventrigl d. §. un. n. 12.

6 Abſolutio à juramento non eſt concedenda ſine juſtiſſima cauſa, quando juramentum fuit præſtitum parti præſenti, & acceptanti, ut quia appareat fuiſſe dolo, metu, vel ſuper re illicita extortum, & eſſe de his cauſis ſaltem ſemiplenè docendum, Altograd. conſil. 42. num. 24. etc. lib. 1. ubi etiam quòd Judex aliter abſque juſta cauſa abſolutionem concedendo graviter peccat, & abſolutio eſt invalida, ex doctrina Bonac. quem allegat, vide P. Stephan. de Neapol. tract. de reſtit. lib. 2. cap. 2. Mareſcot. var. reſolut. lib. 2. cap. 84. num. 14., ubi quod non datur à juramento præſtito ſub prætextu, quod contractus ſit uſurarius, niſi ſemiplenè hoc probatum fuerit. Ventrigl. in prax. d. annot. 41. §. un. à n. 15. Pellegrin. in prax. Vicar. part. 2. sect. p. ſubſect. 7. n. 4. verſ. abſolutio tamen.

Quando & quibus caſibus ſit concedenda, Everard. loc. à vi, et energ. juram. n. 16. et 61. latè Jordan in loc. ſup. cit. Tuſch. litt. A. concl. 58. et ſeqq. Ridolphin. loc. ſup. cit. nu. 84. etc. Mantic. dec. 267. nu. 9. Ventrigl. & Pellegrin. loc. cit.

7 Abſolutio à juramento, ſive à periurio conceſſa per Epiſcopum abſque cognitione, & ſine juſta cauſa, ac parte non citata eſt nulla, nec eſt concedenda quotieſcumque debitori poteſt eſſe conſultum alia via ordinaria, nec quando petitur per calumniam. Quando verò agitur de juramento injuſto, licèt ſpectet ad Epiſcopum circa illud diſpenſare, & abſolvere propter ſpiritua-

tualitatem quam in se continet juramentum, tamen potast etiam Judex laicus, constito sibi de turpitudina, compellere creditorem laicum ad relaxandum hujusmodi juramentum injustum, licèt ipse judex per se illud relaxare nequeat, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 514. *et* 531. *fol.* 195. *et vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 332. *et* 352. *fol.* 460. ubi plures allegat, Tusch. *litt. I. concl.* 456. *num.* 4. Dian. *resol. moral. par.* 5. *tract.* 2. *resol.* 154. *et* 215. ubi quosd judicem laicum intelligit quando constat de turpitudine recipientis, & sic de injustitia juramenti, secùs antem in dubio. Sed quando juramentum fuit principaliter præstitum in honorem Dei an possit remitti à creditore, in cujus utilitatem redundat affirmativè concludit idem Dian. *part.* 10. *tractat.* 14. *resol.* 15. ubi tamen refert alios contra sentientes. Fed. de Sen. *cons.* 272. faciunt tradita per Ventrigl. & Pellegrin. *loc. sup. relat.*

Quòd judex laicus possit cogere partem ad relaxandum juramentum vi, & metu extortum, Bobadil. *Polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 52. quem sequitur Caren. *dicta resolut.* 139. *nu.* 7. Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 453. *nu.* 146. Didac. Covar. *tract. var. resol. lib. p. cap.* 4. *n.* 5. *vers. verum*.

An autem judex sæcularis possit cognoscere de nullitate absolutionis, sive relaxationis juramenti ab Ecclesiastico concessæ, dic quòd sic, si sit evidenter injusta, & iniqua, vel nulla, secùs si probatione, vel examinatione indiget, Dian. *p.* 11. *tract.* 2. *resol.* 36. *inf. n.* 9. Roland. à Val. *cons.* 34. *nu.* 10., *et* 11. *vol.* 1., ex doctrina Joann. Andr. & Petr. Ancharan.

8 Absolutio non est concedenda quando juramentum, de cujus relaxatione agitur firmat, & convalidat contractum, sed tunc juramentum ipsum, & contractus est servandus; conceditur enim solummodò quando juramentum non convalidat contractum, sed tantùm obligat ad observantiam ob divini nominis reverentiam; tunc autem juramentum regulariter firmat actum, quando principaliter agitur de privata utilitate; & non firmat, quando agitur de publica utilitate, vide Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disp.* 32. *num.* 3. *et seqq.* cum aliis per Pac. Jordan. *ubi supra num.* 553. *et seqq.* & dixi in §. *Juramentum*, P. Steph. de Neapol. *tract. de restit. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 6. *etc.* Covar. *de Pact. p.* 2. §. 3. *n.* 2. *in princ.*

9 Absolutione à juramento concessa per Episcopum ad effectum agendi, vel excipiendi, non tenetur propterea Judex sæcularis contractum præcise rescindere, & nullum declarare, sed debet de justitia cognoscere, & deffinire, prout juris fuerit, nec obligatur sequi præceptum Judicis Ecclesiastici in hoc, nisi sibi justum videatur, imò de nullitate talis absolutionis cognoscere non prohibetur, Farinac. *q.* 8. *num.* 145. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 560. *fol.* 86. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 87. *num.* 22. Afflict. *decis.* 220. *n.* 9. ubi Ursil. *in Add. num.* 9. Tusch. *litt. I. concl.* 456. Dian. *p.* 11. *tract.* 2. *resol.* 36. *in fine*, ubi intelligit quando nullitas est evidens supra *num.* 8. Roland. à Vall. *cons.* 34. *n.* 10., & 11. *vol.* 1.

Quæ alia remedia competant juranti ad evitandum effectum juramenti, pluraque alia de hujusmodi materia, vide summatim Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *nu.* 330. & *seq. ad* 362. *fol.* 460. Tusc. *conclus.* 515. *cum duabus seqq. Litt. I.*

10 Absolutione à juramento concessa etiam post perjurium parte citata, si ab ea fuerit appellatum, potest nihilominus etiam pendente appellatione ad ulteriora procedi in foro temporali circa rescissionem contractus, quia cùm tale decretum absolutionis trahat secùm executionem, & agatur de solvendo ligamine animæ, non extinguitur, nec suspenditur per appellationem, & idem est in aliis causis spiritualibus, Franch. *decis.* 602. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *nu.* 525. *fol.* 196. & *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *nu.* 828. *fol.* 595. Ursil. ad Afflict. *dec.* 188. Add. ad De Franc. *decis.* 602. Ventrigl. *cit. annot.* 41. §. *unic. n.* 5., ubi Carol. Ant. De Luc. *n.* 2.

Contrarium verò tenent nonnulli apud Merend. *lib.* 14. *controv. cap.* 43. *nu.* 18. *per tit. nil novari appellat. pend.*

Sed Campanil. *in divers. jur. canon. rubr.* 11. *cap.* 19. *n.* 35. dicit id non procedere, si de facto Judex appellationem admiserit, tunc enim per admissionem suspenditur absolutio, sivè relaxatio à juramento, & pars non potest agere sine periculo incursionis perjurii ex originali doctrina Archid. *in cap. cum appellationibus* §. *si verò de appellat. in* 6.

Sicut etiam non obstante litis pendentia coram Ecclesiastico super petita absolutione, potest Judex sæcularis procedere super obligatione ad illius executionem præsertim post incursum perjurium, Afflict. *dec.* 30. *nu.* 5. Balthas. Thomas. *de tut.* & *Curat. tit.* 19. *num.* 748. *fol.* 465. & dixi in §. *Judex n.* 34. & 35. ubi etiam an Episcopus ratione absolutionis, efficiatur competens in causa principali, & negativè resolvitur, quidquid nonnulli ibidem relati contrarium teneant, & idem etiam probat Farinac. *q.* 8. *nu.* 143. & *seqq.* Magon. *dec. Florent.* 2. *n.* 37.

Absolutio à juramento non est necessaria ubi agitur de 11
contraveniendo obligationi factæ à carcerato in casu non permisso, de quo dixi in §. *Carceratus n.* 5. Et quamvis tot requirantur absolutiones quot fuerunt juramenta, tamen unicam verbis generalibus conceptam sufficere, licèt etiam fuerit obtenta post latam sententiam, si numquam fuerit oppositum de perjurio, quia semper suffragatur obtenta antè oppositionem perjurii, Fontan. *de pact. nup. Claus.* 7. *glos.* 2. *p.* 7. *nu.* 7. cum aliis quos refert, & sequitur Rot. in Reginen. seu Salernitana Bonorum 19. Junii 1643. coram Carillo penes Scanarol. *de visit. carcer. in Appen. dec.* 7. *per tot.* & *in p.* 9. *recen. dec.* 208. & post Merlin. *de pign. dec.* 73. Marescot. *var. resolut. libr.* 2. *cap.* 84. Videndus Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 1. *subsect.* 7. *a n.* 3.

Absolutiones tot requiri, quot fuerunt juramenta, 12
gradatim, ordinatim, & explicitè quoad omnia, vide Rom. *consil.* 326. *n.* 2. Pic. *ad Stat. Urb. glos.* 23. *num.* 25. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 529. *fol.* 196. & *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 353. *fol.* 461. Balthas. Thomas. *de tut.* & *Curat. tit.* 19. *n.* 721. *fol.* 461. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 80. & *seqq.* Ricc. *Collect.* 3246. Roland. *cons.* 34. *n.* 8. *lib.* 1. Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. *decis.* 602. *in fin.* & ad Ventrigl. *in Prax. annot.* 41. §. *unic. n.* 4. Seraphin. *de Privil. Juram. privil.* 83. *n.* 46. Spad. *cons.* 201. *n.* 9. *lib.* 3.

Ac idem esse quando instrumentum continet plura capitula, & promissiones separatas unico juramento firmatas, ut quando dicitur in fine *quæ omnia, et singula etc.* nam adhuc requiri tot absolutiones quot sunt capitula, & promissiones separatæ, vide Ursil. ad Afflict. *dec.* 220. *nu.* 12. Borg. *dec.* 9. *nu.* 25. *p.* 1. Pic. *ad Stat. Urb. d. glos.* 23. *n.* 27. Sperell. *dec.* 83. *num.* 36. & *seq.* Scop. ad Gratian. *observat.* 165. *n.* 15., ubi tradit cautelam observandam in petitione absolutionis à Juramento.

Sufficere tamen absolutionem verbis generalibus conceptam, probat Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 84. *nu.* 6. *et seqq.* quem sequitur Rota in dict. Salernitana Bonorum 19. Junii 1643. coram Carillo *num.* 21. & in Romana dotis de S. Cruce 4. Februarii 1609. coram Penia, Sperel. *decis.* 83. *num.* 37. ubi quòd satis est petere absolutionem à juramentis in numero plurali cum relatione ad instrumentum, & quòd in praxi licèt plura essent juramenta in instrumento expressa, conceditur absolutio unico rescripto ab omnibus cum clausula, *ordine successivo*. Soccin. *cons.* 59. *lib.* 3. Mant. *decis.* 267. *n.* 7. *et* 8. Thor. *in addit.* ad Ricc. *in Prax. Epis. resol.* 289. & alii, quos refert, & sequitur Scopp. ad Gratian. *obser. seu decis.* 165. *n.* 15. Urceol. *de Transact. quæst.* 90.

Quòd absolutio habens relationem ad instrumenta comprehendat omnia juramenta in ipsis instrumentis contenta, Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 82. Pacif. de Salvian. *inspect.* 2. *cap.* 2. *n.* 364. & *seqq.* Afflict. *dec.* 220. *num.* 11. & 12. Rot. *in alleg. Roman. dot.* 4. *Februar.* 1609. coram Pen. & inter ejus impressas *decis.* 1410. Pellegrin. *in Prax. Vic. part.* 2. *sect.* 1. *subsect.* 7. *n.* 4. *vers. quod tamen* Spad. *cons.* 191. *n.* 16. *tom.* 2.

Absolutio ad effectum agendi non est concedenda 13
quando quis juravit omnia contenta in instrumento fuisse solemniter acta, vel se non contraventurum aliquo modo, quia poneret pro falso, quod juravit esse verum, ostenderet se perjurum, & propriam allegaret turpitudinem, ita ut si parte reluctante fuerit concessa nihil operetur, Gramm. *dec.* 45. *n.* 2. cum aliis per Pac. Jordan.

dan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 100. fol. 445. Jaſon. in l. ſciendum n. 23. ff. de verbor. oblig. Spad. conſ. 312. n. 5. vol. 2.

14 Abſolutio aliter eſt petenda quando quis juravit eam non petere, & obtenta non uti, nam primò debet ille obtinere abſolutionem à juramento non petendo, poſteà à juramento, ac deinde à promiſſione de non utendo, Rom. conſil. 326. num. 2. Afflict. deciſ. 220. nu. 12. Pic. ad Stat. Urb. gloſ. 23. n. 26. Pract. Papp. for. Juram. quod præſt. à par. gloſ. 3. in fine cum Add. Bald. in repetition. l. 2. ff. de Jurejurand. Roland. à Val. conſ. 34. n. 6. vol. 1. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 84. n. 5. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. ſect. 1. ſubſect. 7. n. 4. verſ. quapropter Seraphin. de Privil. Juram. privil. 83. n. 46. Urceol. de Tranſact. quæſt. 90.

Sed huic concluſioni applicari poſſe exiſtimo quæ dixi ſupra ſervari circa plures abſolutiones à pluribus juramentis obtinendas. Quòd abſolutio à juramento contanto in inſtrumento obligatione Camerali vallato comprehendat etiam juramentum da non petendo abſolutionem in illa incluſum, Rot. p. 6. rec. dec. 294. n. 24. Rot. dec. 28. et ſeqq. apud Zacb. de Obligat. Cam.

Quòd juramentum de non petenda abſolutione non ſit validum tanquam contra bonos mores, Azor. inſtit. moral. lib. 11. cap. 7. quæſt. 6. Dian. part. 11. tract. 2. reſol. 35. verſic. quod ſi. Faciunt Add. ad Pratic. Pap. form. juram. quod præſt. a part. gloſſ. 3.

25 Abſolutio à juramento conceſſa principali debitori, vel correo non ſuffragatur fidejuſſori, vel alteri correo, Pyr. Maur. tract. de fidejuſſ. par. 2. ſect. 9. cap. 7. ubi citat Jaſ. in l. 1. num. 3. Cod. de diverſ. reſcript. Marſil. de fidejuſſ. n. 274. q. 36. & Aret. conſ. 33. num. 2.

26 Abſolutio prædicta habilitat tantùm ad agendum, & excipiendum, nihil præjudicando viribus juramenti, quod remanet in ſuo robore efficacia; benè verum eſt, quod ſi poſteà contractus declaretur nullus, non eſt opus nova abſolutione, ſed jam obtenta incipit ſortiri plenum effectum, Pic. ad Stat. Urb. gloſſ. 23. num. 49. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 233. num. 32. cap. 150. nu. 9. & cap. 824. num. 25. idem Gratian. deciſ. 165. num. 7. Paciſ. de Salvian. inſpect. 2. c. 2. n. 365. &c. De Luc. ad Gratian. obſervat. 165. n. 8. Spad. conſ. 270. num. 2. libr. 2. Urceol. de Tranſact. quæſt. 45. nu. 27. & quæſt. 60. n. 47. Ventrigl. in Prax. annot. 41. §. unic. tom. 1.

Quod jus partis non tollat, nec faciat reſurgere nullitatem contractus, per juramentum ſublatam, ſed tantùm operetur, ne illam impetrans incidat in perjurium agendo, Altograd. conſ. 5. n. 51. & 52. lib. 1. Honded. conſ. 42. num. 31. lib. 1.

Et abſolutio à juramento habilitat ad comparendum in Judicio, adeout jurans non incidat in perjurium, ſed non eximit à vinculo obligationis Caſtald. conſult. 114. num. 9. tom. 1. conſult. 172. n. 7. tom. 2. Spad. conſ. 270. n. 2. tom. 2., ubi quod non tollit vires contractus, maximè ſi ſit reſtricta ad effectum agendi.

Quod in nihilo præjudicet inſtrumento, quin poſſit ſervatis ſervandis executioni demandari, Franch. deciſ. 670. Ricc. ad De Franch. cit. dec.

Quod aperiat os, ſed non retardet executionem obligationis cameralis, & ſic operetur tantùm repetitionem ſoluti vigore obligationis cameralis, Sperel. deciſ. 83. nu. 34. vide ſupra n. 2. Andreol. controv. 364. n. 12.

Ubi tamen contractus ſolo juramento firmatur, abſolutione obtenta remanet ipſo jure nullus, Peregrin. deciſ. 112. num. 22. ubi tamen nu. 16. & 21. contrarium dicit, Dec. conſ. 1. col. 1.

17 Abſolutio à juramento obtineri debet ante inchoatum judicium, aliàs agens, vel excipiens efficitur perjurus, privatur Actione, & exceptione, ac à limine judicij repellitur, l. ſi quis major, ubi Gloſſ. & DD. C. de tranſact. Alex. conſ. 17. num. 8. lib. 2. Magon. deciſ. Flor. 22. num. 4. & deciſ. 119. nu. 9. &c. Pic. ad Stat. Urb gloſſ. 23. num. 17. Cavaler. dec. 144. nu. 1. Sperel. deciſ. 25. num. 21. & ſeqq. vide in §. Perjurus, & ſupra num. 5. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 8. n. 54. & ſeqq. Andreol. controv. 364. n. 9., & ſeq. Spad. conſ. 312. n. 4. lib. 2. Pen. deciſ. 2202. n. 4. Ventrigl. loc. cit. n. 10. & ſeqq.

Quando ſit neceſſaria abſolutio à juramento, vel non, plura Urceol. tract. de tranſact. q. 90. per tot. ubi an impugnare volens tranſactionem juratam opus habeat abſolutione à juramento, & pluries me citat in hoc §. Carpan. ad Statm. Mediolan. cap. 453. num 135., & ſeq. Ventrigl. ubi ſupra, & ibid. Carol. Ant. De Luc.

Et acta facta ante oppoſitionem perjurii ſunt nulla; nam licèt hæc exceptio non fuerit oppoſita ab initio, non videtur tamen illi renunciatum, ſecundùm Pic. dict. gloſſ. 23. num. 51. & 52. ubi refert contrarium tenentes, vide Coccin. deciſ. 268. num. 5. Ridolphin. loc. cit. num. 60. &c. ubi declarat Picum ſup. num. 11. Seraphin. de privileg. jurament. privileg. ultim.

Et ſi obtineatur lite pendente, ac detecto perjurio tanquam intempeſtiva non relevat, Magon. dict. deciſ. 119. num. 10 Roland. conſ 34. libr. 1. Mareſcot. var. reſol. cap. 84. vol. 2. Andreol. controv. 364.

Quòd exceptio perjurii poſſit opponi in quacumque parte judicii, & ſemper repellat agentem; & per quos actus inducatur perjurium, vide Altograd. conſ. 46. nu. 6 &c. lib. 1. Urceol. de tranſact. quæſt. 90. n. 33.

Quod poſſit perjurus officio judicis repelli, ſi ex actis notoriè conſtet de non jure ſuo, Sperel. deciſ. 83. num. 11. & n. 32. Farinacc. quæſt. 160. n. 189. &c. Ridolphin. ubi ſupra num. 64. Alexand. conſ. 196. n. 26. vol. 2.

Sed quod ſuffragetur abſolutio, ſi adhuc non erat oppoſitum de perjurio, & parte non opponente, perjurus non repellatur, ac proceſſus teneat, Cravet. conſ. 199. num. 15. Beltram. ad Gregor. deciſ. 64. num. 11. Sperel. deciſ. 25. n. 27. & 28. & dixi ſupra num. 11. Ridolphin. loc. ſupra cit. n. 58. &c. ubi quod valent geſta ante oppoſitionem, & abſolutione obtenta cauſa in eodem ſtatu reaſſumitur, Rot. par. 12. recent. deciſ. 198. num. 9. & ſeqq. Cravet. conſ. 199. n. 15. Gutti. de Juram. part. 2. cap. 70. n. 5.

Quod perjurus poſſit agere ex alio contractu, licèt non ex eo, ex quo incidit in perjurium, Rom. ſing. 499. num. 2. Rota part. 2. diverſ. deciſ. 97. n. 10. Ridolphin. dict. cap. 8. n. 67. Rot. part. 12. recent. deciſ. 198. n. 12. Rot. dec. 97. num. 10. p. 2. diverſ.

Sicut etiam perjurus excipiendo non repellitur, quidquid ſecus ſit agendo, Sperel. deciſ. 47. num. 20. Graſſ. de Excep. in 4. except. num. 42.

At quod exceptio perjurii non obſtet agenti ad revocationem attentatorum propter illorum privilegia, niſi illis in ſpecie fuerit renunciatum cum juramento, Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 24. quæſt 26. per tot. cap. 30. privileg. 8. Urgelenſ. canonicat. 26. Decembr. 1563. coram Oradino.

Alia de pœnis perjurii vide §. Perjurus. De Luc. de Judic. diſc. 25.

Abſolutio à juramento eſt obtinenda etiam ſi ſtatutū diſponat, quod juramentum cenſeatur dolo, & metu extortum, nam nemo debet eſſe Judex proprii juramenti, niſi promiſſa eſſent de ſui natura mala, & turpiter præſtita, Pic. ad Stat. Urb. gloſſ. 25 nu. 18. & 33. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 567. nu. 21. Altograd. conſ. 42. num. 19. lib 1. Sperel. deciſ. 83 n. 28. & ſeqq. Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 44. art. 1. n. 42. 28

An ſit neceſſaria quando juramentum fuit vi, vel metu elicitum, & in ſimilibus, Paul. Chriſtin. deciſ. 226. per tot. vol. 5. ubi quod ſic de jure canonico, & in foro conſcientiæ, P. Stephan. de Neapol. tract. de reſtitut. lib. 2. c. 2. nu. 7. &c. Altimar. de Nullit. rubr. 1. quæſt. 24. n. 421. & ſeqq. tom. 3., ubi loquitur de metu, & quæſt. 11. n. 336. eodem tom. 3., ubi loquitur de dolo.

Abſolutio ſecundùm aliquos non eſt neceſſaria quando inſtrumentum eſt nullum, Socin. Jun. conſ. 3. col. fin. lib. 2. Magon. deciſ. Florent. 22. num 5. ubi tamen teſtatur contrarium ſervari propter aliorum auctoritatem, de quo vide Gratian. deciſ. 165. in add. nu. 3. Altograd. conſ. 27. num. 37. & 38. lib. 1. Vide Altimar. de Nullit. rubr. 1. p. 4. quæſt. 38. num. 53. libr. 6. 19

Quod ſit neceſſaria etiamſi juramentum annulletur à ſtatuto, Ludoviſ. deciſ. 64. num. 6. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 84. num. 20. & ſeqq. ubi limitat niſi nullitas, vel injuſtitia ſit jam detecta. Add. ad Gratian. dec. 165. n. 3., & 4. Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 44. art. 1. n. 43., Et quod non ſit neceſſaria, docet Caſtald. conſult. 217. n. 5. tom. 2., E contra verò quod neceſſaria ſit, tenet Pellegrin. in Prax. Vicar part. 2. ſect. 1. ſubſect. 7. n. 4. verſ. abſolutio autem, ubi tamen dicit, quod inſtrumenta facta ſine ſolemnitatibus ſtatutariis juramentum non probant; latè Urceol. de Tranſact. quæſt. 90. n. 24. & ſeqq.

Abſo-

20 Absolurio est necessaria, etiamsi juramentum fuerit meticulosum, excepto tamen marrimonio, & quare, vide Sperel. *decis.* 25. & dixi *in §. Juramentum*, *&* *§. Matrimonium n.* 14. Dian. *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 278. ubi quid in sponsalibus, *& par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 28. Guttierez *de Juramcat. p.* 1. *cap.* 57.

Plura an, & quando sit necessaria, vel non absolutio à juramento in contractibus meticulosis, Fontanell. *de pact. nupt. t.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 2. *par.* 7. *fol.* 413. *&c.* ac generaliter de absolutione à juramento, Thoro *Compend. decis. Neapolit. tom.* 1. *verb. Absolutio*, Laurent. Ursel. *conclus.* 11. *per tot.* cæterique relati à Com. August. Fontana *in sua Biblioth. par.* 4. *verb. Absolutio fol.* 10. Cæsar. de Afflict. *controvers.* 14. *per tot.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 14. *n.* 421. *lib.* 3.

21 Absolurio prædicta est de necessitate etiam stante enormissima læsione, nisi tamen dolus, & enormissima læsio esset jam detecta per sententias absque oppositione perjurii, Soccin. *cons.* 27. *n.* 26. *lib.* 4. Natr. *cons.* 305. *nu.* 9. Afflict. *decis.* 263. *num.* 3. Borgn. *decis.* 9. *num.* 4. *par.* 2. cum aliis per Pic. *ad Stat. Urb. gloss.* 23. *nu.* 22. Gratian. *decis.* 165. *in addit. num.* 3. *&* 4. Sperel. *decis.* 83. *per tot.* Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 71. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 279. *n.* 13. *vol* 1. *& dec.* 94. *num.* 5. *vol.* 2. Coccin. *decis.* 268. *nu.* 3. *&c.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *p.* 4. *qu.* 37. n. 50. *vol.* 6., ubi quod est necessaria absolutio à juramento, etiam interveniente enormissima læsione optimè Ventrigl. *in Prax. annot.* 41. *§. unic. n.* 20. *tom.* 1.

Si tamen Jurans fuerit dolo inductus ad jurandum, non indiget absolutione, si dolus sit talis, qui consensum excludat, sine quo non obligat juramentum, idem Sperel. *decis.* 150. *num.* 57. *etc.* Sanfelic. *in praxi sect.* 35. *nu.* 21. ubi quod dolus præsumitur in magna læsione, & dolus juramento videtur exceptus, imò stante enormissima læsione non est opus absolutione à juramento, cùm jurans non videatur cogitasse de tam enormissima læsione, unde deficit consensus, quod {ego intelligo, si sit detecta, ut supra Scopp. ad Gratian. *decis.* 165. *num.* 12.

22 Absolutio à juramento secundùm veriorem opinionem est necessaria quando quis vult allegare simulationem contractus, ut testatur Sperel. *decis.* 28. *num.* 35. & multos hinc inde tenentes allegat Baltas. Thomas. *de tut. & curat. tit.* 19. *nu.* 665. *et seqq. fol.* 453. & dixi *in §. Juramentum num.* 30. *et §. Simulatio num.* 8. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 1. *sect.* 3. *à n.* 133. *vol.* 3. Urceol. *de Transact. quæst.* 90. *à n.* 19.

Quod non sit necessaria Jas. *in §. fuerat num.* 68. *Instit. de act.* quem refert, & sequitur Paul. Christin. *decis. Belg.* 30. *num.* 5. *vol.* 3. & benè rationibus enmprobat Leorard. *de usur. quæst.* 7. *num.* 40. intelligendo quando est omninò simulatus Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 1. *sect.* 3. *n.* 133. *lib.* 3. Ventrigl. *loc. allegat. n.* 18.

23 Absolurio à juramento non est necessaria quando impugnatur instrumentum ex capite non adimplementi, cùm censeatur continere tacitam condirionem quatenus à parte adimpleatur, Cravett. *consil.* 127. *num.* 26. Ursil. ad Afflict. *decis.* 120. *num.* 6. dixi *in §. Exceptio*, Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 198. *num.* 10. Cancer. *var. resolut. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 95.

Nec in quacunque tacita conditione, Dec. *cons.* 350. *n.* 6. *&* 351. *nu.* 8. dixi *in §. Juramentum* Vide Cancer. *var. resolut. part.* 2. *cap.* 8. *n.* 94.

Nec quando juramentum fuit præstitum super re illicita, & turpi, Pic. *ad Stat. Urb. gloss.* 23. *num.* 31. *&c.* ubi prædicta omnia, & alia comprobat Urceol. *consult.* 98. *num.* 34. *&* 35. *vol.* 2. ubi quando fuit præstitum, super pacto illicito de hæreditate viventis, ut non sit necessaria absolurio. Urceol. *de transact. quæst.* 90. *n.* 23.

24 Absolurio à juramento non est necessaria in hærede jurantis, cùm juramentum ex parte jurantis sit personale, Rot. *par.* 2. *divers. dec.* 102. *n.* 19. & vide *in §. Juramentum*, Ricc. *collect.* 3248. Sanfelic. *decis.* 115. *nu.* 15. Urceol. *de transact. quæst.* 90. *n.* 38. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 1. *sect.* 3. *n.* 135. *tom.* 3. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 1. *subsect.* 7. *n.* 5.

Et quod effectus juramenti quoad vinculum perjurii, nec etiam transeat ad successores in officio, Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 97. *n.* 9. Vid. Roland. à Vall. *cons.* 75. *n.* 23. *lib.* 3.

Alios casus, in quibus non est necessaria dicta absolutio, ponit Ricc. *collect.* 3241. *& seqq.* Marescoet. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 84. *per tot. etc.* Urceol. *de transact. quæst.* 90. *per tot.* Altimar. *loc. supra cit.*

Absolutio à juramento an sit necessaria quando testis juravit se non examinare, & non deponere in aliqua causa, si juramento non obstante compellatur à Judice, prout compelli potest, vide Farinac. *quæst.* 78. *num.* 149. *et seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 19. *nu.* 97. 98. *fol.* 383. ubi quòd est controversum, sed verior, & receptior sententia tenet dandam esse absolutionem ad cautelam. Mascard. *de probation. lib.* 1. *quæst.* 5. *n.* 53., *& seq.* 25

Absolutio ab excommunicatione, suspensione, vel interdicto concessa à Pontifice in Bulla impetrationis beneficii, non prodest hæretico, nec illi, qui ultra annum insorduerit in excommunicatione, nec falsificantibus litteras Apostolicas, non parentibus rei judicatæ, incendiariis, violatoribus Ecclesiarum, sive Ecclesiasticæ libertatis, res vetitas ad infidelas deferentibus, nec aliis expressis in Regula 78. Julii Papæ Tertii, nisi expressè illi derogetur, quod non solet facere Papa, & prodest tantùm quoad effectum consequendi beneficium, ita ut taliter absolutus in nullo alio relevetur, nisi ut valeat provisio ei facta da beneficio, cæteris omnibus pœnis contra excommunicatos in suo robore remanentibus, ut latè probat Rebuff. *in prax. benef. par.* 1. *tit. de declarat. nov. provis. vers. Teque absolvens per tot.* Pignatel. *tom.* 2. *consult.* 60. *nu.* 5. Vide Pen. *decis.* 1093. *n.* 11. *&* 12. 26

An petens absolutionem fateatur se excommunicatum, & quomodo talis absolutio sit probanda, Mascard. *de probat. concl.* 12. *&* 13. *per tot. vol.* 1. Ludovis. 331. *cum annot. Belir.* Rot. *dec.* 11. *de sent. Excom. in antiq.*, ubi negative. Idem docent Spad. *cons.* 13. *n.* 4. *vol.* 2. Tranchedin. *consult.* 31. *nu.* 28. *fol.* 131. Ubald. *decis.* 159. *n.* 9., Videndi etiam De Angel. *de Confess. libr.* 2. *quæst.* 38. *ferè per tot. vol.* 1. Passerin. *in Prax. quæst.* 25. *art.* 12. *n.* 144. Vide Rot. coram. Pen. 1254.

Plura de absolutione à censuris, & quando possit, vel debeat dari ad cautelam, Card. Tusch. *litt. A*, *concl.* 43. *& seqq.* Thomat. *decis.* 18. *n.* 13. *& seqq. per tot.* Dian. *resol. moral. part.* 5. *tract.* 9. *resolut. cum pluribus seqq.* ubi qui possint absolvere ab excommunicatione majori, vel minori, reservata, vel non, Ricc. *collect.* 3759. & alibi prout in eis repert. Aloys. Ricc. *prax. var. resol. cap.* 15. *per tot.* Quo ad absolutionem à censuris, Rot. *par.* 16. *rec. dec.* 195. Pignatel. *tom.* 2. *consult.* 59. *n.* 50. Videndi Doctores supra allegati.

Absolutio ab omni excomunicatione etiam Papæ reservata concedi potest per Legatum de Latere per text. *in cap. ad eminentiam de sentent. excomm. cap. si quis suadente* 17. *quæst.* 14. Felin. *in d. cap. ad eminentiam in fine*, Diaz. *regul.* 7. Gonzalez. *in dict. cap. ad eminentiam de sentent. excom.* 27

An autem absolutio obtenta cum mendacio, & sub falsa expressione sit valida, vide Covar. *in cap. alma* 1. *p. §.* 11. *n.* 14. cum aliis per Pac. Jord. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *n.* 338. *& seqq. fol.* 346. Rot. *dec.* 7. *de Sentent. excom. in novis*.

Quod possit ex causa rationabili conferri etiam invito, & non petenti, imò etiam sine causa cum par sit potestas ligandi, & solvendi, Capel. Tholos. *quæst.* 299. *n.* 4. *&c.* Pignatel. *tom.* 1. *consult.* 20. *n.* 6., ubi assignat eamdem rationem.

Absolutio ab excommunicatione ob violatam Ecclesiæ immunitatem concedi potest ab ordinario, cùm non reperiatur expressè reservata Pontifici, non obstante Bulla in Cœna domini, per quam absolutio reservatur Papæ, quia loquitur de statuentibus; Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 333. *per tot.* Castr. Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. unic. punct.* 12. *n.* 7. vide *in §. Episcopus n.* 31. Ciarlin. *contr.* 155. *per tot.* Fontanell. *decis.* 201. *num.* 16. *& seqq.* Bordon *var. resolut. libr.* 1. *cap.* 1. *n.* 16. 28

Contrarium tamen ostendit Sperel. *decis.* 105. *n.* 43. *& seqq. & decis.* 183. *per tot.* Dian. *par.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 34. *in fine*. Concorda opiniones, prout dixi *in §. Episcopus n.* 31. Pignatel. *tom* 2. *consult.* 59. *n.* 13. ubi adducit Decretum Sacræ Congregationis Immunitatis.

Quod

Quod dicta absolutio sit concedenda satisfacta parte, & reintegrata jurisdictione læsæ immunitatis, Merlin. *decis.* 588. Ciarlin. *d. controv.* 155. ubi quod tunc concedi potest etiam ab Episcopo, vide etiam *in §. Judex n.* 27. Ciarlin. *contr.* 10. *n.* 38. *&c. contr.* 162. *n.* 18. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *obser.* 31. ubi quod potest concedi ab Episcopo, & plures allegat. Dian. *p.* 1. *tract.* 1. *resol.* 32. *quæst.* 3. Videndus Peregrin. *de Immunit. Eccles. cap.* 15. *à n.* 19.

De absolutione ob percussionem Clerici, Tusch. *lit. A, concl.* 51. *lit. P, concl.* 274. dixi *in §. Episcopus n.* 32. Fagnan. *in cap. pervenit n.* 11. *de senteat. excom.*

29 Absolutio à quibuscunque censuris, & casibus reservatis potest in articulo, vel periculo mortis necessariò adeundo concedi à quolibet Sacerdote; licèt ubi commodè, & sine periculo fieri potest sit consulendus superior, vide Concil. Trid. *sess.* 14. *c.* 7. Ricc. *in Prax. var. resolut. cap.* 229. *per tot.* Dian. *par.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 57. 71. *&* 72. *& p.* 9. *tract.* 7. *resol.* 12. ubi de tempore pestis. Barbos. *in S. C. Trident. sess.* 14. *cap.* 7. *n.* 20. *& seqq.*

An verò ut supra absolutus si mortem evadat, teneatur posteà se personaliter superiori præsentare, idem Diana *par.* 8. *tract.* 7. *resol.* 66. *& par.* 9. *tract.* 6. *resol.* 36. *& facit p.* 9. *tract.* 7. *resol.* 9. *& seqq.* Barbos. *in S. C. Trident. sess.* 14. *cap.* 7. *n.* 16.

Plura de absolutione Sacramentali largienda moribundo sensibus destituto, Diana *par.* 3. *tract.* 3. *per tot. & p.* 7. *tract.* 10. *resol.* 10. *&* 11. *& p.* 11. *tract.* 3. *resol.* 2. ubi an remigantes, & obsessi tanquam in periculo mortis constituti possint, ut supra absolvi, vide *in §. Banniti n.* 2. Diana *par.* 11. *tract.* 5. *resol.* 29. ubi de voluntariè prælium, vel navigationem aggredientibus, an possint ut supra absolvi tanquam in periculo mortis constituti. Latè Barbos. *in S. C Trid. sess.* 14. *cap.* 7. *n.* 10. Lezan. *in quæst. regular. in Verb. absolutio.*

30 Absolutus semel definitivè de aliquo crimine, non potest ampliùs de eo inquiri, & puniri, secus autem si fuerit tantùm absolutus ab observatione judicii, vel ex defectu probationum, vel cum clausula rebus sic stantibus, sive ex hactenus deductis, vel alio non dicto, prout fieri solet ubi non liquet de innocentia inquisiti, Guaz. *ad deff. deff.* 2. *cap.* 7. Petr. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 93. *per tot. & cas.* 162. *n.* 26. Clar §. *fin. quæst.* 57. Tusch. *litt. A, conclus.* 13. *per tot.* Ricc. *collect.* 3459. *&* 3522. Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 30. Farinac. *quæst.* 4. Sanfelic. *decis.* 377. *cum addit.* ubi idem tenet in absoluto simpliciter, & limitat stante ignorantia, collusione, & aliis modis, ut supra Sperel. *decis.* 134. *n.* 65. ubi loquitur de absoluto in uno Tribunali ex defectu probationum, prout præsumitur, qui potest in alio ubi adsint probationes, pro eodem delicto puniri, cùm non debeant esse ligatæ manus Judicis meliores probationes habentis, & sic memini aliàs ex tempore respondisse cuidam Equiti similia perquirenti, & acquievisse ex necessitate, & facit quod dixi *in §. Condemnatio nu.* 2. Altimar. *de Nullit. rubr.* 8. *quæst.* 14. *nu.* 50. *tom.* 1., ubi *n.* 52. dicit hoc esse verum tam de Jure civili, quàm canonico, *& ibidem n. n. seqq.* dat limitationes regulæ antedictæ Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 27. *per tot.* Dyn. *decis. crim.* 18. *à n.* 18. *& ferè per tot.*

An absolutus semel de crimine possit amplius molestari, Conciol. *resol. crimin. verb. Absolutio resol.* 1. *per tot. & resol.* 4. *n.* 5. Altimar. *de Nullit. loc. cit. & alibi* Pellegrin. & Dyn. *ubi supra* Spad. *cons.* 119. *per tot. tom.* 1.

An autem valeat absolutio conditionata, vel sub pœna reincidentiæ, vide Gizzarel. & Addent. *decis.* 11. *per tot.* ubi videtur distinguere inter Judicem, & Principem. An dimissus sub fidejussione possit molestari, & ad carceres reduci novis non supervenientibus indiciis, Crispol. *cas. milit.* 39. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 377. ubi quod non quando fuerunt discussa inditia, aliàs autem sic. Vide Melle ad Gizzarel. *cit. dec.* 11. *n.* 1., ubi refert Mastril. *decis.* 38. *& in tract. de Indult. quæst.* 24. *n.* 34. *fol.* 216. Gam. *decis. Lusit.* 63. *& decis.* 368., aliosque idem tenentes.

31 Absolutus à Judice Ecclesiastico de crimine communis fori, potest puniri à Judice laico pro eodem delicto, cum ex eo dicatur læsa utraque Jurisdictio, & uterque vindicet injuriam propriæ Jurisdictioni illatam, Clar. §. *fin. quæst.* 57. *vers. sed hic occurrit*, Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 81. Guazz. *ad deff.* 2. *cap.* 7. *n.* 55. *& deff.* 35. *cap.* 12. *per tot.* ubi benè declarat dixi in meis *resolut. cap.* 9. *n.* 7. *& per tot.* Tusch. *litt. A, concl.* 53. *per tot.* Mastrill. *decis.* 68. *n.* 8. *per tot.* Farin. *quæst.* 4. *n.* 7. *& seqq. ad.* 13. ubi quinque casus distinguit, & declarat. Danz. *pugn. Doctor. tit. de Concubin. cap.* 1. *n.* 24.

Hanc materiam absoluti, vel condemnati pro crimine mixti fori ab uno Judice, an, & quando possit, vel non ab alio molestari tractat novissimè plures casus in utroque capite distinguens, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. *§.* 10. *n.* 42. *& seqq.* ubi etiam, quod omni casu non potest nova pœna ex integro imponi, sed tantum prima suppleri. De delictis mixti fori non rectè punitis à Judice ordinario Ecclesiastico, an iterùm à sæculari puniri possint, latè multis citatis Vela *in Prælect. ad cap.* 1. *de offic. judic. ordin. sive tract. de Episcop. par.* 1. *num.* 130. *& seqq. post dissert. fol. mihi* 346. Pacis Jordan. *libr.* 7. *tit.* 15. *n.* 66. *vol.* 2., Ubi quod delicta mixti fori punita à Judice Sæculari non debent iterùm puniri à Judice Ecclesiastico, quia præsumuntur congruè punita propter Jurisdictionem, quæ plenius castigare valet delicta quantumcunque atrocia, quod facere nequit ecclesiastica potestas tùm ob irregularitatis metum, tùm ob canonicam æquitatem.

Et quando absolutus, vel condemnatus à Judice Ecclesiastico in delictis mixti fori possit iterùm à Judice laico pro eodem delicto molestari, vel non, & è contra quando absolutus, vel condemnatus à Judice laico possit inquietari ab Ecclesiastico, vide latè Sperel. *dec.* 92. *per tot.* & latiùs *decis.* 134. *per tot.* ubi firmat regulam, quod pro eodem delicto mixti fori, stante unius Judicis præventione, non possit per alterum procedi, quàm multis modis ampliat, limitat, & declarat, & vide Farinac. *de inquisit. q.* 4. *n.* 7. *&c.* Card. Tusch. *litt. A, concl.* 53. *n.* 63. *& litt. M. concl.* 293. *num.* 46. *& seqq.* ubi reprobat Clarum, adde Sanfelic. *decis.* 377. *in Addit.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 15. *n.* 63. *& seqq. fol.* 100. Dian. *par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 107. *& par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 61. Paul. Christin *dec. Belgic.* 34. *n.* 10 *vol.* 2. *& decis.* 176. *nu.* 15. *& seqq. vol.* 5. Caball. *resol. crim. cas.* 162. Sanfelic. *decis.* 138. ubi etiam an absolutus à delicto simpliciter deducto possit molestari, ob qualitatem aggravantem posteà deductam. Menoch. *de jurisdict. eccl. libr.* 3. *cap.* 10. *per tot.*, ubi utramque quæstionem diligenter pertractat.

An autem absolutus in loco delicti possit molestari in loco originis, vel domicilii, & è contra, vide Clar. & Bajard. §. *fin. quæst.* 38. *&* 39. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 26. *num.* 135. *tom.* 1. *Et in observat. ad cons.* Rovit. 37. *n.* 7. *& seqq. libr.* 3.

An absolutus in loco delicti, possit molestari in loco originis, vel domicilii, & è contra, Conciol. *d. resol.* 4. ubi quod non, quando non fuit definitivè absolutus tanquam innocens, fecùs si ex defectu probationum, vel per collusionem, & fraudem Farinac. *de inquisit. quæst.* 7. *n.* 26. *vers. & quod.*

Quid verò dicendum si fuerit punitus, Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 226. & vide *in §. Judex n.* 45. Altimar. *de nullit. rub.* 9. *quæst.* 26. *n.* 135. *tom.* 1.

Absolutus à peccato blasphemiæ, hæresis, vel simili
in foro pœnitentiali à sacerdote confessario, non cen- 32
fetur absolutus in foro temporali, Jo: Dominic Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *nu.* 140. *& seqq. fol.* 91. ubi plures casus distinguit, & declarat, & plenè hanc conclusionem tractat Valer. *de differentiis utriusque fori, verb. Absolutio per tot.* quo ad pœnam temporalem, sed adhuc potest in eo puniri, cùm duplex sit pœna, una spiritualis ratione animæ, & altera temporalis ratione corporis, quarum una alteram non tollit, Thom. Trivis. *decis.* 36. *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 539. *num.* 31. *& seqq. per tot.* ubi refert, quid in aliquibus Conciliis de hoc fuerit statutum, & an credatur ipsi Sacerdoti attestanti de hujusmodi confessi pœnitentia peracta, Merlin. *decis.* 15. *num.* 8. *& seqq.* ubi etiam, quod absolutio à censuris non potest concedi, nisi prius satisfacta parte Franc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 69. ubi quod absolutus à blasphemia in foro pœnitentiali vigore etiã cu-

cujuscumq; plenarii Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ, nō cēsetur absolutus, nec liberari debet à pœna in foro temporali, quicquid tenuerit Bart. *cons.* 167. de qua materia plenè etiam Francis. *var. resol. cap.* 20. *per tot.* latè Lezan. *consult.* 38. *n.* 2. *& seqq.* Passerin. *de Elect. cap.* 26. *a n.* 92. *usque ad* 102. ubi etiam *n.* 91. de differentia inter absolutionem in foro fori, & absolutionem in foro conscientiæ.

Quis autem possit absolvere ab hæresi, vel aliis delictis spectantibus ad Tribunal Sancti Officii, Diana, *resol. moral. par.* 1. *tract.* 5. *per tot.* vide Caren. *de S. offic. præsertim part.* 2. *tit.* 1. §. 26.

Quod absolutus virtute Jubilæi, Cruciatæ, sive alterius privilegii intelligatur tantum absolutus in foro conscientiæ, & non in foro exteriori, licèt aliqui contrarium sentiant Diana *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 25. *&* 26. *par.* 5. *tract.* 9. *resolut.* 13. Merlin. *decis.* 15. *n.* 8. *&c. decis.* 136. *per tot.* ubi latè Vide Raynald. *cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *n.* 148. *tom.* 1. *pag.* 59. *& seq.* Fagnan. *in cap. postulastis n.* 14. *de Cler. excom.*

An, & quando absolutio censeatur concessa in utroque foro De Angel. *de Confess. lib.* 2. *quæst.* 69. *vol.* 1.

33 Absolutus in judicio criminali, non potest condemnari ad restitutionem eorum, quæ veniunt accessoriè, nam sublato principali tollitur interesse partis, ad quod etiam non potest quis condemnari, nisi sit legitimè confessus, vel convictus de delicto, Gratian. *discept. forens. c.* 144. *n.* 63. *& cap.* 525. *nu.* 16. *& seqq.* ubi etiam quod nec in absolutione criminali, potest reservari jus civiliter agendi per jam dictam rationem, & vide Sanfelic. *decis.* 226. *per tot.* Bonifac. *de furt.* §. 3. *num.* 93. *&c.* Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 2. §. 2. *cap.* 14. *n.* 28. *& seqq.* Ricc. *collect.* 2108. dixi *in §. Judex n.* 12. ubi contra Conciol. *resolut. crimin. verb. Judex resol.* 6. *num.* 10. *& seqq.* ubi refert plures pro utraque opinione, *& verb. Occisio resolut.* 2. *n.* 7. Cabal. *resol. crimin cas.* 248. *num.* 29. *&* 35. Farinac. *de inquisit. quæst.* 1. *n.* 65.

De articulo non absoluti judicio criminali possint condemnari ad restitutionem, Rovit. *decis.* 67. *per tot.* ubi adducit alias declarationes, nempè ut possit reus conveniri in alio judicio civili, & quando à lege, vel statuto simul, & semel obligaretur inquisitus principaliter tam ad pœnam delicti, quàm ad interesse damnum passi, vel offensi, ut possit condemnari unico contextu ad interesse, licèt imponatur pœna extraordinaria mitior, adde Cortiad. *decis.* 35. *n.* 7. *& seqq.* ubi plura, & plures allegat Andreol. *controv.* 24. ubi de absoluto à criminalitate, ut non possit eodem tempore, & ab eodem judice condemnari ad interesse civile. Sed quòd imò Officiales criminales possint procedere etiam super solo interesse partis ex delicto proveniente, si de eo ab initio fuit facta protestatio, omisso, vel dilato judicio, & condemnatione criminis, quando pars noluit agere ad pœnam, sed solùm ad consecutionem damni, & interesse, Farinac. *cons.* 69. *n.* 4. quem sequitur Tondut. *de prævent. par.* 1 *cap.* 23. *n.* 15. *&* 16. ubi plures allegat idem tenentes, & ego dixi *in §. Judex n.* 12. *cum Addit. & in praxi §. Judici num.* 73. secundæ impressionis, & ita servatum Florentiæ in multis causis pectoraliter agitatis in Magistratu DD. Octo Balliæ Virorum Vide Cartar. *dec.* 38. *n.* 14. Altimar. ad Rovit. *decis.* 67.

Intelligendo sive sit absolutus in totum, sive tantùm à pœna ordinaria, & ex indiciis condemnatus in aliquam pœnam extraordinariam mitiorem, nam adhuc non potest condemnari ad restitutionem, & interesse partis ex hujusmodi indiciis juxta opinionem, quam sustinet Cabal. *resol. crim. cas.* 82. *nu.* 14. *per tot.* ubi testatur ita vidisse millies servari, & illum sequitur aliis etiam citatis, Ricc. *collect.* 4220. De Franch. *& Add. dec.* 460. Merlin. Pignatell. *controv. for. c.* 19. *cent.* 1.

Contra Caball. tamen validè insurgit, & condemnatum ex indiciis pœna extraordinaria mitiori, licèt non confessum, neque convictum posse, ac debere condemnari etiam ad restitutionem, & interesse partis, Port. Mediolan. *in fasciculo rer. crim.* §. *de pœn. divers. crim. fol.* 407. Andreol. *controv.* 269. *per tot.* Guazzin. *de pace, &c. par.* 1. *quæst.* 42. *n.* 21. ubi testatur plures contra Caballium judicasse per text. *in cap. afferte nobis de probat.* vide alios *in §. Contumacia n.* 18. Farinac. *de Inquisit. quæst.* 1. De Franch. *decis.* 460. Pascal. *de Patr. potest. part.* 4. *cap.* 3. *n.* 38. Vermigl. *cons.* 274. *per tot.*

Circa quem articulum ego crederem, multum posse Judicis arbitrium, & sic diversimodè servatum vidi per Magistratum Dominorum Octo Virorum Balliæ Civitatis Florentiæ in pluribus causis similibus, quæ quotidie in eo Tribunali insigni ob multitudinem causarum criminalium undique à toto Serenissimo Dominio confluentium, cum voto peritissimorum Assessorum, & Judicum, ac approbatione suæ Celsitudinis Serenissimæ deciduntur; hac regula tamen, ut plurimum servata, nempè quod aut extant probationes, quæ possent sufficere ad obtinendum in causa civili arbitrio judicis, vel receditur à pœna ordinaria ob ætatem, sexum, vel similem casum, & his casibus potest fieri condemnatio ad restitutionem, & interesse partis, aut non reputantur sufficientes in causa civili, & omittitur hujusmodi condemnatio, juxta opinionem quam benè comprobat Sanfelic. *decis.* 226. *per tot.* & dixi *in mea pract. criminal.* §. *Delinquenti nu.* 28. §. *Contumacia n.* 24. *&* §. *Ladri n.* 23. vide in hoc opere §. *Furtum n.* 4. Ricc. *collect.* 4220.

Quandoque etiam fuit servatum condemnare ad interesse, & damna partis offensæ, non in totum, sed pro rata, & ad mensuram pœnæ arbitrariæ pro excessu in feriendo commisso, ut videri potest sub die 6. Septembris 1637. in causa, contra Doctorem Franciscum de Follis, & dixi *in* §. *Homicidium nu.* 10. *in fine*, Dian. *par.* 5. *tract.* 4. *resol.* 44.

Absolutus ab expensis litis, non censetur absolutus à damnis, & interesse partis, Gratian. *discept. forens. cap.* 833. *num.* 25. Ricc. *collect.* 3769. Magna enim est differentia inter remissionem expensarum, & damnorum, ad quæ probanda sufficiunt leviores probationes per conjecturas, per testes de credulitate, ita ut nec singularitas obstet, & sic locus juramento suppletorio, idem Gratian. *cap.* 33. *n.* 54. Surd. *decis.* 261. vide *in* §. *Damna*, *& in mea pract.* §. *Pace n.* 20. ubi quod remissa injuria non censentur remissa damna, non è contra, *& in* §. *Danni n.* 27. Cyriac. *controvers.* 517. *n.* 1. *vol.* 3. 34

Absolutus ab expensis quatenus sententiæ acquiescat censetur in illis condemnatus si appellet per argumentum à contrario sensu, ut latè probat. Gratian. *discep. forens. cap.* 572. *n.* 1. *& seqq.* 35

Intellige si appellationem prosequatur, secus si voluntariè illam deserat, Mastrill. *decis.* 166. *n.* 11. Mangil. *de evict. quæst.* 26. *n.* 9. *&* 10.

Absolutus præsumitur victus ab expensis, quando in illis non fuit expressè condemnatus, *leg. terminato, C. de fruct. & lit. expens.* Alin. *in prax.* §. 32. *limit.* 22. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 89. Borgn. *decis.* 1. *n.* 16. *&c.* ubi an, & quando præsumatur absolutus etiam ab expensis primæ instantiæ. Bald. Lanfranch. *in tract. de expens. n.* 12. 36

Et quod absolutus expressè dicatur qui non est condemnatus, Scacc. *de appellat. qu.* 17. *limit.* 6. *membr. num.* 70. *& limit.* 22. *n.* 37. *in fine*, Barbos. *de axiomat. jur. axiomat.* 1. *in fine*, Gratian. *decis.* 50. *per tot.* ubi etiam quando quis intelligatur condemnatus tam in expensis primæ quam secundæ instantiæ, vide *in* §. *Expensæ*, *&* §. *Judex num.* 43. *&* 49. *in fine*. vide Bich. *dec.* 334. *per tot.* Scopp. & Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *decis.* 50, ubi idem De Luc. movet quæstionem, an condemnatus in expensis in secunda instantia, censeatur condemnatus etiam in prima.

Qualiter tamen expensæ, quæ jure actionis debentur, quando peti possint, nec victus intelligatur absolutus licèt non fuerit condemnatus, vide Mysing. *cent.* 4. *observ.* 48. Paul. Christin. *decis.* 79. *num.* 4. *volum.* 4. *& decis.* 91. *n.* 13. *vol.* 6. Et idem esse quoad fructus, ut absolutus non intelligatur ab illis, qui jure actionis debentur, Giurb. *decis.* 89. *n.* 9.

Prædicta conclusio, quòd absolutus dicatur ab expēsis, qui non est ad illas condemnatus, videtur etiā intelligēda quando victus ostendit habuisse justam causam litigandi, ob quam possit, & debeat excusari ab expensis, aliàs condemnatio expensarum videtur per errorem omissa in sententia, vel quia non fuerit petita, & potest suppleri à judice appellationis, ac erunt simul taxan-

xandæ expenſæ primæ, & ſecundæ inſtantiæ, ad tradita per Seraph. deciſ. 38. per tot. Bich. deciſ. 534. vide addit. ad Rot. dec. 1. num. 4. ut lite pendent. in novis. Et Rot. coram Manaaned. deciſ. 371. per tot., ubi contrarium firmari videtur; ſed prædicta deciſ. declaratur a Bich. alleg. deciſ. 534. n. 11.

37 Abſolutus injuſtè tenetur in conſcientia ſolvere quod debet vero creditori, ſicut è contra injuſtè condemnatus non tenetur, imò nec debet in conſcientia ſolvere etiam ſi non appellaverit, quia Deus judicat ſecundum veritatem, & non ſecundùm præſumptionem, Sperel. deciſ. 163. num. 36. et 37. Scacc. de camb. §. 1. quæſt. 1. num. 530., ubi idem firmat ex ſententia Angelici Præceptoris Divi Thomæ de Aquino.

38 Abſolvere is poteſt, qui condemnare poteſt, cùm abſolvere, & condemnare convertibilia ſint, & qui unum poteſt, poteſt & aliud, & è contra, quia eadem eſt poteſtas ligandi, atque ſolvendi; in dubio autem abſolvere potius debet Judex, quàm condemnare, quia melius eſt abſolvere nocentem, & culpabilem, quàm innocentem condemnare; niſi agatur de periculo animæ, ut in materia reſtitutionis, vel ſimili, quia tunc in dubio melius eſt condemnare, vide Card. Tuſch. lit. A. concluſ. 40. 41. et 42. cum aliis per Barboſ. de Axiom. leg. jur. axiom. 1. per tot. Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæſt. 43. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. ſect. 57. n. 28. Farinel. reſp. 8. n. 11. vol. 2. Dyn. deciſ. criminal. 18. n. 55. Altimar. de Nullit. rubr. 10. quæſt. 17. n. 12. tom. 2., ubi an delegatus habens facultatem condemnandi poſſit abſolvere.

39 Abſolutio ab obſervatione judicii multis placet in quibuſdam caſibus, verum etiam non ſine ratione ab aliis damnatur tanquam nutritiva litium, & ideò quando ſuper meritis cognoſci poteſt, non ita de facili eſt uſurpanda, regulariter autem fert ſecum condemnationem expenſarum contra actorem, quamvis etiam interdum poſſit ab illis abſolvi arbitrio judicis, juxta qualitatem facti, & perſonarum, Gratian. deciſ. 137. num. 20. et 21. in addit. num. 7. Borgn. Cavalcan. deciſ. 7. per tot. ubi plura qualiter ſit licita appellatio ab hujuſmodi abſolutoriis, vel poſſit de novo inchoari judicium refectis expenſis, & alia, vide in §. Sententiæ num. 35. Clar. §. fin. quæſt. 62. Dyn. dict. deciſ. criminal. 18. fere per tot. Creſcin. in addit. ad obſerv. forenſ. Abeccleſ. 44. part. p.

An poſſit alteri per alterum acquiri, & quomodo, Cevallos *comm. quæſt. 526.* Vela *differt. 27. num. 2. & ſeqq. & differt. 38. n. 86. & ſeqq.* aliique relati ab Ægid. de Caſtejon. *in ſuo Alphabet. jurid. verb. Acquiſitio*, ubi etiam an acquirens ex re aliena, ſed induſtria ſua ſibi acquirat ſine obligatione reſtituendi, ad Cyriac. *controv. 169. n. 23. & ſeqq.* Salgad. *Labyrint. creditor. par. 2. cap. 20. n. 9.* quibus adde Laurent. Urſel. *concluſ. 28.* De Luc. *de feud. diſc. 106. nu. 9. & 11.*, ubi quod acquirens aliena pecunia non ſibi, ſed alteri acquirit Torr. *var. reſol. libr. 1. tit. 1. deciſ. 9. n. 10. fol. 231.* ubi quod acquirens proprio nomine, ſed ex pecunia aliena, remànet debitor ſolius pretii.

16 Quando quæſita per unum ex fratribus præſumantur quæſita de bonis communibus, ſive aliundè, idem Urſel. *concluſ. 29.* Dec. *conſ. 21. in princ.* Scopp. *ad deciſ.* Gratian. *obſerv. 190. n. 1. & ſeqq.*

17 De modis acquirendi, & conſervandi arte patrimonia, Jo. Ant. Guntherus *ſua Oeconomia legal. relatus in Bibliothec. legal.* Com. Auguſt. Fontana *part. 4. fol. 21.* ubi alia plura remiſſivè de diverſis acquiſitionibus, de quibus & ego in locis opportunis.

18 Acquirens primus qualiter poſſit mutare naturam feudi, & formam conceſſionis, ac liberè diſponere, maximè ſi acquiſiverit titulo oneroſo, & alia ad rem, Jo. Torre *tract. ſucceſſ. in Majorat. & Primog. Ital. par. 1. cap. 32. n. 152. par. 2. reſponſ. Boſcol. 4. n. 4. & ſeqq.* & dixi ego *in §. Feudum n. 7. &c.* De Luc. *de feud. diſc. 12. 45. 46. & 48.*

19 Acquirens bona in Statibus diverſorum Principum, qualiter poſſit habere plures hæreditates, & quot ſunt dominia diverſa, in quibus bona poſſidet, Rot. *par. 8. recent. deciſ. 228. n. 22. & 29.* & in Romana, ſeu Januen. ſucceſſionis Lunæ 11. Januarii 1683. *num. 19.* coram Matthæio, apud Torre *d. tract. par. 3. deciſ. 46.* *Vide* Vaſq. *de ſucceſ. creat. lib. 1. §. 1. n. 9.* Mart. *de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 13. art. 12. à n. 19.*

20 Acquirere nemo tenetur invitus Jovi. *de ſolemnit. in contract. Minor. gloſ. 25. §. 10. n. 176.* Epiſc. Rocc. *ſcelect. diſput. cap. 49. n. 26. tom. 1.* Acquirere enim dicitur eſſe liberum, Jovi. *loc. cit. n. 177.* Et acquirere nolens non dicitur alienare Jovi *d. n. 177.* Infert tamen præjudicium Creditoribus Rocc. *loc. cit. n. 26.*

21 Acquiſitiones momentaneæ ſtatim ceſſaturæ, à lege non habentur in conſideratione *l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad Trebell.* Surd. *conſ. 116. num. 63.* Boſſ. *de patr. poteſt. cap. 5. caſ. 9. n. 103. verſ. ad tertium.*

22 Acquiſitiones ab animo acquirentis robur accipiunt *l. 1. & ſeqq. ff. pro derelict. l. hoc jure §. non poteſt. ff. de donat.* Epiſc. Rocc. *ſcelect. diſput. cap. 49. n. 11. tom. 1.*

23 Acquiſita brevi tempore præſumuntur acquiſita ex bonis anteà poſſeſſis. Peregrin. *de Fideicommiſſ. art. 44. n. 21. in princ.* Menoch. *conſ. 207. nu. 14. & 15.* Spad. *conſ. 159. n. 27. tom. 1.*

§. ACTA IX.

1 ACta judicii dicuntur illæ ſcripturæ, quæ fiunt in judicio de mandato judicis, vel coram illo manu notarii, & ut ſint legitima, & valida ultra prædicta plura requiruntur, nempè quod fiant parte præſente, vel contumace, parte inſtante, redigantur in ſcriptis, fiant de die, & die juridica, cum loco tempore, die, menſe, & anno, ac in loco deſtinato, de quibus vide Marant. *in prax. verſ. Actorum. editio*, Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 27. nu. 2. & ſeqq. fol. 599.* ubi etiam qualiter inter ſe differant acta judicii, & acta litis, ſive cauſæ, & quod alia dicuntur ordinatoria, alia probatoria, & alia deciſoria, adde Card. Tuſch. *litt. A, concluſ. 86. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 254. vol. 1.* ubi an amiſſa poſſint probari per teſtes. Si tamen amiſſa reperiantur, illa ſunt attendenda, & non nova, Ricc. *collect. 3387.* Altimar. *de nullit. rubr. 9. quæſt. 36. n. 9. tom. 1.* ubi quæ ſint acta judicii, & quæ acta cauſæ. Rub. *de confuſ. jur. cap. 3. n. 248;* ubi quæ ſint acta præparatoria judicii.

Quod acta ſint per notarium ſcribenda, Zuff. *de legit. proceſſ. crim. lib. 3. q. 176.* Matthæus Sanz. *de re crim. controver. 64. n. 55.* ubi quod in cauſa gravi non poteſt judex aſſumere officium Actuarii, etiam de conſenſu partium, vide *§. Judex n. 50. & §. Notarius n. 31. verſ. Qualiter autem Romæ*, ubi pro validitate actorum, & inſtrumentorum receptorum à ſubſtitutis, & juvenibus notariorum, etiam non notariis Nicoli. *in Elucubr. Utriuſque jur. inſtit. canonic. de probat. n. 10. lib. 2.* Abeccleſ. *obſerv. 32. per tot. part. 1.*, ubi latè Creſcin. *in Addition.*

Quod acta ſint per notarium conſcribenda, aliàs ſint nulla, etiam ſi judex eſſet notarius, vel fierent de conſenſu partium tam in cauſis ordinariis, quàm delegatis, & tam in cognoſcendo, quàm in exequendo, præterquam in cauſis levibus, ſive voluntariæ juriſdictionis, Ricc. *coll. 1017.* Altimar. *de null. rubr. 13. quæſt. 8. n. 10. tom. 2.* faciunt tradita per Abeccleſ. & Creſcin. *ubi ſup.*

Quod Judex unius cauſæ poſſit eſſe in eadem cauſa actuarius DD. citati per Carleval. *de judic. tit. 1. diſp. 21. fol. 308.* Sed contrariam ſententiam amplectuntur plures Doctores relati per Altimar. *de nullit. rubr. 13. quæſt. 8. n. 12. & 13. tom. 2.*

Quod quis poſſit eſſe Judex, & Notarius ſimul, & acta ſcribere, ſtante Principis juſſu, & conceſſione, quicquid aliud ſit de jure Grivel. *deciſ. 60.* Et ita hodie ſervatur in pluribus Tribunalibus Status Florentini, ac alibi. Altimar. *de nullit. rubr. 13. quæſt. 8. n. 17. tom. 2.*, ubi quod hoc procedit in parvis Terris, in cauſis brevibus, in his, quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis, & in his, quæ fiunt à Judice non in forma judicii. Creſcin. *ubi ſup.*

Et cum contigiſſet de hoc acerrimè diſputari Florentiæ de anno 1689. in cauſa capitali Paſquini, & Sancti de Finis de territorio Puppii, patrocinante Excellentiſſimo D. Bernardino Renzolio Magnæ Eruditionis Viro, allegabatur pro nullitate actorum manu Judicis conſcriptorum, text. *in c. quoniam contra 11. de probat.* cum ibi notatis per Canoniſtas, Guaz. *defenſ. 20. cap. 14. n. 3.* Mell. ad Gizzarel. *deciſ. 24. n. 89.* Giurb. *conſ. 89. nu. 7.* Vivian. *deciſ. 48. per tot.* Guid. Pap. *deciſ. 561. per tot.* Altimar. *de nullit. Rub. 13. quæſt. 8. n. 10. & ſeqq.* ubi ampliat etiam ſi Judex eſſet Notarius, quia non poteſt duplici officio fungi, ſed opus eſt Notario, qui proceſſum, & acta conſcribat, aliàs judici non creditur, Cartar. *Prax. interrog. reor. lib. 4. cap. 1. n. 149. fol. 222.* Berlich. *tom. 1. concl. 8.*, ubi de judiciorum Secretariis, Pronotariis Actuariis, & eorum Adjunctis.

Quòd fortiùs procedere dicebatur, eò quia neceſſitas Notarii, qui acta conſcribat ſit etiam impoſita per Statutum Communis Florentiæ *lib. 2. Rub. 95. & lib. 3. Rub. 2.* & Collegii Judicum, & Notariorum *lib. 3. Rub. 2.* ac per Reformationem anni 1473. cum clauſulis irritantibus, & in terminis ſtatuti Aſin. *in Prax. §. 14. cap. 8. & cap. 9. per tot.* Vide Altimar. *de Nullit. rub. 13. quæſt. 8. n. 11. tom. 2.*, ubi teſtatur de ſimili conſuetudine in Regno.

Et quia agebatur de cauſa delegata cum facultate eligendi unum, vel plures Actuarios, ex quo elici dicebatur voluntas Sereniſſimi delegantis, ut cauſa haberet Actuarium, ne verba Reſcripti eſſent ſuperflua, & nihil operarentur, quod non erat admittendum, *l. ſi quando 109. ff. de legat. 1 cap. ſi Papa in fine de privileg. in 6.* Roland. *conſ. 61. nu. 17. lib. 3.* Tuſch. *litt. S. concl. 895. n. 15. & litt. V. concl. 85. n. 18.*

Addebatur etiam conſuetudo notoria eligendi Actuarios in cauſis delegatis, quæ vim legis habet, ad Barboſ. *de Axiom. jur. Axiom. 56. n. 5.*

Atque per hæc, & hujuſmodi fundamenta latiùs à Pa-

Patrocinatore exornata, Illustriss. DD. mei Collegæ Julius Caballus, & Annibal Michelius stabant pro nullitate, sicut & ego inclinabam.

Verùm communicatis prædictis Excellentiss. D. Jo: Baptistæ Sansoni, Judici delegato, qui processum fabricaverat, multa pro validitate pari eruditione in facto, & in jure deduxit.

Præmisit enim antiquitus permissum fuisse Judicibus per se scribere acta, illique plenam præstitam fidem absque testium subscriptione, inferendo quòd si dabatur, & hodie datur fides Notariis, tantò magis sit danda Judicibus dignioribus, & honorabilioribus, Innoc. *in cap. cum à nobis de test.* relatus à Zuff. *de legit. processu quæst.* 176. *nu.* 1. *&c. facit in quæst.* 61. *n.* 13. Ac ideò facilior fuerit redditus ad jus antiquum, Mascard. *de general. stat. interpret. conclus.* 4. *nu.* 66. Surd. *decis.* 272. *n.* 34. Conciol. *allegat. civil.* 45. *n.* 42. mediante non solùm notoria consuetudine, plurium Tribunalium Sereniss. Status Etruriæ, & in specie Terræ Pupii, verùm etiam particulari jussu, & ordinatione provisionali anni 1677. quæ posteà licèt non expressè renovata fuerit; sed sciente Principe, ac ejus principalioribus Ministris semper duravit, & adhuc durat, ex quibus permissum fuit, & permittitur Judicibus ex se testes examinare, aliaque acta conscribere, & sublatæ remanent dispositiones juris communis, & allegatorum Statutorum, cùm usus quotidianus, & consuetudo, sciente superiore, facit jus, tribuat jurisdictionem, atque validitatem actorum operetur, *l.* 1. *C. de emancip. libe. cap. contingit de offic. deleg.* Sanfelic. *decis.* 362. *n.* 5. *lib.* 3. Gratian. *discept.* 154. *n.* 18. *& seqq.* Joseph. Ludovic. *de consuet. concl. unic. vers. infertur* 20. *in Syntag. com. opin. tom.* 3. *fol.* 523.

Non obstare dicebat verba rescripti delegatorii cum facultate eligendi unum, vel plures Actuarios, quia tanquam dupliciter facultativa, ibi, *con facoltà di poter fare &c.* non arctabant, sed reservabant arbitrio Judicis deputare Actuarium, vel sequi usum aliarum causarum, cùm non starent limitativè, sed per modum ampliationis potestatis, & enixè inferrent facultatem independentem à qualiber necessitate, *gloss. in l. sæpè audivi, ff. de offic. Præsid.* Gratian. *discept.* 665. *n.* 75. *& discept.* 938. *nu.* 14. Vincent. Carroc. *decis.* 36. *nu.* 3. Surd. *con.* 81. *nu.* 2. *lib.* 1. *&* 179. *nu.* 50. *lib.* 1.

Et cùm ageretur de delegatione Principis admittendam fuisse benignam, & latam interpretationem, Menoch. *de arbitr. quæst.* 37. *n.* 38. & tanquam factam sub nomine dignitatis, & officii inclusisse omnes facultates, usus, & stylos Tribunalis delegati, Andreol. *controvers.* 243. *n.* 7. Gratian. *decis.* 157. *n.* 14. maximè in ordinatoriis, quibus de jure servandus erat Tribunalis delegati stylus in fabricatione processus, Gratian. *discept.* 738. *n.* 16. Sperel. *decis.* 85. *n.* 5.

Nec pariter obstare superfluitatem animadversam verborum Rescripti, quia nunquam superflua dicitur expressio eorum, quæ tacitè insunt, *l. Cornelius, ff. de hæred. instit.* Gratian. *decis.* 44. *cum Addit. & decis.* 257. *n.* 2. Cabal. *conf. decis.* 524. *n.* 8. *lib.* 1. ubi quòd rescriptum quamvis recitatorium juris communis non dicitur frustratorium, imò rescriptum propriè dicitur quando rescribitur ad observationem juris communis, veluti quod fiat jus, &c. Ac satis in casu suo operari, dum remisit ad arbitrium electionem actuarii, subtrahendo à necessitate imposita per allegatum *c. quoniam contra de probat.* quibus addi possunt, quæ ego notavi in §. *Argumentum n.* 6. *& in §. Interpretatio nu.* 1. ibi vel per quam actus sustinetur, &c. quamvis verba facultativa interdum possint necessitatem importare, hoc non verificari in rescriptis ex allegatis in *§. Verba n.* 30. *cum Add.*

Ad ea, quæ dicebantur de consuetudine Civitatis Florentiæ, saltem quoad causas delegatas, replicabatur, prævalere eam loci particularis, *l. de quibus ff. de leg.* Rot. *par.* 13. *rec. decis.* 169. *num.* 8. *& seqq.* Conciol. *allegat. civil.* 81. *n.* 20. Burat. *decis.* 129. *n.* 6. Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 205. *n.* 14. Aliaque plura hincindè adducebantur super hac, & aliis prætensis nullitatibus, quæ longum, & tædiosum esset hic recensere.

Non omittendo tamen, quòd idem D. Sansoni Judex addebat, data etiam nullitate processus ab eo scripti, & compilati, fuisse convalidatum per legitimationem illius propria manu subscriptam ab uno ex inquisitis, ad tradita per Zuff. *de legit. process. quæst.* 176. *n.* 11. *& seqq. per tot.* & ab altero in contumaciam condemnato per fictam confessionem, idem Zuff. *d. tract. quæst.* 200. *n.* 6. *per tot.*

Contra quam Zuffi resolutionem quòd processus informativus à Judice scriptus possit legitimari per declarationem, multa deducebat etiam idem D. Renzolius, quæ illam ancipitem, & dubiam reddebant, cùm nec verè sit clara, & præcipuè quòd declaratio à reo facta de habendo testes pro ritè, & rectè examinatis, nil aliud operetur quam sanationem defectus citationis, Guaz. *defens.* 24. *c.* 6. *n.* 4. Zuff. *q.* 164. & alibi passim; Nec verum sit Judicem in assumendo informationes non exercere contentiosam jurisdictionem, maximè si processerit ad confrontationes, & non esse tantùm acta fori, sed judicii, cum in causis criminalibus per solam præsentationem querelæ dicatur cœptum judicium, Buccaron. *tract. de different. inter jud. civil. & crimin. different.* 21. *n.* 2. & quando Judex reum examinat, est forma judicii, quod in criminalibus constituitur ex personis judicis, & rei, idem Buccaron. *different.* 164. *n.* 2. Prout quod affirmat Zuff. sententiam nullam posse à partibus confirmari, & sustineri saltem in vim pacti procedere tantùm in causis civilibus, & non in criminalibus, ut declarat Buccaron. *differ.* 183. *num.* 4. per text. *in l. liber homo, ff. ad l. Aquil.* Nec attendendam doctrinam Zuffi, cùm nil in puncto pro sua alleget opinione, & non loquatur in terminis ubi extant statuta, ut dictum fuerat, requirentia processus scribi per Notarios cum clausulis irritantibus, ita ut illis favore publico inductis non possit per partes etiam expressè renunciari, Altimar. *de nullit. Rub.* 13. *q.* 8. *num.* 10. & Vivi. *decis.* 48. *n.* 3. & tantò minus tacitè, maximè etiam, quia dicta declaratio, ex qua resultaret tacita renunciatio nullitatis, non potest trahi ad incognita, & ignorata sine certioratione, cùm ad inducendam ratificationem actus nulli sit necessaria certa, & indubitata scientia, ex traditis per me in *§. Ratificatio n.* 7. *& seqq. & §. Renunciation.* 314. *&c.*

Ex quibus omnibus hinc indè latiùs allegatis, & replicatis, Ego tandem fui in voto, quod omissa dictæ nullitatis disputatione procederetur ad decisionem causæ in meritis, prout factum fuit, motus primò, ne induceretur confusio multorum processuum in pluribus Tribunalibus hujus Sereniss. Dominii per Judices scriptorum, & approbatorum cum scientia, & permissione Principis, ac ejus Ministrorum.

Secundò, quia cum nullitates sint odiosæ stante præsumptione validitatis actorum, sit capienda omnis interpretatio favorabilis pro illis sustinendis, etiam impropriando verba, supplendo, &c. dum non sunt claræ, & patentes, sed possunt aliquo modo de jure, vel de facto offuscari, & dubiæ reddi, (prout in præsenti casu ex prædictis) non sunt attendendæ ex notatis per me in *§. Interpretatio, & §. Nullitas n.* 57.

Tertiò, quia dicta nullitas tanquam nova, & insolita erat reiicienda, cùm de jure admittantur tantùm illæ, quæ sunt solitæ de facto servari, ut advertit Vant. relatus in d. *§. Nullitas n.* 17.

Quartò, quia cùm non controverteretur, nec de facili posset controverti validitas actorum manu Judicis scriptorum in causis ordinariis vigore styli, & consuetudinis, sed tantùm vis fieret in delegatis, & in verbis rescripti, non videbatur major ratio nullitatis in istis ex prædictis, imò major pro validitate, cùm major sit auctoritas, & fides Judicis à Principe delegati respectu causæ delegatæ, in qua personam repræsentat ipsius Principis, qui interdum etiam sine processu procedere non prohibetur, vel saltem æqualis cum Ordinario, & possit in causa delegata facere omnia, quæ posset Ordinarius in causa ordinaria, maximè cùm idem Judex delegatus sit etiam Ordinarius in loco, & participare deberet cum Rota criminali prout in aliis causis ordinariis, & sic redacta causa ad formam, & stylum aliarum causarum; ac ideò sicuti quilibet Judex delegatus in ordinatoriis, & fabricatione processus tenetur servare consuetudinem, & stylum Tribunalis loci, in quo construitur ex multis allegatis à Sperel. *decis.* 85. *n.* 5. ita magis potuit hic delegatus in

eau.

cauſa redacta ad formam ordinariæ procedere juxta ſtylum Tribunalis quamvis inferioris, qui prævalet, videndus Tranchedin. *conſult.* 40. 41. *& per tot.* licèt ut audivi non deſint etiam exempla aliarum cauſarum delegatarum in eodem Tribunali Puppi, & alibi, ac in ſpecie in famoſa cauſa Caſtelli Florentiæ cœpta anno 1655. & terminata anno 1658. in qua ut propriis oculis videre volui, acta pro majori parte fuerunt manu propria quandoque unius, quandoque alterius ex Judicibus delegatis conſcripta, quamvis haberent actuarium in ſpecie delegatum in eodem ipſorum Judicum delegatorum reſcripto, & unicum ſufficeret ad inducendam obſervantiam interpretativam, licèt non præſcriptam, nec in contradictorio judicio obtentam ex adductis in *§. Obſervantia n.* 1.

Et ſi vigore ſtyli, & conſuetudinis attenduntur proceſſus ſcripti per juvenes, & copiſtas non matriculatos, ut jam loco deciſum notaveram, & noviſſimè hoc anno in cauſa capitali, & executa ſententia furcæ contrà Joſephum Gallettum, non obſtante nullitate, ex hoc capite alligata, quæ nec movere potuit piiſſimum Principem ad faciendam gratiam vitæ; quomodo poterat dubitari de proceſſu ſcripto à Judice Jureconſulto, & caractere delegati Principis decorato? & ſi ut fuit præmiſſum, id antiquitu etiam erat permiſſum?

Quintò, quia quando etiam adfuiſſet prætenſa nullitas, carcerati rei non fuiſſent in pace dimittendi, ſed novus ſervatis ſervandis formandus proceſſus, vel tanquam proveniens ex defectu juris poſitivi potuiſſet à Principe ſciente ſanari, ut dixi in *§. Proceſſus an Addit.*

Præterea animadvertebam allegatum text. *in cap. quoniam contrà de probat.* in quo DD. fundant nullitatem proceſſus per Judicem ſcripti, nullum verbum de illa facere, ſed tantùm ſtatuere ut Judex, qui conſtitutionem ipſam neglexerit obſervare, ſi propter ejus negligentiam quid difficultatis emerſerit, per ſuperiorem Judicem animadverſione debita caſtigetur, nec pro ipſius præſumatur proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis conſtiterit documentis, (ſunt verba textus) ex quibus non poteſt deduci nullitas, cùm procedat per verba ordinaria, & affirmativa, ſine clauſula irritante, dirigat verba in Judicem, illique contrafacienti pœnam imponat, & non per verba prohibitiva, neque negativa, quibus caſibus contrafaciendo incurritur pœna, ſed non nullitas, maximè in præjudicium tertii, per ea, quæ ex multis methodicè notavi in *§. Actus n.* 7. *§. Forma n.* 2. *& §. Nullitas num.* 33. & hic inutiliter non repeto; ſed tollit tantùm illa vehementem præſumptionem, quæ pro facto Judicis ſtare ſolet, non autem totam fidem adimit, niſi per plures, & meliores teſtes probetur contrarium, ut videtur colligi ex *gloſſ. ibid. in verb. Præſumatur*. Inſuper text. ille (quamvis generalis ad uſum legis) invehit contrà Judicis iniqui falſam aſſertionem, non contra honeſtos, & diſcretos, quibus potiùs deferendum innuit, inter quos ultimum locum certè non tenet præfatus Excellentiſs. D. Judex Sanſoni.

An autem ſtante contraria conſuetudine poſſint ſuſtineri acta à non Notario ſcripta, vide Theſ. *quæſt. for.* 17. *n.* 6. Joan. Anton. ab. Eccleſ. *obſer.* 29. *n.* 62. *& obſerv.* 32. *n.* 20. Borell. *de Magiſt. cap.* 15. *nu.* 3. ubi affirmat, & ita etiam videtur paſſim ſervari Florentiæ, licèt fortè non ſit bona conſuetudo, & ſcio non ſemel fuiſſe de illa dubitatum, prout de uno caſu conſtat in filcia negotiorum Magiſtratus DD. Octo Baliæ de menſe Decembris 1670. ſub n. 4463. & num. 4474. ubi fuit judicatum pro validitate, facit quod dixi in *§. Error n.* 7. Altimar. *de Nullit. rubr.* 13. *quæſt.* 8. *nu.* 17. *tom.* 2., ubi quod ſtante conſuetudine, acta ſuſtinentur Creſcin. ad Abeccleſ. *d. obſerv.* 32. *n.* 13.

2 Acta coram Judice incompetente facta, ſunt nulla ipſo jure, jura tamen ibi producta ſi aliàs valida ſunt, & in forma non perdunt ſuum robur, ſicut & acta ipſa licèt nulla operantur, ut reus confeſſus poſſit ſubiici torturæ, tanquam ſi eſſet extrajudicialiter confeſſus, & poſſit compelli ad perſeverandum in confeſſione, imò ſi conſentiat habere teſtes pro repetitis, licèt fuerint examinati coram Judice incompetente, poteſt judicari ex eiſdem actis, Aloyſ. Ricc. *deciſ. Neapol.* 229. *nu.* 7. *& ſeqq. part.* 2. ſequitur Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *n.* 18. *& ſeqq. fol.* 600. & vide in *§. Confeſſio*, Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 2. *quæſt.* 96. *per tot.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 4. *quæſt.* 14. *n.* 74. *tom.* 1. Danz. *impugn. Doct. tom.* 3. *tit. de confeſſ. & convinct. cap.* 8.

3 Acta nulla poſſunt unico contextu, & audientia (remota cauſa nullitatem inducente) repeti, & renovari, & ſic convalidari, ut ſuper illis poſſit validè ſententia proferri, Vant. *de nullit. tit. Qualiter ſent. poſ. à nul. deff. num.* 88. *fol.* 296. ubi ſic in Curia Romana ſervari teſtatur, & vide *§. Inſtantia n...* licèt aliàs non poſſit nullitas ſanari per partes, niſi in vim pacti, & conventionis, Card. Tuſch. *litt. A. concl.* 94. Facit Altimar. *de Nullit. rubr.* 3. *quæſt.* 13. *num.* 10. *tom.* 2. quem citat, & ſequitur Creſcin. *in Addition. ad Obſerv.* Abeccleſ. 103. *part.* 1.

4 Acta deciſoria, & reſpicientia potiùs merita cauſæ, quàm inſtantiam, ut ſunt effectus reſultantes ex litis conteſtatione, quòd actio perpetuetur, quòd res fiat litigioſa, poſſeſſor conſtituatur in mala fide, & ſimilia non pereunt, ſed remanent in ſuo robore etiam perempta inſtantia, & ſemper probant in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas, per Doctrinam Bart. *in l.* 2. *ff. jud. ſol. col.* 2. Jaſ. *in l.* 15. *apud quem C. de edend. col.* 5. *in fine*, meliùs Felin. *in cap. cauſam de teſt. col. penult.* Bernard. Diaz. *reg.* 11. *per tot.* & dixi in *§. Inſtantia*, ubi alios allegavi, Tuſch. *litt. A. concluſ.* 92. ubi quòd pereunt tantùm ordinatoria. Latè Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *q.* 36. *n.* 7. *& ſeq. tom.* 1. ubi loquitur tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus Rube. *de confuſ. jur. cap.* 3. *n.* 115. ubi quod acta ordinatoria pereunt, perempta inſtantia. Palma. Nep. *allegat.* 191. *à n.* 59. *tom.* 2., ubi comprobat diſtinctionem *hic* traditam per Authorem inter acta ordinatoria, & probatoria Abeccleſ. *obſerv.* 169. *n.* 14. *part.* 1. ubi Creſcin. *n.* 7. idem Abeccleſ. *obſerv.* 23. *part.* 2. ubi etiam Creſcin.

5 Acta coram Judice facta non requirunt teſtes, Manant. *part.* 5. *memb.* 10. *n.* 31. Rot. *part.* 3. *diverſ. deciſ.* 15. *nu.* 2. Gratian. *diſcept. for. cap.* 501. *num.* 18. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 89. Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 324. *n.* 7. ubi de aperitione capſarum judicialiter facta coram Notario de judicis mandato, citata tamen parte. Alexandr. *conſ.* 13. *n.* 8. *libr.* 1. Faciunt tradita per Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 56. *a n.* 11. *part.* 2.

Quòd acta non requirant teſtes, Rot. *par.* 16. *recentior. deciſ.* 285. *n.* 3. *&c.* Rot. coram Cavalet. *dec.* 28. *n.* 3. ex doctrina Alberic. *in l. donationibus n.* 2. *C. de Donat.* & Mandoſ. ad Lap. *alleg.* 82. *n.* 3.

Plura de actis qualiter, & quomodo fiant in judicio tam inſpecto jure communi, quàm ex diſpoſitione ſtatuti Florentini, vide per Aſin. *in Prax. §.* 14. *per tot. ſupra num.* 1. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 218. *per tot.*

Quando requirant ſcripturam, & non poſſint probari per teſtes, vide Magon. *deciſ. Flor. n.* 8. *&c. & in §. Citatio*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 503. *n.* 16. Ricc. *Collect.* 218. latè Maſcard. *de probat. concluſ.* 32. *per tot. vol.* 1. Aſin. *in prax. §.* 14. *cap.* 5. *nu.* 1. *&* 2.

6 Acta facta, & Sententia lata in judicio civili, non probant in criminali, ſed tantùm faciunt inditium, per quod aperitur via Judici ad inquirendum, quamvis actio ortum habuerit à crimine, Clar. *§. fin. quæſt.* 54. Guazz. *deff.* 32. *cap.* 7. vide latè Maſcard. *de probat. concluſ.* 34. *per tot. volum.* 1. Cabrun. *Lucubr.* 37. *n.* 16. Dyn. *deciſ. crimin.* 13. *n.* 147. *& deciſ.* 48. *nu.* 144. Nicol. *elucubr. Utriuſq; Jur. Inſtit. Imper. tit. de oblig. quæ ex delict. n.* 4. *& Inſtit. Canonic. libr.* 2. *tit. de Teſt. n.* 24. Spad. *conſ.* 153. *n.* 4. *tom.* 2.

Quid è contra an acta facta in judicio criminali probent in civili, & alia ad rem, vide per Farinac. *in Fragm. crim. part.* 1. *litt. A. verſ. Acta facta* Leoncil. *deciſ. Ferr.* 195. *n.* 2. *&c.* & dixi in *§. Teſtis num.* Merlin. *deciſ.* 446. *n.* 12. ubi quòd inter eaſdem perſonas probant, cùm exactiores probationes requirantur in judicio criminali. Contrà vide per Ricc. *Collect.* 3208. ubi plures deciſiones allegat, Rot. *par.* 4. *recent. deciſ.* 90. *n.* 6. *& par.* 14. *deciſ.* 329. *n.* 3. ubi quod proceſſus informativus licèt authenticus non probat in judicio civili; ſed hoc non repugnat, cum adhuc

huc

hue non sit legitimatus per citationem, vel aliis modis. Vide Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 22. *n.* 77. Castald. *consult.* 264. *a n.* 5., E contra verò quod probent, tenet etiam Nicoli. *Instit. Imper. tit de oblig. quæ. ex delict. & Instit. Canonic. libr.* 2. *tit. de Test. num.* 14.

7 Acta unius causæ inter eosdem regulariter probant in alia, secus verò inter diversos, ad quorum favorem faciunt tantùm aliqualem præsumptionem, Asin. *in Prax. §.* 14. *cap.* 27. *n.* 12. *ubi etiam n.* 16. quid de actis factis in una instantia, an probent in alia inter easdem personas, Soc. *reg.* 4. *& reg.* 5. *per tot.* Gratian. *discept. forens, cap.* 287. *per tot. cap.* 531. *n.* 63. *& cap.* 948. *n.* 9. Magon. *decis. Flor.* 2. *nn.* 37. *&* 38. Ricc. *Collect.* 1435. vide in §. *Confessio num.* Tusch. *litter. A. concl.* 90. *&c.* Paul. Christin. *decis.* 254. *vol.* 1. ubi etiam quid si fuerint amissa, an de novo agendum sit, & probentur per testes. De Mari. ad Revert. *observat. dec.* 64. *n.* 6., ubi dicit, hoc intelligendum esse quoad plenam probationem, secus verò quoad aliquam præsumptionem; Quam distinctionem admittendam esse, docet magis communis opinio Tranchedin. *consult.* 83. *a n.* 8., ubi quod acta facta in uno Judicio probant etiam in alio inter easdem personas imò etiam inter diversas, si Tertius habet Jus commune cum illo, qui fuit in lite.

De actis factis coram Judice sæculari, an probent coram Ecclesiastico, & è contra, Zuff. *de legit. process. quæst.* 95. *&* 96. *per tot.* Scacc. *de sent. & re judicat. glos.* 14. *q.* 21. *n.* 67. Pignatel. *consult. canonic.* 53. *n.* 22. *tom.* 2.

Quòd acta in una causa, vel coram uno judice probent in alia, vel ap d alium judicem inter easdem personas, intellige dummodò producantur, aliàs secus, & vide Bart. *in l.* 2. *n.* 12. *C. de edend.* Marescot. *var. resolut. lib.* 2. *c.* 107. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 27. *n.* 24. *& seqq. ad* 39. *fol.* 600. ubi pluribus modis declarant Christin. *d. decis.* 254. *n.* 9. *&c.* Ricc. *Collect.* 3230. Mascard. *de probat. concl.* 33. *per tot. vol.* 1. Vide Fajard. *allegat. fiscal.* 11. *n.* 510. De Angel. *de Confess. libr.* 1. *quæst.* 7. *effect.* 5. *a num.* 36. *vol.* 1., ubi quod ad hoc ut fidem faciant, requiritur, quod producantur, vel reperantur Crescin. *in addit. ad obser.* 103. Abeccles. *part.* 1.

An acta facta coram judice sæculari probent coram Ecclesiastico, quid in confessione, & alia Leoncil. *decis. Ferr.* 84. *nu.* 14. *&c.* Capell. Tholos. *quæst.* 199. de actis factis in foro Ecclesiastico an probent in foro sæculari, Gizzarel. *cit. dec. n.* 2. ubi refert Doctores *in l.* 2. *C. de Edend.* Pignatel. *loc cit.*

An, & quando acta facta in foro sæculari probent in foro Ecclesiastico, ad effectum remittendi, vel excludendi delinquentes ab immunitate Ecclesiæ, Gratian. *discept.* 596. *n.* 22. *& seqq.* Ciarlin. *controv.* 10. *n.* 45. *& seqq.* ubi plures hincindè allegat, & quòd omnia non possunt eadem mensura metiri, sed variè respondendum juxta varietatem casuum, qui contingere possunt, dixi in *§. Immunitas n.* 13. Pacis Jordan. *vol.* 2. *libr.* 11. *tit.* 3. *n.* 29. *fol.* 542. Plura Farinac. *in Appendic. de Immunit. cap.* 22. *a n.* 368. Peregrin. *de Immunit. cap.* 3. *per tot.*

Quòd acta instructoria causæ facta coram arbitris, probent etiam in judicio ordinario, vide Jordan. *ubi supra n.* 22. *&* 23. Cæsar. de Grass. *decis.* 11. *n.* 18. *&* 19. Sed quod acta facta coram Arbitratoribus non probent coram Judice ordinario, asserunt Mascardus *de Probat. conclus.* 33. Ursell. *conclus.* 133. *n.* 140. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *par.* 2. *quæst.* 28. *n.* 376. *tom.* 4.

Et generaliter an, & quando acta facta in uno Judicio probent, vel noceant in alio inter easdem, vel diversas personas, Spad. 188. *nn.* 6. *tom.* 2. *& cons.* 49. *n.* 5. *tom.* 1. Bordon. Parmens. *cons.* 60. *nu.* 15. Dyn. *decis. civil.* 93. *n.* 3., ubi quod sicut acta inter alios facta aliis non nocent, ità nec aliis prodesse debent.

Acta tamen facta inter alios Tertio præjudicant in antiquis Rot. *recent. par.* 9. *decis.* 242. *n.* 9. *& part.* 19. *decis.* 466. *n.* 80. *tom.* 2.

Qualiter testes inter alios, sive ad instantiam aliorum examinati faciant semiplenam probationem ad favorem tertii, si sint mortui, vel aliàs haberi non possint, cùm nihil parti imputari possit, cur illos iterum examinari non faciat, sicut etiam probant in connexis contra tertium saltem semiplenè, pulchrè Surd. *decis.* 103. *per tot. & vide in §. Testis*, Ricc. *Collect.* 3230. De Marin. ad Revert. *observat. dec.* 64. *n.* 7.

Acta facta an præjudicent tertio venienti ad causam pro suo interesse, dic quòd sic quando admittitur in statu, & terminis, quibus causa repetitur, prout contingit quando vult defendere unum ex litigantibus, secus si veniret ad exclusionem utriusque, Beltram. ad Ludovis. *decis.* 259. *n.* 3. *& seqq.* Rot. *decis.* 271. *nn.* 3. *part.* 1. *Noviss.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 4. *tit.* 27. *n.* 36. *&c. fol.* 601. *vide in §. Tertius*. Ludov. *dec. Perus.* 26. *n.* 25. Et facit Emerix. jun. *decis.* 261. *n.* 1., ubi dicit, quod admissus ad causam in statu, & in terminis facit omnia acta sua, & *decis.* 1190. *n.* 10. ubi docet quod veniens ad causam impugnando non facit acta sua Vide Pen. *decis.* 23. *n.* 3. *decis.* 1175. *nu.* 6. *decis.* 1504. *n.* 2. *& decis.* 1599. *n.* 1. 8

Acta omnia facta coram judice à quo realiter, & integraliter transportanda sunt coram judice ad quem in gradu appellationis, ut possit illa videre, prout tenetur aliàs nulliter ageret, Conc. Trident. *sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat.* Rot. post Pacis. de Salvian. *decis.* 92. *& decis.* 121. Marescot. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 43. Ricc. *Collect.* 3209. Guazz. *diff.* 36. *c.* 22. *&* 23. Rot. per Farinac. *decis.* 207. *nn.* 23. *decis.* 812. 884. 107. *&* 606. *&c.* Thomat. *decis.* 9. *&c.* Pac. Jordan. *d. tit.* 27. *n.* 39. *& seqq. ad* 63. *fol.* 601. ubi septem modis ampliat, & decem limitat, vide Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 35. *per tot. & part.* 12. *decis.* 21. *nn.* 7. *& seqq.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 7. *quæst.* 5. *&* 6. *lib.* 1. Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 492. *num.* 3. *tom.* 2. Pen. *decis.* 109. *& decis.* 762. Abeccles. *obser.* 13. *&* 15. *part.* 2., ubi latè Crescin. *in addition.* 9

Quòd pro revocatione attentatorum sufficiat transportare, & producere acta, ex quibus attentata probantur, Rot. in Pisana Sepulturæ 1. Julii 1650. coram Bichio in fine, penes Dian. *in fine part.* 10. *fol. mihi* 469. *part.* 10. *recent. decis.* 28. *n.* 11. *& part.* 11. *decis.* 76. *n.* 13. quæ est in dicta Pisana sepulturæ *part.* 13. *dec.* 247. *n.* 29. ubi quòd quando fuit inchoatum novum judicium non est necessaria talis actorum transportatio, Rot. *rec. p.* 4. *dec.* 311. *n.* 7.

Ad quem autem spectet hujusmodi transportatio, an ad appellantem, vel ad appellatum, & cujus expensis, vide in §. *Appellatio n.* 20. latè Thomat. *decis.* 9. *num.* 116. *per tot.* Altimar. *de Nullit. rub.* 7. *q.* 7. *tom.* 1. Pen. *dec.* 109. *& dec.* 762. Ubag. *decis.* 28. *n.* 4.

Acta an, & quando præsumantur integrè transportata Spad. *cons.* 184. *tom.* 2. Ubag. *decis.* 28. *& decis.* 47. Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 492. *n* 4. *tom.* 2. Altimar. *de Nullit. rub.* 7. *quæst.* 7. *a n.* 24. *tom.* 1.

Acta qualiter inducant notorium, vel rem notoriam 10 faciant, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 142. *nn.* 10. Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 8. *nn.* 1. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *n.* 9. *& seqq. fol.* 599. ubi limitat, & declarat pluribus modis. Bonden *collect. leg.* 13. *nn.* 45., *&* Rot. post eundem. Spad. *cons.* 120. *n.* 5. *tom.* 1.

An habeant executionem paratam pro obligationibus in eis contentis, vel factis, Ricc. *Collect.* 2666. De Franch. *&* Add. *decis.* 200.

Acta facta post avocationem causæ sunt valida, si 11 judex illam ignorabat, nisi avocatio contineret decretum irritans, vel clausulam motus proprii, Gratian. *discept. forens. cap.* 628. *n.* 17. *vide* §. *Causa num.* 10. *&* §. *Error. n.* *&* §. *Commissio nn.* 1. Rot. *p.* 11. *rec. dec.* 91. *n.* 4., ubi quod ignorantia avocationis causæ a Judice excusat quidem a pœna, sed non impedit, quin gesta coram illo per viam attentatorum revocari possint.

Quid autem dicendum sit de actis factis per Judicem recusatum post recusationem, vide Gabriel *com. concl.* 5 *de judic. lib.* 2. *dixi in §. Judex n.* 66. *&* 67. Caren. *resolut.* 38. *n.* 1., ubi quod acta gesta a Judice recusato post recusationem, & appellationem ab ulteriori processu sunt nulla; Facit etiam Ludovis. *decis.* 466. *n.* 7., ubi *Add.*

Acta facta ad instantiam unius tantùm ex collitigan- 12 tibus suffragantur etiam alteri collitiganti, quando lis fuit simul cœpta, contestata, & prosequuta, Cravet. *cons.*

cons. 45. *num.* 2. cum aliis per Rot. in Aretina Capellaniæ 19. Januarii 1635. coram Catillo *in Noviss. par.* 7. *decis.* 7. *n.* 11.

Quòd acta sint communia utrique parti, & invita una possit altera illis uti, Magon. *decis. Flor.* 90. *nu.* 9. vide in §. *Rescriptum num.* Tusch. *lit. A, concl.* 93. Ricc. *collect.* 963 *part.* 4., ubi quod rescriptum est commune post præsentationem.

Et quando acta ab uno facta prosint, vel noceant alteri tertio, Menoch. *de arbit. cas.* 18. *nu.* 5. *et seqq.* Facit De Luc. *de testam. disc.* 85. *n.* 5.

13 Acta, sive sententiæ super legitimatione personarum, vel in causa status, sive præjudiciali, vel super statu beneficii, faciunt jus, & probant quoad omnes, si hæc interveniant, nempè sint facta inter legitimum petitorem, & contradictorem, intervenerit plena discussio, & defensio, sententia sit verbis affirmativis, & ad favorem personæ, vel status prolata, & non contrà, non intervenerit, nec fuerit detecta aliqua collusio, agatur de causa verè præjudiciali, & statum concernente, & articulus fuerit principaliter, & non incidenter tantùm discussus, aliàs autem his cessantibus, regula stat in contrarium, quòd res inter alios acta non præjudicet aliis, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 37. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 9. §. 1. *n.* 84. *etc.* Vivian. *de jurepatr. part.* 2. *lib.* 111. *cap.* 9. *num.* 25. & benè colligit Pae. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 254. & *seqq. ad* 264. *fol.* 524. *vide* §. *Sententia num.* 42. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 77. *per tot. et decis.* 116. *num.* 1. *d. part.* 9. ubi do statu rei, sive beneficii, *et decis.* 130. *num.* 7. *d. part.* 9. *et decis.* 161. *in fine*, *et part.* 10. *decis.* 321. *n.* 4 *etc.* ubi de statu jurispatronatus, *et part.* 13. *decis.* 96. *nu.* 8. De Franch. *decis.* 523. *nu.* 18. *et seq.*, ubi Amendol. *nu.* 9. Idem Amendol. ad eumdem De Franch. *decis.* 524. *a n.* 1. Pen. *decis.* 165. *num.* 8. Ansald. *decis.* 8. *num.* 11

Quòd acta facta super legitimatione personarum in una causa, & sic de statu personæ probent in alio judicio etiam inter diversas personas, *l. ingenuum*, ubi gloss. & DD. *ff. de stat. hom.* Bald. & Salyc. *in l.* 2. *C. quibus res jud. non hoc*, Ludovis. *decis.* 498. *num.* 9. Duran. *decis.* 457. *nu.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 328. *nu.* 11. Cavaler. *decis.* 575. *num.* 8. Alexand. *cons.* 61. *nu.* 9. *libr.* 2. De Franch. & Amendol. *loc. cit.* Brunnemann. *in dict. l. ingenuum et in l.* 1. *nu.* 2. 3. *et* 4. *C. inter alios act.*

Quòd facta in contumaciam non præjudicent, & quando talia dicantur, Mart. Medic. *decis.* 64. *num.* 8. *et* 9. *cum Add. nu.* 5. & 6. Rot. *rec. p.* 1. *dec.* 588. *n.* 3.

Quòd acta, & sententia super statu personæ faciant jus quoad omnes etiam postea venientes ad causam, intellige quando sunt facta cum legitimo contradictore, secus si in contumaciam, & contra absentem, & non comparentem, Cavaler. *decis.* 250. *num.* 4. *et* 5. *decis.* 294. *et* 375. ubi quòd ætas non respicit statum. Rot. *coram Ubald. dec.* 2. Vide De Franch. & Amendol. *loc. supra cit.*

Acta præparatoria judicii nocere tertio ad hoc ut possit contra illum agi, vide Sutd. *decis.* 256. *n.* 3. & 8.

Et quòd acta, & sententia, etiam in causa status lata non noceant aliis non citatis æquè principalia jura habentibus, Franc. *decis.* 523. *nu.* 16. *et seqq. et decis.* 524. *per tot.* idem firmat, & declarat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 77. *num.* 4. *etc.* ubi plures alios citat. Tiraquel. *in tit. res inter alios acta.*

14 Acta per falsum procuratorem an possint ratificari, vide in §. *Gestio num.* 3. Golin. *de Procurator. part.* 2. *cap.* 4. *n* 53., ubi dicit quod acta facta per falsum Procuratorem possunt ratificari: Hoc tamen limitat tribus modis, prout per Roman. *singul.* 686. *n.* 1.

Acta per Procuratorem in causa criminali an sint valida *d.* §. *Gestio n.* 4. *et* §. *Procurator nu.* Facit Bajard. *ad Clar. in prax. quæst.* 32. Altimar. *de Nullit. rubr.* 11. *quæst.* 27. *a n.* 33. *tom.* 2.

15 Acta facta per tutores, qui pro talibus habebantur, dum verè non essent tales, sunt invalida, & nulla in pupillorum præjudicium, per text. *in l. qui neque ff. de reb. eorum*, *et in l.* 2. *ff. de eo qui pro tut. neg. gest.* ubi DD. Gabriel. *cons.* 36. *lib.* 1. Marcian. *disput. for. cap.* 71. *num.* 29. *vide in* §. *Tutela nu.* 11. *et* 39. ubi contrà. Vide Altimar. *de Nullit. rubr.* 11. *quæst.* 4. *n.* 48. *tom.* 2., ubi an acta facta per tutores, non confecto inventario, valeant, quando publicè, & palàm administrant.

16 Acta facta, & sententia contra gravi morbo laborantes qualiter sint nulla, & multò magis contra mortuos, *l. quæsitum*, *ff. de re jud. l. in summa ff. eod. l.* 1. *ff. quæ sent. sine appellat.* cum aliis per Gizzatel. *decis.* 9. *per tot. ubi n.* 10. intelligit data scientia judicis, aliàs secus, & ignorantia præsumitur, datur tamen restitutio, & alia plura de hac materia, vide in §. *Sententia n.* 9. ubi plures allegavi. Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *quæst.* 39. *n.* 2. *tom.* 1. ubi movet, & resolvit quæstionem illam, an sententia lata contra mortuum, vel pro mortuo sit nulla; Idem etiam tangit Rube. *de Consuet. Jur. cap.* 3. *num.* 157. Et latè alter Rube. *de valid. legal. cap.* 49. Pen. *decis.* 231., ubi latissimè Crescin. *in addit.* citò Deo dante imprim.

17 Actorum magister, sive actuarius si fuerit offensus, sive ratione officii, sive tanquam privatus ex particulari inimicitia, ad quem spectet cognitio, latè Gizzarel. & Addent. *decis.* 24. *num.* 5. *et seqq. vide in* §. *Officialis n.* 5. Matthæu. Sanz. *de re Criminal. controv.* 64. *et* 65., qui tamen loquitur de Judice offenso.

Qualiter credatur actuario, si de mandato Judicis fidem dederit, vel instrumentum rogaverit de crimine coram seipso patrato, latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 28. *per tot.*

Plura de actuariis, & illorum officio, quòd sint officiales, & faciant unum corpus cum judice, debeant conscribere acta, non possint propalare inquisitis processus informativos, nec articulos in civilibus antè publicationem sub pœna falsi, an teneantur cognoscere contrahentes, quomodo debeant recipere fidejussores, dicta testium, & hujusmodi, an possint officium in patria exercere, quomodo possint allegari suspecti, & alia plenè Gizzarel. cum Addent. *d. decis.* 24. *per tot.* vide in §. *Notarius.* Berlich. *libr* 1. *concl.* 8. *per tot.* Carl. Ant. De Luc. ad Gratian. *cap.* 341. *a n.* 4., ubi a quibus cognoscantur eorum delicta, & an gaudeant privilegio fori.

Acta facta coram substituto in criminalibus quando valeant, vel non, & quando, ac per quantum tempus possit Officialis substituere, Sanfelic. *decis.* 362. *cum Addit. per tot. vide in* §. *Officialis nu.* 18. Novat. *in Pragm. Reg. Neap. collect* 169.

18 Acta publica qualiter sint exhibenda privato contra fiscum, sive criminaliter, sive civiliter agatur, vide Peregr. *de jur. fisc. lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 30. *et seqq.* de aliis, dixi in §. *Actor n.* 3. Per doctrinam Bart. *in l.* 2. §. *divus ff. de Jur. Fisc.* Qualiter autem Reus teneatur edere acta Fisco Brunnemann. *in dict. l.* 2. *ff. de Jur. Fisc.*

Alia plura de actis, & illorum virtute, & effectibus, Bertach. *in Repert. part.* 1. *verb. Acta*. Card. Tusch. *litt. A, conclus.* 86. *et seqq.* De Luc. *in Indic. General.*, *et* Altimar. *de Nullit.*

Multa de Actis, & Actuariis in praxi scitu digna, videnda sunt apud Thor. *Compend. decis. Neap. tom.* 1. *verb. Actuarius*, *tom.* 2. *verb. Acta*, *et Actuarius*, *et tom* 3. *verb. Actuarius*, & præcipuè, ut non possint esse Actuarii in sua patria, examinando scienter falsos testes gravissimè puniantur, non teneri cognoscere contrahentes, sed si malitiosè admiserint personam suppositam teneri ad interesse, & puniri; actis deperditis, & formato novo processu, si prima acta fuerint reperta, quænam in judicando sint attendenda. An, & quando Actuarius recipiens fidejussorem non idoneum, teneatur, vel non de proprio in subsidium; An actuarius dicatur Officialis, ità ut veniat, vel non sub dispositione loquente de Officialibus; & alia de Actis, & Actuariis tradunt remissivè Castejon. *in suo Alphab. jurid. verb. Acta*, & novissimè Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 22. *etc.* Berlich. *libr.* 1. *concl.* 8. *per tot.* Carpz. *dec.* 201. *per tot.* Mysinger. *cent.* 4. *obser.* 30. *et* 31. Abeccles. *obser. forens.*, ubi Crescin.

19 Quod non reperitur in actis non dicitur esse in rerum natura Spad. *cons.* 97. *n.* 8. *cons.* 289. *nu.* 1. *et* 9. *tom.* 2. Castald. *consult.* 8. *n.* 5. *consult.* 116. *n.* 9. *tom.* 1. Episc. Rocc. *select. disput. cap.* 141. *n.* 25. *tom.* 2. Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 677. *num.* 10. *tom.* 1. De Luc. *de Regal. disc.* 113. *n.* 7. *de Judic. disc.* 22. *n.* 4. Crescin. *in addit. ad decis.* Pen. 347. citò Deo dante imprim.

20 Apud acta fieri dicitur, quod fit in actis judiciali-

bus, non quod fit in particularibus rogitibus Notarii, ut probat text. in *l. omnia et ibi* Bald. & alii *C. de Testam.* Spad. *cons.* 143. *n.* 2. *tom.* 1.

21 Acta Judiciaria non possunt scribi a quocumque Notario, sed ab eo tantum, qui a Principe, vel a Judice ad hujusmodi munus deputatur; Et hoc officium scribendi acta potest ad libitum Principis ab uno Notario auferri, & alteri concedi, dummodo tamen non fuerit concessum in vim contractus, ut fieri solet in Romana Curia Felin. *in cap. quoniam in* 2. *notab. de Probat.* Aflict. *decis.* 101. Spad. *cons.* 87. *n.* 2 *et* 4. *tom.* 1.

22 Actorum magister an possit per juvenes, & substitutos instrumenta scribere, & ipse subscribere, laté Abeccles. *observ. forens. par.* 1. *obs.* 32., ubi etiam Crescin. *in addit.*

§. ACTIO X

1 ACtio pluribus modis accipitur nempè pro actu quodam, ut dici solet de actionibus humanis, vel pro accusatione criminali licèt impropriè, vel pro administratione, vel magis ad rem nostram pro jure agendi civilitèr, & petendi, quòd sibi debetur ex contractu, vel quasi contractu, vel delicto, vel quasi delicto, & in hunc sensum, actio nil aliud est quàm jus persequendi in judicio quòd nobis debetur, §. 1. *Inst. et de Act.* et *l. actio ff. de act. et oblig.* Jas. Oinot. & alii plurimi Interpretes *in d.* §. 1. *Instit. de Act.* Tusch. *litt. A. concl.* 95. Honust. Cigala *tract. sive Comment. de act. in Rub. nu.* 4. *et seqq. fol.* 1. Nicol. *lucubrat. utriusque Jur. Instit. Imper. tit. de Act. n.* 2.

2 Actionum aliæ sunt personales, aliæ reales, aliæ civiles, aliæ Prætoriæ, aliæ rei persecutoriæ, aliæ pœnales, aliæ ad simplum, aliæ ad duplum, aliæ ad triplum, aliæ ad quadruplum, aliæ bonæ fidei, aliæ stricti juris, aliæ dantur ad solidum, aliæ non ad solidum propter privilegia personarum, vel causarum, aliæ singulares, sive particulares, aliæ universales, aliæ directæ, aliæ contrariæ, aliæ indirectæ, aliæ utiles, aliæ nativæ, aliæ dativæ, aliæ merè reales, aliæ merè personales, aliæ mixtæ, aliæ in rem scriptæ, ut benè explicat Oinot. §. *omnium instit. de act. et per tot. illum titul.*, Jas. & alii *Interpres in dict. tit. de act. per tot.* & maximè Honust. Cigala in suo elegantissimo, & perutili *Commentar. ad d. tit. instit. de act. per tot.* ubi enumerat usque ad centum octuaginta quinque actiones particulares, illasque declarat, adde Cardin. Tusch. *litt. A, concl.* 96. *etc.* Nicol. *eod. tit.* §. *omnium*.

De directis, & utilibus actionibus Pacific. de Salvian. *inspect.* 1. *cap.* 1. *n.* 7. *etc.* Olea *de cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 5. *per tot.* Nicol. *Inst. ad leg. Aquil. nu.* 19. Rube. *de consuss. Jur. cap.* 1. *a n.* 236.

3 Actiones omnes, quæ minori tempore non præscribuntur regulariter 30. annis tolluntur, quæ præscriptio non currit pupillis, *l.* 3. *et* 4. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. in* §. *præscriptio*, Ricc. *Collect.* 285. 780. *et* 3840. Bart. *de Præscript. ad dict. ll.* 3. *et* 4. *n.* 3. *et* 4.

4 Actio civilis descendens ex delicto durat 30. annis sicut aliæ personales, licèt criminalis duret tantum 20. annis, *l. querelam, C. de fals.* Clar. §. *fin. quæst.* 51. Guaz. *deff.* 2. *cap.* 2. *num.* 25. dixi in §. *Accusatio num.* 11.

5 Actio communi dividundo an præscribatur, & qualiter, vide Pract. Papp. *libel. pro hæred. vel re sing. divid. glos.* 1. *n.* 7. Jas. *instit. de act.* §. *quædam num.* 32. Oinot. *in dict.* §. *quædam num.* 67. *et seqq.* plura de hujusmodi actione, Paul. Christin. *decis. Belg.* 179. *cum pluribus seqq. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 241. *n.* 1. ubi de illius requisitis. Altimar. *de Nullit. rubr. pr. sec.* 4. *q.* 6. *num.* 110. *tom.* 3., ubi etiam plura alia de hac actione communi dividundo; De hac pariter actione plura scribit Brunneman. *sup. ff. et C. prout in Indic.*

De actione pro socio qualiter, quando, & ad quid competat inter socios, latè Alex. Trombet. *in tract. de societ. cap.* 12. *per tot.*

6 Actio civilis, & criminalis potest eumnlari incidenter, & in consequentiam, non verò æquè principaliter, & postquam actum fuit una via, potest agi altera dummodò petitio tendat ad diversa, Marant. *part.* 4. *distinct.* 1. *num.* 6. 9. *et* 28. Thes. *decis.* 18. *per tot.* plenè Farinac. *quæst.* 100. *cap.* 3. *num.* 119. *et seqq. per tot.* vide §. *cumulatio, et* §. *dolus*, plenè Sanfelic. *decis.* 72. *per tot.* ubi cumulationis actionum materiam magistraliter, & diffusè pertractat. Nicol. *lucubrat. tit. ad leg. Aquil. n.* 13.

7 Actioni civili qualiter præjudicetur per criminalem, vel è contra, vide Clar. §. *fin. quæst.* 2. Marant. *part.* 4. *dist.* 1. *num.* 9. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 144. *n.* 63. *vide in* §. *causa, et dixi in mea Pract.* §. *Causæ n.* 27. *et seqq.* ubi alios allegavi De Luc. *de judic. disc.* 15. *num.* 7.

Quando concurrit actio civilis, & criminalis, Judex debet ratione præeminentiæ causæ criminalis supersedere in causa civili, & criminalem expedire, nisi causa civilis esset præjudicialis criminali, nam causa præjudicialis, sive criminalis, sive civilis retardat processum alterius causæ, & alia plura ad rem Abeccles. & Crescin. *observ.* 14. *part.* 1.

8 Actio, quæ pro re immobili competit, numeratur inter immobilia, & quæ pro mobili, inter mobilia, & ideò in ejus alienatione, & cessione requiritur eadem solemnitas, quæ in rebus ipsis, pro quibus competit, Addit. ad Pract. Papp. *for. act. real. glos. veris, et legitimis*, vide latè Montan. *de tut. cap.* 33. *n* 150. *et seqq. ad* 166. *fol. mihi* 140. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 6. *volum.* 2. *et decis.* 176. *num.* 1. *volum.* 3. *et ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 39. *nu.* 11. *etc.* latè Vasquez *de success. lib.* 1. §. 10. *num.* 72. Olea *de cess. jur. tit.* 2. *quæst.* 5. *num.* 28. *etc. vide in* §. *cessio n.* 49. Rot. *part.* 9. *divers. lib.* 2. *decis.* 209. *n.* 1. *etc.* ubi videtur sentire quòd possit remitti sine solemnitatibus, tanquam jus quærendum, circa quod potest Prælatus Ecclesiæ præjudicare, & dixi in §. *Statutum requirens certam solemnitatem num.* 6. *etc.*

Et quando habens actionem ad rem videatur ipsam rem habere ad effectum, ut sibi competat retractus, vide Magon. *decis. Flor.* 28. *nu.* 4. *et seqq.* Card. Tusch. *litt. A, concl.* 108.

Alia de actoribus, & illorum incumbentiis ad obtinendum in judiciis, Bertach. *in Repert. verb. Actor.* Cardin. Tusch. *litt. A. conclus.* 117. *et seqq. & alii passim.* Plura Berlich. *in suis pratic. conclus.* Abeccles. *in observat. forens.*, ubi etiam Crescin. *in addition.*

24 Actor licèt, ut dixi supra *n.* 3. teneatur exhibere libros, tamen ad id compelli non potest antequam reus interrogatus declaret, quòd vult stare omnibus partitis tam pro, quàm contra se descriptis, Petr. in Addit. ad Capyc. *dec.* 127. *num.* 1. Franc. Marc. *decis. Delph.* 60. *part.* 1. Regens Rovit. *ad Pragmat.* 5. *de adminis. univers. n.* 7. *in* 2. *Impress.* Altograd. *cons.* 6. *n.* 23. *lib.* 1. ubi quòd petens editionem sine protestatione censetur approbare saltem in connexis, ac indubitatum dicit plures allegans. Rot. *inter collect.* per Farinac. *decis.* 388. *n.* 1. *et* 2. *tom.* 2. *part.* 1., Vide tradita per Crescin. ad Abeccles. *observat.* 50. *part.* 1.

Sed contrarium verius, nempe reum nullatenus ad ita declarandum cogi posse, quia approbare est consentire & absque consensu nequaquam approbari dicitur, ignorans autem consentire non potest, & ideò si reus prius partitas non vidit & legit, illas tanquam sibi ignotas approbare nequit, nam qui ignorat nec approbare, nec consentire tenetur, ut Bald. Paris. Natt. & aliis citatis probat Joseph. Ramon. *cons.* 84. *num.* 15. *propè finem*, Gait. *de credit. in suis Addit. ad cap.* 2. *tit.* 3. *addit.* 1. *n.* 2. *et seqq.* ubi dicit præcitatam opinionem Franc. Marc. omninò falsam rationibus prædictis. Vide pariter relata per Crescin. ad Abeccles. *loc. cit.*

Actor perempta instantia non debet audiri, etiam 25
insufflato vitæ spiritu nisi reficiat expensas, Mastril. *dec.* 70. *n.* 12. *& seqq.* ubi ampliat etiam in minore, & muliere, sequitur, & ita pluries decisum testatur Viscont. in Addit. ad Franch. *decis.* 331. Thoro *compend. decis. Neapol. tom.* 3. *verb. Actor.* ubi alia notabilia de eodem actore, *& tom.* 1. *eodem verb.* & plura remissivè Castejon. *in suo Alphab. jurid. verb. Actor, Actio, & Agere*, Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 30. *&c.* De Luc. *In Indic. General.* Altimar. *de Nullit.* Emerix jun. *in decis. Sacr. Rot. Rom.*

Actori magis favetur, quàm Reo in præparatoriis Ju- 26
diciorum Abeccl. *observat. forens. part.* 1. *observat.* 54. *num.* 3.

Actor desistens a lite condemnatur in expensis, etiamsi 27
habuisset justam causam litigandi Abeccles. *observat. forens. part.* 2. *observat.* 44. *n.* 6.

§. ACTUS XII.

Actus omnes humani ex duobus maximè perficiun- 1
tur nempè ex potestate, & voluntate, quæ dicuntur humanorum actuum radices, & perfectiones, secundùm Boet. *lib.* 4. *de consol. philos.* quibus Aristot. addit tertium nempè scientiam, & sic secundùm eum sunt tria, quæ actus humanos perficiunt, nempè scientia, potestas, & voluntas, refert Sperel. *dec.* 171. *nu.* 44. Tusch. *lit. A. concl.* 127. ubi addit modum, sine quo nihil in finem dirigitur, Ricc. *Collect.* 3255. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 357. *num.* 12. ubi loquitur de duobus primis. Surd. *dec.* 62. *num.* 19. Giurb. *observat.* 116. *n.* 8. Gatt. *cons.* 26. *nu.* 12. Pen. *decis.* 739. *num.* 8. Rube. *de Confess. Jur. cap.* 18. *n.* 327.

De his, ex quibus perficiuntur omnes actus humani Donadeus *tract. de renunc. cap.* 50. *num.* 1. *& seqq.*

Actus non operatur ultra intentionem agentis, *l. non* 2
omnis ff. si cert. pet. cùm limitata causa limitatum producat effectum, *l. in agris ff. de acquir. rer. dom.* Gratian. *discept. forens. cap.* 697. *num.* 2. *et* 3. Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 12. *num.* 7. *&* 8. Tusch. *lit. A. conclus.* 125. Segur. *in Direct. Jud.* 2. *p. cap.* 3. *nu.* 41. *et seqq.* De Luc. *de Hæred. disc.* 18. *n.* 6. *et disc.* 29. *n.* 7. Rube. *de Confess. Jur. cap.* 18. *nu.* 238., ubi quod non operatur contra intentionem agentium.

Et quòd non extendatur actus ultra quam geratur, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 169. *num.* 1. Faciunt tradita per Gom. *in l.* 45. *Tauri n.* 41.

Actus sequens præsumitur factus in executionem præ- 3
cedentis tractatus vel tituli, *l.* 4. §. *unde quæri*, *ff. de manumiss. cum similibus* per Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 48. *nu.* 2. Tusch. *litt. A. concl.* 152. Paulò post subsequens ostendit quid prius inter partes factum, & tractatum fuerit, Altograd. *cons.* 5. *num.* 27. *lib.* 1. Vela *dissert.* 38. *n.* 25. *et seq.* Urceol. *de Transact. quæst.* 27. *n.* 7. De Luc. *de Donat. disc.* 48. *n.* 11. 13. *et* 14. Episc. Rocc. *select. disput. Jur. cap.* 131. *n.* 24. *tom.* 2. Caprar. *decis.* 592. *n.* 2. *et* 3. *part.* 2.

Ad hoc tamen ut dicatur factus vigore causæ, sive præcedentis obligationis, requiritur quòd secundùm illius naturam, & formam fuerit factus, aliàs secùs si fiat præter, vel contra, Rot. *part.* 2. *divers.* 262. *n.* 1. & vide Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 12. *num.* 1. *etc.* Ruin. *cons.* 174. *num.* 4. *vol.* 1.

Quod referatur ad titulum præcedentem tanquam ad suam causam, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 27. *num.* 1. *etc. decis.* 40. ubi quòd præsumitur factus in executionem antecedentis mandati, & non aliter obligat, *et decis.* 83. ubi quòd præsumitur in executionem præcedentis concordiæ, licèt de ea non fuerit facta mentio.

Actus censetur factus ab eo, qui illum facere tene- 4
batur, & non ab alio, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 74. *num.* 43. Duran. *decis.* 368. *num.* 16. Alba *cons.* 2. *nu.* 5. Menoch. *libr.* 6. *præsum.* 11.

Quòd præsumatur factus nomine proprio, & non alie-

alieno, niſi faciens ſit obligatus facere pro alio ut tutor, vel procurator, & in aliis caſibus, ut benè declarat Maſcard. *de probat. concl.* 38. *per tot.* Guttierez *de tut. part.* 2. *cap.* 10. Mangil. *de evict. quæſt.* 188. *n.* 13. *etc.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 25. *n.* 45. *et ſeqq.* ubi de emptione facta ex pecuniis alienis, ut cenſeatur facta nomine domini, & illi acquiratur, quando emens ad id tenebatur, etiamſi ſupreſſo nomine officii, nomine proprio emerit, vide *in §. Emptio nu.* 35. *et ſeqq.* Vide Vela *diſſert.* 38. *num.* 3., ubi quod actus, qui proprio & alieno nomine geri poſſunt, ſi ſimpliciter fiant, proprio, & non alieno nomine facti præſumuntur De Luc. *de Teſt. diſc.* 36. *ſub n.* 12., ubi quando actus dicatur geſtus nomine adminiſtratorio, vel proprio Balduc. *tit. de Legat.* 3. *deciſ.* 17. *num.* 9., ubi quod in dubio cenſetur potius factus nomine proprio, quàm hæreditario.

5 Actus indifferens qui poteſt cadere in facientem, ſicut & in alium, magis nomine proprio facientis præſumitur factus, Duran. *d. deciſ.* 368. *num.* 32. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 147. *et* 148. ubi quo nomine in dubio dicatur factus, Ricc. *Collect.* 3195. De Luc. *de Feud. diſc.* 90. *n.* 5. *De Cred. diſc.* 160. *n.* 6.

Quòd actus attribuatur illi qui eum ordinavit, & non executori, vel hæredi adimplenti, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 167. *num.* 2. Barboſ. *de Axiom. jur. Axiom.* 12. *an.* 4. Tuſch. *litt. A. concl.* 154. Caſtil. *de Tertiis cap.* 8. Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 6. *deciſ.* 6. *n.* 9. *vol.* 3. Epiſc. Rocc. *ſelect. diſput. Jur. cap.* 149. *num.* 24. *vol.* 2.

Et quòd actus ex neceſſitate factus conſenſum non inducat, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 19. *n.* 8.

6 Actus qui præcedere debet, ſi ſubſequatur eſt nullus, Magon. *deciſ. Flor.* 31. *n.* 5. & dixi §. *Sequeſtrum n.* Quòd ſit nullus, ſi requiſita non appareant tempore actus, licèt in veritate intervenerint, exemplificando in relatione citationis, quæ debet apparere ante ſententiam, Tuſch. *litter. A. concluſ.* 140.

Quòd tamen actus præſumatur legitimo, & congruo tempore factus, niſi contrarium probetur, Rot. *part.* 20. *recent. deciſ.* 67. *num.* 5. *etc.*

7 Actus contrà prohibitionem legis, vel ſtatuti factus, an ſit nullus ubi eſt adiecta pœna contrafacienti, & non expreſſa nullitas, vide Mart. Medic. *dec.* 28. *et Exam.* 16. *per tot.* Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 20. *an.* 14. *et lib.* 2. *cap.* 29. *per tot.* Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 1. *per tot.* & plenè Alvarez de Velaſc. *tract. de judice perfect. Rub.* 9. *annot.* 12. *§.* 2. *num.* 17. *et ſeqq. per tot.* ubi pro validitate, ſi non adſit clauſula irritans, Sanſelic. *deciſ.* 195. *per tot.* ubi pro nullitate, & quando contraria opinio procedat, & meliùs *deciſ.* 390. *cum Addit.* ubi poſt plura concludit, ſi lex, vel ſtatutum loquatur per verba negativa, reſultet nullitas, etiam adjecta pœna; ſi per verba affirmativa ſecus, niſi adſit clauſula irritans, vel diſpoſitio reſpiciat ſubſtantiam actus, vel inducat formam, vel ſit directa ad actum ipſum, & non ſimpliciter ad judicem; cujus diſtinctionis ratio eſt, quia lex negativa obligat ſemper, & ad ſemper, ſecus affirmativa, & dixi *in mea Pract. §. Statuti num.* Tuſch. *litt. A. concluſ.* 141. *per tot. et* 142. ubi quòd licèt ignorantia juſta excuſet à pœna, non tamen excuſat à nullitate. Vide Torre *de pact. fut. ſucc. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 10.

De actu contra prohibitionem legis, vel ſtatuti geſto, an ſit nullus ubi eſt adjecta pœna contrafacienti, latè Ganaver. *deciſ.* 33. *et conſ.* 6. *n.* 7. *et ſeqq.* ubi ſequitur diſtinctionem diſpoſitionis negativè, vel affirmativè conceptæ, vide *in §. Nullitas n.* 33. Latè Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *par.* 5. *quæſt.* 48. *n.* 19. *tom.* 7.

Item actus contra ordinem ſuperioris, vel Principis non valet, & cauſat attentata ſicut inhibitio, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 90. *num.* 1. *et ſeqq.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 48. *n.* 19. *tom.* 7.

An autem ex actu nullo incurratur pœna, latè Olea *tract. de ceſſ. jur. tit.* 5. *quæſt.* 5. *per tot.* ubi *n.* 36. bene diſtinguit, & concordat opiniones, vide *in §. Pœna num.* 35. *et §. Lex nu.* 8. *in fine.* Sequitur Altimar. *dict. n.* 19.

8 Actus nulli, & inefficaces habentur pro non factis, etiam ſi eſſent validi, ſed effectum non producerent, nam cum careant effectu, carent nomine; quia verba ſunt intelligenda cum effectu, Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 746. *per tot.* Sequitur Altimar. *dict. nu.* 19. Giurb. *obſervat.* 85. *n.* 6. *et ſeqq.*

Quòd actus nullus regulariter nullum operetur juris effectum, & quos effectus operari poſſit tam ante, quàm poſt deductam nullitatem, vide Vant. *de nullit. tit. Quoties, et intra quod temp. de null. ag. poſ. nu.* 10. *et ſeqq. fol.* 70. *etc.* latè Tuſch. *lit. A. concl.* 139. Plura Altimar. *præſertim rubr.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 48. *n.* 147. *tom.* 7. Pen. *deciſ.* 829. *n.* 9.

Operatur quòd detecta culpa, vel dolo agentis, poſſit æquè penè puniri, ne dolus, & culpa patrocinetur, Montan. *de tut. cap.* 26. *num.* 36. *fol.* 73. latè Vant. *ubi ſupra n.* 53. *et ſeqq. per tot.* vide *§. Contractus, et §. Notarius nu.* Quando valeat contra gerentem actum Tuſch. *lit. A. concl.* 143. De Luc. *de Benef. diſc.* 34. *num.* 11., ubi quod valet contra illum actum culposè gerentem.

Quòd actum nullum faciens, non videatur illum actum facere, ſed negare, Gizzarel. *deciſ.* 2. *nu.* 25. Sanſelic. *deciſ.* 383. *n.* 1. *cum Addit.* ubi paria factum non eſſe, vel non ſortiri effectum, & exemplificat in multis.

9 Actus quando ſit ipſo jure nullus, vel per ſententiam annullandus, vide Vant. *de nullit. tit. quot, et quibus mod. null. in jud. prop. poſ. num.* 48. *et ſeqq. ad* 56. *fol.* 52. & dixi *in §. forma.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 6. *quæſt.* 8. *n.* 18. *et ſeq. tom.* 1.

An autem actus nullus poſſit reiterari ad effectum validitatis, vide Tiraquel. *de retract. conſang. §.* 8. *gloſ.* 7. *n.* 3. *etc.* Afflict. *dec.* 286. *nu.* 3. Capyc. *deciſ.* 215. Magon. *deciſ. Flor.* 49. *n.* 21. *&c.* Sequitur Altim. *rubr.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 48. *n.* 19. *tom.* 7.

Nullus ob non implementum partis, dicitur approbatus per receptionem debiti, vel implementi etiam pro parte, Altograd. *conſ.* 85. *num.* 40. *lib.* 1. Idem Altimar. *dict. n.* 19.

An actus nullus poſſit convalidari per conſenſum illius, in cujus favorem inducitur nullitas, latè declarat Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *quæſt.* 5. *numer.* 1980. *et ſeqq.* vide *in §. Contractus.* Idem Altimar. *dict. num.* 19.

10 Actus deveniens ad caſum, à quo incipere non potuiſſet, vitiatur, vide Montan. *de tut. cap.* 9. *n.* 38. *et ſeqq.* ubi etiam declarat regulam, quòd multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur, Tuſch. *lit. A. concl.* 144. intelligendo quando cauſa, ob quam fuit factua reducitur ad non cauſam, & ſic ratione cauſæ ceſſantis, aliàs regula ſtat in contrarium, Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 55. Idem Altimar. *dict. n.* 19.

Si tamen caſus ſuperveniens tendat ad eundem effectum cum actu geſto, illum non tollit, *l. verbis legati in fine, ff. ad l. falſ. §. ex contrario inſtit. ad legat.* Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 139. *n.* 9. *et* 10.

Et quòd actus ab initio validus non poſſit ex poſtfacto invalidari, Crot. *in l. filiusfam. §. divi n.* 20. *in fine, ff. de legat.* 1. Leotard. *de uſur. quæſt.* 62. *n.* 34. Altograd. *conſ.* 105. *n.* 22. *lib.* 2. ubi quòd è contra actus ab initio nullus non poteſt ex tractu temporis convaleſcere, *l. quod initio, ff. de reg. jur. ibi Jaſ. n.* 14.

Quòd actus ſemel conſumatus, & perfectus non retractetur, etiamſi eveniat caſus, à quo initium ſumere non potuiſſet, Dyn. *in reg. factum legitimè, &c.* Tiraquel. *tract. ceſſant. cauſ. limit.* 12. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 38. *& per tex. in l. pluribus penult. §. & ſi placet, ff. de verb. oblig.* ubi Bartol. & alii.

11 Actus factus tempore permiſſo, effectu collato in tempus prohibitum, vel è contra an valeat, & quid quando lex ab initio reſiſteret illi propter imbecillitatem contrahentium, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 712. *per tot.* Sequitur Altimar. *rubr.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 48. *n.* 19. *tom.* 7.

12 Actus quilibet ſemper præſumitur ita factus, ut valeat, & ſic ſemper eſt capienda illa interpretatio, per quam actus ſuſtineatur, & quando ſecus, vide Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 4. 5. *&* 6. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 21. *n.* 85. *& ſeqq. fol.* 429. dixi §. *interpretatio num.* Tuſch. *litt. A, concluſ.* 135. *et* 136. *per tot.* Ricc. *collect.* 3221. Idem Altimar. *dict. n.* 19. Gatt. *conſ.* 4. *num.* 36. Creſcin. *in addit. ad deciſ.* 215. Pen. citò Deo dante imprim. Rot. *part.* 18. *rec. deciſ.* 591. *n.* 10.

Ubi

Ubi tamen agitur de inducenda obligatione, si actus non valet ut ago, nec etiam valet ut valere potest, *l. 1. §. cum qui*, ubi Bart. *ff. de constit. pecun.* Ror. *part. 13. recent. decis.* 159. *num.* 23. vide *in §. regula num.* 5. Idem Altimar. *dict. num.* 19.

13 Actus factus ex duplici potestate si non valet ex una, sustinetur ex alia, nisi agens se restrinxerit ad unam potestatem tantùm, Rot. *part. 2. divers. decis. 96. num.* 1. *&c.* Cavaler. *decis.* 182. *num.* 6. ubi de mandato valido, an faciat sustineri actum cum mandato invalido gestum, vide *in §. contractus nu.* Tusch. *lit. A, concl.* 126. Rot. *part. 9. recent. decis.* 298. *nu.* 22. *&c.* ubi de potestate ordinaria, & delegata, *& decis.* 329. *nu.* 15. *& seqq. d. part. 9. vol.* 2. Sequitur Altimat. *dict. n.* 19.

14 Actus nullus, & inutilis a principio, non convalescit etiamsi cesset vitium nullitatem inducens, nec potest confirmari nisi ex integro repetatur tempore habili, & postquam cessavit dictum vitium, ac valeret tantùm ex nunc temporis confirmationis in vim novi actus, & novi consensus, ut pulchrè multis similibus probat Altograd. *cons.* 23. *num.* 36. *& seqq. lib.* 1.

Quando actus nullus est à lege simpliciter prohibitus ne fiat, & sic lex ei resistit, non potest ratificari etiam ab illo, in cujus favorem prohibitio emanavit, & idem quando contineret causam impossibilem; Quando autem esset nullus non quia simpliciter prohibitus à lege ne fiat, sed ratione certæ formæ, vel solemnitatis omissæ respicientis favorem determinatæ personæ, tunc illius consensu, vel ratificatione legitima superveniente convalescit, etiamsi fuerit ipso jure nullus, quæ tamen ratificatio non retrotrahitur in præjudicium tertii, cui medio tempore esset jus quæsitum, Sperel. *decis.* 155. *num. 6. & seqq.* vide *in §. Contractus, & §. Ratificatio.* Facit Altimar. *rubr. 5. p. 5. quæst.* 48. *num.* 5., *&* 27. *tom.* 7.

Quòd quando actus nullus confirmatur, sumat vires à die confirmationis, operetur ex nunc, & non præjudicet tertio, qui interim jus acquisivit, Bart. *in l. observare, ff. de off. Proconsul.* latè Sanfelic. *decis.* 333. *nu.* 20. *& seqq.* vide *in §. Nullitas num.* 26. De Luc. *de Fideicom. disc.* 179. *n.* 17.

15 Actus, qui per se geri non potest, nec etiam est permissus per interpositam personam, sicuti de tutore, officiali, decurione, milite, bannito, & similibus, qui non possunt contrahere cum pupillo, subditis, nec acquirere, ita nec per interpositas personas id agere posse, declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 459.

16 Actus semper habetur pro facto in præjudicium illius, qui eum fieri impedivit, vel fuit in causa ne fieret, *l. Labeo scribit, ff. de contrah. empt.* Surd. *cons.* 374. *n.* 7. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 851. *nu. 2. & seqq.* Ludovis. *decis.* 327. *n.* 10. *& decis.* 341. *num.* 2. *ubi additio lit. A*, vide *§. administrator num.* 11.

17 Actus quilibet simpliciter faciendus, vel implendus, intelligitur regulariter pro una vice tantùm, & sic unico implemento perficitur, præcipuè si fuerit validus, secus si nullus cum declarationibus tamen, quas egregiè de more cumulat Tiraquel *in repet. l. Boves, §. hoc sermone*, (per illum text.) *ff. de verb. signif. inter reg. divers. fol. mihi* 551. *& seqq.* ubi exemplificat in 89. & ultra casibus, cum 33. limit. & nonnullis *declarationibus*, vide *§. dispositio num.* Vide Card. De Luc. *de societ. Offic. disc. 5. n.* 5.

18 Actus regulariter explendus, vel explicandus est expensis illius qui illum fieri petit, *l. cum sæpe Cod. de erog. mil. ann.* & ad plures actus particulares inserendo, declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 228. *per tot.* Ricc. *Collect.* 115. Thomat. *decis.* 9. *num.* 17. Michalot. *de posit. cap.* 69. *per tot.* & Rot. *Collect. Urbin. post illum d.* 84. ubi cujus expensis sit respondendum positionibus, quando respondere debens est absens, vel privilegiatus, ita ut transmitti debeant litteræ, vel Notarius. Surd. *dec.* 201. *num.* 6. Brunnemann. *in rubr. C. de erog. mil. ann. num.* 36.

Et quòd præsumatur factus expensis facientis, Bart. & alii *in l. cum servus ff. de verb. oblig.* Peregr. *decis. 5. in fine*, Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 21. num. 88. fol.* 429. vide *in §. obligatio num.* 7.

Quòd debeat fieri expensis ejus, cujus gratia celebratur, Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap. 76. n.* 1.

19 Actus palam gesti magnam à delicto præstant excusationem, ita ut qui palam aliquid agit, delinquere non credatur, nam sicuti qui malè agit, odit lucem, ita qui benè agit videri cupit, & sic dum videri permittit, credere, præsumitur se benè agere, & per errorem potiùs, & ignorantiam, quàm scienter, & malitiosè, licèt aliàs cessante errore, & probabili ignorantia, plus delinquat ratione scandali qui palam delinquit, quàm qui in occulto, ut benè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 244. *per tot.* vide *in §. delictum, & §. malum* Barbos. *axiom.* 141. *num.* 2. De Luc. *de Cens. disc.* 12. *num.* 5.

Quando tamen actus est mali exempli, & scandali graviùs peccare dicitur qui palam delinquit, quoniam pluribus peccandi exemplum, & occasionem præbet; & ex eo solo quòd res sit mali exempli quis potest condemnari pœna arbitraria, per text. *in l. 2. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. omne delictum §. qui in acie, ff. de re milit. l. si quis, §. qui abortionis ff. de pœn.* Cabal. *resol. cas.* 214. ubi testatur sepè practicasse, prout & ego, vide *in §. coitus num.* 1. Borgnin. *dec.* 55. *num. 22. p.* 5.

Quòd actus, qui potest esse delictum, & non delictum, præsumatur potius bonus, quàm malus ad exclusionem delicti, sicut actus, qui uno loco, & tempore est licitus; an alio verò loco, & tempore illicitus præsumatur potiùs factus tempore, & loco permisso, ac idem in verbis, quæ possunt trahi ad bonum, & ad malum, ut interpretari debeant in bonum, & quando secùs, Farinac. *quæst.* 85. *&* 129. *n.* 72. *& seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 1003. *n.* 14. *& seqq. lib.* 2. cum aliis per Conciol. *resol. crim. verb. Actus resolut. unic.* De Luc. *de Dot. disc.* 158. *n.* 31. Pen. *decis.* 259. *n.* 9.

Quòd cesset omnis suspicio fraudis in actu palam gesto, Rot. *part. 6. recent. decis.* 273. *num.* 6. Put. *dec.* 95. *n. 2. libr.* 2. Ludovis. & Add. *decis.* 461. *n.* 4.

Actus gestus cum uno non nocet, neque prodest alteri quacumque dispositione, ut in sententia, confessione, liberatione, renunciatione, transactione, & similibus, quamvis ex eadem causa plures essent in solidum obligati, vide Gratian. *disceptat. forens. cap.* 966. *n.* 11. & dixi *in §. Actio, & §. Sententia* De Franch., & Add. *dec.* 523. *&* 524. *per tot.* Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr. 9. decis. 11. n. 9. vol.* 3. 20

Actus Collegiales non possunt fieri per singulos separatim, sed simultaneè, cùm potestas resideat in toto Collegio, seu universitate, & non in singulis de illa Jas. *in l. si quis filio, §. patri n. 8. ff. de legat.* 5. vide *in §. Universitas* Tusc. *litt. V. concl.* 261., *& prox.* 21

Actus voluntariæ Jurisdictionis possunt expediri diebus feriatis tam ob necessitatem hominum, quàm in honorem Dei, vel Principis, secùs verò actus contentiosæ jurisdictionis, Marant. *part. 4. dist. 16. n.* 86. Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 1. num.* 194. *fol.* 503. *& ibidem num.* 177. *& seqq.* vide *in §. Contractus num.* 36. Calà de Feriis *quæst. ult. per tot.* Altimat. *de Nullit. rubr. 9. quæst.* 40. *à n.* 37. *tom.* 1. Abeccles. *observat. forens. part. 1. obser.* 77., ubi latè Crescin. *in addit.* 22

Quòd primi possint exerceri etiam extra Jurisdictionem, Grat. *disceptat. forens. cap.* 127. *per tot.* vide *§. Episcopus, & §. Judex*, Rot. *part. 12. recent. decis.* 18. *n.* 4. *&c.* ubi de collatione Commendæ, Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst.* 50. *num.* 81. *&c.* Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. de legitimat. resolut.* 4. *nu.* 2. Altimar. *de Nullit. rubr. 9. quæst.* 31. *n.* 21. *tom.* 1. Abeccles. *observat. forens. part. 1. observat.* 6., ubi plura cumulat Crescin.

Actus omnes, qui causæ cognitionem non desiderant possunt fieri diebus feriatis etiam in honorem Dei, Menoch. *lib. 5. de Arbitr. quæst.* 30. *num.* 14. *&c.* vide *in §. Executio, §. Contractus, & §. Feriæ*, Gait. *de credit. cap. 3. tit. 2. num.* 28. *& seqq.* Calà de Feriis *qu. ultim.* Abeccles. & Crescin. *dict. observat. 77. part.* 1. 23

Actus Jurisdictionales an, & quando possint fieri in Ecclesia, vel alio loco immuni per Judicem sæcularem, saltem de licentia Episcopi, vide Sperel. *decis.* 51. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 3. num.* 135. *& seqq. fol.* 527. & dixi *in §. Judex, & §. Testes.* Sanfel. *dec.* 330. *nu.* 16. *tom.* 3. Genuens. *in Prax. Archiepisc. Neapol. cap.* 42. Antonell. *de Regimin. Eccles. libr. 1. cap. 12. n.* 67. 24

Actus legitimi dicuntur omnes, qui sunt inducti ab aliqua juris scripti parte, vel dispositione, & non recipiunt diem, neque conditionem, nec possunt regulariter 25

riter

riter ſtare in ſuſpenſo, l. actus legitimi, ubi gloſ. ff. de reg. jur. cap. actus legitimi de reg. jur. in 6. Card. Tuſch. lit. A, concluſ. 128. et 129. Barboſ. axiom. 12. num. 13. Baldue. de Dot. tit. 4. deciſ. 9. n. 55.

26 Actus duo, vel plures quando ratione connexitatis, loci, & temporis habentur pro unico, vide Rot. part. 9. recent. deciſ. 340. n. 10. & ſeqq. vol. 2. facit quod dixi in §. Incontinenti, Rot. part. 6. recent. deciſ. 110. n. 11.

27 Actus pro aliquo factus cum impenſa præſumitur ad illius inſtantiam, & de mandato factus, niſi tamen impenſa ſit valdè modica, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 296. num. 23. Marcian. diſput. for. cap. 7. num. 36. dixi in §. Mandatum num. 3. Peregr. dec. 7. lib. 2.

Quòd actus geſtus nomine alterius non pariat præjudicium niſi ille ratificet, l. ſi pupilli §. ſed ſi ego ff. de neg. geſt. Lancell. de attent. p. 2. cap. 4. n. 61.

28 Actus unicus non facit aliquem mercatorem, hoſpitem, meretricem, vel ſimiles, ſed actuum frequentia requiritur, Franc. deciſ. 68. & alii plures relati à Caroc. de locat. part. 3. quæſt. 9. num. 32. fol. mihi 1534 Latè Ricc., & De Luc. ad De Franch. cit. dec., ubi quot actus requirantur ad hoc, ut quis dicatur Leno.

29 Actus geſtus à procuratore revocato ante intimationem, vel ſcientiam revocationis valet, & tenet, quia mutatio voluntatis non præſumitur, Rot. part. 6. recent. deciſ. 130. num. 9. & ſeqq. vide in §. Procurator num. 12. §. Societas num. 26. & 41. Golin. de Procurat. part. 3. cap. 5. n. 97.

30 Actus unicus contrarius non tollit univerſalem conſuetudinem jam legitimè præſcriptam, Natt. conſ. 636. n. 118. Rot. part. 6. recent. deciſ. 193. num. 17. vide in §. Conſuetudo n. 18. &c. §. Obſervantia. Contrarium docent Bart. in l. ſemper in ſtipulationibus in fin. & ibi Cagnol. n. 12. de Regul. Jur. Ber. conſ. 5. nu. 23. libr. 1. Ludoviſ. deciſ. 162. n. 9. ubi Beltramin. num. 15., qui dicit hoc etiam procedere, ſi mille actus ad inducendam conſuetudinem eſſent geſti, nàm unicus actus contrarius, vel difformis illam interrumpit, ut probat Scrader. de Feud. part. 10. ſect. 20. n. 157. in fin.

Sufficit tamen ad excludendam ſtyli probationem, Rot. d. part. 6. deciſ. 71. num. 14.

Quòd actus unicus maximè voluntarius non poſſit inducere obſervantiam in ſequentibus, Rot. poſt Salgad. Labyrint. credit. deciſ. 71. num. 8. &c.

31 Actus poſſeſſorii de recenti, & qui dederunt cauſam liti, non habentur in conſideratione, nec aliquod jus tribuunt pro obtinenda manutentione, Greg. deciſ. 4. n. 2. Rot. p. 6. recent. deciſ. 291. n. 11. & 12. dixi in §. Manutentio n. 11. Ciarlin. contr. 160. n. 39. &c. Unicus tamen ſufficit per text. in cap. cum de beneſ. de præbend. lib. 6. cap. cum Eccleſia Sutrina extr. de cauſ. poſſ. et propriet. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. n. 131. 385. et 386. Gizzarel. deciſ. 77. n. 19. vide in §. Poſſeſſio, et §. Quaſi poſſeſſio.

Quòd actus poſitivi, qui aliàs de jure ſunt apti ad acquirendam poſſeſſionem, & cauſandam præſcriptionem, non proſint, ſi alio animo, & hoc gerantur, cui tantùm deſerviunt, Caſanat. conſ. 41. n. 30. et conſ. 10. nu. 39. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 3. de privil. num. 288. Salgad. Labyrint. Credit. part. 1. cap. 29. n. 20. et 21.

32 Actus facti ex falſa cauſa, non ſuſtinentur ex vera, Capyc. & Maſſul. in Addit. deciſ. 161. num. 5. Joſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. deciſ. 16. num. 4. vide in §. Contractus num. 29. §. Decretum num. 6. §. Obligatio num. 4. §. Alienatio num. 23. §. Cauſa n. 23. De Luc. de Societ. Offic. diſc. 1. n. 2. De Dot. diſc. 156. n. 29.

33 Actus geſtus à furioſo, vel demente, ſi conveniat homini ſanæ mentis, valet, etiamſi non probetur ſana mens de tempore actus geſti, intelligendo quando habebat dilucida intervalla, Boer. deciſ. 33. num. 88. et 89. Joſeph. Ludovic. deciſ. 1. num. 13. etc. Maſcard. de probat. concl. 39. per tot. vide in §. Furor. nu. 4. ubi plures allegavi, & an idem ſit in actu ab infante geſto, cui aliàs æquiparatur furioſus. Rot. p. 10. rec. dec. 78 n. 13.

34 Actus omnes geſti lite pendente regulariter ſunt attentati, & debent attentatorum remedio revocari, intelligendo cum ampliationibus, limitationibus, & declarationibus, de quibus latè Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. n. 294. et ſeqq. vide in §. Attentata. Rot. in Mantiſſ. ad ornat. Card. de Luc. libr. 12. deciſ. 7. n. 8. vol. 4.

Actus factus contra præcedens juramentum de non faciendo, etiam ſi fiat cum juramento eſt ipſo jure nullus, intelligendo quando ille actus, ſuper quo juratur eſt etiã illicitus, vel quando ille, cum quo ſecundo loco actus geritur, erat ſciens præcedentis juramenti de non faciendo, & aliis modis prout latè declarat inſerendo ad plura, Gabriel. com. concl. lib. 2. tit. de jurejur. concl. 1. per tot. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 12. num. 67. et ſeqq. Olea de ceſſ. jur. tit. 1. quæſt. 6. num. 70. etc. ubi firmat regulam pro validitate dixi in §. Juramentum n. 21. ubi plures allegavi, & melius declaravi, et in §. Promiſſio num. 32. 35

Alia de diverſis actibus, vide per Bertachin. in ſuo Repert. verb. Actus, Card. Tuſch. litt. A, eod. verb. Actus. Berlich. in ſuis pratic. concluſ. De Luc. in Indic. general. Altimar. de Nullit. Manſ. Palm. Pignatel. Urſaya, & alii moderni.

Actus quilibet ex iracundia, vel calore iræ factus, ſive ſit ſententia, ſive contractus, vel alius actus eſt nullus, l. quidquid calore iracundiæ 49. ff. de reg. jur. ubi latè exornant ſcribentes Roman. ſing. 514. Ducn. reg. 292. Alvarez de Velaſc. tract. de jud. perfect. Rub. 14. annot. 2. n. 26. et 27. dixi in §. Teſtamentum num. 26. 36

Multa de diverſis actibus quid operentur, vel non, ac de interpretatione diverſorum actuum juxta per me in hoc §. Notata, & alia, pluribus allegatis Auctoribus Ægid. de Caſtejon. in Alphab. jurid. verb. Actu, & Actus per tot. Laurent. Urſel. concl. 47. et 48. Com. Auguſt. Fontan. in ſua Biblioth. part. 4. fol. 32. 37

Actus in dubio ſemper interpretandus eſt, ut valeat eo modo, quo poſſit, quàm ut in totum pereat, Vela differt. 28. num. 28. vide in §. Interpretatio. Interpretandus eſt etiam, ut minus facienti præjudicet, ac ut à prudentibus reprehendi nequeat, idem Vela differt. 30. num. 66. et ſeqq. Alia vide in Indice generali ejuſdem Velæ verb. Actus. Barboſ. axiom. 12. n. 17., & ſeq., & n. 21., & ſeq. 38

Actus facultativi non inducunt obligationem Rot. poſt Urceol. de Tranſact. deciſ. 86. n. 2. Quod tamen declara, ut n. 16., Non faciunt amittere Jus per non uſum, niſi inſimùl concurrat prohibitio Rot. coram Emerix jun. deciſ. 883. n. 8. 39

Actus correſpectivi cenſentur facti contemplatione alterius, & uno ſublato, alterum quoquè tolli, neceſſe eſt Urceol. de Tranſact. quæſt. 5. n. 31. Pen. deciſ. 1441. n. 3. & 4., Et qui dicantur actus correſpectivi Rot. coram Emerix jun. deciſ. 95. n. 2. 40

Actus reſolutio ejuſdem naturæ eſt, cujus eſt conſtructio Urceol. de Tranſact. quæſt. 5. n. 73. Rub. de Confuſ. Jur. cap. 1. n. 97. & cap. 18. n. 320. 41

Actus, & potentia æquiparantur in vocatis ad ſucceſſionem Feudi Rot. coram Pen. deciſ. 870. n. 9. 42

§. ADITIO HÆREDITATIS XIII.

ADitio hæreditatis nonquam præſumitur, ſive hæreditas ſit opulenta, ſive damnoſa, ſed aballegante eſt concludenter probanda, ita ut nec inducatur per actus æquivocos, Grat. diſcept. for. cap. 706. n. 27. cap. 711. n. 54. cap. 733. n. 3. & cap. 756. n. 22. Magon. deciſ. Flor. 64. n. 33. & deciſ. 148. num. 2. & ſeqq. Cavaler. deciſ. 431. & deciſ. 452. per tot. Tuſch. litter. A, concl. 186. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. 22 nu. 6. &c. vol. 4. cum pluribus deciſ. ſeqq. Faber. de error. Pragmat. decad. 13. error. 1. nu. 6. &c. Surd. deciſ. 339. n. 17. Rot. part. 10. recent. deciſ. 141. n. 1. &c. Leoneil. deciſ. Ferr. 2. n. 8. &c. Conciol. cum Romagner. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 34. n. 17. & ſeqq. ubi plura de aditione hæreditatis, & confectione inventarii, de qua materia latè Laurent. Urſel. concluſ. 51. per tot. plenè Cyriac. contr. 244. & 501. & ſeqq. per tot. aliique plures citati à Caſtejon. Alphab. jurid. verb. Aditio. Quòd ſtatutum de conſtituenda poſſeſſione in hæredes, non inducat aditionem hæreditatis, ſed illam præſupponat, ſupplendo tantùm poſſeſſionem, Poſſh. de Manut. obſerv. 55. nu. 54. Rot. part. 16. recent. deciſ. 35. nu. 7. Vide De Luc. De hæred. diſc. 12. n. 8, & 13. n. 5. ubi benè diſtinguit inter aditionem hæreditatis utilis, & lucroſæ, & hæreditatis damnoſæ. Rube. de confuſ. jur. cap. 1. ſub n. 22. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 6. ſect. 5. n. 17. tom. 3. 1

Quod procedit etiam in filio reſpectu hæreditatis paternæ,

ternæ, vel maternæ, nam licèt agendo, & ad sui commodum præsumatur hæres, vel saltem, agendo dicatur se immiscere, tamen secus est si ab alius conveniatur, nam probanda est immixtio, ut dixi in §. Filius n. 27. &c. latè Christin. decis. 26. 27. 29. volum. 4. Peregrin. decis. 45. per tot. Rot. part. 6. recent. decis. 96. num. 4. Addit. ad Sanfelic. decis. 338. Vide De Luc. De Jurepatr. disc. 60. num. 5. De Hæred. disc. 12. num. 9. Rot. post Utceol. de transact. decis. 78. n. 20. Emerix. jun. decis. 837. n. 9. Caprar. decis. 372. n. 24. p. 1. Altimat. loc. cit. n. 18.

In his tamen, quæ concernunt commodum filiorum præsumitur aditio, nisi constet de repudiatione, intelligendo in suo ad effectum transmittendi vigore suitatis, Soc. sen. cons. 116. volum. 1. cons. 296. volum. 3. et cons. 68. volum. 4. Marth. de success. part. 1. q. 24. art. 1. num. 9. Rot. part. 13. recent. decis. 527. num. 19. et seq. ubi etiam si filius sit infans, & maximè stante statuto de continuatione possessionis in hæredes suos, ex quo hæreditas dicitur satis adita, & multò magis à Filio, etiam si alius præoccupasset possessionem, & hoc ex effectu dicti statuti. Altimar. de nullit. rubr. 1. q. 6. sect. 5. n. 19. tom. 3.

Et quando sit probanda aditio, ut hæredes possit agere tanquam hæres, Tusch. litt. A, conclus. 188. Ric. Collect. 3754. Rot. part. 9. recent. decis. 426. num. 17. Rot. coram Mantic. decis. 138. n. 7.

2 Aditio hæreditatis, seu legati agnitio non dicitur facta ab eo, qui conditionem appositam implevit, sed solùm dispositionem purificasse, nisi tamen faciat cum animo adeundi, vide Menoch. lib. 4. præsumpt. 101. n. 3. et 4. Duran. tract. de condit. et mod. impossibil. part. 3. cap. 6. n. 21. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 12. tit. 9. num. 7. etc. Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 16. num. 74. Valasch. de partit. et collat. cap. 15. num. 39. Altimar. loc. cit. n. 65.

Qualiter debeat esse certa, Card. Tusch. litt. A, concl. 183. & 184. Cravett. cons. 33. n. 2. cons. 37. nu. 4. Rot. part. 9. recent. decis. 393. num. 20. De Luc. De Hæred. disc. 18. nu. 5., ubi quod prò aditione requiritur actus certus, & determinatus, & quod non sufficit suspensus.

3 Aditio facta ex falsa causa puta vigore testamenti, quod fuit declaratum nullum, est nulla perinde ac si nunquam fuisset facta, l. si is 32. ubi Jas. num. 1. &c. ff. de acquir. hæred. cum aliis per Duran. decis. 347. num. 25. Rot. part. 12. recent. decis. 313. part. 13. decis. 22. 214. & decis. 363. num. 19. &c. decis. 522. per tot. ubi quod aditio facta ex erronea causa intestati habetur pro non facta ex defectu consensus, &c. Anchar. cons. 357. n. 2., & seq. facit Altimar. loc. cit. rubr. p. quæst. 6. sect. 5. a n. 5. tom. 3.

Quòd aditio facta ex una causa non trahatur ad aliã, cùm deficiat consensus adeuntis, l. si is, l. si quis, §. sed si, & l. pater ff. de acquir. hæred. Paris. cons. 63. n. 23. vol. 1. & cons. 33. n. 87. vol. 3. Panimol. in sua Idea Constit. 26. ubi propterea infert per aditionem factam vigore primi testamenti per secundum revocati, ignorante ipso adeunte, non esse quæsitum jus ejus creditoribus super bonis hæreditariis, quæ etiam possunt repudiati ne creditoribus acquirantur, de quo vide in §. Debitor num. 8. Alexand. cons. 121. col. 5. volum. 1. vide Altimar. à d. n. 5., ubi octo requisita enumerat.

Potest tamen fieri nova aditio ex testamento valido, absque aliqua restitutione, etiam si hæres, sive minor, sive major bona possederit absque inventario, & cùm fiat ex nova causa, debet etiam novum tempus ad conficiendum inventarium dari, Matescott. var. resol. lib. 2. cap. 98. num 16. & 17.

Quæ requirantur ut possit fieri aditio, dixi in §. Hæreditas num. 2. Latè Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 6. sect. 5. num. 5. tom. 3.

4 Aditio habetur semper pro non facta quando deinde hæreditas fuit hæredi evicta, ita ut non induxerit confusionem, nec solutionem in damnum hæredis pro suis juribus, etiam quod fuerit facta sine beneficio legis, & inventarii, Soc. jun. cons. 160. lib. 2. Afflict. decis. 237. num. 5. Duran. d. decis. 347. n. 16. vide §. Hæres, Marcian. disp. for. cap. 95. per tot. Mangil. de evict. qu. 49. per tot.

Quòd per aditionem non extinguantur actiones jure confusionis, sed jure fictæ, & imaginariæ solutionis, etiam non facto inventario, ne alioquin ex restitutione hæres damnum sentiat, l. stichum 95. §. Aditio, ubi gloss. & scribentes ff. de solut. Soc. jun. cons. 170. nu. 5. lib. 2. Grat. discept. forens. cap. 203. num. 7. &c. Rot. part. 2. recent. decis. 259. nu. 2. Pontirol. in Respons. pro Mambellis n. 443. fol. 129. Cæsenæ impresso de anno 1645. vide Marcian. disput. for. cap. 95. per tot. Martha de success. leg. part. 4. q. 12. art. 4. per tot. dixi in §. Solutio nu. 65. Faber. de Error. Decad. 2. Error. 4.

Et quòd nec etiam inducatur confusio ad favorem hæredis, quando est gravatus alteri restituere, sed teneatur solvere quòd ipse debebat hæreditati, Altograd. cons. 89. n. 9. & 10. lib. 1. vide in §. Hæres, ubi plura.

Quòd ex beneficio legis, & inventarii præserventur actiones separatæ, & non confundantur, Rot. post Salgad. Labyrint. credit. decis. 50. n. 29.

Per aditionem etiam sine inventario confundi jura hæredis tantùm, quæ illi competebant tempore aditionis, non autem illa, quæ deinde superveniunt, Cavaler. decis. 367. n. 11. &c. Rot. part. 14. recent. decis. 60. n. 20.

Aditio hæreditatis potest indici animo solo quibuscun- 5
que verbis declarato, l. Pro hærede in fine, & l. gerit. ff. de acquir. hæred. ubi Bart. & alii. Quod procedit tantùm respectu illius, qui hujusmodi animum suum declaravit, non autem quoad alios, quorum respectu facta sunt necessaria, cùm gestio pro hærede sola tertio non præjudicet, immò semper facta, & opera requiri, nec solum animum sufficere probat Jo. Vaud. lib. 2. suar. Quæst. cap. 25. prout refert Genua tract. de verb. enunciat. lib. 3. quæst. ultim. num. 7. fol. mihi 74. vide Mascard. de probat. conclus. 622. n. 24. Præt. de interpret. ult. volunt. lib. 5. dub. 3. Interpret. 1. nu. 54. & seqq. Crass. §. fin. de hæredit. adit. a quæst. 5., et seq. Altimat. de nullit. rub. 1. quæst. 6. sect. 5. à num. 20. tom. 3.

Et plura quando tam verbis, quàm factis inducatur aditio hæreditatis, vide latè per Menoch. lib. 4. præsumpt. 100. et 101. per tot. Mascard. de probat. concl. 40. & seqq. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 9. 10. 11. 12. & 13. per tot. Merlin. decis. 247. 380. 888. Ricc. Collect. 2234. 3476. & seqq. & Collect. 2808. & 3708. Martha de success. legal. part. 4. q 14. art. 2. per tot. ubi qualiter inducatur, & probetur per actus acquisitivos, per actus translativos, per actus possessivos, & per verba, inferendo ad plures casus particulares, & magis contingibiles. Quòd quælibet declaratio animi determinata, & dispositio rei hæreditariæ aditionem importet, Rot. part. 13. recent. decis. 74. n. 5. ubi de præsentatione ad juspatronatum. Crass. §. fin. de hæredit. adit. à quæst. 5., & seq. Brunnemann. in l. si avia 6. n. 3. & 6. C. de jur. deliberand. ubi dicit hæreditatis aditionem, etiam solo animo per actum ultimæ voluntatis declarativum perfici posse, & præsumi, eum adiisse, qui testatur de re hæreditaria; quod etiam inferri asserit ex hæreditatis cessione. Altimat. d. sect. 5. per tot.

Aditio hæreditatis, sicut & repudiatio potest fieri 6
per Epistolam, ut docet Genua de script. privat. lib. 3. quæst. 20. & 21. fol. 139. vide in §. Repudiatio Altimar. de Nullit. rubr. 6. quæst. 6. sect. 5. n. 23. tom. 3. Balduc. tit. 3. de legat. decis. 25. n. 44.

Aditio hæreditatis probatur per verba enunciativa 7
Notarii, quando in instrumento aliquem nominat, & appellat hæredem, dummodo tamen sic nominatus sit præsens, quia tunc dicuntur verba partis, & non Notarii, secus autem si sit absens, Gratian. discept. forens. cap. 711. n. 67. & cap. 694. num. 30. Menoch. lib. 4. præsumpt. 100. n. 24. &c. facit Cavaler. dec. 374. n. 6. ubi de cessione facta alicui tanquam hæredi, quæ censetur facta cum qualitate, & onere hæreditario, Rot. par. 12. recent. decis. 49. n. 40. Bich. decis. 490. nu. 9. &c. Rot. part. 17. recent. decis. 42. num. 4. & 5. ubi etiam de mandato ad vendendum bona hæreditaria, Francisc. de Angel. tract. de confess. lib. 2. q. 14. n. 34. ubi citat meas resol. cap. 99. nu. 5. Altimar. de nullit. rubr. 2. quæst. 6. sect. 5. n. 24. tom. 3 Altimar. loc. cit. n. 24., ubi pariter refert Dominum Sabellum in resolut.

Quomodo probetur aditio ex confessione partis in instrumento, vide latè Surd. decis. 104. Fresch. decis. 694. ubi quòd confessio facta in instrumento cum uno cre-

creditore, præjudicat etiam quoad alios, Merl. dec. 280. ubi etiam qualiter post aditionem possit renunciari in præjudicium ipsius renunciantis, non autem tertii. Thorus in compend. dec. verb. confessio. optimè Andreol. controverſ. 388. per tot. Altimar. loc. cit. n. 25.

8 Aditio hæreditatis an inducatur in debitore debitum sui creditoris retinente, dicit admodum controversum, Magon. deciſ. Flor. 14. in fine, ubi ſe remittit ad Bart. quæſt. 10. & Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 23. & ipse videtur negativè concludere, sed affirmare videtur deciſ. 148. n. 11. quem sequitur Rot. part. 13. recent. deciſ. 251. n. 6. intelligendo quando per longum tempus debitum non solvit. vide Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 6. ſect. 5. n. 66. tom. 3.

Negativam opinionem veriorem asserit Cavaler. deciſ. 504. n. 6. vide Mantic. de conject. lib. 12. tit. 13. n. 2. &c.

Quod inducatur in creditore ex fructuum perceptione, Put. deciſ. 447. lib. 1. Card. Millin. deciſ. 44. nu. 3. sequitur Altimar. loc. cit. n. 28.

9 Aditio hæreditatis de jure non inducitur per retentionem rei minimæ hæreditariæ, Cravet. con. 33. n. 12. Magon. deciſ. Flor. 148. n. 5. & 6. ubi tamen quod secus est ex dispositione statuti Florentini, dixi §. Statutum, Rot. part. 16. recent. deciſ. 417. & p. 17. dec. 273. ubi etiam si mater possideat pro suis dotibus, quia non est incompatibile quòd mater insistat bonis uti creditrix, & filius possideat tanquam dominus sequitur Altimar. loc. cit. n. 40. Alderiſ. de hæredit. act. part. 1. cap. 11. n. 54.

Quòd aditio non inducatur ex continuatione possessionis bonorum fratris in communi, & jure familiaritatis, non data scientia mortis illius, Rot. part. 18. recent. deciſ. 800. per tot.

Quòd ex sola detentione, vel possessione rerum hæreditariarum non inducatur aditio, nisi possideat tanquam hæres, & animo adeundi, quia ultra factum requiritur etiam animus; quid præsumendum si agatur de hæreditate opulenta, vel imus in filio, & alia, late Paul. Christin. deciſ. Belgic. 166. vol. 1. Peregr. deciſ. 45. ubi plura pro defensione filii ab immixtione sequitur Altimar. loc. cit. n. 32.

Quòd ex possessione bonorum paternorum præsumatur aditio, l. si quis bonis ff. de acquir. hæred. Mantic. de conject. lib. 12. tit. 12. nu. 8. Addit. ad Buratt. deciſ. 522. n. 10. Rot. par. 21. recent. deciſ. 73. nu. 15. Idem Altimar. loc. cit. n. 39. Emerix. jun. deciſ. 98. nu. 5. deciſ. 304. n. 2. deciſ 653. n. 8. deciſ. 682. n. 4. & deciſ. 693. n. 3 Caprar. deciſ. 434. n. 5. part. 2. & deciſ. 564. n. 8. ead. part. 2. Fontanell. deciſ 87. n. 6.

Quomodo, & ex quibus probetur abstensio, Giurb. deciſ. 43. num. 25. &c.

10 Aditio hæreditatis inducitur ex retentione mobilium, quæ defunctus habebat tempore mortis, non docto de alia causa, & titulo retinendi, & de illis non facto inventario, vide Mantic. de conject. ult. volunt. lib. ult. tit. 12. nu. 8. & seqq. Merend. contr. jur. lib. 24. cap. 25. n. 16. & seqq. & dixi in meis resolut. cap. 99. n. 6. & per tot. ubi plura ad hanc materiam aditionis hæreditatis, Idem Altimar. loc. cit. n. 31.

Item inducitur si filius institutus domum paternam inhabitet, l. 1. C. de repud. hæred. Rot. post Pacif. de Salvian. deciſ. 87. n. 8. Magon. deciſ. Luc. 62. num. 15.

Si tamen agatur de bonis delinquentium possessis à proximioribus, ad quos non uti hæredes, sed ex beneficio, Auth. bona damnatorum, C. de bon. præscript. pervenerint, ex hujusmodi retentione, vel possessione non inducitur aditio, nec obligantur dicti proximiores creditoribus condemnari ultra vires bonorum, ut benè explicat Marth. de successſ. legal. par. 1. q. 8. art. 3. per tot.

11 Aditio hæreditatis si fuerit facta per procuratorem debet constare de speciali mandato, cùm sit de his, quæ in animo consistunt, Cavaler. deciſ. 272. n. 4. & vide in §. Mandatum, Altimar. loc. supra cit. nu. 68. & seqq. Celſ. deciſ. 243. n. 10. Buratt. deciſ. 135. n. 3. & deciſ. 351. n. 1. Coccin. deciſ. 647. n. 13. Barboſ. clauſul. 35. De Luc. de Hæred. diſc. 12. sub n. 4. Vide Rube. de confuſ. jur. cap. 1. nu. 224. Caprar. deciſ. 604. n. 27. part. 2. Bertachin. vot. 79. n. 5. & 6.

An autem aditio ex solo mandato probetur, & dicatur facta statim, non expectata actuali aditione fienda à procuratore, dic quod sic regulariter, quando verba mandati sunt deliberata ex nunc; secus autem si sint suspensiva, & indeterminata, sicuti pro executione aditionis, maximè ubi præcessit abstensio, laté ponderat Rot. par 9. rec. deciſ. 393. per tot. & part. 13. deciſ. 274. ubi etiam quòd debet esse certus ex qua causa, & portione adeat, mandatum speciale, & solemnitates, aliàs ex mandato ad adeundum non inducitur aditio, Marth. vot. Piſ 167. n. 7. latè Urceol. d. tract. q. 72. n. 28. & seqq. ubi me citat in hoc loco. Idem. Altimar. loc. cit. n. 69. Emerix. jun. deciſ. 216. nu. 2. Royas deciſ. 448.

12 Aditio hæreditatis per quos actus inducatur vide ultra supra citatos, Marant. in repet. l. is potest, ff. de acquir. hæred. n. 42. & seqq. ad 90. ubi 38. actus, & modos adeundi refert, Tusch. litt. A, concl. 190. & seqq. Merlin. deciſ. 888. supra nu. 5. in fine, Ricc. Collect. 556. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 6. ſect. 5. nu. 59. tom. 3. De Luc. in Indic. general. Manſ. Palm. Emerix. Caprar. & alii Moderni.

Quod ex sola voluntate verbis, vel factis declarata inducatur aditio, Rot. part. 2. diverſ. deciſ. 342. per tot. ubi quod non dicitur conditionalis licèt fiat cum beneficio legis, & Inventarii, Altimar. loc. cit. n. 20.

Quando tamen est turbida non afficit, Dutan. deciſ. 347. n. 14. nec quando actus sunt æquivoci, Rot. part. 13. rec. dec. 77. n. 10. & part. 14. deciſ. 145. in fine, Rot. part. 18. rec. dec. 586. ubi quòd aditio non resultat, imò potiùs excluditur ex actu & confessione dubia, Altimar. loc. cit. n. 22. Cyriac. controverſ. for. cap. 242. n. 27. Emerix. jun. deciſ. 157. n. 2. & deciſ. 264. n. 4.

13 Aditio hæreditatis inducitur per oblationem solvendi de bonis hæreditariis, sicut & per solutionem debiti hæreditarii, Gratian. discept. for. cap. 150. n. 22. Magon. deciſ. Flor. 44. n. 5. & deciſ. 64. nu. 35. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 12. n. 5. Rot. part. 9. rec. deciſ. 399. n. 34. Altimar. loc. cit. num. 35. Mont. conſ. 47. n. 14. Maynard. deciſ. 23. nu. 2. Antald. deciſ. 84. n. 13. Emerix. jun. deciſ. 655. nu. 4. Caprar. deciſ. 434. à n. 7. part. 2. ubi hoc benè declarat.

Quando tamen ex alio titulo potuit fieri solutio, ex ea non inducitur aditio hæreditatis, ad quam excludendam sufficit quòd solutio sit æquivoca, Rot. part. 12. recent. deciſ. 358. n. 9. &c. & part. 13. deciſ. 232. n. 11. & seqq. Altimar. loc. cit. n. 37.

An inducatur ex actu pacis pro occisione defuncti, maximè si aliquid hoc nomine recipiatur, dixi in §. Pax num. 6. ubi quod non: sed quod si quando aliquid recipitur voluit Bart. in l. pro hærede, §. fin ff. de acquir. hæredit. sequitur Jacob Novel. pract. crimin. tit. de pace num. 87. fol. mihi 233. Altimar. loc. cit. n. 71. ubi dat Doctores prò utraque opinione.

14 Aditio prædicta inducitur per possessionem bonorum, & solutionem debitorum, Gratian. discept. 468. nu. 86.

Et quod filius possidendo bona patris, non docto de alia causa in dubio, & fructus percipiendo præsumatur se immiscuisse hæreditati paternæ, Magon. dec. Flor. 64. n. 34. vide Mantic. de conject. lib. 12. tit. 12. n. 8. Paul. Christin. deciſ. Belgic. 85. per tot. vol. 1. & deciſ. 166. d. vol. 1. ubi plura quando ex retentione rerum hæreditariarum inducatur aditio, vel non, supra n. 9. Altimar. loc. adduct. n. 39. ubi refert Alderiſ. de hæredit. act. part. 1. cap. 10. nu. 88. Fontanell. deciſ. 87. n. 6. Altograd. conſ. 5. sub. n. 18.

15 Aditio præsumitur, & inducitur per cessionem alteri factam ab eo, cui hæreditas erat delata, non solùm ad effectum validandi cessionem, sed etiam ut cedens teneatur ad omnia, ad quæ hæres simpliciter adeundo obligatur, l. si aviæ, C. de jur. delib. Franch. deciſ. 32. n. 10. & seqq. Rot. par. 6. recent. deciſ. 74. num. 8. & deciſ. 106. n. 6. & part. 11. deciſ. 41. n. 4. Guttierez de gabel. q. 63. n. 3. &c. ubi idem in venditione, donatione, vel mandato, & sive fiat expresſè, sive tacitè, secus tamen in renunciatione, vide Mantic. de conject. lib. 12. tit. 12. nu. 17. Rot. part. 9. recent. deciſ. 290. n. 10. & 11. Altimar. loc. cit. nu. 42. Brunnemann. in l. Avia 6. n. 6. C. de jur. deliberand. Alderiſ. loc. cit. cap. 11. nu. 58. Casanat. conſ. 10. à n. 79. Episcop. Rocc. ſelect. disput. jur. cap. 145. num. 6,

Emerix. jun. *decis.* 600. *n.* 5. *&* *decis.* 821. *n.* 9. *in fin.*

An autem ex locatione rei hæreditariæ inducatur aditio hæreditatia, latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 27. *n.* 153. *& seqq.* ubi refert contrarias opiniones, & firmando negativam, & illam pluribus modis limitando. Altimar. *loc. cit. n.* 48. ubi plures authoritates adducit pro utraque parte.

16 Aditio probatur per solutionem mercedis medicorum, & medicinalium pro ægrotatione defuncti, maximè si agatur de hæreditate opulenta, quidquid in damnosa contrarium in puncto renuerit Natt. *cons.* 448. *n.* 10. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 148. *n.* 7. *&c.* Altimar. *loc. cit. n.* 51.

Quòd faciens expensas funeris non dicatur hæreditatem adire, Bart. *in l. si quis*, §. *plerique ff. de relig. & sumpt. fun.* Nat. *d. cons.* 448. *num.* 16. *lib.* 2. Crot. *cons.* 310. *circa finem lib.* 3. Surd. *decis.* 253. *n.* 13. Mantic. *de conject. lib.* 12. *tit.* 10. *nu.* 9. Pacif. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 86. vide Marth. *de succes legal. part.* 4. *quæst.* 14. *art.* 2. *n.* 14. *& seqq.* ubi contrarium firmat, nisi agatur de modica impensa, vel præcedat protestatio. Altimar. *loc. cit. n.* 74. Alderis. *d. part.* 1. *c.* 20. *n.* 100. *& seqq.* ubi distinguunt inter expensas necessarias, & non necessarias. Vide Balduc. *tit.* 3. *de legat. decis.* 17. *n.* 22. *&* 23. Bertachin. *vot.* 79. *n.* 7.

17 Aditio potiùs præsumitur quàm illicita detentio ad evitandum delictum, & ideò inducitur ex possessione capta propria auctoritate à fideicommissario, si titulus fideicommissi, cujus vigore fuit capta non erat cum tali facultate, Rom. *cons.* 247. *n.* 4. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 10. *& tit.* 13. *num.* 10. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 101. *n.* 27. *&* 37. Ludovis. *decis.* 460. *n.* 11. *&* 12. Thomar. *decis.* 51. *n.* 30. & alios citavi in meis *resol. cap.* 99. *n.* 7. *&* 8. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 180. *n.* 3. ubi quod ad evitandum delictum præsumitur scientia testamenti, & aditio illius vigore, Garzia Millin. *decis.* 44. *n.* 6. *&c.* Rot. *par.* 6. *rec. decis.* 417. *n.* 9. *& part.* 18. *decis.* 717. *n.* 10. repetita in eadem causa. Rot. coram Caprar *decis.* 559. *n.* 16. *part.* 2. *pag.* 230.

18 Aditio potest induci per cautelam, si creditor mittat aliquem ad hæredem cum pecunia, & dicat accipe istos denarios, quos debebam defuncto, nam si accipit, & probetur, statim dicitur adivisse, & obligatur ad debita, *l. cum debitum C. de jur. delib.* vel si ad interrogationem alterius respondeat se esse hæredem, quia talis responsio prodest omnibus aliis creditoribus nisi prius repudiasset, quia tunc soli interroganti prodesset, unde melius est repudiare quando quis non vult esse hæres, Cæpol. *caut.* 204. *& caut.* 159. ubi etiam quod inducitur aditio quando potest probari, quod filius bibit de vino, vel comedit de frumento patris post illius mortem, vel alios fructus consumpsit pro usu suo, & dixi in meis *resolut. cap.* 99. *n.* 13. *&* 14. faciunt tradita per Emerix jun. *decis.* 600. *n.* 3. Caprat. *decis.* 3. *n.* 14. *&* 15. *part.* 1. Altimar. *d. rubr.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 5. *n.* 41. *tom.* 3.

Non tamen induceretur aditio etiam per exactionem crediti hæreditarii, si exigens habebat aliquam causam saltem coloratam credendi se creditorem defuncti, & quod potuerit alio jure quàm hæreditario exigere, licèt posteà in discussione prætensio evanescat, Cyriac. *contr.* 244. *n.* 63. Altimar. *d. n.* 41.

19 Aditio hæreditatis maternæ inducitur ex retentione dotis à patre facta, cùm ita retinendo dicatur nomine filiorum adire quando sunt minores, Bart. *in disput. sua incip.* debitor in diem, *& in l. gerit. nu.* 28. *ff. de acquir. hæred. & in cons.* 119. *lib.* 1. Rom. *cons.* 247. *n.* 4. Magon. *decis. Flor.* 148. *nu.* 11. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 12. *vers. tertius casus*, Martha *de success. leg. part.* 4. *quæst.* 14. *art.* 2. *nu.* 46. Grat. *discept. forens. cap.* 627. *n.* 26. & dixi in meis *resol. cap.* 61. *n.* 23. *& cap.* 89. *n.* 18. adde Surd. *dec.* 110. *nu.* 1. *& n.* 10. *&c.* Rot. *part.* 6. *divers. decis.* 274. *nu.* 9. Paschal. *de patr. potest. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 36. Pontirol. *in respons. pro Mambellis n.* 420. *in fine fol.* 123. *Cæsenæ impresso de anno* 1645. Rot. *part.* 8. *recent. decis.* 527. *nu.* 4. *& part.* 10. *decis.* 329. *n.* 12. *& seqq.* ubi quod licèt videatur procedere solum in filiis infantibus, secus autem in majoribus infante, tamen per continuationem possessionis censetur ratificata aditio, vel de novo facta, Rot. *part.* 14. *decis.* 358. *n.* 6. ubi quòd stante infantia cessat omnis difficultas Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 5. *n.* 53. *tom.* 3. vide De Luc. *de hæred. dis.* 13. *per tot. dis.* 29. *n.* 5. *de Success. disc.* 15. *n.* 3. *de Credit. disc.* 137. *n.* 2. *de Usur. disc.* 10. *n.* 3.

Pro prima opinione Rot. *par.* .... *recent. decis.* 335. ubi latè pro aditione, etiam si possessio ad suum usumfructum referri prætenderetur, quia hic etiam aditionem importat, cum non possit ususfructus in patre sustineri, nisi in necessarium antecedens præsupponatur acquisitio proprietatis facta ab eo uti legitimo administratore filiorum, ne aliàs patet ipse dicatur injuste, & sine titulo possidere, quæ decisio fuit confirmata *d. part.* 17. *dec.* 396. cum aliquibus tamen declarationibus de quibus in ipsis decisionibus sequitur hoc idem Altimar. *loc. cit. n.* 55.

Contrarium autem multis auctoritatibus, & rationibus nititur probare Altograd. *cons.* 81. *per tot. lib.* 1. & præcipuè cùm hujusmodi actus retentionis, & non restitutionis dotis sit merum silentium, quod non significat voluntatem, & animum adeundi, maximè si pater non fuerit in mora restituendi dotem, quam moram non incurreret, ubi non adest hæres cui possit solvere, vel si in hæreditate erant alia bona præter dotem, & pater illa non attigit, nam his casibus per retentionem dotis non inducitur aditio, ut latiùs ipse probat; sed istis cessantibus non esse recedendum à suprafirmata conclusione omninò existimo, & vide Doctores supracitatos, ac pro opinione Altograd. facit Marth. Medic. *Exam.* 50. *per tot. decis.* 79. *nu.* 8. hoc etiam refert Altimar. *ibidem n.* 56.

Quod aditio, quæ desumitur ex possessione patris bonorum hæreditariorum nomine filii, intelligatur ad favorem solius masculi, & non fœminarum stante statuto illarum exclusivo, Rot. post Salgad. *Labyrint. credit. decis.* 50. *num.* 22. *&c.* Altimar. *n.* 57.

Quod in hæreditate matris sit positivè probanda aditio, quicquid in hæreditate paterna cadat præsumptio aditionis ad favorem filii, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 423. *n.* 10. *& seqq.* & dixi §. *filius n.* 27. ubi vide Altimar. *n.* 58.

20 Aditio hæreditatis non inducitur in socio, sive consorte possidente bona in quibus habet ratam pro indiviso, nisi percipiat integros fructus, *l. duo fratres, ubi DD. ff. de acquir. hæred.* Rot. *Flor. in mot. sub. die* 21. *Februarii* 1555. *&* 22. *Junii* 1534. Carr. *cons.* 114. *num.* 2. *lib.* 1. Angel. *cons.* 173. *in fine*, Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 9. *n.* 17. *&* 18.

Alia plura quando inducatur hæreditatis aditio, sive imixtio, vel non in terminis statuti Florentini *lib.* 2. *Rub.* 29. vide in Annotationibus manuscriptis ad *d. stat.* per plures Advocatos Florentinos compilatis, quarum copiam habeo *fol. mihi* 4. *& seq.* & habentur ferè per omnes Advocatos Florentinos, & in Repertorio Motivorum, Rot. *Florent.* per Matth. Neron. *impressa Florentiæ anno* 1633. vide *in §. Statutum num.* Quando inducatur aditio, vide Cabal. *cons. decis.* 156. *lib.* 1. Altimar. ubi sup. & alii sup. citat; qui plura cumulant.

21 Aditio præsumitur, & hæres remanet in solidum obligatus, si intra tempus ad deliberandum præstitutum non repudiat, nec inventarium facit, *l. ult. §. sin autem. C. de jur. delib.* ubi Salyc. Castr. Alex. & alii Mantic. *de conject. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 18. *&c.* Mascard. *de probat. concl.* 51. *per tot.* Cabal. *cons.* 97. *lib.* 1. ubi de aditione inducta à statuto præfigente terminum ad adeundum vel repudiandum, aliàs eo elapso habeatur pro adita, ut dictus terminus currat tantùm à die scientiæ hæreditatis delatæ, vide *in §. Hæreditas.*

22 Aditio hæreditatis potest fieri usque ad 30. annos, quibus elapsis remanet præscriptum jus adeundi, nisi detur alia forma, sive tempus adeundi, vel repudiandi à statuto, de tẽpore præfigendo ad deliberandum, & alia Card. Tusch. *litt. A, concl.* 183. vide *in. §. Tempus n.* Marth. *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 14. *art.* 1. *num.* 19. *et seqq. ad* 29. ubi plura qualiter jus adeundi præscribatur, facit Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 232. *sequitur* Altimar. *loc. cit. num.* 100., *et plurib. seq.*, ubi benè distinguit. Brunnemann. *in l.* 8. *&* 9. *C. de jur. deliberand.* De Luc. *de success. disc.* 43. *n.* 4

23 Aditio hæreditaris inducitur ex venditione bonorum hæreditariorum facta à filiis tanquam dominis, cùm dominium

minium

minium habere non poſſint niſi tanquam hæredes, ita ut non obſtet præcedens proteſtatio, à qua videntur receſſiſſe, nec ſe vendidiſſe jure proprio tanquam bona feudalia, vel emphyteutica, quando id non fuit ipſo contractu expreſſum, vel fuit dictum bona eſſe libera, maximè ſi in computum pretii fuerit ceſſus cenſus à patre debitus, nam dicta ceſſio non operatur translationem jurium, ſed extinctionem, & quietationem, etiam ſi in venditione non ſe nuncupaverint hæredes, cùm talis nuncupatio non ſit neceſſaria quando alienatur res hæreditaria, cùm ex ipſo facto reſultet aditio, quicquid ſit ſi actus eſſet indifferens, ut latè probat Rot. *in Romana cenſus* 1. *Julii* 1641. *coram Bichio per tot. in recent. part.* 9. *deciſ.* 48. facit Rot: coram Caprar. *deciſ.* 559. *n.* 29. 30. *et* 36. *part.* 2.

Quomodo aditio hæreditatis inducatur, & probetur per tranſactionem, latè Urceol. *tract. de tranſact. q.* 72. *per tot.* & pluries in hoc loco me citat, Rot. *part.* 27. *recent. deciſ.* 19. ubi quòd inducitur aditio in tranſactione à tutore facta ſuper re hæreditaria nomine pupilli. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 5. *n.* 76. *tom.* 3. Alderiſ. *dict. cap.* 10. *n.* 61. Emerix. jun. *deciſ.* 600. *n.* 3. & 4. Caprar. *deciſ.* 281. *n.* 2. *part. p.*

Quòd non inducatur ex compromiſſo inter cohæredes ſuper eorum prætenſionibus, Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 130. In eadem cauſa, ubi fuit confirmata præcedens deciſio ibi allegata, ſequitur Altimar. *loc. cit. n.* 77.

In contrarium facit quia etiam res aliena poteſt vendi, ſtante proteſtatione aditio eſt ſimulata, & poteſt venditio jure proprio ſuſtineri, ut concludit Martha *vot. Piſ.* 134. *per tot.*

Quòd ex diſpoſitione, & contractu bonorum hæreditariorum, ſicut ex obligatione, & ſolutione debitorum hæreditatis, ac ex confeſſione plenè probetur aditio hæreditatis, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 373. *num.* 32. & *ſeqq.* & *deciſ.* 399. *n.* 34. Fontanel. *deciſ.* 87. 88. & 89. ubi plura de aditione hæreditatis reſultant ex diſpoſitione bonorum facta in teſtamento etiam revocato, & aliis mediis. Caprar. *deciſ.* 559. *à n.* 29. *part.* 2.

Quòd ex contractu inito ſuper re hæreditaria probetur aditio, Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 22. *n.* 44. Altimar. *ubi infra num.* 46. Cyroc. *diſput.* 61. *n.* 23. Urceol. *de tranſact. quæſt.* 72. *n. p.*

Item inducitur aditio hæreditatis per ſolum actum præſentationis in jurepatronatu hæreditario, Rot. *part.* 4. *rec. deciſ.* 77. *num.* 2. *part.* 6. *deciſ.* 96. *num.* 10. *part.* 10. *deciſ.* 255. *n.* 19. *et part.* 11. *deciſ.* 19. *num.* 7. *deciſ.* 73. *num.* 16. & *part.* 13. *deciſ.* 74. *n.* 4. *etc.* Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *quæſt.* 6. *ſect.* 5. *n.* 50. *tom.* 3. Emerix jun. *deciſ.* 654. *n.* 10. De Luc. *de Jurepatronat. diſc.* 60. *n.* 6.

Item inducitur per tranſactionem factam ſuper debito hæreditario, & nomine hæreditario, Bald. *conſ.* 124. *n.* 2. *lib.* 2. Greg. *deciſ.* 98. *num.* 3. Rot. poſt Merlin. *de pign. deciſ.* 105. *n.* 21. *etc. et par.* 11. *rec. deciſ.* 38. *n.* 12.

Non tamen inducitur ex compromiſſo inter cohæredes facto ſuper prætenſionibus eorumdem, cùm non concludat perneceſſe aditionem, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 145. *num.* 13. &c.

24 Aditio hæreditatis an poſſit fieri à muliere vel minore ſine ſolemnitatibus ſtatutariis in eorum contractibus requiſitis, contrarias opiniones, & rationes adducit Vaſq. *de ſucceſſ. lib.* 1. §. 4. *num.* 46 & 47. alios allegavi *in* §. *Statutum requirens num.* 28. vide Marth. *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *q.* 14. *art.* 1. *n.* 10. & *ſeqq.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 153. *num.* 18. & *ſeqq.* ubi quòd ceſſat difficultas quando aditio fuit facta beneficio legis, & inventarii, quia tunc ſolemnitates non requiruntur; alias autem ſolemnitates eſſe neceſſarias reſolvit eadem Rot. *d. part.* 13. *deciſ.* 274. *num.* 7. & *part.* 14. *deciſ.* 224. *n.* 7. Cardinal. De Luc. *de Hæred. diſc.* 15. *per tot.* Rube. *de confuſ. jur. cap.* 3. *num.* 65. Emerix jun. *deciſ.* 264. *à num. p.*

An aditio hæreditatis poſſit fieri ſine ſolemnitatibus, vide Franciſc. de Angel. *tract. de conf. lib.* 2. *quæſt.* 14. *per tot.*

Quid in repudiatione dixi *in* §. *Statutum requirens*, *n.* 6. & Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 232. *n.* 9. & 10.

Plura, qui poſſint adire hæreditatem, vel non, Martha *d. quæſt.* 14. *art.* 1. *per tot.* ubi de monaſterio, patre, creditore, muliere, vel minore, tutore, & hujuſmodi. Ricc. *part.* 6. *collect.* 2234.

Aditio hæreditatis qualiter obliget hæredes creditoribus defuncti, & legatariis, non autem obligationem inducat inter ipſos hæredes, Vaſq. *de ſucceſſ. lib.* 2. §. 57. *num.* 114. vide *in* §. *Bona num.* 19. §. *Hæres numer.* 1. &c. Altimar. *d. ſect.* 5. *à numer.* 216. & *à num.* 125. 25

26 Aditio hæreditatis quomodo probetur, vel præſumatur, & de variis modis, ſive actibus, ex quibus illa reſultat, an ex verbis demonſtrativis conditionalibus, & enunciativis, ſcriptura, factis, ceſſione, poſſeſſione bonorum defuncti, confectione inventarii, conſtitutione procuratorii, ſubtractione, vel amotione alicujus rei hæreditariæ, ceſſatione in non faciendo, teſtibus ſingularibus, & hujuſmodi, latè declarat Maſcard. *de probat. concl.* 40. & *ſeqq. ad* 53. *per tot. vol.* 1. Marcel. Cala *de mod. art. et prob.* §. 2. *gloſ. un. numer.* 696. *et ſeqq.* latè De Luc. *in Indic. generál. verb. Aditio hæreditatis ex quibus reſultare dicatur.* Altimar. *de nullit. rubr. p. quæſt.* 6. *ſect.* 5. *per tot. t.* 3. Manſ. Palm. Emerix. Caprar. & alii.

Quòd inducatur, & probetur per diſpoſitionem factam in vita, vel morte de aliqua re hæreditatis ſibi delatæ, cùm occultetur unus actus, ſcilicet acceptatio, quæ præcedere ſupponitur tanquam neceſſaria, & ſatis animus adeundi declaretur, etiam ſi poſteà diſpoſitio revocetur, quia etiam ex actu nullo colligitur voluntas, *l. fin. ff. de rebus cor. l.* 3. §. *fin. ff. de donat. inter vir. et ux.* Fontanell. *deciſ.* 87. 88. *et* 89. Caſtill. *contr. tom.* 5. *cap.* 108. *per tot.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 54. *num.* 32. *et ſeqq.* Marcel. Cala *loc. ſup. cit.*

An poſſit probari per poſitiones, animo fuiſſe aditam hæreditatem, Michalor. *de poſit. cap.* 56. *num.* 18. *et* 19. ubi quòd ſic, dummodò animus fuerit verbis, vel factis declaratus, aliàs non poſſet poni tanquam ſimplex propoſitum in mente retentum, & ponens debeat affirmare quod ponit.

Quòd aditio probetur per reſponſionem factam poſitionibus, ſi reſpondens dicat credere ſe eſſe hæredem, Surd. *deciſ.* 17. *num.* 10. habetur poſt Michalor. *de poſit. deciſ.* 62. *ſequitur* Altimar. *rubr.* 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 5. *nu.* 62. *tom.* 3.

Alia plura vide per Bertachin. *in ſuo Repert. verb. Aditio.*

Qualiter detur reſtitutio in integrum adverſus aditionem damnoſam, vide in §. *Reſtitutio.* Latè Gdd. *de reſtit. in integrum quæſt.* 62. *per tot.* De Luc. *de Hæred. diſc.* 33. *n.* 12.

27 Aditio hæreditatis inducitur ex quolibet actu, qui fieri nequeat ab hærede, niſi adita hæreditate, etiam ſi ille actus fuerit nullus, Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 10. *et part.* 2. *cap.* 15. *num.* 10. *cap.* 18. *num.* 13. *et* 21. *et cap.* 24 *num.* 33. Cyriac. *cont.* 501. ſequitur Altimar. *rubr.* 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 5. *num.* 59. *tom.* 3. De Luc. *de Hæred. diſc.* 8. *n.* 4. *de Feud. diſc.* 19. *nu.* 16. *de ſucceſſ. diſc.* 21. *n.* 8. Balducc. *de Prælat. tit.* 2. *deciſ.* 6. *n.* 7. *et* 8. *De Legat. tit.* 3. *deciſ.* 46. *n.* 10.

28 An inducatur aditio per furtum rerum hæreditariarum, Aylon. ad Gomez. *lib.* 1. *var. cap.* 9. *nu.* 35. Vela *differt.* 11. *nu.* 38. ubi quòd ſic ſequitur Altimar. *rubr.* 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 5. *n.* 60. *tom.* 3.

29 An adiri poſſit hæreditas avi, repudiata illa patris, Faber. *de error. Pragmat. Decad.* 29. *Err.* 7. *et* 8. Aliaque plura juxta per me in hoc §. notata, novis auctoritatibus, licèt non tam copioſè confirmata, Caſtejon. *in Alphab. jurid. verb. Additio per tot.* & noviſſimè me citato Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 35. plura de Aditione hæreditis tradunt Altimar. De Luc. Manſ. Palm. Emerix. Caprar., quibus addo Calderon. de Com. & alios recentiores.

30 An inducatur aditio hæreditatis ex illius ceſſione, vel renunciatione alteri facta, cùm aliàs videatur fruſtratoria ceſſio, & alia, Cæſar. ad Afflict. *contr. jur. cap.* 16. & *ſeqq. plures relati per* Caſtejon. *Alphab. Jurid. verb. adit. hæred. n.* 3.

31 Aditio, & repudiatio pari paſſu procedunt, & eiſdem regulis regulantur. Balducc. *de Legat. tit.* 3. *deciſ.* 25. *n.* 35. *et* 36.

32 Adita hæreditas non dicitur amplius hæreditas, ſed patrimonium adeuntis. Epiſcop. Roec. *ſelect. diſput. jur. cap.* 49. *n.* 40. *et cap.* 47. *n.* 25. *tom. p.*

33 Adeundi jus non eſt in noſtris bonis, niſi quoad jus trans-

transmissionis. Episcop. Rocc. select. dispnt. jur. enp. 49. n. 20. tom. p.

34 Adcundo hæreditatem, hæres dicitur quasi contrahere eum Creditoribus. Rot. coram Pen. decis. 723. nu. 5. Rocc. loc. cit. cap. 50. à num. 12. tom. p. Rot. in Mantiss. ad ornat. Cardinal. De Luc. lib. 8. decis. 35. n. p. vol. 3.

§. ADMINISTRATOR XIV.

1 ADministrator si sit creditor illius, cujus bona administrat, præsumitur sibi solvisse quando non fecit inventarium, nec alia solemnia, ex quorum omissione præsumitur habere animum fraudandi, Afflict. decis. 13. n. 16. Gratian. disceptat. forens. cap. 826. nn. 51. & cap. 129. n. 21. adeò quòd si sibi non solverit dicatur in culpa non exigendo, & liberentur fidejussores, Gratian. d. cap. 129. num. 31. Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 57. ubi an, & quando liberentur fidejussores, vel tertii possessores ex dicta negligentia, Magon. decis. Flor. 121. nn. 6. &c. ubi videtur velle quòd vocentur hæredes propter æstimationem faciendam, quod puto verissimum, etiam ne videatur sibi ipsi jus dicere, quod non est permissum, Magon. decis. Luc. 46. num. 36. Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 34. et lib. 4. tit. 5. quæst. 178. dixi in §. Mater. num. 16. §. Solutio, & alibi vide Ricc. Collect. 3261. Buratt. decis. 420. post Statil. de Salvian. decis. 87. nn. 2. Rot. part. 9. recent. decis. 152. nn. 7. etc. decis. 478. num. 19. &c. & part. 10. decis. 166. num. 22. et 23. decis. 192. num. 4. etc. part. 11. decis. 249. n. 32. etc. et part. 12. decis. 131. nn. 11. etc. ubi de tutore, et decis. 161. ubi de matre tutrice, non obstante semel ratione reddita, cùm non fuerit legitimè reddita faciunt tradita per Pen. decis. 97. & decis. 325. Bertachin. vot. 36. et vot. 86. num. 26. Cels. decis. 181. n. 32. De Loc. de Credit. disc. 41. nu. 8. et disc. 61. n. 4. Altimar. de nullit. rub. p. quæst. 6. sect. 3. n. 1021. tom. 3.

Quòd administrator præsumatur sibi solvisse de bonis administratis, intellige donec rationum reddiderit, ex qua apparebit an verè creditor, vel debitor sit, Menoch. de arbit. cas. 205. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 58. part. 3. n. 42. & seqq. tom. 1. Salgad. Labyrint. credit. part. 3. cap. 7. n. 20. etc. Rot. post illum decis. 24. n. 4. etc. ubi etiam intelligit quando constat sufficientes, & notabiles pecuniarum summas, vel redditus ad manus administratoris pervenisse, vide in §. Mater, n. 56., et §. Tutor n. 65. Rot. part. 14. recent. Pen. decis. 97. 113. et 522., ubi quod regula supra firmata procedit, nisi aliter appareat ex redditione rationum, tunc etiam evidentia facti facit cessare satisfactionis præsumptionem Mantiss. ad De Luc. decis. 14. n. p. lib. 6. vol. p., ubi quod Administrator præsumitur satisfactus de ejus credito, donec rationem reddiderit. Et quod ad hoc, ut intret dicta regula, debeat probari, non solum quod Administrator effectivè administravit, sed etiam, quod administravit tot bona, ex quorum fructibus, & redditibus potuerit plenè satisfieri. Ansald. decis. 26. n. 8. Rot. recent. part. 19. tom. 2. decis. 600. Bertachin. vot. 36. n. p. et 2. Ros. consultat. 37. nn. 17. Et vide plures alios, quos cumulat Crescin. in annot. ad dict. decis. 97. Pen.

2 Administrator cùm possit sibi solvere ut supra, cessat occasio petendi interesse ratione sui crediti, & quamvis secundùm Gratian. d. cap. 129. num. 32. & Surd. de alim. quæst. 48. num. 74. possit saltem petere illud lucrum, quod ex bonis administratis fuisset diminutum si sibi solvisset, tamen vel in hoc loquuntur contra communem, vel sunt intelligendi quando creditum administratoris fuisset de sui natura fructiferum, ut benè probat videndos Joseph. Urceol. Consult. forens. cap. 29. num. 5. et seqq. per tot. unà cum decisione Rot. Bononien. coram Borello, quam ibidem inserit, & dixi in §. Interesse num.

Quòd ante redditam rationem præsumatur satisfactus de suo credito, Afflict. decis. 13. num. 6. et 7. Cavaler. decis. 171. num. 7. Urceol. d. cap. 29. nn. 13. etc. Ricc. Collect. 3261. Rot. part. 10. recent. decis. 65. num. 12. et seqq. ubi quòd ideò non competit retentio bonorum, et decis. 166. nn. 21. etc. Salgad. Labyrint. credit. part. 3. cap. 9. per tot. Mantiss. ad De Luc. decis. 14. n. p. lib. 6. vol. p.

Administrator non potest conveniri neque executari tanquam debitor, al cujus summæ prò prætensa administratione, nisi prius cum eo fuerint solidata computa, & sic prius debet conveniri via ordinaria ad reddendam rationem, cùm aliàs sciri non possit an sit debitor, vel creditor, l. debitor, et l. creditor ff. de verb. signif. et l. de illo ff. pro soc. Munoz de ratiocin. cap. 21. num. 12. et seqq. Buratt. dec. 123. num. 6. ubi Aditio, Salgad. Labyrint. credit. part. 3. cap. 7. nu. 20. et seqq. dixi §. Socius num. 28. et §. Tutor nu. 19. Tusch. litter. A. concl. 210. Ricc. collect. 3275. et seqq. 3664. Rot. post Pacif. de Salvian. decis. 68. et 203. et part. 12. recent. decis. 291. & hanc conclusionem latè exornat Paul. Rub. in discursu ad part. 9. recent. decisionum Rotæ vol. 2. n. 71. et seqq. Rot part. 10. recent. decis. 166. num. 22. et seqq. decis. 186. num. 16. infr. num. 32. et 33. Pen. decis. 1239. nn. 6. et 7. Mantiss. ad De Luc. decis. 38. lib. 6. n. 25. vol. p. et decis. 9. lib. 10. nn. 31. vol. 2. De Luc. de Tutor. disc. 6. n. 15. disc. 16. n. 14. disc. 17. n. 4. de Dot. disc. 94. n. 4. disc. 99. n. 6. disc. 183. n. 9. de Credit. disc. 61. n. 6. disc. 76. n. 2. de Judic. disc. 33. num. 42. in fin. Emerix jun. decis. 1159. n. 5. Caprar. decis. 375. n. 13. part. p. Altimar. loc. cit. n. 59. 3

An autem possit capi si sit de fuga suspectus, Munoz. d. tract. cap. 4. nu. 19. etc. Rot. post Urceol. tract. de transact. decis. 29. n. 11. ubi quòd conclusio procedit si agatur de credito proveniente ex causa administrationis, secùs si agatur de credito totaliter ab eo diverso, & separato.

An interim possit prætendere manutentionem in bonis administratis, Fontanel. decis. 544. et 545. Rot. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. lib. 10. decis. 107. n. 15. vol. 2. Altimar. loc. cit. n. 60.

Et an possit fieri executio pro capitali societatis, vel administrationis ante redditam rationem, latè videndus Carleval. de judic. lib. 2. tit. 3. disput. 7. per tot. fol. 99. ubi refert contrarias opiniones, & negativam pro regula firmat, quam limitat nisi sit aliter conventum per pactum, quod est validum, vel si administrator interpellatus non exhibet libros, vel vitiosos, & aliis modis penes eum videndis, & Capyc. Latr. decis. 141. lib. 2. num. 10. et seqq. Quesad Pilo controv. forens. cap. 47. ubi de Tutore, vide §. Tutor nu. 19.

Administrator præsumitur ritè, & fideliter administrasse, nisi aliud ex redditione rationis appareat, Bart. in l. qui sub conditione ff. de condit., et demonstrat. in l. tutor qui §. fin. et in l. cùm plures §. fin. ff. de administr. tut. Mascard. de probat. conclus. 1262. Munoz. de ratiocin. cap. 19. nn. 22. etc. 4

Quòd præsumatur non solvere de propriis pecuniis, sed illius, cujus bona administrat, Cravett. consil. 129. nn. 3. Joseph. Lud. conclus. 53. Rot. part. 6. recent. decis. 244. num. 3. De Luc. de Credit. disc. 44. num. 11. Mantiss. ad ornat. ejusd. De Luc. lib. 6. decis. 36. num. 25. vol. p.

Administratores omnes, Magistratus, & Curatores Reipublicæ tenentur dare fidejussores de benè, & fideliter administrando, reddenda ratione, & solvendo reliquatum, l. 2. C. de Admin. rer. pub. lib. 11. cum aliis per Maur. tract. de fidejuss. part. 1. sect. 3. cap. 36. per tot.

An teneantur in solidum, quomodo conveniendi, & alia Paul. Christin. dec. 81. n. 35. et seqq. vol. 5. de potestate Administratorum Civitatis, & an remunerationis causa donare possint, vide Galvan. cons. 20. per tot. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 83. per tot ubi plura de hac materia an teneantur insolidum. Rot. recent. part. 19. tom. 2. decis. 625. n. 5. Emerix jun. decis. 1344. n. 12. Altimar. loc. cit. n. 70.

Quòd dicti Administratores, & Consules Reipublicæ non habeant de jure merum, & mixtum imperium, nec jurisdictionem commodam, sed tantùm simplicem jurisdictionem in levibus casibus, . nos igitur. §. audiantur, §. jusjurandum, et §. quòd si delinquentes in Auth. de deffens. Civit. collat. 2. et l. 1. C. de deffens. Civit. cum similibus per Boer. tract. de custodia Clavium num. 38. etc. ubi etiam an habeant custodiam clavium civitatis, & Martha vot. Pis. 62. per tot.

Administratores omnes tenentur conficere librum rationum; & in eo cum appositione diei scribere data, & recepta, aliàs non creditur illorum assertioni, nisi 6

con-

conſtet etiam de quietantiis, & quid ſi ſolutiones ſint veriſimiles, Rot. *part. 2. diu. deciſ.* 217. *et* 218. *per tot.* Card. Tuſc. *lit. A, concl.* 202. nbi quòd tenentur etiam facere inventatium, Ricc. *Collect.* 3280. Borgn. *deciſ.* 38. *et* 39. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 4. n. 794. *nu.* 865. *etc.* Emerix jun. *deciſ.* 1331. n. 8., ubi quod Adminiſtrator ſocietatis tenetur conficere libros; vide Altimar. *loc. cit. n.* 51.

Et quòd teneantur dictos libros rationum cuſtodire donec reddita fuerit ratio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 21. *per tot.* Rot. per Farinac. *deciſ.* 239. *num.* 4. *etc.*

Quid ſi fuerint amiſſi, quomodo probetur dixi in *§. Amiſſio.* Et illa non probata, præſumitur occultatio ſtudioſa, ac in eis adeſſe ſufficientem probationem, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 198. *nu.* 11. Tenentur etiam hujuſmodi libros edere, ideſt illos oſtendere, & copiam deſcribendi facere, non autem effectualiter tradere, Rot. per Farinac. *deciſ.* 767. nn. 2. *etc.* Ludoviſ. *deciſ.* 351. Genua *de ſcript. priv. lib.* 4. *tit. de lib. Admin. n.* 7. *et* 8. *fol. mihi* 213. & dixi *in §. Liber*, vide Thomat. *deciſ.* 151. *per tot.* ubi qualiter teneantur exhibere, & non producere, ne fiant de actis, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 455. ubi qualiter ad omnem requiſitionem domini, & principalis teneantur libros exhibere, nec poſſint amiſſionem juramento probare, ſtante obligatione cuſtodiendi, & alia.

Quòd probata illorum exiſtentia, & intereſſe petentis, ſint exhibendi libri, qui ſi appareant extitiſſe penes defunctum, præſumantur extare etiam penes hæredem, qui ideò non admittitur ad jurandum ſe illos non habere, Cavaler. *deciſ.* 545. *per tot.* Rice. *Collect.* 3309.

Adminiſtrator tamen particularis non tenetur conficere librum rationum, nec contra eum datur juramentum in litem, ſed ei ſufficit ſine libro reddere rationem de iis, quæ probantur ad ejus manus perveniſſe, Garzia Millin. *dec.* 150. vide *in §. Tutela nu.* 18. ubi qualiter etiam tutor poſſit reddere rationem ſine libris, & inventario, & in alio adminiſtratore, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 291. *n.* 13. Ludoviſ. *deciſ.* 274. ubi etiam de Magiſtro domus.

7 Adminiſtratores omnes ſive voluntarii, ſive neceſſarii tenentur reddere rationem, quæ etiam contra eorum hæredes exigitur niſi fuerit dilata culpa petentis, nec hujuſmodi actio præſcribitur minori ſpatio 30. annorum; quando autem propter pariformem adminiſtrationem videatur remiſſa redditio rationum inter ſocios, & alia hujuſmodi, vide per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 760. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 38. *per tot. fol.* 192. *etc.* Magon. *deciſ. Flor.* 42. Menoch. *de arbitr. caſ.* 209. Borgn. Cavalc. *deciſ.* 38. *et* 39. Trobmett. *de ſociet. cap.* 7. dixi *in §. Frater, et §. Socius infr. num.* 9. *et* 32. plenè Tuſch. *litt. A, concluſ.* 203. *et ſeqq.* Ricc. *Collect.* 734. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 126. *nu.* 1. *etc. dec.* 282. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 436. *num.* 9. *&* *part.* 10. *deciſ.* 186. *per tot.* ubi quòd ut redditio rationis poſſit exigi debet probari receptio, & adminiſtratio, & ſi duo ſocii promiſcuè adminiſtrarunt, unus poteſt ab alio rationes exigere, niſi priùs pro parte ſua reddat, vel ambo inſimul reddere debent, & alia vide Brunemann. *in l. apparitores C. de exact. tribut.* Emerix jun. *deciſ.* 80. *per tot.* Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 587. *n.* 11. Rube. *de confuſ. jur. cap.* 3. *n.* 20. *et* 22.

Quando liber fuit ſemel productus, & pars eo viſo per multum tempus tacuit præſumitur fidelis, & adminiſtratio recta, etiamſi amplius non reperiatur liber, Seraph. *deciſ.* 684. & dixi *in §. Liber n.* 33. *in fine.*

Quòd ratio præſumatur reddita ex taciturnitate decem annorum, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 60. *num.* 5. vide Seraph. *d. deciſ.* 684.

Quòd quilibet adminiſtrator, & negotiorum geſtor teneatur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 32. *n.* 1. *et ſeqq.* Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 1. *Rubr.* 11. cum addit. Franciſ. Romaguer. ubi plura de hac materia redditionis rationum, maximè locorum piorum, etiamſi fundatores contrarium diſpoſuerint, & appellatione remota, quis ſit Judex competens in hujuſmodi reviſionibus, an laicus, vel Eccleſiaſticus, an ſit locus præventioni, & alia ad rem. Balducc. *tit.* 4. *de dot. deciſ.* 40. *n.* 3. Mantiſ. ad De Luc. *lib.* 2. *deciſ.* 3. *n.* 14. *lib.* 7. *deciſ.* 6. *n.* 1. *vol.* 1.

Quòd quilibet adminiſtrator, etiam pater teneatur reddere rationem, etiam de bonis filio donatis, reſervata ſibi facultate liberæ adminiſtrationis, Tondut. *quæſt. civil.* 102. *part.* 2.

Qualiter præſumatur reddita ratio ex curſu 30. annorum, conjunctione ſanguinis, & præſumptione ſæpiùs calculatæ rationis, juxta *l. Procula ff. de probat.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 197. *num.* 30. *&c.* dixi *in §. Solutio num.* 8.

Quòd ad dictum effectum adminiſtratores teneantur conficere Inventarium, & quomodo, Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 71. *fol.* 109. Tuſch. *litt. A. concl.* 202. Aliàs contra eos dari juramentum in litem, idem Montan. *reg.* 6. *n.* 2. *&c. fol.* 112. Altograd. *conſ.* 21. *n.* 6. *&c. lib.* 1. dixi *in §. Juramentum, & alibi*, Tuſch. *d. concl.* 202. Rube. *de confuſ. jur. cap.* 22. *n.* 65.

Limita tamen in patre, qui bona filii adminiſtrando, non tenetur librum rationum conficere, nec rationem reddere, Farinac. *in fragm. crim. part.* 1. *nu.* 52. *&* 53. Genua *de ſcript. priv. lib.* 4. *tit. de lib. Admin. n.* 8. *fol. mihi* 213. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 203. *num.* 19. ubi intelligit quando eſt legitimus adminiſtrator, aliàs ſecùs, vide Sanſelic. *deciſ.* 180. ubi quòd ſi non habet uſumfructum, non habet adminiſtrationem, tenetur reddere rationem cum reliquorum reſtitutione, & cautionem præſtare, dixi in *§. Pater n.* 37. *&* 42. idem Sanſelic. *deciſ.* 208. ubi quando ſatiſdare teneatur, vel non.

8 Adminiſtrator non tenetur reddere rationem niſi de his, quæ ad illius manus pervenerint, Socc. *conſil.* 79. *num.* 20. *lib.* 2. Bart. *in l.* 1. *num.* 9. Alex. *num.* 22. *ff. de edend.* Cravett. *conſ.* 331. *num.* 14. Durand. *deciſ.* 368. *num.* 21. ubi quòd non poteſt condemnari, niſi prius concludenter probatum fuerit ad eum perveniſſe pecunias, loquitur in Capſerio, & in caſu ubi obligatio ſic expreſsè cantabat, vide in §. *Tutela num.* 19. Rot. *part.* 10. *recentior. deciſ.* 186. *n.* 1. *&c.* ubi quòd debet probari merces recepiſſe, & adminiſtraſſe, aliàs gratis pulſatur ad rationem reddendam Emerix jun. 648. *n.* 3.

Et quòd deficientia pecuniarum, vel aliarum rerum ſic probanda ab allegante, & deducente pro fundamento ſuæ intentionis, etiamſi conſiſtat in negativa, Beltram. ad Ludoviſ. *deciſ.* 53. *nu.* 5. Barat. *deciſ.* 19. *nu.* 10. *ubi Additio & deciſ.* 794. *num.* 2. Rot. *part.* 5. *recent. deciſ.* 93. *nu.* 55. *& ſeqq.* vide in *§. Negativa.*

9 Adminiſtrator quòd teneatur reddere rationem, intellige quando à ſociis, vel aliis intereſſe habentibus fuit præcisè ad adminiſtrandum deputatus, & ad hoc ſe obligavit, & poſteà adminiſtravit, ſecùs autem in eo, qui ſuo arbitrio, & uti ſocius abſque aliqua præciſa deputatione, & obligatione, ſed ſolummodò pro communi commodo, & utilitate adminiſtravit, & ſic qui non ex officio ſibi injuncto, ſed pietatis, amicitiæ, vel ſimili cauſa motus rem communem adminiſtravit, vel commune negotium geſſit, non tenetur reddere rationem pro ſimplici nudo miniſterio, & exercitio nulla præcedente deputatione, vel obligatione præſtito, vide Rot. *part.* 3. *recent. deciſ.* 622. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 690. *num.* 1. *&c.* Decian. *conſ.* 79. *num.* 44 *& ſeqq. lib.* 2. & dixi in §. *Socius num.* 28. Ricc. *Collect.* 3221. ubi quòd duo copulativè requiruntur nempè deputatio, & adminiſtratio, quæ tamen deputatio poteſt fieri non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè, vide Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 186. *per tot.*

Qualiter adminiſtrationis ratio non poſſit exigi per unum ſocium ab altero quando ambo adminiſtrarunt, vide Caſtr. *conſil.* 126. *lib.* 2. Cravett. *conſil.* 159. *num.* 6. Joſeph. Ludov. *dec.* 28. *n.* 20. *ſupra num.* 7.

10 Adminiſtrator ſortitur forum ratione adminiſtrationis in loco, in quo adminiſtravit, ibique conveniri debet, *l. Præter §. his etiam ff. de edend. l.* 1. *&* 2. *C. ubi de ratiocin. ag. oport.* Soccin. *conſil.* 31. *in fine, & conſil.* 149. *n.* 4. *lib.* 1. Sim. de Præt. *conſil.* 154. *num.* 2. *lib.* 1. Munoz. *de ratiocin. c.* 7. Gutierez. *de tut. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 126. cum aliis per Gratian. *deciſ.* 180. *per tot. cum Addit.* Tuſch. *litt. A. concl.* 205. *n.* 10. *& ſeqq. & litt. T. concluſ.* 443. Ricc. *Collect.* 1145. ubi quòd poteſt peti remiſſio ad eum locum ſecundùm Rot. *p.* 2. *diver. dec.* 69. vide Novar. *de elect. for. ſect.* 4. *q.* 34. Leoncill. *deciſ. Ferr.* 162. *per tot.* Rocc. *reſponſ. legal. tom.* 1. *notabil.* 97. *de ſociet.* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæſt.* 26. *n.* 46. *& ſeqq. tom.* 1. Pen. *deciſ.* 13. *n.* 2. ubi latè Creſcin. *in annot.*

Intellige si velit actor, quia ubi quis plura fora sortitur, electio est actoris, in quo velit convenire reum, Castr. & Ang. Perus. in *d. l. Prætor §. sed est hoc*, Socin. *consil.* 149. *n.* 4. Paul. Christin. *dec. Belg.* 160. *num.* 2. *vol.* 2. ubi tamen refert diversimodè judicatum, *& decis.* 166. *num.* 7. *vol.* 2. *ubi etiam nu.* 10. intra quod tempus retractari possint rationes semel redditæ, *& dec.* 162. *num.* 1. *vol.* 3. ubi intelligit dummodò libri, & scripturæ adducantur expensis, & periculo ipsius actoris, vide Rot. *p.* 10. *recent. decis.* 110. *per tot.* ubi quòd stante obligatione camerali non potest administrator hac exceptione se tueri, nec quando actor offert transportationem facere suis periculo, & expensis, nec quando administrator jam consensit in jurisdictionem, nec si aliter arbitrio judicis congruum videatur.

Quomodo autem, & ex quibus probetur administratio, vide Rot. in Bonon. Pecuniaria 10. Januarii 1650. coram Otthobon. *per tot.* penes Zacch. *q. medic. legal. tom.* 2. *dec.* 92. Cavaler. *dec.* 98. *num.* 4. *&c.* Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *decis.* 14. *n.* 10. *&* 11. *vol.* 1.

Et quando ex diuturnitate temporis, aliisque conjecturis præsumatur reddita ratio, vide Gratian. *dec.* 46. *per tot.* & facit quod dixi in *§. Solutio num.* 8. Alex. Trombet. *tract. de sociei. cap.* 7. *n.* 17.

11 Administrator, qui ex facto adversarii non potest reddere rationem, ut quia ex abrupto illi fuerint ab adversario ablati libri, scripturæ, & alia de quibus tenebatur reddare rationem absque ejus interventu, & sic quando ab adversario fuerunt omnia propria auctoritate occupata, excusatur, & quoad illum habetur ratio pro reddita, cum actus semper habeatur pro facto in præjudicium illius, qui impedivit, vel fuit in causa ne fieret, & quando non stetit per eum, qui tenebatur facere, imò potest contra hujusmodi occupantem, & invadentem exigi ratio si exigentis intersit, *l. cum domini*, ubi Bart. & Bald. *ff. locat. & conduct.* Alexan. *consil.* 127. *circa medium lib.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 1262. *nu.* 13. Gratian. *discept. forens. cap.* 851. *n.* 2. *&* 3. Ludovis. *decis.* 327. *num.* 10. *& decis.* 341. *nu.* 2. *cum Addit. litt. A.* Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 2. *de Invent. nu.* 14. *dixi in §. Actus nu.* 16. facit Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 83. *num.* 2. ubi de tutore, qui excusatur ab omissione inventarii, si non proveniat ex dolo, vel culpa ipsius, sed ex justa causa ob impedimentum ab adversario præstitum, vide in *§. Tutela n.* 13. *&c.* Paulat. *in decis.* 5. *post dissert.* 97. *n.* 2. *tom.* 2.

12 Administratores, sive camerarii pecuniarum publicarum eas in proprios usus, vel amicorum convertentes qua pœna puniantur, vide Cabal. *resol. crim. cas.* 99. *& cas.* 136. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 304. *n.* 11. Menoch. *de arbitr. cas.* 586. *per tot.* Farinacc. *de furt. quæst.* 171. *per tot.* Bonif. *de furt.* §. 5. *num.* 60. *& seqq. ad* 83. *fol. mihi* 165. *&c. & dixi in mea Pract. §. Administratori num.* 5. *&c.* §. *Camarlinghi num.* 6. *&* §. *Rectori num.* 73. *& in hoc opere §. Officialis n.* 9. *&* §. *Pecunia num.* 15. *facit in* §. *Depositum num.* 16. Paul. Christin. *dec.* 11. *volum.* 5. ubi de pœna quadrupli ex *l.* 1. *C. de his, qui ex pub. rat. mut. pec. accept. & decis.* 60. *volum.* 5. ubi quòd idem est in victualibus publicis, Sanfelic. *decis.* 166. *per totum*, ubi quod dicuntur committere crimen peculatus, quòd est species gravioris furti, & punitur pœna mortis, nisi ex aliqua justa causa veniat temperanda, de quo latiùs videndus idem Sanfelic. *dec.* 284. *&* 285. ubi plura hinc inde ad punitionem, vel excusationem criminum peculatus, & de residuis, & quando utrumque comittatur, vel non, Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 72. ubi plura pro defensione imputati de solutione pecuniarum Fisci in aliam causam præter destinatam, & dixi in §. *Pecunia n.* 15. De Franch. *dec.* 315. *per tot.* ubi Add.

Quòd administratores erarii publici (quicquid sit in aliis) reperti debitores per visionem librorum, possint absq; alia citatione condemnari, & exigi, *l.* 2. §. *quod si ff. de admin. rer. ad Civit. pertin.* Peregrin *de jure fisci lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 6. *&c.* ubi quòd ita consuetudo observat, ut contra debitores fiscales procedatur ad capturam personæ, & ad tenutam bonorum pro debito liquido, quod privilegium competit etiam fidejussoribus, qui pro illis soluerint.

Qualiter etiam contra hujusmodi administratores, & Primipilos competat privilegium tacitæ hypothecæ cum privilegio prælationis, dixi in *§. Hypotheca num.* 20. & Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 214. *&* 408. ubi aliter declarat officium Primipilatus.

Administrator, sive Procurator dolosè, & mendaciter pecunias domini privati in proprios usus convertens qualiter teneatur actione furti, latè Gratian. *discept. for. cap.* 935. Ricc. *Collect.* 3304. *dixi in* §. *Furtum*, §. *Hypotheca*, §. *Pecunia*, *&* §. *Procurator num.* 4. Farinac. *consil.* 96. *lib.* 1. ubi de administratore, qui pluries reddita ratione fuit liberatus, quando possit sub pretextu doli in eadem administratione commissi criminaliter inquiri, & molestari, & ex quibus in hoc proposito dolus arguatur, & probetur. Facit quod dixi in §. *Dolus nu.* 14. *& §. Tutor nu...* Surd. *dec.* 304. *n.* 3. 13

Et idem est in aliis rebus, nam debet res domini modo præscripto gubernare, non autem intercipere, & sibi appropriare, aliàs ultra actionem civilem, tenetur etiam criminaliter furti, cujus pœna est arbitraria, & hoc casu solet esse confinii ad tempus, Ang. Perus. *consil.* 90. *num.* 2. Cravett. *consil.* 286. *num.* 9. Tiraq. *de pœn. temper. caus.* 58. *n.* 1. *&c.* Benedict. Carpzov. *in sua Pract. Criminal. quæst.* 58. *n.* 1. *&c. part.* 2. Coler. *decis. German.* 207. *num.* 5. *part.* 1. & dixi in mea Pract. §. *Administratori num.* 7. *&* §. *Furta num.* 44. *&c.* Cabal. *resol. crim. cas.* 136. *per tot.*

Et quando administrator malè se gessit in administratione sibi commissa, imputandum est præponenti, & non solventibus, qui remanent per solutionem illi factam liberati, Rot. *p.* 14. *rec. dec.* 490. *n.* 1. *&* 7.

Administrator an possit cum pecunia domini negotiari, & sibi acquirere, & quomodo teneatur ad interesse si erat obligatus cum illa emere prædia, vel similia, vide in §. *Tutor num.* 36. Gratian. *discept.* 240. *num.* 26. *&c. & cap.* 935. Tusch. *litt. I. conclus.* 301. ubi quòd tenetur dare lucrum domino quando nulla personalis industria fuit admixta, vel pro rata deducto labore, & industria, Michael Ferro Manriq. *quæst. Vicar. p.* 2. *q.* 87. *per tot.* ubi sententia Dianæ confutatur, & aliorum declaratur Montan. *de tutor. cap.* 32. *regul.* 9. *n.* 182. *& à num.* 207. *usque ad n.* 218. 14

Quòd sibi acquirat quando pecuniæ administratæ dominium in administratorem fuit translatum, Menoch. *de arbitr. cas.* 586. *n.* 25. *vide* §. *Pecunia num....* Dian. *pars.* 1. *tract.* 8. *resolut.* 32. ubi quòd sibi acquirit ex industria, & *par.* 10. *tract.* 13. *resol.* 65. *in fine*, ubi ponit alium casum valdè notabilem, de quo dixi in *§. Executor nu.* 10. *facit in §. Comodatum n.* 7.

Quando autem administrator censeatur acquisivisse suo principali, & non sibi, maximè si acquisiverit pro persona nominanda, & cum pecuniis domini, Rot. *p.* 14. *rec. dec.* 193. *per tot.* Et quando teneatur investire pecunias, Rot. *p.* 14. *dec.* 204. *nu.* 6. *&c.* Rot. *dec.* 245. *n.* 7. *part.* 7. *rec.*

Administratores Reipublicæ, Ecclesiæ, fisci, & similium tenentur ad interesse ex mora irregulari, si non solvant reliquatum ubi adest legitima persona cui solvi possit, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 241. *n.* 55. *&c. & in* §. *Interesse*, *&* §. *Mora*, Leotard. *de usur. q.* 22. *n.* 26. *& seqq. q.* 82. *nu.* 6. De Marin. ad Revert. *observat.* 314. *per tot.* 15

Quando teneantur ad restitutionem usurarum indebitè perceptarum, an principaliter, vel in subsidium, idem Leotard. *de usur. quæst.* 94. *n.* 69. *&c.* facit quod dixi in *§. Advocatus num.* 21.

Administratores Annonæ, sicut alii quilibet tenentur de nominibus debitorum non exactorum, maximè per eos contractorum, quamvis aliàs qui præsunt frumento emendo, & conservando pro publico, debeant servari indemnes, ubi segniter non se gesserint, Gratian. *discept. forens. cap.* 626. *per tot. vide in* §. *Nomen*, Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *Rubr.* 30. *per tot.* Cardin. de Luca *de Regal. discurs.* 44. *&* 45. Amay. *in Cod. ad tit. de annon. & Tribut.* Ursel. *concl.* 111. & alios ab istis citatos, Andreol. *contr.* 66. ubi quando contra eos procedatur criminaliter, vel ad damna Constant. *ad statut. Urb. adnot.* 60. *art.* 3. *num.* 272. *lib.* 1. *tom.* 2. 16

Plura de officio administratorum, & susceptorum Annonæ, & qualiter puniantur circa eam delinquentes, Rip. *tract. de peste tit. de remed. ad conservand. ubert.* Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 22. *per tot.* Tusch. *litt. A. conclus.* 338. Genu. *de script. privat. in Addit. de lib.* su-

ſuſcep. annon. ſol. mihi 57. *vide in* §. *Fiſcus nu.* 23. *verſ. ſuſceptores.* Conſtant. *loc. mox cit. n.* 274. *& ſeq.*

Quòd contra adminiſtratores Annonæ, & ſimiles non ſit exigenda ſcrupuloſa redditio rationis, & frumentum naturaliter in horreis non creſcat, ſed potius decreſcat, ac ideò depoſitarii ejuſdem non teneantur ad aliquod augumentum, & alia ad rem, Giovagnon. *conſil.* 43. *n.* 37. Andreol. *contr.* 311. *per tot.* Bec. *conſ.* 1. *nu.* 17. *tom.* 2. Bertaz. *conſ. criminal.* 91. vide etiam Coſtantin. *ubi ſup. n.* 291.

De origine, officio, & juriſdictione Præfecti annonæ, de quibus cauſis cognoſcat, vel non in præjudicium aliorum judicum, & magiſtratuum ordinariorum, plenè Sanfelic. *dec.* 290. *per tot. & deciſ.* 329. *cum plena additione.*

Quod adminiſtratores prædicti non teneantur de leviſſima culpa, neque de vitio naturali, neque de caſu fortuito, Borgon. Cavalcan. *deciſ.* 37. *num.* 22. ubi de frumento diminuto. Leotard. *de uſur. quæſt.* 70. *n.* 43. *&* 44. Joan. Bapt. Set. *de off. Locumtenent. cap.* 25. *nu.* 15. Coſtantin. *loc. cit. n.* 288. *& ſeq.*

Et generaliter quòd adminiſtratores non teneantur de nominibus debitorum non exactis, nec de periculo diminutionis, vel mutationis monetarum, niſi fortè negligentia, mora, vel culpa etiam levis poſſit illis imputari, *l.* 2. *C. arbitr. tut.* Munoz. *de ratioc. cap.* 19. *n.* 21. *& ſeqq.* Salgad. *Labyr. cred. p.* 3. *cap.* 11. *nu.* 105. *& ſeqq. & nu.* 17. *& ſeq.* Rom. *conſil.* 413. Rota *par.* 13. *recent. deciſ.* 450. *num.* 9. *& ſeq.* ubi quando, & qui teneantur de non exactis, & melius *par.* 14. *dec.* 2. *num.* 9. *& per tot. & dec.* 256. ubi quòd non tenentur de caſu inopinato Rot. poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 288. *num.* 2.

17 Adminiſtratores Reipublicæ licèt liberum habeant arbitrium, non poſſunt de publico ſalaria conſtituere, & præmia etiam ſi publicum commodum reſpicerent, niſi in caſibus à jure approbatis, ut magiſtris liberalium artium, medicis, vel donando pro alimentis Decurionibus, facultatibus conſumptis, vel Legatis, & Oratoribus Principum, juxta qualitatem loci, & perſonarum, & ſic ob benemerita, licèt aliter ſtatuta diſponerent, ut benè declarat Menoch. *lib.* 1. *de arbit. q.* 46. *vide* §. *Alimenta.*

Alia *vide in* §. *Magiſtratus.*

Quòd nullus adminiſtrator poſſit de rebus adminiſtratis donare, Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 115. *num.* 10. *& ſeqq. vide in* §. *Tutela ſupra num.* 5.

Poſſunt tamen promiſſa præmia licitantibus concedere, Gutierez *de Gabell. quæſt.* 52. *nu.* 11. *& q.* 152. *num.* 2. *&c. vide in* §. *Subhaſtatio num.* 10. *&c.*

18 Adminiſtratores Eccleſiarum, ſive aliorum locorum piorum, non poſſunt habere fidem de pretio, vel implemento in eorum contractibus, aliàs non transfertur dominium in recipientem, valet tamen contractus quo ad obligationem, ſi neceſſariæ ſolemnitates interceſſerint, ſed ex non translatione dominii oritur effectus, quòd tranſacto tempore ad ſolvendum pretium, vel dandum contracambium præſtituto, & non ſequuto implemento, poſſit Rector bona Eccleſiæ repetere, & vendicare, Altograd. *conſil.* 26. *num.* 54. *& ſeqq. lib.* 1. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 302. *fol.* 185. ubi quòd idem eſt in adminiſtratoribus fiſci, & minorum, & dixi in §. *Tutor*, *&* §. *Procurator.* Cavaler. *dec.* 288. *per tot.*

Quòd adminiſtratores locorum piorum habeant liberam adminiſtrationem, tutoribus æquiparentur, loco Domini habeantur, poſſint expedire etiam ea, quæ mandatum ſpeciale aliàs exigerent, cum ex eorum electione, & deputatione cenſeatur illis data omnis opportuna facultas, ne contrahentes cum illis decipiantur, latè probat Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 432. *nu.* 26. *& ſeqq.* Quando autem, & ex quibus adminiſtratores, ſive œconomi Eccleſiarum dicantur habere liberam adminiſtrationem, & poſſint ad libitum eligere, & removere Capellanos, latè, & pulchrè Rot. *p.* 13. *recent. deciſ.* 2. *per tot. & dec.* 21.

19 Adminiſtratores etiam laici Confraternitatum, Eccleſiæ, & quorumcunque aliorum locorum piorum, tenentur ſingulis annis reddere rationem in manibus Ordinarii, niſi adſit aliqua conſuetudo, vel Privilegium reddendi rationem aliis ad id deputatis, quo caſu illis ſimul, & Ordinario eſſet reddenda ratio, & aliter factæ liberationes non ſuffragantur, Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 9. *de Reform.* & latè probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 395. *per tot. vide in* §. *Epiſcopus nu.* 3. latè Merlin. *deciſ.* 473. *per tot.* Ricc. *Collect.* 714. *&* 3217. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 278. *num.* 6. Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſol. cap.* 2. *per tot.* Thomat. *deciſ.* 26. *per tot.* Joseph. de Roſa *Conſultat.* 10. *per tot.* ubi latè de Confraternitatibus, & Montibus Pietatis, cujus juriſdictioni, an Eccleſiaſtici, vel ſæcularis Judicis, ſubjaceant; de differentia locorum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum; ac ex quibus Confraternitates Epiſcopi auctoritate erectæ cenſeantur, vel non. Portugal. *de Donat. libr.* 2. *cap.* 31. *n.* 46. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 2. *n.* 45., ubi quod Vicarius Capitularis poteſt cogere adminiſtratores Locorum piorum ad reddendam rationem Spad. *conſ.* 114. *n. p. vol.* 3., ubi quod Adminiſtratores Confraternitatum, & Locorum piorum moniti ad reddendas rationes Epiſcopo, ſi non parent, poſſunt excommunicari, & peccant mortalitèr. De Luc. *annot. ad Concil. diſc.* 11. *à n.* 1.

In Statibus tamen Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ ex inveterata conſuetudine, quæ poteſt dici tranſiiſſe in privilegium, quatenus alias de privilegio non conſtatet, Adminiſtratores Confraternitatum laicalium, abſque alio interventu Ordinarii, reddunt rationes adminiſtrationis in manibus Cancellariorum Communitatum, quæ poſteà revidentur, & approbantur per Magiſtratum Dominorum novem Conſervatorum Juriſdictionis, & Dominii Florentini, & ita ſervatur ut notiſſimum eſt ipſis Epiſcopis, ac aliis omnibus, facit quòd dixi in §. *Confraternitates*, *&* §. *Locus*, Merlin. *dec.* 473. ubi quòd hujuſmodi conſuetudo legitimè præſcripta ſervari debet, vide etiam tradita per Portugal. *loc. cit.*

Quod confraternitates exiſtentes ſub protectione Regum non viſitentur ab Epiſcopis, niſi quoad decentiam divini cultus Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 200. Ricc. *Collect.* 4095. latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 41. *& ſeqq.*

Quòd confraternitatibus laicorum ſit danda manutentio, probata poſſeſſione, in adminiſtratione Sacriſtiæ, & aliarum rerum ad Eccleſiam ſpectantium, & quomodo probetur dicta poſſeſſio, Merlin. *dec.* 632.

Adminiſtratores prædicti locorum piorum condemnati non poſſunt appellare ad effectum ſuſpenſivum, ſed tantùm ad effectum devolutivum, Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 19. Scaec. *de appell. quæſt* 17. *limit.* 29. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *nu.* 353. *&c. fol.* 561. Thomat. *dec.* 27. Ruginel. *de Appellat.* §. 2. *n.* 628. 20

Quòd procedit etiam in aliis adminiſtratoribus, & eorum hæredibus, quia condemnati ex cauſa adminiſtrationis, non appellant, nec executionem ſententiæ retardare valent, niſi prius ſolverint, & poſteà appellationem proſequi velint, nec committuntur attentata Gratian. *diſcept. for. cap.* 665. *n.* 2. *&c.* Munoz. *de ratiocin. cap.* 4. *n.* 5. *& ſeqq.* cum aliis per eos citatis, Ricc. *Collect.* 3220. *&* 4175. Thomat. *dec.* 27. *deciſ.* 503. *& dec.* 108.

Adminiſtrator, negotiorum geſtor, ſive factor ſciente, & patiente domino agens cenſetur per electionem, & patientiam ab ipſo domino approbatus, illumque obligat contrahendo, etiam ſi poſteà convertat in uſus ſuos, nè contrahens cum eo contemplatione domini decipiatur, Surd. *conſil.* 326. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 10. *n.* 30. & benè declarat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 385. *per tot.* ubi etiam quòd contrahens cum talibus, cenſetur habere animum obligandi dominum, & illius intuitu credere Carl. Ant. De Luc. ad Gratian. *cap.* 385. *per tot.* ubi diſtinguit. 21

Qualiter Capſetius banchæ numulariæ habeatur pro inſtitore, & obliget dominum, ac ſuos fidejuſſores, etiam ſi pecunias non adnotaverit in libris ſolitis, cum ejus dolus, vel negligentia potius domino quàm creditoribus nocere debeat, & alia ad hoc propoſitum, latè Giurb. *dec.* 88. *per tot.*

An inter Bancherios detur ſocietas, & mortuo uno ſolvatur, ac fidejuſſores liberentur, Maſtrill. *deciſ.* 135. *per tot.*

Adminiſtratores omnes tenentur de dolo, lata, & levi culpa, an autem de leviſſima, & caſu fortuito, vide Montan. *de tut. cap.* 39. *nu.* 33. *& ſeq. fol.* 202. 22

di-

dixi in §. Tutor, latè Dian. part. 11. tract. 3. resol. 18. per tot. ubi de negotiorum gestore, & refert etiam sentientes teneri de levissima, Borgn. Cavalc. decis. 39. num. 29. &c. ubi qualiter teneatur etiam de levissima culpa quando negotium susceptum requirebat exactam diligentiam, & alia plura de hac materia, vide in §. Conductor. n. 29. & §. Vecturales n. 2. &c. Rot. dec. 204. n. 28. part. 9. rec. Costantin. ad Statut. Urbis annot. 60. art. 3. n. 288. tom. 2. Altimar. de nullit. rubr. p. quæst. 6. sect. 3. n. 87. tom. 3. Mantiss. ad De Luc. lib. 15. decis. 34. n. 29. vol. 4.

23 Administratores omnes, sicut & tutores, ac curatores prohibentur emere bona illius, cujus administrant, Alex. consil. 4. num. 6. lib. 3. Montan. de tut. cap. 30. n. 61. &c. fol. 89. dixi in §. Tutor, & acquirere actiones, vel jura contra eumdem, Olea de cess. jur. tit. 2. quæst. 6. num. 15. & per tot. Altimar. de nullit. rub. 1. quæst. 14. sect. 3. num. 1. tom. 3. De Luc. de Hæred. disc. 28. n. 9.

Nec possunt convertere res administratas in alium usum præter destinatum, l. 1. & 2. §. quod de frumentaria ff. de adm. rer. ad civit. Clem. 2. ubi gloss. & DD. de relig. dom. Rot. p. 6. rec. dec. 115. n. 13. &c.

24 Administratores omnes, qui injustam causam prosequuntur sine peritorum consilio tenentur ad expensas de proprio, Montan. de tut. cap. 31. effect. 6. num. 4. &c. fol. 501. dixi in §. Executio, §. Sententia, & §. Tutor. vide Rot. coram Caprat. decis. 584. n. 19. p. 2.

25 Administrator, sive negotiorum gestor, non potest regulariter pro suo principali, vel domino testificari circa negotia, quæ gerit, sed bene contra illum, & interdum etiam pro illo, ut per Farinac. de test. q. 60. illat. 7. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 28. n. 560. fol. 333.

Alia de Administratoribus dixi in mea Pract. §. Administrator per tot.

26 Administrator, sive negotiorum gestor Principis, vel alterius habens penes se pecuniam domini sui, si illam casu fortuito amittat, val sibi fuerit ablata, cujus sit periculum, videtur dicendum administratoris cùm sit debitor quantitatis, & quia genus perire non potest, l. incendium C. si cert. pet. dixi in §. Debitor n. 9. latè Paul. Christin. decis. Belgic. 5. num. 3. & seqq. vol. 3. Fritbisch. cons. 66. per tot. ubi quando hoc procedit.

Sed quòd periculum sit domini, quando dominium pecuniæ non fuit translatum in administratorem, imò etiam in eum dominio translato, quando pecunia fuit principaliter data gratis, & ad commodum domini, & non administratoris, per textum, ubi Castr. & alii in l. Titius Sempronio ff. de præscript. verb. eum pluribus concordantibus adductis per Paul. Christin. decis. Belgic. 172. per tot. vol. 1. ubi quòd ita fuit decisum, & qualiter etiam probetur amissio, vide eundem Christin. decis. 5. nu. 3. & seqq. vol. 3. facit Merlin. decis. 118. per tot. ubi loquitur in depositario, de quo dixi in §. Depositum n. 3. 12. & 17.

27 Administratores omnes qualiter possint prætendere salarium suæ administrationis, vide in §. Salarium, & aliquos casus singulares, per Paul. Christin. decis. Belg. 205. vol. 1. Paulut. discept. 97. cum decis. ibi impress. De Luc. de Fideicommiss. disc. 188. n. 12.

An possint pretendere alimenta ex bonis administratis, Rot. p. 14. recent. decis. 240. n. 8. ubi negativè concludit.

An præsumantur satisfacti de salario donec rationem non reddiderint, vel etiam illa reddita, non facta mentione de salario, Rot. p. 14. recent. dec. 168.

28 Administratorum bona, an sint tacitè hypothecata pro mala administratione, & reliquatu, Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. q. 2. Ricc. Collect. 3308. Rot. per Farinac. decis. 183. 558. & 559. ubi qualiter hypotheca competat filio in bonis patris propter dolosam administrationem, & alienationem, vide in §. Hypotheca num. 18. & seqq. Costantin. ad Statut. Urb. annot. 30. art. 3. n. 345. & seqq. tom. 1. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 5. num. 180. tom. 3. DeLuc. de Feud. disc. 80. à n. 7. & de Credit. disc. 36. nu. 20.

Quòd è contra administrator pro suis reliquis, & expensis in conservationem factis habeat tacitam hypothecam cum prælatione quoad omnes, Salgad. Labyrint. credit. p. 3. cap. 9. n. 3. & 11.

Administrator, qui semel reddidit rationem, non potest cogi regulariter ad illam de novo reddendam, nisi constet de errore, & dolo, l. semel C. de prob. apoch. lib. 10. l. unic. C. de error. calcul. Farinac. cons. 7. lib. 1. Ricc. Collect. 1915. 3128. & 3976. dixi in §. Tutela n. 21. Rot. part. 10. recent. decis. 128. par. 11. decis. 367. part. 12. decis. 17. n. 9. & decis. 321. ubi pro nova redditione ex errore, vel dolo, aliàs secus eadem Rot. part. 14. decis. 112. num. 11. & decis. 204. ubi pro nova redditione quando non fuit sufficienter reddita, & decis. 455. num. 10. &c. Paulut. decis. 5. post discept. 97. 29

Administrator dotans mulierem non censetur dotasse de proprio, sed de bonis ipsius mulieris ab eo administratis, & ideò qualiter extinguatur census per conversionem in dotem, Rot. p. 9. recent. dec. 99. Rot. post Salgad. Labyr. credit. dec. 126. num. 2. De Luc. de Dot. disc. 30. a n. 2. & disc. 154. à n. 33. 30

Et regulariter præsumi solvere de pecuniis, & bonis administratis, & non de propriis, nisi aliter ex conjecturis appareat, Cravet. cons. 129. num. 3. Alex. consil. 100. dub. 3. lib. 2. cum aliis per Mascard. de probat. conclus. 53. per tot. Rot. dec. 244. n. 3. part. 6. rec.

Administrator, & illius fidejussor qualiter teneantur pro pecuniis exactis à filio ipsius administratoris, latè Rot. part. 9. recent. decis. 204. & dixi in §. Fidejussor n. 84. 31

Item qualiter teneantur pro exigendis, & non exactis ex culpa, & negligentia, Rot post Cens. de cens. decis. 288. & part. 9. recent. decis. 204. n. 28. Borgn. decis. 37. 38. & 39. ubi plura vide in §. Nomen n. 50. & §. Tutela n. 25.

Quòd quilibet teneatur de facto substituti à se electi, Rot. par. 3. recent. dec. 421. Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. q. 2. n. 39. latè Sanfelic. dec. 179. ubi benè conclusionem declarat, & limitat, ipsum adeas. Costantin. ad Statut. Urb. annot. 60. art. 3. nu. 273. tom. 2.

Administrator qualiter teneatur reddere rationem suæ administrationis, & reliquatum restituere, aliàs possit condemnari ad restitutionem rei una cum fructibus, quamvis ipse illos non perceperit, Rot. part. 9. recent. dec. 182. & dec. 218. Alex. Trombett. tract. de societ. cap. 7. per tot. vide supra num. 7. & in §. Procurator. n. 16. Rot. coram Cerro dec. 7. n. 1., & 168. n. 2. 32

Quæ partitæ sint admittendæ, & quæ spernendæ in redditione rationum, quid servandum in parvis summis, & alia latè Rot. p. 9. rec. dec. 442. & 473. per tot.

Ut possit ratio dici benè, & relevanter reddita, tria copulativè requiruntur, nempè primò exhibitio librorum, secundò calculus verus, & justificatus, tertiò demum reliquatus restitutio, aliàs non dicitur sufficienter reddita ratio; quæ etiam distinctè de singulis negotiis est reddenda, quando quis plura negotia distincta administravit, l. cum servus ubi DD. ff. de condit. & demonstr. Buratt. dec. 329. n. 2. Coccin. dec. 382. num. 4. Munoz. de ratiocin. admin. cap. 10. num. 42. Rot. part. 10. decis. 198. per tot. & part. 14. dec. 204. per tot.

Quòd administrator non teneatur reddere rationem, quando ei fuit legata liberatio de omni eo, quod ratione administrationis restituere teneretur Dec. consil. 173. num. 3. Mantic. de conject. lib. 9. tit. 6. num. 29. Rota p. 14. recent. dec. 302. n. 8. intellige ut dixi in §. Liberatio num. 11. & §. Tutela n. 15. Rot. coram Pen. decis. 11. ubi Crescin. Vide Caprat. decis. 163. num. 2. part. 5.

Administrator quilibet obligatus ad redditionem rationum, sive sit procurator, sive socius, vel quilibet alius, licèt non possit executivè conveniri pro aliqua summa, nisi prius solidatis computis, ut dixi supra num. 3. Tamen si pluries fuerit citatus, ac interpellatus ad reddendam rationem, & illam non reddiderit, vel minus legitimè, potest executivè adstringi ad solutionem capitalis, de quo debitor apparet, quamvis de liquiditate posset dubitari, cùm non deceat ex facto, & contumacia administratoris ulterius differri solutio, aliàs nimis patens aperiretur via fraudibus, & subterfugiis, Bald. consil. 493. num. 3. lib. 4. Ubald. de duobus fratr. p. 8. n. 42. Cartar. dec. 74. nu. 5. Giurb. decis. 15. num. 10. Munoz. de ratiocin. cap. 21. n. 24. 33

Fe-

Felic. *de societat. cap.* 24. *num.* 31. Rot. *p.* 6. *recent. dec.* 214. *num.* 18. *&* *par.* 10. *decis.* 332. *per tot.* facit Salgad. *Labyrint. credit. p.* 1. *cap.* 41. *num.* 13. *&c. vide in §. Inventarium num.* 28. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 3. *num.* 63. *tom.* 1.

Quòd etiam stante pacto expresso possit socius, vel administrator non redditis rationibus, vel computis adstringi pro quantitate in instrumento contenta, & juxta formam Ritus contra eum procedi ad liquidationem instrumenti. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 415. *observ.* 3.

34 Administrator Reipublicæ non debet admitti, si sit illius debitor, nisi prius debito persoluto, *l.* 1. *C. de debit. Civit. lib.* 11. *& dixi in §. Debitor num.* 72. Rot. *par.* 12. *recent. in Append. dec.* 430. *n.* 10. ubi quòd primis conductoribus, vel Affictuariis Comunitatum, non possunt bona concedi, nisi prius de prima locatione, vel affictu rationem reddiderint, juxta Bullam Sacræ Congregationis boni Regiminis.

Quòd ratione vitandæ fraudis non possit debitor Reipublicæ eligi ad officia; si tamen constaret de debito, vel credito liquido Reipublicæ, ita ut cessaret omnis suspicio fraudis, non prohibetur in Officialem eligi, Thoro. *vot. decis.* 8. *per tot.* Olea *de Cess. jur. tit.* 2. *quæst.* 6. *num.* 9. *& n.* 15.

An autem Priores, Antiani, Decuriones, & hujusmodi administratores, durante illorum officio, & Magistratu possint capi, vel alio modo gravari, sive executati pro illorum debitis, latè Borgn. Cavalcan. *decis.* 5. *per tot. de judic.* ubi quòd sic in bonis, non autem in persona, & plura tradit ad interpretationem statuti Fivizani prohibentis, illos carcerari, aut gravari aliquo modo, vide in §. *Magistratus n.* 10.

An possint remittere injurias civitati factas, dixi in §. *Abbas n.* 21.

35 Administrator Reipublicæ mutuo recipiens, non obligat Universitatem, nisi probata versione in ejus utilitatem, vel nisi tota Universitas contraxerit, vel mandatum fecerit ad contrahendum suo nomine, quia tunc remanet obligata etiam non probata versione, *l. Civitas*, ubi Alciat. & alii, *ff. si cert. pet.* Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 143. *n.* 2. *& seqq. ubi etiam n.* 15. *& seqq.* quòd possunt præsidentes, & repræsentantes gravari etiam in persona, si non solvant debitum, cùm non habeant facultatem solvendi, vel de bonis ipsius universitatis, vel per impositionem Collectæ, dixi in §. *Verso num.* 1. *& §. Universitas num.* 3. *in fine*, ubi contra quoad executionem ex Merlin. *decis.* 182. *per tot. vide §. Magistratus. n.* 4. vide De Luc. *de Credit. disc.* 82. *n.* 3.

Quòd administrator rerum alienarum, & etiam Civitatis teneatur tantum respective ad bona aliena administrata, nec possit in propriis, nec in persona gravati, probat ex pluribus Salgad. *Labyrint. credit. p.* 3. *cap.* 7. *num.* 7. *& seqq. & c.* 8. *n.* 13. *&c.* ubi tamen quòd si excesserunt mandatum, tunc de proprio tenentur.

Quibus casibus competat executio personalis contra repræsentantes, Rot. post Olean. *de cess. jur. dec.* 24. *num.* 14. *vide §. Magistratus num.* 11.

36 Administrator quilibet si constituat procuratorem, finita ejus administratione quoquomodo, expirat mandatum etiam re non integra, quia non debet esse major auctoritas accessorii, quam principalis, & resoluto jure datoris resolvitur jus acceptoris, sicuti infetendo ad plura, probat Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 38. *nu.* 66. *& seqq. vide in §. Mandatum n.* 19.

Quòd administrator, vel institor ad certum tempus alicui negotiationi præpositus, eo finito non obliget præponentem, vel Dominum, licèt contrahentes ignoraverint finitum esse officium, Felic. *de societ. cap.* 30. *nu.* 7. *&c.* Rot. in Romana societatis de Rotignis 10. Februarii 1648. coram Ghisilerio post Salgad. *Labyrint. credit decis.* 30. *num.* 9. *vide in §. Societas nu.* 26. *&* 41. & dicta decisio habetur etiam *p.* 12. *recent. decis.* 551. secus autem, si simpliciter fuerit præpositus absque temporis limitatione, ut dixi in *§. Contractus num.* 46.

37 Administrator non tenetur reddere rationem ante finitum officium, vel completam administrationem, nisi de facto administraverit, vel nisi constiterit de mala administratione, vel nisi agatur de aliquo actu particulari, pro quo tenetur reddere rationem etiam administratione durante gl. *in l. qui proprio §. fin. in fine ff. de procurat. & in l. rationes C. de administ. tut.* Coccin. *decis.* 93. *nu.* 3. *&* 4. *& dec.* 382. *nu.* 3. *et vide in §. Tutela num.* 20. Rota *part.* 16. *recent. decis.* 208.

Quòd quilibet administrator teneatur quolibet anno rationem reddere, probat Borgn. *dec.* 39. *nu.* 25. *&c.* ubi plura de administratoribus. Brunnemann. *in l. apparitores n.* 4. 7. *&* 8. *C. de exact. tribut.*

Intellige si expediat societati, & petatur redditio rationum sine calumnia ut declarat Trombet. *tract. de societ. c.* 7. *nu.* 4. *vide in §. Societas. num..*

Qualiter omnis administrator, etiam jurisdictione carens, si de mala administratione inquiratur, sit suspendendus ab officio, & administratione ad instar aliorum Officialium, Sanfelic. *decis.* 61. *num.* 9. *&c. vide in §. Officia num.* 2. Plura de administratione auferenda administratoribus per Testatorem ordinatis, ob malam eorum administrationem, sive sint personæ privatæ, sive publicæ, quibus in officio sit relicta administratio, latè Fontanel. *dec.* 519. *& seqq.*

Administratio libera quid importet, & an ex illa inferatur ad tutelam, ita ut administrator relictus dicatur tutor, & quæ possit facere, vel non, & alia, Boer. *decis.* 124. *per tot.* dixi *in §. Tutela n.* 16. *&c. §. Mulier n.* 40. ubi plures allegavi. 38

Administratores omnes, etiam Civitatis, vel Reipublicæ, & tutores, quando fuerunt plures, qualiter habeant beneficium ordinis, & divisionis, ita ut illi, qui verè administrarunt sint prius conveniendi, & excutiendi, quàm alii qui non administrarunt, vel si omnes administrarunt petere divisionem debiti, & sint condemnandi pro virili, nisi ex proprio dolo unusquisque conveniatur, & alia Boer. *decis.* 59. *&* 60. *per tot. vide in §. Tutela n.* 52. *& seqq.* Emerix jun. *decis.* 1344. *n.* 12. 39

Administrator consentiens alienationi ratione officii, sibi non præjudicat in juribus suis, ut latè ampliando, & limitando declarat Gabriel. *comm. concl. lib.* 3. *tit. de rer. alienat. concl.* 2. *per tot. dixi in §. Testis, & alibi.* 40

Administrator deputatus per judicem cum competenti salario circa bona debitoria, ad quæ fit concursus per creditores, an dicatur simplex administrator, vel depositarius, & sequester, quam potestatem habeat in dictis bonis, quas actiones movere possit an admittatur ad emendum, & alia plura de officio dicti administratoris, an possit esse unus ex creditoribus, & an si interim debitor se immisceat in illis possit criminaliter puniri, latè, & subtiliter Salgad. *Labyr. cred. p.* 1. *cap.* 13. *per tot. cum pluribus seqq. vide §. Creditor num.* 72. 41

Qualiter possit carcerari pro restitutione reliquatus etiamsi sit nobilis, Salgad. *loc. cit. cap.* 41. *per tot. & part.* 3. *cap.* 7.

Quomodo se gerere debeat in solvendo gradatim creditoribus, aliàs teneatur de proprio refundere anterioribus, nec possit à posterioribus, quibus solvit, repetere, & alia idem Salgad. *d. tract. part.* 3. *cap.* 8. *per tot.* ubi tamen qualiter repetat ab administratione, suo loco, & gradu, *et cap.* 14. *per tot.*

Administrator potest cogere Dominum, ut recipiat rationem administrationis à se oblatam, nam cum Dominus possit illum ad idem compellere, ita etiam reciprocè, & eodem modo administrator compellere Dominum potest, ut rationem recipiat, per textus in *l.* 1. *§. fin. ff. de contrar. util. act. tut.* Paul. de Castr. *in l. vix certis num.* 4. *ff. de jud.* affirmans quòd illi, qui aliena negotia gesserunt, possunt petere fieri calculationem, vel remissionem rationum ad hoc, ut absolvantur ab administrationis vinculo, ut tuti semper sint, neque sua bona maneant hoc onere gravata, ut in *l. pro officio C. de administr. tut.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 7. *nu.* 36. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. p. quæst.* 6. *sect.* 3. *n.* 63. *tom.* 3. 42

Et si dominus recuset rationem recipere, tunc judex calculatorem pro Domino nominabit, & constito quòd administrator nihil debeat, judex illum quietabit, & liberabit à nexu obligationis, & perindè liber erit, ac si dominus liberasset, Escobar. *de ratioc. cap.* 4. *n.* 25. Salgad. *loc. cit. num.* 38. ubi alia plura de administratoribus, *et cap.* 8. *per tot.* idem Altimar. *loc. cit.*

Ad-

43 Administrator quilibet alicui negotio præpositus, si contrahat, potest etiam ex contractu suo solutionem recipere, ita ut illi solvens remaneat liberatus, cùm rectè fiat solutio ei, cùm quo contractum est, etiam si solvatur intruso, vel falso administratori, maximè si ipsi fuerit facta promissio, nam tunc eidem rectè solvitur, licet ex illius contractu fuerit alteri quæsita actio Alex. *in l. filius 23. num. 1. C. de pact.* ubi etiam Jas. *num. 6.* Castr. *in l. si Urbana num. 5. ff. de condit. indebit.* Crot. *consil. 14. per tot.* Surd. *consil. 150. num. 208. et consil. 43. num. 2.* quos refert, & sequitur Rot. *part. 13. recent. decis. 311. per tot. vide in §. Solutio num. 36. et §. Procurator num. 6.* ubi plures alios allegavi, & latiùs conclusionem declaravi.

An autem administratores universitatis, vel Ecclesiæ, & similes possint liquidare instrumenta ad formam Ritus Regni Neapolitani, non per ipsos, sed per suos prædecessores nomine Ecclesiæ, vel universitatis stipulata, cum videatur deficere juramentum de facie ad faciem, Sanfelic. *dec. 415. per tot. cum Addit.*

44 Multa de variis, & diversis administratoribus (& præcipuè concursus creditorum) de illorum officio, & obligatione, tradit remissivè Ægid. de Castejon. *in suo Alphab. jurid. verb. Administrator per tot.* Alia de eadem materia administratorum, quando dicantur legitimi, vel non, quid facere teneantur, Laurent. Uriel. *concl. 56. per tot.* Thoro *Compend. decis. Neap. p. 1. verb. Administratio*, ubi de administratione officiorum, *p. 2. eod. verb.* ubi de pluribus administratoribus Universitatis, an teneantur in solidum, vel pro rata, si inter eos fuerit divisa administratio, & teneri in solidum stante onere illis injuncto pro indiviso non obstante divisione inter eos facta, *et part. 3. eod. verb.* ubi de aliis administrationibus, & in quo loco sint reddendæ rationes, & novissimè varia de administrationibus remissivè Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. leg. p. 4. fol. 37. etc.* Plura alia de diversis Administratoribus, vide apud De Luc. Altimar. Palm. Mans. Pignatell. Emerix. Caprara. De Comitib.

45 Qualiter rationes administrationis tutelæ, etiamsi tutor non servaverit solemnia, sint reddendæ expensis pupilli, & quarè latè Quesad. Pilo *contr. for. cap. 47. per tot. vide in §. Expensa num. 40.*

46 Administrator, qui etiam sit Creditor, potest eligere, in quam causam velit accepta referre. Rot. in Mantiss. ad ornat. Cardinal. De Luc. *decis. 14. nu. 16. lib. 6. vol. p.*

47 Administrator non sibi, sed Domino possidet Rot. in Mantiss. ad De Luc. *lib. 11. decis. 24. n. 17. vol. 2.*

48 Administrator an pro sua mercede præferatur omnibus Creditoribus Administrati Altimar. *de nullit. rubr. p. quæst. 6. sect. 3. n. 76. tom. 3.*

Administrator non tenetur restituere, quod propria industria acquirit Rot. coram Pen. *decis. 1686. num. 5. et 6. et decis. 1609. n. 2.*

§. ADMISSIO AD NOVAS DEFENSIONES. XV.

1 ADmissus ad novas defensiones debet suam innocentiam probare, vel saltem elidere inditia contra illum urgentia, aliàs sententia mandatur executioni, vel torquetur, seu alia pœna extraordinaria punitur, latè Petr. Cabal. *resol. crim. cas. 110. num. 24. et seqq. ubi num. 28.* dicit secus esse in restituto adversus sententiam, nam tunc nullum onus probandi ei incumbit, sed fisco, cum restitutio omnia ponat in integrum; non tamen talis restitutio solet concedi, sed admissio ut supra ad novas defensiones intra annum, quando quia fuit condemnatus in contumaciam, secus si præsens vide Spad. *cons. 64. n. 8. et 21. tom. p.*

Testatur tamen idem Cabal. *loc. cit. n. 32. 33. et 34.* in statu Florentino servari, quòd si admissus ad novas defensiones non probaverit suam innocentiam, sententia remaneat in suo robore vigore contumaciæ, & legis super ea latæ die 14. Julii 1545. & sit exequenda, absque eo quòd deveniatur ad torturam, quæ solùm sit permissa quandoque ob debilitatem inditiorum, si reus compareat in termino reservationis sibi factæ ad se justificandum, de quo latiùs dixi in mea Pract. *§. Rimessi in buon dì n. 8. et per tot.*

Verum cùm de anno 1666. contigisset particulariter dubitari de dicta observantia, & assertione Caballi per Magistratum DD. Octo Virorum Baliæ Civitatis Florentiæ in causa cujusdam Francisc. Grazini in contumaciam damnati ad pœnam furcarum, & squartus, & posteà ex gratia ad defensiones admissi intra annum, fuit repertum aliàs fuisse diversimodè observatum, ut supra dicebam in principio, ex doctrina Boss. *tit. de lut. Princip. bannit. admitt. ad nov. def. ad finem, versic. est verum quod Judices*, Cartar. *de execut. sent. cap. bannit. cap. 1. num. 219. et seqq.* Clar. *§. fin. quæst. 44. sub num. 6. etc. et quæst. 96. sub num. 4. etc.* Farin. *quæst. 11. num. 79. et num. 103. etc.* Cardin. Tusch. *litt. C. conclus. 572. num. 7. etc.* & admittit de jure communi idem Cabal. *d. cas. 110. num. 24. et 25.* vide Bajard. ad Clar. *loc. cit. num. 13. etc.* ubi quòd sic admissus intelligitur admissus ad ostendendam innocentiam suam, non autem ad faciendum alias defensiones. Gabriel. *cons. 171. n. 16. vol. 2.*

Et articulo plenè discusso in terminis dictæ legis municipalis status Florentini de die 14. Julii 1545. fuit conclusum illam nihil juri communi addere, præterquam quòd obligat condemnatos ut supra ad defensiones admissos ad præstandum idoneos fidejussores de se relevando, sub pœna dupli, si condemnatio erat pecuniaria, vel librarum quingentarum Florentinarum, si erat corporalis, vel confinii, antequam audiantur, ut per Cabal. *d. cas. 110. nu. 32.* & in mea Pract. *§. Rimessi in buon dì n. 3. et seqq.*

Et de simili jure Regio, quo disponitur, ut secundam supplicationem proponens teneatur dare fidejussores, pro pœna temerè supplicantibus imposita, an pauper possit à dicta fidejussorum præstatione relevari per cautionem suam juratoriam, latè Salgad. *Labyrint. credit. part. 1. cap. fin. num. 3. et seqq. per tot.* quæ doctrina poterit etiam optimè deservire in casu dictæ legis Florentinæ. Vide. Rebuff. *tom. 1. constit.* Franc. *tit. de supplic. art. 5. glos. unic.* Alvarez. Valasc. *de privil. pauper. part. p. quæst. 51.*

In reliquis autem suis partibus dicta lex Florentina recipit interpretationem à jure communi, & à communibus Doctorum traditionibus, secundùm quas pro pleniori intelligentia ita solet distingui, nam.

Aut admissus ad defensiones post sententiam simpliciter negavit delictum, & nihil probavit de sua innocentia, nec elisit inditia contra eum existentia, & isto casu procedere potest sententia Caballi, & aliorum indubitatè tenentium sententiam esse exequendam. Quod refert Clar. *libr. 5. recept. sentent. quæst. 44. vers. quæro quando.*

Aut ultra negationem delicti aliquid probavit tendens ad docendum de sua innocentia, vel ad elidendum inditia, & subdistinguitur, nam.

Aut probationes factæ sunt tales, quæ elidunt confessionem resultantem ex contumacia, aliaque inditia, vel faciunt apparere de innocentia condemnati, & tunc absque dubio debet annullari sententia, & jam condemnatus absolvi per aliam sententiam. Scacc. *de judic. cap. 97. n. 159.*

Aut probationes factæ non sunt tales, quæ totaliter elidant dictam confessionam contumacialem, & alia inditia, nec faciant constare de innocentia, & hoc casu multùm inter se discrepant Doctores, alii enim sentiunt adhuc esse locum absolutioni, ex eo quòd remaneant debilitata inditia, & sententia redacta ad statum non exequibilem; alii penitus contrarium affirmant, nempè sententiam esse exequendam, nullo habito respectu talium qualium probationum rei non concludentium, quæ propterea non possint derogare probationibus fisci. Alii denique magis communiter, & juridice autumant moderandam esse sententiam, & reum condemnandum esse in pœnam extraordinariam mitiorem, vel torquendum, & si in negativa persiterit, sieque plenè inditia purgaverit absolvendum, sicuti prædicta omnia optimè comprobat videndus Scacc. *de Jud. cap. 97. num. 159. et seqq.* Farinac. *quæst. 11. nu. 100. et seqq.* aliique supracitati, & secundùm dictam distinctionem fuit servatum in præfata causa Francisci Grazini, qui remansit absolutus, ut videre est in Giornali Negotiorum Magistratus Dominorum Octo Balliæ 617. à c. 116. de mense Augusti 1666. & alia dixi in mea Pract. *§. Rimessi, §. Contumaci, et §. Banditi num. 64. & seqq.* ubi

ubi multa ponuatur per Judicem considerenda ante executionem contumacialis sententiæ. Vide Cartar. *de exequut. sentent. capt. bannit. cap. 11. nu.* 215. Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 4. sect. 18. & 19.*

2 Admissio ad novas defesiones quando cessant alia remedia, est per Principem concedenda, ut possit ille, qui habitus fuit pro reo ex contumacia, docere de sua innocentia, *l. 1. §. fin. ff. de quæst.* Cæpol. *caut.* 255. *n.* 5. *in fine*, Boss. *tit. de remed. contra Ban. tit. de litt. Princip. bannit. admitt. ad nov. def. tit. de remed. just. contr. sent. ex concess. Princip. et tit. de remed. ex sola Clemen. Princip.* Clar. cum Bajard. *quæst.* 54. Farinac. *quæst.* 11. Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 138. Odd. *de restit. in integr. quæst. 74. n. 41. & 42.* Cabal. *cas. 56. num.* 88. *& seqq. & cas. 110. per tot. ubi plura, vide in §. Defensio num. 6.* Dec. *in regul. & si nihil de reg. jur.*

An autem admisso bannito, vel condemnato ad novas defensiones, possit etiam accusator, vel fiscus facere novas probationes delicti, & velle meliùs probare, vel fortificare intentionem suam, vide latè Bajard. ad Clar. *§. fin. quæst. 44. nu. 22. & seqq.* Caball. *resol. crim. cas. 110. num.* 55. Guazz. *de confisc. bon. concl. 30. n. 20. & seqq.* Farinac. *q. 11. n. 105. limit.* 6. Odd. *consil.* 35. Conciol. *resol. crim. verb. Reus resol.* 1. ubi refert contrarias opiniones, Zuff. *de legit. process. lib. 3. q.* 159. ubi an admisso bannito ad novas defensiones opus sit legitimate processum informativum, & distinguendo concludit quòd non, nisi fuerit ei remissa contumacia, & sic restitutus in primis terminis non obstante condemnatione. Vide in §. *Repetitio.* Albert. de Gandin. *in trat. de malef. rubr. de pœn. reor. n.* 21.

3 Admissio ad novas defensiones in statu Ecclesiastico non conceditur damnatis in contumaciam, nisi infra sex menses à die condemnationis vigore Constitutionis Pii IV. de die 26. Maii 1565. Qui tamen terminus sex mensium fuit prorogatus ad annum, ita ut contumacibus damnatis, defensiones non nisi post anni lapsum denegari debeant vigore alterius Constitutionis Pii V. de die 20. Junii 1566. Bajard. ad Clar. *§. fin. q. 44. n. 20. & seqq.* Farin. *consil. 14. num. 6. & seqq. consil. 111. n. 13. & seq.* Rot. *p. 15. recen. decis.* 236. *num.* 12. ubi quòd licet admissus ad novas defensiones, & absolutus, de jure communi recuperet bona, etiam per Fiscum alienata, contrarium tamen servatur in Statu Ecclesiastico. Farinac. *dec. 3. n.* 5.

Florentiæ autem ego semper vidi in hac materia, & similibus, servari prout de jure, & istos admissos ad novas defensiones, & posteà absolutos, etiam non in totum, sed à pœna ordinaria, censeri absolutos à confiscatione, & recuperare bona; quidquid secùs sit in gratiatis à pœna capitali, qui non recuperant bona confiscata, nisi expressè dicatur in rescripto, quod nunquam fieri solet, quia faciliùs Princeps facit gratiam de pœnis capitalibus habita pace, vel aliàs parte concordata, quàm de confiscatione bonorum, pro sustinendis oneribus, & expensis magnis, quas facit quotidiè Fiscus in persecutione Malefactorum pro bono publico, & de una gratia in aliam non infertur.

Et quòd sine alia concessione Principis in statu Ecclesiæ possit reus infra annum se constituere, & sit audiendus super sua innocentia, si velit eam probare, post annum verò debeat obtinere gratiam, quæ non de facili conceditur, & alia testatur Card. Tusch. *litt. D. concl.* 238. *n. 2. & seqq.* Farinac. *q. 11. num. 68. &c.* Guaz. *de confisc. bon. concl. 13. limit. 63. 64. & 65. per tot.* ubi plura ad propositum quando, & quomodo comparens infra annum possit recuperare bona confiscata, & quid servetur de consuetudine.

Intelligendo prædicta quando damnati in contumaciam spontè comparent intra dictum tempus ad docendum de illorum innocentia, secus autem si fuerint capti etiam infrà annum, nam non possunt tales capti admitti per Judices ad defensiones sine gratia speciali Summi Pontificis, sed contra eos etiam infrà annum est exequenda sententia, ubi legitima ad inquirendum præcesserint inditia, prout declaravit idem Pius V. in alia Constitutione, sive motu proprio, de quibus meminit, & registrat in fine operis Cartar. *de execut. sent. cap. Bannit. cap. 1. n.* 236. vide Bajard. ad Clar. *§. fin. q. 94. n.* 66. ubi latè contra Farinac ostendit vigore dictarum constitutionum non posse judices, & Gubernatores status Ecclesiastici admittere bannitos ad defensiones nec infra annum, nec posteà sine litteris Sacræ Consultæ, alias malè facere, & bannitos cancellatos non esse tutos, cùm à non habentibus auctoritatem fuerint admissi, & cancellati. Sed ipse etiam Farinac. *d. q. 11. n.* 68. in ultimis impressionibus, satis copiosè respondet Bajardo, & suam confirmat opinionem ut supra, Conciol. *resol. crim. verb. Bulla resol.* 9. ubi approbat opinionem Farinac. contra Bajard. & quòd dicta Bulla Pii V. ut banniti capti non audiantur, est intelligenda, si sententia sit legitimis præcedentibus indiciis lata, & valida, secùs si sit nulla, & ideò datur terminus ad dicendum causam quare sententia exequi non debeat, & copia processus, indiciorum, & sententiæ, idem Conciol. *verb. Confessio resol. 6. num. 3. & seqq. & verb. Reus resol. 12. per tot.* Zuff. *de legit. process. lib. 1. quæst. 6. per tot.* quod Farinacium sequitur (non facta mentione Bajardi) Conciol. *ad stat. Eugub. lib. 4. Rub.* 7. ubi Romaguer. *in addit.* notat quòd in Provincia Cathaloniæ nemo in absentia, & contumacia condemnatur, sed inquiritur, & formatur processus, procuratur captura, & illis captis proceditur juxta *l. absentem ff. de pœnis*, & me citat in *§. Absentia num.* 15. licèt secùs esse fateatur de generali consuetudine totius Italiæ, ut ibidem dixi, de quo vide relatos per Portugal. *de donat. Reg. part. 3. cap. 30. num.* 25. Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 4. sect. 18. & 19.*

In statu Florentino, condemnati in contumaciam, 4
sive intra annum, sive post annum si velint docere de innocentia, non admittuntur sine gratia Principis, cùm etiam omnes sententiæ criminales afflictivæ ipso approbante, & firmante proferantur, & ideò ejus est solvere, cujus est ligare; Non solent autem admitti nisi infra annum, & dum sunt in libertate positi, licèt etiam capti infra annum, ut plurimum ex benignitate Principis admittantur, & quandoque etiam in utroque casu post annum, si aliqua subsit justa causa, licèt cum maxima difficultate, de quo videndi sunt Doctores supracitati *n.* 2.

Dictus annus connumerari debet non à die prolationis sententiæ, sed à die notificationis illius, etiam eo non computato, quando sumus in casu ubi opus sit notificatione, de quo dixi in mea Pract. *in Præfat. n. 134. et seqq.* & de hoc memini, me fuisse interrogatum in contingentia facti de anno 1666. ac ita respondisse, & fuisse servatum; imò fortiùs existimarem computari debere à die lapsus reservationis factæ ad comparendum, & se justificandum, cùm agatur de materia favorabili, nemini nociva, & unum beneficium non debeat alterum tollere, nec antea sententia sit sententia; Quòd est notandum cùm Princeps soleat conditionaliter rescribere his verbis videlicet: *Essendo dentro all' anno, e condemnato in contumacia rimettesi in buon dì a comparire, e giustificarsi secondo gl' ordini.* Et sic spectat ad judicem executorialem dignoscere an gratia sit admittenda, nec ne, quod etiam sufficit dictum sescriptum admissionis ad novas defensiones fuisse obtentum intra annum computandum, ut ibi dixi à die lapsus reservationis, licèt præsentetur post annum, dummodò intra mensem concessum ad acceptandam gratiam, ut servavit Rot. Criminalis Florentiæ de mense Junii 1682.

Num. 5. Admissus ad novas defensiones, potest ex sola contumacia, & banno torqueri, etiam purgatis aliis indiciis, cùm sola contumacia faciat indicium ad torturam, nisi contumax sit bonæ conditionis, & famæ, vel minor, vel nisi sibi fuerit expressè remissa contumacia in Principem, vel nisi habuerit justam causam non comparendi; vel fuerit nulliter condemnatus, vel plenè docuerit de sua innocentia, Farinac. *quæst. 11. num. 70. et seqq.* Zuff. *de legit. process. quæst. 60. num. 24. et seqq.* Conciol. *resol. crimin. verb. Reus resol. 8. per totum*, vide in §. *Contumacia num.* 12. Cabal. *cas. 110. nu. 15. et cas.* 181. Caren. de Sanct. Offic. *part. 3. tit. 10. n.* 225. Zuff. *de legitimat. process. criminal. quæst. 60. n. 24. et quæst. 159. n.* 8.

Num. 6. Admissio banniti ad novas defensiones, an prosit hæredibus, si ipse bannitus interim decesserit, ut illi admittantur ad probandam ejusdem banniti defuncti innocentiam pro recuperatione bonorum confiscatorum, latè Calvin. *de æquit. lib. 2. cap.* 298. ubi quòd

sic,

sic, & innocentia probata, debent bona restitui, secùs autem si de innocentia clarè non appareat, sed remaneant indicia per torturam purganda, nam tunc firma remanet confiscatio, ut ibi distinguendo opiniones contrarias concordat, prout contrarium tenuit Clar. §. *fin. quæst.* 44. *versic. Dixi quod*, vide Cab. *resolut. crim. cas.* 110. *num.* 23. ubi quòd admisso ad novas defensiones mortuo ante præsentationem gratiæ, durante tempore præsentandi, potest hæres pro suo interesse præsentare, ac defuncti innocentiam probare, ut liberatio sequatur. Cartar. *in tract. de sent. contum. cap.* 1. *n.* 110.

Num. 7. Admissus ad novas defensiones debet examinari super delicto, pro quo fuit condemnatus, sed cum solemni protestatione citrà præjudicium sententiæ, & rei judicatæ, confessionis, & probationis ex contumacia resultantis, vel aliarum probationum in processu existentium, ut in bannito super aliis examinando, docet Cartar. *de execut. sent. cap. bannit. cap.* 2. *n.* 58. *& seqq.*

Ac ita semper hucusque servatum fuit de stylo Cancellariæ Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, & aliorum Tribunalium Status Florentini, ad obviandum calumniosis probationibus, quas reo non interrogato super delicto possent ad libitum assumere procuratores contra veritatem, & tantò magis hodie, quòd statim illis totus publicatur processus.

Qui quidem stylus nullatenus etiam à dispositione juris, & aliorum Tribunalium distat, ut videre est ex Farinac. *consil.* 5. *lib.* 1. *in principio*, & narrativa facti, ibi, *Burgus Notarius credens se ab imputato crimine liberari, spontè infrà annum, & in vim specialis rescripti Signaturæ Justitiæ, se constituit in manibus Gubernatori Urbis, Qui tandem ipsum examinatum, positumque ad largam cum termino ad dicendum causam, quare sententia contumacialis contra ipsum lata exequi non deberet.*

Atque idem supponunt Scacc. *de jud. lib.* 1. *c.* 97. *n.* 159. & Cab. *res. crim. cas.* 110. *n.* 7. dum dicunt si neget, & non probet, vel si neget, & probet, &c. Front arguit Carol. Oiilia ad Campan. *observ.* 1. *n.* 28. *& seqq.* ubi postquam dixit se non invenisse quæstionem apertè decisam, sub n. 30. asserit ipse se credere utiliter examinari posse, quando judex securus non est sententiam exequi posse ex defectu probationum, ubi verò sperat sententiam exequi, & est tutus in conscientia, stante urgentia indiciorum, tunc non utiliter examinari, quia negando delictum, ficta confessio eliderettur, &c.

Ego autem crederem dictum stylum Florentinum antiquum, & à sapientissimis Viris nunquam hucusque controversum esse optimum, & indistinctè sequendum cum dicta solemni protestatione, quia in illis admissis per Principem ad novas defensiones, cessat difficultas, quæ solet esse, ut interrogando condemnatos de delicto videantur admissi ad defensiones, cum in suppositis terminis jam sit id eis à Principe concessum, & propterea possint securè, ac valdè utiliter interrogari super delicto, ad videndum quo se proiiciant, & ad præcludendum viam defensionibus, quas sæpè astruunt, ac astruere possent Procuratores contra veritatem quando ipsi rei non fuerunt diligenter, ut debet, examinari.

Neque negando delictum, fit præjudicium sententiæ, nec tollitur ficta confessio, quia dicta solemnis protestatio satis occurrit huic objectioni, & non est contraria facto ut de se patet, nec etiam omnis protestatio contraria facto reiicitur, ad tradita per Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 944. *n.* 29. *& seqq.* Barbos. *de Axiomat. jur. Axiom.* 194. Gratian. *decis.* 144. *num.* 47. cum aliis per me citatis in §. *Protestatio num.* 1. Surd. *cons.* 8. *num.* 28. *cons.* 136. *n.* 42. *cons.* 143. *n.* 58.

Et quamvis fuerit semper ut supra servatum, nullus unquam ex Procuratoribus, vel Advocatis peritissimis opposuit per hujusmodi examen cum dicta protestatione præjudicatum fuisse rei judicatæ, & confessioni ex contumacia resultanti, agnoscentibus omnibus id rectè fieri pro cautela Fisci, & ad obviandum falsis probationibus.

Quare igitur quæ diu obtinuerunt in pejus mutanda.

Sic omnes Auctores clamant, stylum Tribunalium, etiam contra jus (dummodò non naturale, neque divinum) esse servandum, Gramma *decis.* 16. *n.* 7. Peregr. *decis.* 122. *num.* 24. Card. Tusch. *litt. S, conclus.* 695. *& litt. P, conclus.* 466. Ubi quòd practica antiqua est servanda, etiamsi esset contra communem opinionem, Amaya in *l.* 5. *Cod. de bon. vacant. n.* 21. Cresp. de Valdaur. *lib.* 1. *obser.* 10. §. 1. *nu.* 46. Maioran. *in opoprax. crim. cap.* 10. *num.* 13. *&* 14. *fol. mihi* 28. *& num.* 69. *& seqq. fol.* 44. & novissimè, & latè Tranchedin. *consil.* 40. *et* 41. *per tot.* Larrea *allegat. fiscal.* 87. *n.* 2. *allegat.* 34. *n.* 22. faciunt scripta per Crescin. *in addition. ad observat.* 1. Abecclef. *part.* 1.

Et ita (non obstante contradictione DD. meorum Collegarum] ut suprà servandum, ac admissum ad novas defensiones diligenter examinandum cum debitis protestationibus, ad effectum prædictum, fuit per me propositum Serenissimo Magno Duci de Mense Augusti 1682. & ad relationem Illustrissimi, atque peritissimi D. Æmilii Lucii Auditoris Fiscalis S.C.S. approbatum per rescriptum de die 5. Septembris dicti anni, in causa contra Marcum Antonii Sati, ut in filcia negotiorum Rotæ criminalis sub n. 565.

Num. 8. Admissus ad novas defensiones, qualiter teneatur probare suam innocentiam, aliàs sententia contra eum sit exequenda, dixi in hoc §. num. 1. verùm quia de anno 1682. habui causam notabilem, in qua iterùm fuit ista materia discussa, volui hic votum meum ad publicam utilitatem addere, materno sermone, prout moris est Florentiæ in similibus negotiis, juxta quod fuit judicatum cum approbatione Serenissimi Magni Ducis, ad relationem Illustrissimi D. Æmilii Lucii Auditoris Fiscalis S.C.S. post longam satis, & maturam discussionem, accedendo etiam ad locum delicti cum procuratoribus pro majori certioratione, quod nunquam aliàs fuisse servatum traditur; non obstantibus votis contrariis cum profusis allegationibus D. Hyacinthi Archangeli pro Absolutione reorum, ac brevibus D. Annibalis Michaelii pro aliquali tortura DD. meorum Collegarum in hac Rota Criminali Florentiæ.

Segue il voto del Signor Auditor Savelli.

Non si può al creder suo, senza sovvertir più massime principali di ragione criminali, e indurre esempio scandaloso, mettere in dubio la validità, e giustizia della sentenza contumaciale contro N. N. per l'omicidio appensatamente commesso con archibusate, ed arma biancha di notte tempo nella persona del Chierico N. perche tale validità, e giustizia, oltre la presunzione legale, apertamente resulta da tutto il processo informativo, mentre costa del corpo del delitto, e d' Indizj non solo sufficienti, ma molto soprabbondanti à sostenere l' Inquisizione, alla quale essendo gl' Inquisiti legittimamente citati restati contumaci, si hanno per confessi, secondo la notoria consuetudine non solo di questi Stati, ma di tutta l' Italia.

E comparsi doppo passata la sentenza in giudicato, con grazia di S.A.S. dentro l' anno, non ha più bisogno l' accusatore, nè il Fisco di provare il delitto, nè 9
li delinquenti, avendo già ben fondata la sua intenzione nella Confessione, e sentenza, mà tocca a' condennati rilevarsi con provare la loro innocenza, come anche hanno promesso, e datone mallevadore, sotto penna di lire cinquecento, secondo li buoni ordini di questi Stati, non potendo in questo caso ottenere l' assolutione ex non jure Fisci, perche resta troppo ben fondato; ma solo ex jure proprio resultante ex probatione innocentiæ, altrimenti si può eseguire la sentenza, perche detta grazia non toglie la Confessione, nè il jus quesito al Fisco per la sentenza, essendo una semplice ammissione à nuove diffese, e non restitutione in integro contro la sentenza, come tutto ben prova in termine di ragione commune, e molto più secondo le leggi municipali il Caball. *resol. crim. cas.* 110. *dal n.* 4. *& seqq.* e particolarmente al *n.* 14. 15. 32. *& seqq.* dove attesta così osservarsi nello Stato Fiorentino, che se li rimessi in buon dì a giustificarsi non provano la loro innocenza, sta ferma la sentenza, & Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 44. *num.* 13. *& seqq.* dove che li rimessi in buon dì, ò a nuove diffese, s' intendono ammessi a mostrare la loro innocenza, e non a fare altre diffese, con più altri da loro citati, e Farinac. *q.* 11. *num.* 100. *& seqq.*

E se bene questo si deve intendere della sentenza vali-

lida, e giusta, e così mentre precedino legittimi iodizj, su i quali resti fondata la contumacia, e sentenza, non mancano, ed urgentissimi oel caso oostro, come s'è accennato, e sono.

Prima, la causa, ò cause di delinquere espresse nell'
10 Inquisizione, e sufficientemente provate per fare iodizio contro i contumaci, in processo a' 27. 28. 85. 90. 104. ed in più altri luoghi citati oell' Informaaione per diffesa della sentenza fol. 33. vers. *Cause del delitto*, massime quando questi soli, e ooo altri vengono imputati, ed essendo amminicolate da tanti altri indizi, che poco importerebbe cercare delle cause, quando apparisce l'effetto, ancorche non fussero in sè vere, ma solo putative, e immaginate dagl'inquisiti, Farinac. *q. 52. num.* 104. *& seqq.* Conciol. *resol. crim. verb. delictum resol.* 5. Majoran. *in opoprax. crim. lib. 2. cap. 8. n. 57. & seqq. fol.* 233.

Secondo indizio sono le minacce fatte alla Domenica Cortipassi testimone dal primo ioquisito, che le ordinò stesse quieta, e se parlava, le averebbe dato dell' archibusate; e l' ambasciata fatta alla medesima testimone per parte della sorella del secondo inquisito, che se parlava l'averebbe fatta strozzare, come depone la detta testimone a 134. fol. 2. e lo conferma altra testimone, che portò detta ambasciata a 141. f. 2.

Terzo indiaio, il coltello sanguinoso trovato oel luogo del delitto, come si prova a 47. e a 53. col quale si vede essere stato ferito doppo l'archibusate il morto; e questo iodiaio percuote solamente il primo, del quale era detta coltella, provato per due testimonj a' 75. e a' 135. benchè altro dica, che fusse stato imprestato, ò veoduto al morto, al quale lo vide un mese avanti, perche noo provato tal imprestito, ò vendita, come era peso de condennati, deponendone dubitativamente, nè percotendo il tempo del delitto, coadjuva il detto degli altri due, che veramente fusse del primo, al quale lo viddero il giorno avanti l'omicidio; non essendo anche sempre vera in jure la propo-
11 sizione, che uo testimone Fiscale provi contro il Fisco, quaodo vi sono altri testimonj, che depongano a favore del medesimo, perche io tal caso si dee stare al maggior numero de' testimonj, Conciol. *resol. crim. verb. Testis quo ad dicta, resol.* 16. *n.* 15. Sanfelic. *dec.* 163. *per tot.* dove riferisce esser così stato giudicato in Roma, Napoli, e Bologna, esser così di stile della Rota Romana non attendere il detto d'unico testimone contro l'inducente, mentre oon sia riprodotto, attesta la medesima Rota appresso Cavaler. *decis.* 336. *nu.* 5. *& p. 9. rec. dec.* 344. *n.* 20. *p.* 14. *decis.* 923. *n.* 15. & altrove passim, massime oel caso oostro, che il Fisco ha già molto ben fondata l'inteozione nella sentenza contumaciale, in oggi, e prima io molti altri indizj.
12 Quell' indizio d'arma sanguinosa trovata appresso il cadavero, e provata come sopra, è urgentissimo contro del medesimo, e sufficiente à tortura, Farin. *q. 52. n.* 74.

Quarto la fuga, e titiratezza degl' inquisiti avanti l'ioquisizione, provata non solo dal referto degli esecutori per le diligenae fatte in catturarli in luogo, e
13 tempo opportuno, cioè di notte nelle case loro, che sarebbe sufficiente, Clar. §. *fin. quæst.* 20. *n.* 3. Ambrosin. *process. informat. lib. 5. cap. 1. n. 9. &* 10. Farinac. *q. 1. n. 45. vers. Tertia fuit*, Conciol. *res. crim. verb. fuga, resol. 2. n.* 3. Majoran. *in opoprax. lib. 2. cap. 8. num. 64 fol.* 215.

Ma deposta da più testimonj in processo a' 75. 79. 85. 86. 93. 94. 103. 104. 115. 121. 126. e per tutto il processo fino dagl' istessi testimonj defensionali a' 174. fol. 2. sopra il quioto interrogatorio, che toglie ogni dubbio, attesa anche l'opinione d'altri, che debba esser provata per testimonj, Farinac. *q. 48. n.* 49. Conciol. *d. resol.* 2.

E quello indizio per se solo basta a sostenere l'inquisizione speciale, ed anche à tortura, che è un poco più, massime accompagnato da altri aminicoli, che
14 nel caso nostro non mancano, anai indizj urgentissimi, come s'è detto, e si dirà, Conciol. *resol. crim. verb. Fuga, resol.* 1. *per tot.* Majoran. in *opoprax. lib. 2. cap. 8. n. 55. & seqq. fol.* 214. Farin. *q. 84. per tot.* e infiniti altri, che si potrebbero allegare, essendo conclusione tritissima.

Sum. Sabelli Tract. Tom. I.

Qualiter adulteria utriuſque conjugis tam ante, quàm poſt divortium debeant compenſari ad effectum reconciliationis, dixi *in §. Matrimonium n.* 20. & §. *Maritus num.* 3. vide Farinac. *quæſt.* 142. *n.* 68. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 133. *n.* 50. *vol.* 3. ubi intelligunt, niſi fuerit ſecuta reconciliatio, latè idem Chriſtin. *deciſ.* 218. *num.* 38. & *ſeqq. vol.* 5. & *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 23. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 16. Berlich. *concl.* 27. *n.* 63. *vol.* 4. Pen. *deciſ.* 1018. *num.* 3. & *ſeqq.* De Luc. *d. diſc.* 13. Caſtald. *conſult.* 265. *nu.* 15. *vol.* 2.

12 Adultera uxor, & in adulterio ſine emendatione perſeverans, an ſit à viro dimittenda, ſub pœna peccati mortalis, ſaltem ad evitandam incertitudinem prolis, ac ne falſus, & adulterinus hæres ſubſtituatur, contrarias opiniones, & rationes adducit Dian. *par.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 40. *per tot.* ubi negativam amplectitur, & ita non teneri virum uxorem perſeverantem in adulterio dimittere, niſi in aliquo rariſſimo caſu, ut quando dimiſſio eſſet apta ad emendationem abſque ſuſpicione alterius inconvenientis, marito non incommoda, ceſſante omni alio remedio, ac ubi ageretur de magna hæreditate, & hujuſmodi, quæ rariſſimè conjunguntur, & tantò minus tenebitur uxor recedere à viro adultero, & in adulterio perſeverante, facit quod dixi *in §. Maritus num.* 3. *verſ. quod maritus*, & iterum idem Dian. *part.* 11. *tract.* 5. *reſol.* 37. *verſ. nota tertiò*, Leoncil. *deciſ. Ferr.* 84. *per tot.*

Plures autem caſus, in quibus uxor adultera non poteſt dimitti nempè ſi vir quoque adulterium commiſerit, cùm tunc adulteria compenſentur; ſi ipſe uxorem proſtituerit, vel fuerit illius leno; ſi uxor bona fide putavit maritum eſſe mortuum, & alteri nupſit, vel fornicata eſt juxta unam opinionem; ſi fuerit ſub ſpecie mariti fraudulenter decepta; ſi per vim fuerit oppreſſa; ſi vir poſt adulterium ſciens illam cognoverit; & ſi ambo ad fidem convertantur Dian. *par.* 11. *tract.* 5. *reſol.* 47. *Quæ ſummatim refert Cuſtejo. Alphab. jurid. verb. adulterium.*

Quod non excuſetur adultera ob ſævitiam viri, nec ob neceſſitatem famis, vel paupertatem, Bajard. ad Clar. §. *Adulterium n.* 75. &c. Berlich. *concl.* 27. *n.* 59. & *ſeq. tom.* 4.

Qui ſi non reddat ei debitum, Boer. *deciſ.* 297. *n.* 14. *Ex doctrina* Petri Raven.

13 Adulterium commiſſum cum conjugata, & promiſſione ſumendi illam in uxorem mortuo ejus viro, an ſequuta dicta morte, ſit impedimento hujuſmodi matrimonio promiſſo abſque diſpenſatione, quando tempore commiſſi adulterii coeuntes ignorabant impedimentum ex illo proveniens, Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 51. ubi refert contrarias opiniones, & ipſe concludit opus eſſe diſpenſatione non obſtante dicta ignorantia etiam invincibili, quia impedimenta matrimonii non conſiderantur, ut pœnæ, à quibus poſſet excuſare ignorantia, ſed tanquam inhabilitates, & ideò ignorantia ab illis non excuſat, vide in §. *Ignorantia n.* 8. & 10. §. *Matrimonium num.* 8. *in fine*, & §. *Uxor num.* 12. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 130. *n.* 3. ubi ponit quatuor requiſita, ut adulterium inducat impedimentum, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 337. *verſic. quartò*, &c. Rot. coram Pen. *deciſ.* 210. & 211. Barboſ. *in cap. ſignificaſti de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter.* Raynald. *ſyntax. rer. criminal. cap.* 6. §. 1. *num.* 68. & 69. *tom.* 1. De Angel. *de confeſſion. lib.* 2. *quæſt.* 6. *n. fin. tom.* 1. & alii plures, quos refert Creſcin. *in annot. ad d. deciſ.* 210. Pen. Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 4. *num.* 14. *lib.* 14. *vol.* 4.

14 Adulteri, vel concubinarii an poſſint ſibi invicem donare, vel ſe hæredes inſtituere, latè pro negativa Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 200. *per tot. vol.* 1. dixi in §. *Donatio n.* 53. ubi plures alios allegavi tàm in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, idem Chriſtin. *deciſ.* 137. *n.* 6. *vol.* 3. & *deciſ.* 218. *num.* 70. & *ſeqq. vol.* 5. latè Argel. *de acquir. poſſ. qu.* 3. *num.* 1099. & *ſeqq.* Ciarlin. *controv.* 109. *per tot.* & *latius controv.* 33. *per tot.* & *controv.* 184. & 185. *per tot. vide in §. Concubina num.* 6. Rot. *par.* 16. *recent. deciſ.* 47. *per tot.* ubi ſuſtinetur donatio facta ab adultero ad favorem adulteræ, ut non teneatur ad reſtitutionem, nec in foro fori nec in foro conſcientiæ, ac idem concluditur ad favorem ſimilium perſonarum, etiam monialium, quia licèt omnes turpiter agant, non tamen turpiter accipiunt, & faciunt, tradita in §. *Meretrix*, Brunnemann. *in l. affectionis*, & *in l. donationes ff. de donat.*

Quod adulter non prohibeatur legare adulteræ præſertim ſtantibus meritis, *l. donationes ff. de donat.* Capel. Tholoſ. *deciſ.* 141. Ricc. *Collect.* 3988. Argel. *loc. cit.* Seraphin. *deciſ.* 46. & 54. ubi contrarium firmat, niſi conſtet de emendatione Ciarlin. *contr.* 109. *nu.* 6. & *num.* 64. ubi quod deciſio Capellæ eſt ſine fundamento, & reprobata, & *contr.* 184. & 185. Capyc. *deciſ.* 102. vide Epiſcop. Roce. *ſelect. diſput. jur. c.* 43. *n.* 15. & 16. *tom.* 1.

15 Adulterium ſine fraude reduplicativa, hoc eſt ſimpliciter cauſa libidinis, & non animo injuriandi commiſſum non rumpit pacem initam cum viro adulteratæ, ſecus autem ſi cum fraude reduplicativa, ideſt animo injuriandi, Clar. §. *fin. quæſt.* 47. *in fine*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1517. Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 8. *num.* 534. dixi *in §. Cautio n.* 30. vide Guazz. *tract. de pace*, &c. *part.* 1. *quæſt.* 56. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones, quid præſumendum, & alia benè declarat. Lud. Catus *inter conſ. crim. diverſ. conſ.* 99. *n.* 13. *vol.* 1.

16 Adulterans mulierem bannitam, etiam cum vi nulla pœna punitur, etiam ob injuriam marito, & aliis conſanguineis illatam, Bajard. ad Clar. §. *Adulterium n.* 78. ubi alia plura de materia adulterii.

In contrarium Boniſ. *de furt.* §. 10. *n.* 90. Farinac. *quæſt.* 103. *n.* 66. Thom. Triviſ. *deciſ.* 3. *lib.* 2. ubi de uxore banniti, ut non poſſit adulterari.

17 Adulterium licet pluries reiteratum cum eadem perſona unica tantùm pœna punitur foro externo: qualiter probetur, quod deteſtabilibus ſit in muliere, quàm in viro, & quare, qualiter præſtet cauſam divortii in utroque, niſi poſſit compenſari, de pœnia adulterii, & alia latè Leoncil. *deciſ. Ferrar.* 84. *per tot.* Covar. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 8. Clar. §. *Adulterium verſic. ſed pone*, Bertachin. *in repert. verb. Adulterium*, Farinac. *quæſt.* 22. *n.* 18. Didac. *lib.* 2. *reſol. c.* 10. *n.* 8. Carpzou. *in prax. criminal. quæſt.* 62. *à nu.* 59. Brunnemann. *in prax. criminal. cap.* 9. *à nu.* 28. Berlich. *concluſ.* 27. & *pluribus ſeqq. vol.* 4.

Quod commiſſum cum muliere, quæ communiter reputabatur ſoluta, nec vitam conjugalem degebat, non puniatur, Ant. Gam. *deciſ. Luſit.* 169.

Quod debeàt matrimonium probari, idem Gam. *deciſ.* 142. Maſcard. *de probat. concl.* 58. *per tot.* Roman. *conſ.* 167. *per tot.*

18 Adulterium, & alia crimina, quæ puniuntur *à l. Jul. de adult.* præſcribuntur ſpatio quinque annorum, niſi eſſent admixta cum inceſtu, vel alio crimine, ad quod præſcribendum requiruntur viginti anni, tamen tunc idem ſpatium eſſet neceſſarium intelligendo reſpectu adulteri, nam quoad adulteram ſufficiunt ſex menſes utiles, quorum duo competunt marito jure mariti, & alii quatuor eidem uti extraneo; quando tamen adulterium deduceretur per viam exceptionis ab hæredibus mariti, eſſet perpetuum, ſicut & quoad pœnam ſpiritualem, & thori ſeparationem, quæ ſemper peti poteſt, late Guazz. *def.* 2. *cap.* 2. *num.* 45. &c. Clar. §. *Adulterium n.* 20. *cum Addit.* Boer. *deciſ.* 26. *n.* 12. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 200. *n.* 3. & *ſeqq.* & *n.* 42. & *ſeqq. vol.* 1. ubi plura quando non procedat dicta præſcriptio quinquenii, idem Chriſtin. *deciſ.* 218. *num.* 13. & *ſeqq. vol.* 5. Farinac. *quæſt.* 10. Toſch.

litt.

litt. P. concl. 4. *num.* 2. & 571. Brunnemann. *in prax. criminal. cap.* 9. *n.* 40.

19 Quod maritus non possit uxorem de adulterio accusare, nec dotem lucrari, si illam atrociter verberavit, & ea aufugit, & adulterium commisit, (quod ego intelligo de verberibus sine justa causa honoris illatis) Tiraquel. *de leg. connub. l.* 1. *gloss.* 1. *n.* 34. *&c.* ut refert Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. leg. par.* 4. *verb. Adulterium fol.* 45. ubi alia notabilia me etiam citato adducit, & plura Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Adulterium*, & præcipuè ex quibus causis possit adulterium excusari, an ex nullitate matrimonii, an ex sævitia viri, an ex adulterio alterius, an ex ignorantia quod mulier esset nupta, & alia multa de adulterio, ejus gravitate, probatione, pœnis, &c. remissivè. Plures relati per Boss. *in tract. de coit. damnat. n.* 62. Vide circa materiam Adulterii Capzou. *cit. qu.* 51. Brunnemann. *d. cap.* 9. Berlich. *d. conclus.* 27. Nicoli. *elucubr. utrinsq; jur. de public. judic. à num.* 68. Card. De Luc. *de matrimon. disc.* 13. Bonden. *collect.* 12. Pignatell. *consult.* 81. *tom.* 7. & *consult.* 3. *tom.* 10.

20 De adultero quando possit excusari in foro fori, secus autem in foro conscientiæ, plura Valer. *de discrent. utrinsque for. verb. Adulterium per tot.* ubi etiam de marito occidente uxorem, & adulterum in adulterio deprehensos, ut licèt in foro exteriori excusetur, tamen secus in foro conscientiæ, & alia; De quo ego dixi *in §. Maritus n.* ..

21 De pœnis spiritualibus, sive quoad forum conscientiæ in adulterio, Carol. Anton. Thesaur. *tract. de pœn. Eccles. par.* 2. *verb. Adulterium* ubi de restitutione in solidum versus virum, & filios legitimos, si ex adulterio sequatur partus de infamia, de irregularitate, de privatione privilegii, petitionis debiti conjugalis, de impedimento simul contrahendi matrimonium, si cum tali intentione, & pacto adulterent, do divortio, de amissione dotis, & hujusmodi quæ tamen in foro externo non obligant ante judicis sententiam, etiamsi reus falsis testibus, vel injusta appellatione se defenderit, ad Sanchez *lib.* 19. *disput.* 8. *n.* 14. *&c.*

22 Adulterium ex quibus probetur, & qualiter maritus occidens uxorem ex causa adulterii lucretur dotem de jure communi, & vigore statuti mandantis maritum dotem lucrari præmoriente uxore, latè Andreol. *contr.* 336. *per tot. vide in §. Homicidium n.* 12. & 20. Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.* 298. *n.* 60. & 61. Cabed. *decis. Lusitan.* 81. *n.* 57. *part.* 2. Castald. *consultation.* 265. *n.* 4. *tom.* 2.

23 Adulterium opponi tantùm potest à Marito, non autem ab ejus hæredibus Castald. *consult.* 264. *num.* 4. Quod tamen limitat in duobus casibus idem Castald. *consult.* 265. *n.* 2. *et* 3.

24 Adulterium non potest transactione remitti, aut super eo gratis pacisci. Urceol. *de transact quæst.* 56. *n.* 44. ubi *nu. seqq.* assignat rationem; & *num.* 52. *cum seqq.* limitat dictam conclusionem.

25 An post completam causam Adulterii possit Fiscus judicium imposturæ promovere, & quomodo; & alia de crimine Adulterii, & imposturæ. Zuff. *de legitimat. process. criminal. quæst.* 88.

§. ADVOCATUS XVII.

1 ADvocati, & Judices benè utentes legibus meliorem vitam agunt, quàm Religiosi, secundùm quid, & juxta multorum opinionem, Jas. *in rub. ff. de just. et jur. n.* 8. Guazz. *ad def. in Præfat. nu.* 2. & *seqq.* Hostien. *num.* 8. *in procem. summ.* Paul. Christin. *ad leg. municip.* Mechlin. *tit.* 1. *art.* 2. *num.* 2. ubi quid è contra Borgn. Cavalc. *decis.* 33. *num.* 21. Marthe *de success. legal. par.* 4. *quæst.* 18. *art.* 4. *num.* 48. *&c.* ubi refert plures Sanctos, qui munere advocationis functi fuerunt, Scacc. *de sent. & re judic. cap.* 1. *gloss.* 4. *quæst.* 1. *n.* 34. & *seqq.* & optimè declarans Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. rubr* 55. *annot. fin. nu.* 3. & *seqq.* ubi etiam è contra Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 19. & *seqq.* Fagnan. *in c. ne innitaris n.* 386. *de constitution.* ubi quod Advocati recti meliorem vitam faciunt, quàm Fratres Prædicatores & alii Religiosi.

Multa autem de peccatis, quæ committuntur per Advocatos in illorum exercitio, vide per Silvestr. *in summa verb. Advocatus*, Azor. *Instit. moral. par.* 3. *lib.* 13. *cap.* 29. *fol. mihi* 1124. *infra n.* 20. Vide Parlador. *rer. quotid. libr.* 1. *cap.* 2. n. 3. & *seqq.*

An teneantur de levi culpa, multi affirmant, sed væ illis, si non adesset alia opinio probabilis, teneri tantùm ex culpa gravi, quam probat Dian. *par.* 2. *tract.* 15. *resolut.* 59. Christin. *decis.* 95. *n.* 5. *vol.* 4.

Quod propter imperitiam in his, quæ spectant ad illorum officium, faciant litem suam, Franc. Marc. *decis.* 647. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 105. *nu.* 4. *vol.* 2.

An autem judex possit supplere, vide *in §. Judex n.* 4. *in fine*. Vide Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 41.

Quod Advocati, Judices, & hujusmodi teneantur tantùm de dolo, & lata culpa, non autem de levi, nisi tanquam diligentissimi fuerint electi, P. Stephan. de Neapol. *tract. de restitut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 11. *&c.* Comitol. *respon. moral. lib.* 4. *quæst.* 44. Navarr. *in Manual. cap.* 25. *n.* 12. & *seqq.* ubi de peccatis istorum faciunt tradita per Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *in procem.* & per Abeceles. *observ. forens. part.* 1. *in præfat.* ubi Crescin.

Quàm sit mala professio, & qualiter se gerere debeant, Lap. *alleg.* 55. Tusch. *lit. A, concl.* 232. & 233. Paul. Christ. *decis. Belgic.* 99. & *seqq. vol.* 2. Cabed. *decis.* 214. *per tot. part.* 1. Conciol. *cum Addit.* Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 24. ubi plura de Officio Advocati, & Procuratoris Communis, & pauperum, & *lib.* 2. *rubric.* 26. *per tot.* ubi plura de Advocatis, & illorum officio, & *decis.* 169. & *decis.* 170. *volum.* 5. Caroc. *de locat. & conduct. part.* 1. *tit. de fruct. & lit. expens. quæst.* 8. *fol.* 24. Guazz. *ad def. in Præfat. per tot.* Plura de Luc. *ut in indice general.*

2 Advocatus, vel Procurator unius partis colludens cum altera parte, illi secreta causæ pandendo, vel subticendo ea, quæ erant dicenda, & inculcanda, dicitur prævaricator, infamis, pœna arbitraria puniendus, & tenetur actione mandati erga Dominum, Menoch. *de arbitr. cas.* 303. *num.* 3. & *seqq. per tot.* ubi etiam plura exempla horum prævaricatorum recenset, & quod teneantur ad omne damnum, & interesse ultra prævaricationis pœnam, idem Menoch. *cas.* 537. *n.* 25. Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.* 52. *num.* 138. Farinacc. *quæst.* 4. *n.* 14. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 503. *num.* 4. *vol.* 2. ubi quod tenetur pœna falsi, & *decis.* 570. *num.* 23. *&c. vol.* 5. ubi quod ideò non possunt relicto clientulo, adversario patrocinari, nec utrique parti. Nicoli. *Lucubrat. utrinsq. jur. in proœm. n.* 5. 7. & 9. Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 31. *num.* 186. *tom.* 2. ubi an qui prò una parte advocavit, vel consulvit, possit prò alia advocare, vel consulere. De Luc. *de Regal. disc.* 142. *n.* 3. ubi quod scribunt modò prò unà sententià, modò prò alterà citrà fraudes.

Plura de Advocato, vel Procuratore prevaricante, quid sit prævaricatio, qua pœna puniatur, & alia ad rem, Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 37. *per tot.* Ant. Gob. *Consult.* 108. *per tot.* Boss. *in tract. de prævaricat.* Carpzov. *decis.* 91. *à n.* 15.

Quando prævaricatio Advocati, vel Procuratoris reddat etiam sententiam nullam, Odd. *de restit. in integr. quæst.* 13. *num.* 38. *&c.*

3 Advocati tenentur egenis, & pauperibus gratis, & pro amore Dei patrocinari sub pœna peccati mortalis, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 71. *art.* 1. Guaz. *ad def. in Præfat. n.* 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 55. *num.* 46. *num.* 32. & 46. Paul. Christin. *decis. Belg.* 102. *num.* 4. *vol.* 2. & *decis.* 169. *num.* 9. *&c. vol.* 5. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 14. *sect.* 4. *nu.* 68. *tom.* 3. Abeccles. & Crescin. *observat. forens. part.* 1. *observ.* 9.

Intellige prout declarat Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 5. §. 8. *cap.* 3. *per tot.* Capell. Tholos. *quæst.* 482. *per tot.* & dixi in mea Pract. §. *Advocati nu.* 18. Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resolut* 215. *vers. Ad exemplum Advocati*, Ricc. *Collect.* 2207. *in fin.* ubi intelligit quando pauperes sibi occurrunt, cùm non teneantur illos perquirere, necessitas in promptu apparet, & cum levi advocatorum nocumento, licèt essent à Principe stipendiati, ad Viv. *decis.* 159. Vide Caccialup. *de Advocat. in* 3. *q.* 2. 6. 8 & 12.

Et cùm illorum munus sit publicum, tenentur ut suprà pauperibus gratis, aliis verò cum mercede patrocinari,

nari, aliàs poſſunt arbitrio Judicis ab officio ſuſpendi, Menoch. de arbitr. caſ. 309. num. 1. & ſeqq. vide Lanfranch. Zacch. tract. de Salar. & merced. quæſt. 52. nu. 209. & ſeqq. Chriſt. d. deciſ. 102. n. 3. &c. & deciſ. 103. num. 3. vol. 2. ubi quod non poſſunt in medio litis deſerere cauſam, & deciſ. 169. & 170. vol. 5. & ad leg. Municip. tit. 1. art. 47. Vivi. dec. 159. à nu. 2. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 14. ſect. 4. n. 66. tom. 3. De Luc. Relat. Cur. diſc. 46. n. 112.

An poſſint pro conſilio reddito diebus feſtivis ſalariũ recipere, negat Magon. deciſ. Florent. 11. nu. 8. & per tot. ubi idem aſſerit in medico, ſed contrarium in utroque benè probat Lanſranch. Zacch. dict. tract. quæſt. 25. num. 5. &c. Navar. in Summ. cap. 13. n. 12. Abeeeleſ. & Creſcin. obſervat. forenſ. 9. part. 1.

An ſi ſint conducti ad annos pro certa annua mercede, poſſint licitè ſalarium exigere, ſi aliquo anno conducens cauſas non habuerit, Dian. part. 2. tract. 15. reſol. 42. ubi refert contrarias opiniones Berlich. concl. 9. n. 80. & 81. tom. 1. De Luc. de Tutor. diſc. 18. n. 15.

Quod illis debeatur honorarium, & legatum etiamſi per caſum fortuitum in eis contingentem operas ſuas præſtare non potuerint, & quare, Marcian. diſput. forenſ. cap. 70. num. 19. &c.

4 Advocati non poſſunt paciſci de quota litis, cùm ob id efficerentur partes, & invitarentur ad delinquendum, Guaz. ad def. in Præfat. num. 15. latè Farinac. quæſt. 206. per tot. Menoch. de arbitr. caſ. 522. per tot. Peregrin. de jur. fiſ. lib. 4. tit. 7. num. 16. Trentacinq. var. reſolut. lib. 2. tit. de poſtul. reſol. 1. per tot. Olea de ceſſ. jur. tit. 3. quæſt. 11. Mart. Medic. exam. 22. & deciſ. 37. per tot. cum Additione, Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 99. num. 24. &c. vol. 2. Ricc. Collect. 1061. & 2048. Borgn. deciſ. 41. num. 43. &c. ubi quod ſi fovent juſtitiam poteſt pactum tollerari io foro conſcientiæ, licet non in furo fori, Fontanell. deciſ. 178. 179. & 180. per tot. Cabed. deciſ. 19. Antun. Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 37. num. 13. &c. Golin. de Procurat. libr. 5. cap. 5. à num. 11. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 14. ſect. 3. à nu. 21. tom. 3. De Luc. Relat. Roman. Cur. diſc. 46. num. 47.

Poſſunt tamen paciſci de ſuo ſalario uſque ad centum aureos, Menoch. de arbitr. caſ. 513. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 56. num. 6. Chriſtin. loc. cit. ubi quòd poſſunt paciſci ultrà conſuetum in caſum victoriæ, & deciſ. 169. nu. 19. &c. vol. 5. Ariſmin. Tepat var. ſent. tit. 86. cap. 5. &c. ubi alia plura de advocatis Menoch. de arbitr. 513. Golin. loc. cit. n. 13. Altimar. & De Luc. loc. pariter cit.

Imò quod propter mutationem monetarum poſſint hodie excedere centum aureos, idem Gratian. diſcept. 51. num. 15. vide in §. Salarium, & §. Pactum nu. 19. Bertaz. clauſ. 30. num. 45. gloſſ. 7. Golin. Altimar. & De Luc. ubi ſup.

Quid in foro conſcientiæ vide Diana part. 2. tract. 16. reſol. 49. fol. mihi 261. ubi quod ceſſante fraude, & ſtante juſtitia cauſæ, non eſt prohibitum pactum de quota litis, quia Deus eſt ille, qui videt veritatem, & non reſpicit præſumptionem, in qua fundantur leges civiles id prohibentes, Petr. Ala de Advoc Chriſtian. part. 1. quæſt. 12. & 13. per tot. Fontanell. deciſ. 180. Olea de ceſſ. jur. d. quæſt. 11. num. 38. ubi intelligit ſi ſimul concurrat non fuiſſe timore litis ammittendæ exortum, & juſtum honorarium non excedat.

Sed recurrendum puto ad concluſionem, an & quando lex civilis in præſumptione fundata obliget in foro conſcientiæ ubi adeſt veritas in contrarium, de qua dixi in §. Lex n. 6.

5 Advocati non debent injuſtas cauſas defendere, imò nec dubias, cum non debeant facere contra propriam conſcientiam etiam erroneam, quia omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, & tunc debet inveniri alius Advocatus, qui non habeat læſam conſcientiam, ideſt qui non dubitet de juſtitia illius cauſæ, Menoch. de arbitr. caſ. 394. num. 15. & ſeqq. ad finem, P. Seraphin. Razz. tract. caſ. conſcient. caſ. 6. per tot. Scanarol. de viſit. Carcer. lib. 1. §. 8. cap. 3. ſect. 2. n. 40. ubi quod favore pauperum poſſunt dubias cauſas ſuſcipere; imò indiſtinctè cauſas dubias, probat Diana part. 2. reſol. 6. Parlador. rer. quot. libr. 1. cap. 2. De Luc. de Fideicommiſſ. diſc. 179. n. 3. & diſc. 203. n. 20.

Quod poſſint probabiliori opinione relicta conſulere ſecundum aliam opinionem probabilem etiam pro actore, & in cauſa ſanguinis, aut honoris, vel omnium bonorum, dummodo manifeſtent parti minorem probabilitatem ſuæ cauſæ, aliàs teneatur ad damna, & expenſas, Dian. part. 2. tractat. 13. reſolut. 4. & 5. ubi etiam quòd poſſint amplecti opiniones theoricas, licèt in practica non communes, idem Dian. part. 4. tract. 3. reſolut. 47. & latius part. 9. tract. 8. reſol. 62. pulchrè Alvarez de Velaſch. tract. de judic. perfect. rub. 14. annot. 7. num. 6. & ſeqq. Funtanell. deciſ. 154. Fagnan. in cap. ne innitaris n. 381. de conſtitution.

6 Advocati, procuratores, & judices non poſſunt retinere inſtrumenta, ſcripturas pro mercede illis non ſoluta, Capyc. deciſ. 11. num. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 618. vide in §. Procurator num. 17. ubi quòd poſſunt retinere pro expenſis factis in lite Rot. part. 1. dec. 691.

Quòd imò advocati poſſint retinere ſcripturas etiam pro illorum mercede, prout ſcriptores, & alii artifices, cùm habeant tacitam hypothecam cum privilegio prælationis, Merlin. de pign. lib. 3. quæſt. 5. nu. 4. & ſeqq. qui tamen videtur intelligendus de ſcripturis ab ipſis confectis.

Qualiter & quando illorum negligentia poſſit, vel debeat per judices ſuppleri, vide Ariſmin. Tepat. var. ſentent. tit. 79. per tot. dixi in §. Judex n. 4. Dian. part. 9. tract. 9. reſol. 41.

7 Advocatus propriam cauſam defendendo recuperat expenſas ab Adverſario, quas veriſimiliter erogaſſet, ſi debuiſſet alium conducere advocatum, quando occupatus in propria cauſa non potuit pro aliis poſtulare, & ſic potiùs reſpectu damni, quàm expenſarum, Menoch. de arbitr. caſ. 154. num. 5. & dixi in meis reſolut. cap. 41. num. 11. Imò quod poſſit tanquam expenſas propriè repetere ab adverſario, quatuor rationibus adductis poſt multa concludit, & de veriori, ac æquiori opinione teſtatur Lanfranch. Zacch. tract. de ſalar. & merced. quæſt. 109. nu. 16. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 202. vol. 2. ubi tenet opinionem Menoch. & quid ſi defendat cauſam communem, vel in cauſa communi habuit advocatum, & procuratorem gratis, an repetat à ſocio, refert contrarias opiniones, & videtur affirmativè concludere, & deciſ. 98. num. 8. &c. volum. 4. ubi non diſentit ab opinione Lanfranch. & deciſ. 169. n. 17. &c. vol. 5. & deciſ. 91. nu. 28. &c. volum. 6. adde Caroc. de locat. & conduct. part. 1. tit. de fruct. & lit. expenſ. quæſt. 8. n. 23. & ſeqq. fol. 25. Boer. deciſ. 210. per tot. Vide Bald. in add. ad ſpeculat. tit. de ſent. col. 7. Berlich. concluſ. 78. n. 51. & 52. tom. 1.

8 Advocatus, vel Procurator non debet intereſſe examini ſui Principalis, niſi ageretur de perſona ruſtica, & idiota, Bart. in leg. ſi poſtulaverint §. haberi, ff. de adult. Marant. in repert. l. ſi actor num. 68. ff. de procur. Clar. §. fin. quæſt. 64. num. 34. Guazzin. def. 24. cap. 10. num. 5. ubi indiſtinctè tenet non poſſe intervenire, nec etiam procuratorem fiſcalem, & ita verè ſervatur in practica maximè in criminalibus, ut rei & teſtes ſemper remotis arbitris examinentur, vide in §. Procurator nu. 51. Franc. Mar. dec. 18. Pellegrin. in prax. Vicar. part. 4. ſect. 14. n. 54.

9 Advocatus non poteſt lite pendente cum ſuo Cliente contrahere, leg. quiſquis, ubi Gloſſ. & DD. Cod. de poſtul. Felic. de ſocietat. cap. 8. n. 4. Menoch. de arbitr. caſ. 522. in fine, Scaglion. in Pragmat. Regni fol. 82. n. 52. vide in mea Pract. §. Advocati nu. 8. ubi quando poſſint contrahere, Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. n. 2187. & ſeqq. ubi concludit poſſe contrahere juſto pretio, & idem in medico cum infirmo, Urceol. tractat. de tranſact. quæſt. 30. per tot. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 24. ſect. 4. à n. 18. tom. 3. Emerix jun. deciſ. 288. per tot. Vide De Luc. Relat. Curiæ diſc. 46. n. 115.

10 Advocati, & Procuratores non poſſunt pro ſuis Clientibus recipi in fidejuſſores, nec Judex pro litigantibus, quamvis coram alio judice intercederet, Boer. dec. 315. n. 2. Guaz. ad def. in Præfat. n. 27. per text. in l. ſi verò non remunerandi §. fin. ff. mandat. vide in mea Pract. §. Advocati nu. 11. ubi quòd caveant à promittendo, nec cauſam aliorum propriam efficiant.

12 Advocati, & Procuratores non poſſunt eſſe teſtes pro ſuis Clientibus ob affectionem, quam habere præſumuntur

tur ad causam; benè admitterentur contra illos in iis, quæ scirent uri privati, & non tanquam Advocati consulti, Mascard. de probat. conclus. 66. volum. 1. Petr. Cabal. resol. crim. cas. 159. per tot. Ricc. Collect. a32 2225. & 3512. vide in §. Procurator num. 7. Giurb. decis 95. Guaz. ad def. in præfat. n. 26. Surd. decis. 219. Franc. dec. 222. Farinae. de test. quæst. 60. Illat. 4. 5. & 6. per tot. ubi etiam de Solicitatore, & similibus, Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. nu. 551. & seqq. fol. 332. Paul. Christin. decis. Belgic. 83. per tot. vol. 1. ubi post multa concludit, ut supra, & decis. 103. vol. 2. Berlich. concl. 4. n. 96. tom. 4 concl. 41. n. 16. tom. 1. Pen. decis. 2327. n. 7. Pellegrin. in prax. Vicar. part. 4. sect. 4. n. 29.

Quod non possint esse judices in causa ab ipsis patrocinata in foro fori, sed benè in foro conscientiæ, si aliàs cesset omnis inordinatus affectus, leg. Prætor, ff. de jurisd. omn. jud. Dian. part. 3. tract. 5. resol. 56.

Quid è contra, an Clientulus possit esse testis pro suo patrono, dic quod non, quamdiu talis est, nam finita clientela admittitur, Mascard. de probat. concl. 307. Speculat. in tit. de test. n. 13.

Advocati pro dando consilio per viam justitiæ possunt
12 loqui, & tractare cum excommunicato, sicut etiam cum bannitis non obstante statuto id prohibente, quod etiam permittitur procuratoribus ad eumdem effectum, Nell. tractat. de bannit. par. 3. Guazz. ad def. in præfat. n. 20. & seqq. Conciol. dict. verb. Advocatus resolut. 1. Grillan. de pœn. omnif. coit. quæst. 10. n. 18.

Quod imò præstantes patrocinium pro bannitis dicantur illis dare auxilium, & incidant in pœnam, Guid. pap. sing. 640. quem sequitur Arisinin. Tepat. var. sent. tit. 86. cap. 6. post medium. Sed non recedas à prima opinione, cessante dolo, & fraude.

Advocati quo ordine servato debeant allegare in jure,
13 dixi in §. Allegatio plura. De Luc. in ejus Indice generali.

Cum qua modestia, & reverentia erga judices, ac etiam partes, Paul. Christin. decis. Belgic. 99. & seqq. vol. 2. & decis. 206. n. 8. volum. 4. ubi & maximè erga Principem. Et conviciando parti, & judici ultrà merita causarum, tenentur de injuria, leg. quisquis, Cod. de postul. Sanfelic. decis. 374. nu. 7. & 8. ubi refert carceratum advocatum.

Qualiter debeant advocati esse modesti, & cum modestia proponere rationes clientum, ut illis proficiant, cùm multoties judices indignentur propter asperitatem advocatorum, & ipsi teneantur actione injuriarum utendo verbis durioribus, & apparenter injuriosis citra necessitatem, & utilitatem causarum, & advocatis importunis possit interdici advocatio ad tempus, vel etiam in perpetuum, & idem in nimium verbosis, cavillosis, tumultuosis, procacibus, vel aliter se malè in officio suo versantibus, qui etiam notantur infamia, & alia ad rem, Afflict. in Constit. Regni Cultus justitiæ, Berlich. ad decis. 72. n. 5. & seqq. lib. 1. Carpzov. lib. 2. titul. 6. respons. Elector. 62. Gratian. discept. 81. n. 19. Petra in ritu Magn. Curiæ 101. n. 64. & seqq. Binsfeld. tract. de jurejuran., & damn. dat. cap. 1. quæst. 9. conclus. 8. Gabriel. Berart. de visit. cap. 18. n. 27 & seqq. Muta ad Consuetud. Panormit. cap. 68. num. 16. Zamar. de Offic. judic. part. 1. quæst. 9. num. 252. Raynald. Syntax. rer. criminal. cap. 11. §. 14. per totum fol. 595. Carpzov. decis. 202. & decis. 227. De Luc. Relat. Cur. Roman. disc. 46. n. 117.

14 Advocati an gaudeant privilegiis militum in testando, vide in §. Doctor num. 15. & per tot. ubi multa dicta de Doctoribus, quæ magis Advocatis conveniunt, Paul. Christin. decis. Belgic. 101. n. 5. &c. volum. 2. ubi quod sic, dum actu exerceant. Sed contrarium dicit idem Christin. decis. 3. n. 4. volum. 4. Distingue ut dixi in §. Doctor n. 15. Dian. tom. 6. tract. 8. resol. 90.

Quod excusentur à tutelis, ac aliis muneribus, Christin. d. decis. 101. sub num. 5. vol. 2. Altimar. de nullit. rubr. 5. quæst. 6. sect. 1. n. 166. tom. 3.

Quibus privilegiis gaudeant, Ricc. Collect. 2206. & 3986. vide de procuratoribus, plura refert Castejon. Alphabet. jurid. verb. advocatus, & an privilegia concessa Professoribus Legum, Advocatis conveniant De Luc. de Præeminent. disc. 35. n. 5.

Quod non gaudeant beneficio Senatus Consulti Macedoniani, sicut nec Clerici, nec Militis, Aloys. Ricc. prax. variar. resolut. cap. 525. vide in §. Senatus Consultum n. 2. Gratian. discept. forens. cap. 576. n. 3. & seq.

Avocatus an quis possit esse in causa, in qua fuit judex, Capell. Tholos. decis. 277. Christin. dict. decis. 101. num. 6. ubi quod sic pro ea parte, quæ coram illo obtinuit, vel si lis non fuit decisa, licèt meliùs esset his casibus abstinere Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 20. n. 56. tom. 1. 15

Qui autem fuit advocatus, vel aliàs consilium dedit in causa, non potest esse judex in illa causa, l. nemo, Cod. de offic. Assess. cap. postremo extr. de appell. cap. irrefragabiliter, §. Celsus de offic. ordin. Paul. Christin. ad leg. municip. tit. 1. art. 39. Sanfelic. decis. 77. & 78. ubi quid in filio, & patre, vel consimili causa, &c. Scyaloja de for. compet. cap. 9. n. 93. Ansald. in præfat. decis. Sacr. Rot. Roman. n. 60.

Advocatus fisci, vel alterius conductus ad annos, si 16
moriatur qualiter transmittat ad suos hæredes salarium illius anni, in quo moritur, leg. post duos §. fin. C. de advoc. divers. jud. leg. jubemus in fine, & leg. petitiones, Cod. eod. Curt. jun. & alii in leg. diem functo nu. 37. ff. de off. Assess. Cephal. consil. 70. num. 4. volum. 1. Paul. Christin. decis. Belgic. 103. n. 7. volum. 2. dixi in §. Salarium n. 12. §. Medicus n. 11. & in resolut. cap. 43. per tot. in quibus locis latiùs declaravi idem Christin. decis. 169. n. 28. &c. vol. 5. Peregr. de jur. fisc. lib. 7. tit. 2. ubi plura alia de advocato fisci, Caroc. de locat. & conduct. tit. de offic. Assess. n. 3. Capell. Tholos. quæst. 269. num. 4. & 5. ubi concedit in salario ex publico constituto, secus in salario promisso à parte, quod non debetur nisi pro rata temporis, secundùm Bart. in d. leg. diem functo Berlich. conclus. 9. n. 80 lib. 1.

Advocatus, vel procurator an possit per suam confes- 17
sionem præjudicare domino, vide in §. Confessio n. 29. Gratian. discept. forens. cap. 3. n. 9. cap. 468. n. 81. & 82. De Luc. de Feud. disc. 123. n. 14. Emerix jun. decis. 594. n. 13. & decis. 510. n. 5.

Quod non teneantur revelare virtute monitorii, nisi veritas aliter haberi nequeat, vel nisi damnum immineat adversario, Giurb. decis. 94. nu. 17. ubi plures allegat, vide in §. Monitorium n. 1.

Advocare prohibitus, non prohibetur in camera con- 18
sulere, Bart. in l. 1. §. Advocatos n. 4. ff. de postul. & in l. 1. §. postulare, ubi etiam Ang. ff. eod. Imò nec instruens judicem per scripturam potest dici advocatum gerere, Paul. Christin. decis. Belgic. 105. sub n. 3. volum. 2. ubi etiam qui non possint esse Advocati, ad cap. infames 3. quæst. 7. Martha de jurisdict. 4. cent. 2. cas. 115. num. 6. &c. facit quod dixi in §. Clericus num. 5. Vasq. de success. lib. 2. §. 15. n. 58. ubi distinguit Martha de success. leg. par. 4. quæst. 1. art. 3. num. 10. ubi de forense prohibito advocare, an possit in scriptis allegare, & dicit attendendam mentem statuentium.

Advocatus, qui pactus est de salario, vel palmario in 19
casu victoriæ juxta dicta supra num. 4. an possit illud integrum prætendere, si in parte tantum vicerit, Paul. Christin. decis. Belgic. 6. num. 4. vol. 3. ubi concludit deberi tantum pro rata victoriæ.

Item quid si causa fuerit transactione finita, concludunt Doctores deberi integrum salarium, cum transactio habeatur pro victoria, alii tamen distinguunt, an transactio fuerit facta cum interventu Advocati, vel sine, & an dubius esset litis eventus, ut pro rata debeatur, ut supra ad tradita per Christin. loc. cit. nu. 3. vide in §. Sportulæ num. 5. Borgn. dec. 41. nu. 48. ubi quòd debetur salarium conventum.

Alia de salario advocati, Paul. Christin. decis. 170. vol. 5. & dixi in §. Salarium num. 2. & seqq. De Luc. de Alienat. disc. 65. n. 3.

Quod Advocati, & similes, quibus aliquid debetur pro mercede ex causa studii facti, habeāt tacitam hypothecā cum privilegio prælationis, Gait. de credit. cap. 4. qu. 11. n. 1566. &c. Merlin. de pign. lib. 3. quæst. 21. Gait. d. cap. 4. n. 2015. ubi quòd præferuntur omnibus aliis, etiam privilegiatis in bonis, quæ fuerunt in litigio, in aliis vero à pari procedunt Pacif. de Salviano. inspect. 5. cap. 4. n. 683. De Luc. de Credit. disc. 158.

Advocatus, & procurator cavere debet, ne instruat 20
partem quid ad depositiones, vel articulos respondere debeat, & falsum juret, aliàs gravissimè peccat, cum Deum, qui est cum veritas ipsa, & justitiam offendat, & si clicos urgeat in petitione consilii quid respondere de-

debeat, ut victoriam obtineat, utatur cautela, & dicat ſi fic reſpondebis, perdes cauſam, ſin aliter, & contra veritatem perdes animam, nam tenetur ſeriò, & graviter clientem monere, ne contra veritatem reſpondeat, Jo. Bapt. Caſialin. *tract. de offic. advoc. quæſt.* 4. *num.* 13. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 27. *n.* 2. Guazz. *def.* 24. *cap.* 10. Michalor. *de poſit. cap.* 66. *per tot.* ubi an, & quando, ac quomodo poſſit advocatus, & procurator inſtruere ſuos principales ad reſpondendum poſitionibus. Aſin. *in prax. §.* 19. *cap.* 18. *limitation.* 4. *n.* 3. Maſcard. *de probat. conclnſ.* 1176. *num.* 52.

Quòd Advocatus rei præcavere debeat ne illum ad mentiendum inſtruat, (quod magno errore ſibi licere aliqui putant,) neve conſilium det de ſubornandis teſtibus, quia non ſolùm lege civili, ſed etiam divina id prohibetur, & quomodo ſe gerere debeat potius in elidendo probationes accuſatoris, & fiſci, Paul. Chriſt. *d. tract. tit.* 2. *art.* 44. *n.* 5. ubi propterea dicit mirum videri, quod aliàs Parlamentum Pariſienſe (referente Boer. *deciſ.* 215.) excuſaverit quemdam Advocatum confeſſum captivo ſuo clienti conſilium dediſſe, ut aperto carcere fugeret.

Quòd Advocatus docens clientulum dicere falſum teneatur reſarcire omnia damna, quæ protulit, & malè faciat dicendo ſi confiteris cauſam perdes, Scaglion. *ſuper Pragm. Regni fol.* 61. *num.* 10. ubi nihil allegat. Berlich. *conclnſ.* 9. *n.* 29. *lib. p.* Fagnan. *in cap. olim. à n.* 96. *de lit. conteſtat.*

Quod teneatur ſub pœna maledictionis æternæ dicere debitori, ut ſolvat, ſi ſciverit ſe debere, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 86. *cap.* 6. *poſt medium*, intellige etiam ſi poteſt juxta ea, quæ dixi *in §. Debitor num.* 81. *&c.* ne aliàs magis obligetur advocatos, quàm principalis.

Quando tamen advocatus fovet juſtam cauſam poteſt malitias, & cavillationes adverſarii per alias repellere, & ſic illum decipere, cum non dicatur fraudem facere, ſed potius illam excludere, quod procedit etiam in foro conſcientiæ, dummodò tamen ſemper falſitas abſit, nam qui per dolum, & mendacium id quod ſuum eſt, recuperat, non tenetur ad reſtitutionem, quia juſtum bellum ſuſcipiens utrum apertè pugnet, an ex inſidiis nihil ad juſtitiam intereſt, ut benè ex pluribus demore probat Tiraquel. *de retract. in præfat. n.* 71. facit Thom. Triviſ. *deciſ.* 63. *n.* 9. *lib.* 1. ubi quod dolus dolo vinci poteſt, ita agens cautus, & non doloſus dicitur Covarr. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 1. *ubi Add.*

Qualiter etiam Advocati, & procuratores teneantur jurare de calumnia parte inſtante, non obſtante prætenſa contraria conſuetudine, *leg.* 2. *Cod. de jurejur. prop. calum.* Scacc. *de jud. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 178. *& ſeqq.* Thomat. *dec.* 31. *per tot.* ubi etiam quod denegatur appellatio ab hujuſmodi decreto, vide *in §. Juramentum nn.* 19. *& §. Calumnia nu.* 5. Carpzov. *deciſ.* 202. *n.* 6. *et* 7. Abecleſ. *forenſ. obſerv. part. p. obſerv.* 61. ubi Creſcin. *in addition. n.* 12.

21 Advocati, Notarii, Judices, Procuratores, & hujuſmodi perſonæ, quæ fœneratorum, ſive uſurariorum cauſas agunt, conſulunt, vel defendunt, dicuntur illis opem præſtare ad malum, & obligantur ad reſtitutionem uſurarum, ſaltem in ſubſidium tam in foro ſoli, quàm in foro conſcientiæ, nec poſſunt ex eo, quod non defuiſſent alii, qui eamdem operam fœneratoribus præſtitiſſent, ſatis enim eſt, ut illorum opera, conſilio, & miniſterio damnum illatum ſit, ut latè pluribus citatis comprobat, & declarat Leotard. *de uſur. quæſt.* 94. *nn.* 42. *& ſeqq. & nn.* 67. *& ſeqq.* faciunt tradita per Toler. *libr.* 5. *cap.* 38. *n.* 1.

Qualiter Advocati tam in civilibus, quàm in criminalibus ſemper pro veritate cauſas abſque cavillationibus defendere debeant, aliàs peccent mortaliter, ac etiam puniri poſſint in foro ſori, & maximè in Tribunali Sancti Officii, ita ut excuſando hæreticos convictos, vel aliter retardando proceſſus, dicantur illorum fautores, & uti tales puniri poſſint, Thom. Triviſ. *deciſ. Venet.* 27. *per tot. lib.* 2. ubi tamen quod mitiùs agendo, ſolent illis indici laudabiles emendæ, interdicit Tribunal, & audientia, facit Guaz. *def.* 24. *cap.* 10. *per tot.*

Quod in foro ſori excuſentur advocati, & defenſores cauſarum ſi inſtruant carceratos ad negandum delicta, ne pœnas luant, ſecus autem in foro conſcientiæ, quia non licet, D. Thom. 2. 2 *quæſt.* 69. *art.* 1. & 2. Navar. *in manual. cap.* 25. *num.* 35. & alii quos refert, & ſequitur Guaz. *def.* 6. *cap.* 1. *num.* 35. ubi tamen quod non poſſunt inſtruere ad falſas probationes, aut juramenta falſa, & debent conſulere ad reſtituendum malè ablata, aliàs tenentur ipſi in foro conſcientiæ, ad Peregr. *conſ.* 2. *num.* 153. *& ſeqq. lib.* 2. idem Guaz. *def.* 20. *cap.* 1. *num.* 3. *vide* Lader. *Imolen. conſ.* 203. *num.* 4.

Advocati, Procuratores, Judices, Notarii, Teſtes, & litigantes qualiter in Curia Romana non poſſint offendi ex cauſa litis ſub pœna amiſſionis cauſarum, ultimi ſupplicii, confiſcationis bonorum, & læſæ Majeſtatis, vide Bullam Alexandri VI. Conſtit. 6. in prima parte Bullarii, Put. *deciſ.* 102. 103. *&* 104. Rot. coram Blanchetto 10. Novembris 158. Farinac. *conſ.* 67. Guazz. *de confiſc. bon. concluſ.* 13. *ampliat.* 87. ubi etiam quod dicta Conſtitutio per bannimenta generalia ſtatus Eccleſiaſtici ſub num. 54. fuit extenſa ad totum ſtatum Eccleſiaſticum, & ut locum habeat tria copulativè requiruntur, nempè dolus, cauſa litis, & nulla alia provocatio, Conciol. *verb. Bulla reſol.* 5. ubi etiam, quod niſi conſtet de alia cauſa, præſumitur offenſio ex cauſa litis, licèt alii novam cauſam præſumi dicant, ſed intellige ſi probetur, vide *§. Procurator. nn.* 24. & latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 33. *per tot.* ubi plura de homicidio patrato in perſonam procuratoris partis adverſæ, quæ in lite obtinuerat, an ex illa æmulatione poſſit excuſari à pœna ordinaria, & negativè concludit ex pluribus, Gratian. *deciſ.* 84. *per tot.* & alios citatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 10. *§.* 12. *per tot.* ubi etiam quid importet amiſſio cauſarum, cui applicentur tam vigore dictæ Bullæ, quàm Bannimentorum generalium Status Eccleſiaſtici, & Bannimentorum Bononiæ, & alia pru illorum intelligentia, vide *in §. Procurator num.* 24. 22

Advocati vel procuratores non poſſunt agere pro illorum honorariis contra partem adverſam, quæ fuerint in expenſis litis condemnata, ſed agere debent contra ſuos principales, niſi ab ipſis victoribus ceſſionem habeant, Gratian. *diſcept.* 49. *nu.* 29. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſſ.* 1. *p.* 1. *num.* 16. Seſſe *deciſ.* 336. *n.* 16. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *q.* 10. *Miſcellan. num.* 36. ſed dubitari poteſt, an etiam valeat ceſſio ex traditis per Oleam *d. tract. tit.* 3. *quæſt.* 11. *per tot. facit ſupra num.* 4. 23

Advocati, & procuratores inſiſtendo in remediis poſſeſſoriis, (licèt in praxi frequentiſſimis, & utilibus) dolosè, & cum ſcientia mali juris in proprietate, mortaliter peccant, & obligantur ad reſtitutionem omnium damnorum, & expenſarum, Guttier. *conſ.* 6. *num.* 12. Gonzal. *ſuper* 8. *reg. gloſ.* 15. *§.* 1. *n.* 90. quos refert, & ſequitur Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 4. *lib.* 14. *tit.* 12. *num.* 56. *fol.* 191. dixi *in §. Poſſeſſio num.* 59. 24

Advocatus an quis poſſit eſſe non laureatus, Rot. *par.* 18. *recent. deciſ.* 357. ubi quod ſic, quia advocati officium requirit ſolam doctrinam, & non doctoratum, & quia non reperitur jure cautum, quod advocatus debeat eſſe Laureatus *vide* Danz. *pugn. Doct. tit. de facult. Doct. cap.* 2. *n.* 9. 25

Advocati qualiter non tantùm utiles, ſed neceſſarii ſint in Republica, & de eorum laudibus, dummodo ſint ſapientia, & eloquentia præditi, an poſſint compelli deponere in cauſa, an pacifci de certa ſumma, & alia plura, Muſcatell. *in tractat. de Doctor. Dignit. per tot. cum Addit.* Prati, Jo. Bapt. Thoro *Compen. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 3. *in verb. Advocatus*, ubi etiam de Advocatis fiſcalibus, pauperum, & hujuſmodi Danz. *pugn. Doct. tit. de Advocat. cap.* 1. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 15. *n.* 11. ubi quod Advocatorum officium eſt nobiliſſimum.

Plura de Advocatis, & eorum officio, quo ad forum conſcientiæ, latè Gibalin. *de univer. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *art.* 9. *per tot. fol. mihi* 606. *et ſeqq.* Navar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 28. *& ſeqq.* vide Sanchez *lib.* 6. *conſ. cap.* 7. *& alibi.* Diana *in indic. general.* 26

De Advocatis, eorum officio, & obligatione, Pancirol. *lib.* 1. *var. cap.* 23. Bobadill. *lib.* 3. *Polit. cap.* 14. Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 2. quantus honor illis debeatur à Judicibus, Fontanel. *deciſ.* 155. *nu.* 3. *&c.*

&c. aliaque plura diversa de Advocatis, vide remissivè penes Castejon. *in suo Alphabet. jurid. verb. Advocatus per tot.* Magon. *de rect. patrocin. rat.* Laurentius Ursel. *concl.* 60. Xamar. *tract. de offic. Advocat.* & novissimè hìc me citato Com. August. Fontan. *in sua Bibliot. legal. p. 4. verb. Advocatus fol.* 46. *&c.* Simanc. *de Catholic. Instit. tit.* 5. Berlich. Carpzov. Parlador. Fagnan. Altimar. De Luc. Pellegrin. *loc. sup. cit.*

27 Advocati negligentes, & imperiti, vel defendentes causas injustas, & consulentes, qualiter in foro conscientiæ tenentur parti læsæ ad omne interesse; & qualiter etiam teneantur gratis pauperi patrocinari sub mortali in emergente gravi, aut extrema necessitate, hoc est si ex ejus causæ defensione vita ipsius, aut suorum pendeat, vel in casu in quo divites tenentur facere eleemosynam, qualis est gravis, vel extrema proximi necessitas, & non est aut difficilè reperitur alius, qui patrocinetur, nam non tenentur advocati magis de arte sua, vel scientia eleemosynam facere, quàm divites de bonis suis, ut ex Navar. Tolet. & Cajetan. probat Valer. *de differ. utriusque fori, verb. Obligatio differ.* 3. *&* 5. *per tot.* Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 2. *per tot.* ubi plura per Advocatos animadvertenda in suscipiendis causis, ne illorum conscientias, & existimationem lædant, P. Mendo *Elucidat. Bullæ Cruciatæ disp.* 24. *cap.* 8. *per tot. fol. mihi* 413. ubi quando advocati teneantur ad re-
28 stitutionem, & ad damna parti adversæ causata.

Quis dicatur Advocatus, & quis esse possit, Berlich. *conclus.* 9. *num.* 50. *& seqq. lib. pr.* Nicol. *elucubrat. utrinsq; juris instit. canonicar. lib. p. tit.* 37.

29 An Clericus, aut Sacerdos possit Advocationis munus exercere. Fagnan. *in cap. Clerici de postuland. & in cap. cum Sacerdotis eod. tit.*

30 Advocatorum informationes tanquam actus extrajudiciales, nihil ponunt in esse Rot. coram Caprar. *decis.* 368. *n.* 7. *part. p.*, & Advocatorum responsa nullum faciunt gradum probationis. Rot. coram eod. *decis.* 583. *n.* 41. *p.* 2. Maximè si apparent innixa insubsistentibus fundamentis. *d. decis.* 583. *n.* 42.

§. AER. XVIII.

1 AEr bonus, vel malus in aliquo loco si allegetur debet ab allegante probari, & quoniam directè sensu percipi non potest, probatur ab effectu, & ratione, & ideò testes deponere debent circa malum aerem, quòd in tali loco homines infirmantur, non consenescunt, malum habent colorem, discedont à loco, nec alii veniunt ad habitandum, & è contra circa bonum aerem testificari debent de contrario, Rip. *tract. de pest. quæst.* 5. *proœmial. n.* 10. *& de remed. præservat. n.* 4. *&* 5. Rot. *dec.* 7. *nu.* 4. *p.* 1. *Noviss.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 273. *fol.* 284.

Quòd aeris corruptio causetur ex fœtore, & ideò valeat pactum, ut non possit fieri maceratorium in aliquo loco, & sit perpetuum, Anchar. *consil.* 262. Tusch. *litt. A, conclus.* 234. Zacch. *quæst. med. leg. libr.* 5. *tit.* 4. *quæst.* 1. *n.* 16.

2 Aeris intemperies qualiter excuset à residentia, à mora accedendi ad Ecclesiam, à periurio, à contumacia, à cursu præscriptionis, & à pluribus aliis, cum aeris boni plura sint commoda, mali verò plurima incommoda, Tiraquel. *de nobil. cap.* 31. *num.* 582. Paris. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *nu.* 247. *& seq.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 1. *Prælud.* 8. *num.* 76. *& seqq. fol.* 38.]Capell. Tholos. *decis.* 87. *num.* 1. Mascard. *de probat. part.* 1. *concl.* 20. *num. ultim.* Thom. Act. *de infirmit. cap.* 41. *num.* 2. *et seqq. part.* 1. Sanchez. *de matrim. disput.* 40. *num.* 3. *etc.* Rot. in Tridentina matrimonii 27. Junii 1646. coram Celso penes Zacc. *quæst. medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 88. & ipse Paul. Zacch. *d. tract. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 4. *quæst.* 1. *nu.* 2. *et seqq.* ubi plura alia utilia, & curiosa de boni, ac mali aeris conditionibus, & signis, & quòd in hoc stari debeat judicio Medicorum, Farinac. *quæst.* 143. *n.* 281. Deluc. *de Jurisdict. disc.*]24. *n.* 9. Fagnan. *sup. Decretal. in Indic. General. verb. aer.* Pellegrin *in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 5. *n.* 14., ubi an aeris intemperies excuset à contumacia.

Quòd aeris intemperies sit justa causa non morandi in aliquo loco, Odd. *de restit. in integr. part.* 1. *quæst.* 7. *art.* 9. *num.* 95. Zacch. *quæst. med. leg. libr.* 5. *tit.* 4. *quæst.* 1. *num.* 3. Domin. Advocat. Piton. *de jurepatronat. allegat.* 55. *sub n.* 15. *tom.* 2.

Alia plura de aere qualiter inficiatur, qualiter infectus corrigatur, vel rectificetur, quantum ejus salubritas conferat, quid operetur mutatio aeris, quid patrius sive nativus, & similia notabilia de aere, tradit Paul. Zacch. *q. Medic. Legal. tom.* 2. cum pluribus ab eo citatis in locis, de quibus in ejus Repertorio *verb. Aer.* idem Advocat. Piton. *loc. cit.* 3

An possit aer, & à qua per Magos infici, Martin. Delrio *disquisit. magic. lib.* 2. *q.* 11. ubi plura de magorum potestate in orbes cœlestes, sydera, & elementa.

Aliqua dixi in mea Pract. *§. Ædificare n.* 3. ubi an possit ædificando aer, vel ventus impediri, & in hoc opere *§. Ædificium num.* 15. ubi plura, De Luc. *in indic. verb. ædificare et in verb. murus*. 4

Aeris, & Cœli temperies, vel intemperies, ingenia, & mores hominum diversificant, prout subtiliores, vel crassiores sunt locorum vapores, acuendo citiùs, vel tardiùs juvenum intellectus, ut scribunt Naturales, & ex nostris Odd. *de restit. in integr. p.* 1. *q.* 2. *art.* 6. *nu.* 46. & videmus in Florentinis, & similibus, qui propter aeris subtilitatem sunt præcoci, & subtiliori ingenio, quibusdam aliis in crassioribus partibus natis, & educatis. 5

Aeris usus communis est omnibus sicut mare, & littora maris, an quis teneatur stare, vel venire in locum ubi est malus aer, an possit aer, & ventus impediri, & alia, Cæpol. *de servit. rustic. præd. cap.* 43. *per tot. vide in §. Ædificium n.* 15. Nicol. *in Elucubr. utrinsq. Jur. de rer. divis. §. et quidem*. 6

Multa de aere bono, & malo, ejus effectibus, & correctione pro tuenda sanitate, tradit Castor. Durantes *in Thesauro sanitatis, cap.* 1. *per tot.* ubi in principio pro Summario ponit sequentes versus: Plura Zacch. *in suis quæst. Medic. legal.* 7

Si cupis incolumem vitam producere, Cælum
Effuge corruptum nebulis, nidore, lacunis,
Quodque movet madidus morbosis Africus auris,
Purum uma, et ad Solē nascentē, et lumine apricum,
Purgamentum Euro, et Boreali frigore tersum.

Quod aer non possit alicui impediri, benè Anton. Gomez. *var. resol. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 51. De variis aeribus Solorz. *lib.* 1. *Polit. cap.* 4. vide Cæpol. *de Servitut. cap.* 27. *et* 39. Nicol. *elucubr. utrinsq. jur. institut. Imperial. tit. de servit. à n.* 18. 8

Cujus sit aer, & an pro eo tributa possint imponi, idem Solorzan. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 43. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 8. ubi plura de aere, mari, & aqua profluente, ut hæc in nullis bonis sint, & usus sit communis sine præjudicio aliorum, &c. Nicol. *loc. cit. Instit. Imper. tit. de rer. divis. §. et quidem*. 9

Aer ex quibus corrumpatur, & inducat pestem, quomodo cognoscatur, & alia plura, & scitu digna exibet, novissimè Eminentiss. Gastal. *tracta. de avertend. et profligand. pest. Politic. Legal. in pluribus locis, ut in Indice verb. Aer. Plura Zacch. in suis quæst. Medic. Legal.* 10

§. AFFECTUS. XIX.

AFfectus secundùm Philosophos, & Medicos variis modis accipitur. Apud Legistas verò dicitur quoddam vehemens desiderium, & propensa voluntas aliquid agendi, atque in hunc sensum. Affectus solus, & conatus, etiam nullo sequuto effectu quando tamen deventum fuit ad actus proximos, potest de jure puniri pœna ordinaria delicti in atrocissimis secundùm aliquos, licèt multi alii contrarium teneant, quorum opinionem amplexa est generalis consuetudo, quæ servat leviorem pœnam, & extraordinariam imponere, Clar. *§. fin. quæst.* 92. Menoch. *de Arbitr. cas.* 360. Gratian. *discept. forens. cap.* 36. *nu.* 53. *et seq.* Guazz. *ad def. def.* 33 *cap.* 24. Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 17. *per tot.* Card. Tusch. *litt. C, conclus.* 544. Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 28. Ricc. *Collect.* 766. 326. 1867. 1895. 1377. *et* 3213. Ciatlin. *controv.* 207. *n.* 17. *et seqq.* Peguer. *decis.* 7 *per tot.* Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 4. *quæst.* 1. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. affectus concl. unic.* Chartar. *decis. crim. p. n.* 290., ubi benè declarat, an, & quando puniri debeat affectus non secuto effectu. 1

Quòd

2 Quòd mentale delictum non puniatur, Magon. *decis. Flor.* 88. *num.* 10. *et seqq.* Menoch. *d. cas.* 360. *nu.* 2. *et seqq.* ubi etiam quando non sit peccatum, & quomodo efficiatur peccatum mortale, vel veniale per assensum, & quòd antequam deventum sit ad actus proximos, locus sit pœnitentiæ ad evitandam pœnam in foro fori, licèt non in foro conscientiæ, cum constet per assensum jam peccasse, & opus sit remedio confessionis sacramentalis, ac ibidem num. 23. ostendit septem modis considerari posse hanc cogitationem, & conatum, & egregiè declarat exemplis. Alios vide in mea Pract. §. *Delitti num.* 26. & Azor. *Instit. moral. part* 1. *lib.* 4. *cap.* 5. Peguer. *decis.* 7. *per tot.* Bonifac. *de furt.* §. 3. *num.* 50. vide Brunnemann. *in l.* 3. *n. p. de calumniat.*, ubi quomodo puniatur affectus.

3 Affectus solus delinquendi etiam effectu non sequuto punitur de jure in multis casibus propter atrocitatem delicti, ut in crimine læsæ Majestatis, raptu Virginum, vel Monialium, in ambulante cum telo alterius occidendi gratia, in crimine assassinii, in veneno, in sollicitante alterius uxorem, in attentante pueri pudicitiam, vel cum brutis coire, in ingrediente domum alterius causa furandi, in parricidio, in monetario, in attentante infantem necare, vel uxorem, vel maritum, vel extrahere aliquem ab Ecclesia, in simonia, & in aliis pluribus casibus notatis per Menoch. *d. decis.* 360. *nu.* 24. *et seqq. ad* 86. ubi 36. casus enumerat in quibus solus conatus punitur de jure etiam effectu non sequuto, Soc. *reg.* 31. *per tot.* Felin. *in cap.* 1. *præs. et in tract. quando puniatur conatus per tot.* Farinac. *de delict. et pœn. q.* 18. *num.* 59. *et seqq.* Ricc. *Collect.* 326. *et* 766. & alibi ut supra, Anton. de Ballis *loc. citat.* Conciol. *ut supra*, Matthæu. Sana. *de re crim. contr.* 32. *vide in* §. *Parricidium n.* 1. *in fine, et* §. *Venenum nu.* 8. Basilic. *dec.* 6. *nu.* 11. Charrar. *loc. sup. cit.* Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 9. *quæst. p. n.* 10.

Intellige quoad pœnam arbitrariam, nisi lex ipsa puniret conatum tanquam delictum consumatum, vel uteretur verbo attentare, Sperell. *decis.* 137. *num.* 29. *& seqq.* dixi in mea Pract. §. *Delitti num.* 22. *& seqq.* Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 6. §. 2. *per tot. &* §§. *seqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 75. *& seqq.* ubi in materia falsificationis monetarum, Laurent. Ursel. *conclus.* 74. *per tot.* Carpzou. *in pract. crimin. part.* 1. *quæst.* 17. *n.* 13. Chartar. *loc. cit. & d. n.* 290. Bellegrand. *ubi sup.*

Quòd qualibet attentatio, sive actus tendens ad delinquendum sit punibilis pœna arbitraria, dummodò non sit in levibus delictis, Menoch. *d. cas.* 360. *n.* 86. Bajard. ad Clar. *quæst.* 89. *n.* 9. *&c.* Plura de conatu, & inchoatis delicti ad saturitatem, Petr. Roya. Maur. *decis. Lituan.* 3. *per tot.*

4 Affectus, & conatus delinquendi in actu ipsi delicto pròximo, licèt possit in pluribus casibus puniri pœna extra ordinaria judicis arbitrio, attenta maximè generali consuetudine totius Italiæ; tamen secus est quando pœna esset ipso jure, vel ipso facto apposita, vel ageretur de levi crimine, vel de excommunicationis pœna, vel de actione civili, nam his casibus non punitur affectus effectu non sequuto, Menoch. *de Arbitr. d. cas.* 360. *n.* 86. *& seqq. per tot.* Soc. & Felin. *in locis supra citatis*, Clar. §. *final. quæst.* 92. Osasch. *dec.* 19. *in fine*, Afflict. *decis.* 276. Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 17. *n.* 3. Sperell. *decis.* 20. *n.* 38. ubi loquitur in veneno, *decis.* 22. *n.* 3. *decis.* 102. *n.* 25. *& seqq.* ubi in crimine assassinii, *& dec.* 137. *n.* 29. *& seqq.* Carpzov. *in pract. quæst.* 17. *ferè per tot. p.* 1.

Quinam autem dicantur actus proximi ad dictum effectum puniendi, late Tusch. *litt. A, conclus.* 150.

5 Affectus, & conatus occidendi aliquem cum archibusio, quando deventum fuit ad actus proximos exonerandi, licèt exoneratio non fuerit sequuta, nec aliqua offensio facta, punitur ex lege municipali statuta Florentini pœna furcarum, confiscationis bonorum, infamiæ, & aliorum præjudiciorum, de quibus in dicta lege lata sub die 2. Septembris 1579. Petr. Cabal. *res. crim. cas.* 152. *n.* 1. & dixi in mea Pract. §. *Ammazzare n.* 1. *&* §. *Delitti n.* 23. conferunt tradita per Menoch. *d. cas.* 360. *n.* 36. per Sperell. *d. decis.* 137. *nu.* 29. *&c.* Paul. Christin. *ad leg. mancip. tit.* 2. *art.* 28. idem etiam servari in Regno Lusitaniæ, Gam. *decis.* 170. *in Regno Siciliæ*, Mastrill. *decis.* 155. in Regno Neapolitano, Ricc. *Coll. di.* 1363. Gizzarell. *decis.* 25. Novar. *prag. collect.* 114. Matthæu. Sanz. *d. contr.* 32. *n.* 23. Farinac. *contr.* 28. *n.* 2. ubi quòd non secuta morte non imponitur pœna mortis, ne puniatur affectus non secuto effectu, vide Giurb. *observat.* 33. *nu.* 1. *& seqq.* Melle ad Gizzarel. *decis.* 25.

An autem rigor dictarum legum procedat contra auxiliatores, dixi in §. *Auxilium n.* 5.

Non procedit rigor non sequuta morte, nisi agatur contra facinorosos, & appensatè delinquentes, Gizzarel. *d. dec.* 25. Quid servetur Florentiæ, *vide in d.* §. *Ammazzare in add. secundæ impressionis*.

Tunc autem intelligitur deventum ad actus proximos exonerandi, ad effectum dictæ pœnæ quando ut vulgò dicitur, *si è dato nello grilletto, ò sgrillettato l' archibuso*, quamvis exoneratio non sequatur, & tantò magis si sequatur exoneratio, licèt neminem offendat, dummodò fuerit directa ad offendendum; si verò fuerit simpliciter, ut vulgò dicitur, *bassato, ò spianato l' archibuso, e non dato nel grilletto per spararlo*, non habet locum pœna dictæ legis, sed punitur tanquam insultus cum armis pœna arbitraria graviori, vel mitiori juxta qualitatem facti, & personarum, & ita passim servatur per Magistratum Dominorum Octò Virorum Balliæ Civitatis Florentiæ prout notorium est omnibus in dicto foro versatis, cum dicta lex talem interpretationem quam hodie inveteratam dicimus, receperit, & cum magna ratione judicio meo, nam in primo casu non stetit per insultantem quin sequeretur offensio & homicidium, in secundo verò se voluntariè abstineat, cum splanato archibusio facillimum sit non impedito illum exonerare, & offendere si velit, & ideò non mirum si in primo casu puniatur pęna legis prędictæ, in secundo autem pœna insultus, & insuper pœna delationis in utroque casu, si deferens non habeat facultatem, & licentiam deferendi, nisi sumpserit sclopum in actu rixæ, & sic ratione momentaneæ delationis possit excusari.

Receditur tamen quandoque à pœna ordinaria dictæ legis, etiam in primo casu, ac etiamsi esset sequuta exoneratio, offensio, & homicidium ex causa provocationis, vel simili prout in aliis delictis, cùm hujusmodi leges, & banna non intelligantur tollere naturalem defensionem, sed potius illam reservare, Cabal. *resol. crim. cas.* 88. *nu.* 1. *&c.* & dixi in meis *resol. cap.* 20. *n.* 15. *& in Pract. crim.* §. *Archibusi n.* 26. *& alibi*. De Marsil. *singul.* 59.

Qualiter autem causæ explosionum, & attentatorum proximorum ut supra spectent in statu Florentino ad Magistratum Dominorum Octo Civitatis Florentiæ, vide in mea Pract. §. *Magistrato n.* 17.

Intellige quando explosio sequuta, vel attentata fuit contra hominem, secus si contra animal irrationale, nam licèt possit esse punibilis, non spectat privativè ad dictum Magistratum prout aliæ contra hominem, sed ad alios Judices ordinarios, ut fuit rescriptum à sua Celsitudine Serenissima sub die 9. Aprilis 1666. in causa Archangeli Corbelli de Montepoliziano, apparet in filcia negotiorum dicti Magistratus sub num. 463. & ita memini pluries aliàs fuisse servatum, & ipsum me servasse, dum pro Auditore Bandarum processus expediebam de anno 1666. & postea dum essem à secretis dicti Magistratus.

Et qualiter possit, vel debeat constare de corpore delicti quando non fuit sequuta explosio, nec offensio, dixi in mea Pract. §. *Archibusi num.* 25. Giurb. *observat.* 33. *per tot.* Scanarol. *de visit. carcer.* §. 12. *c.* 20. *n.* 11. Conciol. *resol. crim. verb. Corpus Delicti resol.* 6. ubi quomodo constare debeat de corpore delicti, & me honorificè allegat in secunda impressione, & ita pluries servasse in legatione Urbini testatur, de quo tamen vide in §. *Corpus delicti n.* 14. *in addit.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 11. *nu.* 20. *& seqq.*

Plura quando pro explosione archibusiatæ intret pœna mortis ordinaria, vel arbitraria in terminis similium bannimentorum post plures citatos Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 12. *&* 13. *n.* 30. *& seqq. per tot.* ubi distinguendo casus octo in substantia concludit esse locum pœnæ ordinariæ, quando explosio fuit dolosa, & appensata, ac cum offensione perso-

næ, vel etiam sine offensione, quando banna in specie puniunt affectum, etiam non sequuto effectu, & pœnæ arbitrariæ mitiori, quando explosio sequuta fuit in rixa, (quod ego intelligo, nisi explodens fuerit rixæ auctor, ut servatur Florentiæ, vel ad provocationem offensi, vel cum migliarinis, vel si pulvis tantùm in fucone ignem suscepit, & non fuit emissa archibusiata, præcipuè non constito archibusium fuisse pilis onustum, (licèt Florentiæ diversimodè servetur ob claram banni supra relati dispositionem) vel si archibusium esset solo pulvere onustum, vel si archibusium onustum, & directum contrà alium quis pœnitentia ductus non explosit; & ad prædictam materiam, vide etiam Campan. & Oriliam *resol* 1. Mastrill. *decis.* 555. Laurent. Matthæu. *de Regim. Reg. Valent. par.* 2. *cap.* 8. §. 8. *nu.* 140. *& seqq. & de crimin. controver.* 13. Cortiad. *decis.* 34. *n.* 42. Flores de Mena in Addit. ad Gamm. *decis.* 170. Ricc. *Collect.* 5363. *part.* 4. Thesaur. *decis.* 243. Thoro *Compend. decis. tom.* 2. *verb. Pœna mortis*, Muscatel. *in Prax. tit. de ictu sclopetæ*, Donat. Anton. de Marin. *resol.* 314. *&* 323. *lib.* 1. & alios ab ipsis citatos.

Affectus, & effectus non sunt paria Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method. tract.* 9. *quæst.* 1. *n.* 10. & quod in materia recursus ad Judices Sæculares non puniatur affectus, nisi secuto effectu De Luc. *Miscel. Eccles. disc.* 17. *n.* 9.

§. AFFINITAS XX.

1 AFfinitas secundùm Canones dicitur personarum proximitas ex quocumque coitu proveniens; secundùm verò jus civile est personarum proximitas ex justis nuptiis proveniens, seu diversarum cognationum per nuptias copulatio, & appellatur affinitas quasi finium unitas, nam duæ cognationes diversæ per nuptias copulantur, ut altera ad alterius finem accedat, *l. non facilè, §. affines, ff. de grad.* Oinot. *Instit. de nupt. cap. de arbor. affinit. n.* 5. *&c.* Card. Tusch. *litt. A, conclus.* 239. Nicoli *in Elucubr. utriusq; Jur. de nuptiis n.* 18. Fagnan. *in cap. quod super nu.* 5. *de consang. & affinit.*

2 Affinitas est duplex nempè legitima, quæ mediante matrimonio contrahitur, & illegitima, quæ per coitum illegitimum, & fornicarium oritur; prima scilicèt legitima impedit matrimonium (sicut & consanguinitas) usque ad quartum gradum inclusivè, & operatur alios effectus civiles repellendi à testimonio prout infra dicetur; secunda verò nempè illegitima (quiequid erroneè dicat Oinot. *ubi sub n.* 51.] impedit matrimonium usque ad secundum gradum inclusivè tantùm, & non ultra, juxta dispositionem Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 4. *de reformat.* Petr. Cabal. *res. crim. cas.* 44. *nu.* 3. *& cas.* 200. *num.* 46. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 3098. Et in reliquis puta ad effectum repellendi testes, compromittendi, & similibus provenientibus à jure civili non habetur in aliqua cōsideratione tanquam illi incognita, & non secundùm illius regulas contracta, Farinac. *de test. quæst.* 54. *n.* 74. *&* 75. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 5. *lib.* 3. *tit.* 7. *nu.* 269. *fol.* 255. Tusch. *d. concl.* 239. Nicoli *loc. cit. n.* 20. Fagnan. *in c. non debet de consang. & affinit.*

De affinitate legitima, & illegitima usque ad quem gradum impediat matrimonium, vide Rot. *par.* 57. *recent. dec.* 356. *num.* 2. *& seqq.* Barbos. *in collect. ad Concil. Tridem. sess.* 24. *cap.* 4. *refor.* Fagan. *in d. cap. non debet, & in cap. vir qui de consangnin. & affinit.*

Qualiter ignorantia impedimenti excuset, vel non, vide Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 367. *& part.* 17. *decis.* 145. *& decis.* 356. in eadem causa, ubi quod dicta ignorantia excusat in matrimonio ob bonam fidem, secus autem in concubinatu ob malam fidem, cùm isto casu semper coeuntes dent operam rei illicitæ, & ideò filii dicuntur incestuosi, & insuccessibiles. Sanchez *de matrim. libr.* 3. *disp.* 4. *& lib.* 8. *dispnt.* 25.

Quòd affinitas illegitima ultra secundum gradum contracta per copulam cum consanguineis alterius conjugis, non impediat debiti petitionem, & redditionem inter ipsos conjuges, quicquid aliqui contradicant, Dian. *p.* 11. *tract.* 5. *resol.* 38. Vide Barbos. *loc. cit. n.* 11. Fagnan. *in cap. Vir. qui à num.* 57. *de consang. & affinit.*

Qualiter coitus cum sorore, ut impediat matrimonium cum altera sorore contrahendum, debeat plenè, & concludenter probari, fuisse ante consumationem matrimonii, latè Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 51. *n.* 5. *& seqq. per tot.* ubi tamen loquitur in foro fori, ad effectum ne filii ex matrimonio suscepti reputentur spurii, vel incestuosi, & ita insuccessibiles patri; nam in foro conscientiæ Deus ipse, cui omnia nuda, & aperta sunt, ac ipsa conscientia absque aliis probationibus judicat.

Sed postea in eadem causa etiam in foro fori, fuit resolutum constare de incestuositate filiorum, & illis tanquam incapacibus successionis (exceptis alimentis) fuit denegata immissio, ut per Rot. *d. part.* 12. *recent. decis.* 175. *n.* 10. *& seqq. per tot.* sed rursus in eadem causa stante ignorantia dicti impedimenti in muliere, fuit resolutum filios non esse incestuosos, sed naturales, & successibiles, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 325. *num.* 7. *&c.*

An autem affinitas ex copula fornicaria contracta cum Infideli impediat matrimonium contrahendum post susceptum baptismum ab illo infideli, affirmativè respondent multi cùm tunc infidelis subsit legibus Ecclesiæ, sed negativè concludit Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 262. quia illa affinitas non est vinculum naturale, & ideò non contrahitur tempore infidelitatis.

Affinitatis tria sunt genera, primum est, quod contrahitur per copulam carnalem mediante una persona; 3
nam persona addita personæ per matrimonialem conjunctionem de jure civili, vel per aliam copulam de jure canonico, primum genus affinitatis constituit in eodem gradu attinentiæ, Secundum genus affinitatis est illud quod constituitur per aliam personam primo generi additam copula carnali mediante. Tertium genus est, cùm alia persona personæ secundi generis additur per copulam carnalem. Doctores *in Institut. Imper. tit. de nupt.* & præsertim Nicoli.

Circa primum genus dic quòd quoto gradu consanguinitatis quis est conjunctus uxori meæ, eodem gradu affinitatis efficitur mihi conjunctus, & è contra.

Affinitas enim contrahitur tantùm inter maritum, & consanguineos uxoris, & è contra inter uxorem, & consanguineos mariti; inter consanguineos autem mariti, & consanguineos uxoris nulla contrahitur affinitas, ex quo fit quòd pater, & filius possunt ducere in uxores sibi matrem, & filiam, duo fratres matrem, & filiam, vel duas sorores.

Hodie secundum, & tertium genus affinitatis quoad lineas collaterales est sublatum, ita quòd non sit impedimento matrimonii, sed tantùm primum genus usque ad quartum gradum inclusivè, sicut & consanguinitas; in linea autem ascendente, & descendente, sicut consanguinitas probibet matrimonium in infinitum, ita & affinitas, nam qui affinitatis causa inter se parentum, & liberorum loco habentur in matrimonio copulari nefas est, quapropter noverca non potest nubere privigno, nepoti, vel pronepoti ex privigno, & sic de aliis, ut benè omnia prædicta probat Oinot. *Institut. de nupt. cap. de Arbor. affinit. n.* 7. *& seqq.* Soac. *in §. affinitas Institut. de nupt. fol. mihi* 308. *&c.* alique interpretes, Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 119. *per tot.* ubi tamen qualiter possit dari casus, in quo gener possit accipere in uxorem eam, quæ fuit uxor soceri sui. Nicoli. *in Elucubrat. utriusque juris de nupt. & sponsal.*

Affinitas matrimonii impeditiva non contrahitur per coitum sodomiticum, vel aliàs extra vas naturale commissum, sive sit cum masculo, sive etiam cum fœmina, dummodò extra vas naturale *c. extraordinaria, ubi glos.* 35. *q.* 2. Capell. Tholos. *quæst.* 96. *per tot.* Ariminin. Tepat. *var. sentent. cap.* 428. Petr. Cabal. *resol. crim.* 44. *per tot.* vide *in §. Sodomia n.* 4. Nicoli. *In Elucubrat. utriusque juris de nupt. n.* 20. 4

Et plura qualiter ad contrahendum affinitatem requiratur commixtio perfecta sanguinum, vel seminis utriusque maris, & fœminæ intra vas naturale, vide Capell. Tholos. *quæst.* 96. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 223 *fol.* 152. Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *resol.* 59. *& eodem part.* 3. *in Addit. resolut.* 21. *fol. mihi* 230. facit quod dixi in *§. Matrimonium n.* 18. *in fine* latè idem Diana *part.* 11. *tract.* 5. *resol.* 26. ubi post

se-

relatas de hac re opiniones, communionem, & probabiliorem putat, tenentem non requiri seminationem fœminæ, sed sufficere illam viri intra vas naturale mulieris, non enim sufficeret sola penetratio vasis fœminai absq; seminatione, nec seminatio extra vas, Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 130. Nicoli. *In Elucubrat. utriusq; juris de nupt. n.* 20.

5 Affinitatis causa cessante, cessat affinitas, omnis effectus ab ea resultans, & ideo mortua persona, quæ affinitatis causa fuit, licèt remaneat vinculum quoad matrimonia, poterit affinis pro affine testificari, & facit fidem saltem arbitrio judicis, nec erit amplius locus statuto de compromissis, nec aliis similibus privilegiis, vel beneficiis causa, & intuitu affinitatis concessis, matrimonio ut supra excepto, latè Tiraquell. *tract. cessante caus. verb. Affinitatis nu.* 27. *& seqq. inter regulas divers. fol. mihi* 139. *vide in §. Statutum de compromissis*, Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 239. *nu.* 8. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 423 Ciarlin. *contr.* 170. *n.* 1. *& seqq.* ubi in terminis compromissi, Sebast. Medic. *tract. mors omnia solvit, p.* 2. *num.* 22. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 343. *vers. circa hunc effectum* latè Brunneman. *in l. cui eorum* 3. *ff. de postnland.*

6 Affinis non admittitur ad testificandum pro affine in criminalibus ad offensam, sed benè ad defensam etiam si sit intra quartum gradum, Cravett. *consil.* 2. *num.* 10. Boss. *de favor. def. nu.* 9. Clar. *§. final. quæst.* 24. Guaa. *def.* 29. *cap.* 3. Farinac. *quæst.* 54. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 179. *&c. fol.* 314. Mascard. *de probat. conclus.* 68. ubi plura an, quando affinis probet pro affine, vel non. Honded. *cons.* 102. *num.* 13. *vol.* 1. De Luc. *de Judic. disc.* 32. *n.* 42. ubi etiàm de affinibus spiritualibus.

7 Affinis non potest compelli ad testificandum contra affinem intra quartum gradum, nisi quando aliter veritas haberi non potest, Guaa. *def.* 14. *cap.* 11. *nu.* 9. Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 289. *num.* 1. Tusch. *litt. T.*, *concl.* 225. *n.* 9. *& seqq.* Clar. *d. q.* 24. *n.* 22. Quid in consanguineo, vide in §. *Consanguineus num.* 5. §. *Monitorium num.* 1. Giurb. *decis.* 94. *num.* 5. *&c.* ubi quòd omnes testificari tenentur, si alii desunt testes, vel alios testes informatos nominare. Gomez. *in tit. de delict. cap.* 12. *n.* 24. Nicoli. *Instit. Imperial. dict. tit. de nupt. n.* 19. Brunnemann. *in prax. crimin. cap.* 8. *membr.* 2. *n.* 38.

8 Affinis spontè, & non coactus deponens contra affinem probat dummodò appareat in actis voluntariè deposuisse, & quando dicatur aliundè veritatem haberi non posse, vide Guazzin. *defen.* 14. *cap.* 11. *n.* 21. ubi quod non sufficit si actu alii testes non interfuerint, sed requiritur quod habitu & potentia intervenire non potuerint, & docet Advocatum, ne sinat se decipere, Clar. *quæst.* 24. *versic. sciendum aliter, dicentem*, cum reprobetur à Riminald. jun. *consil.* 360. *n.* 92. *lib.* 6. Farinac. *consil.* 39. *nu.* 3. vide Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 50. *num.* 26. Farinac. *quæst.* 62. *limitat.* 3. *nu.* 50. *& seqq.* ubi latè quando dicatur veritas aliundè haberi non posse. vide Decian. *resp.* 48. *n.* 21. *vol.* 3. Brunnemann. *loc. cit.*

Quòd tamen affinis non allegans exceptionem sibi de jure competentem dicatur voluntariè deposuisse, Gratian. *discept. forens. cap.* 227. *n.* 22.

9 Affinitas quando est transversalis non repellit testem in civilibus, Rota coram Sacrato 4. Februarii 1604. multum tamen minuit de fide, Natt. *cons.* 32. *n.* 10. & idē Sacrat. in eadem causa 29. Martii dicti anni testatur fuisse recessum à dicta decisione, prout refert Gratian. *discept. for. c.* 277. *nu.* 8. *&* 9. vide Farinac. *de opposit. contr. test. q.* 54. *n.* 2. *&c.* cum aliis per Marc. Medic. *dec.* 95. *n.* 8. *&c.* Gabr. *comm. concl. tit. de test. concl.* 15. *per tot.* facit quod *dixi in §. Consanguinitas*, Merl. *dec.* 635. *n.* 10. *&* 11. ubi quòd non adimit fidem si non sit in gradu considerabili, & per lineam ascendentium, vel descendentium, *& par.* 6. *recent. decis.* 286. Angel. *cons.* 196. *num.* 1.

Quòd affinis admittatur maximè in gradu remoto, si aliàs sit notæ, & probatæ fidei, & præcipuè ad probandam parentelam, Rot. *p.* 2. *divers. decis.* 220. *num.* 5. Per doctrinam Jason. *in l. admonendi nu.* 180. *ff. de jur. jurand.*

Item admittitur, & probat, quando est utrique parti æqualiter conjunctus, Mascard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 26. *num.* 4. *concl.* 68. *num.* 7. *concl.* 408. *num.* 21. Gabriel. *de test. conclus.* 13. *num.* 15. *concl.* 15. *num.* 5. Farinac. *de test. q.* 54. *num.* 45. cum aliis per Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 75. *num.* 8. *p.* 12. *dec.* 317. *num.* 5. *& p.* 14. *decis.* 144. *num.* 6. Cephal. *cons.* 65. *n.* 26.

Et quòd consanguinei etiam in stricto gradu probent aliquando pro consanguineis, si sint personæ illustres, & qualificatæ, Rot. *p.* 3. *divers. dec.* 167. *lib.* 2.

Quid in fratre an admittatur ad testificandum pro fratre, vide Duen. *reg.* 382. *per tot.* Farinac. *de test. quæst.* 54. *reg.* 2. Guazzin. *def.* 29. *cap.* 3. *n.* 5.

Affinitas sive cognatio spiritualis inter quos, & quomodo contrahatur ad effectum impediendi matrimonium, vide Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 247. *&c. fol.* 254. Paul. Christin. *decis.* 328. *volum.* 5. Ricc. *Collect.* 1224. Sanfelic. *decis.* 83. Concil. Trident. *de reform. matrim. sess.* 24. *cap.* 2. Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 260. *& par.* 9. *tract.* 7. *resol.* 50. *&* 51. ubi plura curiosa, *& part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 29. *per tot.* ubi quot possint esse patrini, an duo viri, vel duæ fœminæ, unus nomine proprio, & alter tanquam procurator alterius, quomodo tunc contrahatur affinitas, vel non, & alia Barbos. *in collectat. ad Concil. Trident. loc. cit.* Nicoli. *Institut. Imperial. d. tit. de nupt. num.* 37. Vide De Luc. *de matrimon. in Summ. n.* 48. 10

An Infidelis possit esse patrinus, & cognationem contrahat, ac alia, idem Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 89. *&* 90. *per tot.* Nicoli. *loc. cit. vers. sciant præterea.*

An cognatio spiritualis superveniens inter conjuges impediat debiti conjugalis petitionem, Dian. *part.* 11. *tract.* 5. *resolut.* 39.

Quid quando infans ob necessitatem fuit baptizatus in domo, & postea rebaptizatur in Ecclesia sub conditione, ex quo baptismo oriatur cognatio spiritualis, tam respectu patrini, quàm baptizantis, Dian. *part.* 11. *tract.* 7. *resol.* 57. *per tot.* Paul. Christin. *d. dec.* 328. *vol.* 1. Panimol. *in sua Idea Constit.* 1. *num.* 9. *&c.* Nicoli *loc. addnct. vers. respondeo multas requiri.*

An cum mandante, sive cum procuratore, & alia, Capel. Tholos. *q.* 157. Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 2. *&* 3. ubi etiam an si pater, vel mater baptizaverint infantem in casu necessitatis, priventur jure petendi debitum à conjuge, & refert contrarias opiniones Nicoli *ubi sup. vers. an vero.*

De cognatione legali, quæ oritur ex adoptione, vel arrogatione, quale impedimentum, & usque ad quem gradum inducat circa matrimonia, Dian. & alii ab eo citati *p.* 9. *tr.* 6. *resol.* 54. *per tot.*

Affinitas spiritualis an adimat fidem testi, ita ut compater non probet pro compatre, nec filius spiritualis pro patre spirituali, vel è contra, est in Judicis arbitrio, qui considerabit qua affectione, quo amore, & benevolentia se invicem prosequantur, ut post relatas opiniones firmat Menoch. *de arbitr. cas.* 100. *per tot.* Ricc. *dec. Neapol.* 217. *num.* 8. *p.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 332. *per tot.* De Luc. *de Judic. disc.* 32. *n.* 42. 11

Affinitatis jure nulla successio datur *l. Affinitatis C. comm. de success.* præterquam inter virum, & uxorem 12 quando non extant consanguinei intra decimum gradum, vel etiam illis extantibus in quarta parte, si conjux decedens sit dives, superstes verò inops, licet alia ratione, quàm affinitatis, cum vir, & uxor non dicantur inter se affines, sed principium, & causa affinitatis, prout declarat Oinot. & alii *Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. cap. de success. inter vir. & uxor. num.* 8. *& seqq. & dixi in §. Uxor.* ex communi Doctorum sententia per allegatum text. *in l. affinitatis C. comm. de success.* Brunnemann. *in l.* 3. 5. *&* 7. *C. eod. & in l.* 4. *ff. de grad. & affinib.*

Ita ut affines non possint excludere fiscum, *l. vitrico, & l. affinitatis C. commun. de success.* Oinot. *ubi sup. cap. de success. fisc. in Addit. num.* 22. *litt.* 6. Peregrin. *de jure fisci lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 5. Doctores *in l.* 1. *C. unde Vir.* Brunnemann. *loc. cit.*

Si tamen fuerint vocati à testatore, tunc succedunt, & veniunt cognati viri, & uxoris, qui si non adessent, veniunt etiam consanguinei, ne dispositio reddatur elusoria, Fusar. *de substit. qu.* 370. *& facit in qu.* 351. ex Doctrina Bald. *in l. fin. vers. & pro hoc C. de verb. signif.*

Quod vocatis conjunctis, & sic sub nomine conjunctorum veniant etiam affines, Fusar. *de substit. q.* 369. *num.*

3. Alvarez Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 3. *num.* 17. *& num.* 18. Bertaz. *claus.* 7. *gloss.* 12. *num.* 5. & Consanguinei Affinium veniunt sub nomine attinentium. De Comit. *decis. Senens.* 3. *n.* 2. *&* 3.

13 Affinitas, & consanguinitas an, & qualiter possit probari per testes etiam domesticos, vel de auditu ante motam litem, vel per famam, vel secundùm aliquos per instrumenta dotalia, an sit necesse distinguere gradus, & alia, Mascard. *de probat. concl.* 69. *& concl.* 410. *&* 411. *per tot. vide in §. Consanguinitas n.* 3.

14 Affinitas, an, & quando excuset, vel non à pœna receptationis bannitorum affinium, Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 56. *num.* 19. *& seqq. vide in §. Banniti nu.* 7. *& in §. Statutum punicns.* vide Menoch. *de arbitr. qu.* 90. *n.* 43. *& cas.* 356. *n.* 20.

15 Affines, vel consanguinei, qui sint in tertio, & quarto gradu non comprehenduntur in cautione de non offendendo usque ad tertium gradum stipulata, quia casus mixtus in materia pœnali non venit sub simplici, includit tamen dictum tertium gradum in simplici, Herculan. *de caut. cap.* 36. *nu.* 8. *& seqq.* Guaz. *de pace &c. p.* 2. *q.* 63. *nu.* 5. *&* 6. *vide in §. Cajus nu.* 10.

16 Affines veniunt quandoque etiam sub nomine consanguineorum, & maximè cognatorum, vel conjunctorum, ita ut excepta successione quæ inter affines non datur, in cæteris cum agnatis, consanguineisve conveniant, ut latè explicat Alvarez. de Velasc. *tract. de Jud. perf. Rub.* 9. *annot.* 3. *num.* 1. *& seqq.*

De affinitate tractant Ricc. *Collect.* 423. *part.* 2. Sanchez. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 64. *& seqq.* Dian. *resol. moral. p.* 2. *tract.* 6. *resol.* 138. *& seqq.* Covar. *de matrim. §.* 7. *cap.* 6. Laurent. Uriel. *concl.* 76. *per tot.* Scacc. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 615. *& seq.* & alii relati per Com. August. Fontan. *in sua Bibliot. part.* 4. *verb. Affinitas fol.* 60. *&c.* De Luc. *in Indice general.* Fagnan. Brunnemann. Nicoli. & alii supra citati.

De affinitate spirituali, vel sit major, quàm carnalis, & Ecclesia, quæ quotidiè dispensat adversùs carnalem cognationem, nunquam dispenset adversùs spiritualem, & magnum, vel maximum intercedere amorem vicissitudinarium inter hujusmodi filios, & patentes spirituales (quod tamen sæpè fallit) Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 11. quem refert, & sequitur Cyriac. *contr.* 360. *num.* 92. *& seqq.* & alia de ista affinitate scripsi in hoc §. *num.* 10. *&* 11.

Quòd sicuti filius carnalis tenetur obviare delicto in personam patris committendo, ita etiam filius spiritualis, & etiam in istis spirituali cognatione conjunctis habeat locum pœna parricidii, Hippolyt. *in l. divus in fine ff. ad l. Pomp. de Parricid.* Menoch. *de arbitr. cas.* 355. *num.* 16. quos refert, & sequitur Philipp. Pascal. *de vir. patr. potest. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 10.

17 Affinitas an habeat lineam Car. Aut. De Luc. *de lin. legal. art.* 1. *n.* 22. *tom.* 1.

Affines non sunt vir, & uxor, sed principium affinitatis Fagnan. *in cap. quod super n.* 6. *de consang. & affinit.* Emerix sen. *decis.* 65. *n.* 4., ubi quod inter virum, & uxorem non est affinitas, vel proximitas.

§. AGNATIO XXI.

1 Agnati dicuntur illi, qui per virilis sexus personas conjuncti sunt, & qui idem gentis nomen retinent, eademque familiæ insignia gestant, sive masculi sint, sive fœminæ, quia & ipsæ agnatæ dicuntur, licèt postea cognationem faciant, §. *sunt autem Instit. de legit. agnat. succ. & in l. sunt autem ff. de legit. tutel.* Oinot. Soac. & alii *in d. tit. de legit. agnat. succ.* multa de agnatis, & quinam tales dicantur vide apud Gratian. *disceptat. forens. cap* 248. *per tot.* Mysinger. *instit. tit. cit.* Nicoll. *Elucubrat. Utriusq. Jur. Instit. Imper. tit. de legit. Agnator. tutel. sub n.* 3. Severol. *resp.* 2. *nu.* 52. *& seqq.* in Mantiss. ad De Luc. vol. 2.

Et qui veniant appellatione agnatorum, latè Barbosa *de appellat. verbor. signific. appellat.* 13. *per totum*, Tusch. *litt. A, conclus.* 244. *per tot.* Bertachin. *in Repertor. verb. Agnatio.*

2 Agnati dicuntur etiam filii fororum, ulteriores verò descendentes ex illis sunt cognati, sed nihilominus licèt agnati dicantur filii sororum, hoc est impropriè, & ideò non comprehenduntur in dispositione de agnatis loquente, Azor. *in sum. C. de legit. hæred.* Pract. Papp. *libell. hæred. ab intest. glos.* 2. *num.* 27. Altograd. *consil.* 93. *num.* 1. *lib.* 1. *& consil.* 51. *num.* 6. *lib.* 1. ubi probat de jure communi, filios sororum inter agnatos reputari. Alexand. *cons.* 89. *n.* 23. *libr.* 6. Vide tradita per Emerix jun. *decis.* 344. *n.* 3. & per de Comit. *decis. Senens.* 7. *n.* 18. *& decis.* 37. *n.* 4. *& decis. Florent.* 57. *nu.* 74. *&* 75. Optimè Severol. *respons.* 2. *à n.* 208. impress. in Mantiss. ad De Luc. *in fin. tom.* 2.

Quòd de jure communi sit hodie sublata omnis sexus, agnationis, & cognationis differentia, *l. maximum vitium* 4. *C. de lib. præt.* cum aliis per Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 273. *num.* 1. signanter dixi de jure communi, quia hodie ut plurimum per statuta, & voluntates testantium fit reditus ad jus antiquum, & agnati præferuntur cognatis De Luc. *de emphyt. disc.* 3. *num.* 18. *de suc. disc.* 1. *num.* 13. Brunnemann. *in d. l. maximum vitium. C. de liber. præterit.* Rocc. *select. disput. jur. cap.* 63. *num.* 28. *lib.* 1.

Quòd statutum loquens de agnatis ad exclusionem fœminarum non comprehendat fœminas agnatas, nec uterinos, nec adoptivos, nec legitimatos per rescriptum Principis, vel oblationem Curiæ, nam omnes isti licèt agnationis jura habeant, nullam tamen prærogativam obtinent ad exclusionem fœminarum, vel cognatorum, Peregrin. *decis.* 138. *num.* 42. *&c.*

Agnati præstando consensum vigore statuti mulieri, 3 vel minori sibi non præjudicant, ut dixi in §. *Statutum requirens.*

Agnati hodiè admittuntur ad successionem usque ad 4 decimum gradum inclusivè, & non ultra, servata inter eos gradus prærogativa, & idem est in cognatis, qui eodem modo de jure communi admittuntur ad successionem usque ad decimum gradum æqualiter: & simul cum agnatis, salva ut supra gradus proximitate §. *sinul.* ubi Oinot. Soac. & alii *Instit. de succes. cognat. §. nullum Auth. de hæred. ab intest. veniunt.* cum similibus per Oinot. *Instit. de legitim. agnat. succ. num.* 8. ubi tamen secundùm Mysinger. quòd etiam hodie ut plurimum ad jus vetus quod agnationem considerabat, & præferebat illam cognatis, relabimur, vel pactis, vel per statuta communiter in Italia vigentia, ut extantibus masculis, fœminæ, & illarum descendentes excludantur, recepta dote, vel per dispositiones testamentarias vocantes masculos, fœminis exclusis. Prædictis adde *l. non facilè ff. de grad.* Azor. *in sum. Cod. de legit. hæred. n.* 10. Pract. Papp. *libel. hæredit. ab intest. glos.* 2. *n.* 27. Merlin. *decis.* 63. *per tot.* ubi an, & quando fideicommissum in favorem agnatorum intra cancellos decimi gradus contineatur, vel ulterius protrahatur ubi constat de voluntate testatoris, vide in §. *Fideicommissum n.* 26. latè Marcha *de success. legal. par.* 3. *q.* 2. *per tot.* Severol. *respons.* 2. *à n.* 65. impress. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *in fin.* 2. *volum.*

Agnati ut admittantur ad successionem qualiter te- 5 neantur probare legitimam agnationem, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 744. *num.* 19. *& cap.* 869. *num.* 14. ubi ampliat quamvis non opponatur, Rot. in Romana fideicommissi de Formicinis 7. Februarii 1635. coram Merlino *n.* 20. *in Noviss. p.* 7. *decis.* 15. *dixi in §. Actio num....§. Matrimonium, & §. Successivo.* Mandel. de Alba. *cons.* 61. *n.* 1. *&* 2. Caprat. *decis.* 101. *n.* 7. *par.* 1. ubi ait sufficere, quod agnatio probetur in genere, si nullus comparet, qui se dicat Agnatum proximiorem, ubi Testator expressit familiam, & agnationem suam.

Quòd agnatio non conservetur per bastardos, & spurios, quia isti non dicuntur, nec sunt agnati, & quid si dispositio esset concepta per verba non juris, sed naturæ, Ludovic. *decis.* 433. *num.* 17. ubi Beltram. *in Annot. nu.* 23. benè declarat, ut veniant etiam bastardi, quando verba non sunt juris, sed naturæ, ut conjunctus, consanguineus, & hujusmodi, vide Fusar. *de substit. quæst.* 354. *per tot.*

Agnatio probatur identitate cognominis, & familiæ, 6 ac delationis armorum, sive insignium ejusdem familiæ, adeò ut prætendens contrarium teneatur probare, Rot. in dict. Romana Fideicommissi de Formicinis 7. Februarii 1635. *n.* 29. *& seq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 869. *nu.* 35. *& cap.* 645. *nu.* 16. ubi ampliat quamvis talis agnatus assumpserit aliud cognomen, cùm non prohibeatur quis

quis aſſumere arma, & cognomen alterius familiæ, & propriam retinere Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 10. *deciſ.* 101. *n.* 6. *vol.* 2.

7 Agnationis nomen latius eſt, quàm nomen familiæ, reſtringitur tamen à nomine familiæ adjectio, & accipitur effectivè, & contentivè prout nomen familiæ, Altog. *conſ.* 79. *nu.* 59. *& ſeqq. lib.* 2. Gabriel. *conſ.* 97. *nu.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 15. *nu.* 7. Pontirol. in Reſponſ. pro Mambellis *nu.* 144. *& ſeqq. fol.* 51. Cæſenæ impreſſo de anno 1645. Peregrin. *deciſ.* 134. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 362. *&* 363. ubi an comprehendat tam deſcendentes, quàm tranſverſales, & etiam fœminas Card. de Luc. *de jurepatr. diſc.* 25. *&* 26.

An autem agnatis vocatis veniant omnes ſimul, vel proximiores, & alii ordine ſucceſſivo, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 358. ubi quòd præfertur proximior, & deinde alii, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, ut latè ibidem declarat. Caren. *reſol.* 43. *n.* 36. Emerix jun. *deciſ.* 205. *num.* 3.

8 Agnatio quando dicatur conſiderata à teſtatore in inducendo fideicommiſſum, vel non, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 536. *num.* 61. *cap.* 568. *num.* 8. *cap.* 621. *nu.* 6. *cap.* 832. *nu.* 7. *& cap.* 866. latè Pontirol. *in d. Reſponſ. num.* 79. *et nu.* 134. *et ſeqq. ad* 160. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 499. & alibi ſæpè, Ricc. *Collect.* 3268. *et* 3458. Rot. *part.* 9. *rec. deciſ.* 139. *nu.* 6. *etc.* ubi quatuor ponderat conjecturas pro agnatione, nempè quando ſolos maſculos inſtituit, poſuit filios in conditione cum qualitate legitimitatis; prohibuit alienationem cum ratione quia voluit bona conſervari in familia, & digreſſus fuit ad plures ſubſtitutionum gradus excludendo etiam proprias filias, & latiùs *part.* 11. *dec.* 95. *nu.* 8. *et ſeqq.* ubi ſeptem conſiderat conjecturas, *et part.* 12. *deciſ.* 415. Ludoviſ. *deciſ.* 464. & Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 269. Caren. *reſol.* 128. *à n.* 19. *uſque ad* 23. Emerix jun. *deciſ.* 122. *n.* 3. *et deciſ.* 203. *deciſ.* 251. *deciſ.* 471. *dec.* 813. *et alibi.* De Comit. *deciſ. Florent.* 12. *n.* 9. *et ſeqq.* Rocc. *ſelect. diſput. jur. cap.* 2. *et cap.* 19. Caprar. *deciſ.* 285. *n.* 6. *et* 7. *et deciſ.* 169. *à n.* 4.

Item quando dicatur conſiderata, vel non in jurepatronatu, Rot. *p.* 11. *recent. deciſ.* 162. *per tot.*

9 Agnatio non cenſetur à ſtatuto contemplata quando vocat filios ſororum perſonæ defunctæ, vel vocet ſimul maſculos, & fœminas, licèt maſculi fœminis præferantur, ſed potiùs cenſetur conſideratus favor maſculinitatis, cum maſculi majora onera tam publica, quàm privata ſuſtineant, Altograd. *conſil.* 60. *nu.* 11. *&c. nu.* 62. *lib.* 2. Balduc. *dec.* 6. *nu.* 19. *De Legat. tit.* 3.

Intelligendo ubi non eſt expreſſa ratio agnationis, nam tunc ſumitur interpretatio, quòd ſtatuentes prætulerint maſculos non contemplatione agnationis, ſed favore maſculinitatis, & prædilectionis ſexus, cùm ratio agnationis non præſumatur unica, quando non fuit expreſſa, idem Altogr. *conſil.* 61. *n.* 27. *&* 28. *lib.* 2.

10 Agnatio licèt dicatur à teſtatore contemplata quando expreſsè declaravit velle bona ſua in familia conſervari, vocando maſculos deſcendentes hæredis inſtituti, vel etiam extraneos, ſed cum gravamine aſſumendi arma, & cognomen teſtatoris, tamen ſecus eſt ſi haberet alios agnatos tranſverſales, & illis poſthabitis vocaret extraneos, ideſt de alia familia etiam cum onere aſſumendi nomen familiæ teſtatoris, cùm ulteriùs ſit neceſſe quòd injungat onus erigendi ſtemmata, & arma ejuſdem familiæ, vel ſi poſt vocationem aliquorum agnatorum tranſierit ad vocationem fœminarum, vel maſculorum deſcendentium à fœminis, nam tunc ratio agnationis deficit, & ſola nuda maſculinitas dicitur contemplata, adeo ut ex omiſſione abſolutæ, & indiſtinctæ vocationis agnatorum excludatur omnis conſervandæ agnationis voluntas, quæ nunquam meliùs verificatur, quàm ubi inter agnatos ſint etiam vocati aliqui cognati, ut benè probat Altograd. *conſil.* 66. *nu.* 41. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 245. *n.* 21. *&c.* ubi quòd ſola cognominis delatio ſine onere deferendi etiam arma, & inſignia teſtatoris non inducit conjecturam contemplatæ agnationis. Plura ex quibus dicitur contemplata agnatio tacitè, & expreſsè, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 95. a 8. *& ſeq. per tot.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 499. & alibi ſepè, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 463. ubi pro excluſione agnationis. Vide de Comit. *deciſ. Florent.* 12. *n.* 11. *&* 13. *& deciſ. Florent.*

44. *n.* 37. Bertachin. *vot.* 186. *n.* 2. Rot. *recent. part.* 19. *deciſ.* 575. *à n.* 13. *tom.* 2. Caprar. *deciſ.* 13. *à n.* 3. *part.* 1. *& deciſ.* 47. *n.* 16. *&* 19. *ead. part.* 1.

Agnatio reſtrictè ad aliquem caſum conſiderata, vel 11
in aliquo gradu tantùm, non operatur ultrà effectum ſuum, cum non extendatur ultra caſus expreſſos, ſed ſit intelligenda veniente caſu à teſtatore diſpoſito, unde conſiderata in deſcendentia hæredis, non trahitur ad ſubſtitutum, nec ad ejus deſcendentiam, & è contra, nec dicitur conſiderata quando teſtator vocavit certos tantùm agnatos, vel aliquas fœminas, vel quando in aliquo caſu illam expreſſit, in aliis verò non expreſſit, ut latè probat Altograd. *conſil.* 83. *n.* 13. *& ſeqq. lib.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 181. *per tot.* ubi quod non operatur extenſionem de perſona ad perſonam, ſed refertur tantùm ad perſonas expreſsè nominatas, & vocatas, illarumque deſcendentes, & non ad alios non vocatos. Rocc. *reſp.* 59. *n.* 38. *&* Vela *diſert.* 49. *n.* 69. Pen. *deciſ.* 615. *n.* 4. Rot. *recent. part.* 19. *deciſ.* 586. *num.* 8. Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 3. *n.* 14. *lib.* 10. *vol.* 3.

Agnatio quòd non dicatur contemplata quando ex 12
diſpoſitione teſtatoris bona poſſunt pervenire ad fœminas, vel pro illis deſervire, intellige, niſi diſpoſitio ad favorem fœminarum facta tendat ad familiæ, & agnationis conſervationem, ut quia mandaverit teſtator provideri fœminis de neceſſariis ad conjugium, & alimenta, maximè ſi talis proviſio ſit facienda de fructibus ſalvo capitali, cum hoc totum tendat ad familiæ decus, & ad exonerandum parentes illarum ab onere dotandi, & alendi, ut pulchrè probat idem Altograd. *conſil.* 89. *nu.* 84. *& ſeqq. lib.* 2. Mantiſſ. ad ornat. Cardinal. De Luc. *deciſ.* 71. *n.* 14. *&* 15. *lib.* 10. *vol.* 3. *& deciſ.* 19. *n.* 12. *lib.* 10. *vol.* 2. Caprar. *deciſ.* 165. *n.* 23.

Agnationis conſervandæ ratio, ad hoc ut ab ea poſſit 13
argui in teſtamentis, debet eſſe expreſſa ex plurimorum ſententia, ſed quòd poſſit etiam ex conjecturis colligi, ut ſi teſtator erexerit primogenituram, prohibuerit alienationem per verba perpetuitatem denotantia, pluries mentionem habuerit de maſculis, mandaverit provideri fœminis ad conjugium, & alimenta, vocaverit familiam, vel caſatam collectivè, & præcipuè illius proprio nomine expreſſo, benè probat idem Altograd. *d. conſil.* 89. *num.* 66. *et ſeqq. lib.* 2. Balduc. *dec.* 39. *n.* 23. *et* 24. *de legat. tit.* 3. Mantiſſ. ad Card. de Luc. *deciſ.* 5. *num.* 5. *lib.* 10. *vol.* 3., ubi quod Agnatio nunquam præſumitur conſiderata, niſi de ea expreſſa fuerit facta mentio à Teſtatore.

Quòd ubi non eſt expreſſa agnationis ratio in teſtamentis, non liceat ab illa arguere, & ceſſet ubi ſunt aliquæ fœminæ, vel cognati ſubſtituti, vel inſtituti, etiam expreſſa qualitate maſculinitatis, cum ex ea potiùs videatur habita ratio ſexus, & non agnationis, & reſtricta in uno caſu non extendatur ad alios, ſed debeat eſſe generalis quoad omnes, pulchrè idem Altograd. *conſil.* 96. *num.* 55. *et ſeqq. lib.* 2. Gabriel. *conſ.* 97. *n.* 33. *et ſeq. vol.* 1. Vide de Comit. *deciſ. Senenſ.* 7. *et deciſ. Florent.* 44. *et* 57., & quod agnationis ratio, ſi non exprimatur in Statuto, ab illo arguere non liceat. Rot. coram Pèn. *deciſ.* 615. *n.* 5

Agnationis ratio quid, & quantum operetur, ac quan- 14
do non ſit attendenda, vide Ger. Spin. *conſil.* 12. *nu.* 36. *et ſeqq. dixi in* §. *Fideicommiſſum, et* §. *Subſtitutio.* Vide De Comit. *deciſ. Senenſ.* 7. *deciſ. Florent.* 12. 44. *et* 57. Emerix. jun. *deciſ.* 122. 203. 251. 381. 813. Caprar. *deciſ.* 30. 47. 169. 285. 524. 721. Manſ. & De Luc. *in Inſt. General.* Mantiſſ. ad eumd. De Luc. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2.

Quando agnationis conſervandæ ratio attendatur, vel non, latè Tuſch. *litt. A. concluſ.* 245. *per totam*, Martha *de ſucceſſ. legal.* in pluribus locis, ut in ejus repertorio *ver. Agnatio.*

Aliqua de agnatis, & agnatione, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *et part.* 3. *verb. Agnatus*, plura remiſſivè Ægid. de Caſtejon. *in Alphabetic. Jurid. verb. Agnati*, Bonden. *Collect.* 34. *tom.* 2. Caſtill. *controverſ.* *tom.* 5. *cap.* 92. *et* 122. Ramon. *conſil.* 15. *et ſeqq.* Larrea *deciſ. Granat.* 53. *part.* 2. Laurent. Urſel. *concl.* 81. & alii relati per modernum Com. Auguſt. Fonr. *in ſua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 63. *etc.* noviſſimè D. Jo: Torre *tract. de ſucceſſ. in Majorat. et Primog. Ital. part.* 5. *cap.* 38. *per tot.* & alibi, ut in Indice *verb.*

Agnatio. De Luc. in *Indic. Generul.* Mantiss. ad eumd. De Luc. Manf. Palm. Emerix. Caprar. Balduc. & alii suprà cit.

Agnatio quando dicatur considerata in fideicommissis, & statutis, & quid operetur, Cyriac. *contr.* 96. *nu.* 28. *& seqq. contr.* 301. *n.* 16. *& seqq. contr.* 320. & alibi, ut in Indice *verb. Agnatio*, Vela *Dissert.* 49. *nu.* 69. *&* 105. & latiùs Jacob. Baldue. *in observ. ad Ramon. consil. ut in verb. Agnatio*, ultrà alios jam à me in hoc §. *Relatos*. De Luc. *in Indic. generul. verb. agnationis contemplatio* & alii de quibus *sup.*

Agnatorum, & cognatorum differentiæ sublatæ sunt de jure, *Authent. de hæred. ab intest. venient. §. si igitur cum seqq. collat.* 9. & notat Vela *Dissert.* 16. *n.* 5. Oinot. *in Institut. lib.* 1. *tit. de legit. agnat. tutel. in principio num.* 8. *& seqq. ac alibi*. Sed vigore Statutorum, pactorum, & dispositionum testatorum sæpè agnati in Italia maximè cognatis præferuntur in multis, ut jam omnibus est notissimum. Facit De Luc. *de emphyt. disc.* 3. *n.* 18. *de success. disc. pr. num.* 13. Vide Statut. Parm. *lib.* 2. *rubr. quod Mat. non succed.*

In defectum Agnatorum quando veniant Cognati.
15 Bertachin. *vot.* 89. *nu.* 9. & defectis Agnatis, quando sit locus successioni Fœminarum. Idem Bertachin. *vot.* 96. *per tot.*

Agnationis ratio an consideretur in jurepatronatus
16 activo, & passivo. Dom. Advocat. Piton. *de jurepatr. allegat. p. n.* 19. *tom. p. et allegat.* 80. *n.* 16. *tom.* 2.

In jurepatronatus agnatitio an Fæminæ admittantur per posterius. Piton. *loc. cit. allegat.* 11. *nu.* 15. *tom. p. & allegat.* 36. *n.* 14 *eod. tom. p.*, & quid dicendum in jurepatronatus familiari. Idem Piton. *d. allegat.* 36. *n.* 23. *tom. p.*

In Fideicomisso Agnatitio an, & quando sint exclusi Religiosi Bertachin. *vot.* 52. *per tot.* ubi Doctores prò utraque parte, limitationes, & ampliationes.

§. AGGRESSIO. XXII.

1 AGgressor inter plures rixantes si non appareat, præsumitur ille, qui aliqua injuria, vel vulneribus jam erat affectus, vel qui armatus accessit ad locum, ubi alium expectavit, vel qui fortior, & validior dignoscitur respectu personæ, vel armorum, vel sociorum, vel qui sui natura rixosus est, vel qui fugientem, & retrahentem insequitur, vel qui deinde graviùs vulneratus reperitur, vel qui in rixa mortuus remansit, nam cùm incertum sit quis fuerit aggressor, vel aggressus, superstes absolvendus est, non quidem in totum, sed tanquam aggressus puniendus pro excessu defensionis, si non probet periculum aliter se evadere non potuisse quàm adversarium occidendo, cùm in dubio sanctius sit nocentem absolvere, quàm innocentem condemnare, Menoch. *de arbitr. cas.* 363. *per tot. & de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 39. Cabal. *resol. crim. cas.* 231. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *nu.* 236. *&c. fol.* 437. *dixi in meis resolut. cap.* 20. *num.* 3. *& in Pract crim. §. Diffesa num.* 6. Farinac. *de homicid. quæst.* 125. *part.* 7. *§.* 3. *n.* 484. *& seq.* ubi etiam Vulpin. *in Suco n.* 33. *& seqq.* Mascard. *de probation. conclus.* 72 *per totum*, Tusch. *litt. A. conclus.* 246. Peguer. *decis.* 14. Ricc. *Collect.* 296. *&* 691. Boer. *decis.* 237. *per tot.* ubi plura, & quando aggressor præsumatur ille, qui interfectus remansit, Sanfelic. *dec.* 410. *cum Addit. per tot.* Basilic. *dec.* 16. *n.* 30.

Quis præsumatur aggressor, vide Carol. Marant. *contr. part.* 5. *respons.* 91. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Aggressor resol.* 1. *verb. Provocatio resol.* 2. *et verb. Rixa resol.* 1. *per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 3. *concl.* 1128. *& concl.* 1244. Matth. Sanz *de re crimin. controver.* 22. *per tot.* ubi sequitur omnia hic dicta per octo præsumptiones aggressionis, ex quibus aggressus fuit absolutus ab homicidio commisso in personam aggressoris, Calvin. *de æquit. lib.* 2. *c.* 130. *nu.* 49. *et seqq. et vid. in §. Defensio*. Plura Jul. Charlar. *dec. crim.* 3. *et* 76. *&* 87. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Method. tract.* 10. *quæst.* 4. *n.* 10.

In statu tamen Florentino sicuti de facili recedi solet ex aliqua causa à pœna ordinaria homicidii, ita etiam de consuetudine homicidia quantumvis ad necessariam defensionem commissa, nunquam solent penitùs impunita relinqui, ut dixi in mea Practica *§. Omicidio nu.* 22. *&* 17.

Quòd aggressio semper præsumatur facta animo nocendi, & occidendi, & ideò aggressoris sint partes probare se non habuisse animum occidendi, & qualiter ex conjecturis hoc possit probare, Mascard. *de probat. conclus.* 71. Vide Basilic. *dec.* 16. *nu.* 29. Matth. Sanz. *de re crimin. controvers.* 22. *n.* 10.

Quòd ubi aggressor stat, nec se retrahit, præsumatur habere malum animum continuandi, & tunc tantò magis aggresso sit permissa defensio, Jodoch. *pract. crim. cap.* 76. *&* 78. Magon. *dec. Luc.* 56. *num.* 5. Grammat. *dec.* 37. *n.* 4.

Aggressor cum animo deliberato occidendi, sequuto 2
homicidio, tenetur pœna ordinaria illius, quæ est vitæ, & confiscationis bonorum, & an aliquo casu possit excusari à dicta pœna ordinaria, ex eo quòd post aggressionem fuerit ipse aggressor constitutus in discrimine vitæ, vide Bald. *consil.* 312. *nu.* 6. *& per tot. lib.* 4. quem sequitur Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 129. *n.* 11. & dixi in d. Pract. *§. Omicidio n.* 51. *& alibi*, Bajard. ad Clar. §. *Homicidium num.* 78. ubi quòd non, Conciol. *verb. Rixa resol.* 2. *per tot.* ubi quòd non potest excusari, & allegat Farinac. *quæst.* 125. nu. 118. Guaz. *def.* 29. *cap.* 4. *num.* 34. *& def.* 33. *cap.* 22. *n.* 8. Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. num.* 112. *& seqq. dixi in §. Delinquens num.* 9. Basilic. *cit. decis. crim.* n. 16.

Aggrediens aliquem animo vulnerandi tantùm, si ex 3
aliqua causa mutato proposito occidat, tenetur de rigore juris de vulnerato, & de occiso, quamvis de consuetudine ratione unitatis rixæ, vulnera tanquam minus delictum confundantur cum homicidio majore delicto, & sic punitur tantùm de occiso; intelligendo quando est eadem persona quæ vulneratur, & occiditur, secùs si diversæ personæ, quarum una vulneretur, & alia occidatur, nam ratione diversitatis personarum imponi debet pœna vulnerum, & homicidii, Petr. Cabal. *resol. crim.* 158. *num.* 17. *& seqq. per tot.*

Aggressus ab alio cum armis, vel alio instrumento ad 4
offendendum apto, non tenetur expectare se percuti, sed potest præveniendo se defendere, ita ut probata aggressione etiam quòd non dicatur aggressum fuisse in periculo vitæ, præsumatur usum fuisse moderamine inculpatæ tutelæ, *l. si quis percussorem C. ad l. Corn. de sicar.* Angel. *de malef. verb. Et dicto Titio se defendente nu.* 23. *&c.* Clar. *§. Homicidium versic. sed quomodo*, Cabal. *resol. crim. cas.* 88. *nu.* 4. *& in tract. de omn. gener. homicid. nu.* 231. Guazain. *def.* 29. *cap.* 4. *n.* 20. *etc.* dixi in meis *resolut. cap.* 20. *nu.* 1. *& sequentibus*, ubi quòd nec est necesse expectare actum aggressuræ, *vide in §. Homicidium num.* 4. ubi etiam plura in foro conscientiæ, de quibus P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib.* 1. *cap.* 8. *per tot.* & alii ibidem per me citati. Plures relati per Berlich. *concl.* 13. *n.* 7. *&* 8. *vol.* 4.

Aggressus ab alio (etiam sine armis) volentem ala- 5
pam præbere manu vacua, potest eum licitè offendere, si sibi dedecus erat per aliam viam evadere, & potest etiam solum minantem offendere si sit solitus, & potens minas exequi, non enim tenetur expectare, ut minas exequi incipiat, sicut & causa honoris sui tuendi percutere, & vulnerare injuriantem, nec tenetur aufugere, vide Clar. *§. fin. q.* 60. *num.* 14. Guazz. *d. def.* 29. *cap.* 4. *n.* 25. *etc.* Gratian. *discept. forens. cap.* 837. *nu.* 5. *&c.* dixi in meis *resol. d. cap.* 20. n. 4. *et* 5. Tusch. *litt. P. concl.* 953. ubi latè qualiter provocatio excuset provocatum, vel non, vide in *§. Homicidium num.* 4. Sanfelic. *decis.* 410. Basilic. *dec* 16. n. 30.

An, & quando quis teneatur fugere, vel non, Dian. *p.* 7. *tract.* 7. *resol.* 45. *&* 46. *per tot. et resol.* 49. *et p.* 1. *tract.* 6. *resol.* 29. ubi de Clerico. Latè Berlich. *concl.* 13. *à n.* 27. *usque ad* 40. *vol.* 4.

An liceat fugientem insequi ad recuperandum honorem propter alapam, vel similem injuriam acceptam, ac illum vulnerare, & repercutere, Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 48. *per tot.*

Aggressus potest se defendere etiam diverso genere 6
armorum, & fortiori, imò contra arma non deferentem, quando aliter injuriam evadere non potest, Barr. in *l.* 1. *nu.* 7. *C. unde vi*, Cabal. *resol. crim cas.* 428. *n.* 30. Clar. §. *Homicidium n.* 34. Guazz. *d. def.* 26. *cap.* 4. *nu.*

4. *nu.* 28. Gratian. *diſcept.* 837. *num.* 4. Sanfelic. *deciſ.* 410. latiùs dixi in *d. reſol.* 20. *n.* 10. *& ſeqq.* ubi ampliatur etiam ſi ſequatur mors inſultantis, ac etiam ſi aggreſſus exoneret ſclopum contra inſultantem, Thom. Triviſ. *deciſ.* 58. ubi de Sacerdote occidente aggreſſorem filii, Conciol. *verb. Defenſio reſol.* 14. ubi an teneatur fugere aggreſſus. Berlich. *concl.* 13. *num.* 54. *& ſeq.*

Quamvis autem aggreſſus poſſit licitè ſe ipſum defendere, tamen ad id non tenetur, ſed poteſt potius mortem pati, quàm invaſorem occidere, ſi prudenter credat ſe mori in ſtatu gratiæ, & idem in carcerato, qui licèt poſſit non tenetur ſugere ad vitandam mortem, Dian. *p.* 11. *tract.* 6. *reſol.* 46. *in fine*, facit quod dixi in *§. Homicidium n.* 18. Vid. Molin. *in tract.* 3. *de Juſt. diſp.* 15. Baſilic. *cit. deciſ.* 16. *circ. fin.*

Alia vide in §. *Defenſio*, & in mea Pract. *§. Diffeſa per tot.* Vide Caſtejo. *Alphabet. Jurid. verb. Homicid.*

7 Aggreſſus à furioſo, amente, vel ebrio, an poſſit illum occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, maximè ſi ſciat incidiſſe in amentiam, furorem, vel ebrietatem eum peccato mortali, & videretur dicendum quòd non, cùm in tali ſtatu non poſſint dici injuſti aggreſſores, ex quo carent intellectu; ſed contrarium nihilominus eſt verius, quia aggreſſus habet jus ſervandi vitam ſuam etiam ab illis, ut latè probat Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *reſol.* 52. *per tot.* Bajard. ad Clar. §. *Homicidium num.* 78. ubi limitat niſi potuiſset fugere, & non fugiſset, quia tunc eſset extraordinariè puniendus, cùm tali caſu fuga non ſit ignominioſa, ſed potius laudabilis, Conciol. *verb. Defenſio reſol.* 4. 6. *& per tot.*

8 Aggreſſus ſi aggreſsorem ſuum vulneret, vel occidat legitimè ſe defendendo ad nullam reſtitutionem tenetur damni illati, ſecùs autem ſi modum excesſerit, nam tunc tenetur ad hujuſmodi reſtitutionem integram etiam ſi fuerit à judiee punitus, ad tradita per Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 178. *num.* 8. *& ſeqq. vol.* 2. Vel ſaltem ſecundùm alios pro rata culpæ, ad tradita per Dian. *reſol. moral. part.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 44. Et quando non fuit à judice punitus, idem Dian. *loc. cit. reſol.* 60. vide quæ latiùs dixi in §. *Homicidium n.* 10. *& §. Vulnus num.* 14. Berlich. *concl.* 12. *num.* 3., *et* 6. *vol.* 4.

Quòd occidens aggreſsorem juſtiùs agat, quàm judex, vel Magiſtratus hominem ex lege vita privans, & quare, Petr. Royz. Maur. *deciſ. Lituan.* 3. *num.* 475. *etc.* ubi quòd ideò ille aliqua cenſura non notatur, judex verò, vel Magiſtratus ſic facit, latè P. Steph. de Neapol. *tract. de reſtit. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. *et ſeqq.*

9 Aggreſſus ponens alium, vel alios tanquam clypeum ante ſe, vel ſe poſt alios recondens ne offendatur, & ad evitandos ictus, ſi aliquis alius ex hac cauſa occidatur, vel offendatur, non tenetur ipſe, niſi doloſè id egerit, ut alius offendatur, ſed aggreſſor pro modo culpæ, licèt non deſint etiam volentes iſtum aggreſſum teneri aliqua pœna pro exceſſu defenſionis, ponendo innocentem in periculo, ut colligitur ex traditis per Boer. *dec.* 84. *per tot. vide in §. Homicidium nu.* 17. ubi plura ad hoc propoſitum Leſs. *de juſt. et jure lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 9. *per tot.* Vide Clar. *§. homicidium n.* 31. Vide Baſilic. *cit. deciſ.* 16. *n.* 24. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 10. *n.* 47.

10 De aggreſſo, ut poſſit ſe defendere etiam cum ſclopeto, & an ſit puniendus pro ſclopeto prohibito, Jo: Bapt. Thoro *Compend. dec. Neapol. part.* 3. *verb. Aggreſſus*, & alia plura ad rem, remiſſivè Caſtejon. *in alphabeto jurid. verb. homicidium ſub num.* 6. Vide Cabal. *caſ.* 62., *et* 88.

11 De aggreſſore, ut poſſit impunè occidi (intelligendo quoad impunitatem ſervato moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs occidentem puniri de exceſſu pro defenſione propriæ perſonæ, item pro defenſione filii, & è converſo, ita ut ſi filius patrem non defendat, puniatur ut parricida, & pater videns filium vulneratum poſſit impunè occidere ipſius filii invaſorem, niſi poſt illatum vulnus aufugiat, nam tunc ſi pater eum fugientem occidat tenetur de exceſſu; & hæc procedunt etiam inter patres, & filios naturales tantùm, vel ſpirituales; imò favore fratrum, cæterorumque conjunctorum, & amicorum, pro quibus licita eſt defenſio cum debito moderamine contra aggreſſores perſonarum, honoris, & bonorum, ut colligitur ex traditis per Philip. Paſcal. *tract. de viribus patr. poteſt. part.* 3. *cap.* 6. *per tot. cum annot.* Franc. Mar. Prati, & ego dixi latiùs in *reſolut. cap.* 20. & in hoc Opere *§. Defenſio cum Addit.* Plura Berlich. *concl.* 12., *et* 13. *per tot. vol.* 4. Seſſ. *deciſ.* 104. *tom. p.*, ubi de materia Aggreſſionis, & exceſſus in delinquendo. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 10. *à n.* 4. Pignatell. *conſult.* 38. *à n* 38. *tom.* 2.

§. ALIENATIO. XXIII.

1 ALienatio dicitur cujuſcumque juris in alium translatio, & eſt nomen generale comprehendens omnes contractus, & modos, quibus dominium, vel aliud jus transfertur nempè donationem, venditionem, diviſionem, permutationem, tranſactionem, pignus, hypothecam, jurium ceſſionem, ſervitutis conſtitutionem, locationem ad longum tempus, dationem in ſolutum voluntariam, emphyteuſim, compromiſſum, hæredis inſtitutionem, ac etiam ſucceſſionem ab inteſtato, ut ſingillatim probat Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appel.* 14. *per tot. dixi in §. Hypotheca, §. Jus congrui, et §. Venditio*, Tuſch. *litt. A, concluſ.* 257. *per tot.* Paul. Criſtin. *deciſ.* 77. *cum pluribus ſeqq. vol.* 3. Plures relati per Caſtejo. *Alphab. Jurid. verb. Alien. num.* 1. *et* 10. Pignatell. *conſult. canonic. tom.* 7. *conſult.* 95. *nu.* 59. Rocc. *cap.* 2. *n* 49. *lib. p.*

Ex quibus modis verbum alienationis ſumatur, & an alienatione prohibita cenſeatur prohibita hypotheca, vide latè, & magiſtraliter Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 42. Sperel. *deciſ.* 120. *num* 56. *et ſeqq.* Chriſtin. *loc. cit.* Rot. *p.* 9. *recent. dec.* 167. *num.* 5. *et ſeqq.* Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 109. *per tot.* Amendol. ad De Franch. *dec.* 1. *n.* 76., ubi quod prohibitus alienare, non poteſt obligationem, aut ſervitutem conſtituere. Nicoli *Inſtit. Imperial. tit. quib. alien. licet n.* 12. Fagnan. *in cap. nulli n.* 34. *de reb. Eccleſ. non alien.* Rocc. *cap.* 57. *à n.* 57. *lib. p.*

Quòd alienationis verbum à lege prolatum contineat etiam pignorationem, ſecus ſi ab homine, ac ita judicatum refert Gizzarel. *dec.* 74 *num.* 7. *et* 8. Melle ad Gizzarel. *cit. dec. num.* 3.

Quòd comprehendat etiam conſenſum, & ideò prohibitus alienare, non poſſit etiam alienationi conſentire, Odd. *de reſtit. in integr. p.* 2. *quæſt.* 61. *art.* 1. *num.* 7. Vide Cyriac. *controv.* 289. De Luc. *de Fideicom. diſc.* 157. *à n.* 3.

Qualiter alienatione permiſſa, cenſeatur etiam permiſſa hæredis inſtitutio, latè Tuſch. *litt. A, concl.* 260. Quid in prohibitione, idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 263. *vide in §. Prohibitio*, Merlin. *dec.* 638. *num.* 6. *etc.* Gabriel. *comm. concl. tit. de fideicom. concl.* 50. *per tot.* Amendol. ad De Franch. *dec.* 1. *n.* 74.

2 Alienatione prohibita per teſtatorem in perpetuum cauſa conſervandi bona in familia, vel agnatione, prohibitio non extenditur ultra quartam generationem propter infinitatem evitandam, §. 1. *Authent. de reſtit. fideicommiſſ.* ubi Bart. Dec. *conſil.* 256. *habetur in Arte Notariat. cap.* 7. *de ult. volunt.* Capyc. *dec.* 108. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 765. *num.* 15. *cap.* 828. *nu.* 38. *et cap.* 930. *num.* 41. Tiraquell. *de utroque retract. in Præfat. nu.* 49. latè Altograd. *conſil.* 82. *nu.* 35. *et ſeqq. lib.* 2. *conſil.* 79 *num.* 45. *et* 46. ubi quòd fideicommiſſa, & ſubſtitutiones expreſſæ non durant ultra centum annos, nec excedunt decimum gradum, nec tranſeunt ultra quartam generationem, niſi tamen teſtator aliter expreſserit, ut ibi per eum *nu.* 47. *lib.* 2. vel niſi fuerit dictum quòd bona perpetuò tranſire debeant ad omnes deſcendentes, quia tunc extenditur in infinitum, ut per Duen. *inter reg. diverſ. reg.* 39. *in fine*, Peregrin. *deciſ.* 5. *num.* 4. *etc. vide in §. Prohibitio, et §. fideicommiſſum num.* 26. ubi diſtinguitur, Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* a 27. *volum.* 1. ubi quòd dicta prohibitio tanquam exhorbitans eſt ſtrictè intelligenda & ideò facta filiis non extenditur ad nepotes, & quando ſecus, & alia. Carl. Ant. De Luc. *de Lin. Legal. art.* 30. *n.* 6. *lib.* 2.

Plura de interpretatione *d. Auth. ſive Novel.* 159. *de reſtit. fideicom.* Caren. *reſol.* 162. *per tot.*

3 Alienatione prohibita ut ſupra ad quartam generationem, à qua perſona inchoari debeat numeratio harum generationum, multi tenent eſſe numerandas omiſſis per-

personis testatoris prohibentis, & primi hæredis prohibiti, adeo ut durer prohibitio usque ad quinrum gradum respectu restaroris, ut refert. Altograd. *consil.* 82. *num.* 47. *lib.* 2. *ubi tamen ipse nu.* 48. *et seqq.* clarè ostendit hujusmodi generariones numerandas esse omissa tantum persona testatoris, adeò ut filius prohibitus constituat primam generationem, nepos secundam, pronepos rertiam, abnepos quartam, & ulteriùs prohibirio non progrediatur, nisi aliter constet de voluntare testatoris, ut supra vide §. *Emphyteusis num.* 24. Vide Manrie. *de conject. lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 21.

Quando hujusmodi prohibitio alienationis indueat absolutum fideicommissum, vel non, Merlin. *decis.* 228. *numer.* 30. *et seqq. decis.* 669. *per tot. dec.* 890. *num.* 9. *etc.* Rot. *p.* 9. *recent. decis.* 83. *num.* 1. *etc. part.* 10. *decis.* 123. *per tot.* & alibi sæpè Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 103. *per tot.* Ciarlin. *contr.* 219. *per tot. & dixi in* §. *Prohibitio n.* 12. & §. *fideicommissum num.* 12. Vide Amendol. ad De Franch. *dec.* 1. *n.* 75. Pen. *decis.* 1002. *num.* 8. & 9. Emerix. sen. *decis.* 219. *n.* 5. Ror. *recent. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 442. *decis.* 570. & *decis.* 620. Ead. Rot. post Urceol. *decis.* 14. *n.* 5. & *in Annot. ad decis.* 15. & 16. *in tract. de transact. Id.* Urceol. *consult.* 27.

4 Alienatione probibita à testatore propter consensum aliquorum requisitum in illa, an cesset prohibirio mortuis illis, quorum consensus requirebatur, & quid si ex dicta prohibitione sir etiam inductum fideicommissum, & an alienare prohibitus possit sibi hæredem instituere, quasi alienatio propriè dicatur illa, quæ fit ìnter vivos, & non in ultima voluntate, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 594. *n.* 4. *&c. dixi in* §. *Prohibitio num.* 10. ubi plura latè Tusch. *litt. A, conclus.* 261. & *seqq. vide in* §. *fideicommissum n.* 12. *&c.*

An autem alienatione prohibita ad tempus intelligatur post illud permissa, affirmant multi, & videtur verior opinio, quando nulla alia adest prohibitio, quàm hominis, secus autem si concurrat etiam prohibitio legis, ut in substitutionibus, & fideicommissis, nam tunc verior est opinio negativa, ad latè tradita per Fusar. *de substit. q.* 720. Fachin. *contr. lib.* 4. *cap.* 75. Mart. Medic. *dec.* 10. Ror. *par.* 9. *recent. decis.* 415. *nu.* 4. & *seqq. per tot.* ubi plures alios allegat Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 4. *per tot.* Rot. *p.* 24. *recent. decis.* 288. *per tot.* ubi adbibita alia distinctione, nititur opiniones concordare firmando pro permissione alienarionis, dixi in §. *Prohibitio nu.* 10. vide Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 442. *nu.* 2. & 3. & *decis.* 503. *n.* 9. & 10. Mantiss. ad De Luc. *decis.* 29. *n.* 2. *lib.* 10. *vol.* 3. *et decis.* 30. & *seqq. eod. lib.* 10. *vol.* 3. & *decis.* 53. & 54. *lib.* 10. *vol.* 2.

5 Alienatio contra prohibitionem testatoris est nulla, & non transfert dominium, adeo ut possint bona alienata vindicari, Cavaler. *decis.* 108. *per tot.* Rot. *par.* 11. *recent. dec.* 185. *per tot.* ubi qualiter vocato in casu alienationis sit concedenda immissio, & *dec.* 274. *d. par.* 11. Fusar. *de substitut. quæst.* 717. *per tot.* & alibi sæpè de materia alienationis bonorum fideicommissariorum, ur in ejus *repert. verb. Alienatio* & *dixi in* §. *Bona n.* 21. & *seqq.* & *in* §. *Prohibitio*, ac alibi per discursum, latè Mangil. *de evict. q.* 59. & *seqq.* Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 457. obi quod sequuta alienarione aperitur fideicommissum ad favorem vocatorum, maximè data illius scientia in alienante. Pen. *decis.* 51. & *decis.* 85. Nicoli. *Institut. Imperial. quib. alien. lic. n.* 13. Crescin. ad Pen. *loc. cit.*

De alienatione contra expressam testatoris voluntatem, & quando sit nulla, & in quibus casibus possit sustineri latè videndus Mart. Medic. *decis. Senen. Exam.* 3. *per tot.* cum pluribus decisionibus sequentibus, Fusar. *d. quæst.* 717. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 9. *n.* 7. & *seqq. vol.* 3. Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 41. *n.* 5. *decis.* 123. *per tot.* ubi quando possit revocari à substitutis, vide §. *Bona nu.* 31. Rota *par.* 13. *rec. dec.* 205.

6 Alienatione permissa inter illos de familia, an censeatur etiam permissa donatio causa mortis, latè Mart. Medic. *Exam.* 52. & *dec.* 83. *per tot.* cum additione, *vide in* §. *Facultas*, & §. *Licentia n.* 5. ubi an possit fieri in remotiorem in præjuditium proximioris, & alia.

An hæredis institutio, latè Tusch. *litt. A, conclus.* 260. facit Rot. *p.* 13. *rec. decis.* 171. *n.* 8. *&c.*

Quòd si alienationi rei prohibitæ alienari extra familiam omnes consentiant, sit valida, sed possit postea revocari ab aliis nascituris, Boer. *dec.* 12. intelligendo nisi sint hæredes alienantium, & vide in §. *Hæres*.

Quomodo sit intelligenda alienario permissa pro suis indigentiis, vel ad beneplacitum, Peregrin. *de fideicom. art.* 40. *n.* 46. & *seq.* Facit Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 421. *à n.* 12. *tom.* 2.

7 Alienatio quando præsumatur facta in fraudem fisci ad evitandam confiscationem, latè Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 124. *per tot.* ubi etiam quando præsumatur in fraudem creditorum, Magon. *decis. Flor.* 76. & 77. & *vide in* §. *Donatio* 12. *infra n.* 12. & 15. Peregrin. *de jur. fisci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 152. *et seqq.* ubi plura de hac materia latè Guaz. *de confisc. bon. concl.* 29. *per tot.* Mangil. *de evict. q.* 169. *per tot.* Farinac. *quæst.* 164. *num.* 49. *et seqq.* Sanfelic. *decis.* 372. *num.* 4. & *seqq. cum Addit.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 9. *per totum ubi n.* 12. potest filius antè sententiam renunriare hæreditatem in commodum fratris, & non fit fraus Fisco. Latè Altimar. *de nullit. rubr.* 5. *quæst.* 12. *n.* 143. & *plurib. seqq. tom.* 3.

8 Alienatio facta per debitorem post jam paratam executionem in actione personali contra eum, dicitur nulla, & in fraudem paratæ executionis, ita ut possit executio recta via contra acquirentem consumari, nec opus sit agere rescissoria, & via ordinaria ad evitandum circuitum, non attento an ille tertius scientiam habuerit paratæ executionis, maximè si debitori non remanserunt alia bona secundùm opinionem multorum; quos allegat Duran. *dec.* 364. *nu.* 7. 12. & 13. *ubi tamen numeris seqq.* pro clariori intelligentia distinguit infrascriptos casus, vide Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 268. *n.* 22. & *per tot.* & *dec.* 339. *per tot.* & *part.* 12. *decis.* 381. *per tot.* Leoncil. *decis. Ferr.* 99. Giurb. *dec.* 61. & 62. De Luc. *de Judic. disc.* 40. *n.* 20. Altimar. *loc. cit. nu.* 303. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 159. *part.* 1.

Et quando ageretur de alienatione facta post motum judicium in actione reali, dixi in §. *Res litigiosa*, Merlin. *decis.* 847. *ubi n.* 8. *&c.* ubi quòd valet quando fit in creditorem anteriorem, de hac materia plenè Paul. Rub. *in annot. ad decis.* 46. *part.* 9. *recent. nu.* 129. & *seqq. per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 157. *per tot. decis.* 268. *per totum*, & *decis.* 339. *per tot.* & *part.* 13. *decis.* 412. ubi quòd in actione personali non contrahitur vitium litigiosi, vide in §. *Res litigiosa*. De Luc. *de Judic. disc.* 4. *nu.* 22. Crescin. *ubi sup.*

Quòd facta alienatione lite pendente videatur alienans dolo desiisse possidere, & ideò non possit tertius possessor acquirens impedire executionem pulchrè Cavaler. *decis.* 131. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 141. *vol.* 2. *juxta tit. C. de alienat. jud. mut. caus. fact.* Idem Christin. *dec.* 96. *volum.* 6. vide Paul. Rub. *loc. citat.* Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 268. *per tot.*, vel plura etiam de collusione, & ex quibus præsumatur, & *decis.* 339. *per tot.* latè etiam Sanfelic. *dec.* 2. ubi quòd si alienatio sit facta in personam Ecclesiasticam, & firmat adhuc finiendum esse judicium coram judice laico, & sententiam per eundem executioni demandandam in ipsa re alienata, pluribus similibus, & contrariis in id hincinde adductis, vide in §. *Res litigiosa n.* 8. ubi contra ex aliis. De Luc. *loc. cit. num.* 30. Nicoli. *elucubrat. utriusque jur. Institut. Imperial. tit. quib. alien. lic. n.* 25.

In actione reali si ante contestationem litis possessor dolo desinat possidere, non tenentur ejus hæredes actione in rem sed in factum, per quam restituere coguntur quantum locupletiores ex ea re facti fuerunt, *l. cum autem* 73. *ff. de rei vind.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 45. *n.* 23.

9 Alienatio rei facta non solùm post paratam executionem in actione personali, sed post cœptam executionem in illa posita jam sub hasta, est adeo nulla, & in fraudem paratæ executionis, & judicialis auctoritatis, ut possit absque rescissoria recta via contra acquirentem finiri, & consumari executio, Duran. *d.*

d.-

decis. 364. nn. 14. &c. ubi ampliat etiam quòd nondum fuerit deventum ad ſubhaſtationem, ſed tantùm interpoſitum primum, & ſecundum decretum, niſi incontinenti doceat de jure ſuo aliundè quàm ex facto alienantis; ſecùs tamen ſi non fuiſſet proceſſum per viam immiſſionis, ſed per viam captionis pignorum in ſtabilibus, quia tunc tale jus executivum non competeret contra tertium. Plura da hac materia quando poſſit executio fieri contra tertium, vel non, Paul. Rub. in Annot. ad dec. 46. part. 9. recent. num. 137. & ſeqq. Rot. part. 10. rec. dec. 268. per tot. & deciſ. 339. per tot. Ridolphin. in Prax. p. 1. cap. 6. nn. 62. & ſeqq. per tot. ubi diſtinguit, & plurea deciſiones allegat. Rot. coram Burat. dec. 204. Vide tradita per Creſcin. in addition. ad obſerv. 159. Abeccleſ. part. 1.

10 Quando autem fuit tantùm relaxatum mandatum in dicta actione perſonali, & nondum cœpta executio, ſi fiat alienatio, non poteſt jus executivum exerceri contra acquirentem, niſi probetur participaſſe de fraude, ſed debet conveniri via ordinaria revocatoriæ, ſeu Salviani, idem Duran. d. dec. 364. n. 20. & ſeqq. ubi etiam n. 71. quòd in omnem caſum ille tertius debet ſaltem citari, & ſummariè audiri, Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 6. n. 62. & ſeqq. Merlin. deciſ. 847. vide Paul. Rub. in Annotat. ad deciſ. 46. part. 9. recent. num. 137. & ſeqq. Rot. par. 10. recent. dec. 268. & 339. Rot. coram Burat. dec. 204. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 12. d. n. 303.

11 Alienatio rei, in qua fuit immiſſus creditor ex primo decreto in actione perſonali, tenet, & contra acquirentem agendum eſt via ordinaria, dum in eo non probetur ſcientia litis, aut quòd debitor non habebat alia bona, ut de veriori teſtatur Duran. d. deciſ. 364. n. 42. & ſeqq. quicquid alii pœnæ eum relati num. 38. & 39. contrarium ſentiant, vide Ridolphin. loc. citat. Merlin. d. deciſ. 847. Paul. Rub. loc. cit. Rot. par. 10. recent. deciſ. 268. nn. 22. & ſeqq. ubi plura, & deciſ. 339. par. 11. dec. 245. n. 7. vide in §. Res n. 8.

De omnibus contentis ſub n. 8. et ſeqq. ad 12. quoad materiam rei litigioſæ, ne poſſit alienari ſub pœna nullitatis ad obviandum fraudibus, & inſuper quid alienans rem litigioſam fiſco ſolvere teneatur rei alienatæ æſtimationem, emptorque ſciens litem motam prætium amittat fiſco applicandum, per text. in l. ult. C. de litig. an vitium litigioſi contrahatur in omni re, cum nil ſit in mundo, quòd res dici non poſſit, an in actione, pignore, & hujuſmodi, an per ſimplicem citationem, quando non obſtet, vel non contrahatur vitium litigioſi, & aliis pluribus ad rem, Antun. Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 38. per tot. dixi in §. Res n. 8. et ſeqq. Vide Cancer. var. reſol. libr. 2. c. 12. Altimar. loc. cit. Abecleſ. & Creſcin. obſerv. forenſ. 159. & 204. part. 1.

Semper tamen utilis eſt creditori talis immiſſio ex primo decreto, quia illa mediante acquirit pignus prætorium, ſive hypothecam, cùm qua res tranſit in illum tertium, licèt prius non haberet hypothecam, idem Duran. d. deciſ. 364. nu. 54. & 55.

12 Alienatio facta titulo oneroſo, ut dicatur in fraudem creditorum, tria ſimul requiruntur, nempè conſilium fraudandi, hoc eſt propoſitum ex parte alienantis, ſcientia fraudis in recipiente, ac ipſius fraudis eventus, §. in fraudem Inſtit. quibus ex cauſ. manum. non licet, l. in fraudem ff. qui, & à quibus manum. lib. non fiant, Oinot. in d. §. in fraudem, & latiùs in §. Item ſi quis n. 51. & ſeqq. Inſtit. de Act. Duran. d. deciſ. 364. num. 64. & 65. Vide De Luc. de Judic. diſc. 40. n. 25., & 26. Altimar. de nullit. rub. 1. quæſt. 12. n. 292. vol. 3.

Facta verò titulo lucrativo etiam antè motam litem dicitur in fraudem ex ſolo propoſito fraudandi in alienante, quod præſumitur eo ipſo quòd non ignorat eſſe debitorem, ac bona ſua non ſufficere, & nihilominus alienat omnia bona, aut majorem partem illorum, Oinot. in d. §. Item ſi quis num. 44. & ſeqq. & Duran. d. deciſ. 364. nn. 65. & 66. &c. vide ſupra n. 7. & in §. Donatio num. 12. in fine, & n. 40. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 12. nn. 295. vol. 3. Guzman. de evict. quæſt. 11. nu. 57. Pegaſ. reſol. forenſ. c. 5. à n. 123.

Qualiter alienatio facta in fraudem poſſit revocari, Cardin. Tuſch. lit. A, concluſ. 268. Paul. Chriſtin. deciſ. 129. volum. 4. vide Altimar. de Nullit. rubr. 1. part. 4. quæſt. 39. à n. 622. vol. 6. Vide Pen. dec. 322.

Quod pendente concurſu creditorum ſit prohibita alienatio tanquam facta in fraudem paratæ executionis, Salgad. Labyr. credit. par. 1. cap. 14. n. 15. &c. Latè Altimar. de nullit. rubr. 1. quæſt. 12. nn. 302. vol. 3. Cammarat. reſponſ. 45. Hodiern. ad Surd. dec. 55. n. 17. & deciſ. 214. n. 9. & alienans omnia bona ſua, vel majorem partem etiam interpoſitis vicibus, præſumitur, hoc feciſſe in fraudem Creditorum. Fagnan. in cap. Odoardus. n. 37. de ſolut. & quod alienans bona ſua in fraudem Creditorum, non gaudeat beneficio cap. Odoardus. Fagnan. loc. cit. n. 46.

Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, an & quando poſſit revocari per fideicommiſſarium, ſtante ignorantia fideicommiſſi tam in alienante, quàm in recipiente, dixi in §. Bona num. 31. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 556. Mangil. de evict. quæſt. 111. Salgad. Labyrint. credit. par. 2. cap. 22. nu. 14. & ſeqq. vide De Luc. de Alienat. diſc. 57. n. 7. 13

An poſſit revocari à filiis vocatis, vivente patre, dixi in §. Prohibitio n.... & §. Fideicommiſſum n....

Quando dicta alienatio ſit nulla, vel poſſit ſuſtineri propter detractiones legitimæ, & Trebellianicæ alienanti competentes, vel ſtante ſubrogatione aliorum bonorum, an filius poſſit variare, & alia, vide per Gratian. deciſ. 54. per tot. & in §. Exceptio n. 27. Argel. de acquir. poſſ. qu. 8. num. 873. & ſeqq. Peregrin. de fideicomm. artic. 39. &c. Salgad. Labyr. credit. part. 2. cap. 4. num. 55. & ſeqq. Rot. par. 13. recent. deciſ. 147. De Luc. de Legit. diſ. 25. n. 42. & 43. Mantiſſ. ad ornatum ejuſdem De Luc. deciſ. 9. à num. 7. lib. 9. vol. 3. Spad. conſ. 301. lib. 3.

Quod ſit permiſſa alienatio ultimo poſſeſſori, dum amplius non ſupereſt aliquis, cui ſit reſtituendum fideicommiſſum, Altograd. conſ. 96. n. 52. lib. 1. Mart. Medic. deciſ. Senenſ. exam. 3. n. 69. &c.

Quando ſit ex permiſſione teſtatoris, fideicommiſſum extinguitur, cùm tunc dicatur inductum, quatenus alienatio non ſequatur, Merlin deciſ. 459. nn. 3. &c. vide in §. fideicommiſſum n. 23.

Quando ſit permiſſa alienatio bonorum fideicommiſſariorum ex cauſa dotis, vide latè in §. Bona nu. 21. De Franch. & Add. dec. 519. Hodiern. ad Surd. deciſ. 62. De Luc. in Ind. generl. verb. Dos quo ad Fideicommiſſa. Pen. deciſ. 1334. n. 8. & an alienari poſſint bona Fideicommiſſo vinculata prò diſſolvendis debitis contractis propter conſervationem eorumdem bonorum Mantiſſ. ad ornat. De Luc. deciſ. 40. n. 9. & 10. lib. 7. vol. 1.

Alienatio facta ſalvo conſenſu domini dicitur perfecta quoad ipſos contrahentes, quos non poteſt pœnitere, nec ſuperveniente dicto conſenſu requirit aliquod illorum factum, cum ex ſe retrotrahatur ad diem contractus; dicitur tamen imperfecta reſpectu periculi, & actionis, quæ non naſcitur niſi purificata conditione prædicta, latè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 51. per tot. infrà n. 27. 14

Alienatio bonorum ſtabilium facta ab hæretico occulto, poſteà detecto, & damnato non valet, & revocatur à fiſco, cum bona talis delinquentis ipſo jure fuerint publicata à die delicti, etiamſi emptores eſſent in bona fide, latè Petr. Cab. reſol. crim. caſ. 295. per tot. ubi etiam loquitur de eo, qui commiſit crimen læſæ Majeſtatis humanæ, vel alia delicta, an fiſco competat jus ſuper bonis alienatis poſt delictum, vide in §. Fiſcus, & §. Donatio nn. 12. ſupra num. 7. Addit. ad Sanfelic. deciſ. 372. Altimar. de Nullit. rubr. 1. quæſt. 12. n. 115. tom. 3. Hodiern. ad Surd. deciſ. 247. à n. 1. 15

Alienatio fundi dotalis facta à marito inſcia uxore non præjudicat uxori, Afflict. deciſ. 349. n. 4. 16

Imò etiam facta à muliere de conſenſu viri eſt nulla, & poteſt revocari tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 292. n. 23. &c. facit Rot. part. 13. recent. deciſ. 521. n. 12. &c. vide in §. Fundus, §. Mulier, & §. Uxor, Paul. Chriſt. dec. Belgic. 82. n. 4. &c. volum. 3. Surd. deciſ. 86. per tot. Vide Hodiern. ad Surd. loc. cit. ubi quod Mulier poteſt vendere fundum dotalem prò excarcerando Marito, quidquid in contrarium dicat Surd. cit. deciſ.

Quod

Quod convalidetur ſi morte mariti ſolvatur matrimonium, Ricc. *Collect.* 3979. Surd. *dec.* 214. & 279.

17 Alienatio rerum mulieris, vel minoris facta ex cauſa neceſſaria, puta pro retrovenditione cenſus, vel in caſu juris congrui, & ſimilibus, non requirit ſolemnitates ſtatutarias, dixi *in §. Statutum requirens*, & *ſ. Decretum*, & facit Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 931. *per tot.*

18 Alienatio facta de conſenſu, & mandato teſtatoris, operatur, ut is in quem fit alienatio, dicatur bona illa habere à teſtatore, & non ab alienante, Cravett. *conſ.* 344. *n.* 11. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 416. *nu.* 2. *&c.* 878. *n.* 6. latè Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 427. & *ſeqq. fol.* 149. *vide §. Licentia, & ſ. Minor*, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 178. *n.* 1. *&c. vol.* 3. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 179. *n.* 2. & *ſeqq.*

Et ideò tunc minor, vel adminiſtrator in executionem voluntatis teſtatoris, quæ etiam colligi poteſt ex actu nullo, poteſt alienare ſine decreto, Menoch. *de arbitr. caſ.* 171. *n.* 67. & *ſeqq.* Rot. poſt Pacif. de Salvian. *deciſ.* 110. *n.* 2. & *n.* 20. ubi intelligit quando conſtat de voluntate teſtatoris alienandi, Sanfelic. *deciſ.* 281. *n.* 4. Roland. *conſ.* 99. *n.* 39. *lib.* 1.

Non tamen ſufficit mandatum ſolvendi debita, niſi in ſpecie ſit dictum rem diſtrahi poſſe, vel debere, & propterea ſolemnitates requiruntur etiam in venditione rerum minoris pro ſolvendo debito hæreditario, ac etiamſi agatur de executione contractus cum patre celebrati, Gratian. *deciſ.* 131. *per tot.* Surd. *deciſ.* 77. *per tot.* Rot. *d. par.* 10. *recent. dec.* 179. & *par.* 12. *deciſ.* 355. *n.* 35. *etc.* ubi quod ſimplex facultas alienandi à teſtatore conceſſa intelligitur, ſervatis juris ſolemnitatibus, & contraria procedunt quando adeſt mandatum teſtatoris alienandi rem certam, *et par.* 13. *deciſ.* 368. *vel* 370. *n.* 13. *&c. quæ eſt in Ravennaten. relevationis*, & rurſus in eadem cauſa *dict. par.* 13. *deciſ.* 400. *n.* 9. & *ſeqq.* ubi etiam quod debet fieri præſente pecunia, & probari verſio in extinctionem debitorum.

19 Alienatio rerum minoris facta ſine cauſa, & debitis ſolemnitatibus eſt nulla, etiamſi pater illas res venales expoſuerit, modo non caverit teſtamento quod diſtrahantur, *l.* 1. *ſ. ſi defunctus, ff. de rebus eorum*, Montan. *de tut. cap.* 33. *nu.* 113. *fol.* 138. Rot. poſt Pacif. de Salvian. *deciſ.* 110. *per tot.* & *par.* 13. *recent. dec.* 50. ubi quòd competit minori reintegratio, & ſufficit quòd cauſa ſit in parte falſa, etiamſi in alia parte eſſet vera, & non obſtante prætenſa ratificatione æquivoca, & non data plena notitia nullitatis, vide *in §. Remedium nu.* 8. Rot. *dict. par.* 13. *deciſ.* 139. *per tot.* & *dec.* 261. *n.* 7. *&c.* ubi etiam, an, & quando ſit reſtituendum pretium, vel non, de quo infrà *nu.* 22. *vide* Gob. *conſult. dec.* 71. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *n.* 353. *tom.* 8.

Amplia licèt fundus eſſet ſaxoſus, ſterilis, vel peſtilens, Montan. *loc. cit. n.* 122. Gob. *conſult. dec.* 71. *n.* 82. Vide Altimar. *de nullit. rub.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *n.* 250. *tom.* 8.

Item quamvis alienatio fieret ob debitum fiſcale, Montan. *ubi ſup. num.* 122. *vide* Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *p.* 4. *quæſt.* 38. *n.* 318. *tom.* 6.

Item etiam in mobilibus, quæ ſervando ſervari poſſunt, de quo tamen vide latè Montan. *d. cap.* 33. *n.* 439. & *ſeqq.* Roland. *de lucro dot. quæſt.* 45.

Ubi agitur de alienatione rerum minoris, Hermoſill. *ad leg. partit. tom.* 2. *gloſſ.* 3. *l.* 4. *tit.* 5. *fol.* 419. Ant. Gob. *conſult.* 71. & *ſeqq.* Andreol. *controv.* 384. *per tot.* De Luc. *in indic. verb. alienatio rerum minorum, & mulierum*. Manſ. Palm. Altimar. Jovi. & alii.

Mobilia autem, quæ ſervando ſervari non poſſunt, prout pecunia, & ſimilia, poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus, Rot. *par.* 2. *diverſ. deciſ.* 89. *n.* 1 *&c.* latè Altimar. *de Nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *nu.* 258. *tom.* 8.

Quid in Molendinis dixi *in §. Molendinum*, latè Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt.* 2. *ſect.* 1. *num.* 269. *tom* 8.

Quid in locatione ad longum tempus, vide *§. Locatio* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 8. *n.* 2. Coſtantin. *ad Statut. Urb. in Indic. General.*

20 Alienatio rerum immobilium minoris valet ſine ſolemnitatibus quando fieret ex neceſſitate, & conſequentia actus permiſſi, latè Montan. *de tut. d. cap.* 32. *nu.* 434. & *ſeqq. fol.* 150. Afflict. *deciſ.* 285. *nu.* 16. & *ſeq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *n.* 348. *cum antecedentibus & ſubſequentib. tom.* 8.

Item quando fieret ex neceſſitate præcedentis contractus illius, cui minor ſucceſſit, vide Montan. *d. cap.* 33. *n.* 447. Magon. *deciſ. Flor.* 22. *nu.* 7. Paul. Chriſt. *deciſ.* 178. *n.* 3. *vol.* 3. ubi quando fit in executionem contractus initi cum patre, vel auctorem minoris Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *n.* 347. *tom.* 8.

Item quando minori non eſt damnoſa, cùm ſit in ejus electione ſtare, vel non ſtare contractui, Montan. *ubi ſupra nu.* 450. & *ſeqq.* vide Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 139. *per tot.* ubi an, & quando poſſit ſuſtineri ob utilitatem minoris, ſicut ſuſtineri poſſet probata verſione, & *deciſ.* 261. *n.* 8. *&c.*

Debet tamen clarè conſtare de verſione, aliàs eſt nulla, ut in terminis impoſitionis cenſus pro nullitate reſoluit Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 407. *vide in ſ. Cenſus num.* 19.

Item valet facta in ultima voluntate, ut dixi *in ſ. Minor num.* ... Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 178. *nu.* 2. *vol.* 3. vide relatos per Gob. *conſult. dec.* 71. *num.* 30.

Item valet quando minor alienaret rem alterius tanquam illius Procurator, Montan. *d. cap.* 33. *num.* 469. & *ſeqq. fol.* 151. *vide* Galvan. *conſ.* 41.

Item juramentum ſupplet ætatem, & firmat contractum abſque alio judicis decreto, Sanfelic. *deciſ.* 281. *num.* 3. *vide in ſ. Juramentum* De Luc. *de alienat. diſc.* 61. *num.* 4.

Valeret etiam quando juſſu judicis fundus eſſet pro pignore captus, & diſtractus ob vim rei judicatæ, vel quando fundus eſſet penes minorem jure pignoris tantùm, vel quando minor non poſſideret, & quando tutor ſe obligaſſet de proprio, nam quoad eum eſſet valida obligatio, Menoch. *de arbitr. caſ.* 171. *n.* 71. & *ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 178. *vol.* 3. *n.* 4. *&c.* ubi plura quando decreto opus non ſit, *juxta tit. C. quando decret. opus non ſit.*

Alienatio rerum minoris, cui poſteà tutor ſucceſſit non poteſt ab ipſo tutore impugnari, Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 480. *fol.* 151. *dixi in ſ. Tutor.* 21

Item impugnari non poteſt quando minor communi opinione reputabatur major, niſi contrahens eum illo ſciat hujuſmodi opinionem eſſe falſam, Montan. *loc. cit. num.* 478. *&c.* facit quod dixi *in ſ. Opinio.*

Item tenet quando provenit ex delicto, cum tunc minor amittat privilegium ſuum, niſi eſſet prohibita favore alterius, Montan. *d. cap.* 33. *nu.* 507. *&c. fol.* 153. & dixi in §. *Minor*. De Luc. *de alienat. diſc.* 29. *à n.* 22. *per tot.* & *diſc.* 61. *per tot.* Altimar. *loc. cit. n.* 372.

Item ſi fuerit confirmata, vel ratificata expreſsè, ſive tacitè à minore facto majore, & quomodo, vide *tit. Cod. ſi major. fact. alienat. &c.* ubi Gloſs. & DD. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 180. *vol.* 3. *dixi in §. Minor nu.* 13. & §. *Ratificatio num.* 12. Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 139. *nu.* 13. *et ſeqq.* Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 447. *nu.* 17. *et* 18.

Alienatio bonorum immobilium per minorem facta eſt ipſo jure nulla ſine auctoritate tutoris, vel curatoris, & decreto judicis, *leg. magis puto, ſ. non paſſim, ff. de reb. eorum*, firmatur tamen juramento, Bart. *in leg. ſi quis pro eo ff. de fidejuſſ.* Everard. *loc. à vi, & energ. juram. num.* 7. Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 575. & *ſeqq. fol.* 155. Merlin. *deciſ.* 215. *et* 444. *per tot. deciſ.* 646. Ricc. *Collect.* 3941. *et* 2174. latè Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 341. Hermoſilla *ad l. partit. tom.* 2. *gloſſ.* 2. *etc. l.* 4. *tit.* 5. *fol.* 414. *etc.* vide De Luc. *de alienat. diſc.* 61. *num.* 4. *et ſeq.* Brunnemann. *in d. l. magis puto ff. de reb. eor.* 22

Quod in contractu debeat intervenire etiam minor, vel pupillus, quando eſt proximus pubertati, itaut venditio aliter facta à ſolo tutore, vel curatore ſit nulla, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 128. *num.* 13. *et deciſ.* 179. *num.* 11. vide *in §. Pupillus num.* 3. ubi quod eſt controverſa opinio ex eadem Rot. *deciſ.* 187. *par.* 10. *et par.* 13. *deciſ.* 368. De Luc. *de Alienat. diſc.* 35. *n.* 16. *et* 17. *de cred. diſc.* 27. *n.* 12.

Quid ſi agatur de bonis fideicommiſſo ſubjectis, quæ poſſunt alienari per dote, vide Gratian. *deciſ.* 182. *per tot.* videndus Carl. Anton. De Luc. ad Gratian. *cit. cap.* 182.

Quod

Quod minor possit bona sua nulliter alienata, à quocumque possessore vindicare, etiam non restituto pretio, nisi probetur in ejus utilitatem versum, quia tunc non debet locupletari cum aliena jactura, & à quo sit probanda versio Paul. Christin. decis. 174. n. 6. 7. decis. 176. n. 2. etc. vol. 3. Merlin. decis. 219. per tot. ubi idem in Ecclesia, et decis. 444. nu. 15. etc. & in minore benè Rot. par. 14. recent. decis. 139. nn. 4. et seqq. et decis. 261. n. 8. et seqq. per tot. dixi in §. Versio n. 1. et 5. et §. Læsio n. 3. De Luc. de Alienat. disc. 28. n. 17.

Quod duobus modis retractetur dicta alienatio, nempe per viam nullitatis, & restitutionis in integrum, idem Christin. decis. 175. vol. 3.

An possit recuperare etiam fructus, dixi in §. Fructus n. 9. vide Rot. par. 9. recent. decis. 341. ubi quod recuperat etiam fructus contra tutorem.

23 Alinnatio rerum immobilium minoris, vel pupilli, ut valeat, debet subesse causa necessaria urgens, quæ non possit reparari per alienationem mobilium, hocque patere judici per diligentem inquisitionem prius factam, vendatur res minus damnosa, pro parvo debito non vendatur res magni valoris, interveniat subhastatio, fiat cum auctoritate tutoris, vel curatoris, & decreto Judicis, Jodoch. Damhouder. tract. de subhast. cap. 2. num. 21. Rot. post Pacif. de Salvian. decis. 110. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 479. n. 40. et cap. 555. nu. 34. et decis. 130. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 341. per tot. et par. 12. decis. 355. Menoch. de arbitr. cas. 171. per tot. Ricc. Collect. 3941. 2174. et 2338. Montan. de tut. cap. 33. per tot. Tusch. litt. M, conclus. 268. per tot. Paul. Christin. decis. 174. et seqq. volum. 3. Afflict. decis. 249. ubi refert octo requisita, quæ conveniunt cum prædictis, idem Christin. ad leg. municip. tit. 19. art. 16. et seqq. Merlin. decis. 215. et 444. ubi latè pro nullitate, et decis. 540. ubi pro nullitate census, et decis. 175. Thomat. decis. 245. Marcian. disp. for. cap. 71. et 72. per tot. ubi quod nec per quietationem, sive liberationem quantumvis generalem per pupillum licèt majorem factam tutori, non impeditur agere contra emptorem ex capite nullitatis. Quoad subhastationem, vide in §. Subhastatio num. 2. ubi contra, Rot. post Urceol. de transf. decis. 35. et par. 15. recent. decis. 193. ubi plenè pro nullitate alienationis rerum immobilium minoris ex defectu causæ, & solemnitatum juris communis, & statutorum, et par. 16. decis. 206. et part. 17. decis. 352. ubi stante nullitate ex defectu causæ, & solemnitatum nulla orta fuit obligatio civilis, nec naturalis, nec in conscientia, nec potuit induci ratificatio expressa, nec tacita absque præcisa, & indubitata scientia nullitatis, & doli, vide in §. Ratificatio, & Rot. part. 28. recent. decis. 447. per tot. Ganaver. cons 6. per tot. ubi latè pro nullitate venditionis factæ à matre tutrice, ex eo quod non adimpleverit solemnia, ex defectu cognitionis causæ, subhastationis, & aliis, itaut res sit minori restituenda cum fructibus, denegata etiam emptori ob ejus malam fidem actione evictionis, & restitutionis pretii, etiam contra tutorem, qui mediante procuratore alienaverat Altimar. de nullit. rubr. 1. part 4. quæst. 28. n. 310. vers. ut alienatio tom. 6. & rubr. 2. & 3. quæst. 1. sect. 1. tom. 8.

Quod ut creditores dicantur urgere sufficiat debitum parere usuras, ac repeti posse via executiva ad libitum ipsorum creditorum, Rot. part. 17. recent. decis. 364. num. 10. par. 18. dec. 253. & 289. per tot. Rot. coram Dunozet. dec. 550. n. 12.

Pro sustentatione contractus initi de consilio conjunctorum dato per judicem curatore, ubi non adesset tutor, Rot. part. 15. recent. decis. 107. & decis. 213. et part. 18. decis. 253.

Qualiter causa alienationis debeat esse præcisa, & expressa, Rot. post Urceol. de transact. decis. 35. et par. 25. recent. decis. 293.

Quod valeat alienatio stabilium minoris, quæ plus incommodi, quàm utilitatis afferunt, etiam sine solemnitatibus, Capyc. dec. 113. n. 8. et 10. in fine, Surd. decis. 278. n. 23. ubi Hodiern. num. 28. Merlin. decis. 764. nu. 3. Mastril. decis. 13. n. 9. et 10. Ciarlin. contr. 196. n. 15. cum aliis quos refert, & sequitur Joan. Paul. Melii obser. 47. n. 12. & dixi in §. Minor num. 8. Altimar. de Nullit. rubr. 2. et 3. quæst. 1. sect. 1. n. 351. tom. 8. Melius obser. 47. n. 12. Hermosil. tom. 2. glos. 2. cum seqq. leg. 4. tit. 5. à fol. 453. usque ad fol. 459.

Ubi agitur de eadem materia alienationis rerum minoris, Hermosill. ad leg. partit. tom. 2. gloss. 2. cum plurib. seqq. leg. 4. tit. 5. à fol. 453. ad 449. ubi latè totam materiam pertractat Ant. Gob. Consult. 8. per tot. De Luc. in Indic. General. Altimar. loc. cit. Jovi. Costantin. ad Statut. Urb. annot. 25. per tres articulos.

In quo loco sit facienda subhastatio, Tusch. lit. M, concl. 267. Altimar. de nullit. rubr. 2. 3. quæst. 1. sect. 1. n. 347. tom. 8. Crescin. ad Abecedes. observ. forens. part. 1. observ. 133. n. 1. & 2. cum aliis seqq.

Quando valeat impositio census, Ciarlin. controv. 196. per tot. Cyriac. contr. 74. n. 25. et 219. n. 3.

Quod sit nulla alienatio si creditores, non instent, Simoncel. de decret. lib. 1. tit. 1. nu. 35. Honded. consil. 23. num. 26. lib. 2. Menoch. d. cas. 171. num. 5. et seqq. Merlin. dec. 444. per tot. n. 4. et seqq. Rot. post Urceol. de transact. dec. 35. nu. 4. vide eumd. Urceol. consult. 63. & Rot. recent. part. 18. tom. 1. decis. 42. Altimar. d. sect. 1. sub n. 343.

Imò non esse necessariam creditorum urgentiam quando debitum est sub usuris, & quatenus requiratur illam præsumi ex decreto judicis, & aliis solemnitatibus, Ciarlin. contr. 218. num 18. 23. et 24. Paul. Christin. decis. Belgic. 174. num. 4. vol. 3. Urceol. Consult. for. cap. 55. n. 19. etc. vol. 2. vide Rot. part. 12. recent. decis. 355. ubi plura in contrarium, et par. 13. decis. 139. per tot.

Quod ubi bona essent peritura, vel immineret grave æs alienum, nec aliquis adesset tutor, possit judex de consilio conjunctorum ex officio dare curatorem ad certam rem, qui potest omnia, quæ posset tutor, & sustineatur contractus cum eo initus, Osasch. decis. 89. Cavaler. decis. 207. Rot. par. 14. recent. decis. 473. per tot. & dixi in §. Curator. num. 23.

Et quod causa debeat esse necessaria, ita ut non sufficiat evidens utilitas minoris, vel pupilli, ut si vellet fundum sterilem, & infructuosum vendere, ut bonum, & fertilem emat, Afflict. decis. 87. Capyc. decis. 113. cum aliis per Menoch. dict. cas. 117. num. 69. et seqq. Merlin. d. decis. 444. n. 2. etc. Rot. part. 9. recent. decis. 341. per tot., et part. 13. decis. 139. num. 10. et seqq. intellige ut supra num. 20. et infra num. seqq. Altimar. de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. 1. sect. 1. nu. 352. tom. 8. Andreol. controv. 136. n. 10.

Quod causa debeat esse præcisè expressa, nec sufficit enunciatio generalis plurium indigentiarum, ut judici innotescat quid substantialiter agatur, cum decretum requirat causæ cognitionem, Merlin. decis. 737. n. 16. etc. ubi loquitur de quacumque obligatione minoris, vel alterius prohibiti contrahere sine decreto, & latè Urceol. consult. for. cap. 62. num. 16. et seqq. volum. 2. Rot. par. 12. recent. decis. 109. vide in §. Decretum nu. 6. §. Mulier num. 19. Rot. par. 12. recent. decis. 355. et in §. Causa num. 23. Rot. part. 13. decis. 368. vel 370. num. 2. et seqq. in Ravennaten. revelutionis, et rursus in eadem causa d. part. 13. decis. 400. n. 2. et seqq. et dec. 521. n. 3. et seqq. et par. 14. decis. 31. per tot. Latè Altimar. de nullit. loc cit. dict. sect. per tot. præsertim n. 343.

Alienatio facta per minorem, vel Ecclesiam non servatis solemnitatibus, valet donec opponatur de nullitate, etiamsi statutum diceret quod contractus sit ipso jure nullus, cùm sit in minoris, vel Ecclesiæ facultate, & electione approbare, vel reprobare contractum, adversarius autem non potest, nisi uti remedio, de quo dixi in §. Contractus, et §. Minor, Capyc. decis. 105. Pract. Papp. in Addit. act. real. gloss. veris, et legitimis num. 48. Montan. de tut. cap. 33. num. 456. et seqq. fol. 150. et cap. 30. nu. 166. etc. fol. 95. Gratian. discept. forens. cap. 27. n. 39. cap. 202. n. 22. cap. 803. num. 44. et cap. 838. n. 24. latè Sperel. decis. 155. per tot. Pic. ad stat. Urb. gloss. 7. latè Fulgin. de jur. emphyt. tit. contract. emphyt. quæst. 21. per tot. Hermosil. ad leg. partit. tom. 2. glos. 7. leg. 4. tit. 5. nu. 18. et seqq. fol. 431. Rocc. select. disput. jur. cap. 111. n. 7. vol. 2. 24

Quod donec Ecclesiam pœniteat alienatio habeat implicitum statum validitatis ab initio, Duran. decis. 397. num. 11. et num. 29. Rocc. loc. cit.

Quod ita demum sit nulla, si placeat Ecclesiæ, aliàs secus, cùm non possit nullitas ab alio allegari, Rot. part. 2. diversf. decis. 133. nu. 11. et 12. et decis. 225. nu. 4. part. 3. lib. 2. Menoch. de arbitr. cas. 172. n. 39. etc.

ubi

ubi quod imò hodie non claudicat alienatio, sed est omninò nulla, *per extravag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* ut explicat Redoan. *de rebus Eccles. non alien. rub. 77. de Hospit. cons. 6.* vide Franch. *decis. 35. per tot.* Fulgin. *d. quæst. 21. per tot.* ubi quod claudicat ut supra Sperell. *decis. 155. nu. 16. et seqq.* Dian. *part. 1. tract. 8. resolut. 77.* Gratian. *discept. 559 num. 64.* Merlin. *decis. 849. num. 1.* Rot. *part. 10. recent. decis. 200. per tot.* ubi an, & quando manutentio competat Ecclesiæ, vel acquirenti super bonis nulliter alienatis, vide *in §. Remedium num. 6. in fine*, Rot. *part. 14. recent. decis. 468. n. 1. &c.* ubi quod Ecclesiæ contractus sine solemnitatibus est nullus favore Ecclesiæ, & ideò si Ecclesia attenta ejus utilitate velit stare contractui, non potest alter ab eo recedere, ne id quod favore ipsius inductum est in læsionem convertatur dixi *in §. Beneplacitum nu. 8.* De Luc. *de Alienat. disc. 1. num. 110.*

Et cum habeat, ut dixi implicitum statum validitatis, quandocunque Ecclesia, vel minor declaret nolle stare contractui non sunt restituendi fructus medio tempore percepti, Sperel. *decis. 155. num. 67. vide in §. Fructus infrà num. 26.*

An si Ecclesia sit hæres Prælati alienantis teneatur approbare alienationem ab eo factam absque solemnitatibus, vel in casu probibito, Paul. Christin. *decis. Belg. 82. volum. 3.* ubi quod sic juxta Gloss. *in cap. 1. de testam.* ubi etiam Covar. *nu. 13.* Alex. *cons. 30. volum. 6. vide in §. Hæres n. 16.*

Quòd regulariter ſint præſtanda ſecundùm dignitatem, & qualitatem perſonæ, cui debentur, & ſic lautiora nobili, quàm ruſtico, latè explicat Surd. *de alim. tit.* 4. *quæſt.* 18. *per tot. cum ſeqq. quæſt.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 410. *num.* 1. ubi etiam de qualitate loci attendenda, & loquitur de alimentis pupillorum, *et part.* 53. *deciſ.* 7. ubi in qua ſumma taxentur Romæ pro viro nobili, *et deciſ.* 484. ubi pro juvene ſtudente fuerunt taxata in ſcutis quindecim menſtruis dixi in §. *Legatum num.* 68. Rot. *recent. part.* 19. *deciſ.* 315. *n.* 2. *tom.* p. Nicoli *elucubrat. utriuſq. jur. Inſtitut. Imperial. tit.*

de hered. quæ ab intest. def. Crescin. ad Pen. *decis.* 429.

15 Alimentis necessariis ad condecentem victum alicui legatis, ita ut appareat testatorem se restrinxisse ad indigentiam, & necessitatem alendi, non debentur si ipse alendus possit aliundè etiam ex propriis ejus bonis illa habere, Alex. *cons.* 72. *nu.* 11. *lib.* 5. Cravett. *cons.* 702. *num.* 27. Ludovis. *decis.* 443. *num.* 9. *et* 10. Altograd. *cons.* 95. *nu.* 88. *lib.* 1. *& cons.* 73. *in fine lib.* 2. Ludovis. *dec.* 443. *n.* 9. *&* 10.

Debet attendi an quis possit se alere ex fructibus, cùm non teneatur vendere proprietatem, nec jocalia, ut se alat, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 398. *num.* 28. Monach. *dec. Bonon.* 58. *num.* 7.

Quòd habenti aliundè se alere, non debeantur alimenta ex dispositione juris, vel judicis officio, secus autem si debeantur ex contractu, & jure actionis, nam ista debentur etiamsi alendus aliundè habeat, Alex. Dec. & Jas. *in l. de alimentis*, *Cod. de transact.* Coccin. *decis.* 402. *num.* 11. *&* 12. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 442. *num.* 6. *&* 7. ubi de muliere nupta, cui debentur alimenta antea legata, licèt postea nupserit, & viro incumbat onus alendi. Nicol. *Institut. Imperial. tit. de act. n.* 6. Cels. *decis.* 67. *n.* 6.

16 Alimenta præterita quæ erant debita officio judicis, & non jure actionis, non possunt peti quando fuerunt aliunde habita, nisi debitor fuerit interpellatus, & ob moram illius contractum debitum occasione prædicta, Gratian. *discept. forens. cap.* 22. *num.* 19. ubi quòd isto casu datur actio tam ei, cui debentur alimenta, quàm illi, qui mutuavit, cùm utriusque intersit, idem Gratian. *cap.* 104. *num.* 57. *cap.* 815. *num.* 4. *& cap.* 954. *nu.* 39. Mart. Medic. *decis.* 89. *num.* 19. *&c.* Sperel. *decis.* 138. *nu.* 40. *et seqq. vide §. filius*, latè Gizzarel. & Addent. *decis.* 47. ubi de alimentis præteritis an possint à filiis spuriis prætendi, quo jure, & an transmittantur ad hæredes, ac alia. Deluc. *de dot. disc.* 8. *num.* 5. *et* 6. Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 630. *n.* 4. *tom.* 2.

Quando autem sunt debita jure actionis puta ex testamento vigore legati possunt peti etiam præterita, Rot. *p.* 2. *divers. decis.* 203. facit quod dixi in §. *Interesse*, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 398. *num.* 25. *&c.* ubi quòd debita vigore statuti, & decreti judicis debentur jure actionis, vide Gizzarel. & Addent. *d. decis.* 47. *per tot.* Deluc. *loc. cit.*

Dicuntur tamen alimenta non præterita, sed futura à die litis motæ, & debentur ab eo die, ac non soluta transmittuntur ad hæredes etiam quòd æs alienum pro illis non fuerit contractum, ne aliàs debenti alimenta detur materia, & occasio differendi, & calumniandi, ut ex calumniis, & dilationibus alimenta tanquam præterita non solvat, Stanch. *decis.* 605. *per tot. ubi etiam num.* 8. quòd omnia alimenta, quæ ex juris dispositione debentur dicuntur debita officio judicis, exceptis illis quæ debentur ex legato, vel ex contractu, Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 60. *num.* 16. Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 764. *nu.* 5. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 171. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 398. *num.* 25. *etc. decis.* 472. *num.* 25.

An alimenta futura possint remitti, vel aliter super illis transigi, Tusch. *litt. A*, *conclus.* 308. *vide in §. Transactio n.* 5. Salgad. *Labyrint. cred. part.* 1. *cap.* 26. *n.* 15. *& seqq. num.* 42. *et seqq.* ubi plura Ciarlin. *contr.* 202. latè Castil. *de aliment. lib.* 8. *cap.* 70. *per tot.* Pignatell. *consult.* 34. *n.* 4. *tom. p. et consult.* 526. *num. p. tom.* 4.

Quomodo differant præterita, & futura, Ricc. *Collect.* 584. Castil. *loc. cit. num.* 13. Abeccles. & Crescin. *observ.* 59. *et* 166. *part. p.*

Quæ dicantur alimenta præterita, vel futura, Bich. *decis.* 71. *num.* 29. *& et decis.* 82.

17 Alimenta alicui relicta usque ad decennium, si nondum completo tempore decedat legatarius, non debentur ejus hæredibus, usque ad dictum tempus, sed extinguuntur, Gratian. *discept. forens. cap.* 104. *num.* 36. *vide supra nu.* 12. *in fine*.

Debentur tamen in principio cujuslibet anni anticipatè pro integro anno, itaut etiam non exacta transmittantur ad hæredes legatarii pro anno incœpto, pulchrè Franch. *decis.* 135. *per tot.* Emerix. jun. *decis.* 1154. *et decis.* 1184.

Quòd alimenta regulariter sint præstanda singulo mense, & sic de mense in mensem, *l. fin. ff. de lib. agnosc. l. pecunia in fine, ff. de alim. & cib. leg.* latè Surd. *de alim. tit.* 4. *quæst.* 17.

Alimenta præstanda per scriptum hæredem ejus vita 18
durante, debentur etiam post mortem hæredis scripti ab illius hæredibus, durante vita alimentarii, vel tempore aliàs præstituto, Grat. *discep. for. c.* 131. *n.* 4. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 203. *per tot* ubi adducit rationem, quia dicta verba, *per rescriptum hæredem*, durante vita ejus sunt apposita solutioni, non dispositioni, & stant demonstrativè, non limitativè, vide §. *Legatum*.

Quis dicatur aliundè vivere posse, vide Cabal. *consult.* 154. *num.* 27. *et seqq. lib.* 2. *dixi in §. Pater nu.* 7. *et num.* 10.

Quod alimenta finiantur cum morte illius, cui sunt præstanda, vel adveniente tempore aliter statuto, vel cessante causa, ob quam præstabantur, vel defecta conditione, vel finita lite: si tamen fuerint relicta Rectori Ecclesiæ vel alteri sub nomine dignitatis transeunt ad successorem, prout latè omnia prædicta, & alia explicat Surd. *de aliment. tit.* 5. *quæst.* 1. *et seqq. per tot.*

Quòd in alimentis non habeat locum jus accrescendi, dixi in §. *Jus accrescendi num.* 15.

Cessat etiam obligatio legalis alendi ex omnibus caussis, ex quibus permissa est exhæredatio, item stante inopia debitoris, item si alendus possit aliundè vivere, & similibus casibus relatis per Surd. *d. tract. tit.* 7. *per tot.* Millin. *decis.* 77. Brunnemann. *sup. ff. lib.* 25. *tit.* 3. *leg.* 5. *n.* 26.

Plura de legato alimentorum, Tusch. *litt. A*, *concl.* 289. *& seqq.* Marthæ *de success. part.* 4. *quæst.* 18. *art.* 7.

An autem dicatur aliundè vivere posse, qui potest alicui Principi servire in bello, vel alio modo etiam satellitium præstando, vel aliam artem vilem exercendo secundùm conditionem suam, affirmat Curt. jun. *consil.* 148. negat autem Surd. cum distinctione *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 28.

Alimenta regulariter non habent hypothecam, sicut 19
nec legitima, unde non possunt peti contra tertios possessores bonorum patris, nisi sint illius hæredes, vel nisi fuerint legata, Gratian. *discept. forens. cap.* 366. *per tot. & decis.* 129. *nu.* 11. *& seqq.* Franch. *decis.* 686. *nu.* 5. Galvan. *cons.* 35. *num.* 9. *etc.* Giurb. *decis.* 5. *num.* 13. *& seqq.* latè Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 5. *per tot.* Surd. *de alim. tit.* 2. *quæst.* 4. *et tit.* 8. *privil.* 49. 50. 51. *et* 52. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 398. *n.* 33. *etc.* ubi intelligit de alimentis filiorum, vel donatoris, nisi expressa sint bona ex quibus solvi debeant, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 166. *num.* 34. *etc.* ubi quòd licèt non habeant hypothecam, possunt per judicem assignari bona pro faciliori consecutione summæ taxatæ ex ipsorum bonorum redditibus, ac ita servari per Magistratus ad tollendas rixas, & conservandam pacem, Rot. *d. part.* 12. *in Append. decis.* 411. Latè Castil. *de Aliment. lib.* 8. *cap.* 66. *per tot.* Spad. *cons.* 244. *n.* 6. *lib.* 2. Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 598. *n.* 22. *tom.* 2. Emerix. jun. *decis.* 1116. De Comitib. *decis. Floren.* 48. *n.* 28.

De hac materia, & quando alimenta habeant hypothecam cum privilegio prælationis, vel non. plenè videndus Salgad. *Labyr. credit. part.* 1. *cap.* 24. *nu.* 81. *et seqq.* Rot. *part.* 14. *decis.* 87. Carleval. *de judic. part.* 2. *tit.* 3. *disput.* 29. *per tot.* ubi firmat conclusionem, quòd creditor ex causa alimentorum, seu pecuniæ datæ ad alimenta debitoris communis, præfertur omnibus creditoribus anterioribus habentibus etiam expressam hypothecam, quam pluribus modis probat, & declarat. Felician. *de sol. in tract. de cens. tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 4. *n.* 12. Rot. in Mantiss. ad Card. De Luc. *decis.* 3. *a n.* 8. *libr.* 16. *vol.* 4.

An autem alimentarius, cui fuit assignatus fundus pro alimentis teneatur ipse, vel debitor solvere collectas, vide Ciarlin. *controv.* 209.

Qualiter onus alendi sit reale, afficiat bona, & transeat in singularem successorem, vide Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 6. *num.* 13. 25. *&* 26. Rot. *part.* 14. *decis.* 48. Rot. in Mantiss. ad Card. De Luc. *cit. decis.* 3. *a num.* 8.

Præfertur tamen tertius possessor habens causam, & hypothecam à patre, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 51.

nu.

nu. 11. vide part. 14. decis. 48. & decis. 482. ubi quòd alimenta non possunt à filiis prætendi in concursu creditorum super bonis paternis, sed tantùm in bonis fideicommissi aviti.

Debita uxori cùm veniant accessoriè ad dotem, habent eamdem hypothecam, & privilegia dotis, Gratian. discept. 634. per tot. & decis. 129. num. 15. & seqq. Merlin. loc. cit. in fine, Surd. d. tit. 2. quæst. 2. Ricc. Collect. 1958. ubi ampliat etiam ad commodum filiorum, Rot. part. 9. recent. decis. 398. nu. 35. Salgad. d. tract. part. 2. cap. 24. nu. 91. &c. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 20. num. 4.

Qualiter petantur officio judicis, vel jure actionis, latè Surd. de alim. d. tit. 2. per tot.

20 Alimentis præstitis voluntariè pro tribus annis, an illorum favore inducatur obligatio in futurum, vide Gratian. discept. 562. num. 49. decis. 64. num. 1. & seqq. & decis. 152. in Addit. Menoch. lib. 3. præsump. 131. num. 5. et seqq. ad 20. ubi multis modis declarat, facit Sperel. decis. 70. num. 8. etc.

Affirmativam tenet Rot. in Romana alimentorum 30. Januarii 1637. coram Dunozet. in Noviss. part. 7. dec. 193. num. 66. etc. vide latè Surd. de aliment. tit. 8. privil. 22. per tot.

21 Alimenta debentur patruo à nepote, & è contra ut respondendo contrariis, latè probat ex jure Pontificio, Cæsareo, & Divino, Rot. in d. decis. 193. per tot. ubi num. 50. etc. ampliat quamvis patruus esset naturalis tantùm, adde Surd. de alim. tit. 1. q. 28. Giurb. decis. 5. per tot. facit quòd dixi in §. Dos. Altimar. de Nullis. rubr. 2., et 3. quæst. 1. num. 68. tom. 8. Emerix. jun. decis. 1106.

22 Alimenta qualiter debeantur uxori à viro post separationem thori, vide in §. Dos num. 28. et §. Maritus num. 2. et seqq. ubi etiam quid si propria auctoritate, & culpa ab eo recesserit, vel culpa viri, Marescott. var. resol. cap. 83. nu. 66. et seqq. lib. 2. Rot. part. 16. recent. dec. 117. ubi quòd debentur tantùm ad ratam dotis receptæ, & non ultrà Surd. in tract. de Aliment. tit. 7. quæst. 17. Pen. dec. 1051. decis. 1366. et decis. 1682. Abecclef. & Crescin. obser. forens. part. 1. obser. 10.

An, & quando debeantur uxori adulteræ, vel non, Thom. Trivis. decis. 16. lib. 2.

23 Alimenta integra debentur licèt tot fructus non recolligantur, vel fuerint diminuti ex prædio, vel alia assignatione pro illorum præstatione destinata, Guid. Pap. decis. 8. per tot. vide §. Donatio, et §. Legatum n. 19.

Intellige quando prædium stat demonstrativè, secus si restrictivè, & taxativè, ut benè declarat Surd. de aliment. tit. 4. q. 26. per tot.

24 Alimenta præsumuntur præstita ab illo, qui penes se habuit animal, vel personam alimentatam, cùm nemo præsumatur vivere de vento, Menoch. lib. 5. præsump. 71. per tot. facit quod dixi in §. Carcer. nu. 13. Tusch. litt. A. conclus. 303. Surd. de aliment. tit. 1. q. 70. ubi quòd pro illis competit retentio, & tit. 8. privil. 62. per tot. Ricc. Collect. 3399. ubi etiam quòd præferuntur quibuscunque creditoribus, vide in §. Animal. n. 7. Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 11. num. 64. Vide Emerix. jun. decis. 984. n. 6.

Qualiter autem alimenta fuisse alicui continuò præstita possit articulando probari, Benintend. decis. Bonon. 43. & alii relati per Marcel. Cala de mod. art. & prob. §. 2. glos. unic. nu. 179. Vide Mascard. de Probat. concl. 77. num. 7.

25 Alimenta debentur ex Reipublicæ bonis Decurionibus, qui facultatibus sunt consumpti, præsertim si muneris occasione pro patria suas erogaverint fortunas, l. Decurionibus ff. de decur. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 46. num. 3. dixi in §. Administrator, Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 61. per tot.

Item debentur patrono Ecclesiæ ab illius Rectore, si indigeat, & supersint fructus, Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 83. num. 58. & seqq. vide in §. Patronus n. 8. ubi plures allegavi. Vide De Luc. de Benef. disc. 37. n. 25. Pen. & Crescin. decis. 541. Dominus meus Advocat. Piton. de Jurepatr. alleg. 6. n. 17. alleg. 29. n. 6. cum seqq. & alleg. 44. a n. 1. tom. 1.

26 Alimenta Prædicatoribus verbi Domini an sint de jure subministranda à Rectore Ecclesiæ, vel à Populo, vide in §. Ecclesia num. 16. Surd. de alim. tit. 1. q. 53. Sperell. decis. 70. Dian. resol. moral. part. 3. tractat. 5. resolut. 71. De Luc. Miscel. Eccl. disc. 27. n. 8.

Alimenta à socero in domo sua promissa, & soluta genero, & filiæ pro certo tempore cedunt in augmentum 27
dotis, & in casu restitutionis ipsius dotis, debet illorum æstimatio restitui, Fontanel. de pact. nup. claus. 7. glos. 3. part. 14. nu. 34. & seqq. Cardin. Tusch. litt. D. conclus. 767. num. 4. Intelligendo quando fuerunt promissa in augmentum dotis, & tanquam pars ipsius, secus autem si loco fructuum, & interusurii dotalis, vel in recompensationem dilationis concessæ ad dotem solvendam, quod quando sit, latè declarat Altograd. consil. 76. per tot. lib. 2. Castil. quot. controv. de Ultim. vol. tom. 4. cap. 60. n. 20. in add.

Quòd socer possit repetere à genero alimenta filiæ præstita, & hujusmodi expensas, in casibus, in quibus maritus uxorem alere tenebatur, aliàs autem secus, Surd. de alimen. tit. 6. quæst. 5. per tot. et quæst. 16. n. 2. &c. vide in §. Pater num. 5. Prat. Pap. libel. ad dot. et usum fruct. gloss. ac etiam.

Alimentorum causa an, & quando dicatur pia, & 28
gaudeat privilegiis piæ causæ, vel non, Paul. Christin. decis. Belgc. 160. vol. 1. ubi quod si sint relicta pauperi dicitur pia causa, secus si diviti, licèt adhuc habeant plura privilegia, & an quis sit pauper, vel dives, remittitur arbitrio judicis, vide in §. Legatum num. 44. & 45. §. Paupertas num. 2. plenè Surd. de aliment. tit. 8. privil. 1. & seqq. per tot. ubi enumerat 97. privilegia alimentis concessa, Ricc. Collect. 307. ubi ponit octo privilegia, advertendo quòd procedunt tantùm in alimentis de futuro, non autem de præterito, ad Thes. decis. 44. idem Ricc. Collect. 3521. ubi refert alia specialia, Paul. Rub. in Annotat. decis. 1. part. 9. recent. nu. 104. et seqq. ubi quòd non patiuntur dilationem, non admittunt appellationem, nec compensationem, nec sequestrum, &c. Novar. de Elect., & variat. for. quæst. 91. num. 8., & 9. Abecclef. & Crescin. observat. forens. part. 1. obser. 39., ubi quod alimentorum causæ sunt summariæ obser. 77., ubi quod expediri possunt diebus feriatis in honorem Dei obser. 166., ubi quod non admittunt appellationem Emerix jun. decis. 1132. nu. 6., ubi quod celeriter expediri debent.

Quoad appellationem intellige si agatur de alimentis futuris, probata sit inopia alendi, & nisi fuerit admissa appellatio à judice ad quem, & emanata inhibitio, ut latè declarat Rot. part. 9. recent. decis. 355. n. 5. & seqq. per tot. vide in §. Appellatio n. 40. Vide Scacc. de Appellat. quæst. 19. limit. 7., & 8. Pignatell. consult. 126. n. 1. tom. 4. Abecclef. & Crescin. d. observ. 166. part. 1.

Quòd inter alia alimentorum privilegia sit istud, ut super eis alicui relictis nullum jus creditoribus illius acquiratur, Bald. in l. legatum in annos in 2. lect. vel in Addit. ff. de capit. diminut. Sanfelic. in Praxi sect. 60. n. 32.

Alimentorum materiam pertractarunt Ant. Cordu- 29
bens. & alii in l. si quis à liberis ff. de liber. agnos. Jo: Bapt. Pontan. tract. de aliment. per tot. Tepat. var. sentent. tit. 44n. & seqq. Marescott. var. resol. lib. 2. cap 83. Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de aliment. Giurb. decis. 5. & 6. per tot. Bertachin. in repert. verb. Alimenta. Castil. in tract. de Alimentis libr. 8. controv. Jur. Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. 1. à n. 67. tom. 8. De Luc. in Indic. General.

Sed præ omnibus aliis doctè quidem, & eleganter omnia quæ desiderari possint cumulando videndus, & perquirendus Jo. Petr. Surd. in suo celeberrimo tract. de aliment. in quo per novem titulos cum pluribus quæstionibus in quolibet titulo contentis, totam materiam complectitur, & egregiè declarat.

In primo enim titulo per 129. quæstiones examinat quibus, & à quibus ex legis dispositione debeantur, vel non alimenta, inter quos reciprocè enumerantur cum suis declarationibus pater, filius, venter prægnans, avus, nepos, mater, filius, frater, soror, patruus, nepos, monasterium, usufructuarius, fiscus, maritus, uxor, socer, nurus, noverca, vitricus, privignus, tutor, pupillus, vidua, donans, donatarius, patronus, libertus, alumnus, nutrix, magister, discipulus, Ecclesia, patronus, dominus, vassallus, vel subditi, Prædicator, Sacerdos, Decuriones, testis, judex, notarius, Episcopus, Præses, operarius, officialis, Advocatus, carceratus, obsides, milites, beneficiatus, amicus, pauper, servus, actor,

Ab-

Abbas, monachus, accusatus, & hujusmodi.

In secundo titulo quando debeantur, & censeantur relicta alimenta, vel non, veluti relicto fundo, habitatione, gubernio, educatione, recomendatione, tractatione pro filio, usufructu, necessariis ad vitam, superintendentia, vel præeminentia domus, administratione, legato annuo, & hujusmodi.

In tertio titulo quomodo petantur alimenta ex judicis officio, vel jure actionis.

In quarto titulo qualiter sint præstanda alimenta, quæ sub eorum nomine, & appellatione veniant, ex quibus bonis debeantur, in qua quantitate, in quo loco, in quo tempore, an pro famulis, filiis, & familia, ac alia plura.

In quinto titulo, quanto tempore sint præstanda alimenta, nempè durante vita alendi, exceptis aliquibus casibus, an viduæ intra annum luctus, & alia.

In sexto titulo, quando alimenta præstita possint repeti, vel non, ubi plura notabilia.

In septimo titulo, quibus ex causis denegari possint alimenta aliàs de jure debita, nempè ingratitudinis, si alendus habeat aliundè, si alere obligatus sit pauper, & hujusmodi, quæ latè explicat.

In octavo titulo recenset 97. alimentorum privilegia, videlicet ut illorum causa sit pia, favorabilis, summaria, admittat editionem ad favorem actoris, officium judicis etiam non petitum, pactum nudum, litem inter patrem, & filium, capacitatem legati, standi in judicio, jurisdictionem judicis Ecclesiastici etiam in laicos, præstantur etiam lite pendente, vel tempore ad conficiendum inventarium, vel ante aditam hæreditatem, ultra vires hæreditatis, censentur repetita à substituto, non veniunt in generali ademptione legatorum, non præsumuntur revocata, producunt obligationem in futurum, præsumuntur annua, admittunt alienationem aliàs prohibitam, impuberi relicta debentur usque ad 18. annum, non veniunt in confiscatione, non admittunt appellationem suspensivam, præstant retentionem, denegata faciunt perdere potestatem, lucrum dotale, non veniunt in delatione debitori concessa, faciunt valere stipulationem pro absente, donationem sine insinuatione, stipulata pro se intelliguntur etiam pro uxore, non admittunt sequestrum, permittunt excommunicatum agere, excusant mittentem illa bannito, vel delinquenti, possunt præstari per Clericum suis conjunctis de fructibus beneficii, obligant Monasterium, & patrem ad favorem illius, qui aluit monachum, vel filium, prout hæc, & alia plenè declarat per totum dictum titulum octavum.

Qualiter ex causa alimentorum, sicut & dotis ad favorem descendentium, possint bona etiam fideicommisso subjecta in subsidium alienari, etiamsi testator id expressè prohibuerit, Rota in Fulginat. alimentorum 26. Januarii 1632. coram Coccino in *recent. par. 12. decis.* 412. *per tot. vide in §. Bona n. 21. infra num.* 36.

Qualiter causæ alimentorum sint mixti fori, & à judice Ecclesiastico cognoscantur, maximè si pauperi debeantur, Ciarlin. *controv.* 21. *nu.* 19. *controvers.* 28. *nu.* 56. *& controv.* 56. *num.* 7. Quòd tamen Florentiæ nunquam servatum vidi inter laicos.

In nono, & ultimo titulo ponit plura generalia de alimentis, quibus causis comparentur, an admittant jus accrescendi, quomodo interpretari debeant, & alia multa notabilia, quæ in omnibus prædictis penes eum videri possunt, cum sit tractatus notissimus, & absolutus.

30 Alimenta an, & quando sint subministranda à creditore, vel accusatore debitori, vel accusato carcerato, quando non habet aliundè se alere, vide Gamm. *decis. Lusit.* 261. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 71. *&* 72. Rot. post Pacif. Salvian. *decis.* 289. *num.* 10. *dixi in §. Debitor num.* 45. ubi plures alios allegavi, Aloys. Ricc. *Prax. var. resolut. cap.* 34. *per tot.* ubi etiam quòd sunt taxanda, habita ratione qualitatis personarum, ut pinguiora præstentur nobili, quàm plebeo, idem Ricc. *loc. cit. cap.* 422. Afflict. *dec.* 71.

31 Alimenta semel à patre præstita, si fuerint consumpta, debeant iterùm præstari, Specul. ubi Bald. *in Addit. tit. qui fil. sint. legit. versic. sed pone quidem,* Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 5. Benintend. *decis. Bonon.* 22. *num.* 2. ubi alia plura de alimentis Spuriæ debitis, vel non, de quibus etiam Cravet. *consil.* 219. *vol.* 2. *& consil.* 199. *vol.* 1. Peregrin. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 144. *& art.* 42. *num.* 88. ubi an debeantur ulteriùs filio, qui dilapidavit sibi assignata, & videtur negativè concludere si per dolum, vel culpam dilapidavit, Giurba *decis.* 6. *per tot.* ubi an debeantur filiæ, quæ dotem consumpsit, vide Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 30. *n.* 11. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. *num.* 68. *tom.* 8. Barbos. *in l.* 1. *p.* 4. *à n.* 240. *ff. solut. matrim.*

Alimenta an subjaceant gabellæ, quando præstantur pro certo salario, vel pretio constituto, negativè concludit Gutierez *de Gabell. q.* 34. *per tot.* Vide De Luc. de Regal. *disc.* 75. *num.* 8. 32

Alimenta in qua quantitate sint præstanda Clericis implorantibus beneficium, *c. Odoardus de solut.* & an attenta illorum nobilitate, quod videtur affirmandum Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 422. *per tot.* dixi in §. *Clericus num.* 18. *& num.* 19. 33

Quæ dicantur congrua alimenta Clericorum, ut illa ex fructibus bonorum Ecclesiæ consequi valeant, etiamsi habeant patrimonia propria, quorum fructus possunt sibi reservare, ut dixi in §. *Clericus num.* 40. cùm Altari servientes de Altari vivere debeant, nec ullus teneatur propriis stipendiis militare, imò Ecclesiæ servientes sint Ecclesiastica remuneratione digni, Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 439. ubi concludit non esse jure definita, sed judicis arbitrio relinqui, juxta qualitatem personarum, & reddituum quantitatem, alia enim debet esse mensa, & supellex Cardinalis, alia simplicis Episcopi, alii Canonici, & sic de aliis, ut explicat Molin. *tract. de just. disp.* 145.

Alimenta qualiter à parentibus sint filiis præstanda, & è contra à filiis parentibus, quibus, & à quibus, qualiter à fratre fratri, vel sorori invicem, item uxori à marito, & è contra, ac alia plura de alimentis in genere, item de alimentis legatis, item de alimentis pupillorum, & hujusmodi, latè Arism. Tepat. *var. sent. tit.* 440. *& seqq. ad* 446. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 83. *per tot.* Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de aliment. res.* 1. *&* 2. *per tot.* Garzia *de expen. & melior. cap.* 3. *per tot.* Latè Altimar. *de Nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. *n.* 68. *tom.* 8. De Luc. *in Indic. General.* Nicoli. *elucubrat. utriusq. jur. Instit. Imper. tit. de jur. natur. n.* 4. *& seqq.* 34

Quod infra triennium debeantur à matre, nisi esset nobilis, vel ex proprio lacte alere nequiret, post triennium verò à patre; sed tamen cùm onus sit commune sicuti pater quandoque tenetur etiam infra triennium, sic & mater ultrà triennium, ut quando ipsa est dives, pater vero pauper, benè probat, & decisum testatur Sanfelic. *decis.* 414. *per tot. cum Addit. vide in §. Mater n.* 21. Garzia *de expens. & melior. cap.* 3. *nu.* 30. *& seqq.* latiùs videndus Alphonsus à Caranza *tract. de part. nat. & legit. cap.* 3. *§.* 4. *per tot.* Altimar. *loc. suprà cit.* de Comitib. *decis. Senens.* 28. *§. unic. n* 33.

Alimenta qualiter debeantur ex bonis, in quibus sit concursus per creditores, ipsi debitori etiam concursum formanti, & petenti, si sit talis, qui habeat privilegium ne conveniatur ultra id quod facere possit, non autem creditoribus etiam anterioribus: qualiter sint taxanda, an dicantur onus reale Majoratus, vel personale, & alia plura de alimentis, latè Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 23. 24. *&* 26. *per tot.* 35

Alimentorum causa possunt bona fideicommisso subjecta alienari, & non tantùm pro gravato, sed etiam pro familia, & spuriis ipsius gravati, nisi expressè ex hac causa sint prohibita alienari, vel gravatus consumpserit legitimam, & trebellianicam malè utendo, vel fideicommissum non esset constitutum ab ascendente, Bart. & alii *in auth. res quæ Cod. com. de leg.* Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 19. Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *num.* 85. Intrigliol. *de subst. cent.* 3. *q.* 73. *num.* 393. *&c.* Fusar. *de substit. q.* 535. *per tot. supra num.* 29. *versic. in octavo in fine, & in §. Bona nu.* 22. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 1. *nu.* 68. *tom.* 8. Rot. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *decis.* 30. *n.* 2. *lib.* 16. *vol.* 4. 36

Alimenta licèt regulariter non sint uxori per maritum extra domum præstanda, maximè si sine ejus voluntate se à domo absentet, tamen secus est quando recessit culpa viri ob mala tractamenta, & sævitias, nam tunc debentur etiam extra domum, ut latè comprobat Peguer. 37

Pegner. *deciſ.* 20. *per tot. vide ſupra n.* 8. vide *ſup. n.* 22. & facit Rot. *recent. part.* 19. *deciſ.* 639. *n.* 10. *tom.* 2.

Plura de alimentis uxori per virum præſtandis, præſertim lite inter eos pendente, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6 *gloſ.* 1. *p.* 3. & 4. *fol.* 272. *&c.* An, & quando alimenta ſint præſtanda extra domum, vel non, latè Andreol. *contr.* 411. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *num.* 68. *tom.* 8.

38 Alimenta à patruo nepotibus præſtita, cenſentur potiùs ratione conſanguinitatis, & miſerationis, quam famulatus præſtita & ideò quamvis tales nepotes aliqua fecerint ſervitia non poſſunt prætendere, vel habere ſalarium non conventum, quia alimentarius tenetur etiã juxta qualitatem perſonæ exhibere operas ſuas, vel obſequia alenti, ne dicatur ſtare in domo tanquam corpus mortuum, ut benè probat Bich. *deciſ.* 51. *per tot.*

Alia diverſa de alimentis, vide penes Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. & 3. *verb. Alimenta*, Cancer. *var. reſol. part.* 1. *cap.* 16. Cyriac. *controv.* 34. plenè Caſtill. *tractat. de aliment. per tot.* aliique plures longa manu relati à Caſtejon. *in ſuo Alphabet. jurid. verb. alimenta per tot.* & recentiùs mè à Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 75. & *ſeqq.* Plura Emin. De Luc. *in ſuo Indice general. verb. alimenta.* Altimar. Manſ. Palm. Nicoli. Bertachin. Piton. Emerix Caprara Pignatell. & alii ſuprà citati.

39 Alimenta ſunt taxanda ſecundùm vires patrimonii habita ratione fructuum bonorum, non autem valoris illorum, cum hæres non teneatur proprietatem vendere pro alimentis legatis, niſi quando alimenta eſſent præſtanda ei, ad quem ſint reverſura bona, ad tradita per Cabal. *conſil. deciſ.* 131. *num.* 5. & *ſeqq. lib.* 1. Rot. *part.* 25. *recent. deciſ.* 256. ubi vel niſi ſit legata certa, & determinata quantitas, nam tunc ſtante clara teſtatoris voluntate, ſi fructus non ſufficiant, ſuppleri debent ex proprietate, vel niſi alimenta eſſent debita jure ſanguinis, nam tunc pariter fructibus non ſufficientibus poſſunt diſtrahi bona, & donec conſtet de ſtatu hæreditatis, non ſunt retardanda alimenta proviſionalia. Latè Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *n.* 68. *tom.* 8.

Alimenta qualiter ſint debita filiis ex damnato coitu genitis in utroque foro, & præcipuè conſcientiæ ſecundùm dignitatem, & facultates parentum, licèt non ita largè, prout ſi eſſent legitimi; qualiter debeantur à filio Catholico patri hæretico in foro conſcientiæ, quicquid ſecùs ſit in foro exteriori; qualiter uxori adulteræ, vel hæreticæ, & hujuſmodi, qualiter fratribus, & ſororibus utrinque conjunctis in foro exteriori ſi egeant, ſecus in foro conſcientiæ extra caſum extremæ neceſſitatis; qualiter famulis ægrotantibus in conſcientia, ſi non habeant aliundè, quicquid ſecus ſit in foro fori licet poſteà cogi poſſint deſervire gratis per tempus duplicatum, quo fuerunt infirmi, & alia tradit, & probat Valer. *de differ. utriuſque fori in verb. Alimenta per tot.*

40 Alimenta ſimpliciter legata à fratre ſorori viduæ debentur etiamſi tranſeat ad ſecunda vota ubi non fuit adjecta conditio viduitatis ſervandæ, quia potiùs ex ſanguinis conjunctione, quàm intuitu viduitatis, & paupertatis cenſentur relicta, Cephal. *conſil.* 216. *num.* 23. Honded. *conſil.* 47. *nu.* 10. & 11. *lib.* 1. Cavaler. *deciſ.* 212. & 377. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 256. *per tot.* ubi plura, & quòd ſunt præſtanda extra domum debitoris, cùm matrimonium, & lites ſint juſtæ cauſæ id concedendi, vide Mantic. *libr.* 6. *tit.* 3. *num.* 25.

Alimenta prava, ſive cibi corrupti, qualiter peſtem inducere poſſint, & alia ad rem, Eminentiſs. Gaſtald. *tract. de avert. & proflig. peſt. Polit. legal. cap.* 290. *per tot. fol.* 671. *vide in Indice in verb. Cibaria*, ubi quibus cautelis ſint portanda, & ſubminiſtranda.

41 Aer, aqua, odores &c. an poſſint eſſe alimentum Pignatell. *conſult. canonic. tom.* 4. *conſult.* 42.

42 Alimenta denegans filiis, dicitur eos necare Spad. *conſ.* 132. *n.* 7. & *conſ.* 223. *n.* 8. *tom.* 3.

Alimenta ſine expreſſione temporis legata, præſumuntur relicta per totum vitæ tempus Ricc. *collect. deciſ.* 370. Brunnemann. *in l. Maja.* 14. *n.* 1. *ff. de aliment. & cib. leg.*

§. ALLEGATIO XXV.

1 ALlegationes juris ordinatim fieri debent, ut primò Advocatus Actoris, deinde rei loquatur, allegentur jura, & leges principaliter, conſilia deciſiva, & Doctores; qui alios referunt: nam multa ſupervacuè allegare laudabile non eſt, poteſt etiam ratio naturalis adduci, quia ſecundùm Ariſtotelem ſuperfluum eſt, ac debilitas intellectus quærere legem ubi viget ratio naturalis, quæ dicitur anima legis, & fugiendæ ſunt fallaces, vel calumnioſæ allegationes, cum debeant preciſè tangere caſum, & non à longè: ex illis poſteà Judex colligit ſi quid eſt contra partem adverſam, & ſuo nomine illi tradit pro dubiis, quod magis æquum, & laudabile eſt quàm eaſdemmet allegationes tradere, prout faciunt multi vitandi laboris gratia, vide Aſin. *in prax.* §. 24. *cap.* 3. & *cap.* 7. *per tot.* Bertachin. *in ſuo Repert. verb. Allegationes*, ubi plura. Vide De Luc. *in verb. Advocatus in indic. general.* & *in tractat. dello Stile Legale* Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 2. *ſubſect.* 13. vide Abeceleſ. *obſerv.* 93. *part.* 1. ubi Creſcin.

Quod diffuſæ allegationes ſuperfluam ingerant difficultatem, Judicem inutiliter prægravent, & quod boni in eis eſt inficiant, & obnubilent, & quandoque etiam ſiniſtram cauſæ ſuſpicionem oriri faciant, Abb. *de proœm. Decret. n.* 4. Cabal. *conſil.* 79. *num.* 45. *lib.* 1. vide de Luc. *de fideicom. diſc.* 83. *num.* 3. *diſc.* 134. *num.* 9. & 170. *num.* 7. Fagnan. *in cap. cum ſit ars nu.* 16. *de ætat. & qualit.*

De dubiis dandis ante ſententiam, Fontan. *deciſ.* 461.

Qualiter allegationes juris parti edendæ, pulchrè Menoch. *de Arbitr. caſ.* 176. *per tot.* quem refert, & ſequitur Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 393. *fol.* 415. Pareja *de edition. tit.* 6. *reſol.* 3. *à num.* 134.

An autem liceat Judici informationes unius partis litigantis alteri tradere ad videndum, & reſpondendum, Card. de Lugo *de juſt. tom.* 2. *diſput.* 37. *ſect.* 15. *n.* 183. Diana *part.* 11. *tract.* 7. *reſol.* 20. ubi admittunt non peccare per ſe loquendo, & ſervata hinc inde æqualitate. Sanchez *lib.* 3. *conſ. cap. unic. dub.* 44. an allegationes partium poſſint dari eiſdem per Judicem loco dubiorum Abeceleſ. & Creſcin. *obſerv. forenſ. part.* 1. *obſerv.* 93.

Allegans aliquid, illud regulariter probare tenetur, 2 quia dicenti incumbit probatio, etiamſi eſſet Epiſcopus, vel judex, vel notarius, niſi tamen allegans haberet præſumptionem pro ſe, vel eſſet in poſſeſſione, vel allegata eſſent notoria, ſicuti ad plura inferendo docet Maſcard. *de probat. concluſ.* 78. *per tot.* & alibi ſepè facit quod dixi in §. *Aſſertio per tot.* Cacheran. *dec. Pedem.* 47. *num.* 41. *dec.* 171. *num.* 5. Balduec. *tit.* 3. *de legat. deciſ.* 18. *n.* 69. *deciſ.* 9. *n.* 68. 69. & 101. *de Dot. tit.* 4. *deciſ.* 32. *n.* 33. & 34. & *deciſ.* 35. *n.* 32. & 33. & *deciſ.* 29. *n.* 30. & *deciſ.* 3. *n.* 24. & *tit.* 3. *de legat. deciſ.* 21. *n.* 31. & 32. Pen. *deciſ.* 899. *n.* 7. *deciſ.* 942. *n.* 3. *deciſ.* 1186. *nu.* 2. De Luc. *de Feud. diſc.* 53. *nu.* 4. *de Fideicommiſſ. diſc.* 70. *n.* 8. *diſc.* 72. *n.* 4. *diſc.* 94. *nu.* 8. *diſc.* 227. *n.* 22 & *diſc.* 140. *n.* 5.

Plura de allegationibus juris, an ſint de ſubſtãtia judi- 3 cii an parti edendæ, & alia, Pareja *d. tract. de edit. tit.* 6. *reſol.* 3. *n.* 131. & *ſeqq.* Cyriac. *contr.* 413. & alii relati à Caſtejon. *in alphabet. jurid. verb. Allegationes juris*, & à Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *fol.* 80. Vant. *de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. nu.* 17. De Luc. *in Indic. Gener. verb. Advocatus* & *verb. Allegationes* Abeccleſ. & Creſcin. *in obſervat. forenſ.*

Allegata, & probata qualiter ſint attendenda, licèt 4 etiam Judex poſſit moti extra acta, quando habet facultatem procedendi ſola facti veritate inſpecta, Andreol. *controv.* 79. aliàs autem tenetur ſecundùm acta judicare, quamvis ſciat rem aliter ſe habere; vel procurare, ut alteri cauſa delegatur, Jo. Ant. Abeccleſia *obſerv.* 106. *part.* 1. vide quæ dixi in §. *Judex nu.* 4. & *ſeqq.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 4. *vol.* 1. *et dec.* 105. & 148. *vol.* 2. Abeceleſ. *obſerv. forenſ. part.* 1. *obſerv.* 106. ubi Creſcin. cumulat Doctores Modernos.

Juris allegationes, quia non ſunt probationes, fieri 5 poſſunt poſt concluſum in cauſa Creſcin. ad Abeccleſ. *obſervat. forenſ. part.* 1. *obſerv.* 77. *n.* 7.

Allegare non poteſt Procurator ea, quæ pendent ab 6 animo principalis ſine ſpeciali mandato Rot. coram Pen. *deciſ.* 1313. *n.* 2. *tom.* 2.

Allegans abſentiam, infirmitatem, vel quid ſimile impedimentum, debet admitti, cavendo de rato propter

tèr voluntatem absantis Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 31. n. 1458. tom. 5.*

§. AMICITIA. XXVI.

1 AMicitia qualiter repellat testem, vel non, vide in §. *Testis*, Tusch. *litt. A, conclus. 326. n. 6. &c.* Gabriel. *comm. conclus. tit. de test. conclus. 11. per tot.* ubi quod non repellit, nisi sit inhonesta, vel maxima, minuit tamen de fide arbitrio judicis, & latè Mascard. *de probat. concl. 85. & 86. per tot.* ubi etiam qualiter probetur, vel præsumatur amicitia. De Marin. ad Revert. *observat. 456. n. 3.* Sabel. *in prax. §. test. n. 21.* Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 4. sect. 4. n. 22.* Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method. tract. 5. qu. 32. n. 1.*

Quòd debeat esse immoderata ut repellat testem, Seraph. *decis. 1147. n. 8. decis. 1191. num. 3. & decis. 1208. n. 1.* Ex doctrina Bald. *in l. eos C. de testib.* Pellegrin. *sub. dict. n. 22.*

Quòd amicus non levi amicitia æquiparetur consanguineo, & illi sicut consanguineo præsumantur donata alimenta, & alia, Tusch. *d. concl. 326. nn. 1. &c.* Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub. 9. annot. 4.* ubi plura in contrarium, vide Altimar. *de nullit. rub. 1. q. 31. à n. 1437. & n. 1474. & n. 1506. to m. 5. & rub. 12. q. 16. à n. 41. & rubr. 11. q. 28. à n. 48. tom. 2. & rubr. 4. quæst. 9. n. 49. & quæst. 10. & q. 28. nu. 48. tom. 1.* Fagnan. *in cap. cum Sacerdotes n. 11. de postuland.*

De triplici amicorum genere, qualiter amicitiæ hominum sæpius fundentur non in virtute prout requiritur ad veram amicitiam, sed potius in vilitate, & utilitate; qualiter amicorum dura separatio, & amantium intollerabilis distantia; de amicitiæ conditionibus ut amor sit reciprocus, quòd nullus in hac vita possit esse perfectus Dei amicus, excepta Beatissima Virgine Maria, quæ talis semper fuit etiam in vita, & alia, Fr. Lucas de Monteforti in Domo Sapientiæ *tom. 1. colum. 1. num. 287. 293. 387. 604. 610. &c. tom. 2. nn. 306. fol. 277.* ubi quærit an sit melius unum tantùm, sive paucos, vel multos habere amicos, & concludit quoad amicitiam humanam melius esse unum tantum, vel ad summum duos, sive tres habere amicos, & non plures; quò vero amicitiam supernaturalem, quantò plures, tantò meliores, ac sibi invicem utiliores esse, & utrumque optimis comprobat rationibus, & auctoritatibus.

Plura de amicitia, & illius effectibus, vide per Carol. de Grass. *in tract. de effect. amicit. per tot.* Tiraquell. *tract. de pœn. remitt. caus. 22.* Odd. *de restit. in integr. part. 1. q. 22. art. 7.* Tiraq. *in l. si unquam in verb. liberis num. 92. & seqq. Cod. de revoc. donat.* Bertach. *in Repert. verb. Amicitia*, Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub. 9. annot. 4. per tot.* Plures relati per Castejon Alphab. *Jurid. verb. Amici nu. 1.* De Luc. Fagnan. Altimar. & alii sup. citati.

2 Amicitiam aliorum dissolvere media susurratione est regulariter peccatum mortale, quandoque contra justitiam, & quandoque contra charitatem cum obligatione restituendi, cessaret tamen peccatum, & restitutio ubi susurratio fieret ad bonum finem, veluti pro dissolvenda amicitia turpi, noxia, vel non honesta, quamvis aliàs esset utilis ei, qui eam habet, vel animo acquirendi amicitiam pro se cum aliquo ex dictis amicis, licèt in hoc ultimo casu sit controversa opinio, ad tradita per P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib. 1. cap. 13. n. 7. & 8.*

3 Amicitia maxima excusat à pœna ordinaria receptionis bannitorum, Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 51. n. 74.* Farinac. *quæst. 113. num. 276.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 56. nu. 25.* Menoch. *de Arbitr. cas. 348. in add.*

4 Amicitia operatur, ut amicis competat jus accusandi de nece amici occisi, ac etiam transigendi, & pacem reddendi, ita ut inter plures consanguineos præferatur qui erat majori amicitia conjunctus intelligendo tamen non de simplici, & recenti amico, sed de amico maxima & singulari amicitia devincto, in defectum consanguineorum, ac ubi voluntatem suam declaravit in accusando, aliàs secus, ut benè declarat Guaz. *tract. de pace, &c. par. 1. quæst. 20. per tot.* Farinac. *quæst. 13. n. 30. & seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 31. n. 1449. part. 3. tom. 5.*

Amicitia, & pax quantum possibile est cum omnibus habenda, juxta monitum Apostoli ad Rom. 12. & *in 11. q. 3. & 3. q. 6.* 5

Non tamen procedit cum hominibus iniquis, proditoribus, transfugis, publicis hostibus, barbaris, sacrilegis, hæreticis, incestuosis, superbis, tyrannis, infidelibus, auspicibus, maleficis, rebellibus, vel similibus viris impiis, & peccatoribus, nam cum istis non est pax, vel amicitia a viris justis habenda, nec concordia reformanda, sed discordia seminanda, cum periculum magnum sit bonorum concordia cum reprobis, isti enim, vel potius eorum peccata sunt odio habenda, quia cum vitiis, quibus etiam Deus irascitur, semper est pugnandum, ne simul in peccatis eorum pereamus, (Amicitia enim, quæ cum bonis est virtus, cum malis est, & dicitur fraus, dolus, & conspiratio, Farinac. *quæst. 43. n. 174.*] & vitandi sunt illi, cum quibus ex pace, vel amicitia Deus, aut veritas, aut justitia offenditur, quia pessima pax, vel amicitia rebellare Deo, veritati, vel justitiæ, talisque dilectio terrena, animalis, & diabolica est nocens dilecto, & diligenti, & experientia docet, cum propter amicum Deus contemnitur, aut veritas offenditur, vel justitia negligitur, is etiam posteà justo Dei judicio inimicus efficitur, cùm amicitia vera non in vitiis, sed in virtute consistat, prout hæc, & alia latè deducit Luc. de Pen. *in l. un. C. de pub. læt. lib. 12. n. 11. & seqq.* à quo sumpsit Guaz. *tract. de pac. & treg. par. 1. q. 23. n. 1. & seqq.* facit quod dixi in §. *Amor n. 5. & 6. in §. Inimicitia n. 8.*

Et hæc mihi maximæ quandoque consolationis fuerunt, cùm à conversationibus abstinerem, eo quia non invenirem homines secundùm cor meum, & facilis essem ad indignandum, & irascendum contra pervertentes veritatem, judicium, & justitiam, cæteraque vitia foventes, laus Deo semper, qui hos sensus, & alia donavit, ac etiam (ut humiliter exoro, & spero) veniam peccatorum omnium misericorditer indulgebit

Et juxta Psalm. 96. *Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas Sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit nos.*

Amicitia probatur articulando, & probando, quòd illi, de quorum amicitia tractatur continuè, & frequenter invicem conversantur, colloquuntur, & salutantur, habent unum velle, & unum nolle, communem victum, patriam, & parentelem, *l. latæ culpæ §. amicos, ubi gloss. ff. de verb. signific.* Mascard. *de probat. tom. 1. conclus. 85.* Marcel. Cala *de mod. art. & prob. §. 2. glos. un. num. 341. & n. 342.* vide Rot. *rec. part. 19. tom. 2. decis. 487. n. 31.* ubi quod Amicitia non acquiritur ex levi notitia, sed ex frequentibus actibus familiaritatis. 6

Qualiter solvatur morte, Sebast. Medic. *tract. mors omnia solvit p. 2. n. 25.*

An autem liceat paciscì cum amico moribundo, ut is post obitum compareat amico, eumque de suo statu certiorem reddat, D. August. *in libro de cura pro mortuis agenda cap. 13. & seqq. & libro de anima, & spiritu cap. 29.* quem refert Comitol. *respons. moral. lib. 4. quæst. 5. per tot.* ubi pluribus rationibus adductis negativè concludit, adde Torreblanc. *tract. de Magia lib. 2. cap. 27. per tot.* ubi plura de animarum apparitione ex divina potentia.

Amicitia cùm sit quid accidentale, de facili variatur, & tollitur, ideò in ea se fundans debet illam concludenter probare tanquam fundamentum suæ intentionis, quia amicitia de præterito, non arguit amicitiam de præsenti, Carol. de Grass. *tract. de effect. amic. n. 35. & seqq. post tract. de effect. cleric.* Farinac. *consil. 142. n. 5.* Ciarlin. *controvers. forens. c. 10. n. 111. & seqq.* ubi quòd fiscus prætendens qualitatem proditionis sub colore amicitiæ in homicidio ad effectum, ne reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, debet illam probare, aliàs præsumitur homicidium ex rixa ortum; licèt probetur amicitiam extitisse inter mortuum, & interfectorem, tamen hoc nihil confert ad proditionem, & appensamentum si aliundè non constet, quia amicitia tollit potiùs præsumptionem præ- 7

me-

meditati homicidii, sicut è contrà inimicitia facit præsumere homicidium deliberatum, unde si non probetur aliundè qualitas proditionis, & præmeditationis, amicitia hoc non facit præsumere, sed potiùs arguit rixam præcessisse, & qui dicit rixam non adfuisse debet probare: licèt igitur in proditione amicitia supponatur, tamen sola proditionem non probat ex pluribus per ipsum citatis, quibus addi possunt P. Grasser. *tract. de nece prodit.* §. 32. *nu.* 12. & *seqq.* Cortiad. *decis.* 96. *n.* 7. Farinac. *consil.* 168. *n.* 70. Vermigliol. *cas.* 94. *n.* 9. & *per tot.* & *consil.* 97. *n.* 5. Matth. Sanz. *de re crim. controv.* 30. *n.* 43. & *seqq.* & novissimè, ac doctè de more Excellentiss. D. Terentius Fantonius in Pisana Immunitatis Florentiæ impressa anno 1682. *n.* 30. & *seqq.* juxta quam, additis etiam aliis fundamentis, fuit judicatum per Curiam Archiepiscopalem Pisanam sub die 5. Octobris 1682. & per religiosissimam Curiam sæcularem servatis servandis extracti Ecclesiæ statim restituti, de qua materia vide in §. *Homicidium num.* 9. & *in* §. *Immunitas num.* 18. *vers. Quinto.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *n.* 22. ubi quod alleganti magnam amicitiam incumbit onus probandi.

De amicitia quid sit, de ejus bono, & effectibus, qui sint mali amici, quantum noceant, pro amicis nihil agendum quod sit contra Deum, illis cautè utendum, & alia, Bobadill. *lib.* 3. *Politic. cap.* 9. P. Torres *lib.* 5. *Philosoph. moral. cap.* 3. *cum pluribus seqq.* aliique plures relati ab Ægid. Castejon. *alphabet. jurid. verb. Amici*, & *Amicitia*. Quid sit Amicitia Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 28. *n.* 49. *tom.* 2.

8 Quomodo probetur amicitia, & de ejus effectibus, Laurent. Ursel. *concl.* 100. *per tot.* & alii (inter quos, & ego) citati à Com. August. Fontan. *in sua Bibliothec. part.* 4. *fol.* 85. & 86.

9 Plurima jucunda, & utilia de amicitia, quid, & quotuplex sit, qualis esse debeat, quomodo acquiratur, & conservetur, qualis sit vera, qualis ficta, de ambarum fructibus, & alia ex sacris scripturis, Sanctis Patribus, Philosophis, Poetis, Adagiis, exemplis sacris, & prophanis, habentur seriò recollecta in nova Polyanthea *verb. Amicitia per tot. ultra sex paginas.*

10 Amicitiæ particulares fugiendæ à Vicariis Pellegr. *in prax. Vicar. part.* 1. *in monit. general. pro R.R. DD. Vicar. General. n.* 14. *pag.* 4.

11 Amicitiæ jura prodesse debent adhærentibus Amici Spad. *cons.* 8. *n.* 9. *tom.* 1.

§. AMISSIO XXVII.

1 AMissio scripturarum, vel rerum dicitur plenè probata, probando saccomanum loci, vel Civitatis ubi reperiebatur, Afflict. *decis.* 13. *n.* 9. Paul. Christin. *decis. Belg.* 192. *num.* 3. & 4. *vol.* 2. ubi de incendio, ruina, vel incursu prædonum, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 1. & *seq.* ubi etiam quando sit probandum res amissas fuisse in loco in quo casus intervenit. Vide De Luc. *de Judic. disc.* 28. *à n.* 26.

Quòd amissio libri de cujus existentia constabat non probetur per juramentum, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 326.

Quomodo autem possit probari juramento, latè Gratian. *discept.* 262. *num.* 18. &c. *cap.* 468. *n.* 27. & 28. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 135. *num.* 8. &c. Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 274. &c. *fol.* 284. Ridolphin. *in Praxi part.* 2. *cap.* 3. *num.* 54. & *seqq.* Rot. per Farinac. *decis.* 238. Abecclef. *observ. forens. part.* 1. *observ.* 47. *à n.* 16. & *observ.* 48. *n.* 20. & 21. & *observ.* 51. *à n.* 24. Crescin. ad eumd. Abecclef. *d. observ.* 47. *n.* 9. & *d. observ.* 51. *n.* 24. & *plurib. seqq.*

Qualiter amissio rei, vel scripeutarum probetur, & an, & quando sufficiat juramentum, latè Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 61. *per tot.* Pac. Jordan. *loc. cit.* ubi ampliat, & limitat pluribus modis, Mascard. *de probat. concl.* 87. & 88. *per tot.* Bertach. *in Repert. verb. Amissio.* Faciunt tradita per Abecclef. & Crescin. *loc. cit.*

Quòd non probetur juramento quando quis tenebatur custodire scripturas, prout administrator, donec reddiderit rationem, qui tenetur illas exhibere ad instantiam petentis pro suo interesse, Gratian. *discept.* 71. *n.* 1. & *seqq.* Rot. per Farinac. *decis.* 238. *per tot.* & *decis.* 239. Seraph. *decis.* 1224. Pac. Jordan. *ubi supra n.* 280. &c. vide in §. *Liber*, Ridolph. *loc. cit. nu* 55. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 455. *n.* 4. & *seqq.* De Luc. *de Regal. disc.* 151. *n.* 7. Emerix. jun. *decis.* 107. & alii, quos addidit Crescin. in annot. ad Abecclef. *cit. observ.* 51. *n.* 26. ubi *nu. seqq.* alias limitationes adduxit.

Obligatus tamen ad custodiam scripturarum liberatur probando casum amissionis absque culpa sua, Bart. *in l. si quis ex argentariis* §. *an hæc n.* 2. &c. *ff. de edendo*, cum aliis per Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 292. *num.* 7.

2 Amissio scripturarum probatur juramento, si præcipuè tria concurrant nempè probatio casus amissionis, ut incendium, saccomannum, & simile, quòd scriptura fuerit in illo loco reposita, & quod jurans non sit aliàs persona suspecta, & his concurrentibus non solùm statur juramento de amissione scripturæ, sed etiam de illius tenore, & contentis in ea, dummodò agatur de facto proprio, & non de alieno etiam paterno, *l. fin. Codic. de fid. instrum.* latè Genua *de script. privat. in Addit. quæst.* 20. *n.* 1. & *seqq. ad* 13. *fol. mihi* 39. Farinac. *in fragm. verb. Amissio nn.* 207. & *seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 283. & *seqq. fol.* 284. *infra n.* 4. latè Mart. Medic. *Exam.* 53. *n.* 3. & *seqq.* vide in §. *Solutio nu.* 18. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 377. *nu.* 12. & *seqq.* ubi quòd in antiquis probatur amissio scripturarum per juramentum, quando est verisimilis, ut quia fuerit secuta confiscatio bonorum, vel hujusmodi casus.

3 Amissio scripturarum non probatur juramento, ubi agitur de maximo præjudicio, nec quando allegatur ao eo, qui tenebatur custodire, nec ubi desunt aliæ conjecturæ, & sic ultra juramentum requiruntur conjecturæ, nec quando possunt haberi aliæ probationes, nec ubi pars adversa vellet contrarium probare, Genua *d. quæst.* 20. *n.* 13. *et seqq.* ubi multos allegat Pac. Jordan. & Farinac. *loc. cit.* Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 55. & *seqq.* ubi dat etiam alias limitationes. Crescin. ad Abecclef. *cit. observ.* 51. *à n.* 26.

Quòd in re gravi non possit amissio probari per juramentum etiam in persona nobili, & honestæ famæ, nec ubi adest suspicio in contrarium, Cavaler. *decis.* 82. *n.* 7. & *seqq.* ubi etiam quòd ad hoc ut quis teneatur exhibere jura debeat constare de existentia, & interesse petentis, ut latè probat Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap* 3. *per tot.* Crescin. *loc. sup. cit.*

4 Amissione scriptutarum allegata, an possit illarum tenor probari per juramentum, videtur quòd sic stante difficultate probationum, & dolo adversarii, nisi agatur de re inverisimili, de persona non habente certam notitiam, sive de negativa, inprobabili, & in omnem casum statur arbitrio judicis juxta personarum, & negotiâ qualitatem, Cavaler. *decis.* 103. *per tot.* Farinac. & Jordan. *in locis sup. cit.*

Et quæ requirantur ut tenor scripturæ deperditæ possit probari per testes, pulchrè idem Cavaler. *decis.* 523. *n.* 4. ubi ponit tria requisita, & facit quod dixi supra *n.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 58. *n.* 6. & *seqq.* De Luc. *de Judic. disc.* 28. *à n.* 26. Hodiern. ad Surd. *decis.* 277. *n.* 2. & 7.

5 Amissio actorum probatur ex diligentiis factis de illa reperiendo in Tribunali ubi fuerunt facta, & inducit præsumptionem solemnitatum pro eis, Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 143. *nu.* 11. & 12. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 292. *n.* 9.

Ac idem esse in aliis scripturis, Genua *de script. privat. in Addit. q.* 20. *n.* 3. *fol.* 39.

6 Amissio librorum non probatur per assertionem usurarii cum agatur de ejus lucro, & præjudicio aliorum, sed est aliter probanda, probando incendium, ruinam, furtum, aut quid simile, Genua *de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib. Usurar. n.* 34. & *seqq. fol. mihi* 261.

7 Amissio scripturarum, ut suffragetur alleganti, ad hoc ut gaudere possit beneficio scripturæ amissæ, debet ante omnia probare illam scripturam, quam dicit amissam, fuisse in rerum natura, talique forma, & tenore confectam, ut si realiter posset exhiberi, illi omninò standum esse, & sic ejus existentiam in forma perfecta, & probanti, deinde verò casu fuisse amissam, *l.*

tc.

testium §. sin verò facta C. de test. c. cum olim, ubi DD. *extr. de privil.* Bart. *in Auth. si quis in aliquo num.* 6. ubi etiam Jas. *num.* 2. C. *de edend.* Cravett. *consil.* 411. *n.* 12. Surd. *consil.* 109. *n.* 8. *et seqq.* Buratt. *decis.* 505. *num.* 10. cum aliis per Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 58. *n.* 6. *et seqq. per tot.* ubi etiam plura qualiter testes debeant esse periti, & quomodo deponere, & habetur etiam post Salgad. *Labyr. cred. dec.* 17.

Quòd amissio non præsumatur, sed ab allegante sit probanda, ac fuisse sequutam sine sua culpa, Bart. *in l. si quis ex argentariis ff. de edend.* cum aliis per Rot. *part.* 3. *recent. dec.* 452. *num.* 8. *part.* 6. *decis.* 225. *n.* 1. *et part.* 10. *decis.* 182. *n.* 7. *&c.*

8 Amissio protocolli qualiter possit probari per Notarium, & alia, Farin. *de falsit. q.* 154. *p.* 3. *per tot.* vide De Luc. *de jurepatronat. disc.* 3. *n.* 21. *&* 22. ubi quod ammissio Protocolli, vel Libri Parochi non præjudicat sumpto Instrumenti, vel Fidei Matrimonii.

9 Amissio magni lucri inducit justum metum, & alia plura de metu, Ludovis. *dec.* 326. *n.* 21. *&c. vide in §. Metus, & §. Matrimonium.*

10 Amissione sequuta literarum potest gratia probari per testes, *cap. cum olim.* 1. *de privil.* Ludovis. *decis.* 471. *num.* 2. *& in annot.* Beltram. *n.* 12. ubi tamen dicit contrarium servari in Curia Romana, quia tenentur duo registra, unum supplicationum, alterum litterarum, ex quibus data amissione litterarum, potest semper aliud sumptum, vel exemplum extrahi, & alia circa qualitates gratiæ, ut possint per testes probari, vide in §. *Rescriptum n.* 11. *& §. Gratia n.* 8. ubi qualiter gratia sit probanda per scripturam, licèt scriptura non sit de essentia gratiæ, de quo latè Sanfelic. *decis.* 403. *per tot. cum Addit.* vide De Luc. *de Jurisdict. disc.* 11. *n.* 6. ubi amissio privilegii quomodo probari valeat per Testes, & quomodò debeant deponere.

11 Amissio capitalis in societatibus cujus damno cedat, an ponentis, vel utriusque, vide in §. *Societas n.* 20.

An valeat pactum quod capitale sit salvum in societatibus dixi *loc. cit. n.* 19.

Quòd amisso capitali non teneatur socius qui illud posuit, aliud capitale subrogare, sed interitu rei finiatur societas, nisi agatur de soccida animalium, quæ potest durare in fœtu si fœtus adsit, Alex. Tombett. *tract. de societat. cap.* 6. *num.* 10. *et* 11.

12 Amissio rerum quomodo probetur, & cui probatio incumbat, an casu, vel culpa facta præsumatur, & alia, Gomez. *lib.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 21. Pereira *de edit. instrum. tit.* 7. *resol.* 8. *et tit.* 9. *resol.* 4. Hermosil. *l.* 4. *glos.* 1. *et* 2. *num.* 7. *& seqq. tit.* 4. *Partit.* 5. Marescott. *var. lib.* 2. *cap.* 10. Vela *Dissert.* 18. *num.* 87. Laurent. Ursel. *conclus.* 104. *per tot.* Cyriac. *contr.* 544. ubi quando possit per juramentum probari sine justificatione casus, & alii relati à Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Amissio*, & à Com. August. Font. *in sua Biblioth. leg. p.* 4. *fol.* 86. *&* 87. ubi etiam me citat.

13 Amittens uno jure, an ex alio venire possit, Roxas *de incompatibil. p.* 4. *cap.* 6. *num.* 50. *&c.* Menoch. *lib.* 5. *præsump.* 61.

14 Amissa, sive deperdita cujus efficiantur dixi in §. *Inventor num....* Autunnez. *libr.* 5. *de donat. part.* 3. *cap.* 13.

15 Alia de amissione rerum multa habentur in nova Polyanthea *verb. Amissio.* Antonel. *de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 34. De Luc. *in Indic. General.*

Amissio rei sequestratæ non probatur juramento sequestratarii Abeccles. *observ forens. part. p. observat.* 826. *n.* 10.

§. AMOR. XXVIII.

1 AMor cùm sit quædam furoris species excusat interdum à pœna ordinaria delictorum præ amore commissorum, maximè si etiam habeatur remissio partis offensæ, quia per amoris vehementiam interdum quis non est suæ mentis compos, vide Clar. *§. fin. quæst.* 60. *versic. Est et amor etc.* ubi refert diversimode fuisse judicatum Menoch. *de arbitr. cas.* 328. *per tot.* ubi multa de vi, & impetu amoris, Ricc. *Collect.* 1843. 2217. 2706 *et* 4138. in Prax. *var. resol. cap.* 135. Peguer. *decis.* 7. Conciol. *resol. crim. verbo Delictum resol.* 12. ubi plura pro mitigatione pœnæ in delictis ex causa amoris. Giurb. *cons.* 47. De Comitib. *decis. Florent.* 40. *§. unic. n.* 32. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 9. *nn.* 17., ubi hoc ampliat ad sortilegia facta ex causa Amoris, quæ non puniuntur pæna hæresis.

Plurima autem curiosa de zelotypia amoris, cujus furor ad bestias etiam extenditur, & an inter rivales faciat indicium ad torturam uno ex illis interempto, Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 23. *per tot.* ubi quòd non, nisi tribus concurrentibus, nempè quòd uterque rivalis sit captus amore ejusdem fœminæ, sciat alium potiri amata, ac denique ægreferat, & zelotypiæ affectu laboret, ut etiam declarat Farinac. *consil.* 193. *nu.* 46. *& seqq.* Thor. *vot. crim.* 18. *nu.* 34. facit quod dixi in *§. Inimicitia num....*

Et ideò bonum esset his casibus habere judicem amore captum, aliàs vidi quando aliquid præmeditatè agitur ex causa amoris, modicum capitale fieri in practica de hujusmodi allegata excusatione, imò quandoque delicta præmeditatè præ amore commissa graviùs puniri, ut dixi in mea Pract. *§. Delinquenti num.* 18. & notat Scanarol. *de visitat. Carcer. lib.* 2. *§.* 35. *nu.* 27. *&* 28. *fol.* 362. vide Farinacc. *de pœn. temper. qu.* 98. *cas.* 13. *per tot.* ubi etiam Vulpin. *in suco*, Tusch. *litt. A*, *concl.* 327. Pellegrin. *loc. cit.*, ubi quod aliquandò graviùs puniuntur ad exemplum. Quod tamèn Crescin. non ità de facili admittit, ut ipse docet *in pract. criminal. in process. defens.*, nam Amor sæpissimè etiam prudentissimos Viros excæcavit, ut legitur *in sacr. pag.* de Davide adulterium comittente & deinde homicidium. 2. *Reg. cap.* 11., de Salomone 3. *Reg. cap.* 11., de Sampsone amore Daliæ furente *Judic. cap.* 16. Sed quid antiqua perquirimus, ubi moderna abundant exempla?, & nosmetipsi hoc quotidiè experiri, ingenuè fateri cogimur.

Qualiter autem probetur amor inter amasiam, & amantem, Mascard. *de probat. concl.* 89.

2 Amatorium poculum præbens qualiter puniatur, vide Menoch. *de Arbitr. cas.* 358. *per tot.* Franc. *de Homicid. q.* 122. *part.* 5. *per tot.* ubi etiam Vulpin. *in suco*, latè Martin. Delrio *Disquis. Mag. lib.* 3. *quæst* 3. *sect.* 1. 2. *&* 3. *per tot.* ubi plura curiosa de amatorio maleficio, an possit cogere ad amandum, ac de illius remediis. Vide Basilic. *decis. criminal.* 7. *ferè per tot.*

3 Qualiter amor excuset à pœna stupri commissi cum præcedente tractatu, & promissione matrimonii, illo posteà subsequuto, dixi in *§. Stuprum*, & in mea Pract. §. *Stupro num.* 7. *&c.*

Quòd matrimonium contractum inter amantes amore excæcatos sit validum, nec ex defectu consensus possit annullari, vel separari, quicquid sit in proverbio, quòd amore se capientes, rabie se dimittant, Aloys. Ricc. *prax. var. res. cap.* 135. *per tot.*

4 Amor faciliùs descendit, quàm ascendit, & quid inde inferatur, Rustic. *ad l. cum avus ff. de cond. & demonstrat. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 8. *&c.* Marta *de success. legal. p.* 1. *q.* 2. *art.* 5. *num.* 19. *&c. & p.* 4. *q.* 7. *art.* 1. *nu.* 19. Ansald. *decis.* 89. *n.* 104.

Quòd amor nullus vincat paternum, *l. fin. C. de cur. fur. l. istis quidem ff. quod met. caus.* Gizzarel. *dec.* 4. *n.* 27. *&c.* ubi idem concludit de amore materno, imò matres ardentiùs amare, teste Grato *consil.* 83. *num.* 12. *vol.* 2. & Mantua *sing.* 419. Gair. *de credit. cap.* 3. *tit.* 1. *nn.* 1087. *&* 1088. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 106. *n.* 4. *&c.* Castald. *consult.* 234. *n.* 18. *tom.* 2.

De amore patriæ faciunt tradita per Gizzar. *dec.* 13. *&* 23. *cum Addent.*

5 Amor pingitur puer, quia est irrationabilis, & stultus, item alatus, quoniam cupidine calentibus nihil levius, nihil mutabilius invenitur, item cum arcu, & sagitta, quia cor vulnerat, & faciem inflammat, nam ex primo pulcritudinis aspectu amor concipitur, & ex assiduitate cupido, & alia ad propositum Boer. *dec.* 23. *num.* 75. *&* 76

Qualiter Amoris Deus à vetusta antiquorum cæcitate pingeretur etiam cæcus, & cæcus appellaretur quoad propria commoda, cùm amor grandis merita amati non quærat, & alia plura de infinito Christi amore erga genus humanum, atque Beatissimæ ejus Matris Virginis Mariæ, latè F. Lucas à Monteforti *in suo Domo Sapient. column.* 1. *n.* 577. *& seqq. fol. mihi* 438. *&c. tom.* 1. ac alibi sæpè prout in Reper. *verb. Amor. & verb.* Cha-

Charitas, tam in primo, quàm in ſecundo tomo. Aguirre *de Virt. diſp. 16. quæſt. 1.*

6 Amor quatuor modis minuitur, vel ſextinguitur, nempè culpa, cùm peccans non poſſit ſupernaturaliter amare; ſecundò diſtractione voluntaria ad indifferentia objecta, ut ſolent communiter facere homines; tertiò eadem voluntaria diſtractione, ſed ad licita utpotè ad ſtudia, quòd quandoque fecerunt etiam Sancti viri; quartò diſtractione omninò involuntaria, quæ in quibus contigerit, & alia, idem Fr. Lucas *in d. Domo Sapient. colum. 1. num. 586. fol.* 444. ubi infert ad Beatiſſimam Virginem Deiparam, quæ ſemper intelligens, & ſemper amans fuit, nec unquam ab amando Deum ceſſavit, etiam dormiendo, quia ab illa omne peccatum ſemper longè ſletit, & omnis diſtractio abſuit.

Hic ſciens libenter omiſſa facio remedia non multùm à prædictis diſtantia ad minuendum, & extinguendum amorem profanum tradita, cum ab Auctoribus damnatis, & quorum nomina non merentur in hoc libro ſcribi, tradantur, & utinam à memoria omnium delerentur, cùm antè antidora propoſuerint venena in eorum propriam, & aliorum damnationem, quorum utinam quotidie non augerentur pœnæ in inferno per aliorum deſcenſum ratione ſcandali continui, & tractum ſucceſſivum habentis in mundo: Eccleſia enim in prohibitione hujuſmodi librorum inter alias pœnas ſtatuit nigrum Theta ipſis Auctoribus ad obſcurandum, & abolendum eorum nomina, & ne hoc afficiantur honore, ac ideò non poſſunt legi, etiam ceſſante periculo nocumenti, ut benè declarat Dian. *reſ. moral. part. 6. tract. 6. reſ. 49. & par. 11. tract. 1. reſol. 1. per tot.* ubi tamen refert Caramuel. *in ſua Theol. fundament. 17. q. 2. num.* 434. tenentem contrarium ceſſante ratione legis, cui ſatis abundè reſpondet, vide in *§. Lex num. 6. & §. Libri num.* 40.

Amor enim ſenſualis non meretur nomen amoris, ſed potius cupiditatis, ſive concupiſcentiæ, vel proprius odii ſui ipſius, & incendii, ex quo præter alia innumerabilia mala, ſequitur ultimum terribilium damnationis æternæ, nec ideò debet confundi cum vero amore, qui eſt charitas, quæ omnia poteſt, & ad æternam gloriam perducit.

Si quis tamen ſcire cupiat remedia contra maleficia amatoria legat Martin. Delrio *diſquiſ. Mag. lib. 3. quæſt. 3. ſect. 3. per tot.* ubi poſt plura profana ab antiquis Gentilibus tradita, concludit occupandam eſſe mentem in curis gravioribus, in cogitatione mortis, & inferni, in lectione bonorum librorum, in fundendo preces ad Deum, implorando auxilia Sanctorum, & Angelorum, & maximè Beatiſſimæ Deiparæ Virginis Mariæ, quæ ut puriſſima, & caſtitatis amantiſſima, ſummoperè deſiderat omnes hac ſpurci amoris lue liberare; item in meditando non externam ſpeciem ſæpè fucatam, & citò perituram, ſed internam corporis ſtructuram, quid illa fuerit antequam naſceretur, ſtilla ſpurci, & olidi ſeminis, quod nunc ſit ſaccus ſtercorum, ſterquilinium nive contectum, ſublata pellicula quid tertius, & cadaveri proprius, quid protinus futura, ſive Tais, ſive Helena fuerit, cadaver putridum, eſca vermium, & hujuſmodi, ut latiùs ipſe ibi explicat, & deſcribit; & generaliter de aliis remediis ſupernaturalibus, divinis, & Eccleſiaſticis contra maleficia, idem Martin. Delrio *d. tract. lib. 6. ſect. 3. per tot.*

7 Amor inter fratres qualis eſſe debeat, quomodo conſervari, Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 1. per tot.* ubi congerit plura moralia de fratrum concordia, amore, & odio.

8 De amore ſenſuali, & ejus effectibus plura Laurent. Urſel. *concl. 105. per tot.* & alia diverſa remiſſivè Ægid. de Caſtejo. *in ſuo alphabet. jurid. verb. amor, & amatoria ars*, & noviſſimè (me etiam citato) Com. Aoguſtin. Fontan. *in ſua Bibliot. Legal. p. 4. fol.* 88. Sanz. *controv.* 23.

9 Plurima de Amore Dei, de Amore proximi, de amore ſui, de amore patriæ, de amore venereo, & hujuſmodi, ex ſacris paginis, Sanctorum Patrum ſententiis, Poetarum dictis, & exemplis exornata habentur in nova Polyanthea *verb. Amor*.

10 Amor nullus vincit paternum, concurrit etiam in matre, ſed an major, minor, vel æqualis eſt controverſum inter Auctores; non tamen idem eſt filiorum in parentes, & quare, licèt etiã memoranda eorũ pietatis in parentes legantur exempla; hinc magis torquetur pater in perſona filii, quàm in ſe ipſo, & ſicuti confeſſio metu tormentorum extorta ſine præcedentibus indiciis non nocet confitenti, ita non nocere ſi extorqueatur metu torturæ filio inferendæ pluribus exornat Philipp. Paſcal. *tract. de vir. Patriæ poteſtat. part. 3. cap. 1. per tot. cum annot.* Franc. Mar. Prati.

Amor violentus eſt ſpecies furoris, reddit homines inſipidos, illoſque conſilio privat, ac ideò excuſari detentum in certo loco ſub fidejuſſione, vel in confinio, ſi diſcedat per modicum tempus, & animo redeundi, & poſteà revertatur, niſi antè reditum fuerit à birruariis captus, probat noviſſimè Jacobus Balduc. in obſervat. ad Ramon. *conſil. 43. num. 8. & ſeqq. per tot.* vide alios per me citatos, & quæ notavi in §. *Confinatus num.* 5. quod Amor aliquandò vertatur in inſaniam, & immoderatus æquiparetur phreneſi, & alia Rot. in Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. *lib. 9. decis. 14. vol. 2.* vide Anſald. *decis. 77. n.* 18. Bertachin. *vot. 147. n.* 2. 11

Teſtamentum Amantis favore Amaſiæ an ſubſtineatur. Bertachin. *vol. 147. per tot.* 12

Alia plura de Amore, & Amantibus ſcribit Altimar. *de nullit. rubr. 11. quæſt. 9. nu. 65. et ſeqq. tom.* 2., ubi quod Amans æquiparatur Prodigo, immò æquiparatur Mentecapto, quod eſt ſimilis fatuo, immò quadrupedi, cum non habeat intellectum, & quod Amor eſt ſpecies furoris, & quod requiritur decretum in contractu faciendo per Amantem, & quod Amans eſt miſerabilis perſona, & quod excuſatur in delictis commiſſis per Amorem.

§. ANIMAL. XXIX.

ANimalia vendita cum reſervatione dominii, ſi faciant damnum, an teneatur emptor, vel venditor illud reſarcire, ſtante ſtatuto quòd ſpectet ad dominum reſarcire damnum ab eis datum, dixi in *§. Damnum num.* 5. 1

Qualiter teneatur dominus pro damno ab animali ſuo dato, *l. ex hac lege, et l. 1. ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dic.* Marian. Soc. & Abb. *in c. ſi bos de injur. & damn. dat.* Bajard. ad Clar. *§. fin. q. 99. nu.* 9. Proſper. Rendel. *tract. de vinea etc. part. 1. cap. 3. & cap.* 11. ubi de damnis datis in vineis, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 530. *&c.* P. Molin. *de Inſtit. tract. 2. diſp. 712. & ſeqq.* vide Brunnemann. *in l. cit.*

Animalia reperta damnum dare in prædio proprio, ſi alio ducantur, & recondantur donec ſibi fuerit emendatum damnum, non committitur furtum, Pract. Papp. *form. Inquiſ. gloſ. Contrectando num. 4. cum Addit.* Boniſac. *de furt. §. 6. nu. 26. &c.* ubi quòd ſi ad domum ſuam ducantur committitur furtum. Barboſ. *vot. 126. num.* 34. 2

An animalia reperta damnum dare poſſint retineri, vide latè Calvin. *de æquit. lib. 3. cap. 268. per tot.*

Imò hoc facere licitum eſt, donec detegatur illorum dominus, Capyc. *deciſ. 45. per tot.* ubi quod in practica ſervatur illa reſtitui data cautione de ſolvendo damno, vel diſfida, Leoneil. *deciſ. Ferr. 94. nu.* 7. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 168. num. 3. vol. 2. et dec. 178. num. 13. vol. 2. & dec. 94. num. 28. etc. vol.* 5. Surd. *de alim. tit. 8. privil. 62. per tot.* Ricc. *Collect.* 3719. ubi etiam quòd non poſſunt occidi, Boniſac. *ubi ſup.* ubi quòd ſolent duci ad cauponam, & Bononiæ poſſunt occidi vigore ſtatuti.

Quod de conſuetudine poſſint retineri donec ſequatur ſatisfactio, licèt ſecus ſit de jure, Boſſ. *tit. de dam. dat. in fine*, Gratian. *deciſ. 57. num. 12. et diſcept. forenſ. cap. 80. per tot.* Merlin. *de pign. lib. 1. tit. 2. q. 14. num. 12. etc.* ubi quòd de jure retineri, & pignorari non poſſunt, ſed agendum eſt contra dominum pro ſatisfactione damni ſi contrarium ſit permiſſum vigore ſtatuti, vel conſuetudinis.

Quid ſi animalia eſſent Clericorum, an poſſit judex ſæcularis contra illa procedere, & retinere, contrarias opiniones refert Dian. *reſol. moral. p. 1. tract. 2. reſol. 80. & par. 4. tract. 1. reſol.* 72. ubi negativam ſuſtinet, vide pro, & contra, Paul. Chriſtin. *deciſ. 203. nu. 22. et ſeqq. vol. 1.* Farin. *q. 8. n* 39. *etc.* Ricc. *Collect.* 4127.

Quòd animalia Clericorum damnum dantia in bonis lai-

laicorum possint capi, & duci ad judicem laicum, Luc. de Pen. in l. 2. C. de navib. non exclus. lib. 81. Surd. consil. 301. l. 3. Joseph. Feliu. in Margar. var. conclus. verb. Animalia in fine, latè Fontanell. decis. 514. per tot. Cortiada decis. 26. num. 51. cum aliis pluribus modernis citatis, & me pluries in hoc loco per Romaguer. in Addit. ad Conciol. Stat. Eugub. lib. 6. Rubr. 10. et 11. per tot. ubi etiam qualiter possint retineri pro alimentis eis præstitis, & si pereant cujus periculo pereant, an possint occidi, vel vulnerari, vel per viam arctam expelli, ut rumpant collum, an dominus animalium teneatur recipere carnem, & corium ad computum pretii, & alia notabilia.

Plura de damno, vel fida solvenda pro animalibus in alieno pascua sumentibus, Sanfelic. decis. 8. per tot.

Qualiter animalia bruta delinquando puniantur, vel obligent dominum, Guid. Pap. decis. 238. Tusch. litt. A, concl. 332. et litt. D. concl. 9. vide in §. Damnum n. 6. Ricc. d. Collect. 4117. ubi plura notabilia, Guzman. de Evict. quæst. 71. num. 66.

3 Animalia si se invicem aggrediantur ita ut non appareat quodnam fuerit alterius aggressor, neuter illorum dominus tenebitur alteri emendare damnum, vel dare animal pro noxa, cum defensio tanquam juris naturalis sit licita etiam inter animalia bruta, l. 1. §. cum arietes ff. si quadrup. pauper. fec. dic. ubi glos. Guazzin. defens. 29. cap. 4. num. 18. Brunnemann. in l. p. ff. si quadrup. pauper. fecis. dicat.

Et quòd occidens canem, vel aliud animal pro sui defensione ad nihilum teneatur, cum etiam contra animalia sit permissa defensio idem Guazz. defens. 38. cap. 5. n. 11.

4 Animalia data in soccidam, sive custodiam, si pereant aliquo casu fortuito, qui regulariter sine culpa custodis evenire non solet, ut furtum, incendium, & similes, pereunt periculo custodis nisi probet se carere culpa, Mascard. de prob. conclus. 239. 263. & 467. nu. 5. Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. num. 128. Farinac. quæst. 89. nu. 14. idem Menoch. lib. 6. præsumpt. 61. num. 34. & seqq. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 17. nu. 284. fol. 285. Tuschus litt. C. conclus. 1118. per tot. Alexand. Trombett. tractat. de societat. cap. 9. 10. & 11. per tot. ubi plura de damno, lucro, & divisione inter socios, vel dominum, & soccidam animalium. Pacion. cap. 12. num. 101. de Locat., & Conduct. De hac societate Nicol. in elucubrat. utriusq. jur. Instit. Imperial. tit. de societ. Bertachin. vol. 2. Dominus meus Tartagl. de reservat. Statut. art. 59.

Qualiter mors animalium sit probanda à conductore agente ad restaurum, Rot. part. 16. recent. decis. 359. & decis. 403. in eadem causa, ubi benè distinguit, vide in §. Mors, Pacion. cap. 12. n. 114. & seqq. de Locat. et conduct.

Si verò pereant casu, qui regulariter sine culpa custodis contingere solet, ut incursus hostium, impetus aquarum, & similes, periculum spectat ad dominum, nisi probet culpam custodis, Menoch. Mascard. Jordan. in locis supra cit.

Quando autem pereunt casu, in quo nihil lex præsumit, ut quia solet evenire cum culpa, & sine culpa, ut est mors, & tunc debet probari casus, & genus mortis, ex quo constabit an culpa præcesserit, vel abfuerit, quicquid sit in Argentariis, & Custodibus carcerum, qui ratione publici officii tenentur præstare custodiam, & docere se caruisse culpa, prout omnia prædicta, & alia congerit Michalor. de fratr. part. 2. cap. 47. et per tot. & dixi in meis resolut. cap. 17. n. 31. et seqq. per tot. Tusc. litt. C. conclus. 1118. et litt. M. concl. 400. Pacion. de locat. et cond. cap. 12. per tot. Quesada, & Pilo contr. for. cap. 7. per tot. Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 6. Rub. 46. et 47. per tot. vide Bertachin. vol. 2. et vol. 108.

Quid probare debeat custos, qui tenetur ad custodiam, ut se liberet à damno amissionis rei illius custodiæ commissæ, de qua culpa teneatur, & alia, Mascard. de probat. concl. 469. per tot. vide Bertachin. loc. cit.

5 Quòd quando fuerunt data æstimata, si latrocinio, incendio, vel fulmine perierint, damnum sit commune, si nihil dolo, aut culpa acciderit illius, qui æstimatum pecus recepit, quia tunc ille totum damnum subiret; intelligendo de æstimatione tali, quæ faciat emptionem, & venditionem pro parte, & quando casu perierunt, secus si morte naturali, leg. cum duobus §. Damna ff. pro socio, Magon. decis. Flor. 111. n. 41. Joseph. Ludovic. decis. Perus. 10. per tot. Michalor. d. tract. part. 3. cap. 59. nu. 34. et seqq. Alex. Trombett. de societ. cap. 9. num. 94. Joseph. Feliu. in Margarit. var. concl. verb. Animalia, Bertachin. in repert. verb. Animal, latiùs in dictis meis resol. cap. 17. num. 11. et seqq. ubi plures alios allegavi, vide in §. Culpa, et §. Dolus, et §. Locatio num. 22. §. Æstimatio n. 6. Leotard. de usur. q. 31. num. 7. 8. et 9.

Quòd animalia de sui natura fructifera, ut pecudes, maximum fructū reddere soleant, in quo taxando sit habenda ratio non solùm ad primos fœtus, sed etiam ad secundos, & tertios in infinitum arbitrio peritorum, quorum judicio stari debeat Rot. par. 16. recent. decis. 189. per tot.

Quòd animalia bruta possunt locari, sive ut singula, sive ut armentum, vel præcordium in genere, Corrad. de contract. tract. 5 q. 89. nu. 1. &c. Rot. post Pacif. de Salvian. decis. 275. n. 2. & 3.

Qualiter divino judicio periisse probetur, Mascard. de prob. concl. 238.

Quando, & quomodo ex cursu temporis animalia præsumatur mortua, Corn. consil. 186. n. 1. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 624. nu. 25. Marc. Mut. decis. 75. nu. 12. Rot. part. 12. recent. decis. 197. n. 35. inf. n. 13.

Animal venditum si moriatur intra triduum, alio non
apparente præsumitur mortuum ex morbo præcedente, 6
& ægritudine generata apud venditorem, qui ideò tenetur ad restitutionem pretii, Joseph. Ludovic. decis. Perus. 118. & ult. per tot. Boer. decis. 323. nu. 12. Mascard. de probat. concl. 92. Cardin. Tusc. litt. M. concl. 384. & 385. Mangil. de evict. quæst. 200. nu. 88. 89. & 90. dixi in mea Pract. §. Bovi num. 5. & alibi, Borgn. Cavalcan. decis. 53. num. 19. &c. vide Ciarlin. controvers. 89. num. 7. & seqq. ubi plenè declarat. Dom. meus Advocat. Cabrun. lucubrat. 16. fere per tot. Bertachin. vol. 108. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 7. subsect. 1. n. 66. tom. 3. fol. 143. & rubr. 1. part. 4. quæst. 39. sub n. 135. tom. 6. fol. 229.

An autem, & quando sit locus redhibitoriæ propter animal morbosum venditum non manifestato vitio, Ciarlin. controv. 113. per tot. & dixi in §. Venditio n. 39. & seqq. ubi plura, & plures allegavi. Bertachin. d. vol. 108. Altimar. sub d. n. 135.

Animalia qualiter possint retineri pro alimentis illis 7
præstitis, donec solvantur à domino, Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 70. vide in §. Alimenta num. 24. Surd. dict. tract. tit. 8. privil. 62. Negus. de pign. membr. 3. part. 7. n. 14. Borgn. Cavalcan. dec. 23. nu. 31. ubi quod sunt obligata pro alimentis, & custodia, adeò ut præstans illis alimenta, & custodiam debeat præferri quibuscunque creditoribus anterioribus expressam hypothecam habentibus, & possit retinere, Giurba decis. 40. Salgad. Labyrint. creditor. part. 1. cap. 11. num. 64.

Animalia constituunt tertiam speciem inter mobilia, 8
& se moventia, juxta notata in l. se moventium ff. de verb. signif. nisi tamen aliter constet de mente testatoris, Joseph. Ludovic. decis. Perus. 61. num. 21. vide in §. Mobilia, & §. Legatum, Bertachin. in Repert. verb. Animal. & verb. Bona.

Animalia omnia etiam imperfecta, quæ pro pastu 9
perfectis sunt necessaria qualiter fuerint à Deo creata in diebus Creationis, non autem ea, quæ ex putri influentibus cœlis gignuntur, & postea Evæ adducta die sexta, ut nomen acciperent in Paradiso terrestri, ubi steterunt usque ad expulsionem Adæ, & Evæ, & per hujusmodi ingressum, & egressum non mutaverunt substantiam, nec propria accidentia, Fr. Lucas de Montesorti in Domo Sapientiæ tom. 2. colum. 1. n. 21. 752. & 753. fol. 17. & fol. 543. & 544.

Animalia damnum dantia in vineis, non possunt à 10
domino pro noxa dari, sed aliter debet damnum emendari, Prosper. Rendell. tract. de vinea, vindem. & vino part. 1. cap. 11. per tot. vide in §. Damnum n. 6.

Nec etiam generaliter possunt animalia dari pro noxa, sed dominus tenetur ad totale interesse, quando scivit illorum naturam, ut præsumitur si aliquo tempore apud illa tenuerit, & dimiserit sine custodia, Borgn. Cavalc. decis.

decis. 26. *n.* 57. *p.* 2. Arisin. Tepat. *var. sent. tit.* 530.

11 Animalia irrationalia, veluti locustæ, bruculi, & hujusmodi in agris, vel vineis damnum dantia an possint excommunicari, ut recedant, & à damno desistant, communis est opinio negativa, cum sint incapacia rationis, & peccati inobedientiæ, vel contumaciæ, sine quo non fertur excommunicatio, & dubium sit an sint cessatura, nec subsint jurisdictioni Episcopi, ac ideò potius orationibus, jejuniis, & eleemosinis esse expellenda, & sic cum auxilio, & beneplacito Dei concludunt Auctores, Navar. *consil.* 57. *de sentent. excommunic.* Sot. *de just. & jur. lib.* 5. *quæst.* 22. *art.* 2. *glos.* 4. *concl.* 4. Avila *de Censur. part.* 2. *cap.* 4. *disput.* 1. Zerola *in Prax. Episcopi verb. superstitio*, Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 408. *per tot.* vide Martin. Delrio *disquis. mag. lib.* 3. *part. post. quæst.* 4. *sect.* 9. *per tot. fol. mihi* 466. *&c.* ubi alia plura de vana observantia in exorcismis animalium, & curatione morborum, & Novar. *super Prag. Reg. Neap. Collect.* 43. *per tot.* Atavio *tract.* 2. *De stat. quæst.* 17.

12 Animalia probantur esse illius, cujus stigmate reperiuntur inusta, tam quoad possessionem, quàm quoad dominium, intelligendo si fuerit probata impositio stigmatis, vel signi, Luc. de Penn. *in l. stigmata C. de Fabric. lib.* 11. Mascard. *de probat. concl.* 91. *per tot.* vide *in §. Arma, insignia.*

13 Animalia, sicut mobilia, & hujusmodi per testatorem in hæreditate relicta cum fideicommisso, sunt fideicommissario restituenda, & si fuerint vendita, pretium est restituendum, vel in detractiones imputandum, nisi tamen sine culpa, vel mora gravati essent mortua, quia tunc damnum esset fideicommissarii, & sufficit probare tantum temporis effluxisse, ut amplius vivere non potuerint, Peregrin. *de fideicomm. art.* 4. *num.* 54. *art.* 10. *num.* 35. *& seqq. & decis.* 64. cum aliis per Fusar. *de substit. q.* 624. *num.* 22. *& seqq. supra num.* 5. *in fin.* De Comit. *decis. Senens.* 33. Caprat. *decis.* 556. *n.* 9. *part.* 2. & ut Animalium pretium calculari valeat in asse hæreditario, debet præcise probari, ea extitisse tempore obitus Testatoris idem Caprat. *dict. decis.* 55. *nu.* 8. *& decis.* 626. *n.* 9. *part.* 2.

14 Animalia fera ab alio vulnerata efficiuntur capientis, & non vulnerantis, quia adhuc multa evenire poterant, ut à vulnerante non caperentur, & ideò priùs occupanti conceduntur, juxta textus in *§. illud quæsitum instit. de rer. divis. & in l. laqueum ff. de acquir. rer. dom. & in l. naturalem §. illud quæsitum ff. eod.* Mastrill. *decis.* 180. *num.* 1. *&c. ubi tamen num.* 13. *&c.* videtur contrarium tenere quando sublata erat penitus omnis spes evadendi, ita ut tunc incipiant jure dominii spectare ad vulnerantem, ac si actualiter essent capta, per text. *in l.* 3. *§. item feras bestias ff. de acquir. poss.* ubi Cuman. & Soc. *§. Neratius*, vel stante contraria consuetudine, & loquitur de Turcis captis à triremibus Serenissimi Magni Ducis Hetruriæ, ut statim ac fuerunt redacti in aliquam insulam, & armis spoliati habeantur pro verè captis, nec possint ab aliis apprehendi, vel occupari, attenta etiam generali, & indubitata consuetudine Maris de dicta conclusione, vide Cæpol. *de servit. rustic. præd. cap.* 21. *num.* 4. *& seqq.* ubi de fera bestia in laqueum alienum reperta, ut fiat occupantis, nisi obstet consuetudo, vel statutum, & de aliis similibus quæstionibus Nicoli. *elucubrat. utriusq. jur. Institut. Imperial. tit. de rer. divis. à n.* 50.

15 Animalia si dum expelluntur à damno, tangantur, percutiantur, vel cogantur transire per viam arctam, vel alio modo ita ut rumpant collum, vel interitum patiantur, hoc probato à domino animalium, tenetur expellens ad emendam damni per hujusmodi interitum passi, *l. quintus, & l. si boves ff. ad l. Aquil.* Marcel. Cala *de mod. art. & prob. §.* 2. *glos. un. num.* 106. *fol.* 401. Brunnemann. *in jurib. cit.*

16 Animal mortuum non dicitur animal, & ideò obligatus dare animalia, non liberatur dando mortua, nec pro mortuis debetur gabella, Sebast. Medic. *tract. mors omnia solvit. p.* 2. *num.* 30. *&c.* vide *§. Gabella n.* 31.

17 Animalia immunda, ut porci, & similia possunt prohiberi in Civitatibus retineri ob periculum pestis, Ripa *de pest. tit. de remed. præservat. num.* 88. Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 5. *Rubr.* 42. adde Novar. *de gravam. Vassal. tom.* 2. *grav.* 30. Thoro *Comp. decis. part.* 3. *verb. Animalia.*

18 Animalia damnosa, & nociva in agris, vel arbustis, ut sunt Capræ, quæ continua febre laborantes, & illa accedente statim morientes, ad tradita per Plin. *lib.* 8. *natural. histor. tom.* 1. *cap.* 50. *lib.* 15. *& tom.* 2. *cap.* 8. *& lib.* 28. *cap.* 10. *num.* 11. quæcunque arido, & ferventi ore, aut lingua tangunt, arefaciunt, possunt prohiberi in locis domesticis, quæ tamen prohibitio non extenditur ad hircos, secundùm Catpan. *ad stat. Mediol. lib.* 2. *cap.* 365. *nu.* 25. Aldovin. *consil.* 11. *nu.* 11. quos refert, & sequitur Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 28. *per tot.* Capræ autem, vel bestiæ Caprinæ ad comprehendendos etiam hircos qualiter sint prohibitæ teneri in multis locis Status, & Dominii Florentini, dixi in mea Praxi *§. Capræ per tot.*

19 Animalia per viam publicam transeuntia non possunt molestari, nec aliquid pro eis exigi, si aliena territoria, non ingrediantur, & in eis morentur, Paul. Staiban. *consil.* 91. *nu.* 12. Thoro *Compend. decis. Neap. part.* 2. *verb. animalia.*

20 Alia de animalibus respectu pascuorum, & an quæ tenentur ad sellam possint per Barones capi pro suis servitiis, & alia quando Barones possunt uti animalibus Vassallorum, vel non, idem Thoro *d. Compend. part.* 1. *verb. animalia.*

21 Et de animalibus brutis nonnulla tradit remissivè Castejon. *in suo alphabet. jurid. verb. animalia bruta*, & me citato Com. August. Fontan. *in Biblioth. part.* 4. *fol.* 91.

22 Animalia viva, quæ possint admitti, & cum quibus cautionibus tempore pestis, secùs mortua, & alia ad rem, Card. Gastald. *tract. de avert. & proflig. pest. Polit. Legal.* in pluribus locis, ut in Indice *verb. Animalia.*

23 Animalia in prædiis existentia, an, & quando dicantur pars fundi, itaut veniant in feudo, donatione, fideicommisso, & hujusmodi concessionibus, latè Mans. *Consil.* 176. *&* 186. *lib.* 2. ubi per distinctiones, & varios casus explicat, & vide Cyriac. *contr.* 141.

Quòd animalia destinata ad usum, & ad fructus bonorum fideicommisso subjectorum habeantur tanquam bona ipsa immobilia, & non possint per creditores gravati auferri de prædiis, idem Mans. *consult.* 273. *nu.* 21. *& seqq. lib.* 3. & quod Animalia veniant appellatione bonorum pro collectione fructuum etiam in feudalibus Balducc. *de dot. tit.* 4. *decis.* 39. *n.* 44.

An autem naturaliter perempta sine culpa gravati veniant in restitutione fideicommissi, sive illorum æstimatio, Peregr. *de fideicom. art.* 10. *num.* 35. Fusar. *de substitut. q.* 624. *num.* 25. relati à Mans. *d. Consult.* 273. *n.* 24. & videndus magistraliter Pontirol. *in respons. pro Mambellis nu.* 278. *& seqq.* quòd fortè erit impressum post meas resolutiones in fine hujus voluminis.

24 Animalium identitas probanda est Balducc. *de prælat. tit.* 2. *decis.* 15. *nu.* 2. & quomodò habeatur justificata. Idem Balducc. *d. decis.* 15. *& decis.* 16. *n.* 13. *eod. tit.*

25 Animalia nemo potest immittere, & pascere in Feudo alterius, invito Domino; Honded. *cons.* 84. *nu.* 16. *lib.* 1. Covar. *pract. quæst. cap.* 37. *n.* 2. *vers. in re denique* Cepol. *de servit. rustic. præd. cap.* 9. *tit. de pasc. n.* 56. De Luc. *de servit. disc.* 35. *n.* 4. Franch. *decis.* 301. *n.* 1. *& seqq.* Rot. *reccat. decis.* 300. *nu.* 3. *& seqq. part.* 9. & plures alii, quos citat, & sequitur Episc. Rocc. *cap.* 167. *n.* 9. *tom.* 2.

26 Animalium ad caput salvum. si fuerit inita societas, damnatur à Bulla S. M. Sixti V. 45. de qua Constitutione testantur Leotard. *de usur. quæst.* 31. *num.* 10. De Luc. *de usur. disc.* 1. *n.* 7. Episc. Rocc. *cap.* 99. *nu.* 12. *tom.* 2.

27 Animalia nostra nobis pariunt *l. item ff. de acquirend. rer. domin.* Rube. *de confus. jur. cap.* 5. *n.* 12.

Animalia data in dotem numerata, rametsi inæstimata facto Hominis, censentur æstimata ministerio Legis, & per consequens translata in dominium Mariti, & restituenda in eodem genere, & qualitate, ad text. in *l. si res in dotem ff. de jur. dot.* ubi Gloss. & Paul. de Castr. *n.* 3. *& in l. æstimatæ ff. solut. matrim.* Covar. *pract. quæst. cap.* 28. *nu.* 6. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 28. *n.* 21. Boss. *de Dot. cap.* 16. *n.* 25. De Luc. *de Dot. disc.* 158. *n.* 5. Caprar. *decis.* 604. *n.* 31. *part.* 2.

§. ANNUS XXX.

1 ANnus inceptus, an, & quando habeatur pro completo, vel debeat esse finitus, vide pulchrè hinc inde Surd. decis. 178. per tot. Magon. decis. Floren. 10. nu. 24. facit quod dixi in §. Appellativa significatio, & §. Tempus nu. 4. Riec. Collect. 2444. Bellamer. decis. 726. Sansel. decis. 209. ubi in legato sufficit annus inceptus, latè Altimar. de nullit. Rubr. 12. quæst. 38. num. 105. & seqq. vide in §. Ætas num. 16. Covar. De Spons. cap. 2. n. 2. De Luc. de Legat. disc. 36. n. 9. & 10. & de Locat. disc. 51. Altimar. de nullit. rubr. 12. quæst. 38. num. 105. & seqq. tom. 2.

Quod præfixus ad emittendam professionem possit à superiore prorogari, Riec. Collect. 3343. vide Fagnan. in cap. ad Apostolicam de Regul. Altimar. de nullit. rubr. 1. sect. 1. n. 124. quæst. 35. part. 3. tom. 5. fol. 309.

2 Annus constat ex diebus, & mensibus, & quo die incipit, eodem die finitur, dividitur in duodecim menses, & primus mensis dicitur principium anni, à quo tempore incipiat, juxta varias consuetudines, & quòd ubi agitur de fructibus incipiat, & finiat in mense Septembris, & alia, Cardin. Tusch. lit. A, conclus. 345. Gizzarel. & Addent. decis. 33. per tot. ubi plura Guttierez. de Gabell. quæst. 143. nu. 5. Peregrin. de fideicomm. art. 49. num. 102. Ciarlin. controv. 29. num. 51. Martha de success. leg. p. 4. q. 18. art. 1. n. 116. &c. Carol. Tap. decis. 45. per tot. Antonel. de tempor. leg. libr. 1. cap. 3. num. 5.

Plura de annorum diversitate apud varias Nationes, de anno civili, & naturali, vel solari, & alia scitu digna, ac curiosa de more cumulat Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. nu. 1. & seqq. per tot. & alibi prout in repert. verb. Annus. De annis Climatericis, & eorum causis Martin. Delrio disq. mag. lib. 1. cap. 4. q. 2. de anno continuo, & utili. Nicoli. in elucubrat. utriusq. jur. Instit. Imperial. tit. de authorit. Tutor. n. 16.

3 Annus probationis, sive Noviciatus ad emittendam professionem in Religione omninò necessarius, debet esse continuus, & non interpolatus, aliàs professio redditur nulla, qualis debeat esse interruptio ad annullandam professionem, maximè concurrente etiam metu, pulchrè Lap. alleg. 46. cujus aurea verba cum aliis pluribus refert, & sequitur Rot. part. 10. recent. decis. 300. per tot. ubi concludit pro nullitate Barbos. alleg. 101. num. 23. &c. Ciarlin. contr. 108. num. 15. &c. Rot. part. 14. recent. decis. 116. per tot. ubi quid si interim fuerit reformata regula, & decis. 454. ubi plura pro nullitate, nisi ex tunc per alium annum continuaverit in noviciatu, & dixi in §. Tempus num. 10. & §. Ætas nu. 50. facit Thom. Trivis. decis. 48. lib. 2. De Luc. De Regul. disc. 46. n. 14. Fagnan. in cap. ad nostrum, & in cap. ad Apostolicam de Regul. & in cap. insinuante qui Cler. vel vovent. Spad. cons. 167. nu. 3. & cons. 95. nu. 9. lib. 1. Emerix jun. decis. 128. num. 1. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 35. sect. 1. à n. 110. tom. 5.

4 Annus ad effectum caducitatis consideratur secundum quod terra producit fructus, ut si est olivetum pro singulo biennio, si nemus pro singulo triennio, aut quinquennio, si terra laborativa pro singulo anno cum dimidio, & sic de aliis, ut bene declarat Borgn. Cavalcan. decis. 43. num. 59. etc. dixi in §. Emphyteusis nu. 51. ubi plures allegavi, & in §. Conductor num. 23. Joseph. Felin. in Margarita verb. annus.

Quòd annus pro quo emphyteuta solvit pœnam conventionalem non computetur in biennio, vel triennio, Corb. de emphyt. tit. de caus. privat. ob non solut. canon. ampliat. 9. num. 7.

5 Annus discretionis interpretatur pro pubertate, Jo. And. in cap. duo pueri, ubi etiam Goffred. in summ. de Sponsal. impub. Rot. per Farinac. decis. 246. nu. 7. ubi plura pro nullitate sponsalium per verba de præsenti contractorum cùm puella novem in decem annorum, non obstante cohabitatione, & prætensa copula subsequuta, cum quælibet defloratio non sufficiat, sed requiratur aptitudo corporis ad concipiendum, & generandum, & alia vide in §. Matrimonium, & §. Sponsalia.

6 Annus ad petendam investituram feudi, currit tantùm à die scientiæ, glos. in cap. 2. in verb. ultra annum, quo temp. miles, &c. Bald. in l. fin. Cod. si pend. appell. in fine, Jas. in l. 2. num. 23. C. de jur. emphyt. Rot. per Farinac. decis. 795. num. 2. alia vide in §. Dominus, §. Investitura, & §. Vassallus, Corbul. de emphyt. tit. de caus. privat. ob non petit. invest. intra legitim. temp. num. 8. & seqq. Hodiern. ad Surd. decis. 148. nu. 1. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 19. n. 104. tom. 4.

Quòd annus in materia feudi incipiat à principio Septembris inclusivè, & duret usque ad mensem Martii inclusivè, quomodo fructus dividantur, & alia, Pacif. de Salvian. inspect. 4. cap. . num. 187. vide in §. Fructus.

Annus ad deliberandum hæredi concessus ab initio est utilis, & incipit tantum a die scientiæ, licèt postea efficiatur continuus, qualiter transeat ad hæredes, an possit abbreviari, an tollat tempus adeundi, quod durat 30. annis, & alia, DD. in l. sancimus, & l. cum antiquioribus Cod. de jur. delib. Pract. Papp. libel. hæred. ex test. glos. 2. Marant. in l. is potest num. 319. &c. ff. de acquir. hæred. & alii, quos allegavi in §. Tempus n. 4. 7

Annus concessus matri, & aliis ad petendum tutorem pupillis sub pœna privationis illorum hæreditatis, est utilis, & non currit nisi à die scientiæ, qualitèr possint excusari ab ista pœna, & alia, DD. in l. sciant C. de legit. hæred. Marant. in l. is potest num. 232. ff. de acquir. hæred. Montan. de tut. cap. 17. Seraph. decis. 916. Riec. Collect. 3990. dixi in §. Mater num. 2. & seqq. ubi plura, & in §. Tempus num. 7. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 71. n. 6. & seqq. ubi qualiter dicta scientia sit plenè probanda. 8

Annuum debitum ex re aliqua, an illa perempta finiatur, dic quòd sic, quando respectu certæ rei debetur, Peregrin. de fideicomm. art. 4. n. 57. vide in §. Legatum. 9

Annui reddítus, & pensiones, an, & quando, ac inter quos dividantur pro rata temporis, Peregrin. de fideicom. art. 49. n. 100. dixi in §. Fructus. 10

Annui redditus ex re immobili debiti in perpetuum, vel ad longum tempus per actionem realem, vel mixtam, connumerantur inter immobilia, juxta Clem. exivi §. cumque de verb. signific. l. jubemus, ubi Bald. Cod. de sacrosanct. Eccles. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 6. num. 3. & seqq. Gabriel. comm. conclus. tit. de verbor. signific. conclus. 8. per tot. ubi quòd non procedit quoad credita Montium, vide in §. Census num. 22. & §. Locus n. 8. ubi contra quoad loca montium Spad. cons. 27. n. 5. lib. 1. Hodiern. ad Surd. decis. 204. n. 1. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 44. à num. 13. De Luc. de Cens. disc. 17. n. 2. & seqq. de servit. disc. 73. nu. 4. de Feud. disc. 92. n. 4. de Regal. disc. 92. num. 7. & 8 de Usur. disc. 17. sub n. 19. de Dot. disc. 21. nu. 3. de Donat. disc. 33. n. 14. in fin. de Alienat. disc. 28. num. 4. & 10. de success. disc. 41. n. 182. alii plures, quos refert, & sequitur Crescin. ad Abeccles. observat. 134. n. 11. & seqq. part. 1. 11

Plura de annuis redditibus, & censibus an, & quando ex solutione trium annorum præsumantur antea soluti, & inducatur etiam obligatio solvendi in futurum, & alia notabilia, Arisinin. Tepat. var. sent. tit. 375. per tot. facit quod dixi in §. Alimenta n. 20. & §. Solutio nu. 21. vide tradita per Pen. & Crescin. decis. 183.

Quibus autem modis possit probari annua præstatio, veluti præscriptione longi, vel longissimi temporis, Mascard. de prob. concl. 101. per totum, vide in §. Census ubi plura.

Annus, sive anni expressio qualiter sit necessaria in omni instrumento, & sit facienda per extensum, non per abacum, Scacc. de judic. cap. 11. nu. 1187. & seqq. Gair. de credit. cap. 3. tit. 1. n. 133. & seqq. ubi etiam in quibus Regionibus annus sumat initium à Nativitate, vel Circumcisione, vel Incarnatione D. N. J. Christi. De anno, & mense delicti, non autem die exprimendo ab accusatore, Thomas. Trivis. decis. 20. lib. 2. vide in §. Inquisitio. 12

Qualiter computatio anni ab Incarnatione incipiat priusquam annus à Nativitate, & alia de hujusmodi computatione anni ab Incarnatione, vel à Nativitate, Bich. decis. 385. num. 6. & seqq.

Annata, quæ ex beneficiis vacantibus solvitur Capitulo, quomodo differat ab ea, quæ solvitur Cameræ Apostolicæ, & alia de hujusmodi annatis quo jure debeantur, & ad hunc effectum sit exprimendus valor in impetratione beneficii, Seraph. decis. 1410. per tot. 13

Quod annatæ temporis spatio solutæ non possint amplius denegari, cum difficile sit contra observantiam insurgere,

ſurgere, Rot. *part.* 14. *recent. decif.* 471.

24 De anno qualiter computetur, quando incipiat; & dicatur perfectus, vel non, & alia Laurent. Urſel. *concl.* 116. *per tot.*

25 De annatis, & ex quibus beneficiis ſolvantur Cameræ Apoſtolicæ, vel Capitulo, & earum differentia, idem Urſel. *concl.* 110. *per tot.*

26 Et de annuis redditibus, inter quæ connumerentur, quomodo præſcribantur, & alia, idem Urſel. *concl.* 113. *&c.*

27 Aliqua de annis, & annuis redditibus ad diverſos effectus, Thoro *Compend. decif. Neap. verb. Annus part.* 1. 2. *&* 3. Nonnulla remiſſivè Caſtejon. *in Alphab. jurid. verb. Annus, Annuum*, & plura Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 92. *& ſeqq.* De Luc. *in Indic. General. verb. Annua præſtatio, & verb. Annus.* Fagnan. *in Indic. General.* ubi etiam plura de Annatis; & Anniverſario Altimar. *in tract. de nullit.*

28 Annus, menſis, & dies requiritur pro verificandis partitis, ad hoc, ut pro adminiſtratore ſint calculandæ, & bonificandæ, ſicut cauſa, & alia, de quibus pluribus citatis, Jacobus Balducius *in obſervatione ad* Ramon. *conſil.* 35. *num.* 9. *& ſeqq.*

29 Quando annus incipiat, & à quo tempore computetur Gen. *in pract. in annot. ad cap.* 65. *n.* 21. Annus Pontificis à die coronationis, non à die aſſumptionis incipit Pen. *decif.* 288. Annus in reſcriptis computatur à die datæ Abeccleſ. *obſerv.* 4. *nu.* 27. *part.* 1. in penſionibus ſumit initium à die reſervationis, & terminat ipſa die recurrentis anni, intrà quod temporis ſpatium integra fructuum recollectio eſt obnoxia penſioni, licet pro commodiori ſolutione diſtributæ in duos terminos. Emerix. jun. *decif.* 23. *n.* 1.

20 Annus non centeſſimus, ſed ſexageſimus quintus duntaxàt ad effectum generandi habetur in conſideratione. Narbon. de *ætat. ann.* 65. *quæſt.* 1. *n.* 6. *& ſeqq.* Zacch. *quæſt. medic. legal. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *ſub n.* 55. *verſ. veritas tamen eſt.* Balduc. *de legat. tit.* 3. *decif.* 9. *n.* 71.

§. ANTIQUITAS. XXXI.

1 ANtiquitas temporis ut talis dici poſſit quot annos requirat, plures opiniones refert Menoch. *de arbitr. caſ.* 3. *per tot.* ubi videtùr concludere poſitum eſſe in Judicis arbitrio, & latiùs Cravett. *de antiquit. temp. in* 1. *part. princ.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 969. *num.* 7. *&c.* Tuſch. *litt. A. concl.* 341. *per tot.* Leoncil. *decif. Ferr.* 14. *n.* 4. *dec.* 56. *n.* 30. Maſcard. *de probat. concluſ.* 103. *& ſeqq.* ubi etiam plura de probatione antiquitatis, & in antiquis quæ probationes ſufficiant, Seraph. *decif.* 381. 580. *&c.* Ceval. *comm. qu.* 425. Bonden. *docum.* 45. vide De Luc. *de Jurepatr. diſc.* 57. *n.* 33.

2 Antiquitas temporis, cujus initii memoria non extet quid operetur, vide Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 131. *num.* 38. *& ſeqq. dixi in §. Conſuetudo* Rot. *part.* 13. *recent. decif.* 172. *num.* 4. ubi quod facit verum omne poſſibile, & ut videantur interfuiſſe omnia neceſſaria, &c. Ricc. *part.* 2. *collect.* 385. Anſald. *decif.* 55. *n.* 2. *& decif.* 9. *in princ.*

3 Antiquitatis nomine in materia probationum venit tempus centum annorum, & non minus, Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appellat.* 19. *per tot.* Si tamen modicum tempus deficiat ad centum annos, adhoc ſuffragatur antiquitas, Rot. *part.* 6. *recent. decif.* 184. *num.* 3. Pen. 1286. *à n.* 4. *& decif.* 1659. *à n.* 3. De Luc. *de Jurepatr. diſc.* 57. *n.* 33.

Quod res dicatur de antiquo ſi excedat ſexagiota, vel ſeptuaginta annos, nec tunc ſubducatur tempus litis, Seraph. *decif.* 928. *& decif.* 75.

4 Antiquitas temporis non probatur ex ſola data in inſtrumento appoſita, niſi aliis adjuvetur adminiculis, ut ſi facies ipſius præſeferat antiquitatem, vel alias pluries fuerit in judicio productum, & ſimilia, aliàs confici poſſent ſcripturæ modernæ cum data antiqua, Gratian. *diſcept.* 554. *num.* 41. Rot. *par.* 9. *rec. decif.* 333. *n.* 24. *&* 25. Put. *decif.* 186. *n.* 2. *lib.* 2. cum concordantibus per Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 285. *& ſeqq. & n.* 315. *verſ. Antiquitas fol.* 407. *&* 410. Rot. *par.* 9. *recent. decif.* 43. *per tot.* ubi plura quando inſtrumentum dicatur antiquum, ut probet ſine recognitione, & an ſit demendum tempus motæ litis, & alia, vide in *§. Inſtrumentum n.* 6. *etc.* faciunt tradita per Pen. *decif.* 59. *n.* 6.

Antiquitas temporis facit præſumere ſolutionem, concurrentibus aliis adminiculis, nam ſilentium in creditore inducit tacitam remiſſionem, & renunciationem, Afflict. *decif.* 13. *n.* 9. & dixi in *§. Solutio.* 5

Item facit præſumere ſolemnitates, Maſcard. *de probat. concl.* 108. *per tot.* vide in *§. Beneplacitum, & §. Solemnitas.* Ceval. *comm. quæſt.* 425. De Luc. *de Paroch. diſc.* 42. *num.* 4. *& de Emphyt. diſc.* 73. *ſub num.* 3.

Quod antiquitas habeat plura privilegia, & operetur multa, Card. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 339. *per tot.* Ricc. *part.* 2. *collect.* 385.

Quod ubi agitur de probanda re antiqua, plenè probent teſtes de publica voce, & fama, Rot. per Farinac. *decif.* 749. *n.* 2. *&c.* Seraph. *decif.* 75. *n.* 1. & quod ſufficiant leviores probationes De Luc. *de Jurepatr. diſc.* 31. *n.* 14. *& diſc.* 57. *n.* 10. In hac quoque materia intrat vulgatum illud juris axioma & quæ non proſunt ſingula, juncta juvant.

Antiquitas non tribuit robur ſcripturæ, dum nunquam fuit habita pro authentica, & originali, nec dum continet vitia viſibilia, & apparentia, ſed tunc demum ſuffragatur conſtito de illius obſervantia, Rot. *part.* 6. *recent. decif.* 224. *n.* 9. *& ſeqq.* coram Merlino, Cravett. *de antiq. tempor. §.* 4. *nu.* 16. *etc.* Seraph. *decif.* 928. *n.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 268. *nu.* 4. *&c.* Gatt. *conſ.* 15. *n.* 33. Duran. *decif.* 6. *n.* 14. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decif.* 494. *n.* 15. 6

Antiquiore de domo, vel familia ad fideicommiſſum vocato, an inducatur ſucceſſivum fideicommiſſum ad favorem omnium, vel potius unicum ad favorem primi exiſtentis tempore purificati fideicommiſſi, Anchar. *conſ.* 27. Rom. *conſ.* 438. *n.* 13. *&c.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 13. *n.* 86. *dixi in §. Fideicommiſſum n.* 10. *& §. Subſtitutio n.* 37. in quibus locis plures allegavi, & diſtinguendò difficultatem reſolvi. 7

Alia plura de antiquitate, & illius effectu, Bertach. *in repert. verb. Antiquitas*, & latiùs Cravett. *in tract. de antiquit. temp. per tot.* De Luc. *in Indic. General.*

De antiquitate plurimi facienda, & ejus effectibus Salgad. *de Reg. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 26. *& ſeqq.* Garzia *de Nobilit. gloſſ.* 4. *n.* 34. Cevallos *commun. quæſt.* 425. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 49. *& lib.* 1. *Politic. cap.* 9. cæteriq; relati ab Ægid. de Caſtejon. *Alphabet. jurid. in verb. Antiquitas.* 8

An autem id, quod eſt antiquum per adjectionem alicujus novæ qualitatis deſinat eſſe antiquum, & efficiatur novum, Franch. *decif.* 7. *n.* 4. 9

De antiquo tempore quid operetur, quando tale dicatur, Laurent. Urſel. *concluſ.* 120. *per tot.* & alia me etiam citato notat Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Biblioth. legal. p.* 4. *fol.* 100.

Antiquitas inſcriptionum, vel inſignium deſervit ad convincendum juſpatronatus. De Luc. *de Jurepatr. diſc.* 57. *n.* 14. 10

Antiquitas fundationis Monaſterii attenditur prò præcedentiis in loco De Luc. *de Regal. diſc.* 19. *n.* 12. non curata mutatione Religioſorum. *ibid. n.* 14. 11

In materia filiationis antiquitas deſumitur ab annis 60. Balducc. *de legat. tit.* 3. *decif.* 9. *n.* 26. & transfert onus probandi in Adverſarium negantem filiationem, ubi quis eſt in antiqua poſſeſſione filiationis. Balducc. *d. decif.* 9. *n.* 23. 12

§. APPELLATIO. XXXII.

APpellatio eſt à minore Judice ad majorem facta provocatio, *l.* 1. *§. ſi quis ff. de appell.* non enim ad minorem, nec ad æqualem, nec ad eundem regulariter eſt permiſſa appellatio, ſed ad majorem, cujus eſt corrigere id quod fecit inferior, ubi opus fuerit correctione. Quid ſignificet verbum appellare, & alia de deſcriptione, & etymologia appellationis, vide latè per Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 1. *per tot.* & ſummatim Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 3. *& ſeqq. fol.* 537. Tuſch. *litt.* 1

A. concluſ. 347. ubi quod eſt medicina contra morbum ſententiæ, & quærela iniquitatis ad illam corrigendam, Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 109. cum omnibus antecedentibus, *& ſeqq. per tot.* ubi ponit plures formulas de ſtylo Romanæ Curiæ ſervandas, Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 3. *rub.* 1. Quid ſit appèllatio, & alia plura utilia, & neceſſaria, maximè in Foro Eccleſiaſtico tradunt Pellegrin. *in praxi Vicar. part.* 3. *ſection.* 1. *nu.* 2. Nicoli. *Inſtit. Canon. tit. de appellat. n.* 1. Fagnan. *in c. mandato n.* 20. *de Simon. lib.* 5.

Appellatio multiplex eſt, nam alia dicitur judicia-
2 lis, alia extrajudicialis, alia legitima, alia frivola, alia à definitiva, alia ab interlocutoria, alia operatur effectum devolutivum tantùm, alia ſimul etiam ſuſpenſivum, alia canonica, & alia civilis, quænam ſit unaquæque, qualiter inter ſe differant, & alia vide per Scacc. *d. cap.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 32. *&c.* cum aliis per Jordan. *ubi ſupr. n.* 20. *& ſeqq. ad* 41. *fol.* 539. & infra per diſcurſum materiæ. Pellegrin. *dict. ſect.* 1. *nu.* 11. *&* 42. Abecclef. & Creſcin. *obſer.* 19. *part.* 2.

Appellatio fuit à legibus introducta, ut per eam ini-
3 quitas, & imperitia judicantium corrigatur, ſubveniatur oppreſſis, & probationum ſuppleatur defectus licèt ut plurimum hodie aucta hominum malitia, hæc theriaca vertatur in venenum, & contrarios ſæpè producat effectus, quibus tenetur judex quantùm poteſt obviare, & indebitè appellans ad effectum differendæ executionis cum faciat injuriam judici impediendo illius officium, & parti perturbando ejus juſtitiam, peccat mortaliter, ac tenetur parti ad intereſſe, ut benè ex Navar. & aliis probat Pac. Jordan. *d. tit.* 26. *n.* 41. *& ſeqq. fol.* 540. Giurb. *deciſ.* 49. *n.* 18. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 6. *& ſeqq.* ubi alios citat inquiens tamen ſecùs eſſe in criminalibus, præſertim quando reus eſt damnatus ad ſupplicium, cùm appellatio de jure ſit permiſſa, & adſit ſpes ſervandæ vitæ, modò bonum publicum aliud non poſtulet. Tholoſan. *de Appellatio. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 2. Donell. *lib.* 8. *cap.* 4. *lit. A.* Brunneman *in l.* 1. *a.* 1. *ff. de appellat.* Fagnan. *in c. ad noſtram n.* 2. *&* 4. *de appellationibus in c. cum tempore n.* 37. *de Arbitris & in c. mandato num.* 21. *de Simonia* Pellegrin. *d. sect.* 1. Altimar. *de nullitatibus rub.* 7. *q.* 5. *n.* 1. *tom.* 1.

Qualiter in cauſis appellationum liceat facere novas probationes, & alia, Fontanell. *deciſ.* 239. *&* 140. Abecclefin, & Creſcin. *obſer.* 20. *part.* 2.

An in foro conſcientiæ ſit licitum appellare à ſententia lata per Judicem ſecundùm unam opinionem probabilem, vel etiam probabiliorem, cùm ſuperior poſſit juſtè aliam opinionem probabilem ſequi, vide Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 104. ubi refert contrarias opiniones, & ipſe affirmativam amplectitur.

Quod ſæpè hoc antidotum appellationis vertatur in venenum, & fiat ſuffragium quod debet eſſe refugium, nam appellare non ut graves, ſed ſi graveris, licet ex ſententia D. Bern. ad Eugen. *de conſiderat. lib.* 3. *c.* 4. Leoncil. *deciſ. Ferr.* 28. *nu.* 10.

Et appellationi frivolæ non eſſe per judicem deferendum ſub pœna peccati, quando dicatur frivola, & alia, Leoncill. *deciſ. Ferr.* 60. *per tot.*

4 Appellatio plura regulariter requirit, nempè quod fiat in ſcriptis, vel viva voce incontinenti tempore ſententiæ antequam Judex recedat à Tribunali, per verbum appello, vel alia æquipollentia; ſi plures ſint ſententiæ plures interponantur appellationes, exprimatur gravamen quando appellatur ab interlocutoria, ſecus ſi à definitiva, contineat nomen appellantis, & appellati, & judicis à quo, & ad quem ſaltem ſub nomine dignitatis, ſententiam à qua appellatur unà cum die, & re ſuper qua fuit lata, & petitionem Apoſtolorum, quæ tamen omnia non ſunt ſubſtantialia, & recipiunt plures declarationes, de quibus Scacc. *de appellat. quæſt.* 4. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 45. *& ſeqq. ad* 91. *fol.* 541. *&c.* cum aliis per eos citatis, Tuſch. *litt. A. concl.* 357. ubi an ſit facienda in ſcriptis, vel viva voce ſufficiat, Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 3. *& ſeqq. & n.* 132. *& ſeqq. & n.* 256. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 97. *& ſeqq. vol.* 6. Pellegr. *prax. vicar. part.* 3. *ſect.* 1. *& ſeqq.* Altimar. *de nullitatibus rub.* 6. *qu.* 12. *num.* 10. *tom.* 1. Abeccleſia, & Creſcin. *obſerv.* 14. *part.* 2.

Appellatio eſt generaliter permiſſa cuicunque inde- 5
bitè gravato, & ſic cum ſapiat defenſionem poteſt appellare etiam excommunicatus in cauſa propria, procurator, negotiorum geſtor, fidejuſſor, legatarius, tutor, vel curator, ſive actor, pater pro filio, dominus pro ſubdito, quilibet ex conſortibus litis, creditor in cauſa pignoris, nominatus in dominum, & in ſumma quilibet tertius extraneus pro ſuo intereſſe, & aliquali præjudicio, vel etiam conjunctus pro conjuncto, amicus pro amico, & ſimiles dummodò his caſibus, in quibus non adeſt proprium intereſſe promittatur de rato, & infra decem dies ſequatur ratificatio illius, pro quo fuit appellatum. Ceſſante autem gravamine, ceſſat appellationis remedium, de quibus omnibus cum ampliationibus, & limitationibus, Scacc. *de appellat. quæſt.* 5. *per tot.* Reginel. *cod. tract.* §. 2. *c.* 1. Specul. *cod. tit.* §. 1. & ſummatim Pac. Jordan. *d. tit.* 26. *nu.* 91. *& ſeqq. ad* 176. *fol.* 544. *&c.* Tuſch. *litt. A. concluſ.* 348. & plura Ricc. *in ſuis Collect. ut in repert. verb. Appellatio*, Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 254. *& ſeqq.* ubi plura de materia appellationis. Pellegrin. *dict. ſect.* 1. *nu.* 14. Abeccleſia, & Creſcin. *obſer.* 166. *part.* 1.

Appellari poteſt regulariter à ſententia cujuslibet ju- 6
dicis, niſi ſit expreſsè prohibitum, prout in ſequentibus caſibus, nam appellare non licèt à ſententia Principis ſuperiorem non recognoſcentis, cùm non adſit major, ad quem poſſit recurri, quod tamen recipit varias declarationes, & præcipuè ut poſſit ad eumdem malè informatum, & melius informandum ſupplicari, & quid in ejus delegato. Item nec à ſententia Concilii generalis legitimè congregati ſuper contentione Papatus, vel in quo Papa interſuit, nec à ſententia Sacri Collegii Cardinalium, vel Senatus, vel Regis, Dictatoris, Decemviratus, Præfecti Prætorii, Curiarum Supremarum Franciæ, Regii Conſilii Neapolitani, Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ (quod Magiſtratus Dominorum Locumtenentis, & Conſiliariorum Florentiæ appellatur,) Venetiarum, Sabaudiæ, Mantuæ, Parmæ, Mutinæ, & ſimilium, qui inter magnos Principes connumerari ſolent; nec à ſententia fortunæ, ſive ſortis in caſibus permiſſis ubi non intervenit enormis læſio, vel dolus adverſarii, nec à laudo, nec ab executore, & ſimilibus, latè explicat Scacc. *de appellat. quæſt.* 16. *per tot.* & epilogat de more Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *d. tit.* 26. *num.* 176. *& ſeqq. ad* 222. *fol.* 549. *&c.* Card. Tuſch. *litt. A, concl.* 406. *etc.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 113. Quod regulariter appellari poſſit à quocumque etiam ſine expreſſione cauſæ rationabilis atque in omni cauſa licitum ſit appellare poſt ſententiam latam Creſcin. ad Abeccleſiam *obſer.* 166. *part.* 1. Caſus verò in quibus appellatio non eſt permiſſa, referuntur per Abeccleſiam, & Creſcin. *d. obſer.* 166. *part.* 1. ubi cumulantur alii Doctores de hac materia pertractantes.

Quod à ſententia Delegati Principis non detur appellatio, ſed tantùm ſupplicatio ex gratia ad Principem pro reviſione, & alia ad rem, Sanſelic. *deciſ.* 381. *cum Addit.* ubi etiam quod licèt permiſſum ſit ſemel tantùm reclamare, debet intelligi reſpectu utriuſque partis, nam ſi victus reclamat, & obtinet, poteſt etiam primus victor reclamare, qui ſi obtineat, imponitur perpetuum ſilentium, ut declarat Muſcatell. *de appellat. part.* 2. *gloſ. appellari num.* 11. *&* 12. *& in prax. part.* 7. *gloſ. Condemnandum num.* 119.

Appellari licitum eſt regulariter ab omni ſententia 7
etiam in cauſis parvis, ſummariis, piis celeritatem non requirentibus, inſtrumentalibus, ac etiam à non ſententia quando judex ter requiſitus recuſat facere juſtitiam, ita ut in dubio deferendum ſit appellationi, & clauſula, appellatione remota, à ſolo ſupremo Principe poſſit apponi, & non indifferenter tollat beneficium appellationis, ut latè ampliando, & limitando declarat Scac. *de appellat. quæſt.* 17. *n.* 1. *& ſeqq.* Marant. *part.* 6. *de appellat. n.* 278. *&c.* Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 5. *nu.* 8. Pac. Jordan. *d. tit.* 26. *n.* 222. *& ſeqq. ad* 267. *fol.* 553. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 13. 111. *&c.* ubi quod appellatio eſt de genere permiſſorum, & regulariter datur in omnibus cauſis, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 113. *& ſeqq. vol.* 4.

Pel-

Pellegr. *d. ſect.* 1. Card. De Luc. *de Judic. diſc.* 37. *n.* 60. Abeccleſia, & Creſcin. *loc. cit.*

Quod detur appellatio ab electione concurrentium in beneficio, & cauſentur attentata, Lancell. *d. cap.* 52. *limit.* 49. *nu.* 4. Merlin. *deciſ.* 47. vide in §. *Electio n.* 5. *& §. Epiſcopus n.* 13. Merlin. *deciſ.* 824.

An autem, & per quos poſſit tolli, & removeri appellatio, Tuſch. *litt. A. concluſ.* 398. *et ſeqq.*

8 Multi tamen ſunt caſus, in quibus ob varias rationes non eſt permiſſa appellatio; non enim regulariter appellari poteſt à duabus, vel tribus conformibus, nec quando fuit renunciatum appellationi expreſsè, vel tacitè, nec quando eſſemus in vero contumace, licèt ex benignitate ſecus, & in notoriis & manifeſtis, nec in decreto de aperiendo teſtamento, nec in judiciis poſſeſſoriis de jure civili, licèt ſecus de jure canonico, nec in cauſis alimentorum, vel piæ cauſæ ubi opus eſt celeritate, nec in executivis, nec in ſententia arbitri, vel arbitratoris, ſalva tamen reductione ad arbitrium boni viri, & conſuetudine ſecundùm quam videtur admitti, nec ubi Judex haberet liberum arbitrium, vel judicare deberet ſecundùm propriam conſcientiam, nec à ſententia lata à Rectore contra ſuum officialem pro delicto in officio commiſſo; quid ſuper tributis, & decimis, quid ſi ſententia eſſet nulla, nec à ſtatuto, nec à pœna juris, nec à ſorte, nec à decretis viſitæ, nec ab eo quod fit a majori parte Capituli, nec à ſententia contra adminiſtratorem loci pii ſuper reddendis rationibus, nec ubi jubetur caveri de damno infecto, nec ab electione ad munus auctoritate publicum, & utilitate privatum, ut tutela, vel cura, nec à ſententia lata virtute juramenti, nec à calculatoribus, ſive Judice juxta illorum calculum proferente, quod tamen habet difficultates, & contradictores, nec ubi periculum eſt in mora, nec ubi appellatio eſt frivola, nec ab eo quod quis fieri procuravit, nec in cauſis minimis de jure civili, & quæ tales dicantur juxta conſuetudinem, vel ſtatuta diverſorum Tribunalium, nec à ſententia lata pro ſolutione funeralium, nec ab interlocutoriis regulariter de jure civili, nec à ſententia de conficiendo inventario, nec in criminalibus de generali conſuetudine, quicquid ſit de jure, nec in ſententiis cenſurarum quoad effectum ſuſpenſivum, ſed benè quoad devolutivum, nec in actione ad exhibendum, nec quando quis habet ſententiam pro ſe, & ſic non eſt gravatus, & ſimilibus. Verùm quia omnes prædicti caſus varias recipiunt declarationes videndus eſt de ſingulis, Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 1. *cum ſeqq. per tot. quæſt.* ſummatim Jordan. *dict. tit.* 26. *nu.* 267. *& ſeqq. ad* 446. *fol.* 955. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 113. *cum pluribus ſeqq. vol.* 4. Marant. & alii per eos citati in locis ordinariis, ac infrà per diſcurſum, latè Card. Tuſch. *litt. A, concluſ.* 402. *& ſeqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *c.* 13. *num.* 112. *& ſeqq.* ubi ſub brevibus verbis colligit 64. caſus in quibus, non eſt licita appellatio, & alios uſque ad 120. recenſet Nicell. *de Concord. Gloſſ. cap.* 6. Pellegrin. *loc. cit. n.* 15. ubi adducit ſexaginta ſex caſus. Abeccleſia, & Creſcio. *loc. cit.* Card. De Luca *dict. diſc.* 37. *à n.* 49.

Plura qualiter verè confeſſus, & convictus ſimul, vel etiam fictè confeſſus per contumaciam non poſſit appellare tam in civilibus, quàm in criminalibus cauſis, Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 24.

Quòd etiam non ſit licitum appellare à ſententiis latis per judices excelſæ dignitatis, veluti Principes, vel eorum Senatus, *l.* 1. *ff. à quibus appell. non lic. l.* 1. *C. de ſent. præfect. prætor. l. ſi quis, C. de prec. Imper. offer.* Peregrin. *dec.* 97. *n.* 22. Brunneman. *in l. ſi quis* 5. *a n.* 1. *C. de precibus Imper. offer.* Altimar. *de nullit. rub.* 1. *q.* 5. *n.* 5. *t.* 1. Abeccleſia, & Creſcin. *obſer.* 25. *part.* 2.

9 Appellatione prohibita, quæ alia remedia ſuppetant injuriam paſſis, & gravatis, nempè allegatio nullitatis, reſtitutio in integrum, ſupplicatio, & querela in ſyndicatu contra judicem ad intereſſe, licèt de generali conſuetudine hodie judices ſyndicentur tantùm de dolo, & baratteria, non autem de iniquis ſententiis, & alia, vide per Scacc. *de appellat. quæſt.* 19. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 28. 29. 30. *&* 31. *per tot. fol.* 605. *& ſeqq.* ubi de ſingulis dictis remediis ſummatim tractant, vide *in §. Nullitas, & §. Reſtitutio.* Abeccleſ. & Creſcin. *obſer.* 12. *part.* 2. *& obſer.* 25. *eadem part.* 2.

Remota appellatione intelligitur de frivola, vel ſaltem debet reſtitutio concedi, quæ non tollitur per dictam clauſulam, Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 366. *nu.* 38. *&c.* Nicolli. *in Elucub. utriuſq; Jur. Inſtit. canon. tit. de Appellationibus n.* 3. 7. *&* 8.

Quod appellatione prohibita, non cenſeatur prohibitus recurſus ad Principē per ſupplicationē pro reviſione cauſæ, & plura de hujuſmodi recurſu, & reviſione quando ſit permiſſa, & concedenda, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *quæſt.* 50. *per tot.* Ridolph. *in prax. par.* 3. *cap.* 5. *nu.* 406. *et ſeqq.* Lancellot. *de attent. appellat. pend. limit.* 50. *n.* 58. Scacc. *de appellat. quæſt.* 19. *remed.* 3. Theſ. *deciſ.* 246. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 12. ubi an ſit concedenda reviſio reviſionis, *vol.* 1. *et deciſ.* 30. *et ſeqq. d. vol.* 5. ubi plura de reviſionibus, Gratian. *deciſ.* 51. *per tot.* ubi quando cenſeatur etiam prohibitus recurſus, & ſupplicatio, Ricc. *col.* 1918. 1920. 2029. 3666. ubi plura de reviſione, Peregrin. *deciſ.* 97. *nu.* 21. *etc.* Cabed. *deciſ.* 12. ubi an, & quando reviſio ſit à Principe concedenda, vel non, Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 8. *et rubr.* 4. *quæſt.* 21. Queſada *contr.* 6. *num.* 37. *etc.* Autun. Portugal *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 24. *et ſeqq. et cap.* 21. *per tot.* Ignat. Pereyra à Souſa *tract. de reviſ. per tot.* Velaſc. *conſult.* 51. Giurba *deciſ.* 30. *et deciſ.* 66. Amat. *reſol.* 6. Raynos *obſerv.* 6. Maſtrill. *deciſ.* 45. Cyriac. *controv.* 183. & alios ab iſtis citatos, qui & præcipuè D. Ignatius Pereyra reſolvunt omnes dubitationes in materia reviſionum occurrentes. Marin. *lib.* 1. *reſol.* 150. *nu.* 9. *et ſeq.* Baſilic. *deciſ. crimin.* 42. *n.* 7. Altimat. *de nullitat. rub.* 1. *q.* 9. *n.* 4., *et rubr.* 4. *q.* 23. *n.* 21. *tom.* 1.

Intra quantum tempus debeat peti reviſio, & quid allegandum, Menoch. *loc. cit.*

An autem, & quando ſtatutum tollens appellationem, & nullitatem, tollat etiam reſtitutionem in integrum, & recurſum, latè Tuſch. *litt. S, concl.* 465. *per tot. et concl.* 602. *per tot.*

Et quamvis appellatio, & ſupplicatio pro reviſione ſint ſimiles, ac pari paſſu ambulent, tamen differunt in pluribus, & præcipuè in hoc, quod appellatio ſuſpendit ſententiam, & illius executionem, ſupplicatio verò non, cùm procedat ex gratia, & præſupponat ſententiam validam, ac inappellabilem, Capyc. *deciſ.* 28. *num.* 21. *et deciſ.* 202. *nu.* 8. *in fine*, Sanfelic. *deciſ.* 381. *cum addit.* ubi plura vide Tuſch. *litt. S, concl.* 904. *per tot.* Giurb. *deciſ.* 30. *etc.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 177. *vol.* 5. *et deciſ.* 111. *vol.* 6. Ricc. *collect.* 1953. ubi quod reſcriptum reviſionis non impedit executionem, niſi expreſsè dicas, vel niſi ſoluto priùs debito. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 4. *et ſeqq. tom.* .

Super quo extat lex clara in Statu Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, ut dixi in mea practica §. *Supplicare num.* 2.

An autem poſſit peti reviſio non ſolùm ſententiæ definitivæ, ſed etiam interlocutoriæ cum expreſſione cauſæ, & an non ſervata forma reviſioni præſcripta, ceſſet reviſio, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 47. *et* 48. *vol.* 1. Abeccleſ. *obſer.* 26. *a n.* 11. *part.* 2.

Appellatio continet tria principalia fatalia, (ſic dicta à fato, hoc eſt morte, eo quia periment, & vita privent (tamen ſic dici poteſt) ipſam appellationem, quæ illis elapſis remaneat deſerta, & extincta, Bich. *dec.* 127. ubi quod in omnem caſum geſta poſt decem dies à die ſententiæ non revocantur per viam attentatorum, & alia ad rem, idem Bich. *deciſ.* 440. *num.* 13. *etc.* 10

Primum fatale eſt decem dierum, nam hodie tam de jure canonico, quàm civili, & Authenticorum appellari debet infrà decem dies (utiles quoad ſui initium, licet continuos quoad progreſſum) à die latæ ſententiæ, vel termini pro ſervato habiti, quando appellans fuit perſonaliter citatus ad ſententiam, vel à die habitæ notitiæ quando non fuit perſonaliter citatus, etiam ſi agatur de ſententia, quæ non tranſeat in judicatum, vel de interlocutoria, niſi gravamen eſſet continuum, & ſucceſſivum, vel adeſſet aliud legitimum impedimentum, ut latè ampliando, & limitando declarat Scacc. *de appellat. quæſt.* 12. *per tot.* Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 367. ubi qui doloſè latitavit habetur pro perſonali-

naliter citato ad dictū effectū, *et dec.* 466. *n.* 1. *etc. et par.* 11. *dec.* 371. *n.* 1. eadē Rot. *par.* 13. *rec. decis.* 50. & summatim colligit Pac. Jord. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 562. *et seqq. ad* 657. *fol.* 575. Tusch. *litt. A, conclus.* 354. *et* 355. *per tot.* Ridolph. *in prax. p.* 1. *cap.* 13. *n.* 218. *et seqq. ad* 132. ubi plura de stylo Curiæ Romanæ. Plura de appellatione interponenda infrà decem dies à die termini pro servato habiti, & quare, & quousque protrahatur dictus terminus, idem Ridolph. *dict. cap.* 13. *num.* 336. *et seqq.* vide *in §. Sententia num.* 9. Pellegr. *Prax. Vicar. part.* 3. *sect.* 1. *à n.* 69. Ansald. *decis.* 99. *a n.* 1. *et a n.* 28. Capras. *decis.* 75. *n.* 1. *et seq.* De Luca *de Judiciis disc.* 37. *n.* 15. Altimar. *de nullitatibus rub.* 1. *q.* 4. *n.* 22. *tom.* 1. Abeccles., & Crescin. *obser.* 1. *part.* 2.

Sufficis tamen intimatio facta procuratori, vel quod eo præsente lata fuerit sententia, ut currat tempus decem dierum ad appellandum, Merlin. *decis.* 42. *num.* 6. *etc.* Coccin. *decis.* 356. *num.* 1. *etc.* ubi quando dictus terminus currat à die latæ sententiæ, vel notitiæ, & qualis benè Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 139. *num.* 1. *etc. et decis.* 144. *num.* 1.

Quod appellatio debeat interponi intra decem dies continuos, & posteà interposita non valeat, ita ut nec etiam ex tacito, vel expresso ambarum partium consensu possit tempus hujusmodi prorogari, nec appellatio recipi, & recepta etiam mutuo consensu nihil operetur, pulchrè Altograd *cons.* 23. *n.* 42. *etc. lib.* 1. Tusch. *d. concl.* 354. Christin. *decis. Belgic.* 14. *num.* 3. *et seqq. vol.* 1. *et decis.* 17. *per tot.* Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 176. *num.* 1. *etc.* vide Thomat. *decis.* 26. *per tot.* ubi quòd currit de momento ad momentum, & ideò dies intimationis sententiæ computatur in dicto termino, quicquid aliter servet Rota Romana vigore Bullæ Innocentii VIII. cum illa sit localis, Fontanell. *decis.* 408. *et* 409. ubi plura hincindè. Pellegrin. *d. part.* 3. *section.* 3. *n.* 3. 18. *et* 11. Abeccles., & Crescin. *obser.* 4. *part.* 2.

Quod tempus sit continuum dixi *in §. Tempus n.* 20. *et §. Terminus num.* 5. dies tamen sententiæ non computatur in termino prædicto, Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 90. *num.* 1. *etc.* Pellegr. *Prax. Vicar. part.* 3. *sect.* 1. *n.* 77. Abecclesia, & Crescin. *observ.* 1. *part.* 2.

Potest tamen appellatio interponi, & admitti etiam diebus feriatis in honorem Dei, Gratian. *decis.* 5. *per tot.* Tusch. *litt. A, concl.* 356. Pellegrin. *Prax. Vicar. part.* 3. *sect.* 1. *num.* 76. Brunnemann. *in l.* 1. *num.* 7. *C. de feriis.*

Et etiam de nocte sequente in ultima die termini, Ludovic. Gomes *decis.* 22. *lib.* 2.

An intra debitum tempus interposita præsumatur, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 95. *per tot.* Gratian. *decis.* 23. Paul. Christin. *loc. cit. num.* 2. ubi quòd debet probari ab appellante, Mascard. *de probat. conclus.* 120. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 450. *num.* 3. ubi quòd præsumitur interposita intra decem dies à die habitæ notitiæ, nisi contrarium probetur.

An autem si quis principaliter dixerit de nullitate, succumbens possit appellare ab eadem sententia, de cujus nullitate dixit, ita ut interim non cucurrerit tempus appellandi, videtur affirmare Paul. Christin. *decis.* 16. *per tot. vol.* 1. per text. *in leg. Contra, Cod. de inoff. testam.* Cuman. *cons.* 36.

11 Secundum fatale appellationis est triginta dierum, qui currunt de momento ad momentum à die appellationis interpositæ, intra quos debet appellans petere, & redire pro Apostolis sibi dandis à judice à quo, ut se cum illis præsentare valeat coram Judice ad quem, aliàs censetur renunciasse appellationi, sic dicti quasi missi ab uno Judice ad alium; & quamvis multa differant Doctores in hac materia apostolorum, de illorum speciebus forma, & effectibus, hodie ut plurimum pro majori parte cessant, cum servetur in practica illos petere in ipsa appellatione, & loco illorum dare appellanti copiam sententiæ, vel decreti, & ipsius appellationis, vel quandoque etiam recto tramite adire Judicem ad quem, ac ab illo inhibitionem impetrare præsentandam Judici à quo vice apostolorum ab eo priùs de jure impetrandorum, de quibus videndus est latè Scacc. *de appellat. quæst.* 13. *per tot.* & summatim Pac. Jordan. *dict. tit.* 26. *num.* 657. *& seqq. ad* 739. *fol.* 582. Cardin. Tusch. *litt. A, conclus.* 427. *& seqq.* Ridolphin. *dict. cap.* 13. *nu.* 132. *& seqq. ad* 207. Merlin. *decis.* 75. ubi quod appellans tenetur redire pro apostolis, aliàs sententia transit in judicatum, Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 178. *nu.* 1. *& sequentibus.* Pellegr. *Prax. Vicar. part.* 3. *sect.* 1. *à n.* 91. Altimar. *de nullitat. rub.* 7. *q.* 5. *tom.* 5. Abeccles., & Crescin. *obser.* 2. *part.* 2.

Quod appellans debeat intra terminum triginta dierum assignatorum redire pro apostolis, & causam appellationis committi curare, aliàs appellatio dicatur manifeste deserta, *cap. ab eo ubi gloss. de appellat. in* 6. *Clem. quamvis §. similiter eod. tit.* Sperel. *decis.* 85. *nu.* 19. Rot. *in Tiburtina hæreditatis* 22. *Junii* 1637. *coram Carillo in Noviss. par.* 7. *decis.* 232. *num.* 1. *& seqq.* & penès Zacch. *quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 77. ubi quod aliàs dicitur constare de re judicata omnino exequenda, vide Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 345. *& in §. Sententia,* Merlin. *decis.* 275. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 275. *&* 399. ubi quid sit faciendum maximè in Curia Romana, ne appellatio remaneat deserta. Faciunt tradita per Abeccles., & Crescin. *dict. observ.* 2. *part.* 2.

An autem, & quando judex dando apostolos reverentiales, vel testimoniales dicatur detulisse appellationi, vel non, vide Scacc. *de appellat. quæst.* 13. *n.* 10. 18. *etc.* Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 376. *n.* 19. *& seqq. decis.* 483. *n.* 1. *et seqq. et par.* 10. *decis.* 324. *nu.* 8. *et seqq. par.* 12. *decis.* 178. *n.* 1. *et seqq.* Emerix jun. *decis.* 533. *n.* 1.

Tertium fatale appellationis continet tempus anni à 12
die interpositæ appellationis, vel ex causa biennii, & quandoque triennii non tamen ipso jure, sed per viam restitutionis in integrum ad prosequendam, & finiendam appellationem per sententiam inclusivè, aliàs appellans cadit à commodo appellationis, quæ remanet deserta, & extincta, ut latissimè ad praxim explicat Scacc. *de appellat. quæst.* 14. 15. *et* 16. *per tot.* qui etiam aliter distinguit dicta fatalia in septem partes, vel secundùm alios in quatuor, sed omnes continentur sub dictis tribus principalibus enumeratis, & summatim colligit Pac. Jordan. *dict. tit.* 26. *nu.* 739. *et seqq. ad* 765. *fol.* 587. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 15. *per tot. vol.* 1. *et decis.* 114. *cum pluribus seqq. vol.* 4. *et decis.* 210. *vol.* 5. ubi quod usus fori non ita strictè servat dicta fatalia, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 142. *num.* 1. *etc.* ubi tamen, quod sententiæ injustitia excludit rem judicatam, vel saltem præbet causam restitutionis in integrum, etiamsi ex noviter deductis resultet dicta injustitia, Rot. *in dicta Tiburtina hæreditatis* 22. *Junii* 1637. *coram Carillo,* ubi etiam quod casu quo daretur restitutio adversus hujusmodi lapsum fatalium debet peti intra quadriennium à tempore quo fuerunt lapsa, Menoch. *de arbitr. cas.* 446. *per tot.* Cardin. Tusch. *litt. A, concl.* 378. *et seqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 544. *et seqq.* ubi quod in Curia hoc fatale durat indistinctè per biennium ob multiplicitatem negotiorum, quæ facit justam causam, & impedimentum præsumi, & alia plura de hac materia quando currat, vel non, Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 8. *num.* 2. *etc.* ubi quod non currit stante paupertate, vel saltem succurritur appellanti per restitutionem in integrum, absque alia speciali interlocutione, *et eadem par.* 10. *decis.* 82. *num.* 1. *et seqq.* ubi plura de restitutione in integrum adversus omissam appellationem, latè Odd. *de restit. in integr. quæst.* 69. *per tot.* Latè Pellegr. *prax. Vicar. part.* 3. *sect.* 3. Vide Chartar. *decis.* 48. *nu.* 1. Altimar. *de nullitat. rub.* 9. *q.* 37. *a n.* 17. *tom.* 1. & alios, quos refert Crescin. *in addit. ad obser.* 8. Abecclesiæ *part.* 2.

De Praxi Curiæ Romanæ concedenti biennium, si in primo anno aliquid factum fuit, & quod in biennio obtento sit procuranda terminatio causæ, & alia ad rem, Rot. *par.* 17. *recent. decis.* 376. Carthar. *d. decis.* 48. *n.* 2. Rot. *recent. part.* 17. *decis.* 376., & alii, quos adducit idem Crescin. *loc. cit.*

Quod per lapsum anni, quo nil gestum fuit, remaneat deserta appellatio, nec detur restitutio stante validitate, & justitia sententiæ, Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 219. *per tot. et decis.* 222. ubi de biennio, & 459.

Quibus autem casibus appellatio non possit dici deserta, vide Thesaur. *decis.* 10. *per tot.* ubi decem casus recenset, latiùs Scacc. *de appellat. quæst.* 12. *n.* 144. *et seqq.* Pac. Jordan. *dict. tit.* 26. *nu.* 623. *et seqq. ad* 657.

fol.

fol. 579. *etc.* Et facta mentione de mensibus de quot diebus intelligantur, Menoch. *de arbitr. cas.* 50. *num.* 8. *etc* Idem Catthat. *d. decis.* 48. Abeccles., & Crescin. *observ.* 7. *et seqq. part.* 2. & an fatalia possint prorogari vide Pen. *decis.* 42.

13 Appellatio quando dicatur deserta ob non productionem actorum, & aliis ex causis differit Gratian. *discept. forens. c.* 121. *per tot. et cap.* 155. *num.* 39.

Non esse desertam in dubio præsumi, & judicandum, quia sic magis utrique parti consulitur, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 96. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 3. *section.* 3. *n.* 27. De Loca *de Jud. disc.* 37. *n.* 32. Abeccles., & Crescin. *obser.* 9. *part.* 2.

Et quamvis desertio inducatur ipso jure per lapsum fatalium, tamen debet super illa pronunciare ad cognoscendum an sint lapsa, cùm potuerit adesse aliquod impedimentum legitimum, vel si sint utilia, & non continua, quo casu est facienda dinomeratio dierum, & defalcatio non computandorum, nec attenditur naturalis cursus dierum, & potest super dicta desertione pronunciari etiam quod tantùm fuerit petita executio sententiæ, & ad quem Judicem pertineat hujusmodi declaratio, an illi à quo, vel ad quem, & alia vide per Gratian. *discept.* 40. *per tot. inf. sub num.* 49. Mastrill. *decis.* 166. Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 3. *rub.* 9. *per tot.* ubi plura de appellationis desertione, quæ est declaranda à Judice ad quem, quando causa fuit coram eo introducta, vel commissa, aliàs autem declaratur per Judicem à quo, &c. in dubio pro non desertione, & ab ista declaratione datur appellatio, &c. Vide De Luc. *De Judic. disc.* 37. *num.* 27. *De Alien. disc.* 16. *nu.* 3. Pellegrin. *d. section.* 3. *n.* 24. Abeccles., & Crescin. *obser.* 7. *part.* 2.

Quando appellatio censeatur deserta, vel non, Paul. Christin. *decis.* 33. *per tot. vol.* 1. *& ibidem decis.* 36. *& seqq.* Merlin. *decis.* 56. ubi quod lapsus unius diei non attenditur, nec quando procedit ex culpa appellati, & alia pro evitanda desertione, Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 82. *num.* 1. *& seqq.* Mascard. *de probat. conclus.* 117. *per tot.* Matescot. *var. resol. cap.* 74. *lib.* 2. Ciarlin. *controv.* 133. *per tot. & controv.* 134. *per tot.* ubi an saltem detur restitutio in integrum ex clausula generali, de qua restitutione, latè etiam Giurb. *decis.* 18. *et* 19. *per tot.* Nicol. *in Elucub. utriusq. jur. tit. de Appellatio nu.* 20. 40. *et* 43. Ansald. *decis.* 4. *num.* 10. *decis.* 18. *num.* 21. *&* 12.

Quod ut dicatur deserta, sit necessaria sententia declaratoria desertionis, vel malum jus appellantis clarè ex actis constare, aliàs instantia reputetur perpetua, & semper committantur attentata, etiam post 30. vel 60. annos, & ultra, Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 181. *num.* 6. *& seqq.*

Qualiter autem appellatione deserta, possit de æquitate concedi revisio causæ ex eisdem actis, absque tamen datione novorum terminorum ad probandum, nisi in causa liquidationis, in qua tanquam nova causa datur terminus ad liquidandum quod oportet, Afflict. *decis.* 29. *& alibi*, Sanfelic. *decis.* 91. 92. *&* 93. *per tot.*

14 Appellatio plures producit effectus, & præcipuè operatur quod illa pendente nihil sit innovandum, suspendit jurisdictionem judicis à quo respectu causæ, à qua fuit appellatum, exceptis tamen iis, quæ tendunt ad faciliorem ipsius causæ exitum, dummodò talia sint, quæ possint expediri absque cognitione articuli appellationis, quod per Doctores infrascriptos exemplificatur in multis notabilibus, quæ judex à quo non obstante appellatione, & inhibitione potest præstare, & in illis se ingerere; devolvit causam, & jurisdictionem ad judicem ad quem, suspendit judicatum, reponit appellantem in statu, in quo reperiebatur tempore litis contestatæ, facit appellantem absque causa condemnari in expensis, operatur ut appellans dicatur approbare acta, interposita simpliciter censetur à tota sententia, nisi dictum fuerit in parte, & partibus, vel quatenus contra, ut fieri solet in termino pro servato, ac alios etiam parit effectus, de quibus Scacc. *de appellat. quæst.* 3. & alibi, prout illum refert, & sequitur alios addendo, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 806. *& seqq. ad* 845. *fol.* 594. vide infra per discursum. Latè Pellegr. *Prax. Vicar. p.* 3. *sect.* 2. Crescin. ad Abbecles. *observat.* 34. *& observat.* 36. *part.* 2

Quando devoluat negotium principale ad superiorem, Tusch. *litt. A, concl.* 371.

Quod appellatio à signatura simpliciter admissa causet attentata, etiamsi aliàs non fuisset admittenda, & hujusmodi commissio retrotrahatur ad diem sententiæ, Addit. ad Buratt. *decis.* 902. *n.* 6. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 305. *n.* 19. *& par.* 10. *decis.* 134. *n.* 5. *vide in §. Attentata num.* 10. Rot. *dict. par.* 10. *decis.* 208. *per tot.* ubi declarat contraria quando procedant, vel non, *et decis.* 226. *per tot et decis.* 235. *per tot.*

Appellatio non solùm suspendit judicatum, sive pronunciatum in futurum, sed etiam in totum quoad prætetita extinguit, *l.* 1. *in fin. ff. ad Turpill.* Magon. *decis. Flor.* 132. *num.* 11. Menoch. *de arbitr. quæst.* 70. *n.* 50. Franch. *decis.* 602 *n.* 2. *ubi tamen per tot.* limitat nisi agatur de causa spirituali, vel de ligamine animæ, cùm tunc sententia secum trahat executionem, & appellatio non suspendat, nec extinguat judicatum, & dixi in *§. Absolutio num...* 15

Præsumptionem justitiæ ex sententia resultantem per appellationem elidi, Osasch. *decis.* 13. *nu.* 4. cum aliis per Magon. *decis. Flor.* 133. *num.* 11. *ubi tamen nu.* 12. dicit negari non posse quin aliquæ saltem reliquiæ in fieri remaneant, & aliqua præsumptio justitiæ non obstante appellatione, vide Sperell. *decis.* 132. *nu.* 4. *etc.* Scacc. *de appellat. quæst.* 3. *num.* 82. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 821. *etc.* Menoch *lib.* 2. *præsumpt.* 67. *num.* 36. *et seqq.* Tusch. *litt. A, conclus.* 377. *per tot.* Thomat. *decis.* 129. *nu.* 30. *et decis.* 279. *num.* 3. *et seqq.*

Appellatione pendente nihil innovari potest per judicem à quo, cum ejus jurisdictio remaneat suspensa, *leg. appellatione, Cod. de appellat. l.* 1 *ff. nihil novar. appel. pend. c. non solum de appellat. in* 6. Soccin. *reg.* 42. *verb. Appellatio*, Duen. *reg.* 42. *eod. verb.* ubi ponit 23. limitationes, & latiùs videndus Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 11. *et* 12. *per tot.* summatim Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 14. *num.* 164. *et seqq. fol.* 228. ubi declarant esse verum non solùm pendente appellatione, sed etiam pendente termino ad appellandum sub eadem pœna attentatorum, & dixi *in §. Attentata, §. Judex num.* 42. Tusch. *litt. A, conclus.* 375. *et seqq.* Emerix. jun. *decis.* 101 *num.* 1. Castald. *consult.* 271. *n.* 16. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 36. *num.* 1. *part.* 1. 16

Quòd tamen appellatio à sententia lata in petitorio nō suspendat executionem decreti de manutenendo in summariissimo possessorio obtenti, & quando secus, Lancellot. *d. cap.* 12. *limit.* 2. *nu.* 18. *&* 19. Gratian. *decis.* 132. *n.* 12. Post. *de manut. obser.* 6. *n.* 31. *& seqq.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 176. *per tot.* Paris. *cons.* 54. *n.* 21. *lib.* 3.

Appellans abstinere debet ab omni novitate, alioquin dicitur appellationi renunciasse, si probetur ab appellato de hujusmodi novitate, Menoch. *de arbitr. cas.* 16. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 418. *num.* 9. *&c.* ubi an, & quando dicatur appellationi renunciatum per reditum ad judicem à quo, Bich. *decis.* 324. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 384. *num.* 1. ubi quod per comparitionem posteà factam coram judice à quo, dicitur appellationi renunciatum, & tantò magis aliquid ab eo petendo, vel terminum suscipiendo, latè Alvarez. *Regia resol. for. cap.* 14. *per tot.* Scacc. *de Appell. quæst.* 17. *limit.* 2. *n.* 14. *&* 22. 17

Potest enim appellationi renunciare, & reverti ad judicem à quo, Gabr. *comm. concl. tit. de appell. conclus.* 2. *per tot.* Duen. *reg.* 49. Tusch. *litt. A, conclus.* 389.

Quod per notificationem sententiæ non videatur appellationi renunciatum, Peregr. *decis.* 253.

Et an, & quando possit appellans renunciare appellationi, vel non in præjudicium appellati, & eo invito, vide Ger. Spin. *cons.* 67. *&* 68. *per tot.* Gratian. *decis.* 23. *per tot.* Tusch. *litt. A, conclus.* 386. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 22. *&* 23. *per tot. vol.* 1. *& decis.* 145. *d. vol.* 1. ubi tamen quod facta renunciatione appellationis, potest proponi exceptio nullitatis secundùm opinionem, quam sequitur, licèt referat alios contra tenentes. Nicol. *Elucub. utriusq. jur. tit. de appell. num.* 14. *&* 50. Abeccelesia *observ. part.* 2. *obser.* 18. ubi Crescin. *in Additionibus.*

An autem, & quomodo appellatione tentata possit appellans redire ad judicem à quo, quid in interlocutoria,

tia, & revisione, Mastrill *decis.* 19. *per tot.*

18 Appellatio potest interponi etiam à tertio non condemnato propter suum interesse quod prætendit in causa, Magon. *decis. Flor.* 100. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 58. *nu.* 50. *&c.* ubi intelligit dummodò iste tertius summariè doceat de suo interesse, aliàs non impedit executionem sententiæ, de quo vide Scacc. *de appellat. quæst.* 5. *num.* 71. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 132. *& seqq. fol.* 546. Gratian. *decis.* 149. ubi de venditore 20 appellet à sententia lata contra emptorem, Paul. Christin. *decis.* 98. *vol.* 6. Ricc. *Collect.* 1354. ubi pluribus modis limitat. Salgad. de Reg. *protect. part.* 4. *cap.* 8. *ex nu.* 14. Galeot. *controv.* 56. *part.* 2. Fontanell. *decis.* 144. *& decis.* 145. Larrea *decis.* 63. Sanfelic. *decis.* 190. *n.* 30. *&* 31. Altimar. *de Nullitatibus rub.* 4. *q.* 1. *num.* 1. *tom.* 1.

Appellans tamen ex proprio jure à sententia contra alium lata, censetur omnia acta approbare, & non potest dicere de nullitate ex defectu citationis, nec alias nullitates opponere, Cavaler. *decis.* 4. *num.* 2. latè Scacc. *de appell. quæst.* 17. *limit.* 19. *per tot.* Pac. Jordan. *dict. tit.* 26. *num.* 345. *&c. fol.* 561. ubi quod sententia censetur per appellantem approbata tanquam lata, sed non tanquam benè lata, idem Jordan. *loc. cit. num.* 842. *fol.* 696. *vide in §. Citatio. num.* 41. *& §. Tertius num.* 4. Peregr. *decis.* 97. *num.* 2. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 251. *num.* 6. *&c.* ubi quod ideò aliquid innovando dicitur attentare, *& decis.* 288. *num.* 2. *& seqq. d. part.* 9. *recent. & decis.* 346. *num.* 1. *& seqq. ead. part.* 9. ubi benè declarat quando faciat acta sua, vel possit venire, ut in prima ex proprio jure, juxta Addit. ad Gregor. *decis.* 259. *&* 303. *num.* 3. *&c.*

Melius est itaque tertio novam causam de suo interesse instituere, quàm appellare, ad tradita per Addent. ad Gregor. *decis.* 259. cum aliis per Rot. in Senogallien. Bonorum 30. Maii 1644. coram Cerro, & 15. Maii 1645. in eadem causa coram eodem penès Zacch. *quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 85. *&* 86. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 288. *num.* 2. Rot. *rec. p.* 1. *dec.* 98. *n.* 5. *&* 6.

Qualiter Dominus possit ratione sui interesse agere, & appellare pro suis hominibus, & subditis, Paul. Christin. *decis.* 102. *vol.* 6.

19 Appellatio interposita à debitore principali prodest etiam illius fidejussoribus, ut interim contra eos non possit sententia executioni mandari, Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 9. *cap.* 16. Magon. *decis. Luc.* 92. *per totum*, Paul. Christin. *decis.* 120. *in fin. volum.* 4. Fontanell. *decis.* 412. *&c.*

Et generaliter quando appellatio unius prosit aliis consortibus litis, Gratian. *discept. forens. cap.* 115. *per tot. & decis.* 142. *per tot.* Franch. *decis.* 658. Scacc. *de appellat. quæst.* 5. *num.* 58. *& seqq.* Tusch. *litt. A, conclus.* 363. *per tot.* Paul. Christin. *d. decis.* 120. *vol.* 4. *& decis.* 98. *per tot. vol.* 6. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 356. *nu.* 3. *& seqq. & par.* 11. *decis.* 390. *per tot.* Add. ad De Franch. *loc. cit.* Veral. *dec.* 37. *part.* 1. Emerix jun. *decis.* 433. *n.* 6. *& decis.* 460. *n. pariter* 6. Nicoli. *d. tit. de Appell. n.* 16.

Quando autem appellatio unius partis prosit alteri parti adversæ, Magon. *decis. Flor.* 55. *num.* 4. *& seqq.* Marcian. *disput. forens. cap.* 16. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 390. Rot. coram Otthob. *dec.* 259. *num.* 9. Abecclef. & Crescin. *observ.* 24. *p.* 2.

Quod de sui natura efficiatur communis cum appellato non appellante, & remaneat communis etiam quod appellatus adhæsisset appellationi, & posteà eam deseruisset maximè in connexis, Magon. *decis. Luc.* 26. *nu.* 34. *etc. et decis.* 30. *num.* 33. Gratian. *discep. forens. cap.* 2. *per tot. et decis.* 83. ubi quando victor debeat appellare ab omissa condemnatione expensarum, etiamsi victus appellaverit à negotio principali infrà *n.* 36. Abecclef. & Crescin. *loc. cit.*

Quod possit sententia reformari ad favorem appellati absque ejus appellatione, vel adhæsione ratione prædictæ communionis, Surd. *decis.* 143. per text. *in l. ampliorem, C. de appell.* vide Christin. *decis.* 24. *vol.* 1. ubi refert contrarias opiniones. Abecclef. & Crescin. *ubi supra.*

Qui autem vult adhærere appellationi alterius, debet id facere intra decem dies, aliàs adhæsio non juvat, Magon. *decis. Luc.* 9. *num.* 29. *& decis. Flor.* 11. *nu.* 9. *& decis.* 55. *nu.* 20. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 18. *num.* 44. Paul. Christin. *decis.* 22. *&* 23. *per tot. vol.* 1. ubi qualiter appellans possit suæ appellationi renunciare etiam inviso appellato ante adhæsionem, secus autem posteà, vide Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 356. *per tot.* Abecclef. & Crescin. *ubi supra.*

Et quod confirmatio, & ratificatio appellationis debeat fieri intra decem dies ad appellandum constitutos, aliàs nihil operetur, Altograd. *cons.* 23. *num.* 43. *lib.* 1.

Potest tamen victor pendente appellatione, vel termino ad appellandum petere confirmationem sententiæ, non expectatis juris terminis competentibus appellanti, Franch. *decis.* 661. *per tot.* Thor. *in compend. dec. verb. confirmatio.*

Quod appellatio cum clausula *in parte, & partibus*, non sit communis, quare, & quando secus, Surd. *decis.* 143. Ricc. *Collect.* 3602. Abecclef. *dicta obser.* 24. *part.* 2.

In appellatione, an appellans, & appellatus teneantur pro fundamento suæ intentionis transportare acta judici ad quem, vide pro, & contra, Gratian. *discept. forens. cap.* 121. *per tot. & cap.* 968. *num.* 5. *& seqq.* Guidopap. *decis.* 20. *&* 30. *per tot. & decis.* 436. *num.* 8. *&c.* Vant. *de nullit. tit. à quo, & quib. mod. poss. & deb. nullit. prob. num.* 21. *fol.* 65. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 20. *de reform.* Capell. Tholos. *quæst.* 342. Giurb. *decis.* 29. Cavalet. *decis.* 43. *decis.* 67. *& decis.* 119. Tusch. *litt. A, concl.* 421. Gabriel. *comm. conclus. tit. de appellat. concl.* 5. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 115. Paul. Christin. *decis.* 186. *per tot. volum.* 1. Merlin. *decis.* 74. *num.* 1. *&c. & decis.* 127. ubi quod acta diversi judicii non sunt transportanda etiamsi fuerint exhibita Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 272. *n.* 26. Surd. *decis.* 327. *per tot.* ubi videtur concludere, quod appellanti sufficiat exhibere sententiam, à qua dicit se esse gravatum, appellatum autem teneri eam justificare per productionem actorum, nisi fuerit præventus ab appellante, quia productio facta ab eo relevat, & prodest etiam appellato, vide Ricc. *Collect. decis.* 1356. 1964. 3142. 3234. 3323. *&* 4024. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 14. *n.* 1. *&c.* Leoncill. *decis. Ferr.* 35. *num.* 5. *&c.* Borgn. *decis.* 11. *n.* 13. ubi quod appellans tenetur producere totum processum, latè Thomat. *decis.* 9. *& decis.* 116. *per tot.* Guazz. *def.* 36. *cap.* 22. *&* 23. Scacc. *de appellat. quæst.* 20. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *n.* 63. *& seqq. per tot.* ubi quod appellans regulariter tenetur transportare omnia acta, nisi appellatus ipse instaret pro confirmatione sententiæ, nam tunc ad illum spectaret, & in his terminis procedit allegata decisio Surdi, & sequacium, distinguendo etiam alios casus, ut ibi per eos, & alios supracitatos. An autem, & quomodo possit posteà appellans repetere ab appellato expensas pro rata si uti voluerit actis transportatis, salva tamen in hoc cujuslibet loci consuetudine, vide Scacc. & Jordan. *in loc. cit.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 35. *nu.* 49. *et seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *quæst.* 7. *per tot. lib.* 1. Abecclef. & Crescin. *obser.* 13. *part.* 2. Pen. & Crescin. *decis.* 109. *et decis.* 762. 20

Et cui incumbat probatio in materia appellationis, Gabriel. *commun. concl. tit. de appellat.* Paul. Christin. *decis.* 25. *volum.* 1. *per tot. cum decis. seqq.* Mascard. *de probat. conclus.* 114. *et seqq.*

Quod hujusmodi transportatio debeat esse integra, & talis præsumatur, Cavaler. *decis.* 335. *et decis.* 572. *n.* 7. Merlin. *decis.* 780. *dixi in §. Acta num.* 9. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 381. *et seqq.* ubi quod dispositio Concilii, cujus vigore est facienda integra actorum transportatio procedit tantùm in causis Ecclesiasticis, non autem in propbanis, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 272. *num.* 25. *et part.* 10. *decis.* 261. Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *quæst.* 7. *n.* 17. *lib.* 1. Abecclesia, & Crescin. *cit. obser.* 13. & faciunt tradita per Pen. *decis.* 603. *n.* 1. *decis.* 807. *n.* 1. *et decis.* 1127. *n.* 1.

An transportatio actorum sit facienda per appellantem, si acta sint irrelevantia, Merlin. *decis.* 439. *et decis.* 453. Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 311. *nu.* 15. *part.* 13. *decis.* 191. *num.* 17. *etc.* Pen. *decis.* 1096. Abecclesia, & Crescin. *d. obser.* 13.

Non procedit dicta transportatio ubi causa fuit simpliciter commissa sine mentione appellationis, vel præcedentis sententiæ, sive decreti. Buratt. *decis.* 313. Merlin. *decis.* 791. *num.* 4. Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 24. *num.* 5. *& seqq.* ubi quod nec est necessaria in diverso

judi-

judieio, & latè de omnibus prædictis eadem Rot. *par.* 10. *decis.* 35. *per tot.* ubi quod procedit etiam in prophania saltem jure communi attento *part.* 11. *decis.* 257. *et* 159. Et quod non sit necessaria transportatio actorum in diverso Juditio Pen. *decis.* 807. Abecclesia, & Crescin. *d. obser.* 13.

21 Appellans ad unum, vel ad alium Judicem debet infra decem dies declarare, quem ex illis eligat si ambo sint competentes, Soccin. *inter reg. divers. reg.* 29. *fol. mihi* 14. vide Alexan. *cons.* 304. *cons.* 207. *et cons.* 123. Gratian. *decis.* 199. *per tot. ubi num.* 8. *etc.* firmat valere, & passim admitti bujusmodi appellationes etiam non facta dicta declaratione intra decem dies vide Scopp. & Carol. Anton. De Luc. ad *quandoque n.* 133.

Plura de appellatione alternativa, vel copulativa ad plures judices quod sit valida etiam si non sequatur dicta declaratio intra decem dies, electio spectet ad appellantem, & sufficiat quod sequatur infrà tempus ad prosequendam appellationem concessum, hoc est unius anni, vel ex causa biennii; quid si ab utraque parte appelletur ad judices diversos quis prevalere debeat, & alia ad hoc propositum, vide latè per Scacc. *de appellat. quæst.* 9. *et* 10 *per tot.* & summatim de more Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 538. *et seqq. fol.* 573.

22 Appellatio debet interponi coram Judice à quo, ubi illius copia haberi potest, & non timetur de metu; in subsidium autem potest appellari etiam coram Judice ad quem, omisso illo à quo in dictis casibus. Imo de stylo posse indifferenter appellari solùm coram Judice ad quem, & debere admitti, illam intimando judici à quo ad effectum impediendi processum ad ulteriora coram eo, & attentatorum, Gratian. *decis.* 128. *per tot.* vide latè Scacc. *de appellat. quæst.* 6. *per tot.* Addit. ad Sansel. *decis.* 395. Pac. Jordan. *dict. tit.* 26. *n.* 446. *&c. fol.* 567. Lap. *allegat.* 39. Tusch. *litt. A, conclus.* 350. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 132. *& sequentib.* ubi etiam an sufficiat dimittere cedulam appellationis in manibus Notarii, & concludit quod sic quando copia judicis haberi non potest. Marant. *in specul. part.* 6. *vers. & quandoque num.* 133. Altimar. *de Nullit. rubr.* 3. *q.* 16. *tom.* 1.

Quod quando appellatio non fuit admissa per Judicem à quo, possit recurri ad judicem ad quem, & ab illo dependeat admittere, vel non admittere cum causæ cognitione, Capyc. *decis.* 34. *num.* 11. Lap. & Tusch. *loc. cit.*

23 Appellatio interponi potest coram honestis personis, quando judex à quo est absens, vel timetur de metu, cujus causæ sunt exprimendæ, nec etiam copia judicis ad quem haberi potest, cùm hoc remedium sit subsidiariū, & dicatur potiùs quædam protestatio, quæ etiam notificari debet judici à quo, ne procedat ad executionem sententiæ; illæ tamen honestæ personæ ad hunc effectum electæ, non possunt inhibere, nec in alio se ingerere deferendo, vel non deferendo appellationi, sed simpliciter mandare fieri fidem de appellatione dando solùm Apostolos testimoniales, Gratian. *discept. forens. cap.* 10. *per tot. & cap.* 795. *nu.* 11. *etc.* Scacc. *de appellat. quæst.* 6. *num.* 8. *et seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 452. *et seqq. fol.* 567. Lap. *alleg.* 39. Tusch. *litt. A, concl.* 351. *et concl.* 373. Ridolphin. *loc. cit.* Ricc. *Collect.* 1355. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 295. *num.* 16. *etc.* ubi quod potest etiam interponi coram Notario, & testibus, sed debet intimari judici, & parti, vel saltem alteri ex eis ad effectum impediendi processum ad ulteriora, & causandi attentata, *et part.* 10. *decis.* 234. *num.* 3. *etc. decis.* 356. *num.* 2. *etc.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. p.* 3. *sect.* 1. *n.* 84. Altimar. *loc. cit. d. q.* 16.

De appellatione coram honestis personis plura Cabal. *cons. decis.* 167. *lib.* 1.

24 Appellatio à sententia, vel laudo arbitri, sive arbitratoris regulariter non est permissa, exceptis quibusdam casibus, Soccin. *inter reg. divers. reg.* 31. ubi 13. modis limitat, vide Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 13. & 24. *per totum*, Cardin. Tusch. *litt. A, conclus.* 413 Pac. Jordan. *dict. tit.* 26. *num.* 325. *et seqq. fol.* 559. ubi firmant secus esse quoad reductionem ad arbitrium boni viri, quæ semper est permissa, & de consuetudine, secundùm quam appellatur etiam ab hujusmodi sententiis, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 3. *rub.* 3. *per tot.* Pellegrin. *in prax. Vicar. p.* 3. *sect.* 1. *nu.* 31. Nicoli. *Elucub. utriusq. Jur. tit. de arbitris n.* 38.

An autem appellans à sententia arbitri, vel arbitratoris sit audiendus ante solutionem pœnæ, vide Carol. Tap. *decis.* 32. *per tot.*

Quod possit peti reductio ad arbitrium boni viri, idest Judicis, Pract. Papp. *libel. quo agitur ad pœn. ex comprom. gloss. tanquam in arbitros, & gloss. seqq.* Marant. *par.* 6. *de appellat. n.* 260. *& n.* 122.

Quia autem Judex sit adeundus, dixi in *§. Judex n.* 37.

An detur appellatio à sententia confirmante, vel infirmante laudum, Tusch. *litt. A, concl.* 414. *per tot.* Fachin. *contr. lib.* 8. *cap.* 96. Benintend *decis. Bonon.* 25. *per tot.* Christin. *decis. Belgic.* 257. *num.* 10. *vol.* 1. ubi affirmativè concludunt, *& decis.* 142. *num.* 7. *vol.* 2. ubi contra de consuetudine Franciæ, & Belgiæ, nisi soluta pœna.

25 Appellatio quando sit permissa, vel non à sententia declaratoria caducitatis, & qualiter denegetur contumaci, & non parenti judicis præcepto de edendo, ac generaliter illis, quibus denegatur audientia, & quid si posteà fuerit restituta audientia, an possit ratificari, & alia plura, vide Altograd. *cons.* 23. *lib.* 1. Scacc. *de appellat. quæst.* 27. *limit.* 6. *membr.* 6.

26 Appellatione concessa in rescripto à sententia judicis delegati, intelligitur de sententia definitiva in meritis lata, non autem de pronuncia super desertione instantiæ, quia in materia stricta, prout sunt rescripta delegatoria, sub nomine sententiæ venit solùm definitiva, non autem interlocutoria etiam habens vim definitivæ, Altograd. *consil.* 2. *num.* 2. *& seqq. lib.* 1. Rot. *coram* Merlin. *dec.* 69. *n.* 2.

27 Appellatio dicitur de appendiciis illius instantiæ, cujus est sententia, à qua interponitur, & ideò subjacet statutis illius fori, in quo lata est sententia, & quando est permissa à statuto intelligitur tam devolutivè, quàm suspensivè, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 330. *per tot. & part.* 10. *recent. decis.* 324. *nu.* 2. *& seqq.* ubi quod ideò statutum de duabus conformibus existens in loco primæ instantiæ debet attendi etiam in Curia, ubi causa per viam appellationis discutitur, *& par.* 14. *decis.* 9. *num.* 7. *&* 8. De Luca *de Jurisdic. discurs.* 72. *sub n.* 4. Caprara *decis.* 226. *n.* 4. *part.* 1.

Intellige dictam primariam conclusionem quoad processum, & acta judicis à quo, nam respectu actorum coram judice ad quem, debet proprium statutum attendere, & non judicis à quo, & sic in ordinatoriis attenditur statutum loci litis peractæ, vel peragendæ; in decisoriis autem statutum loci contractus, vel rei conventi ab utroque Judice, ut latè ad plura inferendo declarat Scacc. *de appell. quæst.* 18. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 654. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 845. *& seqq. fol.* 597. ubi etiam, quod statuta de appellationibus censentur ordinatoria judicii, & non decisoria, vide *§. Statutum generale num.* 20.

An appellationis causa sit eadem cum principali, & ad quos effectus, Tusch. *litt. A, conclus.* 395. *per tot.*

28 Appellans qui convitiatur judici, asserendo illum iniquè, odio, & pretio judicasse, vel similia injuriosa potest extraordinariè puniri, Castr. *in l. illud, ff. de appellat.* Menoch. *de arbitr. cas.* 263. *num.* 8.

29 Appellatio, illius delatio, & termini prefixio est intimanda appellato ignoranti, vel absenti, *Clement.* 1. *tit. de appellat. fol. mihi* 47. vide Scacc. *de appellat. quæst.* 6. *num.* 32. *&c.* ubi quod talis intimatio est facienda intra decem dies ad appellandum, Pac. Jordan. *d. tit.* 26. *num.* 605. *fol.* 578. Vide Abeccles. *obser.* 3. *part.* 2.

30 Appellatio potest interponi coram majori parte Judicum, si plures sint, & omnes simul haberi non possint, Pract. Papp. *form. appellat. gloss.* 1. *n.* 11. Scacc. *de appellat. quæst.* 6. *nu.* 2. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 54. *tit.* 26. *num.* 447. *&c. fol.* 567.

31 Appellatio quando fuit admissa cum clausula, *si, & in quantum*, non avocat jurisdictionem à judice quando de jure non erat admittenda, Natt. *cons.* 566. *num.* 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 155. *num.* 34. *& cap.* 795. *n.* 23. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 247. *& seqq.* secus tamen est in interlocutoria, à qua postquam fuit appellatum, non potest revocari, nisi appellatio fuisset admissa negativè scilicet, *non admi-*

sit

fit nisi sit, & in quantum, idem Gratian. *d. cap.* 155. *nu.* 34. Benintend. *decis.* 1. *num.* 1. Vide De Luc. *de Regal. disc.* 8. *sub n.* 4.

Multa de effectu appellationis admissæ affirmativè, vel negativè, idem Gratian. *cap.* 232. *nu.* 14. & 15. & *cap.* 960. *n.* 9. *etc.* Thomat. *decis.* 37. *et decis.* 58.

Et cum clausula, *prout. juris in d. cap.* 795. *num.* 22. *etc.*

Vel cum clausula, *sine præjudicio, etc.* Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 60. *n.* 14. *etc.*

Qualiter dictæ clausulæ, & similes excusent judicem à pœnis, quibus aliàs de jure supponitur si non deferat justæ appellationi, vel deferat injustæ, quod ad illum spectet discernere; quamvis de consuetudine non soleant judices ex hoc capite molestari, vide Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 721. *et seqq. ad* 736. *fol.* 586. *et n.* 766. *et seqq. fol.* 590.

Quando per judicem sit appellationi deferendum, vel non, & quid operetur delatio, Card. Tusch. *litt. A, conclus.* 369. *et seqq.*

32 Appellatio interposita ante prolationem sententiæ, non valet tanquam à sententia ferenda, cùm appellans debeat exibere sententiam, vel illius tenorem inserere in appellatione, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 17. *n.* 1. & *cap.* 524. *n.* 60. Burat. *decis.* 635. *num.* 2. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 414. *n.* 24.

Quod non gravatus non appellet, & ideò appellatio regulariter non sit permissa futuro gravamine, sed expectandum sit, nisi esset irreparabile, vel traheret originem à gravamine jam illato, vel per Judicem cominato, sicuti ad plura inserendo, probat Scacc. *de appellat. quæst.* 5. *n.* 101. & *seqq.* Pac. Jordan. *dict. tit.* 26. *num.* 159. & *seqq. fol.* 547. Tusch. *litt. A, concl.* 361. *per tot.*

Posse tamen à Judice inhibitionem impetrari, etiam ante factum, si quis timeat ex facto alterius posse gravari, *leg.* 3. ubi Bald. & alii *Cod. qui bon. ced. poss.* Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 15. *nn.* 11. Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 178. *in fine.*

33 Appellari debet de jure civili gradatim ordine servato, non autem omisso medio provocare ad supremum, *l. præcipimus*, C. *de appell. et l. Imperatores*, ff. *eod.* Rom. *consil.* 501. Marant *par.* 6. *de appellat. nu.* 368. &c. latè Tusch. *litt. A. conclus.* 352. *per tot.* Paul Christin. *decis. Belgic.* 11. *nn.* 4. & *volum.* 1. ubi quatuor modis limitat, & *decis.* 13. *n.* 4. *etc. decis.* 14. *n.* 6. *et seqq. d. volum.* 1. Sanfelic. *dec.* 368. *n.* 7. *et* 8. *cum Addit.* ubi quod fallit in habentibus electionem fori, & alia ad rem, & quid in judice delegato, vide in §. *Judex n.* 37. Carl. Anton. De Luc. *ad* Gratian. *dec.* 199. *n.* 2. Nicol. *cit. tit. de appell. sub. n.* 65. Ansald. *decis.* 96. *n.* 9. Pellegrin. *in praxi Vicar. part.* 3. *sect.* 2. *n.* 4. Altimar. *de nullitatibus rub.* 3. *q.* 25. *a num.* 1. *tom.* 1. & alii plures, quos citat Crescin. *in addit. ad obser.* 5. Abecclesia *part.* 2.

De jure tamen canonico potest appellari ad Papam omisso quocunque medio, Maranta *ubi supra*, Soccin. *reg.* 23. & *reg.* 39. *inter reg. divers. fol. mihi* 18. Guazz. *def.* 36. *cap.* 17. Gratian. *discept. forens. cap.* 965. *n.* 84. & 85. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *nu.* 28. & *fol.* 539. De Luc. *Miscel. disc.* 1. *n.* 76. *de Judic. disc.* 3. *n.* 54. De Jurisdict. *disc.* 72. *nu.* 18. *de Præeminentiis disc.* 34. *n.* 6. Emerix jun. *decis.* 890. *n.* 2. & 3. & vide tradita per Crescin. *in dict. addit. ad obser.* 5. Abeccles. *part.* 2.

Quod quando appellatur ab Episcopo procedente tanquam Sedis Apostolicæ Delegato ex commissione sibi à lege, vel Canone facta in plutibus casibus, debeat appellari ad Summum Pontificem, & non ad Archiepiscopùm, vel Metropolitanum, licèt etiam alii contrarium teneant, ut possit appellari ad Metropolitanum, Ricc. *in prax. var. resol. cap.* 449. *per tot.*

Et quod dicitur de Papa, procedit in quolibet alio Principe Superiorem non recognoscente, qui inter subditos suos adiri potest omisso medio, *l. si cujus* §. *si verò*, ff. *de appel. recip.* Vant. *de nullit. tit. coram quo poss. & deb. null. prop. n.* 20. *fol.* 23. Thomat. Trivis. *decis.* 7. *lib.* 1. ubi quod dictus ordo non servatur, quia jurisdictio superioris absorbet illam inferioris.

Plura de hac conclusione, ad quem, & quo ordine sit appellandum, Scacc. *de appell. quæst.* 7. & 8. *per tot.* Jordan. *dict. tit.* 26. *nu.* 461. & *seqq. ad* 538. *fol.* 568. Tusch. *d. concl.* 352. *per totum*. Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 3. *rub.* 1. *nu.* 26. & *seqq.* Abeccles. *obser.* 5. *et* 6. *part.* 2. ubi Crescin.

An autem, & quando possit appellari ad Papam per subditos Principis laici, vel non, Marth. *vot. Pis.* 64. *per tot.*

Quando appellatur ad Papam sive gradatim, sive omisso medio per saltum in prophanis, vel quasi spiritualibus causa devolvitur ad Auditorem Cameræ, qui est judex ordinarius appellationum loco suæ Sanctitatis, in causis verò matrimonialibus, & in merè spiritualibus, vel beneficialibus adeunda est signatura justitiæ, & impetrandus judex, qui ut plurimum solet esse Rota, vel alius in Curia, sive extra Curiam per Breve, ut docet Scacc. *de appellat. quæst.* 8. *nu.* 90. & *seqq.* Pac. Jordan. *d. tit.* 26. *num.* 527. & *seqq. fol.* 572.

Quo ordine, à quibus, & ad quem appellari debeat in Curia Romana, Ridolphin. *in prax. part.* 1. *c.* 13. *n.* 207. & *seqq. ad* 256.

34 Appellari debet à delegato ad delegantem, & à Vicario foraneo ad Vicarium generale, Gratian. *discept. forens. cap.* 655. *n.* 58. &c. Altimar. *de nullit. rub.* 3. *q.* 26. *n.* 1. *part.* 1. & nonnulli alii, quos adducit Crescin. *obser.* 6. Abeccles. *part.* 2.

Quod à sententia judicis delegati non detur appellatio ad judices ordinarios appellationis, sed ad solum Principem delegantem, Altograd. *consil.* 2. *n.* 33. *lib.* 1. Scacc. *de appell. quæst.* 8. *n.* 18. Pac. Jordan. *d. tit.* 26. *num.* 491. &c. Faciunt tradita per Abecclesiam, & Crescin. *loc. cit.*

Cum tamen Tribunal Episcopi, & Vicarii generalis sit unum & idem, non potest appellari à sententia Vicarii generalis ad Episcopum, etiam de consensu partium, vel consuetudine, nisi agatur de appellatione ab interlocutoria, vel de causa specialiter delegata, ut benè probat Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 58. & *seqq. fol.* 560. & *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 503. Scacc. *de appellat. quæst.* 8. *n.* 53. & *seqq. ad* 86. Vide annotata per Crescin. *d. obser.* 6. Abeccles. *part.* 2.

35 Appellari non licet ultra bis, & sic à duabus conformibus non datur appellatio, *toto tit. C. ne liceat tert. provoc.* Pract. Papp. *for. sent. in caus. appellat. gloss.* 1. *n.* 6. ubi Additio, latè Scacc. *de appellat. qu.* 17. *limit.* 1. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 122. *volum.* 4. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *nu.* 267. & *seqq. ad* 293. *fol.* 555. ubi etiam plura quando sententiæ dicantur conformes, vel non, & Giurb. *decis.* 66. *per tot.* ubi quod idem est in revisione, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 3. *rub.* 11. *per tot.* Ansald. *decis.* 64. *nn.* 2. & 13. Altimar. *de nullit. rub.* 5. *q.* 1. *n.* 81. *cum seqq. tom.* 1.

Quod non detur reclamatio contra duas sententias conformes, licèt adsit alia intermedia difformis, Franc. *decis.* 135. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *n.* 350. *fol.* 531. & *tit.* 26. *n.* 279. *fol.* 556. vide in §. *Nullitas n.* 10. §. *Sententia n.* 32. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 137. *n.* 1. & *seqq.* ubi de statuto Bononiæ concedente semel tantùm appellare, ut non procedat ratione mixturæ, qua stante sententia recipit appellationem *infra num.* 51. Abecclesia, & Crescin. *obser.* 26. *part.* 2.

36 Appellari potest ab omissa condemnatione expensarum, nisi victus appellaverit ab ipsa sententia, Additio ad Pract. Papp. *for. Act. real. gloss. Et expensis lit. P. in fine.*

Intellige prout declarat Soccin. *inter regul. divers. regul.* 538. *fol.* 624. Felin. *in cap. significaverunt de except. colum.* 1. *cum trib. seqq.* Diaz. *reg.* 785. *fol.* 627. vide Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 442. *et seqq. fol.* 566. ubi an, & quando possit appellare qui habet sententiam pro se, & dixi supra *n.* 19.

Qualiter ab eadem sententia possit utraque pars appellare, ac etiam ad diversos judices, & quis prævalere debeat, vide Scacc. *de appellat. quæst.* 10. *nn.* 4. &c. Pac. Jordan. *d. tit.* 26. *nu.* 550. & *seqq. fol.* 574. Abeccles. & Crescin. *obser.* 11. *part.* 2.

Quod appellari possit à condemnatione expensarum, non autem à taxatione, sed benè ab excessiva taxatio-

ne

ne expreſſa tamen quantitate exceſſus, vel alia juſta cauſa, Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 10. nu. 58. & limit. 21. n. 56. & ſeqq. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. nu. 620. & ſeqq. De Luca de Judiciis diſc. 39. n. 1. et 4.

37 Appellatio quando admittatur, vel non in criminalibus, vide latè Gnazz. dcſ. 36. per tot. et maxime c. 4. Farinac. quæſt. 101. per tot. Scacc. de appellat. qu. 17. num. 23. et ſeqq. et d. quæſt. 17. limit. 47. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 26. nu. 409. et ſeqq. ad 441. fol. 565. ubi ponunt regulam affirmativam, quam pluribus modis ampliant, & limitant, Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 3. qu. 24. per tot. ubi plura qualiter tam in criminalibus, quàm in civilibus denegetur appellatio confeſſo, & convicto ſimul, faciunt tradita per Altimar. de nullit. rub. 4. q. 29. De Luc. Relat. Cur. diſc. 36. n. 13.

Qualiter autem prohibita appellatione in criminalibus, detur ſaltem recurſus ad Principem pro ſublevamine oppreſſorum tam ante ſententiam, quàm poſt ſententiam, & alia ad rem, juxta praxim Cathaloniæ, Fontanell. deciſ. 286. et. 287. per tot. facit Romaguer. loc. cit. rub. 14. et 15.

De conſuetudine tamen generali ferè totius Chriſtiani Orbis, ac vigore ſtatutorum vigentium per totam ferè Italiam, & maximè in Statu Florentino (exceptis cauſis treguæ, pacis, vel promiſſionis de non offendendo ruptæ, vel ſimilibus habentibus adnexam etiam pœnam civilem parti applicandam) appellatio tam à definitiva, quàm ab interlocutoria in criminalibus non admittitur, Petr. Cabal. reſolut. crim. caſ. 510. n. 16. & ſeqq. Scacc. de judic. lib. 1. c. 97. n. 62. & ſeqq. de appellat. quæſt. 17. limit. 28. num. 1. &c. Farinac. d. quæſt. 101. nu. 32. &c. Pac. Jordan. d. tit. 26. num. 409. & 412. Tuſch. lit. A. concluſ. 416. & 417. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 376. vol. 1. Bajard. ad Clar. §. fin. quæſt. 94. n. 8. & ſeqq. vide Graarel. & Addent. deciſ. 15. ubi an, & quando admittatur in Regno Neapolitano, & deciſ. 78. ac alibi.

Quod admittatur in incidentibus, quæ ſecum portant irreparabile præjudicium, Franc. deciſ. 637. per tot.

An admittatur à decreto de aliquem torquendo, vel à cominata tortura, dixi in §. Judex n. 51. Dian. part. 4. tract. 6. reſol. 20. ubi quod ſic, ſed de conſuetudine non ſervatur, ut dixi, vide infra n. 55.

38 Appellatio non admittitur in executivis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 279. n. 48. cap. 665. nu. 6. & cap. 944. n. 61. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 9. per tot. De Luca de Locat. diſcurſ. 34. n. 7.

Quod ab executione ſententiæ non appelletur, & quando ſecus, Soccin. inter. reg. diverſ. reg. 33. fol. 16. Scacc. d. quæſt. 17. limit. 10. per tot. latè Tuſch. lit. A. concluſ. 410. & ſeqq.

Item non admittitur in pronunciatione de exequendo, ac ideò non committuntur attentata, Gratian. diſcept. 333. per tot. cap. 507. n. 17. & cap. 531. nu. 50. Magon. deciſ. Luc. 18. n. 1. &c. ubi Addit. Pac. Jord. Lucubr. vol. 8. lib. 14. tit. 25. n. 368. & ſeq. fol. 533. Marcheſ. part. 1. tit. de appellat. ab execut. n. 3. &c. ubi limitat pluribus modis, & vide Scacc. d. quæſt. 17. limit. 11. per tot. & limit. 12. Pac. Jordan. d. lib. 14. tit. 26. n. 323. &c. fol. 559. Conciol. & Romaguer. ad ſtat. Eugub. lib. 3. rub. 12. per tot. ubi quando admittatur.

Admitteretur tamen appellatio quando in executione fieret novum gravamen, Gratian. diſcept. 987. nu. 36. Capyc. deciſ. 34. n. 4. vide Scacc. & alios ſupracitatos.

Item admitteretur ſtante notoria injuſtitia, & retardaretur executio, idem Gratian. diſcept. 924. n. 42. & cap. 959. n. 16. & n. 24.

An admittatur ubi adeſt obligatio cameralis, dixi in §. Obligatio. Idem De Luc. relation. Curiæ diſc. 36. n. 23.

An in cauſa ſequeſtri, dixi in §. Sequeſtrum.

Qualiter autem in executivis ſi petatur committi cauſam appellationis ſoleat ſignatura reſcribere cum clauſula ſine præjudicio legitimæ executionis, ſi decretum, à quo appellatur, fuit validum, & juſtum; vel cum clauſula, ſi quid exequendum, vel ad legitimam, ſi validitas, & juſtitia decreti ſit turbida; vel ſimpliciter abſque ulla clauſula, ſi conſtet de notoria injuſtitia, vel nullitate decreti, à quo appellatur; quid importent dictæ clauſulæ, & reſcripta, ac alia, latè Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. n. 490. & ſeqq. vide in §. Clauſula n. 26.

An detur appellatio à ſententia Syndicatorum officialium, Lancell. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 20. num. 1. & ſeqq. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 16. nu. 9. &c. cum aliis per Conciol. ad ſtat. Eugub. libr. 3. rubr. 10. ubi quod non vigore ſtatuti, niſi eſſet omninò injuſta, vel niſi conſtet de iniquitate ſententiæ, vel expreſſa cauſa legitima, vel ad effectum devolutivum.

Appellatio an admittatur in cauſa ſalarii, vide Gratian. diſcept 257. nu. 44. Sanſelic. in praxi ſect. 6. n. 33. Vide Barboſ. in c. ut debitus num. 16. de appellat. Altimar. de nullit. rub. 1. q. 4. n. 7. & 8. tom. 1. 39

Quod in cauſa ſalarii, & mercedis non admittatur ad effectum ſuſpenſivum exceptis aliquibus caſibus, Lanfranch. Zacch. tract. de ſalar. & merced. quæſt. 507. per tot. Magon. deciſ. Flor. 12. n. 11. Gratian. deciſ. 53. per tot. vide Scacc. de appellat quæſt. 17. limit. 8. n. 8. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 4. n. 164. & 165. ubi diſtinguit an agatur cum paupere, ita ut merces ſit loco alimentorum, & non admittatur appellatio, aliàs autem admitti, & quod in Tribunali A. C. paſſim admittitur de ſtylo appellatio etiam ſuſpenſiva. Abecclеſ. obſer. for. part. 1. obſer. 566. ubi Creſcin. in additionib.

An appellatio habeat locum in materia gabellarum, vide Guttierez. de Gabell. quæſt. 171. per tot.

Appellatio regulariter non admittitur à ſententia lata favore alimentorum, piæ cauſæ, & quando ſecus, 40
vide Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 7. & limit. 8. per tot. Surd. de alim. tit. 8. privil. 60. Buratt. deciſ. 208. Ridolphin. in prax. part. 2 cap. 4. n. 166. & ſeqq. ubi diſtinguit inter alimenta præterita, & futura, ac aliis modis declarat, facit quod dixi in §. Alimenta n. 16. 28. & Sanſelic. in Praxi ſect. 8. num. 31. &c. ubi ponit plures alios caſus, in quibus non datur appellatio Zacch. de Salar. quæſt. 107. n. 4. & 6. De Luc. de Judiciis diſcurſ. 37 Altimar. de nullitat. rubr. 1. quæſt. 4. num. 9. tom. 1. Abecclеſ. & Creſcin. obſer. 166. part. 1.

Et quod favore piæ cauſæ, alimentorum, animæ, & dotis pro puellis miſerabilibus ſententia ſit exequenda non obſtante quacunque appellatione, Gratian. diſcept. 665. num. 1. & ſeqq. & cap. 726. num. 17. ubi quod non admittitur quoad alimenta, & fructus dotales, idem Gratian. deciſ. 53. in Addit. per tot.

Prout nec admitti in cauſa dotis ad effectum ſuſpenſivum, quando agitur cum inope, probat idem Gratian. deciſ. 72. per tot. De Luca de Judiciis diſcurſ. 37. n. 50. Abecclеſ. d. obſerv. 166.

Quoad alimenta intellige in futurum debita, & probata inopia alendi, aliàs ſecus, & niſi fuerit admiſſa appellatio per judicem ad quem, & ab eo emanata inhibitio, quia tunc eſt omninò ſervanda quantumcunque cauſa fuerit omninò inapellabilis, cùm non liceat judici inferiori cognoſcere de viribus inhibitionis ſuperioris, ſed ad eum partes remittere debeat pro opportunis remediis obtinendis, Rot. part. 9. recent. deciſ. 355. n. 5. & ſeqq. per tot.

Appellatio non admittitur quando cauſa fuit commiſſa conſcientiæ judicis, vel ejus libero arbitrio, 41
Gratian. diſcept. 849. nu. 6. vide Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 10. Menoch. de arbitr. quæſt. 70. n. 13. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 15. per tot.

Prout nec in facultativis, quando ſcilicet eſt in poteſtate judicis aliquid facere, vel non facere, vide.

An in collatione beneficii admittatur appellatio, vide in §. Electio nu. 5. Buratt. deciſ. 505. Rot. part. 14. recent. deciſ. 148. n. 4. & 5.

Quod decreta facta in viſitatione ab Epiſcopo, non admittant appellationem ſuſpenſivam, Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 10. de refor. Aluyſ. Ricc. prax. var. reſ. cap. 7. per tot. ubi pluribus modis ampliat, vide Thomat. dec. 259. per tot. ubi quod ſecus eſt ſi procedat judicialiter, & in cauſis magni præjudicii, Ciarlin. contr. 65. n. 17. De Luc. de Regul. diſc. 22. n. 2. & 6. Miſcel. diſc. 1. n. 73. Pellegrin. in Prax. Vic. part. 3.

sect. 5. sub num. 55. vers. 65. casus est.

Appellari non potest à mandato de evacuando, & exstractando quoad effectum suspensivum, quia hujusmodi causæ celeritatem desiderant, Additio ad Magon. *decis. Luc. 15. in princ. lit. A.* latè videndus Ridolph. *in prax. part. 2. cap. 13. num. 108. & seqq. per tot.* Scace. *de appellat. quæst. 17. limit. 6. memb. 2. nu. 36. &c.* Sanfelic. *in Praxi. sect. 60. n. 34.* ubi nec à decreto expulsionis contra turbantem studia scholarium, vel Doctorum, de quo dixi in *§. Doctor num. 7.* De Luca *de Locato disc. 19. nu. 20. de Judiciis discurs. 37. n. 52.*

43 Appellatio non admittitur in causa immunitatis Ecclesiasticæ, neque recursus tam ex parte rei, quàm ex parte fisci, vel actoris, latè Sperel. *decis. 65. per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 2. lib. 11. tit. 3. nu. 304. fol.* 544. Ciarlin. *contr. 10. num. 154. &c. contr. 116. num. 63. &c.*

Quod ubi notoriè, vel satis fundatè constat de injustitia sententiæ si sit permissa appellatio ex utraque parte, etiam in causa immunitatis Ecclesiæ, Thom. del Bene *de immunit. par. 2. cap. 16. dub. 42. sect. 2. num. 6. et 7. et sect. 3. per tot. fol. mihi 122.*

Quicquid respectu fisci contrarium tenuerit Gambacurt. *tract. de immunit. lib. 6. cap. 17.* qui postea fuit correctus, & reprobatus, vide Farinac. *de immunit. c. 22. num. 372.* Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 38. in fine part. 4. tract. 1. resol. 97. in fine, et par. 6. tract. 1. resol. 30. quæst. 5.* ubi tenet dictam primam opinionem, nisi tamen notoriè constaret de injustitia sententiæ, secundùm Ciarlin. *controvers. forens. cap. 116. nu. 69.* latè Cortiada *decis. 25. per tot.* ubi etiam quid in similibus casibus.

44 Appellatio an admittatur in causa excommunicationis, vel declaratoriæ, vel aliarum censurarum, vide latè Sperel. *dec. 48. et decis. 160.* ubi negativè concludit, vide Thomat. *decis. 18. n. 1. et seqq.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de appellat. resol. 6. per tot.* Rot. *par. 14. recent. decis. 496.* ubi etiam an à decretis visitationis, Addit. ad Sanfelic. *decis. 395.* De Luca *Miscell. Eccles. disc. 15. sub nu. 4.*

Quod imò admittatur à declaratoria, & suspendat effectum declarationis, videtur tenere Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 15. num. 48. fol. 245.* vide tamen Lancellot. *de attent. cap. 12. in præfat. num. 99. etc. et eodem cap. 12. ampliat. 8. per tot.* ubi plura, & latè Ridolphin. *in Prax. part. 2. cap. 8. n. 175. et seqq. per tot.* ubi multis modis declarat.

Quod sententia excommunicationis nunquam transeat in judicatum quoad publicam utilitatem, sed benè quoad privatam, Pac. Jordan. *vol. 3. lib. 14. tit. 25. numsa1. fol. 515.* ubi quòd idem est in aliis censuris, vide tamen eundem Jordan. *ibidem n. 129.* ubi quòd sententia excommunicationis, & aliarũ censurarum statim transit in judicatũ, & trahit secũ executionẽ intellectualem; intellige quoad effectũ suspensivum, & appellatio prodest solùm ad effectum devolutivum, idem Jordan. *d. tit. 25. num. 245. fol. 524.* & meliùs *tit. 26. num. 434. et seqq. fol. 566.* cum Farinac. *quæst. 101. num. 66 & seqq.* ubi clarè idem Jordan. *d. tit. 26. n. 635. fol. 580.*

An, & quando in causa pensionis admittatur appellatio, vel non ad utrumque effectum, latè Ridolphin. *in prax. p. 2. cap. 9. num. 177. et seqq. per tot. vide in §. Pensio nu. 6. vers. Et commissio, etc.* De Luca *de decimis disc. 15. n. 13. et seqq.*

45 Appellatio ab interlocutoria regulariter de jure civili est prohibita exceptis aliquibus casibus, Duen. *reg. 52. per tot* ubi 14. limitationes adducit, latè Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 47. per tot.* Tusch. *litt. A. conclus. 359. per tot.* Ridolph. *in prax. part. 1. cap. 13. n. 298. et seqq.* Paul. Christ. *decis. 18. per tot. vol. 1.* Giurb. *decis. 56.* Sanfelic. *decis. 395. cum plena Addit.* & summatim de more Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 26. n. 375. et seqq. ad 409. fol. 563.* ubi colligit pluses casus, & exempla in quibus appellatur ab interlocutoriis, & de appellatione prohibita ab interlocutoria in manutentione, Joseph. Urceol. *consult. for. cap. 46. num. 5. etc.* Vide De Luc. *de Judic. disc. 36. num. 19. et 20. disc. 37. n. 4. et 7.* Pen. *decis. 962. n. 6.* Abeccles. *obser. 34. n. 7. et 19. part. 1.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 3. section. 2. sub n. 15. versiculo casus est.*

Et ad materiam quando possit ab interlocutoria appellari vel non, vide Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 3. Rub. 2. per tot. & Rub. 5. & 6.*

Quòd appellatio possit tolli per statutum maximè conditum à non recognoscente superiorem, Magòn. *decis. Lucen. 15. n. 11. etc. vide §. Clausula, et supra n. 7.*

Et prohibita appellatione, censeri eam prohibitam ad utrumque effectum tam devolutivum, quàm suspensivum, Capyc. *decis. 34. nu. 3.* Thomat. *decis. 128. nu. 11. et seqq.*

Appellatio ab interlocutoria de jure canonico est per- 46
missa, non tamen hodie, attenta dispositione Concilii Trident. *sess. 24. cap. 20. de reform.* Scacc. *de appellat. d. quæst. 17. limit. 47. num. 73. et seqq.* Pac. Jordan. *d. tit. 26. num. 382. etc. fol. 563.* Ridolphin. *d. cap. 13. nu. 299. et 300.* Giurb. *decis. 56. per tot.* Pellegrin. *d. versicul. 64. casus est, et n. 16. vers. de Jure canonico cum versiculo sequenti.*

Appellari potest ab interlocutoria, qua quis pronun- 47
ciat se judicem competentem, non obstante statuto, quod ab interlocutoria non appelletur, Petr. Cabal. *resol. crim. cas. 208. in fin.* Gratian. *discept. 76. per tot.* Cavaler. *decis. 2. nu. 8.* Scacc. *d. q. 17. limit. 6. memb. 7. n. 47. etc. limit. 47. n. 105.* Sanfelic. *decis. 5. per tot.*

Quod appellari possit à sententia super declinatoria fori, vel qua judex se competentam declarat, etiamsi super principali causa sit prohibita appellatio, Sanfelic. *decis. 325. per tot.* ubi propè innumeros præter morem allegat.

Quando, & in quibus casibus sit permissa appellatio ab interlocutoria, vide summatim Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 13. num. 298. et seqq.* Christin. *d. dec. 18. vol. 1.* Sansel. *d. dec. 5. et dec. 395. cum plena Addit.*

Item appellari potest ubi judex non vult admittere alios testes, vel alias probationes, quas actor produxit, (intellige sine causa) Duen. *reg. 52. limit. 9.* Socc. *reg. 40. limit. 1. in fine,* latè Surd. *decis. 36. per tot.*

Item appellari potest ab interlocutoria non obstante statuto prohibente, quotiescunque post eam non spectatur definitiva, cum esset ratio statuti, quòd possit reparari gravamen per appellationem à definitiva, & cùm habeat vim definitivæ, nec sit propriè interlocutoria, statuta verò sunt propriè intelligenda, Pract. Papp. *form. sent. interloc. glos. 1. nu. 2. et form. appellat. ab interloc. glos. ult. num. 7.* Gratian. *discept. forens. cap. 76. num. 9. et cap. 74. num. 11.* Menoch. *de arbitr. cas. 490. per tot.* Merlin. *decis. 824.* Coccin. *dec. 407.* latè Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 47. n. 84. et limit. 6. num. 29.*

Quòd possit appellari ab interlocutoria vim definitivæ habente, & quando talis dicatur, Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 13. num. 308. etc.* ubi 21. exempla adducit, de quibus plenè Scacc. *d. limit 47. memb. 1. nu. 172. et seqq. ad 215.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 3. sect. 5. num. 23.*

An possit appellari ab interlocutoria, ubi non est permissum appellare à definitiva, Peregrin. *decis. 146. nu. 4.* ubi quod sic.

Quòd possit appellari ab interlocutoria, cujus gravamen non possit reparari in definitiva, & quòd talis dicatur, licèt gravamen esset reparabile per recursum ad Principem, cùm id fieri nequeat absque difficultate, Altograd. *consil. 2. nu. 31. & consil. 23. n. 11. etc. lib. 1.* Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 13. nu. 301. et seq.* ubi quænam sint interlocutoriæ inferentes gravamen irreparabile, & sexdecim exempla refert, de quibus latiùs Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 47. membr. 1. num. 9. et seqq. ad 168.* Abeccles. *obser. 34. n. 20. part. 1.* Crescin. ad eundem Abeccles. *observ. 12. n. 11. part. 1.*

Item appellari potest ab interlocutoria super legitimatione personarum, Pract. Papp. *ubi supra numer. 2.* Gratian. *d. cap. 76. n. 3.* Honded. *consil. 27. n. 20. lib. 1.*

Item ubi constat de evidenti injustitia cum expressione tamen ipsius injustitiæ, Gratian. *decis. 202.*

Item non obstante prohibitione appellationis ab interlocutoria, potest de nullitate dici, cùm sint remedia diversa, maximè ubi nullitas provenit ex defectu jurisdictionis, quæ nunquam censetur rejecta, Pract. Papp. *form. appellat. ab interloc. glos. 1.* Gratian. *discept. forens. cap. 74. n. 2. et seqq.* Magon. *decis. Luc. 22. n. 18.* dixi *in §. Nullitas, et §. Statutum reiiciens.*

An

An autem poſſit appellatio, & nullitas ſimul proponi, & cumulari, Tuſch. *litt. A, concluſ.* 394. *per tot.*

48 Appellatio ab interlocutoria in caſibus permiſſis, debet expreſsè, & nominatim continere cauſas gravaminis, & nullitatis, ſecus in definitiva, Soccin. *inter reg. diverſ. reg.* 30. *fol. mihi* 14. Ger. Spin. *conſil.* 6. *num.* 26. Joſeph. Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 46. *n.* 31. latè Scacc. *de appellat. quæſt.* 4. *num.* 25. *etc.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 65. & *ſeqq. ad* 81. *fol.* 542. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 360. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 313. & *ſeq.* ubi ſummatim ponit decem requiſita neceſſaria in appellatione ab interlocutoria, Pen. *deciſ.* 34. *nu.* 5. *et deciſ.* 360. Pelleg. *in Prax. Vicar. part.* 3. *ſect.* 1. *nu.* 19. *et ſeq.* Altimar. *de nullit. rub.* 6. *q.* 12. *nu.* 7. *tom.* 1. Abeccleſ., & Creſcin. *obſer.* 10. *part.* 2.

Ac juſtificari debet ex actis geſtis coram primo judice, licèt in cauſa appellationis à definitiva poſſit deduci, & probari omne id quod non fuit deductum in prima inſtantia, Duen. *reg.* 47 & 48. *per tot.* ubi tamen in utroque caſu dat nonnullas limitationes, Capyc. *deciſ.* 5. *in fine*, Magon. *deciſ. Flor.* 31. *n.* 1. *et deciſ. Luc.* 18. *n.* 14. *etc.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 232. *nu.* 24. *cap.* 333. *nu.* 13. *cap.* 444. *num.* 51. *et cap.* 912. *num.* 20. *etc.* vide in §. *Judex num.* 39. Paul. Chriſtin *dec.* 103. *vol.* 6. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 303. *num.* 2. & *ſeqq.* Pen. *deciſ.* 106. *n.* 5. Creſcin. *loc. cit. n.* 19. *et* 20.

49 Appellatione interpoſita ab interlocutoria, ſi fuerit pronunciatum benè appellatum, tota cauſa, & negotium principaliter devoluitur ad ſuperiorem, Foller. in Addit. ad Marant. *part.* 4. *diſtinct.* 12. *num.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 6. *per tot. et cap.* 40. *per tot.* Ger. Spin. *conſil.* 67. *et* 68. *per tot.* Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 47. *memb.* 3. *nu.* 1. & 2. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 408. *fol.* 564. Franch. *deciſ.* 88. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 25. *ſub num.* 16. *vide in* §. *Judex num.* 40. & §. *Inhibitio*, Tuſch. *litt. A. concluſ.* 371. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 112. *num.* 5. *vol.* 4. ubi quòd ſecus eſt ſi fuerit pronunciatum malè appellatum, nam tunc cauſa eſt remittenda ad judicem à quo non obſtante commiſſione principalis negotii facta judici appellationis, quia debet intelligi, ſi malè judicatum, & benè appellatum; refert tamen contrariū tenentes, quando eſt facta commiſſio cum toto negotio, ſaltem de ſtylo. Car. Anton. de Luca ad Gratian. *loc. cit.* Altim. *de nullit. rub.* 10. *q.* 14. *à num.* 75. *tom.* 2. *et rub.* 3. *q.* 4. *tom.* 1. Abeccleſ., & Creſcin. *obſer.* 21. *part.* 2.

Ac idem eſſe quando fuit dictum de nullitate ſententiæ coram ſuperiore, ut ſententia annullata, cognoſcat ipſe ſuperior de meritis cauſæ, ſecus autem ſi fuerit declarata valida, vel coram ipſo primo judice propoſita nullitas, Giurb. *deciſ.* 70. & Sanfelic. *deciſ.* 95. & *deciſ.* 363. *per tot. cum Addit. et deciſ.* 395. *cum plena Addit.* ubi de appellatione.

Plura de officio judicis à quo circa admittendam, vel non admittendam appellationem, circa declarandam deſertionem, & alia, ac de officio judicis ad quem circa remittendam, vel non remittendam cauſam ad primum judicem, ad quem ex illis ſpectet declaratio deſertionis, ſive executio ſententiæ, condemnatio, expenſarum, & alia ad praxim hujuſmodi, vide per Scacc. *de appellat. quæſt.* 11 *per tot.* ſummatim Pac. Jordan. *d. tit.* 26. *n.* 765. *et ſeqq. ad* 806. *fol.* 590. ubi etiam inferit quandam declarationem Sacræ Congreg. Epiſc. & dixi §. *Executio num.* 13. §. *Judex n.* 42. *et* §. *Sententia num.* 49.

50 Appellans ab interlocutoria, & ſuccumbens debet condemnari in expenſis factis occaſione dictæ appellationis, & cauſa remittitur ad judicem à quo fuit appellatum, Afflict. *deciſ.* 42. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *n.* 341. *etc. fol.* 531. Abeccleſ. *obſer.* 17. *n.* 11. *et per tot. par.* 2.

An autem admittatur appellatio à ſententia declarante cauſam deſertam, Fontanel. *deciſ.* 403. *per tot.* Romaguer. ad Conciol. *ſtat. Engub. lib.* 3. *Rub.* 9. *nu.* 27. ubi quòd ſic in Cathalonia, quamvis à principali ſuper meritis non potuiſſet appellari, vide ſupra *n.* 13.

Quid autem ſi fuiſſet appellationi delatum expreſsè, vel tacitè, vide Ger. Spin. *conſil.* 67. *et* 68. *per tot.*

Et de pœna temerè appellantium, ac quando quis dicatur temerè appellaſſe. vide Menoch. *de arbitr. caſ.*

445. *per tot.* Abeccleſ., & Creſcin. *d. obſer.* 17. *part.* 2.

Quòd appellans ab interlocutoria non ſit amplius citandus, quia facit ſe contumacem, & declarat nolle comparere; ſive obtineat, ſive ſuccumbat, & idem eſt in appellante frivolè, vel appellationem deſerente, Thomat. *deciſ.* 276. *num.* 15. *et ſeqq.*

51 Appellari non poteſt de jure civili in quocunque judicio poſſeſſorio quoad retardandam executionem, & ſic quoad effectum ſuſpenſivum, ſed benè quoad devolutivum, Bart. *in l.* 2. *ff. de appell. recip.* & *l. quiſquis C. quomod. appell. non recip.* Marant. *de appellat. n.* 305. cum undecim limitationibus, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 34. *num.* 3. Gratian *diſcept.* 74. *num.* 12. & *deciſ.* 254. *num.* 1. Scapuc. de Salvian. *lib.* 3. *quæſt.* 1. Duen. *reg.* 44. Cacheran. *deciſ.* 25. Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 6. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 254. *et ſeqq. fol.* 555. *et num.* 314. *etc. fol.* 558. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 407. *et ſeqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num* 127. *et ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 121. *vol.* 4. Peregrin. *deciſ.* 97. *n.* 15. *etc.* Paciſ. de Salvian. *inſpect.* 4. *cap.* 2. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 94. *per tot.* Nicol. *Elucubr. utrinſq. jur. inſtit. canon. tit. de appellat. n.* 22. *et* 31. *cum ſeqq.* Pen. *deciſ.* 160. *n.* 2. ubi Creſcin. *in annotat.* Abbeccleſ., & idem Creſcin. *obſerv.* 194. *part.* 1.

Quando autem poſſit appellari ratione mixturæ, vel nullitatis, & injuſtitiæ, vide Gratian. *deciſ.* 9. *per tot. et deciſ.* 52. ubi videtur tenere, quòd poſſit appellari propter illa verba, *jure pignoris, et hypothecæ*, idem Gratian. *deciſ.* 60. *et deciſ.* 136. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 237. *num.* 5. *et ſeqq. per tot. deciſ.* 488. *per tot. deciſ.* 488. *per tot. et part.* 13. *deciſ.* 137. *n.* 1. *et ſeqq.* ubi in terminis ſtatuti Bononiæ, *et deciſ.* 198. ubi in mandato de aſſociando, à quo licèt regulariter ſit prohibita appellatio, illa tamen admittitur quando fuit conceſſum per cedulam prævia declaratione fideicommiſſi, vel alterius crediti, vel alia ſimili mixtura.

Quòd admittatur appellatio etiam in Salviano quando in ſententia adſunt verba prolata in caſu genitivo, quæ poſſunt denotare dominium, veluti ſi dictum ſit, actorem immittendum eſſe in poſſeſſione bonorum Petri, cum per talia verba videatur declaratum bona ſpectare ad Petrum jure dominii, & ſic cauſa poſſeſſionis ſit mixta cum proprietate, ratione cujus mixturæ datur appellatio ad utrumque effectum, pulchrè (ſi benè) Gratian. *deciſ.* 214. *per tot.*

Et quòd ſtante aliqua mixtura detur appellatio, Cavaler. *deciſ.* 510. & vide Sperel. *deciſ.* 85. *num.* 9. &c. Merlin. *deciſ.* 111. Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 237. *n.* 5. & *ſeqq.* Paciſ. de Salvian. & alios ſupracitatos, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 137. *num.* 1. & *ſeqq.* & *deciſ.* 198. *per tot.* Gregor. *dec.* 251. *n.* 10.

52 Appellari poteſt de jure canonico in quocunque judicio poſſeſſorio cum expreſſione cauſæ, & gravaminis, Marant. *de appellat. num.* 305. Neguſ. *de pign. part.* 8. *memb.* 1. *num.* 3. Scapuc. de Salvian. *lib.* 3. *quæſt.* 1. Thomat. *deciſ.* 58. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 74. *n.* 16. & *ſeqq.* Peregrin. *deciſ.* 97. *num.* 13. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 441. *num.* 1. &c. *part.* 10. *deciſ.* 89. *num.* 3. ubi ad utrumque effectum, Sanſel. *dec.* 94. *per tot.* Nicol. *loc. ſupra cit.* ubi benè explicat hanc materiam Abeccleſ., & Creſcin. *loc. cit.*

Limita in remedio *l. fin. C. de edic. D. Adr. toll.* Gratian. *diſcept.* 283. *num.* 5. niſi ſententia eſſet lata per verba negativa actorem ſcilicet non eſſe immittendum, quia tunc poſſet appellari, Duen. *reg.* 44. *limit.* 1. dixi *in* §. *Remedium d. l. fin.* Tuſch. *litt. A, concluſ.* 409. *infra num.* 53. *verſ. Item in remedio*, Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 441. *nu.* 1. ubi quòd de jure canonico eſt admittenda appellatio etiam in dicto remedio, Sanfelic. *dec.* 94. *num.* 3. &c.

Item limita in ſummariiſſimo manutentionis juditio quoad omnes effectus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 317. *n.* 64. & *ſeqq.* Sperel. *deciſ.* 96. *per tot.* Joſeph. Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 46. *per tot.* & *cap.* 30. *n.* 14. & *ſeqq.* & *num.* 46. & *ſeqq.* ubi de nunciatione novi operis, vide Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 298. *per tot.* ubi quicquid ſit de jure, oſtendit vigore ſtatuti Bononiæ licitam eſſe appellationem etiam in judicio manutentionis, & committi attentata, adde Sanſel. *dec.* 94.

53 Appellari non poteſt à ſententia lata in Salviano

quoad effectum suspensivum, sed tantùm quoad devolutivum, & hoc vigore Constitutionis Ægidianæ vigentis in Marchia Anconitana, per totum statum Ecclesiastieum, & in Curia Romana per extensiooem illius factam à Paulo III. Rot. *part.* 3. *diversf. dec.* 181. *num. ult.* vide latè Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 36. *nu.* 522. *& seqq.* Pacif. de Salvian. *inspect.* 4. *cap.* 2. *per tot.* Faciunt tradita per eumdem Crescin. *ad d. decis.* 160. Peniæ.

Ubi verò non viget dicta Constitutio, servandum esset jus cannnicum in terris Ecclesiæ, & in terris Imperii jus civile, vide Scapuc. de Salvian. *lib.* 3 *q.* 1. *&* 2. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 74. *& decis.* 52. *per tot.* dixi *in §. Ægidiana, &* . *Obligatio.*

Appellari tamen potest à liquidatione excessiva, quæ non habet privilegium executivum, Gratian. *discept.* 671. *n.* 16. *&c.* Ricc. *Collect.* 3645.

Quòd appelletur à liquidatione ad utrumque effectum, Surd. *decis.* 27. *per tot.*

Sicut & ab excessiva expensarum taxatione, Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *nu.* 266. *fol.* 555. Ricc. *Collect.* 3669.

Item appellati potest quando sententia declararet aliquem esse proximiorem, hæredem, creditorem, locatorem cum similibus, vidn Gratian. *discept.* 694. *nu.* 33.

Item quando constaret de notoria iojustitia, idem Gratian. *d cap.* 694. *nu.* 47. *& cap.* 85 n. *num.* 17. Sperel. *decis.* 96. *num.* 31. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 85. *n.* 20. ubi simpliciter de injustitia.

Item in emetgentibus etiam in judicio possessorio, Surd. *dec.* 27. *num.* 13.

Item ab interlocutntiis latis in hujusmodi causis possessoriis, quando continerent gravamen irreparabile, Gratian. *discept.* 74. *num.* 12. *& facit in cap.* 103. Ricc. *Collect.* 1306.

Item in remedio *c. integrandæ*, ut dixi in *§. Remedium d. c. integrandæ*, Tusch. *lit. A. conclus.* 408.

Sed contrarium esse verius in hoc remedio, Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limitat.* 6. *membr.* 6. *num.* 72. *et seqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 2 *cap.* 14. *nu.* 217. *et n.* 218. vide in §. *Remedium num.* 18. *in fine*, Giurb. *decis.* 19. *num.* 1. *et num.* 10.

Florentiæ verò pluries servatum vidi, & passim servari audivi appellationem ad utrumque effectum etiam in Salviano admitti, & quatenus intra decem dies ad appellandum concessos fuerit facta immissio juxta naturam Salviani, statim habito recursu ad judicem appellationis tanqnam attentata revocari, & non dari immissionem, nisi adsint duæ couformes sententiæ. Quod cum sit contra juris civilis dispositionem, & communes Doctorum traditiones, ut supra, introductum puto ex eo, quòd sententiæ ut plurimum, vel semper proferantur per cedulam juxta quasdam formulas in dictis statibus consuetas, nempè declarando actorem fuisse, & esse creditorem, per eum exposita vera fuisse, & esse, ac petita fieri potuisse, & posse, & successivè concedendam immissionem jure pignoris, & hypothecæ donec &c. & sic complicando plures causas petitorium concernentes, & mixturam manifestè continentes, & ideò non mirum si detur appellatio ad utrumque effectum, quod est de jure in hujusmodi casibus per prædicta; aliàs non video quomodo posset dicta praxis de jure sustineri in mero Salviano, & simplici possessorio, & cum de hoc plures professores in dicta civitate interrogaverim, nullus mihi satisfecit, nisi quòd ita factitatur passim de stylo, quod & ego sciebam ut supra, & ideò puto tenendum juxta præallegatas doctrinas; salva tamen, & servata dispositione statuti *lib.* 2. *Rub.* 127.

Bononiæ licitum est semel appellare in quocunque judicio possessorio, vel executivo vigore statuti *lib.* 1. *tit. de appellat. & de instrum. testam. & laud. execut. fol.* 292. *&* 319. Urceol. *consult. forens. cap.* 62. *nu.* 20. *&c. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 76. *nu.* 3. *& dec.* 237. *nu.* 1. & latè *par.* 10. *decis.* 298. *per tot.* ubi quòd dictum statutum habet locum etiam in judicio manutentionis, *& part.* 13. *dec.* 137. *nu.* 1. *et seqq.* ubi in remedio *l. fin. Cod. de edict. D. Adrian. toll. et p.* 14. *dec.* 309. *nu.* 4. ubi in Salviano, Bich. *dec.* 381. Rot. *p.* 18. *recent. dec.* 470. *n.* 7. ubi quòd dictum statutum Bononiæ non habet locum in sententia lata ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.*

54 Appellatus, an, & quando possit prævenire appellantem in commissione causæ appellationis, vel in prosequutione ejusdem, Card. Tusch. *litt. A, conclus.* 422. *&* 423. Abecclesia, & Crescin. *obser.* 42. *part.* 2.

Plura de appellationibus ultra præcitatos, vide per Bertachin. *in suo repert. verb. Appellatio.*

38 Appellatione domus prout est res materialis venit omne ædificium sive cum tecto, sive sine tecto pro habitatione destinatum, sive in urbe, sive in rure quando stat propter se ob aeris salubritatem, & non propter fundum, & venit tota etiam nulla adita dictione universali; venit apotheca illi unita, & sub eodem tecto existens, quæ uno pretio fuerit empta cum domo, secus autem si stet per se, & sit separata; venit etiam porticus, & hortus, ad quem è domo patet aditus, secus verò si sit à domo separatus, ostium, & alia domui affixa, molendinum, tugurium, capanna, stabulum annexum, balnea, ad quæ ex domo habetur aditus, puteus, putealia, funes, labra, fistulæ, rota, & alia ad hauriendam aquam destinata, & omnia perpetui usus causa in domo existentia, & si disponens habeat plures domos, & dubitetur de qua senserit, præsumitur de illa, in qua habitare consuevit ordinariò, & non ex accidenti, ut latè omnia probat Barbos. *de appell. verb. significat. appell.* 82. *per tot.* Tusch. *litt. D, conclus.* 617. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 212. *et* 669. *vide in §. Venditio num.* 51. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 77. *per tot.* ubi de legato domus an, & quando contineat apothecas, & remissas pro rhedis, vel curribus, & hujusmodi, dixi in §. *Legatum num.* 53. & rursus Rot. *in eadem causa d. p.* 10. *decis.* 304.

An sub nomine domus veniant vitriatæ, vide Surd. *decis.* 134. dixi in *§. Venditio*.

Quando appellatione domus veniat apotheca, vel non, pulchrè hincinde Gratian. *decis.* 67. *per tot.* Ricc. *Collect.* 669. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 77. *per tot. & decis.* 304. *per tot.* Barbos. *de Verbor. signif. appell.* 82. *à n.* 2. Cels. *decis.* 35. Ansald. *decis.* 69. *n.* 20. Captar. *decis.* 338. *n.* 7. *et* 8.

Appellatione Casamenti cùm sit nomen universale continens plusquam domus, veniunt apothecæ existentes sub eadem continentia casamenti, sicut & stabulum, caupona, & omnia alia sub eodem ædificio existentia, Castr. *cons.* 454. *lib.* 1. Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 619. *num.* 43. sequitur Barbos. *appell.* 39. *per tot.*

Appellatione domus an veniat hortus, seu viridarium, & stabulum, vide Gratian. *discept.* 896. *n.* 28. *etc.* Barbos. *de Verbor. signific. appell.* 82. *n.* 6., *et* 50.

Quòd sub nomine ædium veniat hortus conjunctus ipsis ædibus non ex propria significatione, sed ex quadam accessione, Card. Tusch. *litt. E, conclus.* 30. *n.* 2. *et* 4. sequitur Barbos. *appell.* 11. *num.* 2.

Quæ veniant sub nomine fundi, vel prædii, dixi in *§. Fundus num.* 1.

39 Appellatione domus interdum designari non locum, sed patrimonium, vide Gratian. *disceptat. forens. cap.* 922. *num.* 15. *&c.*

Et appellatione domus venire in fideicommissis agnationem, & parentelam testatoris, ac omnes comprehendi etiam fœminas, nisi appareat fuisse contemplatam conservationem ipsius agnationis, & alia de hujus verbi significatione vide per Barbos. *appellat.* 81. *per tot. supra nu.* 25. *etc.* Menoch. *de præsump. libr.* 4. *præsump.* 88.

40 Appellatione pertinentiarum domus veniunt omnia ad illius perpetuum usum destinata licèt non affixa, vide Altograd. *consil.* 99. *num.* 14. *& seqq. lib.* 2. ubi loquitur de statutis, dixi in *§. Venditio*.

Quid veniat appellatione domus, vel stantiæ quando fuit dictum cum pertinentiis, & quid operetur expressio confinium, Gratian. *discept.* 6557. *num.* 18. *per tot.* vide in §. *Legatum*.

Quid veniat nomine pertinentiarum, vide Barbos. *appell.* 200. *per tot. & dixi in §. Clausula*, latè Tusch. *litt. P, conclus.* 323. *&* 324. *per tot.*

41 Appellatione pertinentiarum, & rerum veniunt etiam boves aratorii, pecora, sues, & similia existentia in fundo causa culturæ, Duran. *decis.* 345. *num.* 2. Barbos. *appell.* 203. *num.* 2. *vide in §. Immissio*.

Quæ dicantur pertinentiæ castri, & feudi, vide Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 99. *per tot.*

42 Appellatione apothecæ quæ veniant, pulchrè Gratian. *discept.* 927. *num.* 3. *& per tot.* Aosald. *decis.* 69. *nu.* 21. 22. *& à n.* 27.

Qualiter sub nomine Aromatariæ, veniat etiam Drogaria, & in mixtis attendatur quod prævalet, Rot. *part.* 22. *recent. decis.* 273. *num.* 19. & 20. vide §. *Statutum generalem num.* 15. ubi an, & quando sub simplici contineatur mixtum.

43 Appellatione dotis, venit tota, vel illa pars quæ fuit soluta, vide Gratian. *discept.* 824. *num.* 2. *&* 3. Barbos. *appellat.* 84. *per tot.* ubi quòd venit tota, & omne promissum, ac datum nomine dotis, & si sit dictum de congrua intelligitur, ut non sit minor legitima. Appellatione dotis etiam in terminis *auth. res quæ* veniunt aliæ impensæ necessariæ seu appendiciæ. Card. De Luca *de Fideicommiss. disc.* 160. *n.* 2., & vide eundem De Luc. *in Indice general. Verb. Dos in genere*.

44 Appellatione rei venit tota, Altograd. *cons.* 100. *n.* 11. *& num.* 23. *lib.* 5. cùm regulariter indefinita æquipolleat universali, vide tamen in *§. Dispositio, & infra num.* 48.

45 Appellatione partis regulariter venit dimidia, nisi aliquid

quid adiiciatur quod aliter denotet, Magon. *decis. Luc.* 21. *nu.* 3. & pulchrè videndus Diaz. *reg.* 529. *per tot.*

Et quando appellatione partis veniat totum, vide Grat. *discept.* 946. *num.* 21. *& seqq.*

46 Appellatione bonorum etiam nullo addito signo universali ex propria significatione veniunt stabilia, mobilia, pecuniæ, nomina debitorum, jura, & actiones, *l. bonorum* 49. *ff. de verb. significat.* Gratian. *discept.* 698. *per tot. cap.* 732. *num.* 62. *dixi in §. Bona, §. Nomen, & §. Pactum*, Ricc. *Collect.* 1137. Cels. *decis.* 305. *n.* 2. *&* 3. & vide Balduc. *tit.* 4. *de dote decis.* 39. *nu.* 12. *&* 44. & plura apud De Luca *in Indice generali verb. appellatione bonorum.*

47 Appellatione mobilium quæ veniant, vide Altograd. *cons.* 70. *per tot. lib.* 1. & dixi plura in §. *Legatum.*

Quæ veniant appellatione mobilium, vel immobilium, an jura, & actiones, census, molendina, & alia, Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 85. *& seqq.* De Luc. *Conflict. observat.* 129.

An appellatione mobilium, & immobilium veniant jura, & actiones, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 153. *vol.* 1. ubi quòd non, cùm sint tertia species, dixi in §. *Bona num.* 1.

48 Appellatione Castri venit totum, Gratian. *discept.* 839. *num.* 6. ubi etiam de expressione confinium, sicut appellatione fundi, vel domus venit tota, quamvis nulla sit addita dictio universalis, idem Gratian. *cap.* 947. *n.* 3. *et cap.* 968. *num.* 17. *supra n.* 44.

49 Appellatione Presbyteri, an veniat solùm Sacerdos, vel etiam Clericus in minoribus constitutus, ita ut si testator jusserit præsentari Presbyterum, debeat præsentari Sacerdos, vel sufficiat Clericus, vide Rot. in Piscien. beneficii 31. Januarii 1635. coram Pirovano *in Noviss. part.* 7. *decis.* 14. *per tot.* ubi quòd stante observantia poterit præsentari Clericus, & quando secus. Vide De Luc. *in Indice generali verb. appellatione, seu vocatione.*

An constituti in minoribus veniant appellatione Clericorum, Gratian. *discept.* 35. *n.* 49.

Et qui veniant appellatione Clericorum, vel non, latè Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 51. *&* 217. *per tot.* Grass. *de effect. Clericat. in prælud. à n.* 246. Em. Card. De Luc. *in Indice generali verbo Clericus, & verbo appellatione seu vocatione.*

50 Appellatione mensis in jure, si sit decisum ex verbis expressis, vel ex mente legislatoris quot diebus constare debeat, prout reperitur decisum in multis casibus, tali decisioni standum est in illo casu; si talis expressio non est facta, nec habita relatio ad nomen, principium, vel finem alicujus mensis, tunc intelligitur mensis de 30. diebus, si verò nomen mensis sit appositum, vel habita ratio principii, in quo actus fieri debet, tunc tot dies continet, quot habet ille mensis, in quo fit, vel incipit actus, ut post multa latè deducta distinguit Altograd. *consil.* 29. *n.* 34. *& per tot. lib.* 1. vide Menoch. *de Arbitr. cas.* 50. *per tot.* à quo tamen aliqualiter recedit Altograd. *loc. cit.* & plura per Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 12. *num.* 30. *& seqq. fol.* 350. Tusch. *litt. M. conclus.* 197. *per tot.* Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 49. *num.* 5. Vela *Dissert.* 18. *vol.* 1. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 17. *& seq.*

Quòd ubi absolutè fit mentio mensis intelligatur de 30. diebus, ubi verò lex, statutum, sive judex concedit mensem veniat mensis secundùm quod occurrit in Calendario, & quod ex illo mense deficit suppleatur de sequenti, & sic habebit ille mensis 30. vel 31. dies prout occurrerit in Calendario; in ultimis verò voluntatibus intelligitur de 30. vel 31. diebus secundùm quod magis amplietur ultima voluntas, & in contractibus prout mens contrahentium magis denotat, vel ut minor sit obligatio, Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.* 148. *per tot.* Soccin. *reg.* 318. Franc. *decis.* 471. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *nu.* 342. *fol.* 255. Tusch. *d. concl.* 197. *per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. *§.* 1. *ad* 7. *num.* 175. *fol.* 102. Vela *ubi supra* Antonel. *loc. cit.*

51 Appellatione anni quandoque venit annus naturalis, quandoque artificialis, & emergens in locatione bonorum, & in pacto privationis rei ob non solutum canonem juxta qualitatem rei locatæ, nam si res ferat fructum quolibet anno, conventio intelligitur de anno continente duodecim menses, si per biennium, vel quinquennium tantùm, intelligitur de anno artificiali continente 24. menses, vel quinque annos naturales, & sic biennium, vel quinquennium reputabitur pro uno tantùm, Altograd. *consil.* 20. *num.* 1. *& seqq. per tot. lib.* 1. vide in §. *Emphyteusis*, §. *Annum*, *& §. Tempus.* Antonel. *dicto cap.* 3.

Quomodo autem computari debeat annus, quoad interstitia, & novitiatum, & quid si sit bixestilis, vide Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.* 17. *per tot.* Antonel. *dict. cap.* 3. *præsertim num.* 10.

52 Appellatione, *connexorum*, *continentium*, *& separatorum*, quæ veniant, & sic quæ dicantur connexa, quæ continentia, & quæ separata, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 95. *per tot.*

53 Appellatione, *alimentorum*, in favorabilibus, & alimentario utilibus, venit non solum victus, sed etiam vestimenta, habitatio, medicinæ, & omnia ad vitam peragendam necessaria, *l. legatis*, *ff. de alim. & cib. leg.* Alexan. *cons.* 178. *col. ult. lib.* 5. Pract. Papp. *pro legat. rei singul. gloss.* 1. *num.* 65. Roland. *consil.* 22. *num.* 1. *lib.* 1. Duran. *decis.* 148. *num.* 6. *&* 7. Merlin. *dec.* 5. *nu.* 7. Surd. *de Aliment. tit.* 40. *quæst.* 18. *n.* 9. Altimar. *de nullitatibus rubr.* 1. *p.* 3. *q.* 32. *n.* 248. *tom.* 5. Dom. Advocat. Cabrun. *lucub.* 30. Bruneman. *in l.* 6. *ff. de alimentis, & cibariis legatis* Fagn. *in cap. Episcopus n.* 8. *de præbend.* Caprar. *decis.* 349. *n.* 10. *part.* 2.

In odiosis verò, sive alimentario præjudicialibus appellatione alimentorum non venit habitatio, nec vestiarium, unde si de illis sit facta transactio non censetur transactum de habitatione, & vestiario, Menoch. *de arbitr. cas.* 170. *n.* 27. *et* 28. *dixi in §. Alimenta n.* 1.

54 Appellatione, *sententiæ*, in materia stricta venit tantum definitiva, non autem interlocutoria, etiam si habeat vim definitivæ, Altograd *cons.* 2. *nu.* 3. *& seqq. lib.* 1. & plures hanc opinionem tenentes refert etiam Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 242. *num.* 1. *&* 2. ubi tandem utriusque opinionis rationibus, & fundamentis perpensis, concludit tàm definitivam, quàm interlocutoriam venire sub nomine sententiæ, & quid de laudo, *vide ibidem per tot.*

55 Appellatione, *fructuum*, quæ veniant, vel non latè cum pluribus curiosis quæstionibus, ac etiam de proventibus, Gizzarel. & Addent. *decis.* 34. *per tot. vide in §. Fructus num.* 1. *&c.* Barbos. *in l. divortio ff. solut. matrim.* Balduc. *decis.* 54. *n.* 8. *tit.* 3. *de legatis.*

56 Appellatione, *Ecclesiæ*, qualiter veniat etiam claustrum, dormitorium, circuitus 40. passuum, domus contiguæ, & alia ad usum Clericorum deputata, Gizzarel. *decis.* 37. *num.* 16. *&c.* ubi de privilegio cogendi ad vendendum pro ampliatione, & dixi in §. *Ecclesia*, *& in §. Immunitas.* De Luc. *miscel. disc.* 2. *n.* 7. *& discurs.* 10. *n.* 9. *& discurs.* 12. *n.* 17.

57 Ad materiam appellativæ significationis rerum, & verborum conferunt sufissimè tradita per DD. & præcipuè Rebuff. *in tit. ff. de verb. & reb. signific. per tot. tractatum*, in quo habentur exactæ verborum, & rerum significationes ad jus civile spectantes, Alberic. de Rosate *in ejus amplo Dictionario ordine alphabetico composito per tot.* & omnes quotquot scripserunt Lexicon. juris, Vocabularia, de Dictionibus, & hujusmodi opera, ultra Barbos. & alios per me citatos. Em. Card. De Luca *in Indice generali verb. appellatione seu vocatione* Emerix Balduc. de Comitibus, & alii supra citati.

58 Quando appellatione filiorum veniunt nepotes, vel non, latè Rot. Florent. in Florentina de Dazzis, apud Jo. Torre *tract. de success. in Majorat. & Primogen. Ital. part.* 3. *decis.* 57. per Rot. Rom. in Urbevetana fideicommissi Veneris 8. Februarii 1686. coram Hervault, apud eumdem Torre *d. p.* 3. *decis.* 66.

59 De appellatione alienationis prohibitæ plura Card. de Luca in *indice generali verb. appellatione alienationis prohibitæ.* Alienationis appellatione venit voluntaria, non autem necessaria Balduc. *de Legatis tit.* 3. *decis.* 23. *num.* 39.

60 Quid veniat appellatione distributionum quotidianarum D. M. Advocatus Pitonius *de Jurepatronatus alleg.* 64. *n.* 2. 4. *&* 13. *tom.* 2.

61 Appellatione rationum omne aliud instrumenti genus continetur Crescin. ad Abeccllesiam *obser.* 48. *n.* 5. *part.* 1. *pag.* 50.

§. AP-

§. APPROBATIO XXXIV.

1 APprobans laudum, sententiam, vel quid simile per subscriptionem factam in folio albo, & nondum scripto sibi non præjudicat, quia nemo præsumitur velle suum jactare, ignoranter subscripsit, & ratificatio non præsumitur factu, nisi de illis, quæ lecta cognita, & ritè percepta fuerunt, Gratian. *discept. forens. cap.* 562. *per tot.* vide in §. *Laudum*, & §. *Ratificatio.*

2 Approbans aliquem, vel laudans pro idoneo qualiter, & quando possit tanquam fidejussor in subsidium conveniri, vide in §. *Fidejussor.* De Luc. *de credit. disc.* 90. *per tot.*

3 Approbare quando quis dicatur, & quando non, quod approbatio unius non extendatur ad alium, & qualiter approbatus ad unum beneficium possit reprobari quò ad aliud etiam simile, Card. Tusch. *litt. A. concl.* 431. *cum duabus seqq.*

4 Approbatio qualiter resultet ex productione, & alia, vide in §. *Productio.* Pen. *decis.* 923. *n.* 2. *tom.* 2. Cels. *decis.* 3. *n.* 4. & *decis.* 154. *num.* 15. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 500. *n.* 614. *tom.* 2.

5 De approbato semel ad aliquod officium, ut non possit reprobari pro alio officio simili, non majorem idoneitatem, nec dignitatem requirente, Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 18. *par.* 13. *num.* 86. & *seqq.* Et quod approbatus possit reprobari ex causa superveniente Rubeus *de confus. Jur. cap.* 18. *n.* 56.

6 Quomodo, & ex quibus inducatur approbatio alicujus actus, vel personæ, & alia, Laurent. Ursel. *concl.* 531. *per tot.* quibus adde Com. August. Fontana *in sua Biblioth. legal. part.* 4. *pag.* 115. ubi etiam quando censeatur approbata persona procuratoris. Et ex quibus approbatio probetur Cels. *decis.* 51. *n.* 3. *decis.* 64. *num.* 7. *decis.* 98. *n.* 13. & 14. *decis.* 188. *n.* 5. & *decis.* 271. *ferè per tot.*

7 Approbatio testamenti, an inducatur per petitionem legitimæ, an operetur ubi testamentum est nullum ob præteritionem, cui præjudicet, & alia, Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. part.* 2. *quæst.* 40. *per tot.*

8 Approbatio confessarii qualis, & à quibus esse debeat ad audiendas confessiones, aliaque plura de approbatione confessariorum, maximè ut possint per pœnitentes eligi vigore Bullæ Cruciatæ, plenè P. Mendo *in Elucidat. dict. Bullæ disp.* 22. *per tot. fol. mihi* 147. & *seqq.* vide *in Indice verb. Approbatio plura* Lezan. *quæst. regular. vol.* 2. *verb. confessarius regularis.* Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2 *decis.* 492. *n.* 10. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 27. *n.* 8.

9 Approbatum non potest reprobari Episc. Rocc. *cap.* 70. *n.* 32. *tom.* 1. Cels. *decis.* 64. *n.* 11. *decis.* 270. *nu.* 7. *decis.* 277. *n.* 12. *decis.* 301. *n.* 13. *decis.* 306. *n.* 14. *decis.* 395. *n.* 11. *decis.* 300. *nu.* 5. Emerix jun. *decis.* 259. *n.* 6. *decis.* 269. *n.* 9. *decis.* 1213. *nu.* 14. Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *decis.* 29. *n.* 10. *libr.* 6. & *decis.* 16. *n.* 11. *libr.* 7. & *decis.* 5. *n.* 15. *lib.* 9. *vol.* 1.

10 Approbare videtur, qui acceptat aliquid Pen. *decis.* 5312. *n* 5. *tom.* 2. Et approbare censetur totum, qui recipit illius partem Cels. *decis.* 213. *n.* 10. & *decis.* 246. *num.* 4.

11 Omnia in scriptura contenta approbare videtur, qui illam subscribit Seraphin. *decis.* 973. *n.* 1. Millin. *decis.* 344. *eod. n.* 1. Cels. *decis.* 396. *n.* 8.

12 Approbatio si fieret per Minorem, vel alias personas privilegiatas, quas solemnitates requirat Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 9. *sect.* 3. *n.* 17. *tom.* 3.

13 Interveniens actui pro illius solemnitate, non dicitur approbare, nec sibi præjudicat Mantiss. ad Card. De Luc. *decis.* 9. *n.* 7. *libr.* 11. *vol.* 2.

14 Actus, qui tangit omnes, ab omnibus indispensabiliter approbari debet Rot. penes Dom. Advocat. Piton. *de Jurepatr. post alleg.* 9. *n.* 96. *tom.* 1.

15 Petens coram aliquo Judice, quod recognoscatur de justitia alicujus actus, non dicitur hunc approbare, vel reprobare Dom. Advocat. Piton. *loc. cit. n.* 49.

Approbatio est actus voluntatis Emerix jun. *decis.* 990. *n.* 6.

§. AQUA XXXV.

1 AQua fundi superioris est recipienda in fundo inferiore secundùm naturalem loci situm, vel secundùm consuetum, seu prout conventum fuerit inter dominos prædiorum *l.* 1. & 2. *ff. de aqua plu. arcend.* Pract. Papp. *for. act. confess. gloss. servitus nu.* 19. Boer. *decis.* 352. & *cons.* 24. Ant. Gob. *tract. de aquis quæst.* 11. *per tot.* cum aliis sequentibus, Cardin. Tusch. *litt. F, concl.* 407. *num.* 22. & *seqq.* & *litt. S, conclus.* 221. *nu.* 9. & *seqq.* ubi vide, & Cæpol. plenè *de servit. rust. præd. tit. de servit. aquæduct. num.* 71. & *seqq.* Rot. in Bonon. Aquarum 9. Aprilis 1666. inter Consult. Urceol. *cap.* 76. *num.* 35. *vol.* 2. Thomat. *decis.* 147. *per tot.* ubi benè declarat, & de fulcis aquariis cum fovea in fine terrarum, Bich. *decis.* 291. & 314. ubi de diminutione, & deficientia aquæ promissæ, Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 9. Francisc. de Angelis *in Astræal. patrocin. post tract. de confession. opusc.* 2. *num.* 228. ubi quod si nulla servitus sit debita, non facit vim, nec dolo tenetur, qui in agro suo fodiens aquæ venas incidit, & vicino fontem avertit, si id faciat non animo nocendi, sed ut agrum suum meliorem reddat, per text. *in l.* 5. §. *Denique, et l. si in meo fundo* 21. *ff. de aqua plu. arcend.* ad Sperel. *decis.* 55. *num.* 12 *et decis.* 213. *num.* 4. *et seqq.* & alios, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *rub.* 24. *per tot.* ubi redditur ratio, quia fundus inferior recipit etiam pinguedinem defluentem à fundo superiore, & ideò etiam aqua est recipienda, licèt damnum afferat, dummodò tamen servetur solitum, vel pactum, nihil dolosè agatur, & ex nimio fluxu nimia fundo inferiori læsio non afferatur, ad tradita per Pacichel. *tract. de distant. cap.* 8. *num.* 19. & alios citatos per Romaguer. *ubi suprà*, qui etiam se remittit ad hic per me scripta Bartol. Gait. *cons.* 29. *per tot.* Ant. Gob. *consult.* 56. *per tot.* Bertachin. *vot.* 122. *n.* 7. *et vot.* 531. *n.* 4. De Luc. *de servit. disc.* 93. *per tot.*

Plura de aquarum diversione, an & quando sit licita, vel non, Francisc. Ant. Tranchedin. *consult.* 83. *per tot.* Costa *de facti scient. & ignorant. dist.* 1. *cent.* 2. De Luc. *in Iudic. general. verb. Aqua* Brunemann. *in tit. de Aqua, & Aqu. plu. arcen.* Bonden. *docum.* 40. *à n.* 3.

Potest tamen dominus fundi superioris illam avertere, ne in fundum vicini inferioris excurrat, & si ipsi vicino noceat, Martha *vot. Pis.* 174. *num.* 2. *etc.* Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 29. *num.* 13. Thomat. *d. decis.* 147. *nu.* 11. vide Ant. Gob. *d. tract. quæst.* 12. *per tot.* Cyriac. *controv.* 310. *n.* 140.

Et aqua mea sitientibus agris meis non debet ad aliorum usum converti, *leg. Præses* 6. *Cod. de servit. et aqua*, Leoncil. *decis. Ferr.* 102. *nu.* 7. De Luc. *de servit. disc.* 29. *num.* 9. *et disc.* 25. *num.* 5. Episc. Rocc. *disput. Jur. libr.* 1. *cap.* 73. *n.* 9.

Plura de aquarolo, seu canali, quo mediante colligitur aqua, & an quis possit cogi illam in suo retinere, & alia, Cæpol. *de servit. urb. præd. cap.* 67. *per tot.*

An aqua possit projici, vel immitti in fundum alienum, vel stratam publicam, quid si sit lavatura, vel aliud putridum, & transeuntes, vel stantes percutiat, & maculet vestes, an dominus teneatur pro famulis, idem Cæpol. *d. tract. cap.* 68. *per tot. dixi in* §. *Via num.* 2. ubi plura, & plures allegavi Pecch. *de servit. tom.* 2. *cap.* 8. *quæst.* 31. *num.* 4. *quæst.* 36. *sub num.* 22.

Acqua pluvia si opere manufacto alicui noceat, qualiter iste possit agere, ut arceatur ne sibi noceat, opus factum destruatur, & damnum emendetur, quæ requisantur, & alia, *toto tit. ff. de aqua plu. arcen.* latè declarat Cæpol. *de servit. rustic. præd. cap.* 5. *per tot.*

De servitutibus aquæ haustus, & pecoris ad aquam appulsus, idem Cæpol. *de servit. rust. præd. cap.* 7. & 8. *per tot.* alia vide *in* §. *Servitus.*

Aqua scaturiens in fundo superiori, licèt per mille a
annos fluxerit in fundum inferiorem potest averti, & impediri à domino fundi superioris, ne ampliùs decursat in fundum inferiorem, cùm talis cursus in mera ejus facultate consistat nec dicatur aliquod jus quæsitum domino fundi inferioris, nisi intervenerit aliquod opus manufactum, & hominis ministerium in fundo superiore ad faciendum sic aquam excurrere, quia tunc non jure facultatis, sed servitutis diceretur decurrere, & quæsita servitus negativa non divertendi aquam à fundo inferiore, concurrente tamen scientia, & patientia domini fundi superioris, Cæpol. *de servit. acquæduct. num.* 51. & *seqq.* cum aliis per Rot. *p.* 2. *divers. decis.* 264. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 160. *num.* 7. plenè

Rot.

Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 119. *per tot.* ubi pluribus citatis probat non potuiſſe aquam à ſolito curſu diverti, ſtante opere manufacto in fundo ſuperiore, pro illa derivanda in fundum inferiorem, & ſic inducta ſervitute juxta prædictam diſtinctionem: quæ deciſio eſt duplicata *in d. part.* 12. *deciſ.* 208. & rurſus in alia cauſa *d. part.* 12. *deciſ.* 270. ubi de manutentione concedenda in quaſi poſſeſſione juris percipiendi aquas, etiam ex unico actu acquiſita, qualiter præſumatur ſcientia, vel non ſit neceſſaria ad effectum manutentionis, ſed tantùm præſcriptionis, adde Merlin. *deciſ.* 742. latè Franciſc. Maria Pecch. *tract. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 7. *quæſt.* 4. *& ſeqq.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 11. 12. *&c.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 9. *per tot.* ubi ceſſante opere manufacto, & ſic ſervitute non probata, poteſt aqua à dominio ſundi ſuperioris diverti in præjudicium domini fundi inferioris, etiam ſi per mille annos fluxerit juxta prædicta, *& part.* 16. *deciſ.* 415. *per tot.* ubi plura, an & quando dominus fundi inferioris ſit manutenendus in poſſeſſione aquæ, & denegatur manutentio, quia opus manufactum ad ducendum aquam proceſſerat inſcio domino fundi ſuperioris, &c. Latè Bertachin. *vol.* 162. *n.* 1.

Qualiter autem probetur, vel non aquæductus ſervitus, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 132. *per tot. & dixi in §. Servitus.*

Aquæ præſcriptio an ſit legitima, vel poſſit induci, quando emphyteuta, vaſſallus, vel uſufructuarius eam ex torrente, vel foſſato domini directi derivans, Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſt.* 26. *per tot. cent.* 2.

Quod nemo poſſit divertere aquam ex ſuo ſtillicidio ſuper aream, vel fundum vicini, niſi ſit impoſita ſervitus, & alia de ſtillicidio, Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 33. *per tot.* vide in *§. Servitus num.* 14. *&c.* An habens jus ducendi aquam per fundum alienum, poſſit ex cauſa variare, & augere ſervitutem invito domino prædii ſervientis, & alia ad rem, Ant. Gob. *Conſult.* 56. *per tot.*

Quod aqua non poſſit derivari, vel duci per vias publicas etiam facto ponticello ſine Principis licentia, ſed benè foveis arceri ad munienda prædia viæ adiacentia, Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 33. *per tot. & vide in §. Via.*

3 Aqua dicitur eſſe in dominio illius, in cujus bonis oritur, & poſteà illius, cujus bona ingreditur cum ſolo cedat, & ideò tales domini bonorum dicuntur ea uti jure proprio, poſſuntque illam divertere ad libitum, & quo velint ducere donec in eorum reſpectivè fundis reperitur, niſi hujuſmodi diverſio fieret in præjudicium alterius, qui opere manufacto illam ad propria bona duceret, intelligendo quando hoc jure ſervitutis faceret, quæ ſervitus non præſumitur, ſecus autem ſi jure familiaritatis, vel facultatis ſibi conceſſæ, nam tunc non poſſet diverſionem domino aquæ impedire, non obſtante longiſſimo uſu, imò etiam ſtante dicta ſervitute ſi ſcienter permiſerit eam diverti à domino, ſibi præjudicat, Marth. *vol. Piſ.* 174. *per totum*, Cæpol. *de ſervit. ruſtic. præd. cap.* 4. *num.* 51. *& ſeqq.* latè Franciſc. Maria Pecch. *loc. ſup. cit.* Sanſelic. *deciſ.* 135. *n.* 1. *& ſeqq.* Novar. *collect.* 18. Altograd. *conſ.* 97. *num.* 23. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. Rot. in Ferrarien. aquarum 14. Novembris 1622. coram Pirovano, & in Bonon. Molendini 1. Martii 1627. coram Merlino, *inter impreſſas ejuſdem deciſ.* 261. ubi quòd licèt poſſit novum molendinum fieri, tamen poteſt aqua ab illo diverti per eum in cujus bonis decurrit, cùm ſit aquæ dominus, ut ſuprà, Novar. *in Prag. Regni Collect.* 18. *per tot.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 12. *& ſeqq.* ubi plura de aquarum retentione, & diverſione, Bardellon. *conſ.* 143. *num.* 35. *& ſeqq.* & optimè probat Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 51. *n.* 308. *&* 309. *fol.* 186. Ricc. *Collect.* 3091. *&* 3430. Gizzarel. *deciſ.* 34. *nu.* 25. *&c.* Boer. *deciſ.* 352. *num.* 5. *& conſ.* 24. *num.* 18. Ludoviſ. *deciſ.* 133. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 435. *&* 436. ubi plura quando aquæductus, vel jus irrigandi competat, qualiter probetur, conſervetur, vel amittatur Pecch. *de Servit. Aquæduct. quæſt.* 4. *nu.* 61. Vide De Luc. *de Servit. diſc.* 29. *n.* 2. *& in Summ. n.* 63. *cum ſeqq.*

An poſſit donari ſine conſenſu eorũ, qui ex irrigatione conſueverunt habere utilitatem, Oldrad. *conſil.* 30. Tuſch. *litt. D, concl.* 645. *n.* 1. *&c.* ubi videtur tenere quod non.

Aqua quibus modis probetur eſſe propria alicujus, latè Maſcard. *de probat. concluſ.* 123. Cala *de mod. art. & prob. §.* 2. *gloſſ. un. num.* 1501. *& num.* 1502. ubi etiam qualiter probetur debita jure ſervitutis, & quomodo ſint formandi articuli, adde Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 3. *& ſeqq.*

Aqua torrentis an poſſit averti in præjudicium vicini, 4
& quod non poſſint fieri aggeres, & munitiones pro tuendo ſuo fundo ad immutandum ſolitum curſum fluminis in damnum vicinorum cum opere manufacto, latè Gratian. *diſceptat.* 480. *per tot.* ubi quod in materia aquarũ conſideratur lex, natura, & vetuſtas, vide Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 574. ubi plura de hac materia, & Anton. Gob. *tract. de aquis per tot.* latè Franc. de Angelis *in Aſtræal. patrociu. poſt tract. de confeſſ. opuſc.* 2. *per tot.* ubi plura ad rem, & quorum expenſis ſint facienda fluminum munimenta, Cyriac. *contr.* 179. *n.* 7. *&* 8. Coſta *de ſcient. & ignorant. cent.* 2. *diſt.* 1. *n.* 37. *& ſeqq.* Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 6. *rub.* 24. *num.* 5.

Quod imò poſſint fieri aggeres, & munitiones in ſuo ad arcendam aquam, ne in agrum proprium fluat, etſi vicino deindè noceat, cum id non præſumatur factum animo nocendi, vide Cæpol. *de ſervit. ruſt. præd. tit. de agger.* cum aliis per Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 29. *num.* 51. facit latè Franiſc. Maria Pecch. *in ſuo noviſſ. tract. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 4. *quæſt.* 7. *& ſeqq.* Concorda dictas opiniones, prout in mea Pract. *§. Fiumi num.* 11. & in hoc opere *§. Flumen.*

Quod aquæ publicæ ſint de Regalibus, ideoque privatis in illis nihil facere, vel immittere ſit permiſſum, ut in *tit. ff. ne quid in loc. publ. ff. ne quid in flum. publ. ff. de via pub. & aquis pub. l. uſum aquæ, C. de aquæduct. lib.* 11. ubi DD. Cæpol. *tit. de flum.* Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 16. *& lib.* 18. *tit. de aquis*, ubi plura de acquis publicis, & privatis, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 574. *per tot.* ubi multa notabilia de aquis, & fluminibus, plenè Pecch. *in tractat. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 2. *per totum*. Anton. Gob. *tractat. de aquis per tot.* Montan. *de regalib. verb. flumina*. Vide Gatt. *conſ.* 22. *n.* 83.

De acquis publicis, & fluminibus qualiter ſint de Regalibus, & quid ſit permiſſum, vel prohibitum in illis fieri ſine Principis licentia, latè videndus Antun. Portugal. *de donat. Reg. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *per tot.*

Aqua, vel aquæductus pluribus conceſſus non ex- 5
preſſis cujuſque partibus, debet inter eos arbitrio judicis dividi pro menſura cujuſque fundi, & non pro neceſſitate partis fundi, niſi alia ſubſit diſtributionis cauſa, ut benè exemplificat in duodecim unciis aquæ conceſſis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 128. *per tot.* Cæpol. *de ſervit. ruſt. præd. cap.* 4. *nu.* 13. *&c.* Bellon. *conſ.* 27. *n.* 1. Cravett. *conſ.* 60. *n.* 3. Gratian. *diſcept.* 160. *n.* 28. facit idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 245. *per tot.* ubi de paſcuorum communium diviſione, & latè Franciſc. Maria Pecc. *tractat. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 27. *& ſeqq.* Ant. Gob. *de aquis quæſt.* 8. *&c.* Nicoli. *in Elucubrat. Utrinſq. Jur. Inſtit. Imper. tit. de rer. diviſ. n.* 5.

Plura de aquæductu, quibus modis conſtituatur, & an uſus aquæ uni conceſſus poſſit etiam alteri concedi, in quo reſolutio eſt affirmativa, ſi primo non noceat, Cæpol. *de ſervit. ruſtic. præd. cap.* 4. Surd. *conſ.* 447. *nu.* 21. Cancer. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 56. Honuf. Cigal. *tract. de act. §.* 3. *num.* 26. *& ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 574. ubi plura Seraph. *deciſ.* 970. ſed pro pleniori intelligentia ne deſeras videre Cæpol. *d. cap.* 4. ubi per 20. paginas totam materiam ſervitutis aquæductus declarat, latiùs Pechium in ſuo noviſſimo tractatu de hac materia edita per totum, & Ant. Gob. *tract. de aquis* De Luc. *de ſervit. diſc.* 28. *n.* 8. *& diſc.* 30. *num.* 2. Nicoli. *loc. cit. de ſervit. n.* 9. Et quoad Aquæductum vide Brunnemann. *in Indic. ff. tom.* 2. De Luc. *de Regal. diſc.* 59. *n.* 10.

Aquæductus curſum, vel formulas frangens, vel 6
quoquomodo impediens, quibus pœnis puniatur, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 462. *per tot.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 2. *n.* 4. *&c.*

Qualiter, & cujus expenſis ſit manutenenda clavica, cloaca, ſive canale Tuſch. *litt. C. concluſ.* 286. Ant. de Buer. *conſ.* 13. Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 17. *et* 18. *per tot.*

Quod olim gravissimæ pœnæ fuerint impositæ contra rumpentes aggeres Nili, & Padi, & qualiter etiam hodie arbitrio judicis puniantur quoad alia flumina, Cæpol. *de servit. rustic. præd. cap.* 37. *n.* 7. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 386. *per tot. vide in §. Flumen,*

Qualiter, de publico acquæductu nemini liceat derivare quam ad suum fundum sine Principis licentia, & alia, Paul. Christin. *decis.* 83. *vol.* 5. *vide in §. Arbor. nu.* 9. Franch. *decis.* 183. Franc. Marc. *decis.* 40. Ricc. *Collect.* 4116. 3697. Guaz. *de confisc. bonor. conclus.* 13. *ampliat.* 77. *n.* 11. Et prætendens concessionem quid probare debeat, Cala *de mod. art. & prob. §.* 2. *gloss. unic. n.* 777.

Alia dixi in mea Pract. *§. Acqua, §. Fiumi, §. Molini*, & in hoc opere *§. Flumen, & §. Molendinum*.

Quod per alienum fundum invito domino non liceat ducere aquam, nisi sit servitus constituta, & de servitute aquæductus, *leg. servitus*, ubi DD. *ff. de servit. rust. vel. urb. præd. l.* 2. *& l. per agrum*, *C. de servit. & aqua*, Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 14. *artic.* 49. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 119. ubi qualiter præscribatur, *& decis.* 208. duplicata, vide Cæpol. *de servit. urb. præd. cap.* 69. *per tot.* ubi etiam quod nec in suo potest fieri aquæductus, per quem aqua in alienum fluat, & alia, Ant. Gob. *tract. de aquis quæst.* 2. *& seqq. et quæst.* 17. *et* 18. ubi qualiter Princeps, vel statutum disponere possit, ut aqua ducatur per fundum alienum soluto pretio, an locus possit variari, ad quid ducens teneatur, an facere pontem (de quo dixi *in resolut. cap.* 63.] an liget ipsum statuentem, & Ecclesiam, ac alia plura notabilia.

Qualiter, & ex quibus actibus sit concedenda manutentio in quasi possessione servitutis aquæ ducendæ, & quomodo probetur hujusmodi quasi possessio, Merlin. *decis.* 742. *per tot.* Ludovis. *decis.* 100. Gratian. *discept.* 745. *n.* 27. Franc. Marc. *decis.* 590. Ricc. *Collect.* 4126. *vers. inseritur. decimo*, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 119. ubi plura de hujusmodi servitute, latiùs Pecch. *in tract. de aqueduct. per tot.* Ant. Gob. *de aquis quæst.* 7. *et quæst.* 10. *per tot. vide* Surd. *cons.* 447.

7 Aqua est Elementum necessarium, sine quo homo vivere non potest, & ideò transit cum prædio vendito unà cum piscibus in ea existentibus, nisi tamen custodiæ causa fuerint studiosè repositi, non potest restagnari, vel diverti ab alio, sed benè à domino, prout hæc, & alia plura per 18. illationes declarat videndus in hac materia cum aliis ab ipso citatis, Ricc. *Collect.* 4416. *per tot.* Anton. Gob. *tract. de aquis quæst.* 1. ubi etiam de multiplici genere aquarum. Pecch. *de servitut. Aquæ duct. quæst.* 11. *n.* 7.

Plura notabilia de aqua, qualiter eam bibentes longiorem ducant vitam, vino miscenda, de ejus virtutibus, & alia, Prosper. Rendell. *tract. de vinea, &c. tit. de Meraca bibitione fol.* 85. *& seqq.* per tres integras paginas Baltbass. Pisanell. *tract. de nat. cib. & pot. tit. de aqua fol. mihi* 176. Castor Durantes *in thes. sanit. tit. de aqua fol.* 304. *&c.* Zacch. *quæst. med. leg. in verb. Aqua.*

Quod ideò aqua non possit spurcari, & alia ad rem, Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 5. *rub.* 29. *per tot.* ubi Romaguer. *in Addit.* citat hunc locum, & alios modernos, Paris. *cons.* 110. *n.* 13. *&* 14. *vol.* 4.

Quod intra, vel propè Civitates non sint maceranda lina, canapes, & hujusmodi ob malum fœtorem, qui nocet aeri, & potest generare pestem, Conciol. & Romaguer. *d. lib.* 5. *rub.* 30. *per tot.* Novar. *de gravam. vassal. tom.* 1. *gravam.* 217. *n.* 5.

Ex quibus autem probetur diversitas aquæ, nempè ex diversitate loci, & transitus, Garzia Mastin. *decis.* 43.

8 Aqua si fuerit promissa in aliqua quantitate, aliàs quod promittens teneatur ad damna, & interesse, non potest promittens excusari si aqua defecerit, ex eo quod defectus proveniat ex naturali cursu, juxta quem modò fluere, modò deficere solet, quicquid sit quando simpliciter promissa fuerit aquæ defensio, vel manutentio juxta solitum, ad tradita per Bimium *consil.* 97. *n.* 46. Francisc. Maria Pecch. *tract. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 16. Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 26. *per tot.* quæ est in Romana permutationis 20. Februarii 1647. coram Bichio, ubi fuit resolutum promittentem teneri ad damna, & interesse ob defectum aquæ juxta conventa, quibus standum est, Menoch. *cons.* 226. *num.* 125. Bursatt. *consil.* 156. *n.* 45. Thes. *decis.* 245. *num.* 6. & alii ibidem citati, Ant. Gob. *de aquis quæst.* 20. Bich. *decis.* 291. 314. *&* 464. ubi an, & quando tota aqua sit comprehensa in venditione, primus emptor sit præferendus, & jus derivandi aquam per modum facultatis sit imperscriptibile, & alia ad rem.

Aquam jus hauriendi habens ex puteo vicini non potest uti de nocte, & si utatur perdit illud, *leg. iter*, ubi Bart. *ff. com. præd. l. si communem*, *§. si is*, *ff. quib. mod. ser. amitt.* Rom. *sing.* 819. & est ratio, quia de nocte non licet ire per civitatem, vel domos alienas, ad Cæpol. *de servit. urb. præd. cap.* 38. *de itin. seu actu*, ubi quod idem est in similibus servitutibus, cùm possit debens servitutem illa non obstante, claudere januam suam de nocte, & sic non permittere usum talium servitutum de nocte.

Aqua quando est omnibus sufficiens, primus qui habet Molendinum in flumine, non potest prohibere 9
secundo ne aliud efficiet, quia hoc illi non nocet, Jas. *in leg. quominus n.* 56. *&* 57. *ff. de flum.* Franch. *decis.* 183. *n.* 8. *&* 9. quos refert, & sequitur (licèt per transenam) Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 286. *n.* 6. *&* 7. vide alios citatos supra *num.* 3. *& in §. Molendinum*. Cæpol. *de servit rustic. præd. cap.* 4. *n.* 41. *& seqq.* ubi facit plures distinctiones ad hoc propositum.

Posset tamen aqua diverti, & denegari molendino inferiùs posito, licèt deducatur ex flumine publico, nisi servitus debeatur secundùm Bald. *in l. aquam*, *C. de servit.* quem refert, & sequitur Bertachin. *in Repert. verb. Aqua.*

Sed vide eumdem Bald. *cons.* 241. *vol.* 2. ubi distinguit, & late Francisc. Mar. Pecch. *tract. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 12. *&c.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæst.* 9. *&c.* Cabed. *decis.* 119. *par.* 1. ubi quod aqua ex flumine publico ita demum duci permittitur, si sine injuria, & damno alterius fiat secus autem si deductio, vel derivatio aliis noceat, ut quia exiguior fiat, ac ad molendum, vel navigandum minùs sufficiens, per plura jura ibidem adducta vide Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 11. *& seqq. per tot.* Gratian. *cap.* 89. *n.* 2. *& seqq.* Et quod quisque possit divertere aquam ad usum proprium ex flumine publico Emerix. jun. *decis.* 1369. *n.* 2. qui tamen hoc limitat *in decis.* 1307. *n.* 3. & an, & quando possit derivari de flumine, vide Balduc. *de Dot. tit.* 4. *decis.* 34. *num.* 4. *cum seqq.* Usus autem privativus aquarum ex quibus competere dicatur Balduc. *loc. supra citat. n.* 12.

Aqua gelata, sivè gelu, vel nix cum omnibus pateat, potest à quocunque reponi, & conservari saltem 10
in quantitate pro usu suo necessaria, Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *c.* 3. *§.* 2. *nu.* 14. Guttierez. *de Gabell. quæst.* 35. *n.* 34. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 116. *per tot.* ubi quid stante appaltu alteri privativè per Principem concesso, an comprehendat personas Ecclesiasticas saltem quatenus mercaturam, & venditionem prohibeat, quæ etiam personis Ecclesiasticis est interdicta vigore canonum, & ideò in hac parte dictamini rationis congruum, quod de vi directiva, & non coactiva intelligendum puto juxta alibi suo loco notata.

Alia plura de aqua, & nive qualiter dicantur in fructu, & augeant fructus feudi, latè Gizzarel. & Addent. *decis.* 34. *per tot.* Aqua calida, & frigida promiscuè Romani in conviviis utebantur, & præcipuè gelida, quando stomachus nimia ciborum indigestione æstuabat Episc. Rocc. *disput. cap.* 119. *n.* 4.

Qualiter aqua, & nix possit vendi, & pro hujusmodi venditione, sicuti pro aliis debeatur gabella, vel non, Guttierez. *de gabell. quæst.* 35. *n.* 33. *&c.*

Quod aqua vendi possit si non per partes, saltem per uncias, & horas, qualiter veniat in venditione, locatione, divisione, & legato fundi, cui debetur, maximè si consistat in jure reali, & non merè personali, & alia, Anton. Gob. *tract. de aquis quæst.* 20. *per tot.*

Aqua vita in Civitate Bononiæ cadit sub appaltu, 11
& gabella dependente à Sede Apostolica, non autem à Regimine dictæ Civitatis, ut resolutum fuit per Rot. in Bonon. Gabellæ 6. Martii 1651. *part.* 11. *rec. decis.* 118. *per tot.*

Flo-

Florentiæ qualiter ſit in appaltu, & per totum Statum Florentinum, dixi in Pract. §. *Aqua n.* 2. *&c.* ubi alia plura de aquis.

De aqua vita, ejus virtutibus, & effectibus, prout etiam de Ciocolata, an utraque frangat jejunium Eccleſiaſticum, ſicuti abſque dubio frangit naturale, & Euchariſticum, Paul. Zacch. *quæſt. Medic. Legal. lib.* 9. *tit.* 8. *per tot.* ubi quod frangit, fatetur ſuam opinionem eſſe rigoroſam, ac ſe remittit Theologis, inter quos multi contrarium firmant quoad dictum jejunium Eccleſiaſticum, ut per Dian. *reſol. moral. par.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 14. De Aquavita vide nonnulla apud De Luc. *in Indic. general. verb. Aquavita, vel vitis.*

12 Aqua an ſit bona, vel mala, ſive corrupta ſpectat quandoque ad Juriſperitos cognoſcere, cùm mala poſſit eſſe juſta cauſa diſpenſationis à reſidentia in loco, & hujuſmodi, niſi poſſit de facili corrigi, & nunquam ſit permittendum aliquid fieri præjudiciale bonitati, vel ſalubritati aquarum, ſed omninò prohibendum, cùm aqua ſit elementum proſus neceſſarium pro conſervatione humanæ vitæ, ut dixi ſupra *num.* 7. Et quæ ſit aqua bona, vel mala, quomodo cognoſcatur, & qualitas prava poſſit corrigi, maximè temporibus ſuſpectis, & alia tam ad Medicos, quàm ad Juſperitos de hac materia ſpectantia, tradit Paul. Zacch. cum pluribus ab eo citatis *quæſt. Medic. Legal. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 2. *per tot.* ubi plura notabilia, & curioſa, Ripa *in tract. de peſte par.* 2. *n.* 13. Maſcard. *de probat. concl.* 122. *per tot.* ubi de probatione bonitatis aquæ, Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *gloſſ. num.* 2498. *& ſeqq.*

An, & qualiter aqua poſſit per Magos corrumpi, & infici, ac alia plura de Magorum poteſtate in orbes cœleſtes, ſydera, & elementa, Martio. Delrio *diſq. Magic. lib.* 2. *quæſt.* 11. *per tot.*

13 Aqua vel eſt currens ſive fluens, vel permanens, ut putealis, vel ciſternalis, ſive paludalis, quomodo unaquæque ſit capax diverſarum ſervitutum non nocivarum, neque præjudicialium, ſed removeri debeant cloacæ, latrinæ, & hujuſmodi, puteis, vel ciſternis vicinalibus damnum inſerentes; lacubus verò, & paludibus conveniant ſervitutes hauſtus, irrigationis, pecudum appulſus, piſcationis, balneationis, cloacarum, aqueductum expurgatio, immunditierum projectio, pannorum eſpurgatio, lini, & canapis maceratio, ac hujuſmodi, de quibus Cæpol. *tract. de ſervit. urb. præd. cap.* 65. & alibi ſæpè, Paul. Zacch. *d. tractat. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 3. *per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. reſol. tit.* 574. *& ſeqq.* ubi plura ad rem facientia, & latiùs Franciſc. Maria Pecch. *in tract. de aquæduct. per tot.* poſt hæc ſcripta viſus, & Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 1. *&c.*

Plura de cloacis faciendis, & expurgandis, & pes quos, Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 25. *per tot.* ubi hunc locum citat.

14 Aquæductus, vel cloaca non poteſt fieri in proprio pariete, & tantùm minus in communi, quando aqua, quæ proiicitur, vel decurrit, nocet, & marceſcit parietem vicini, & communem, & ideò debet omne damnum vicini removeri, *leg. fiſtulas, ff. ſi ſervit. vindic. leg. fiſtulam*, ubi Bart. & Bald. *ff. de ſervit. urb. præd.* Cæpol. *eod. tract. cap.* 49. Vide Brunnemann. *in Juribus allegatis.*

Et idem eſt ſi noceat puteo, vel ciſternæ vicini, Cæpol. *eod. tract. cap.* 65. Paul. Zacch. *d. quæſt.* 3. *n.* 6. *&c.* Ariſm. Tepat. *var. ſent. tit.* 577. ubi idem noceat viæ publicæ, qualiter debent purgari, nihil immitti, & immiſſum tolli, de quo Ant. Gob. *de aquis q.* 19.

15 Aqua benedicta, ſive ſancta, quæ etiam luſtralis appellatur, an habeat per ſe virtutem tollendi peccata venialia, vel ſimul requirat actum pœnitentiæ, contrariæ extant opiniones, ſed affirmativa verior reputatur, quando illa utimur ut Sacra, & ab Eccleſia inſtituta ad veniam peccatorum venialium aſſequendam, cùm tunc ſaltem implicitè adſit etiam ex parte noſtra actus pœnitentiæ, ad latè tradita per Azor. *Inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *quæſt.* 4. *per tot. fol. mihi* 356. *&c.* Lezan. *quæſt. regular. vol.* 2. *verb. benedictio n.* 20.

Alia plura de hujuſmodi aqua benedicta, quare adhibeatur, quas virtutes habeat, cur Sacramentale, &

non Sacramentum dicatur, & aqua profana illi addita in minori quantitate efficiatur tota Sacra, idem Azor. *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *de* 4. *decal. præcept. c.* 15. *per tot. fol.* 635. Lezan. *loc. cit. dict. num.* 20. *& ſeqq.* Nicoll. *in Elucubrat. Utriuſq. Jur. Inſtit. canonic. tit. de Conſecrat. Eccleſ. n.* 3.

Aqua iſta benedicta, vel luſtralis quare non ſemper proſit ad fugandos Dæmones, & alia de ejus virtutibus, Martin. Delrio *diſquiſ. Magic. lib.* 6. *fol. mihi* 75. *&* 76.

Aqua qualiter ex præcepto Eccleſiæ ſit vino miſcen- 16
da in Calice ſub peccato, licèt aliàs valeret vini conſecratio etiam ſine aqua, & alia, Azor. *Inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 30. *fol.* 1298. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 40. Bertachin. *verb. Aqua.*

Aqua Baptiſmalis qualis eſſe debeat, vide *in* §. *Bap-* 17
tiſmus n. 4. *&c.* Cur autem potius aqua, quàm aliud elementum fuerit electa ad regenerationem animarum, Fr. Lucas de Monteforti *in Domo Sapientiæ tom.* 1. *col.* 5. *n.* 91. *fol.* 126.

De aquis ultrà citatos nonnulla utilia, & ſcitu di- 18
gna, notant etiam Thoro *in Compend. deciſ. Neap. par.* 1. 2. *&* 3. *in verb. Aqua*, Bobadill. *lib.* 3. *Politic. cap.* 5. *&* 6. Larrea *alleg.* 55. Cyriac. *controv.* 310. *& ſeqq.* ut plura Hermoſil. *lib.* 28. *gloſſ.* 3. *num.* 3. *tit.* 5. *Partit.* 5. Tondut. *lib.* 2. *quæſt.* 48. aliique plures citati ab Ægid. de Caſtejon. *in ſuo alphabet. jurid. verb. Aqua, Aquæductus*, Antonel. *de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 29. Capyc. Galeott. *contr.* 53. *lib.* 2. Stephan. Daoyz. *in ſuo Indice Pract. diſcept.* 47. Tranchedin. *conſult.* 83. Laurent. Urſel. *concluſ.* 132. Gob. *conſult.* 56. Gatt. *conſ.* 29. & noviſſimè Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Bibliotb. legal. par.* 4. *fol.* 116. *&* 117. ubi me etiam bis citat inter Auctores, qui plura de aquis ſcripſerunt. De Marin. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 16. *per tot.* Emerix. jun. *deciſ.* 1307. *& deciſ.* 1369. Card. De Luc. *in Indic. general.* Bonden. *docum.* 40. *& docum.* 55.

Aquæ corruptæ, putridæ, aut infectæ qualiter pe- 19
ſtem inducere poſſint, & pluries induxerint, quomodo vitandæ, corrigendæ, & bonæ procurandæ, ac cuſtodiendæ, & alia ad rem, Card. Gaſtald. *tract. de avertend. & profligand. peſt. Polit. Legal. in pluribus locis, ut in Indice, verb. Aqua*. Zacch. *quæſt. medic. legal. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 10.

Et aquas quovis modo conſpurcantes qualiter ſint 20
arbitrio Judicis graviter puniendi, ita ut nec habentes aquam in proprio fundo, in fundum alienum defluentem poſſint illam immundam reddere, & ſi quis aquam putei, vel fontis privati deteriorem fecerit, teneatur ad intereſſe, per textus citatos à Caſtal. *dict. tract. cap.* 259. *n.* 25. *& ſeqq. fol.* 772.

Aquæ conceſſio eſt exhibenda, aliàs quis remanet pri- 21
vatus jure aquæ Epiſc. Roc. *ſelect. diſput. Jur. libr.* 1. *cap.* 177. *n.* 3.

In aquarum materia ſemper attendendæ ſunt con- 22
ventiones Gatt. *conſ.* 29. *n.* 22. Theſaur. *deciſ.* 245. *n.* 6.

Promittens aquas dare, vel recipere, habito pretio, 23
tenetur illas dare, vel recipere ſuis expenſis Alciat. *conſ.* 232. Gatt. *conſ.* 29. *n.* 28.

Diviſio aquæ, quomodo ſit regulanda De Luc. *de* 24
empt. diſc. 34. *n.* 17.

De jure hauriendi aquam ex alieno puteo exiſtente 25
in Domo vicini, an dicatur jure ſervitutis, vel jure condominii De Luc. *de ſervit. diſc.* 32. *&* 33.

Sub aquarum conceſſione quæ veniant, & quæ con- 26
cedenti reſervata cenſeantur. De Luc. *de ſervit. diſc.* 29.

Conceſſio aquæ an, & quando ſit præcaria, & quan- 27
documque revocabilis, vel potius perpetua, & irrevocabilis De Luc. *de ſervit. diſc.* 34. *per tot.*

§. ARBITER, ET ARBITRATOR.
XXXVI.

ARbiter eſt ille, qui eligitur a partibus ſuper re li- 1
tigioſa tanquam judex, & procedere debet ordine ſervato, Marant. *par.* 4. *diſtinct.* 14. *n.* 2. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 11. *fol.* 62. Paul. Chriſt. *deciſ. Belg.* 257. *vol.* 1. *& deciſ.* 142. *&c. vol.* 2. ubi plura de arbitris, & arbitratoribus. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *præmiſſ.* 3. *n.* 22.

Quod alio non apparente præſumantur omnia fuiſſe dis-

discussa, ac ritè, & rectè processum, Gratian. discept. 324. n. 1.

2 Arbitrator est amicabilis compositor, qui de facto procedit nullo ordine servato, Marant. loc. cit. num. 2. & Pac. Jordan. ubi supra num. 16. fol. 63. Tusch. litt. A, conclus. 449. per tot. Christin. d. decis. 257., volum. 1. & 342. etc. volum. 2. Cancer. var. resolut. libr. 1. cap. 16. n. 2. Pellegrin. loc. cit. n. 24.

Quod Arbitri vigore statuti jurisdictionem habentes sint judices, & definitores, Rot. par. 17. recent. decis. 5. num. 6.

Et talis arbitrator (quicquid secus sit in arbitrio juris) potest etiam post latum laudum illud declarare, cùm omnia per eum gesta dicantur extrajudicialiter facta, Altograd. consil. 98. num. 25. et seqq. lib. 2. infr. nu. 6. Borel. de compromiss. §. 3. gloss. 1. n. 17. & seqq.

Quando tam arbiter, quàm arbitrator præsumatur ritè, & rectè processisse, ita ut oriatur præsumptio justitiæ pro laudo, Menoch. lib. 2. præsumpt. 76. per tot. Ant. Gabriel. lib. 2. tit. de sent. concl. 6. n. 9.

Qualiter differant arbiter, & arbitrator, Tusch. litt. A, conclus. 448. et 449. per tot. Deluc. de Judic. disc. 31. num. 20. & 30., & faciunt adducta per Pellegrin. loc. cit.

riæ ædificiis ab extra, & in patente loco appoſitæ, qualiter in ſtatibus Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ non poſſint removeri, caſſari, obſcurari, vel aliter offendi ſub pœna ſcutorum duorum millium auri vigore legis latæ ſub die 30. Maii 1571. & alia vide in mea Practica *§. Armi n. 1. & ſeqq.*

De

De pœna ejus, qui arma vellit, vel tollit, Menoch. *de arbitr. lib. 2. cap.* 281. Bobadil. *lib. 3. Politic. cap. 5. n. 58.* Avend. *de exequend. Mandat. lib. 2. cap.* 13. Lambert. *de jur. patr. art. 4. quæst. 5. lib. 3. num. 9. & seqq.* Visennt. *ad decis. De Franch.* 443.

Quod inscriptiones sepulchrorum non inducant dispositionem, & quare, Rot. *par. 10. recent. decis.* 10. *per tot. dixi in §. Sepultura n.* 1.

Quòd lapis continens inscriptionem debeat esse affixus parietibus Ecclesiæ ad probandam fundationem jurispatronatus, & hujusmodi, Rot. *part. 23. recent. decis.* 532. *num.* 7.

Quòd arma, & insignia Capellæ apposita denotent pertinentiam jurispatronatus Rot. *par. 13. recent. decis.* 136. *n.* 12. *par. 14. decis.* 509. *num.* 8.

4 Arma, sive insignia familiæ in Ecclesiis, aliove celebri loco ad perpetuam memoriam collocata, prout etiam statuæ, vel picturæ in honorem alicujus erectæ, vel in contumeliam, & proditionis signum, non possunt corrumpi, neque abradi, amoveri, vel cancellari ab aliquo sub pœna de jure communi judici arbitraria, etiam si hæc insignia proditoris essent; nam licèt arma ad suæ familiæ honorem collocata deleri, atque abradi possint, intelligitur si fiat auctoritate Principis, cùm hæc sint jurisdictionis, quæ à privato exerceri non possunt, ac idem est in proclamatibus Prætorum, & Episcoporum, quæ affixa in valuis non possunt tolli, nec corrumpi sub dicta pœna, *l. si quis id quod ff. de juris. omn. jud.* Rom. *sing.* 474. *& sing.* 666. Gomes. *in §. pœnales num. 5. Instit. de act.* Menoch. *de arbitr. cas.* 281. *per tot.* Bonif. *de furt. §. 7. num.* 50. 55. *&* 56. *fol. mihi* 254. Ricc. *ad dec. De Franch.* 443.

Quòd etiam nulli liceat erigere statuas absque Imperatoris, vel Principis gratia, vel beneficio, *l. 1. C. de stat. & imag.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 80. *vel* 81. *vol.* 2. Amendol. *ad cit. dec. de Franch.*

5 Arma sive insignia suæ domus, & familiæ apponere in Ecclesiis, vel Monasteriis à se fundatis, & in similibus donis Ecclesiæ factis, an sit laude dignum, dic quòd si causa honoris, & ambitionis ponantur non videtur laudabile, quia per id boni operis meritum amittitur; si verò ut alios exemplo suo ad benefaciendum Ecclesiis moneat, tunc non solum laudabile, sed meritorium esse probat Dian. *part. 10. tract. 12. resol. 38. per tot.* Valer. *de different. utriusque for. differ. 1. verb. peccatum*, Ricc. *Collect.* 4129. *illat.* 9. Sanfelic. *decis.* 283. *n.* 2.

Quòd arma, & insignia existentia in Ecclesia sint fallax argumentum ad probationem jurispatronatus, & non concludens nisi probentur apposita in limine fundationis, cùm alia potuerint esse apposita, vel ob restaurationem, vel ob eleemosynam, per quos actus non acquiritur juspatronatus, Cavaler. *decis.* 159. *nu.* 8. *&* 9. Rot. *part. 16. recent. decis.* 299. *n. 6. et seqq. vide in §. Jurepatronatus num.* 19. *& n.* 29. vide De Luc. *de Jur. patron. disc. 9. n. 13. disc. 52. n. 8. disc. 57. n. 14. & alibi* Emerix. Junior *decis.* 1315. *nu.* 4. Pen. *decis.* 565. *n.* 10. *tom.* 1. Spad. *cons.* 99. *n.* 11. *vol.* 3. *& cons.* 16. *n.* 10. *vol.* 2. Advocat. Piton. *de Jurepatronat. alleg.* 12. *in fin. alleg.* 43. *n.* 26. *alleg.* 72. *nu.* 18. *& alleg.* 97. *n.* 26. Rot. post Zuff. *decis.* 35. *&* 77.

Si renovetur, vel restauretur Ecclesia, sive Capella antiqua reponi debent eadem arma, & insignia familiæ, quæ erant in antiqua, cùm renovatio, & subrogatio fieri debeat sine præjudicio familiæ, quæ in dicto loco habebat insignia, Ludovis. *decis.* 463. *per tot.* Franc. Anton. Tranch. *consil.* 6. *per tot.*

Quòd arma, & insignia familiæ possint apponi, tam à Domino, quàm ab emphyteuta in ædificio emphyteutico, ad exemplum patronorum Ecclesiarum, vel Capellarum, & quam probationem faciant, Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de divers. quæst. emphyt. quæst.* 18. *per tot.*

6 Arma, sive Insignia sicut juxtà prædicta possunt haberi in Ecclesiis, an idem sit quoad Scamna, & Sedilia, ut scilicet postquam laici illa constituerunt pro audiendis concionibus, vel similibus functionibus, non possint amoveri, nec quoad locum mutari per Episcopum, vel alium superiorem Ecclesiæ, etiam Regularis; negativam opinionem ne possint amoveri sustinent Giovagnon. *respons. 8. lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 210. Ciarlin. *contr.* 119. *&* 120. *tom.* 2. aliique relati per Dian. *part. 10. tract. 16. resol. 64. per tot.* ubi tamen ipse cum aliis citatis affirmativam sustinet opinionem, contrariis respondendo; facit quod dixi in *§. Patronus num.* 21. Martha *vot. Pis.* 88. *per tot.* ubi probat in Ecclesiis præcedentias in sedendo ab Episcopo non esse permittendas, sed scamna debere esse communia. vide de Luc. *de Præem. disc.* 27. Penia, & Crescin. *decis.* 442.

Plura de hac materia sedendi in loco eminentiori Ecclesiæ, vel cum pulvinaribus, & tapeto, sive sub baldachino an tale jus possit ab aliquibus in Ecclesia acquiri, & quomodo in possessione juxtà solitum manuteneri, etiam reluctantibus nobilibus Civitatis; quibus tale jus competat, vel non, an Castellanis, Baronibus, Jusdicentibus, Abbatibus, & alia ad rem, Sanfelic. *decis.* 331. *cum plena additione per tot. vide in §. Præcedentia.*

Arma, sive insignia alterius familiæ, an quis possit gravari assumere, & valeat gravamen sub pœna amissionis hæreditatis, vide in §. *Gravamen. n.* 17. Guid. Pap. *decis.* 251. Thes. *decis.* 257. *&* 270. Ricc. *Collect.* 4129. *illat.* 3. Rot. *part. 12. recent. decis.* 148. *nu.* 27. *& seqq.* ubi considerat, an hujusmodi onus sit adjectum per viam conditionis, vel modi, & qualiter sit necessaria interpellatio, Thomat. *decis.* 164. *num.* 12. *& seqq.* ubi quòd talis conditio est valida, & servanda, Ricc. *ad dec. de Franch.* 443. Rocc. *cap. 1. nu. 68. lib.* 5.

Plura de hac materia, & an commixtio armorum testatoris sit intelligenda cum præcedentia, Martha *vot. Pis.* 73. *per tot.*

Arma, & insignia qualiter arguant nobilitatem in utente ab antiquo ad effectum susceptionis habitus in Religione Equitum Hierosolymitanorum, & quæ requirantur juxtà ordinamenta dictæ Religionis, latè Merlin. *decis. 164. per tot.* Ludovis. *decis.* 463. *num.* 5. ubi quòd ostendunt dignitatem familiæ, & memoriam conservant, ac ideò renovata Ecclesia, vel Capella, debent poni arma antiqua, Rot. *part. 16. recent. decis.* 229. *in fine*, *& decis.* 383. *per tot.* in eadem causa ubi qualiter probetur retentio, & usus armorum, vel insignium ad effectum nobilitatis probandæ, vide in *§. Nobilitas.* Et quod usus Insignium benè cognitorum per centum annos requiratur ad effectum admissionis ad habitum Hierosolymitanum Emerix. Junior. *decis.* 15. *nu.* 7. & quomodo talis usus probetur idem Emerix. *d. decis.* 15. *n.* 9. *& seqq.* 8

9 Arma, sive insignia alterius familiæ nemo sibi regulariter assumere, vel usurpare potest, ad tradita per DD. *in Rub. & text. C. ut nemo privat. tit. præd. suis vel. alien. imp.* Bart. *in tract. de insign. & arm. n. 5. & seqq.* Tiraquel. *de nobil. cap. 6. num.* 17. cum aliis per Rot. *part. 13. recent. decis.* 253. *n.* 23. *et seqq.* Ricc. *collect.* 1062. *part.* 4. Brunneman. *in tit. C. ut nemini liceat n.* 5.

Quod tamen sibi locum non vindicat quando fit sine præjudicio alterius ex regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest venit concedendum, imò iniquum est denegari, Franc. Marc. *decis.* 882. *n. 4. par.* 1. Ricc. *collect.* 4129. ubi etiam quòd hodie Nobiles silent, licèt ab aliis eorum arma assumantur, fuisse tamen quandoque reclamatum, & prohibitum, vide in *§. Familia n.* 6.

Silent cum ratione, ut magis dilatetur, & perpetuetur illorum nomen, quod ab aliis assumi jubent etiam quandoque testantes, ut dixi in §. *Gravamen n.* 17. tanta enim est hominum etiam vulgarium inanis gloriæ ambitio ipsis à natura insita, ut totis viribus, & variis artibus pro illorum nominis, & cognominis conservatione studeant, quod utinam semper esset modis, & mediis licitis atque honestis sine Dei offensa, & amissione meritorum ex bonis operibus juxta prædicta, ac quandoque etiam se extollerent ad veræ, & æternæ gloriæ cupiditatem, illamque ex corde quærerent, & postularent.

Arms, sive insignia familiæ paternæ, an competant bastardis, Angel. in Add. ad Giazarel. *decis.* 10. & dixi plures allegando in *§. Filius n.* 10. ubi vide & Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 581. *cap.* 5. *etc.* 10

Ar-

21 Arma ſive inſignia, ſicut nomina, & cognomina poſſunt variari ad libitum, per text *in l. unic. C. de mutat. nom.* Caſſan. *Catalog. glor. mund. conſiderat.* 38. *concluſ.* 31. *verſ. ſed quid de armis, part.* 1. Rot. *part.* 54. *recent. deciſ.* 311. *n.* 5. ubi, in materia fideicommiſſorum cum gravamine aſſumptionis armorum. Brunneman. *in d. l. unica C. de mutatione nominis.*

22 Arma, & inſignia familiæ quamvis denotent deſcendentiam ab illa, & conſanguinitatem, tamen ubi agitur de præjudicio tertii, nullam, vel leviſſimam faciunt præſumptionem, (cùm ut dixi ſupra poſſint de facili arma alterius familiæ aſſumi, & variari) maximè ubi dubitatur de identitate perſonæ, & aliæ circumſtantiæ, & demonſtrationes non concurrunt, ut benè ratiocinatur cum aliis ab eo citatis Illuſtriſ. Dom. Marcell. Severol. in voto deciſivo in cauſa de Ceulis edito ſub die 5. Octobris 1672. *num.* 55. *& ſeqq.* & habetur inter deciſiones Rotæ Rom. *part.* 14. *recent. deciſ.* 535. quod quidem votum (ut etiã notat Compilator) eſt in omni parte ſumma eruditione, & utriuſq; juris profunda ſcientia refertum, ac tanto Auctore dignum, & ut ab omnibus legatur in materia filiationis, & deſcendentiæ probandæ ad effectum concedendæ, vel denegandæ immiſſionis in bonis fideicommiſſariis. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 7. *deciſ.* 275. *et deciſ.* 333.

23 Arma, ſive inſignia Regum, & Principum ſint Corona, Sceptrum, & Solium, Enſis, ſive gladius, & Purpura, & alia, de quibus Polydor. *de invent. rer. lib.* 2. *cap.* 3. Caſſan. *in Catalog. glor. Mund. part.* 1. *concluſ.* 1. *&* 2. & latè videndus Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 5. *& ſequentibus.*

24 De armis, ſive Inſigniis, Garzia *de Nobilit. gloſſ.* 18. Bobadill. *lib.* 3. *Politic. cap.* 5. Guttierez. *Pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 16. & alii relati ab Ægid. de Caſtejon. *in Alphab. Jurid. verb. Arma num.* 13. *& ſeqq.* Tondut. *quæſt. canon.* 73. *lib.* 1. Deluc. *in verb. arma inſignia inſcriptiones. &c.* Brunneman. *in Indic. C. verba inſignia.*

25 De armorum, & nominis geſtione juſſa à teſtatore, Ramon. *conſ.* 15. *& ſeqq.* & aliis ad rem, me etiam citato Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Biblioth. leg. p.* 4. *fol.* 127. *&c.* Et plura notabilia exhibet Jo: Torre *de ſucceſſ. in Majorat. et Primog. Ital. in multis locis*, ut in Indice, *verb. Arma familiæ*, Tondut. *quæſt. civil.* 527. *part.* 2.

26 Valdè lugubre eſt inſignia, & Imagines majorum a Domo gentilitia avulſa videre Mantiſſa ad ornat. De Luc. *deciſ.* 45. *n.* 12. *& deciſ.* 46. *n.* 36. *lib.* 5. *vol.* 1. & etiam grave admodum eſt Arma propriæ Familiæ dimittere Mantiſſ. ad ornatum Card. De Luc. *deciſ.* 48. *lib.* 10. *vol.* 3.

27 Inſignia in Ædificio donato appoſita non denotant dominii reſervationem, ſed donantis liberalitatem Rot. *recen. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 532. *n.* 2.

28 Diverſitas ſtematis non inducit diverſitatem lineæ, ſeu deſcendentiæ Emerix. Junior. *deciſ.* 820. *n.* 5.

29 Armorum uſus, & Inſignium non probat deſcendentiam Rot. apud Otthobon. *deciſ.* 151. *n.* 55.

§. ARMA XL.

1 ARmorum appellatione veniunt non ſolùm ſcuta, gladii, & galeæ, ſed etiam fuſtes, & lapides, ac omnia, quæ tam ad offenſam, quàm ad defenſam parata ſunt; in odioſis tamen offendibilia tantùm comprehenduntur, & non veniunt thorax, ſcorteus, cultellus ad incidendum panem, arma ruralia, nec vaginæ, Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat.* 25. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 394. *n.* 77. Bajard. ad Clar. *quæſt.* 82. *nu.* 67. *& ſeqq. dixi in §. Appellativa ſignificatio, num.* 32. Tuſch. *litt. A. concl.* 514. Scaglion. *in Pragmat. Regn fol.* 214. *n.* 58. *& ſeqq.* ubi diſtinguit quatuor tempora, nempè Romanorum, Codicis, Autenticorum, & Conſtitutionis Regni, & quæ unoquoque tempore eſſent prohibita, vel permiſſa Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſol. cap.* 188. ubi quòd arbitrio judicis remittitur quæ ſint arma apta ad nocendum, & qui offendit cum dentibus, vel ferramentis ſuæ artis, non dicitur offendere cum armis, adde Novar. *Collect.* 22. *&c.* Giurb. *conſ.* 73. Cabal. *caſ.* 63. Bellegrand. *in compend. rer. Crimin. methed. tract.* 10. *q.* 7. *n.* 2.

Quòd non poſſint mitti, neque transferri ad loca infidelium, *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 19. Quid ſi pecunia reportata ſit Chriſtianis utilior, & an ad hæreticos poſſint deferri, idem Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 54. *&* 55. Nicol. *Inſtit. canonicar. tit. de ſententia excom. nu.* 77., & quod arma Infidelibus deferentes ſint puniendi tamq; hæretici, & foro S. Inquiſitionis ſubiiciantur Rocc. *cap.* 1. *n.* 33. *lib.* 1. ſicut etiam arma bellica, aut Victualia Piratis vendere prohibitum eſt Brunnemann. *in C. lib.* 4. *tit.* 41. *l.* 2. *n.* 3. *pag.* 386.

Quid verò de pecuniis, mercibus, & victualibus, idem Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 16. ubi refert diverſas opiniones Paul. Chriſtin. *deciſ.* 64. *volum.* 3. ubi quæ prohibeantur ad hoſtes deferri vigore Bullæ Cœnæ Domini, & de jure communi, *& deciſ.* 147. *num.* 5. *vol.* 5.

Quòd inſtrumenta ruſticalia, ut zappæ, pungetti, fuſtes, ſecures, & ſimilia licèt largè & impropriè veniant appellatione armorum, *l. armorum appellatione* 41. *ff. de verb. ſignif.* tamen illa deferentes non dicantur propriè armati, nec veniant appellatione armatorum in diſpoſitione ſtatuti punientis conventiculas cum perſonis armatis, Corn. *conſ.* 190. *num.* 2. *&* 4. *lib.* 2. Farinac. *quæſt.* 113. *nu.* 142. Conciol. *ad Stat. Engub. lib.* 4. *Rub.* 35. ubi etiam Romaguer. *in Add.* ſed vide Farinac. *conſ.* 199. *num.* 20. *et* 21. ubi videtur tenere ut veniant etiam non inſtituta ad nocendum, ſed tunc tantùm ad nocendum aſſumpta, & Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. par.* 2. *verb. Arma cap.* 10. *fol.* 89. ubi plura de pœnis facientium collectas armatorum vel non armatorum ad nocendũ vigore plurium, Bullarum. Fragoſ. *de regimin. reipubl. Chriſt. p.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 13. *n.* 346. §. 12.

Arma reperta in terra, vel ſub banca apud plures probant contra eos, ut debeant in ſolidum condemnari omnes ad pœnam pecuniariam, una tamen ſolutione ſufficiente, quò verò ad pœnam corporalem propter incertitudinem abſolvi, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 230. *per tot.* ubi alias opiniones refert, & latè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 394. *num.* 57. *& ſeqq. ad* 63. ubi reſpondet Decian. contrarium ſentient. *in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 2. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 19. *num.* 6. & Bajard. ad Clar. *quæſt.* 82. *nu* 59. *etc.* Conciol. *reſol. crim. verb. Arma reſol.* 22. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 229. ubi de æquitate omnes abſolvuntur. 2

Si autem dicta arma penes unum ſolum, qui neſciat indicare delatorem, fuerint reperta, cùm faciant indicium indubitatum, poteſt ille puniri extra ordinem, niſi attenta qualitate perſonæ, & armorum, ut quia non eſſet ſolitus illa deferre, videatur abſolvendus; prout ſervatum refert Sanfelic. *deciſ.* 256. Conciol. *reſol. crim. verb. Arma reſol.* 22. *et ad Stat. Engub. lib.* 4. *Rub.* 38. ubi Romaguer. in Addit. refert, & ſequitur omnia per me hic ſcripta. Vid. Giurb. *obſervat.* 45. *nu.* 27. Sanfelic. *dec.* 56. *n.* 3.

Arma domi habere, vel tenere eſt prohibitum ex primo capite legis Juliæ de vi publica, etiam ſi non teneantur ad nocendum, nam cùm non pertineant ad communem hominum uſum, ſed illorum uſus Principi tantùm competat, non alia ratione retineri videntur, quàm ut cum illis vis inferri poſſit, & ideò poſſe etiam per Dominos feudorum prohiberi ſuis ſubditis rectè docet Menoch. *de arbit. caſ.* 394. *n.* 18. *et ſeqq.* ubi multis modis extendit Duen. *reg.* 55. ubi quòd regulariter non licet arma nec offendibilia, nec defenſibilia portare, nec domi habere, nec fabricare, nec aliis privatis ſine Principis licentia vendere. 3

Et quòd arma de jure ſint tam laicis, quàm Clericis prohibita, Sperel. *deciſ.* 122. *nu.* 1. *et ſeqq.* Tuſch. *litt. A. concluſ.* 515. Soccin. *reg.* 30. Maſcard. *de probat. concluſ.* 128. Guaz. *def.* 4. *cap.* 8. Plac. *Epit. Delict. cap.* 8. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. methed. tract.* 10. *quæſt.* 7. *n.* 6.

De prohibitione armorum ſine Principis licentia ſub pœna amiſſionis, & aliis, an aliquo caſu ſint permiſſa, & alia, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 85. *volum.* 5. *et ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 19. ubi quòd armorum delatio eſt omni jure prohibita, & cadunt in commiſſum ad favorem fiſci etiam ſi in lege, vel ſtatuto non ſit expreſſum, & alia, vide in §. *Delation.* 5. Bajard. ad Clar. *quæſt.* 82. *nu.* 63. *etc.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 31. *per*

per tot. Novar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.* 21. *et seqq.* ohi plura.

4 Arma in domo habere fimplieiter videtur de jure permiſſum, ſicut & illa ligata portare per tranſitum, & etiam liberè obtenta à Magiſtratu juſtis de cauſis licentia, vel obi extaret conſuetudo illa deferendi certis temporibus, & locis, prædicta tamen licentia non operatut ut poſſint deferri in aula, & Curia Principis, Menoch. *de arbitr. cnſ.* 394. *n.* 86. *et ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 3. ubi multa de hac materia, Conciol. *loc. cit. reſol.* 8. ohi quòd ſtans armatus in domo, vel caupona non incurrit pœnam dclationis armorum, & idem in oſtio, niſi agatur de archibuſetis parvis, vel ſtilettis, quorum retentio ſit etiam domi prohibita. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. methed. tract.* 10. *quæſt.* 7. *num.* 6.

5 Armorum uſus, & delatio ſecundùm multos eſt nobilibus permiſſa, vel ſaltem non interdicta, ſed juxtà aliorum magis communem opinionem, nec nobilibus licitum eſt uti armis inſcio Principe, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *n.* 71. cum aliis per Menoch. *d. cnſ.* 394. *nu.* 3n. Pet. Plac. *libr.* 1. *Epit. Delict. cap.* 8. *n.* 16. Vide Brunnemann. *C. libr.* 11. *tit.* 46. *l. unic. n.* 4. *et* 5.

An autem arma ſint permiſſa Officialibus, & Miniſtris primariis Principis, dixi in *§. Bannu nu.* 7. *in fin.* & in Pract. §. *Rettori num.* 51.

6 Arma in judicio etiam ſi judex jus non reddat non poſſont deſerri, nec in Principum palatiis, & tantò graviori pœna deferentes eſſent puniendi ſi arma eſsent venenata, Menoch. *d. cnſ.* 394. *num.* 35. *et ſeqq.* Soccin. *reg.* 48. *fallent.* 7. *in fine*, ubi intelligit etiam quoad eos, quibus permiſſum eſt arma deferre, & idem eſſe in congregatione ſcolarium, vel conſilii Communis, in quo non poſsunt arma deferri.

7 Arma de jure ſunt permiſſa Doctoribus, qui non poſsunt pro illis ſcrutari, cùm & ipſi militare dicantur, & militibus æquiparentur, intelligendo de Advocatis, & actu profeſſionem exercentibus, Duen. *reg.* 55. *limit.* 7. alios vide in §. *Doctor*, ubi dixi contrarium ſervari de conſuetudine, & meritò cum illorum arma debeant eſſe Codices, & Leges, & in mea Pract. *§. Armi n.* 31. Conciol. *loc. cit. reſol.* 20. ubi videtut concludere pro Doctoribus, non facta dc illis mentione in Banno, cùm agatur de privilegio in corpore juris clauſo, vel ſaltem conſuetudinem unius loci non eſſe ad alia loca extendendam. Vid. Carpzov. *dec.* 110. *n.* 18.

8 Armorum pœna an locum habeat qoando quis fuit inventus cum armis, & non captus, & ſic an ſufficiat ſola inventio, & accuſatio, vel requiratur etiam deprehenſio, & captura, latè quinque caſus diſtinguendo, & contrarias multorum opiniones referendo declarat Menoch. *d. cnſ.* 394. *num.* 42. *et ſeqq.* alios allegavi in *§. Statutum puniens*, & hujuſmodi difficultati per legem municipalem in Statibus Etruriæ occurri dixi in mea Pract. §. *Delatori num.* 1. vide Peguer. *deciſ.* 55. Sanſelic. *deciſ.* 43. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 19. Clar. §. *fin. q.* 81. *ſtat.* 6. nbi quòd requiritur deprehenſio, & captura, niſi lex aliter diſponat, proot Florentiæ, ut dixi *loc. cit.* & in hoc opere §. *Statutum puniens num.* 6. *et* §. *Delatio num.* 5. Conciol. *reſolut. crim. verb. Arma reſolut.* 11. *et ad Statut. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 37. *num.* 1. *et ſeqq.* ubi etiam Romaguer. *num.* 16. *et ſeqq.* citat Cortiad. *deciſ.* 71. me, & alios modernos. Vide Bellegrand. *in compend. rer. crimin. methed. tract.* 10. *quæſt.* 7. *n.* 6.

9 Armorum prohibitio comprehendit exteros, forenſes, ut dixi in *§. Statutum puniens*, & vide in mea Pract. §. *Foreſtieri num.*

Sicut etiam comprehendere fœminas, dixi in §. *Mulier num.* Paol. Chriſtin. *ubi ſupra num.* 5.

10 Armorum delatio eſt permiſſa in itinere, vel navigatione, dummodò intra Civitates, vel oppida ſerventur banna de hoc diſponentia, Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 394. *num.* 65. *et ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 3. *nu.* 34. Duen. *reg.* 55. *limit.* 2.

Quòd armorum delatio, & præcipuè archibuſiorum, & piſtolarum ſit prohibita, & punibilis etiam pro ſimplici tranſitu; quia prohibitio provenit à jure communi, text. *in* §. *Si quis ruſticus tit. de pac. tuend. in feud. et in auth. de armis, gloſ. in Rub. C. de Fabricenſ. lib.* 11. Bart. *in l.* 5. *in prin. ff. de vi pub.* Bobadill. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 68. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 5. §. 4 *ad* 5. *nu.* 28. *verſ. Dices, et verſ. Sed reſpondetur*; ubi reddit rationem, quia cum armis etiam in loco tranſitus poſſit illa deferens vulnerare, & occidere: intellige quando deferens non habet facultatem, aliàs etiam forenſes, ſi non ſint perſonæ ſuſpectæ, & habeant facultatem in patria ſua, pro ſimplici tranſitu per publicas vias non ſint moleſtandi, maximè ſi arma notificaverint primæ Curiæ loci tranſitus juxta bannimenta Florentiæ, facit quod dixi in §. *Banna n.* 6. *in Addit.* Et quod arma quo magis inſidioſa, no graviori pœna ſunt vetita, uti de archibuſettis loquitur Bellegrand. *in compend. rer. crim. methed. tract.* 10. *quæſt.* 7. *n.* 5.

11 Arma ſunt permiſſa magiſtratum gerentibus, & eorum familiæ, ac quibuſcunque officialibus juſtitiam adminiſtrantibus, ſicut & Aulicis in Curia, & ad latus Principis verſantibus, Menoch. *d. cnſ.* 394. *num.* 71. *et ſeqq.* Soccin. *reg.* 48. *Fallent.* 1. Duen. *reg.* 55. *limit.* 6. *vide in* §. *Bannu num.* 7. *in fine*.

12 Arma ſunt permiſſa militibus, & cum privilegio ut non poſſint pignori capi, Menoch. *d. caſ.* 394. *nu.* 74. *etc. dixi in* §. *Executio num.* 3. Merlin. *de pign. lib.* 2. *quæſt.* 60. Quodque arma militis in depoſitum judiciale, ſeu in exequutione non poſſint capi a Judice, niſi in ſubbſidium Altimar. *de Nullit. rubr.* 5. *part.* 2. *quæſt.* 21. *n.* 114. *tom.* 4. Roſis *obſerv.* 42. *n.* 5. *cent.* 3. Nicoli. *Inſtit. Imper. tit. de Act. n.* 109.

Quòd arma ſint militibus permiſſa de jure, Duen. *reg.* 55. *limit.* 5. ubi tamen adducit ſex requiſita ad hoc ut quis dicatur miles.

Et quòd ſint etiam permiſſa equitibus Hieroſolymitanis, idem Duen. *d. reg.* 55. *limit.* 4. Et arma bellica tractare non eſt contrarium Religioni Hieroſolymitanæ Spad. *conſ.* 527. *n.* 4. *lib.* 1.

13 Arma an ſint permiſſa familiaribus, & ſervitoribus Inquiſitorum hæreticæ pravitatis, ita ut illos prohibentes dicantur turbatores Inquiſitionis dictæ hæreticæ pravitatis, text. *in Clem.* 2. §. *fin. de hæret.* Duen. *reg.* 55. *limit.* 3. Farinac. *de hæreſi q.* 102. *num.* 91. Barboſ. *de univer. jur. Eccleſ. cap.* 39. *num.* 28. Ciarlin. *contr.* 120. *nu.* 44. & 45. ubi intelligit dummodò illis non abutantur, & quatenus ſint miniſtri neceſſarii pro negotiis fidei, & eorum defenſione, & non aliàs, vide in §. *Familia n.* 9. ubi meliùs declaravi, & contrarium tenentes retuli. Menoch. *cnſ.* 394. *n.* 73.

14 Arma ſunt permiſſa ad perſecutionem bannitorum, Menoch. *de arbitr. d. cnſ.* 394. *num.* 78. & *cnſ.* 574. *per totum*, Soccin. *reg.* 48. *Fallent.* 5. *vide in* §. *Bannum*, & §. *Delatio num.* 5. & in mea Pract. §. *Armi num.* 36. & 38. Farinac. *de var. crim. quæſt.* 508. *n.* 116. &c. ubi quod contrarium ſervatur vigore bannimentorum, & Conſtitutionum Pontificalium, Conciol. *reſol. crim. verb. Arma reſol.* 58. ubi licèt ſint permiſſa ad perſecutionem bannitorum, hoc non procedit, quando magnum intervallum interceſſit. Chartar. *deciſ. prim. ferè per tot.*

15 Arma de jure communi ſunt permiſſa venationis cauſa, vel cauſa mercimonii, vel ad ſui defenſionem, Menoch. *d. cnſ.* 394. *nu.* 82. & *ſeqq.* ubi quod ad defenſionem intelligit ceſſare pœnam pro malo animo offendendi, non autem delationis, ſed de hoc vide in §. *Bannum* Relat. per Caſtejon. *verb. Arma n.* 1.

16 Arma poſſunt portari de jure communi pro eundo ad ſuas poſſeſſiones, Soccin. *reg.* 48. *Fallent.* 2.

Et ex cauſa venationis, Duen. *reg.* 55. *limit.* 1.

Sed ſupradicta omnia intellige cautè, & attento jure communi ex diſpoſitione legis Juliæ de vi pub. in primo capite; cùm aliàs ubique extent Banna, & edicta prohibitoria in hac materia armorum, quæ ſunt ſervanda, & quid ſervetur in ſtatibus Etruriæ, dixi latè in mea Practica *§. Archibuſi*, *§. Armi*, & *alibi*.

Alia vide in §. *Delatio*, & apud Clar. & Bajard. §. *fin. q.* 82. *ſtat.* 6. *per tot.* ubi plura, & Novar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.* 21. *et ſeqq.*

17 Arma an ſint Clericis permiſſa, ita ut ipſi non teneantur parere edicto Principis ſæcularis illa prohibentis, & an ſaltem poſſint illis per birruarios violenter auferri, dixi in §. *Clericus num.* 65. & in mea Pract. §. *Armi n.* 80. latè pertractat Sperel. *deciſ.* 122. 123. 124. *et* 125. *per tot.* ubi quoad puncta juriſdictionalia ſemper pro Clericis de more reſolvit, ſed meliùs judicio meo nulla

paſ-

passione ductus coneludit alter insignis Episcopus, Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 8. nu. 88. fol. 80.* cum Covar. Placa, Menoch. & Farinac. *quæst. 8. num. 96.* per eum citatis, *& lib. 14. tit. 12. sub num. 86. fol. 194.* quicquid idem Jordan. videatur prius contrarium sensisse *vol. 2. lib. 11. tit. 3. num. 265. in fine fol. 540.* vide quæ dixi in *d. §. Clericus, §. Judex n. 28.* Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 1. resol. 8.* ubi an possint arma, & hujusmodi per laicos ministros auferri reis in Ecclesia, Ciarlin. *contr. 15. nu. 73. & seqq. & contr. 191. num. 17. & seqq* ubi qualiter in hoc cautè, & prudenter sit agendum, & alia. Nicoli. *Instit. canonic. tit. de vit. & honest. Cleric. n. 2.* Fagnan. *in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ n. 24. 27. 35. & 37. de Constitut.* Chartar. *decis. 2. decis. 4. & decis. 70.* Pignatell. *consult. 5. n. 3. tom. 5.*

Plura de delatione armorum clericis prohibita, Francisc. Anton. Trauchedin. *consul. 104.* Fontanel. *decis. 495.* Peguer. *decis. 60. part. 2.* Ripol. *de Regal. cap. 15. nu. 56. et 57.* Cortiad. *decis. 72. num. 9. & decis. 87. num. 7. vide in §. Clericus num. 65. eum addit.* Grais. *de effect. Clericat. effect. 20.*

18 Arma, vel similia prohibita an possint delatoribus auferri in Ecclesiis, vel aliis locis immunibus, vide in *§. Judex num. 28.* Fagnan. *in dict. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ n. 37. de Constitut.*

An possint accommodari aliis, & qualiter accommodans præsumatur accommodare ad usum licitum, & permissum, ac ideò possit excusari, Joseph. Ludovic. *decis. Perus. 31. num. 8. etc. per tot.* ubi etiam quòd potest illa repetere à birruariis, quando eo ignorante fuerunt delata in locum prohibitum, si verò eo sciente pretium à commodatario.

Plura de accommodante arma, an dicatur auxilium præstare, & qua pœna teneatur, Conciol. *verb. Arma resol. 5. et 6.* Giurb. *cons. 14.*

19 Arma deferens præsumitur malum animum contra alium habere, nisi aliàs haberet justam causam illa deferendi, ut quia esset milea, vel stipendiatus, vel portaret ligata, vel jussu, sive permissione superioris, vel ad defensionem, ut quia priùs fuerit offensus, vel si consuevit illa portare, & non abuti, Mascard. *de probat. concl. 228. per tot.* Afflict. *super Constit. Regn. lib. 1. tit. de illicit. portat. arma per tot.* Mareel. Cala *de mod. art. et prob. §. 2. glos. un. n. 1503. et seqq.* latè Farinac. *quæst. 52. num. 69. et seqq.* Cabrnn. *lucubrat. 36. n. 87. et 88.*

20 Armorum delatio, & præcipuè archibusettorum parvorum, & pugionis, qualiter, & sub quibus pœnis sit prohibira in statu Ecclesiastico per Bullas Pontificias, & bannimenta, qualiter debeat constare de qualitate brevioris mensuræ, à quibus concedatur licentia, & alia, Guaz. *de confiscat. bon. concl. 13. ampliat. 88. per tot.* Farinac. *quæst. 108. per tot.* qui etiam tradunt quid servetur de consuetudine. Fermosin. *in c. 1n. quæst. 58. de constit.* Cortiad. *decis. 71.*

Qualiter, & sub quibus pœnis in statu Florentino, dixi in Pract. *§. Armi, §. Archibusi, et alibi.*

21 Arma non sunt sumenda de domo rei, & ideo nemo tenetur contra se edere instrumenta, *l. 1. et fin. C. de edend.* limita favore fisci in causa civili, & multò magis favore animæ, Dec. & alii *in cap. 1. de probat. DD. in d. l. 1. et fin. de edend.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 7. tit. 3. num. 11.* Card. Tusch. *litt. E, concl. 43.* & alii per Giurb. *decis. 94. num. 3. et seqq. dixi in §. Actor num. 3. et §. Liber n. 31. etc. §. Fiscus num. 23.* Brunnemann. *in l. 1. 4. et fin. C. de Edend.* Crescin. ad Peu. *decis. 254.* & ad Abeccles. *obser. 49. n. 2. part. 1.*

22 Arma deferentes Infidelibus an puniendi sint tanquā hæretici, & Inquisitionis foro subiiciantur, Caren. *de Off. S. Inquisit. part. 2. tit. 17. §. 20. n. 64. & 65.* Castropal. *Oper. Moral. tract. 4. part. 1. disput. 8. punct. 16. §. 10.* Rot. *par. 14. recent. decis. 536. num. 38.* & est votum decisivum Illustrissimi D. Hieronymi Gastaldi, Hermosil. *ad leg. Partit. tom. 2. glos. 1. &c. l. 22. fol. 523.* ubi de aliis rebus, quæ exportari non possunt ad hostes, Cabed. *decis. 125 part. 2.* Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccl. part. 2. verb. Arma cap. 3. & seqq. fol. 87.* ubi quòd est Sacrilegium, & incurritur excommunicatio, ac idem est in annona, & similibus. Vid. Lezan. *quæst. regul. vol. 2. verb. Arma n. 8.* Rocc. *cap. 1. n. 33. lib. 1.*

Plura in detestationem armorum ignitorum, vel ut vulgò dicitur, *arma da fuoco*, & præcipuè brevioris mensuræ, adeò ut delicta cum dictis armis commissa dicantur insidiosa, proditoria, & atrociora, atque assassinio æquiparata, Riminald. jun. *cons. 327. nu. 18.* Muscatell. *in Prax. tit. de ictu scopitæ*, Muta *ad Pragmat. tit. 41. de arm. prohibit. n. 92.* Decian. *tract. crimin. lib. 8. cap. 2. num. 15. & cap. 4. num. 29.* Massin. *de confisc. bon. qu. 8.* Farinac. *quæst. 108.* Cabal. *resolut. 88.* Bobadil. *Polit. lib. 1. cap. 13. num. 97.* Carpzov. *pract. crim. part. 1. qu. 3.* Laurent. Matthæu. *de re crim. controv. 32.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 7. §. 12. & 13. num 1. & seqq.* vide quæ dixi in §. *Immunitas nu. 18. vers. Imò neque*, ubi an gaudeant immunitate Ecclesiæ.

23 Arma ligata deferens, ità ut non possit cum illis quemquam offendere non tenetur pœna delationis armorum, Bajard. ad Clar. *§. fin. quæst. 82. n. 78.* Menoch. *de arbitr. cas. 394. nu. 30.* Farinac. *quæst. 108. nu. 83. et seqq.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 4. quæst. 3. n. 50. et seqq.* ubi de portante arma ligata super sellam, sequitur Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol. 1.*

Et idem est in portante arma non apta ad nocendum, ut archibusum sine rota, vel focili, vel alio instrumento, sine quo non possit exonerari, Bologn. *cons. 25. nu. 24.* Bertazol. *cons. 74. num. 12. et seqq. lib. 1.* Farinac. *quæst. 18. num. 86.* Massin. *de confiscat. quæst. 8. n. 29. et seqq.* Conciol. *loc. cit. resol. 15.*

Florentiæ tamen licèt quandoque fuerint hæc deducta, non fuerunt attentata, quia lex municipalis tollit omnes hujusmodi excusationes prohibendo delationem, ac retentionem Archibusiorum, etiam *guasti, e scomposti*, vel partes eorum juxta declarationes, quas adduxi in mea Praxi *§. Archibusi in Addit. secundæ impress.*

24 Arma venenata deferens, & cum illis offendens debet graviùs puniri; qualiter autem constare debeat de qualitate veneni per Chirurgos, Medicos, & Peritos, Conciol. cum aliis ab eo citatis *resol. crim. verb. Arma resol. 9. vide in §. Venenum.*

Et qualiter apparere debeat de corpore delicti in materia delationis armorum, dixi in §. *Corpus delicti num. 13. in Addit.*

Alia de armis remissivè Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Arma*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part. 4. fol. 125. et seqq.*

Armorum delatio an possit excusari vigore consuetudinis, dic quòd non indistinctè, quia esset abusus, & contrà bonum publicum; secùs autem si consuetudo esset restricta ad certum genus personarum, vel certum locum, & tempus quia tunc esset valida, & excusaret, Roland. *cons. 3. nu. 36. et seqq. lib 2.* Farinac. *quæst. 108. n. 147.* cum aliis per Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol. 21. per tot.* quòd ultimum exemplificari potest, quoad delationem ensis, & pugionis in statu Florentino in die Vigiliæ, & festivitatis S. Joannis Baptistæ.

25 Arma scienter, vel dubitanter præstans alteri ad occidendum sequuto homicidio efficitur irregularis, ac tenetur pœna homicidii, & ad restitutionem, Farinac. *quæst. 130. num. 7. et in Fragm. verb. Irregularitas num. 569.* Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. part. 2. verb. Armæ cap. 1. fol. 87.*

26 Arma non possunt sine licentia Superioris detineri per Monachos intra septa Monasterii sub pœna excommunicationis non reservatæ, juxta *Clem. 1. §. quia verò de Stat. Monac.* Carol. Ant. Thesaur. *ubi suprà cap. 2.* Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract. 10. quæst. 7. n. 1. et 6.*

27 Arma quæ sint verè prohibita in Statu Ecclesiastico, & non possit de illis concedi licentia, ac quibus pœnis puniantur delatores Laici, Clerici, & Monachi, ac licentiam dantes, idem Thesaur. *loc. cit. cap. 9. per tot.* ubi de archibusetis duobus palmis brevioribus, & de pugionibus, vel cultellis brevioris mensuræ trium palmorum prohibitis sub pœna rebellionis, & læsæ Majestatis, quam tamen puto esse potius ad terrorem, quàm ad executionem, juxtà notata in §. *Banna, et alibi*; prout etiam Florentiæ armorum pœnæ executioni non mandantur, sed pro majori parte gratiantur, nisi delatores confessi, vel convicti sint de aliis gravioribus delictis valdè gravati, vel suspecti, sed non confessi, nec convicti, nam tunc ne demittantur impunes transmittuntur interdum ad triremes pro armis. Vid. Lezan. *quæst. regul. vol. 2. verb. Arma.*

28 Cur cura Legum cum cura armorum conjungenda

Brunnemann. *ad Constit. de Justin. Cod. confirmand. num.* 1.

29 Fabricæ armorum solius Principis sunt, & arma capere, bellum movere, privatis penitus est interdictum Brunnemann. C. *libr.* 11. *tit.* 46. *l.* 1. *pag.* 1020., & armorum commercium privatis est prohibitum idem Brunnemann. C. *libr.* 4. *tit.* 41. *l.* 2. *n.* 4. *pag.* 388.

30 Armorum recognitiò, quibus patratum est delictum, ad beoe esse requiritur Zuff. *de legit. process. crim quæst.* 118. *n.* 9. *lib.* 3. Et armorum recognitio, licèt sit ad bene esse, tamen Judex illam non debet omittere, Zuff. *loc. cit. n.* 11.

31 Armata manu potest possessor se tueri, & alium ejicete Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 2. *n.* 126.

32 De quæstione præcedentiæ intet Litteras, & Arma Card. De Luc. *de Præem. in Summ. n.* 57.

33 Arma prohibita de Jure communi publicaotur Farinac. *de var. & divers. criminib. quæst.* 108. *sub num.* 10. Conciol. *resol. crimin. verb. Arma resol.* 23. *n.* 1. De consuetudine tamen, & vigore bannimentorum Barisello, & Exequutoribus illa inveoientibus acquiruntur Decian. *in tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 4. *nu.* 18. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 82. *n.* 64. Farinac. *loc. cit. n.* 11. Guazzin *deff.* 29. *cap.* 2. *n.* 21. Cooclol. *resol. crimin. verb. Arma dict. resol.* 23. *n.* 2. ubi etiam *n.* 3. quid dicendum esset, si arma talia essent, quæ neque exequutores possent retinete.

§. ARTICULI XLI.

1 ARticuli, & defensiooes non debent recipi ad favorem absentium, & contumacium, & quando articuli facti pro carceratis aliquo modo conceroerent favorem absentium, debent admitti cum protestatione quòd contumacibus, & absentibus prodesse oequeaot, Guaa. *ad def. def.* 28. *cap.* 4. *per tot.* Magoo. *dec. Lucen.* 94. *per tot. ubi Add.*

Adde quæ dixi in *Socius num.* 56. & Conciol. *resolut. crim. verb. Articuli, resol.* 1.

Sed tutior est practica condemnandi priùs contumaces, aotequam assignentur defeosiones carceratis, Clar. §. *fin. quæst.* 49. *vers. sed pone*, Cabal. *resol. crim. cas.* 75. *num.* 11. Guaz. *def.* 22. *cap.* 1. *nu.* 8. & dixi in mea Pract. §. *Contumaci nu.* 20. ubi retuli Boss. *tit. de delict. num.* 46. tenentem posse etiam de jure communi simul expediri, maximè quando cootumaces esseot convicti Bajard. *cit. quæst.* 49. *n.* 31.

Qoid sit articulus, quando dicatur sufficiens, quando captiosus, implicitus, vel defectivus, & alia, latè Tusch. *lit. A, conclus.* 521. *& seqq.* Pellegr. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 4. Et quid sit articulus Fagnan. *in cap. olim n.* 91. *de lit. contest.* & de differentia inter articulum, & positionem Crescin. ad Abeccles. *observat.* 56. *n.* 2. *part.* 1.

Formulam articulorum in civilibus, de illorum intimatione, & alia acta, vide per Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 4. *&c.* Pellegr. *loc. cit.*

2 Articulans licèt non dicatur fateri articulata, tamen si judicialiter illa reproduxerit, contra illum probant Magon. *decis. Flor.* 33. *num.* 6. *&* 7. *vide in* §. *Positio*, *&* §. *Productio*, Duran. *decis.* 33. *nu.* 17. *decis.* 314. *nu.* 9. Buratt. *decis.* 600. *num.* 10. ubi Ferentil. *n.* 14. Ludovis. *decis.* 247. *&* 143. *&c.* Fraocisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *qu.* 2. *per tot.* Cabal. *cons.* 127. *n.* 13. *lib.* 2. Conciol. *verb. Articuli resol.* 4. ubi quòd etiam probant, quaodo in fioe illorum fuit dictum (ut fieri solet) omoia fuisse, & esse vera, &c. vel quando fueruot dati articuli medio juramento, oam his casibus probant contra produceotem, nisi fuerint à parte, vel fisco impugnati, quia tunc noo potest impugnans in illis se velle fuodare.

Quòd quando articuli sunt dati io actis medio juramento, etiam si non sint à judice admissi, plenè probeot cootra articulantem, nisi doceatur de errore, Ferentil. ad Buratt. *d. decis.* 600. *n.* 15. *&* 16. Ridolphio. *in prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 77. *&* 78. *ubi tamen n.* 79. quòd si habeant clausulam, *non se astringens*, nihil certi cootinere dicuntur, Thomat. *decis.* 116. *n.* 49. *& seqq.* latè Michalor. *de posit. cap.* 4. *num.* 15. *& seqq.* ubi ponit regulam quod articulans oon fatetur, illam tamen novem modis limitat, & declarat, & ideò articuli possunt mutari, & corrigi, ut ibidem *num.* 27.

Quòd articulans non fateatur, Gregor. *decis.* 143. *n.* 5. *& decis.* 247. *num* 5. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 62. *nu.* 20. *& decis.* 102. *nu.* 9. Rot. *coram* Duran. *dec.* 314. *nu.* 9. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 593. *num.* 20. & coram Pen. *decis.* 907. *n.* 3. *decis.* 1074. *n.* 6. *& decis.* 1621. *n.* 16.

Præbent tamen articuli magnum veritatis adminiculum, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 326. *num.* 16. Add. ad Burat. *decis.* 600. *num.* 18. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 504. *n.* 1. De Luc. *de Judic. disc.* 23. *n.* 9. *de Jurepatr. disc.* 23. *n.* 7.

3 Articuli negativi, cùm negatio sit regulariter improbabilis, non sunt admitteodi, oisi dentur per viam positiooum, vel oisi implicitè factum affirmativum contioeant, Rot. Rom. *in practicabilibus post part.* 2. *divers. num.* 133. ubi alia plura de articulorum materia, & Michalor. *de posit. cap.* 15. *per tot. vide in* §. *Negativa*, §. *Positio*, *et* §. *Testis.*

4 Articuli quando dicaotur impertinantes, ooo admittendi, & rejiciendi, vide Franc. *dec.* 220. *per tot.* Tusch. *litt. A. conclus.* 523. *et seqq.* Ridolphio. *in prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 71. *et seqq.* Ricc. *Collect.* 1352. *et* 2021. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 5. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 132. *per tot.* Michalor. *de posit. cap.* 4. *num.* 8. *et seqq.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 122. *num.* 1. *et seqq.* ubi quòd licet de stylo admittantur de facili, saltem com clausula, *salvo jure impertinentium*, tamen secus est quando irrelevantia est clara, ne partes expensis, & dilationibus fatigentur *vide* De Luc. *de jud. disc.* 35. *num.* 33.

Quòd articuli admittaotur cum clausula, *salvo jure impertinentium, et non admittendorum*, & facta publicatione, si reperiantur impertinentes tejiciantur unà cum probationibus factis, parte oppooeote, quæ si taceat procedendo ad ulteriora dieaotur exceptioni renunciasse, Sanfelic. *in praxi sect.* 47. *num.* 3. *et seqq.*

5 Articuli objectivi, & irrelevantes noo sunt admittendi, quando autem siot tales, vel potius de jure dantis, Gratiao. *discept. foreas. cap.* 653. *n.* 50. *&c. & cap.* 802. *num.* 11. *&c. vide* §. *Probatio*, Novar. *in Prag. Regn. Neap. collect.* 182. *nu.* 31. *& seqq.* Trivis. *decis.* 12. *lib.* 2. Conciol. *verb. Articuli resol.* 3. ubi quòd objectivi, & criminosi sunt admittendi, quando suot de jure dantis, aliàs autem secus, oe tollatur reo defensio, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 636. *per tot.* ubi quòd articuli etiam criminosi admittuntur, quando sunt de jure daotis, & alia ad rem, pluta Pellegr. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 4. *num.* 15. De Comitib. *decis. Florent.* 29. *n.* 17. Et uno articulo relevaote, cæteri sunt admittendi Pen. *decis.* 595. *n.* 5. Otthoboo. *decis.* 31. *n.* 3.

Multa de articulis objectivis, an, & quando siot tales, vel potius de jure dantis, & an, & quando admittaotur tam de jure, quàm de stylo Rotæ Romanæ, vide in practicabilibus dictæ Rotæ iosertis post *part.* 2. *divers. tit. de art. objec.* Tusch. *litt. A. conclus.* 529. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 5. *per tot.* ubi quòd quando articuli sunt irrelevantes, & calumniosi non admittuntur, & si sint partim relevantes, & partim ooo relevantes admittuntur relevantes, & alii impertioentes rejiciuntur, & hoc modo utrique coosulitur parti, *& part.* 11. *decis.* 21. *per tot.* Et articuli objectivi noo admittuntur, quamvis siot de jure dantis, oisi concurrat magnus fumus Emerix jun. *decis.* 192. *n.* 3. Vide *Sess. decis.* 84. *à n.* 7. Caprat. *decis.* 574. *n.* 6. *part.* 2.

6 Articuli quando dicaotur novi, vel antiqui, quando dependentes, quando directè contrarii, & quando iodirectè contrarii ad effectum ut possint admitti, vel non post publicationem processus, vel post dicita testificata, vide Farinac. *quæst.* 75. *cap.* 2. *per tot.* cum aliis per Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3 *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 747. *& seqq. fol.* 342. ubi plura summatim de more colligit, & facit quod dixi in §. *Testis*, Tusch. *lit. A. concl.* 527. *&* 529. Sanfelic. *in Praxi sect.* 58. *per tot.* Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 182. Abeccles. *observat.* 56. *part.* 1. ubi Crescin. *in Addition.*

7 Articuli qui sapiunt delictum, & dedecus maximè personarum nobilium noo suot admittendi (nisi magno saltem exhibito fumo veritatis, qui pro semipleoa probatione sufficiat) licèt de jure dantis essent, Cavaler. *disc.* 512. *num.* 1. Burat. *decis.* 28. *num.* 6. Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 302. *nu.* 14. *&c. & part.* 12. *decis.* 13. *num.*

6. &

6. *& ſeqq.* ubi etiam alia de irrelevaotia articolorum, ut qoando non proſonr ad victoriam cauſæ, sd effectum denegsodæ remiſſoriæ. Emerix juo. *deciſ.* 192. *&* *deciſ.* 247.

Quòd dato magno ſumo veritstis ooo abſolutè rejiciuntur articuli objectivi continentes jus partis, quia dom ioclududt jus dantis non recipiuntur, ut objectivi, ſed ut jus partis, cui permiſſum eſt dare articulos ad probaodum delictum io judicio civili per viam exceptionis, Bich. *deciſ.* 227. *num.* 3. *&* 4.

8 Articulos falſos producens qualiter teneatur pœna falſi, quid ſi illis renunciaverit, & alia Menoch. *de arbit. caſ.* 315. Clar. & Bajard. *in §. Falſum n.* 71. *&c. vide in §. Interrogatoria nu.* 5. *& §. Productio nu.* 5. *&c.*

Plura de articulis, poſitionibus, & hujuſmodi actis judicialibus, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 191. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 130. *& ſeqq.* ubi quando articuli cenſeantur admiſſi, an ſit citanda pars in illorum admiſſione, & alia, latè etiam Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 182. *per tot.* ubi plura notabilia de articulis Pellegrin. *in prax. Vicar. p.* 2. *ſect.* 2. *ſubſect.* 4. *per tot.* De Luc. *in Indic. general.* Abecclеſ. & Creſcin. *in obſer. forenſ. Senat. Pedemont.*

9 Articuli in cauſa civili, vel criminali civiliter intentata, an poſt lapſum termini re integra admittantur, Maſcard. *de probat. concl* 133. ubi refert contrarias opiniones, & an poſt publicatas atteſtationes, idem Maſcard. *loc. cit. concl.* 134. & alii, quos longiori ſtylo retuli in §. *Teſtis num.* 25. Sanſelic. *in Praxi ſect.* 47. *per tot.* ubi quod terminus iſte peremptorius eſt, nec prorogatur niſi ex juſta cauſa, vel impedimento, & aliis caſibus, de quibus idem. Vide Abecclеſ. & Creſcin. *obſervat.* 56. *part.* 1.

10 Articulus præjudicialis eſt in primis expediendus, antequam cognoſcatur de meritis cauſæ, aliàs nullum eſt quicquid ſit in contrarium, etiamſi appellatio fuiſſet admiſſa cum clauſuls *ſic, & in quantum*, cùm nec id fieri poſſit ex prorogatione partium, Caſtr. *conſ.* 281. *num.* 5. *lib.* 1. Miſinger. *cent.* 3. *obſer.* 79. Magon. *deciſ. Luc.* 37. *num.* 6. *etc.* vide in §. *Cauſa n.* 9. Giurb. *deciſ.* 36. *num.* 13. An articuli poſſint eſſe contrarii Bertachin. *vot.* 85. *n.* 4. Nicoli. *Elucubrat. Utrinſq; Jur. Inſtit. Imper. tit. de public. Judic. n.* 8. Emerix jun. *deciſ.* 441.

Qualiter articuli, & poſitiones debeant eſſe certi, & non interrogativi, & alia ad rem, Fontanel. *deciſ.* 374. *per tot.* Abecclеſ. & Creſcin. *cit. obſervat.* 56. *part.* 1.

De articulis varia notat Thoro *compend. deciſ. Neapol. part.* 1. *verb. Articuli.* De impertinentibus non admittendis, Salgad. *de Reg. Protect. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 68. & alia de articulis Laurent. Urſcl. *concl.* 148. *per tot.* cæterique relati à Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliot. part.* 4. *fol.* 131. De Luc. *in Indic. general.* Pellegrin. *in Prax. Vicar.* Abecclеſ. & Creſcin. *in obſervat. forenſ. Senat. Pedemont.*

11 Articulus relevans trahit ſecum irrelevantem, ſed non impertinentem Celſ. *deciſ.* 12. *n.* 10. *&* 11.

12 Articuli de Jure canonico dicuntur capitula Abecclеſ. *obſervat.* 67. *n.* 3. *part.* 2.

13 Articulorum Accuſatoris copia danda eſt Reo accuſato Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 10. *n.* 5.

14 Articulus Juris non dicitur altiorem indaginem requirere, cum Jus ſemper ſit certum Domin. meus Advocat. Gabrun. *lucubrat.* 40. *n.* 19. Et de articulo Juris an fieri poſſit tranſactio Urceol. *de Tranſact. quæſt.* 44. Et novus in Jure articulus non deciſus dignus eſt concordia Em. Card. De Luc. *de Feud. diſc.* 89. *n.* 3.

§. ASSASSINIUM XLII.

1 Aſſaſſini dicuntur illi, qui pecunia, vel alia re æſtimabili data, vel promiſſa Chriſtianum non præcaventem de alterius mandato occidunt, vel mandant occidi, *gloſ. in cap.* 1. *de homicid. in* 6. ubi Hoſtien. & alii, Gabriel. *com. concl. lib.* 7. *tit. de Maleſ. concl.* 1. *per tot.* Clar. §. *Aſſaſſinium in princ.* & alii plures relati per Sperel. *deciſ.* 102. *nu.* 8. Guazz. *def.* 1. *cap.* 38. *num.* 45. Tuſch. *litt. A. concl.* 531. P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſt. lib.* 1. *cap.* 19. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 15. *per tot.* Thom. del Bene *de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dub.* 21. *ſect.* 2. *per tot. fol.* 61. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *quæſt.* 3. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb Aſ*ſaſſinium, & alios ab ipſis citatos, Cortiad. *deciſ.* 95. *& deciſ.* 101. & alios plures citatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 1. *nu.* 1. *& ſeqq. per tot.* ubi plenè de hac materia Cabal. *de omn. gener. homic. n.* 471. Nicoli. *Inſtit. canic. tit. de ſentent. excommunicat. n.* 105.

Et ideò mandantes occidi, vel occidentes etiam proditoriè infidelem gaudent immunitate Eccleſiæ, Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 105. ubi tamen refert Farinac. *de immunit. cap.* 8. *num.* 120. & alios contrarium tenentes, ſed ſuam opinionem iterum probat idem Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 11. *verſ. tamen ego*, ubi etiam ad quem ſpectet onus probandi quòd occiſus fuerit Chriſtianus, vel infidelis; & quid præſumendum Bajard. ad Clar. §. *Aſſaſſinium num.* 14. *& ſeqq.* addit ad Sanſelic. *dec.* 409. *obſervat.* 5. ubi cum Farinaccio, & aliis tenet, occidentem proditoriè infidelem proditorem dici, & conſequenter immunitate non gaudere vide Arooo. *cantel.* 25. Marſil. *in rub. de probat. n.* 439.

Aſſaſſini quinam propriè dicantur, & an ſint tales, 2
qui pro delicto committendo non acceperunt pecuniã, ſed tantùm promiſſionem, vel aliud, vide Capyc. *deciſ.* 155. *per tot.* ubi 13. ſpecialia in illorum odium, refert Boſſ. *tit. de mandat. ad homicid. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 360. *nu.* 42. P. Manst. *in Noct. Melanc. interrog.* 200. §. 4. *fol.* 312. ubi etiam quòd tales, & illorum receptatores, ac fautores non gaudent immunitate Eccleſiæ, vide Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 349. *& ſeqq. ad* 372. *fol.* 584. Clar. §. *Aſſaſſinium cum Addentibus per tot.* Franch. *dec.* 176. ubi quòd contra Clericos aſſaſſinos tam mandantes, quàm mandatarios poteſt procedi per judicem ſæcularem, de quo dixi in §. *Clericus*, vide Card. Tuſch. *d. concl.* 531. *nu.* 28. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 137. *&* 138. *per tot.* Novar. *ſuper Pra. Reg. Neap. collect.* 55. Diao. *part.* 6. *tract.* 1 *reſol.* 11. *per tot.* ubi plura quando quis dicatur aſſaſſinus, vel non, P. Stephan. de Neapol. *d. tract. de reſtit. lib.* 1. *cap.* 19. *per totum*, latè Cortiad. *deciſ.* 95. *n.* 10. *& deciſ.* 101. *num.* 13. *& ſeqq.* Carpzov. *pract. crim. part.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 56. *& ſeqq.* Raynald. *d. cap.* 7. §. 1. *num.* 125. *& ſeqq.* vide infrà *n.* 6. *in fine*, *vide* Add. de Franch. *cit. dec.* 176. Chartar. *deciſ. criminal.* 82. Et vide Spad. *conſ* 83. *& conſ.* 84. *lib.* 1.

Aſſaſſini ao dicantur etiam illi, qui non ad occiden- 3
dum, ſed tantùm ad percutiendum, & vulnerandum pecuniam, vel quid ſimile, ſive promiſſionem accipiunt etiam nondum ſequuto effectu, ità ut non gaudeant Immunitate Eccleſiæ juxta conſtitutionem Gregorianam latè pro & contra, Gratian. *diſcept. for. cap.* 598. *& cap.* 619. *per tot.* Tuſch. *d. concluſ.* 531. *per tot. vide in §. Immunitas num.* 18. *verſic. ſextò infrà nu.* 6. Vide Spad. *conſ.* 83. *libr.* 1. ubi loquitur vigore Banoimentorum Urbis, *& conſ.* 84. *eodem lib.* 1.

An teſtes, qui ſua falſa depoſitione, & pecunia corrupti fuerunt in cauſa, ut quis morti traderetur dicantur aſſaſſini, & priventur Immunitate Eccleſiæ, affirmativè reſolvit Dian. *part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 19. *dixi in* §. *Teſtes nu.* 35. addit. Sanſelic. *deciſ.* 402. *obſer.* 25.

Aſſaſſini non dicuntur ad effectum non gaudendi im- 4
munitate Eccleſiæ illi, qui occidunt hominem ad gratificandum alteri, etiam ſub ſpe præmii, quia ſpei, quam quis ſua ſpontè concipit ſine pacto, non habetur ratio, Bajard. ad Clar. §. *Aſſaſſinium n.* 7. Giurb. *conſ.* 70. *nu.* 87. *et ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 123. *num.* 40. *et de immunit. Eccleſ. n.* 130. Sperel. *deciſ.* 102. *n.* 19. *etc.* Thoma del Bene *tract. de Immunit. cap.* 16. *dub.* 21. *ſect.* 4. *n.* 2. *et* 3. *vide in §. Mandatum, et in §. Immunitas*, Card. Tuſch. *litt. A. concl.* 531. *num.* 30. *et ſeqq.* ubi loquitur cum Clar. de jure communi quatenus vult extractionem ab Eccleſia fieri poſſe per Judicem ſæcularem, ſecus autem vigore Bullæ Gregorianæ, ut alibi dixi, Cortiad. *dec.* 95. *n.* 19. Fiard. *alleg. fiſc.* 5. *n.* 54. Garon. *ad Novas Conſtit. Mediolan. lib.* 4. *tit.* 6. *de pœnis art.* 2. *n.* 15. Raynald. *d.* §. 1. *n.* 110. *et ſeqq.* Intrigliol. *deciſ.* 40. *n.* 59.

Nec etiam aſſaſſini dicuntur qui alium occidunt, & pecuniis, vel aliis rebus ſpoliant in via, vel domo, quidquid vulgus putet, Guaz. *def.* 1. *cap.* 38. *nu.* 42. *verſ. ſed non dicitur*, Ciarlin. *contr.* 10. *n.* 134. Boſſ. *de for. comp n.* 141.

Aſſaſſini vigore Banimentorum Urbis Romæ di- 5
cuntur etiam illi qui alterum occidunt ſolo animo com-

complacendi, & qui pecunia mediante alium occidunt, aut vulnerant, vel offendunt, & sic attentis dictis bannimentis non est necessarium quòd sequatur mors, vide Farinac. *in Appendice de Immunit. Eccles. cap.* 8. *n.* 130. *et seqq.* sequitur Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 364. *et* 370. *in fine fol.* 550. *vide infra n.* 7. Vide Spad. *cons.* 83. *et* 84. *libr.* 1.

Florentiæ etiam vigore bannimentorum, & præcipuè Compendii 31. Octobris 1637. assassini possunt dici licèt non fuerit sequutum homicidium, & quamvis possit dubitari an id procedat ad effectum illos excludendi ab immunitate Ecclesiæ rationibus adductis infrà n. 7. tamen in aliis casibus, in quibus non obstet defectus potestatis, rectè procedere existimarem; & ideò cùm de anno 1675. dubitaretur, an præscriptio (attenta lege Florentina de die 22. Septembris 1562. in materia præscriptionis delictorum, de qua in mea Praxi §. *Maleficii n.* 1.) deberet esse quinquennalis, vel decennalis in mandato ad vulnerandum, vel sfrisandum, dicebam decennalem requiri, cùm inter delicta decennalis præscriptionis numerentur *tradimenti, et assassinamenti*; punctus non fuit decisus, sed audita difficultate, carceratus, vel ejus procurator ad alias tutiores defensiones consugit; imò postea fuit decisus ut suprà, attento etiam communi usu loquendi, & intelligendi, ut videre est in causa contrà Jo: Antonium Gavinum de mense Octobris 1675. in Cancellaria DD. Octo Baliæ.

6 Assassini ad hoc ut non gaudeant immunitate Ecclesiæ juxtà Bullam Gregorianam duo copulativè requiruntur, primò quòd præcesserit mandatum ad occidendum data, vel promissa mercede, secundò quòd mors aggressi fuerit sequuta, ita ut quod primum constarn debeat de datione, & acceptatione mandati, ac de pretio convento, & quoad secundum de morte; nec sufficiat devenisse ad quoscunque actus proximos, latè declarat plura alia tradens in hac materia Sperel. *decis.* 122. *per tot. ubi n.* 58. quòd ità pluries fuit declaratum à Sacra Congregatione, Farinac. *de immunit. cap.* 8. *n.* 125. *in fine* Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 18. *vers. non reticeam*, ubi tamen citat Peregr. *de immunit. cap.* 7. *n.* 37. Raynald. *rer. crim. c.* 7. §. 1. *n.* 7. *& seqq.* Carpzou. *pract. crim. part.* 1. *qu.* 19. *n.* 27. Cortiad. *decis.* 101. *n.* 24. tenentem assassinium posse dici, & non gaudere immunitate etiam non sequuto mortis effectu: sed iterùm suam probat opinionem idem Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 11. Mar. Ital. *de Imm. Eccl. lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. Nicol. *Instit. Imper. tit. de his qui sunt sui n.* 32.

Quòd assassinus non dicatur mandatarius, & gaudeat immunitate Ecclesiæ, quando mors non fuit sequuta, probat etiam Ciarlin. *contr.* 162. *n.* 17.

Sed quòd assassinus dicatur, & non gaudeat immunitate, etiam ille qui de mandato alterius ad occidendum mediante pecunia attentavit homicidium, etiam non sequuta morte, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *observ.* 24. ubi ad hoc allegat Farinac. *d. c.* 8. *n.* 125. *in fine*, & alia quando quis dicatur assassinus, vel non, Novat. *super Prag. Reg. Neap. Collect.* 25. Martha *vot. Pisan.* 238. *nu.* 9. Conciol. *loc. cit.* Tom. del Bene *d. tract. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 21. *sect.* 4. *per tot. fol.* 62. ubi videtur distinguere inter mandantem, & mandatarium, ut mandans dicatur assassinus, etiam morte non sequuta, mandatarius verò non sit talis nisi in morte sequuta, Carpzou. *Pract. crim. part.* 1. *q.* 19. *n.* 58. *& seqq.* Cortiad. *decis.* 101. *n.* 6. *& seqq.* Raynald. *cap.* 7. §. 1. *n.* 122. *& seqq.* ubi sequuntur ad effectum rigoris pœnæ, non quoad admittendam Ecclesiæ immunitatem, ac disputant an morte non sequuta sit locus pœnæ mortis propter qualitatem assassinii, & affirmant in solito delinquere in hoc genere, Menoch. *de arbitrar. cas.* 360. *n.* 42. *ubi alios citat.*

7 Assassini, seu alterius qualitatis ab immunitate Ecclesiæ excludentis, ut delinquentes dicantur, & dignoscantur, vel non, est habendus respectus ad dispositionem juris communis, & universalis, non autem ad statuta, bannimenta, vel consuetudinem, sive alia jura municipalia, quæ nullatenus possunt derogare, vel diminuere immunitatem Ecclesiasticam (quicquid dixerit Gambacurt. & aliqui ab eo relati *tract. de immunit. lib.* 3. *cap.* 13. *&* 14. & Sanfelic. alios citans *decis.* 137. *num.* 7.) latè probat ut supra Sperel. *decis.* 103. *per tot.* ubi propterea insistit in dictis duobus requisitis de jure communi, & Ciarlin. *controv.* 162. *nu.* 13. *&c.* ubi in terminis bannimentorum Florentiæ, quæ ad hunc effectum immunitatis non sunt attendenda, sed tantùm jus commune, & canonicum, aliàs sequeretur absurdum, quòd per bannimenta possunt formari nova delicta, vel ita qualificari ad exclusionem immunitatis Ecclesiæ novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. in Proœm.* §. 9. *n.* 21. ubi pro hac parte allegat Novar. *Sum. Bullar. tit. de immunit. Eccles. num.* 72. *& num.* 82. idem Raynald. *cap.* 7. §. 1. *n.* 141. qui utrobique intelligit quoad rigorem pœnæ à bannimentis impositæ, non autem quoad immunitatem Ecclesiæ amittendam.

Sed quòd possit etiam attendi dispositio bannimentorum ad cognoscendum quisnam dicatur assassinus, vide Farinac. *in Append. de Immunit. Eccles. cap.* 8. *n.* 130. *& seqq.* quem refert, & sequitur Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 364. *&* 370. *in fine fol.* 550. *& dixi supra n.* 5. Sanfelic. *decis.* 137. *nu.* 7.

Alia de hac materia, vide in § *Immunitas*, & latè in mea Pract. §. *Assassini*, & §. *Sicarii*, ubi habentur plura in praxi notanda tam de jure communi, quàm vigore bannimentorum Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, ad ibi dicta me remitto ne inutiliter repetam.

Assassinii qualitas, & declaratio spectat ad Judicem Ecclesiasticum antequam à Curia sæculari procedatur prout in assassinio, Mastril. *decis.* 288. Ricc. *Collect.* 2531. vide Amendol. & Ricc. *ad dec.* de Franch. 176. 8

Quæ privilegia, sive specialia habeat hujusmodi crimen, idem Ricc. *Collect.* 547.

An mediator sive proxenera veniat sub nomine assassinii ad effectum incurrendi pœnas pro dicto crimine impositas, & amittendi immunitatem Ecclesiæ, idem Ricc. *Collect.* 3561. ubi quoad pœnas dicit non comprehendi, nisi expressè dicatur, & ideò etiam gaudere de immunitate Ecclesiæ, cùm non dicatur verus assassinus, ad tradita per Novar. *in Sum. Bullar. tit. de Immun. Eccles. n.* 72. *vide in* §. *Auxilium n.* 2. ubi contrà, & Farinac. *q.* 28. *n.* 27. facit latè Sanfelic. *decis.* 36. *per tot.* ubi pro, & contra, ac distinguit.

Quòd mediatores, auxiliatores, consultores, & fautores in crimine assassinii, sicut mutuantes scienter pecuniam ad dictum effectum, ac depositarii, teneantur eadem pœna de jure communi cum principali; non tamen comprehendantur in bannimentis loquentibus tantùm de mandantibus, & mandatariis, nec ideò etiam excluduntur ab immunitate Ecclesiæ, sed illa gaudent, cùm isti verè, & propriè non dicantur assassini, Rovit. *Pragm.* 1. *de assassin n.* 19. *& seqq. decis.* 15. Giurb. *cons. crim.* 7. *n.* 21. Cortiad *decis.* 95. *n.* 36. *&* 37. Panimol. *decis.* 22. *annot.* 6. *n.* 50. *& seqq.* aliique plures citati per Raynald. *d. cap.* 7. §. 1. *num.* 159. *& seqq.* Capon. *discept.* 258. *n.* 7. *faciunt tradita per* Basilic. *dec.* 5. *n.* 110. *&* 111.

Quòd sufficiant argumenta probabilia, sive inditia indubitata ad condemnandum aliquem pœna ordinaria assassinii, & quæ dicantur ista probabilia argumenta ad effectum, ut censeatur probatum assassinium, Aloys Ric. *Prax. var. resol. cap.* 36. *per tot.* Ciarlin. *contr.* 10. *n.* 55. 75. *&* 88. ubi ad effectum declarandi ne gaudeat immunitate Ecclesiæ, &c. Novar. *in Prax. Regn. Neap. Collect.* 25. ubi etiam de mediatore, ut non comprehendatur sub Pragmatica, nec sub nomine assassini. Giurb. *cons.* 70. *nu.* 23. Spad. *cons.* 104. *nu.* 3. *libr.* 1. Grasset. *Anatom. nec. proditor.* §. 29. *a n.* 260.

Et quod in crimine assassinii tam quoad tractatum, & pactionem, quàm quoad executionem probationes plenæ, & veræ reputentur, & sint illæ, quæ desumuntur ex argumentis probabilibus, & discursu, licèt sensu corporeo immediatè non percipiantur, ita ut ex praxi Tribunalium indicia indubitata ad probandum qualitatem assassinii sint illa, quæ ad torturam sufficiunt, per text. *in cap. pro humani de homic. in* 6. Cortiad. *decis.* 21. *n.* 95. Giurb. *cons. crim.* 70. *nu.* 22. Fajard. *alleg. fisc.* 5. *n.* 22. cum aliis per Raynald. *d. cap.* 7. *n.* 38. *& seqq. ad* 87. ubi multa de probatione privilegiata in hoc crimine in terminis *d. cap. pro humani*, secùs autem in terminis Bullæ Gregorianæ ad effectum privandi immunitate Ecclesiæ, quia in

lus

his requiruntur plenæ, legitimæ, & concludentes probationes; ita ut in primo casu admittantur etiam testes exceptionem patientes, ut socii criminis cum tortura, & sufficiant duo, vel etiam unus cum adminiculis, ad tradita per Cutel. *ad l. Sicul. tit. ad leges Martini controv.* 3. *n.* 1. *&c.* Farinac. *quæst.* 44. *n.* 7. 8. 18. *&* 19. & alios ab ipsis citatos *vide in §. Socius n.* 52. *&c. §. Mandatum n.* 23.

10 Assassinium, ut constat ex jam dictis, ad hoc ut dicatur tale, saltem ad effectum privandi reum immunitate Ecclesiastica (quicquid sit quoad aliàs pœnas bannimentorum, sive juris communis, ac ut procedat dispositio text. *in cap. pro humani de homicid. in* 6.) requirit plures conditiones, nempè.

Primò, ut interveniat mandatum, quod quidem diversis verbis induci potest, & directè probari per depositiones testium, vel aliis modis legitimis, ac indirectè per præsumptiones resultantes ex tribus, scilicèt inimicitia capitali, allocutione secreta, & delicto incontinenti sequuto, de quo dixi in §. *Mandatum n.* 22.

Secundò, ut mandatum sit ad occidendum, & non simpliciter ad vulnerandum, nisi mors fuerit sequuta, nam morte sequuta evadit assassinium, licèt mandatum fuerit tantùm ad vulnerandum mediante pecunia, vel alia re, Giurb. *cons.* 46. *nu.* 21. Farinac. *cons.* 211. *num.* 16. Matthæu. *de crim. tit. de Sicar. cap.* 3. *n.* 16. Conciol. *resolut. crim. verb. Assassinium resol.* 5. *n.* 5.

Tertiò, ut agatur de occisione Christiani, nam si occidatur Judæus, vel alius infidelis, etiam de mandato alterius Judæi, vel infidelis non est assassinium, sed simplex homicidium cum qualitate tamen mandati aggravante; ita ut sit probanda ista qualitas quòd occisus esset Christianus, licèt aliqui velint præsumi inter Christianos, nisi possit probabiliter dubitari de illa Clar. *in §. Assassinium*, Cyriac. *contr.* 399. Cortiad. *decis.* 95. *n.* 24. *& seqq.* Novar. *super Prag. de Assas. Collect.* 1. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 14. *&c.* Thom. del Bene *de Imm. Eccl. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 21. *sect.* 2. *à n.* 1.

Quartò, ut interveniat pactio, & conventio, vel promissio inter mandantem, & mandatarium de danda, & accipienda respectivè pecunia, vel alia re certa, & ista qualitas est plenè probanda, probatur autem ex argumentis probabilibus, ac per discursum, licèt immediatè sensu corporeo non percipiatur, ac per testes aliquam exceptionem patientes, veluti per socios criminis cum tortura, & similes saltem ad effectum torquendi, ita ut ista privilegiata probatio procedat etiam circa executionem mandati, nisi agatur de privando reum immunitate Ecclesiasticæ, quia ad istũ effectum non privilegiatæ, sed veræ, & legitimæ probationes esse debent juxta multorum, & magis communem opinionem Guaz. *defens.* 4. *cap.* 13. Carpzov. *pract. crim. part.* 1. *quæst.* 19. *n.* 27. *&c.* Cortiad. *dec.* 95. *n.* 13. *& seqq. & decis.* 21. *n.* 95. *& alii supracitati sub n.* 8. Dicta autem promissio, vel pactio ad inducendum assassinium debet esse considerabilis, & non quid modicum nimis, vel incertum secundùm aliquos, licèt verius sit attendi malitiam, & animum lucrandi, etiam quid modicum, & incertum, dummodò sit pretio æstimabile, licèt postea nihil de promissis, & separatis consequutus fuerit Mandatarius, Danza *de Pugna DD. tom.* 2. *tit. de Assassin. cap.* 3. *num.* 24. *& seqq.* Panimol. *decis.* 22. *annot.* 6. *nu.* 22. *& seqq.* Cortiad. *decis.* 95. *num.* 15. *& seqq.* Carpzov. *Pract. crim. part.* 1. *quæst.* 19. *n.* 42. *& seqq.* Fajard. *allegat. Fisc.* 5. *n.* 23. *& seqq.* Giurb. *cons.* 70. *n.* 41.

Quintò, ut sequatur effectus mortis, nam illa non sequuta, non dicitur propriè assassinium, licèt conventio de occidendo mediante pecunia præcesserit, & sequutus fuerit insultus, & vulnera, ità ut hoc casu etiam assassinus excusetur à pœna ordinaria, nisi sit solitus in hoc genere delinquere, quia tunc etiam morte non sequuta, si appareat de enixa voluntate occidendi deberet ipse mori, Cortiad. *decis.* 95. *n.* 10. *& seqq. decis.* 101. *nu.* 23. *& seqq.* Carpzov. *in Pract. crim. part.* 1. *quæst.* 19. *n.* 56. *&c.* Farinac. *quæst.* 123. *num.* 96. *& seqq.* Teodoric. *judic. crim. tom.* 2. *cap.* 7. *de homicid. aphorism.* 4. *n.* 4. *& seqq. vide in §. Mandatum num.* 30. *in fine.* Thom. del Bene *de Imm. Eccl. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 22. *sect.* 4. *n.* 7.

Sextò, ut ille, qui debet occidi non habeat occasionem sibi præcavendi ab eo, qui habet mandatum occidendi, qua propter assassinus non dicitur, qui propriam injuriam ulciscitur cum sociis à se pecunia conductis, vel si ipse mandans interveniat homicidio, non ità occulto modo, ut possit cognosci ab occidendo, nec si occidendus suspicans de mandato posuerit manum ad arma contra mandatarium, à quo occisus fuit, nec si pater mandaverit filio proposito præmio, quòd ejus inimicum occidat, quia censetur communis inimicitia, & occidens inimicum communem etiam cum præmio non dicitur assassinus, nec si occisus erat bannitus, quia debeat ab omnibus præcavere, & poterat impunè occidi, Cantera *quæst. crim. tit. de homicid. cap.* 7. *n.* 44. Farinac. *quæst.* 123. *nu.* 152. Cyriac. *contr.* 399. *n.* 17. Cabal. *resol.* 289. *nu.* 4. Ambrosin. *de immunit. cap.* 7. *n.* 2. *& seqq.* Donat Anton. de Mario. *resolut.* 173. *num.* 6. *& seqq.* Cavalcan. *de Branch. Reg. par.* 1. *n.* 81. Orilia ad Campan. *resol.* 24. *n.* 58. Et omnia ista sex requisita singillatim pluribus citatis exornat præ cæteris in terminis juris communis, advertens etiam esse servanda statuta, & bannimenta, ubi vigerent aliter disponentia, novissimè D. Jo: Domin. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *§.* 1. *nu.* 7. *& seqq. ad* 142. Peregr. *de Immunit. cap.* 7. *num.* 44.

Assassinium an committatur si mandatarius, qui accepit præmium inducat alium ad occidendum sine præmio, Capyc. *decis.* 155. *n.* 17. *per tot.* ubi quòd respectu facientis sine præmio non est assassinium, sed benè quoad mandantem, & eum, qui præmium accepit, vide Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 33. *nu.* 3. Rovit. *Pragm.* 1. *de Assassin. n.* 49. & quæ scripsi in §. *Mandatum n.* 25. 11

Assassinium est crimen mixti fori, non solùm quando agitur contra personas Ecclesiasticas, ut dixi in §. 12 *Clericus n.* 80. verùm etiam quando agitur contra laicos, quia cùm sit prohibitum lege canonica, nempè per text. *in cap. pro humani de homicid. in* 6. & lege Imperiali per text. *in l. non solum §. si mandato ff. de injur.* & cùm utraque lex remaneat offensa per contraventionem, uterque Judex potest punire, data inter eos præventione, vel ut verius puto, ac semper vidi practicatum, Judex Ecclesiasticus possit imponere pœnas spirituales, de quibus in *dicto cap. pro humani*, Judex verò sæcularis pœnas temporales, cùm hujusmodi delicta conveniens sit, ut potiùs puniantur per Judices sæculares, qui possunt pœnas condignas imponere, quàm per Judices Ecclesiasticos, qui non possunt sufficienter illa vendicare, dum pœnas sanguinis indicere non valent, ut colligitur ex Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 10. Cantera *quæst. crim. cap.* 7. *de homicid. n.* 43. Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 26. *nu.* 17. Guaz. *defens.* 1. *cap.* 11. *n.* 23. Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 28. *n.* 4. *& seqq.* Fermosin. *alleg. fisc.* 5. *n.* 20. *& num.* 25. *part.* 2. Bobadill. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 57. *tom.* 1. Cortiad. *decis.* 95. *n.* 4. Bellet. *disquisit. Cler. part.* 1. *tit. de favore Cleric. §.* 4. *n.* 8. & aliis pluribus relatis per Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 7. *§.* 1. *n.* 173. *& seqq. ad* 188. De Marin. *var. resol. cap.* 31. *n.* 10.

Assassinium cùm ut dixi supra sit mixti fori, & possit etiam contra personas Ecclesiasticas cum præven- 13 tione puniri à Judice laico, ut in §. *Clericus num.* 80. valdè dubitatur, si aliquis assassinus esset de Ministris, & Officialibus Sancti Officii, an privetur privilegio, & foro dicti Sancti Officii, & cùm Inquisitores habeant satis amplam jurisdictionem in eorum officiales, & patentatos cum clausulis abdicativis, ad eorum favorem resolvit Anton. de Ballis *var. lib.* 3. *tit. de lit. dispensat. cas.* 1. *quæst* 3. *num.* 34. Ricc. ad de Franc. *dec.* 176.

Verùm cum privilegium tribuens jurisdictionem Judicibus sæcularibus, & Ecclesiasticis locorum ordinariis in assassinos sit clausum in corpore juris, non videtur illi derogatum, nisi sit expressè dictum, ac ideò verius videtur, ut sit locus præventionis etiam inter hujusmodi Inquisitores Sancti Officii, & Judices sæculares, & ordinarios, ad tradita per Fermosin. *alleg. fisc.* 5. *per tot. par.* 2. quem sequitur Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *§.* 1. *numer.* 234. *& seqq.*

54 Assassinium cùm sit gravissimum delictum, debet etiam (quaodo est sufficienter probatum, vel confessatum) gravissimis, & exemplatibus pœnis puniri, nempè furcarum, vel accopiationis, & scissionis in frusta, vel ut vulgò dicitur *squartus*, & affixionis quartorum in loco delicti, vel trahendo eos per terram ad furcas, vel ad caudam equi, vel similibus modis juxta tribunalium consuetudines, Cortiad. *decis.* 95. *n.* 30. *& seqq.* ubi quòd in Principatu Cathaloniæ practicatur solum pœna furcarum, Carpzov. *Pract. crim. p.* 1. *q.* 19. *n.* 10. *& seqq.* Canter. *quæst. crim. cap.* 7. §. 1. *n.* 168. *& seqq.* ubi etiam quòd in hoc crimine non patcitur minori 25. annorum, nec habet locum, *l. auxilium §. In delictis ff. de minor.* Port. *Fascicul. rer. crimin. §. Assassinium vers. Minori annis*, & Cortiad. *dict. decis.* 95. *n.* 35. de quo dixi latè in §. *Minor n.* 2. Nicoli. *Instit. Imper. tit. de public. Judic. n.* 77.

55 De assassinio ultrà citatos plura notabilia scripserunt Jo: Bapt. Thoro *Compend. decis. Neap. verb. Assassinium part.* 5. 2. *&* 3. Laureot. Ursel. *concl.* 150. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr.* 13. *&* 15. aliique plures citati ab Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Assassini, Assassimum*, & à Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 133. P. Molin. *de Just. tract.* 3. *disp.* 35. Carpzov. *in Prax. criminal. quæst.* 119. *& aliis proximis* Spad. *cons.* 83. *cons.* 84. *& cons.* 104. *lib.* 1.

56 De pœnis spiritualibus assassinii, vide Carol. Aot. Thesaur. *tract. de pœnis Eccles. part.* 2. *verb. Assassinium*, ubi quòd assassini incurrunt ipso facto excommunicationem, privationem honorum, dignitatum, & officiorum, sunt perpetuò diffidati, & tanquam hostes publici possunt ab omnibus offendi in persona, & bonis, incurrunt irregularitatem, privantur ipsi, & mandantes, ac coopetantes (*secundùm cum*) immunitate Ecclesiæ, effectu etiam non sequuto, possunt etiamsi sint Ecclestastici puniti à Judicibus laicis absque alia degradatione, quia ipso jure sunt degradati, sequuta tamen priùs declaratoria sententia Judicis Ecclesiastici, & alia ad rem.

57 Assassinium antiquitùs cognoscebatur per nomen locationis, & conductionis Zuff. *de Legitim. process. criminal. quæst.* 24. *n.* 7.

58 De Clerico assassino vide Fagnan. *in cap. cum non ab homine n.* 72. 73. *et* 74. *de Judic. & in cap. contingit il secondo n.* 19. *& seqq. de sent. excommunicat.*

59 In crimine Assassinii non potest appellari Altimar. *de Nullit. rubr.* 4. *quæst.* 12. *n.* 30. *tom.* 1.

§. ASSECURATIO XLIII.

1 ASsecuratio est quædam conventio, qua mediante unus *infortunium* alterius in se suscipit pretio periculi accepto, & dicitur contractus innominatus segulatus secundùm naturam illius contractus nominati, de quo magis participat, vel cui magis assimilatur; frequens est inter mercatores maritimos, ac in Civitatibus maritimis, & licita stante susceptione periculi, & pretio, *l. cùm proponas C. de naut. fænor. l. si periculi ff. eod.* Alex. *in l. à Titio un.* 3. *ff. de ver. oblig. & l. decem ff. eodem*, cum aliis per Petr. Santer. Lusitan. *tract. de assecur. & spons. mercat. part.* 1. *n.* 5. *&c.* Gratian. *discept.* 679. *num.* 29. facit quod dixi in §. *Contractus*, Tusch. *litt. A, conclus.* 537. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 93. *vol.* 2. ubi quòd valet pactum de solvenda certa summa, si ludo fortunæ succubuerit, & latiùs *decis.* 47. *per tot. vol.* 3. ubi de assecuratione inter mercatores, Fontanel. *decis.* 243. *&* 244. Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 28. *dubit.* 4. *per tot.* vide De Luc. *de Credit. disc.* 107. Bertachin. *vot.* 160. Ansald. *decis.* 41. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 26. *a n.* 1. *tom.* 4.

Plura notabilia de assecurationibus, & sponsionibus, ad quid teneantur nautæ, & alia ad rem facientia, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 200. 201. 202. *&* 203. *volum.* 2. Riec. *Collect.* 838. 2134. *&* 2620. Leotard. *de usur. q.* 23. De Luc. *in Indic. general.* Emerix. jun. Balduc. *in Decis.* Altimar. *de Nullit. loc. cit.* Rocc. *disput. Jur.*

2 Assecuratio ut supra fieri potest etiam inter alios præter mercatores, & non solùm à tertio, qui nullum habeat interesse in contractu principali, sed etiam inter ipsosmet socios, & contrahentes principales, & non tantùm in diversis contractibus, verùm etiam in eodem contractu tam expressè, quàm tacitè, implicitè, & æquivalenter, stante periculo in se suscepto cum aliqua juxta recompensatione, & mediante illa tacita assecuratione sustinentur plures contractus, qui aliàs prima facie videntur injusti, usurarii, & illiciti, cùm assecurationis causa aliquid recipere etiam in mutuo non sit usura, intelligendo prout dixi in meis resol. *cap.* 17. *num.* 5. *& seqq. & cap.* 110. *nu.* 43. Leotard. *de usur. quæst.* 31. *per tot.* latè Garz. Card. Millin. *decis.* 186. *et decis.* 201. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 74. *nu.* 16. *& seqq.* Bonacin. *de contract. & restit. disp.* 3. *quæst.* 3. *punct.* 11. Navar. *in Manual. cap.* 17. *num.* 255. Michalor. *de frat. part.* 3. *cap.* 59. *n.* 43. *etc.* cum aliis citatis, & dixi in §. *Mutuum nu.* 10 *&c.* Dian. *part.* 1. *tractat.* 8. *resolut.* 30. *& par.* 11. *tract.* 7. *resol.* 24. ubi qualiter etiam in mutuo pro incerto lucro, sed tamen probabili possit aliqua certa minor summa recipi, vide in §. *Usura nu.* 8. *etc.* P. Stephan. de Neapol. *tractat. de restit. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 2. *et cap.* 68. *n.* 17. ubi quòd dicta assecuratio facta ab ipso creditore pretio recepto, in praxi non transit sine magno scrupulo, & suspicione usuræ, Card. Delug. *de Just. disp.* 30. *n.* 40. *et seqq.* Altimar. *loc. cit. n.* 4.

Assecutans navem, vel merces de uno loco ad alium, 3
mercibus deperditis, vel deterioratis tenetur resarcire damnum secundùm æstimationem loci, ad quem erant deferendæ, & non simpliciter loci, a quo fuerunt levatæ, & sic habita etiam ratione lucri, quod assecuratus percepisset salvis rebus in loco, ad quem deferebantur, Rot. *in Romana, seu Januen. assecurationis* 23. *Januarii* 1634 *coram Panzirolo in Noviss. part.* 6. *decis.* 258. *per tot. et in eadem causa coram eodem* 30. *Maii* 1635. *part.* 7. *dec* 47. *per tot.* ubi plura, &c. vide Delue. *de Credit. disc.* 106. *n.* 10. *et* 107. *n.* 9.

Quod assecurans navium intelligatur assecurasse tantùm pro primo itinere, maximè si pro secundo novæ intercesserint assecurationes, Rot. *Jannens. decis.* 25. *num.* 2. *decis.* 63. *num.* 4. Merlin. *decis.* 338. *num.* 15. Altimar. *de Nullit. loc. cit. n.* 46.

Assecurans navem in ampla forma tenetur ad om- 4
ne risicum, & periculum, per quod impediatur transportatio ad locum conventum, tantò magis si casus infortunii specialiter expressus evenerit, & si aliquis casus fuerit exceptus, quia tunc reliqui omnes comprehenduntur, ita ut non possit excusari licèt merces non fuerint deperditæ, sed aliò ex facto Principis asportatæ, vide Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 24. *per tot.* Card. Tusch. *litt. A, conclus.* 537. *per tot.* Bertachin. *vot.* 60. *n.* 5. Balduc. *decis.* 15. *n.* 45. *tit.* 1. *de Assecurat.*

Quando dicatur factus locus assecurationi, nempè probata deperditione, & statim dicatur commissa stipulatio, ut ex illa agi possit, etiam si navis recuperata fuerit. Si tamen fuerit facta assecuratio super una, & certa Navi, & merces deferantur super diversa sine nova conventione, si fuerint deperditæ non tenetur assecurator, & alia. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 54. *per tot.* Mastril. *decis.* 182. *per tot.* facit Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 120. ubi quando teneatur fidejussor, vel non promittens in causa baratteriæ. Deluc. *de cred. disc.* 508. *n.* 6. *&* 110. *nu.* 7. Altimar. *ubi supra n.* 55.

Assecurans merces, quas mendaciter quis dixit ha- 5
bere in tali nave, si hujusmodi navis fuerit deperdita, cùm verè stipulatoris nihil, vel tanti non intersit quantum dixit, ad nihilum tenetur, vel tantum ad illud quod fuerit verè deperditum de rebus stipulatoris, & nihilominus poterit retinere, vel petere totum pretium, quia licèt emptio periculi non teneat in totum quoad præjudicium assecurantis, tamen in ejus favorem, & in præjudicium falsa asserentis, benè tenet, ut probat Petr. Senter. Lusit. *d. tract. de assecur. & spons. part.* 3. *num.* 10. *& seqq.*

Quòd potest etiam fieri assecuratio *navis* vacuæ, dummodò assecurans sciat illam esse vacuam, & tunc dicitur potiùs sponsio, quæ idem est cum assecuratione, nec opus habet assecuratus probare operationem mercium, & pecuniarum super navi, de cujus naufragio agitur, licèt aliàs non sit valida assecuratio, quando quis non habet merces in navi, sed fingit habere, Bonac.

de

de contract. disput. 3. quæst. 9. punct. 3. num. 3. Rot. *in Rom. Assecurationis 13. Junii 1674. coram Taya post Urceol. de transact. decis. 66. nu. 4. & seqq.* Rot. *recen. part. 19. decis. 447. n. 6. tom. 2.*

6 Assecurans pecunias, vel merces per mare, vel alia loca periculosa vehendas, intelligitur in se suscipere periculum fortunæ, non culpæ debitoris, & sic non tenetur de periculo, & damno, quod accideret ex culpa vehentis, aut alterius, sed tantùm de casibus fortuitis, *l. cùm proponas*, ubi Bart. Bald. Castr. & alii, *& in l. pen. C. de naut. fœnor.* Leonin. *cons.* 23. Paul. Christin. *decis. Belg. 47. num. 5. & 6. vol.* 3. facit Mastrill. *decis. 197. n. 11. etc.* vide De Luc. *de cred. disc. 106. n. 34. pariter de credit. disc. 93. num.* 8. Bertachin. *Vot.* 160. Balduc. *decis. 13. n. 6. et seqq. tit. 1. de Assecuratione.*

7 Assecurationis contractus, & illius justitia consistit in totum, & per totum in incertitudine, & alea fortunæ; ac ideò si detur casus, quòd illi qui petunt assecurationem, & ad quorum favorem facta fuit, potuerint habere notitiam interitus mercium de tempore stipulatæ assecurationis, minimè sustinetur, etiam non probata dicta notitia, sed tantùm data illius possibilitate ut supra, quæ arguitur ex qualitate itineris, & locorum distantia; & quamvis possit fieri assecuratio, & valeat etiam super mercibus jam peremptis, debet intelligi dummodò interitus tempore assecurationis sit omninò ignotus actu, & potentia, vel stante pacto expresso, nec tenentur assecuratores positivè probare scientiam assecurati de statu mercium tempore assecurationis, sed sufficit sola possibilitas scientiæ ut suprà, & tenetur assecuratus agens probare incolumitatem mercium de tempore assecurationis, vel alio tam assecurationi proximo, ut in actu dictæ assecurationis, de ipsis mercibus notitia haberi non potuerit ad tollendam omnem suspicionem fraudis, & doli, prout hæc, & alia ad rem facientia, latiùs explicant Stracc. *de assecurat. gloss.* 27. Gamm. *decis. Lusit.* 181. Ludovis. sive Gregor. *dec.* 126. Ricc. *Collect.* 838. *in fine part.* 4. Valasch. *decis. Lusit.* 64. Scacc. *de commerc. part. 2. quæst. 7. ampliat.* 10. Merlin. *in Romana assecurationis 2. Junii 1633. inter suas decis. 597. per tot. et part. 6. recent. decis.* 229. Rot. post Urceol. *de transact. decis. 53. num. 34. et part 19. recent. decis. 369. et decis.* 373. ubi in omnibus, & per omnia sequitur decisionem Merlini 597. nulla facta mentione de illius revocatione apud eumdem Merlin. *decis.* 754. Costa *de fact. scien. et ignorant. distinct. 71. cent.* 2. ubi post relatam dictam opinionem tenet ipse, quòd promissa securitas non pertineat ad præteriti periculi susceptionem, quia ubi agitur de præjudicio alterius veritas attenditur, & non opinio singularis, & nil continet præter aleam, inconsideratam captionem Reipublicæ detrimentosam, & odi suspectos contractus respicientem; nisi tamen ordinamenta maritima pro litibus dirimendis aliud velint in gratiam commerciorum allegans pro sua sententia Leonin. *cons.* 22. Borell. *cons.* 47. Valasc. *decis.* 64. & vide Rot. *in citatis decisionibus*, Merlin. 597. 754. *et* 757. *et part. 19. recent. decis.* 369. *et* 373. Nicol. *Elucub. Jur. Utrius. tit. de Fidejussoribus n.* 19. De Luca *de Societate officii disc. 1. n. 9. de Creditore disc. 109. n. 3. et 4. In summa a n. 112. et de Alienat. disc. 48. n.* 22. Bertachin. *Vot.* 160. Altimar. *de nullit. loc. supra cit. num.* 81.

Ex novis tamen probationibus, & attestationibus mercatorum Florentinorum, quòd quicquid sit de jure, ex eorum sensu, consuetudine, & praxi, onus probandi extitisse notitiam mercium, incumbere assecuratoribus, nec assecuratos teneri probare negativam non habitæ notitiæ, Rota in eadem causa iterùm proposita recessit à decisis sub die 26. Junii 1637. apud eumdem Merlin. *decis. 754. per tot.*

Quòd valeat assecuratio etiam in casu, quo de tempore ipsius assecurationis jam deperditæ essent merces, & perempta navis, cessante tamen scientia deperditionis in persona assecurati, & sciendi possibilitate arbitrio judicis æstimanda, quæ scientia non præsumitur, neque dolus, vel fraus, & alia ad hoc propositum, Rot *in Romana assecurationis 27. Novembris 1637. coram Merlino inter impressas ejusdem decis. 757. per tot.* Gamm. *decis. Lusit.* 182. ubi etiam quòd non valet assecuratio mercium imponendarum, si non sint impositæ, nec nisi in quantitate imposita, & si sint assecuratæ tanquam propriæ, & sint communes, tenet tantùm pro parte. Bertachin. *dict. Vot.* 160. De Luca *de Creditor. disc. 109. n. 3. et 4. et in Sum. nu. 112. et seqq. et de alienatione disc. 48. n.* 22.

Assecuratio facta à periculo maris, non extenditur 8
ad alia pericula, & ideò sufficit, quòd merces salvæ pervenerint ad Portum conventum, ne dicatur commissa stipulatio assecurationis, quicquid posteà de illis contingat; si verò non pervenerint ad Portum destinatum, tunc tenentur assecuratores, *l. 1. C. de naut. fœnor.* Rot. *Januen. decis. 62. num. 2. &c.* Mastril. *decis. 284. num.* 48. Rot. *part. 6. recent. decis. 24. num. 6. & part. 22. decis. 157. num. 26. & seqq.* Fontanell. *decis. 243. & 244. per tot.* ubi an teneantur assecuratores, si merces ex causa pestis fuerint combustæ, cùm id acciderit ex culpa assecurati, vel patroni navis, contrafaciendo bannis, & videtur firmare non teneri; licèt postea ex aliis motivis, & ex privilegio causæ executivæ vigore legum Consulatus maris dicat contrarium ipso jure advocante fuisse decisum in tertia instantia. Santer. *de assecur. part. 4. n.* 46. Odd. *cons. 31. n.* 11.

Et de interesse mercantili, à quo die currat in assecurationibus, Idem Fontanel. *decis. 593. per tot.*

Debet tamen assecuratio omni casu legitimè probari, quamvis sit facta à socio, nec sufficit asseveratio assecuratoris petentis pretium assecurationis, Cabed. *decis. 118. part.* 1. Afflict. *decis.* 22.

Plura de assecuratione, quid sit, quæ requirantur ut sit justa, quòd non possit fieri de vita hominis ad certum tempus, sed benè simplex sponsio, an nomine periculi veniat casus fortuitus, & alia ad rem, D. Gregor. Rossignol. *in Noviss. Prax. Theolog. legal. contract. 12. tit. de fidejuss. et Assecurat. Prænot. 13. fol. 406. & Disquisit. 2. §. 10. 11. & 12. fol. 447. etc.* De Luc. *in Indice generali* Balduc. *in decis.* Altimar. *de nullitatibus rub. 1. part. 2. q. 26. per tot. tom.* 4. Emerix jun. *in decis.* Rot. Rom. Episcopus Rocca *in Disput. Jur.*

De assecuratione navium, & hujusmodi aliqua notabilia habentur apud Thoro *compend. decis. Neapol. part. 2. & 3. verb. Assecuratio*, Noguerol. *alleg.* 10. Ramon. *cons.* 39. cum Annot. Moderni Jacob. Balduc. *per tot.* Rot. *in Romana Assecurationis 24. Januarii 1680. coram Albergato*, apud eumdem Balduc. *decis. 23. per tot.* Ant. Gob. *Consult. 143. num. 8. & seqq.* Bolanos *lib. 3. Comerc. Naval. cap.* 14. & alii relati ab Ægid. de Castejon. *in Alphab. Jurid. verb. Assecuratio*, Laurent. Ursel. *conclus. 151. per tot.* Com. August. Fontan. *in Biblioth. leg. part. 4. fol.* 134. ubi adducit Auctores hanc materiam, & aliarum assecurationum tractantes, Mans. *Consult. 421. & 422. lib.* 5. vide plura in primia *Addit. fol. 625. &c.* Deluc. *in Indic. general. verb. assecur.* Bertachin. *in Votis decisivis.* Altimar. *ubi supra* Rot. *recen. part. 19. decis. 447. tom.* 2. Balduc. Emerix jun. Rocca *locis cit.*

An autem assecuratores ex deterioratione rei assecuratæ teneantur ad totale pretium, retentis sibi mercibus deterioratis tanquam in assecuratione emptis, vel tantùm ad quantitatem damni, & alia, latè Mastril. *decis. 197. per tot.*

Quòd assecuratio facta in casu naufragii cùm sit stricti juris habeat locum tantùm tracta navi, & sic sequuto vero naufragio, non autem in aliis casibus non expressa, & ideò assecurator non teneatur ad integrum pretium mercium, sed tantùm de damno, & jactu quatenus casus sit comprehensus, & alia de hac materia pulchrè Sanfelic. *decis. 162. per tot.*

Assecuratio est contractus licitus in foro conscientiæ 9
si habeat suas debitas conditiones, nempè sit de re exposita periculo, & casibus fortuitis, cum receptione justi pretii ratione periculi suscepti; fit quatuor modis, nam vel est circa merces, vel circa pecunias de loco ad locum transferendas, vel circa transitum personæ per loca periculosa, vel circa vitam: debet habere quinque conditiones; prima ut detur æqualitas inter pretium, & periculum; secunda ut quærens assecurationem non obliget assecurantem ad alium contractum versa vice secum faciendum; tertia ut petens assecurationem moneat assecurantem de omnibus periculis illi incognitis; quarta ut res assecuranda verè existat prout asseritur, & non mutetur;

tetur; quinta ut res non sit certa, sed periculo exposita, de quibus latè Azor. *Instit. moral. part. 3. lib. 11. cap.* 18. Molin. *disput.* 507. Sot. *de just. lib. 6. quæst. 7. art.* 1. Bonac. *disput. 3. quæst. 9. punct.* 3. Salon. *de contract. assecurat. art. 2. concl. 2. etc.* & alii relati per P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib. 2. cap. 69. per tot.* ubi resolvit plures dubitationes, & fraudes in hac materia ad forum conscientiæ spectantes, Rot. post Urceol. *de transact. decis. 53. & 66. per tot.* ubi alia plura spectantia ad forum exterius, & de modo probandi casum. Deluc. *de Usuris disc. 1. n. 16. disc. 3. n.* 11. Altimar. *ubi supra n.* 31.

20 Assecuratio dotis facta vivente viro propter ejus inopiam non est vera restitutio, nec dominium transfert quando bona pluris valent quàm sit creditum dotis, sed possunt creditores illud plus revocare; si verò fit pro æquivalenti est vera restitutio, & dominium transfert, non tamen ad alienandum nisi in certis casibus, sed ad alendum se, & familiam, nec isto casu creditores habent jus offerendi, ut latè pluribus citatis probat Giurb. *decis. 16. per tot.* & dixi ego in §. *Uxor num.* 34. & §. *Oblatio num.* 2.

Plura de assecuratione dotis, an, & quando competat uxori, vel non super bonis viri, vel etiam contra tertios possessores, vel non, Sanfelic. *decis. 338. n. 44. & seqq. per tot. cum plena Addit.*

De assecuratione dotis, adde Laurent. Ursel. *conclus.* 152. *per tot.* Thoro *Compend. decis. Neapol. part. 1. verb. Assecuratio, & part. 3. eod. verb.* plura De Luc. *in indic. general. in verb. dos quoad assecurationem.* Crescin. ad Abecclef. *obser. 160. part.* 1.

De assecuratione judicii, vel satisdatione præstanda à debitore de fuga suspecto, & quomodo, latè Florid. Mauson. *tract. de caus. execut. Prælud. 4. per tot.* & dixi plura in §. *Debitor nu. 28. & seqq. cum Addit.* De forma assecurationis Judicii Vide Pelleg. *in Praxi Vicariorum part. 2. section. 1. subsection. 1. n.* 20. & de hac materia vide etiam De Luca *in Indice generali.*

21 Assecuratio facta cum clausula *à conto di chi s' aspetta*, prodest cuicunque probanti suum interesse in mercibus naufragatis, vel deprædatis, etiamsi non sit in apocha nominatus, licèt enim in assecuratione videantur exclusi non nominati, quia quando exprimitur certa persona non intelligitur de alia, per text. *in l. ita stipulatus §. Grisogonus ff. de verb. obligat.* Franch. *decis. 113. num.* 3. & ita fuerit quandoque judicatum Florentiæ in causis de quibus Rota Romana in infrascripta decisione, tamen quia materia assecurationis est favorabilis, comprehenditur etiam persona loquentis non nominati, & cùm dicta verba *à conto di chi s' aspetta*, sint indefinita comprehendunt omnes personas, quæ interesse habent in mercibus assecuratis, ut supra de veriori in praxi, & judicando amplectenda opinione, & contrariam valdè periculosam testatur Rot. *in Romana assecurationis Lunæ 26. Junii* 1673. *coram Matthæio* post Urceol. *de transact. decis. 53. n.* 54. ubi allegat Soccin. *cons. 140. col.* 5. Cravett. *cons.* 274. *num.* 12. Rocch. *de assecurat. not. 45. in fine, & 94. per tot.* Jo. de Evia *in Labyrint commerc. naval* & Strac. *de assecurat. glos. 10. num. 8. in fine*, ac plura alia in materia de nautico fœnore quale dicatur, quomodo prohibitum, vel permissum, tam de jure civili, quàm de jure Canonico, quæ decisio habetur *part. 19. recent. decis.* 369. Altimar. *loc. supra cit. n.* 67.

Quomodo autem possit probari casus per testes coram judicibus loci sequuti naufragii, etiam sine partis citatione, quando pars est absens ab illo loco, Rot. *in supracit. decis. 53. & decis. 66.* post Urceol. *de transact.* & dixi in §. *Casus num.* 7. Costa *de fact. scient. & ignorant. distinct. 71. num. 8. & 9. cent.* 2. ubi intelligit modo agatur de casu in loco distanti arbitrio judicis, vel habente præsumptionem contra allegantem, & repetitio fiat parte opponente, quando eorum copia haberi potest. Roc. *in tit. de navib. notab. 95. 96. 97. & seq. de assecurat. notab.* 59. Vide Bertachin. *vot.* 160. & Altimar. *loc. cit. n.* 142. Balduc. *de Assecuratione tit. 1. decis. 13. n.* 3.

22 Assecurationis contractus non est vetustus, nisi quatenus convenit cum nautico fœnore, & à conventione partium legem accipit; assecurator igitur assumens in se pretio recepto omne periculum, uno excepto, illo dempto, in reliquis omnibus tenetur supplere damnum contingens in mercibus assecuratis, & ubi solam quantitatem mercium, non autem æstimationem earum in se suscepit, non est necessaria liquidatio, vel probatio valoris, cùm satis dicatur constare ex apocha onerationis vulgò *poliza di carico*, sed tenetur solvere summam, pro qua assecuravit, sive valor rei assecuratæ major, sive minor existat; non tamen tenetur emendare damnum ex culpa Navarci obventum, quando ipse Navarcus erat dominus mercium assecuratarum, & alia ad rem, Rot. *part. 16. recent. decis. 420. per tot. part. 17. decis. 100. in eadem causa* ubi fuit confirmata præcedens decisio, ex iisdem, & aliis rationibus, *& part. 19. decis. 58. per tot. in eadem causa*, ubi fuit pariter confirmata prima decisio. Altimar. *ubi supra n.* 11.

Plura de contractu assecurationis quid sit, an licitè fiat, qualiter sit attendenda consuetudo Maris, ac verba contrahentium, quos casus comprehendat, vel non, & alia, latè Gibalin. *de univers. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 11. per tot. fol. mihi 292. & seqq.* ubi etiam quale dubium de eventu futuro requiratur ad æqualitatem hujus contractus, & plures casus singulares de hac materia. Altimar. *dicta q. 26. per tot.*

23 An curator navis teneatur, quoties probatum sit illam in manu hostili incidisse, & fuisse deprædatam; nec potest excusari ex defectu interesse assecurati, sed adveniente casu tenetur solvere, etiamsi merces non fuerint ipsius assecurati, Rot. *part. 18. recent. decis. 215. num. 10. & 11.* ubi allegat Strac. *de assecurat. glos. 10. nu.* 6. Santero. *eod. tract. part. 4. num.* 48. nisi tamen commissa fuerit baratteria, quæ censetur excepta, & alia ad rem, Rot. *d. part. 18. decis.* 247.

Quòd imò cessante interesse assecurati, ut quia merces assecuratæ spectent ad alium non teneat assecuratio, & quare, latè Rot. *part. 19. recent. decis. 373. num. 37. & sequentibus.* Bertachin. *vot.* 160.

24 Assecuratione facta navium, si ex vi, & impedimento ventorum, vel ex Magistratus edicto, naves non potuerint inter arreptum prosequi ad locum destinatum, non debetur totum pretium assecurationis, sed tantùm ad ratam itineris, & periculi suscepti, & reliquum solutum est restituendum juxta æquitatem, attestationes mercatorum, ut resolvit Rot. *part. 18. recent. decis. 448. per tot. & decis. 713. in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio per doctrinam Santern. *de assecurat. part. 3. num.* 22. Strac. *eodem tract. glos. 6. num.* 15. Ricc. *Collect.* 2124. Jo. de Eira *tract. de commerc. naval. lib. 3. cap.* 14. Emerix jun. *decis. 302. num.* 2. Altimar. *loco adducto n.* 36.

25 Assecurator, qui assecuravit navim de omnibus casibus fortuitis, an teneatur tantum de casibus solitis, & usitatis, vel etiam de insolitis, Altimar. *de nullitatibus rub. 1. quæst. 9. sect. 6. n. 104. tom.* 3. ubi *n.* 105. DD. affirmativam tenentes, scilicèt quod assecurata de omnibus teneatur, cumulat, & sequitur.

26 Casus autem sinistri, de quibus tenentur assecuratores sunt casus latronum, hostium incursus, Pyratarum insidiæ, Naufragium, Incendium, & omnia Pericula occurrentia in navi, vel Mercibus ex tempestate maris, vel fluminis, vel ex ventorum, vel grandinum, vel nivis, vel glaciei, vel ex caliditate solis, vel si navis incidat in scopulos, vel si irruit in terram, vel ex bello Inimicorum, vel Amicorum, vel ex furto, ruina, vel ex vi terræmotus, graculorum, sturnorum, Brucorum, & similium, & omnis alia vis, cui resisti non potest, sic etiam incursus Bannitorum, Regis, & Principis factum connumeratur inter casus fortuitos Altimar. *d. q. 9. sect. 6. n. 106. & seqq.* omnino videndus.

27 Iste contractus est stricti Juris Altimar. *de nullit. rub. 1. part. 2. q. 26. n.* 17. ubi quod strictè interpretari debet, *tom.* 4. Balduc. *decis. 5. n. 9. de Assecuratione tit.* 1.

28 Practicandus non est cum Juris apicibus, & rigoribus, sed servandæ sunt Mercatorum consuetudines, eorumq; styli ad publicam utilitatem recepti Altimar *d. q. 26. n.* 12., & in materia assecurationis Rot. multum defert attestationibus mercatorum Emerix jun. *decis. 302. nu.* 5., atque in materiis assecurationum, & mercantilibus Sic. Rot. Rom. passim sequitur *Decis.* Rot. Genuæ Balduc. *decis. 1. n. 2. de Assecuratione tit.* 1.

29 Habet etiam viam executivam Altimar. *dicta q. 26. n.* 19. Crescin. ad Abecclef. *obser. 108. n. 5. part.* 1. & summariè proceditur in assecuratione, & rebus mercan-

cantilibus Balduc. deciſ. 13. n. 33. et 108. de Aſſecurat. tit. 1.

20 In dubio contra aſſecuratorem pronunciandum eſt Balduc. deciſ. 10. n. 22. tit. de Aſſecuratione.

21 Caſus aſſecurationis probatus dicitur, ubi per ſex menſes non habeatur nuncius De Luca de Credit. diſc. 106. n. 6. Caprara deciſ. 333. n. 5.

§. ASCENDENTES XLIV.

1 AScendens cum ſcalis ad feneſtras alicujus honeſtæ molieris, vel etiam inhoneſtæ caoſa amoris, & explendæ libidinis, vel cauſa furandi, aut alia ſimili, qua pœna ſit puniendus, cùm qualitas ſcalarum ſemper aggravet delictum, vide Petr. Cabal. reſol. crimin. caſ. 97. per totum, Gratian. deciſ. 36. Franch. deciſ. 333. Boer. deciſ. 317. Boniſac. de furt. §. 2. num. 52. fol. 62. P. Manar. noct. malencon. Interrogat. 200. ʃ. 3. fol. 311. Sperel. deciſ. 137. num. 36. & ſeqq. alios citavi in mea Practica ʃ. Ladri num. 17. ʃ. Stupro num. 16. & ʃ. Violenza num. 12. Menoch. de arbitr. caſ. 360. nn. 95. Farinac. quæſt. 20. nu. 145. &c. Clat. ʃ. fin. quæſt. 68. verſ. aſcendens, ubi Bajard. nu. 10. &c. Peguer. deciſ. 26. per tot. Sanſelic. deciſ. 34. ubi refert fuiſſe laqueo ſuſpenſum quemdam, qui cum ſcalis aſcenderat cauſa furandi in monaſterium, & monachum vulneravit, & alium qui vim intulerat, & furtum tentaverat de nocte cuidam Doctori, illum, & conjugem in lecto exiſtentes vulnerando, Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 1. ʃ. 14. num. 6. & ſeqq. Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. cit. dec. n. 2.

Qua autem pœna ſit puniendus aſcendens, vel deſcendens per muros Civitatis, l. deſertorem §. in bello verſ. nec non ff. de re milit. Paul. Criſtin. deciſ. 149. num. 6. &c. ... 4. ubi quòd hodie eſt limitata pœna capitalis, ut procedat tantùm tempore belli, & in Civitatibus limitaneis, & non aliter, vide in §. Ædificium num. 16. Chriſtin. ad leg. municip. tit. 2. art. 16. Menoch. de arbitr. caſ. 483. num. 5. Boer. deciſ. 232. Tuſch. lit. M. concl. 431. num. 5. Carpzov. Prax. crim. quæſt. 40. n. 20. & ſeqq. Cabal. reſol. crim. caſ. 100. & alios citatos per Conciol. & Romaguer. ad ſtatut. Engub. lib. 4. Rubr. 61. per tot. & per Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 3. ʃ. 2. per tot. ubi latè declarat an, & quando ſint puniendi, vel excuſandi tranſcendentes muros Civitatis, vel Caſtri, ſive aliter vim facientes, vel aliquid ædificando innovantes circa dictos muros, vel portas Civitatum, vel Caſtrorum. Carol. Ant. De Luc. loc. cit.

2 Aſcendentes ut pater, vel mater ſuccedunt ab inteſtato ſuis deſcendentibus, quando ſine liberis decedunt, ſed liberis extantibus ipſi excluduntur etiam à legitima, & à jure dicendi de nullitate teſtamenti, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 35. in principio, vide in ʃ. Statutum excludens, §. Succeſſio n. 5. latè Paul. Chriſtin. deciſ. 62. & 63. vol. 4. infr. num. 6. Mart. ſucceſſ. legal. part. 2. quæſt. 1. 2. & 3. per tot. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 12. Rot. part. 14. recent. deciſ. 122. ubi qualiter mater excludat avum. Nicol. Inſtit. Imperial. tit. de Hæred. quæ ab inteſtato deferuntur.

Quòd extantibus deſcendentibus ex perſona defuncta non debeatur legitima parentibus, Durand. deciſ. 258. n. 13. ubi citat Merlin. & alios, Rot. part. 11. recent. deciſ. 326. num. 2. & per tot. ubi tamen quòd debetur ſi fuit legata, & quare, & rurſus in eadem cauſa reviſa, & confirmata d. part. 11. deciſ. 332. per tot. & part. 12. deciſ. 4. num. 9. & ſeqq. & deciſ. 261. ubi fuit receſſum à priùs deciſis, quia tempore teſtamenti non extabant filii, ſed poſteà nati fuerunt, & per eorum nativitatem fuit caducum legatum legitimæ, quæ uti debita, & non uti volita fuerat relicta; & hæc ultima fuit iterum confirmata d. part. 12. deciſ. 352. De Luc. de Legit. diſc. 10. n. 11. diſc. 44. n. 11.

Illis verò non extantibus deberi legitimam aſcendentibus titulo inſtitutionis ſicut deſcendentibus, vide Urceol. conſult. forenſ. cap. 6. num. 1. &c. dixi in ʃ Legitima num. 7. &c. latè Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 12. per tot. De Loc. De Legit. diſc. 40. ex n. 14. diſc. 44. n. 4. De Teſtam. diſc. 21. n. 9. Et de Legitima aſcendentium agunt Nicoli. Inſtit. Imper. tit. de Hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur num. 33. Rot. recen. part. 19. tom. 2. deciſ. 564. n. 4. Anſald, deciſ. 48. a n. 3.

Qualiter mater ſuccedat filiis, & ex quibus cauſis illorum ſucceſſione privetur, latè Tuſch. litter. M. concluſ. 110. cum pluribus ſequentibus, dixi in §. Mater num. 1. & ſeqq. ubi etiam quid ſi tranſierit ad ſecunda vota, Mart. de ſucceſſ. leg. part. 2. quæſt. 3. & 4. per tot. Penia deciſ. 207. & deciſ. 1120. ubi Creſcin. in Annot.

Aſcendentes, ubi non adſunt deſcendentes ex filio
defuncto, ſed tantùm alii filii, vel fratres, ſive ſorores 3
reſpectivè, & utrinque conjuncti, ſuccedunt ipſi filio defuncto unà cum dictis fratribus, vel ſororibus ab inteſtato, Auth. defuncto C. ad Tertul. Peregrin. deciſ. 13. Rot. part. 14. recent. deciſ. 128. Franch. deciſ. 682. Gratian. deciſ. 61. Altograd. conſ. 48. num. 9. &c. lib. 2. vide Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 285. vol. 1. & deciſ. 381. d. vol. 1. ubi num. 9. quod etiam filii, vel filiæ germanorum fratrum premortuorum admittuntur unà cum parentibus, & fratribus, vel ſororibus prædictis jure repræſentationis, per text. in Novel. ut fratr. fil. 127. in prin. & ʃ. 1. idem Chriſtin. deciſ. 205. vol. 5. & ad leg. municip. tit. 16. art. 6. &c. Martha de ſucceſſ. legal. par. 2. quæſt. 1. art. 2. per tot. De Luc. de ſucceſſ. diſc. 30. n. 6. ubi de aſcendentibus ſecundi gradus. Nicol. Inſtit. Imperial. tit. cit. n. 39. Brunnemann. in Authen. defuncto C. ad Senat. Tertull.

Ita ut ſtante ſimultanea ſucceſſione pater non acquirat uſumfructum in portione tangente fratri defuncti, Auth. item hæreditas C. de bon. quæ lib. cum aliis per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 685. num. 3. & 4. Sabel. var. reſol. cap. 82. num. 5. Brunnemann. loc. cit.

Niſi ex diſpoſitione ſtatuti eſſet patri reſervatus uſusfructus, quia illum non ammitteret etiam ſtante ſimultanea ſucceſſione, Altograd. conſ. 48. nn. 10. lib. 2.

An autem ſtante ſtatuto fœminarum excluſivo donec extent maſculi, admittatur pater ad ſucceſſionem filii ſine liberis defuncti unà cum ſororibus defuncti, & ſic ipſius patris filiabus, vel potiùs in totum illas excludat, vide latè Altograd. d. conſ. 48. per tot. lib. 2. & facit optimè quod dixi in meis reſol. cap. 82. num. 14. Peregrin. deciſ. 13. per tot. & deciſ. 17. ubi qualiter mater ſuccedat filio defuncto, relictis ſororibus, & agnato. Et qualiter mater præferatur avo paterno, Rot. part. 14. recent. deciſ. 46. n. 1. & ſeqq.

Quòd fratres, & ſorores admittantur æqualiter cum aſcendentibus intellige, ut dixi quando ſunt utrinque conjuncti fratri defuncto, ſecus ſi ſint conſanguinei tantùm, vel uterini tantùm, & ſic ex uno ſolo latere conjuncti, Oinot. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. de ſecundo ordine num. 30. fol. 229. Craſſ. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 24. ubi vide Paul. Chriſtin. ad leg. municip. tit. 16. art. 7. ubi quòd appellatione fratris ſive in teſtamento, ſive in ſtatuto intelligitur de utrinque conjuncto, Martha de ſucceſſ. leg. part. 2. quæſt. 1. art. 2. num. 3. Sabel. var. reſol. cap. 82. n. 6. Bruneman. loc. citat. n. final.

Sed quòd duplicitas vinculi non ſit attendenda, & conjuncti ex patre tantùm ſimul ſuccedant cum utrinque conjunctis videtur firmare, & de veriori teſtari Altograd. conſ. 60. num. 7. & num. 52. lib. 2. ubi tamen loquitur in diverſis terminis, & à ſupra firmatis non diſſentit, vide in §. Frater num. 5. Peregrin. deciſ. 74. 75. 76. & 77. per tot. Mart. de ſucceſſ. leg. part. 2. quæſt. 1. art. 2. n. 4.

Et quòd frater uterinus excludatur à matre defuncti, Pract. Papp. de hæred. ab inteſt. gloſ. nullis nu. 25. Magon. deciſ. Flor. 104. num. 1. Sabel. var. reſol. cap. 82. num. 7.

Aſcendentes hoc ordine ſuis deſcendentibus ſucce- 4
dunt, nam in bonis, quæ pervenerunt ad filium defunctum ex latere paterno, ut ad ſuum fontem revertantur, in totum ſuccedit pater excluſa matre; ſicut è contrà in bonis, quæ eidem defuncto obvenerunt ex latere matris, per eamdem rationem, ſuccedit mater excluſo penitus patre; in aliis verò ex induſtria, vel bona fortuna quæſitis æqualiter admittuntur, ſecundùm unam opinionem, quam ſuſtinent Bart. in l. quod ſcitis ʃ. ſin autem C. de bon. quæ lib. in l. poſt dotem num. 36. ff. ſolut. matrim in auth. itaque num. 2. C. com. de ſucceſ. & in conſ. 18. nn. 4. Caſtr. in d. ʃ. ſin autem n. 2. Jaſ. in d. l. poſt dotem num. 106. Rom. conſ. 40. num. 5. Boet. deciſ. 192. nn. 5. Gabriel. concl. 3. de ſucceſſ. ab inteſt. Gamm. deciſ. 9. per tot. Martha de ſucceſſ. legal. part. 2. quæſt. 1. art. 2. num. 7. & ſeqq. Theſaur. deciſ. 27. per tot. ubi latè

hanc

hane partem desendit, quam tamen declarat non procedere quando ascendentes non essent in pari gradu, nam tunc proximior tantùm succedit nulla habita ratione unde bona proveniant, nec quando cum illis concurreret frater defuncti, vide Franch. decis. 59. per tot. ubi an pater succedat solus filio in bonis illi donatis, vel simul cum fratribus utrinque conjunctis, hanc opinionem pluribus relatis sequitur Tusch. litt. S. concl. 863. per tot. quam tamen pluribus modis limitat, & declarat, ut ibi per eum adde Paul. Christin. decis. Belg. 285. num. 5. & seqq. per tot. volum. 1. & decis. 62. nu. 2. volum. 4. & ad leg. municip. tit. 16. art. 12. Peregrin. decis. 77. num. 4. &c. ubi quæ dicantur bona paterna, vel materna ad dictum effectum, facit Rot. part. 11. recent. decis. 381. ubi quæ bona dicantur paterna, ut veniant in dispositione de illis facta in testamento, et part. 13. dec. 107.

Contrarium in primaria conclusione supra firmata, quòd imò æqualiter admittantur pater, & mater nulla facta distinctione unde bona provenerint, tenet Salyc. in Auth. itaque C. com. de succes. Minsinger. cent. 6. obser. 55. Phanuc. de invent. Crass. de success. Fontanel. de pact. nupt. & infiniti alii antiqui, & moderni, quos sequuta est Rot. Rom. in Romana successionis 17. Junii 1624. coram Merlino inter impressas ejusdem decis. 126. et decis. 218. in eadem causa ubi respondet omnibus fundamentis, Bart. & sequacium, & habetur post Merlin. de legit. d. 49. & apud Gratian. discept. forens. cap. 971. num. 21. etc. vide Franch. decis. 59. et decis. 696. per tot. Christin. decis. 70. num. 4. vol. 4. & in aliis loc. supr. cit. Marcian. disput. for. cap. 60. num. 17. &c. & in meis resol. cap. 82. num. 11. & per tot. & in hoc opere §. Successio num. 5. & §. Fiscus nu. 6. in fine, facit Rot. part. 13. recent. decis. 107. per tot. ubi quòd in successionibus sola causa immediata attenditur, & bona omnia dicuntur paterna, sive ab ipso testatore proveniant, sive à majoribus, & veniunt in dispositione facta de bonis provenientibus ex latere patris. Brunnemann. in d. Auth. Defuncto C. ad S. C. Tertull.

Quòd in terminis juris communis non sit facienda dicta bonorum distinctio contra Bart. probat etiam Jo. Dominic. Pansut. contr. 7. per tot. cum aliis seqq. ubi plura ad rem de successione ascendentium in terminis Consuetudinis Neapolitanæ.

5 Ascendens, sicque avus paternus, vel maternus in successione nepotis, vel neptis, sicut pater in successione filii, præfertur patruo, & quibuscunque transversalibus (exceptis fratribus utrinque conjunctis ut supra dixi) Auth. defuncto C. ad Tertul. & §. consequens in Auth. de hæred. ab intest. ven. Surd. cons. 556. nu. 2. & 3. Alciat. cons. 231. n. 1. & seqq. Paul. Christin. decis. 67. num. 2. vol. 4. & decis. 70. num. 4. vol. 4. & dixi in d. cap. 82. nu. 12. & 13. ac per tot. ubi plura de successione ascendentium in bonis descendentium ab intestato defunctorum tam inspecto jure communi, quàm municipali statutorum excludentium fœminas propter masculos, & Peregrin. decis. 13. per tot. latè videndus Mart. de success. leg. part. 2. quæst. 1. cum pluribus seqq. ubi etiam quid si transierint ad secundas nuptias, & alia. Brunemann. in d. Auth. defuncto.

6 Ascendentes licèt ut supra num. 2. succedant suis descendentibus, debet intelligi de legitimis, nam aliàs pater naturalis non succedit filio naturali cum matre, sed sola mater excluso penitus patre, etiam stante statuto quòd pater & ascendentes per lineam paternam excludant matrem, & ascendentes per lineam maternam in successione descendentium, quia debet intelligi de legitimis; & quamvis etiam sicut filius naturalis potest succedere patri ab intestato in duabus unciis, ita è contra eodem modo possit pater illi succedere, cum debeat esse reciproca successio, non procedit quando pater uxorem duxit, ex qua liberos legitimos suscepit, quia tunc sicuti filius naturalis arcetur à successione, ita non debet ipse pater admitti, ut correlativorum sit eadem ratio, & ne plus concedatur patri, qui peccavit, quàm filio naturali, cui nullum in ejus procreatione peccatum imputari potest, ut benè probat Peregrin. decis. 58. per tot. per text. in §. penult. instit. ad Tertul. l. si qua illustris C. de Orphic. l. 2. §. mater ff. eod. l. hac parte, l. spurius, l. modestinus ff. unde cognat. Auth. licet, C. de nat. lib. §. in quibus, in Auth. quibus mod. nat. eff. sui, & in §. 1. instit. de serv. cognat. & alios ab eo citatos vide in §. successio nu. 5. Mart. de success. legal. part. 2. quæst. 1. art. 1. n. 21. & seqq. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 12. nu. 15. &c. ubi etiam quòd idem est in patre putativo, qui fuit in mala fide, ut redigatur ad conditionem patris naturalis.

Ascendentes si fuerint à filiis gravati aliis restituere hæreditatem, an detrahant duas quartas, legitimam scilicet, & trebellianicam, sicut detrahunt filii à patre sub conditione gravati, vide Rustic. in tract. ad l. cum avus ff. de condit. et demonstrat. lib. 1. cap. 9. num. 17. ubi pro negativa concludit, dixi in §. Filius n. 47. & §. Pater num. 22. ubi referuntur etiam contrarium tenentes, Peregrin. de fideicommiss. art. 3. num. 53. art. 49. num. 46. ubi pariter pro negativa Mart. de success. legal. part. 4. quæst. 21. art. 17. num. 47. etc. ubi pro affirmativa, & quòd negativa subsistere non potest, & quare, debeant tamen imputare fructus. Sed de imputatione fructuum, vide Mangil. de imput. quæst. 1. n. 8. quæst. 116. num. 27. & quæst. 125. num. 38. &c. ubi contra Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 31. &c. 7

Ascendentium bona qualiter semper sint hypothecata pro constitutione, & restitutione dotium ad favorem omnium descendentium, quicunque sint hæredes sive descendentes, sive collaterales, sive omninò extranei, cùm ad omnes transeant cum isto onere, etiam si sine fideicommisso sive universali, sive particulari supposita, & cum expressa prohibitione alienationis in casu dotis, dummodò tamen alia bona libera non existant, & sic in subsidium, juxta Auth. res quæ C. com. de leg. latè Rot. part. 6. recent. decis. 312. per tot. coram Merlino, ubi plures concordantes allegantur, & dixi in §. Bona num. 21. ubi plura, §. Dos num. 40. in fine, §. Hypotheca num. 9. in fine. De Luca de Feudis disc. 78. et disc. 82., & de Dote disc. 186. 8

Ascendentes quomodo dotare sint obligati vide De Luca in Indice generali Verbo Dos quo ad obligationem. 9

Ascendentium appellatione comprehenditur tam pater, quam mater Rocc. Episcop. cap. 37. n. 24. tom. 1., & appellatione parentum ascendentes omnes intelliguntur Penia decis. 934. n. 2. tom. 2. 10

Ascendentes, qui non habent Jus patriæ potestatis, pupillarem ordinare non possunt De Luca de Fideicommis. in Summ. nu. 29. Ascendentes possunt ordinare substitutionem exemplarem, & quid de matre binuba De Luca loc. cit. nu. 47., & quid in concursu plurium substitutionum factarum a diversis Parentibus De Luca ubi supra n. 48. 12

§. ASSERTIO XLV.

Assertio vulnerati non facit inditium ad torturam, sed tantùm ad inquirendum, & ad capturam, Becc. cons. 85. n. 9. lib. 1. Addit. ad Pract. Papp. form. inquis. glos. 1. verb. Inditia, Clar. §. fin. quæst. 21. vers. Assertio, Menoch. lib. 1. quæst. 89. num. 77. &c. de præsumpt. Bajard. ad Clar. d. quæst. 21. num. 55. & seqq. Peguer. decis. 17. num. 5. & seqq. plenè Farinac. quæst. 46. per tot. Addit. ad Sanfelic. decis. 382. vers. Vulnerato, &c. Majoran. in Opoprax. lib. 2. cap. 8. num. 135. & seqq. fol. 228. Anton. de Bellis tract. var. lib. 1. quæst. 11. per tot. Conciol. resolut. crim. verb. Assert. resol. 1. per tot. Mascard. de probat. vol. 3. concl 1129. Zuff. de legit. process. lib. 3. quæst. 180. ubi quòd assertio vulnerati concurrentibus adminiculis facit inditiũ ad torturã de communi & veriori opinione, quam dicit non habere contradictionem, ad Farinac. quæst. 46. num. 35. & 52. Francis. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst. 30. Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 132. per tot. Vermigliol. cons. 128. n. 5. & 6. 1

Ubi agitur de viro probatæ vitæ deponente in articulo mortis, nec aliæ possunt haberi probationes, statur illius assertioni secundùm Marsil. pract. crim. §. diligenter num. 13. & cons. 111. num. 7. Afflict. decis. 369. num. 7. cum aliis per Menoch. de arbitr. cap. 99. nu. 16. & seqq. ubi intelligit non de plena probatione, nisi aliæ extent conjecturæ, & plurimum esse judicis arbitrio tribuendum, de quo dixi in mea Practica §. Indicj n. 1. & seqq. & §. Inquisizione num. 10. Mascard. de probat. conclus. 144. per tot. ubi refert contrarias opiniones, quas conciliat, ut affirmativa procedat concurrentibus

aliis

aliis adminiculis ut inimicitia, fuga, &c. negativa verò quando adeft fola aftertio vulocrati, & idem in effectu poft multa concludit Farinac. *d. quæft.* 46. *n.* 34. *&c.*

Probat tamen affertio partis offenfæ ad exculpandum, Magon. *decif. Luc.* 25. *num.* 61. vide in §. *Exculpatio*, Mattril. *decif.* 195. Farinac. *d. quæft.* 46. *num.* 18. *&c.* ubi etiam fi præceflerit inculpatio, Addit. ad Sanfelic. *decif.* 382. ubi quando non fufficiat.

2 Affertio mulieris, vel pueri dicentium fe ftupratos non probat contra imputatum, nec facit inditium ad torturam, Boer. *decif.* 299. *num.* 6. Guazz. *ad def.* 4. *cap.* 6. *num.* 14. Intellige nifi concurrant alia adminicula, nam his concurrentibus, faceret inditium ad torturam, maximè purgata macula cum levi tortura, vide in §. *Mulier*, *&* §. *Sodomia*, & dixi in mea Pract. §. *Stupro num.* 25. *&* §. *Sodomia* *n.* 18. & alibi, adde Spe rel. *decif.* 38. *nu.* 7. *& feqq.* Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 86. *num.* 56. *&c.* *& lib.* 2. *cap.* 86. *nu.* 67. *&c.* Sanfelic. *decif.* 382. *cum plena Addit.* ubi plura an, & quando focius criminis faciat indicium, & quale contra focios, & dixi in §. *Societas.* Mattheu Sanz. *de re criminal. controv.* 52. *à num.* 5.

3 Afferens fe militem, Doctorem, Equitem, Notarium, vel fimilem, cùm verè non fit, & exercens actus hujufmodi nomini, & dignitati competentes tenetur pœna falfi, quæ de jure communi eft deportatio; cujus loco hodie de confuetudine fucceffit pœna arbitraria, ut triremium, vel fimilis, Petr. Cabal. *refol. crim. caf.* 176. *per tot. vide §. Doctor n.* 16. Ricc. *Collect.* 2368.

4 Affertio Papæ, vel alterius Principis de facto proprio plenè probat, & qualiter; quid in affertione Cardinalis, & fimilium, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 216. *& feqq. ad* 257. *fol.* 281. cum aliis per eum citatis, latè Mafcard. *de probat. concl.* 139. 140. *&* 141. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 39. *n.* 8. *& feqq. per tot. vide in §. Probatio*, Rot. *part.* 6. *recent. decif.* 81. *num.* 33. *& decif.* 344. *nu.* 2. *&c.* ubi quòd maximè in antiquis procedit, Garzia Millin. *decif.* 149. *& decif.* 426. uni qualiter probet etiam in parte concernente factum alienum, Rot. per Farinac. *decif.* 522. *num.* 3. ubi quòd affertio Papæ in beneficialibus, in quibus latiffimam habet poteftatem, quando eft facta motu proprio, & ex certa fcientia, probat etiam de facto alieno, Seraph. *decif.* 1016. Caphar. *quæft.* 50. *num.* 5. *& feqq.* Francif. de Angelis *d. tract. lib.* 2. *quæft.* 70. ubi tamen quòd non credatur affertioni etiam Imperatoris, vel cujuflibet alterius Principis de læfa fua majeftate, nifi aliter conftet: quando ftandum fit, vel non affertioni Principis, latè Caftill. *de Tertiis controv.* 6. *per tot.* De Luc. *De feud. difc.* 5. *num.* 19. *&* 104. *n.* 14. *De Præem. difc.* 24. *n.* 8. Anfald. *decif.* 26. *n.* 12. Tartagli *de refer. ftatut. art.* 31. *num.* 5. Et quod affertioni foli Cardinalis non credatur Penia *decif.* 220. *num.* 5. & de affertione Cardinalium & aliorum magnorum Principum vide Rot. poft Zuff. *decif.* 16. *nu.* 13. & affertio Papæ non probat refervationem, quando emanavit ab Anteceffore, fecus fi ipfe atteftatur de facto proprio, & de actu coram fe gefto Otthobon. *decif.* 122. *n.* 4. *&* 5.

Quòd affertioni Papæ, Principis, & fimilium fit plenè credendum, etiam in concernentibus proprium commodum, veluti de neceffitate imponendi donariva, & hujufmodi onera fubditis, latè Sanfelic. *decif.* 396. *per tot. cum Addit.* ubi alia plura de poteftate, & juftitia Principum, qui femper præfumuntur cogitare jufta, & digna, cùm fint Miniftri Dei, & eorum corda ftent in manu Dei. Emerix. jun. *decif.* 317. *n.* 9.

5 Affertio alicujus in his quæ pendent ab animo illius, regulariter probatur juramento, vel aliis præfumptionibus, & conjecturis, cùm animus foli Deo cordium fcrutatori notus fit, & directè probari non poffit, vide Menoch. *de arbitr. caf.* 286. *n.* 5. *&c.* Farinac. *in fragm. verb. Affertio num.* 245. Card Tufch. *verb. Animus concl.* 336. *per tot.* cum aliis per Pac. Jordan. *dict. tit.* 17. *num.* 289. *& feqq. fol.* 285. Farinac. *quæft.* 8. *n.* 113. *& feqq.* ubi quòd fallit quando agitur de gravi præjudicio, nifi fimul aliæ concurrant conjecturæ. Carpzov. *in prax. part.* 3. *quæft.* 97. *n.* 8. Rot. coram Celf. *decif.* 394. *n.* 15.

6 Affertio alterius contrahentium non alterat naturam contractus, Rot. *part.* 6. *recent. decif.* 14. *n.* 40. *vide in §. Contractus num.* 21.

Non etiam probat merita donatarii, fed aliundè funt juftificanda ad fuftinendam donationem aliàs prohibitam, & alia, Rot. *part.* 6. *recent. decif.* 363. *num.* 8. *& decif.* 258. *n.* 7. *& per tot.* vide Mafcard. *de probat. concl.* 391. *& dixi in §. Donatio num.* 25. *&c.* *&* §. *Merita num.* 1. Gamm. *decif. Lufit.* 223. 226. *&* 236.

Affertio meritorum quando fufficiat Altimar. *de nullit. rub.* 1. *q.* 1. *fect.* 3. *n.* 169. *tom.* 3., & quod affertioni donantis ftetur, dummodo hæc fubfiftere poffit Penia *decif.* 737. *n.* 5., fed affertio donantis, & donatarii emiffa poft plures annos, & poft Jus quæfitum Donataris ex donatione pura, & fimplici non præjudicat, nec fuffragatur Rot. coram Caprara *decif.* 582. *n.* 3. *part.* 2.

Statur tamen affertioni Decurionum etiam non probatis meritis, Roland. *conf.* 22. *n.* 8. *lib.* 1. Jofeph. Lud. *decif. Peruf.* 3. *num.* 9.

Item ftante juramento promifforio, etiam non probatis meritis, fuftinetur donatio, & recipit robur non à meritis, fed à juramento, Rot. per Farinac. *decif.* 346. *num.* 5. *& per tot.* ubi de donatione facta à patre uni ex filiis, quæ confirmatur juramento, ut dixi in §. *Donatio num.*

Affertio donantis juspatronatum, quòd hoc faciat, vel fecerit cum confenfu ordinarii, probat dictum confenfum, etiam inter perfonas prohibitas, fi alia adminicula veritatis concurrant, Tiraquell. *in l. fi unquam verb. donatione largitus num.* 102. *C. de revoc. donat.* Achil. *decif.* 1. *de conceff.* Coccin. *decif.* 453. *n.* 3. *& decif.* 452. *num.* 3. ubi quòd etiam affertioni in fui favorem creditur, concurrentibus conjecturis, & verifimilitudine. 7

Quòd affertio Epifcopi, ficut & Papæ probat jufpatronatum, maximè in antiquis, Pur. *decif.* 172. *lib.* 1. *& decif.* 249. *lib.* 2. Achill. *de jurepatr. decif.* 2. Rot. per Farinac. *decif.* 542. alia vide in §. *Jufpatronatus*, Celf. *decif.* 193. *nu.* 8., & affertio Epifcopi emiffa abfente patrono, ei non præjudicat, & fi eft erroneè facta non præjudicat exiftentiæ Jurifpatronatus, Caprar. *decif.* 306. *n.* 9., Et ftatus præfentationis remanet probatus ex affertione Ordinarii emiffa in fententia Inftitutionis, maximè ftante fubfecuta præfentatione, & Inftitutione Dominus meus Advocatus Pitonius *de Jurepatronatus alleg.* 58. *n.* 12. *et* 13. *tom.* 2., & affertioni Prælati non creditur circa folemnitatem & caufam idem Dominus Advocatus Pitonius *loc. cit. alleg.* 70. *fub n.* 14. *verf. quanvis tom.* 2.

Affertio Notariorum in teftamentis de fana mente teftatoris, an fanam mentem probet, vide latè Petr. Royz. Maur. *decif. Lituan.* 2. *per tot.* & dixi in §. *Teftamentum n.* 20. Boer. *decif.* 23. *num.* 73. *&* 74. Vide Rot. poft Zuff. *de legitimatione Proceffus Criminalis decif.* 65. *n.* 6. & affertioni Notarii ftandum effe in his, quæ ad ejus munus pertinent donèc contrarium probetur, dixit Rot. penes Penia *decif.* 459. *n.* 2. 8

Affertioni partium non eft ftandum in prohibitis, ne fit in illarum poteftate licitum facere quod aliàs illicitum foret, Barr. *in l. fi forte ff. de caftr. pecul.* Jaf. *in l. fi donatione de collat.* Rot. per Farinac. *decif.* 775. *n.* 2. ubi loquitur in cambiis, in quibus plurimùm Chriftianæ Reipublicæ conducit, ne hoc facili modo aperiatur via fraudibus, & ufuris, quæ omni jure funt prohibitæ, vide in §. *Ufura*, Leotard. *de ufur. quæft.* 39. *nu.* 26. *quæft.* 72. *nu.* 10. *quæft.* 74. *n.* 4. ubi etiam ftante matrimonio, licèt multùm dominari judicis arbitrium afferat De Luc. *de donat. difc.* 31. *n.* 13. de Paroch. *difc.* 35. *n.* 6. *de Benef. difc.* 45. *nu.* 6. Emerix fenior *decif.* 174. *n.* 10. Celf. *decif.* 332. *n.* 7. *decif.* 352. *n.* 9. *decif.* 379. *n.* 6. *& decif.* 402. *n.* 5. 9

Affertioni de facto proprio ad fui damnum, & commodum alterius omninò ftandum eft, Caftr. *in l. quicumque in fine C. de ferv. fug.* Marfil. *fing.* 114. Alex. *conf.* 197. *num* 3. *lib.* 7. Rot. per Farinac. *decif.* 561. *n.* 2. *vide in §. Confeffio & §. Teftis.* 10

Affertioni Judicis, vel Notarii de actis coram fe geftis regulariter non creditur, nifi aliunde de illis appareat, ut latè declarat Mafcard. *de probat. conclus.* 35. *& conclus.* 142. *&* 143. vide in §. *Judex*, §. *Notarius*, *&* §. *Sententia nu.* 7. Vide Pen. *decif.* 127. *n.* 3. Celf. *decif.* 200. *n.* 10. Caprara *decif.* 309. *nu.* 2. Et affertio Judicis in fententia dicentis fibi conftare de Jurepatronatus cum aliis adminiculis probat illud Pen. *decif.* 129. *n.* 3. 11

Affer-

Assertioni Notaril de commissione sibi facta examinandi testes non esse eredendum, prout nec assertioni quòd talis vendiderit tanquam procurator alterius, quia non ob id probatur mandatum, licèt Notarius dicat vidisse, decisum refert Thoro Compend. *decis. Neap. part. 1. verb. Assertio, vide in §. Mandatum num. 2. & §. Notarius.*

Non etiam creditur assertioni judicis, vel arbitri dicentis etiam in articulo mortis iniquam se tulisse sententiam in præjudicium ejus, ad cujus favorem est lata, nec etiam corruptoris nominati, sed benè in præjudicium ipsius judicis, & quandoque etiam aliorum, si aliundè concurrant conjecturæ, ad tradita per Farinac. *quæst. 46. num. 76. & seqq. ad 92.*

12 Assertio procuratoris contra dominum, non probat, nisi constet de speciali mandato, nec assertio venditoris post venditionem præjudicat emptori, Thomat. *decis. 127. nu. 33. &c.* ubi etiam quod nec assertio famuli probat pro domino contra tertium.

13 Assertio testatoris etiam jurata non excludit usuram, nec nocet hæredibus usuras repetentibus, Leotard. *de usur. quæst. 76. num. 41.* Dec. *cons. 116. num. 6. & 7.*

14 Asserenti, Notarium scripsisse aliter quàm fuerit dictum, non creditur, sed durioribus probationibus, adstringitur, Mascard. *de probat. conclus.* 1098. Menoch. *de arbitr. cas.* 105. *& de præsumpt. lib. 2. præsumpt.* 79. Farinac. *quæst. 156. part. 4. num. 142. & seqq.* Gait. *de credit. cap. 3. tit. 1. n. 289. &c. vide in §. Notarius num.* 26. §. *Testis num.* 64. Guaz. *def. 28. cap. 15.* Franc. de Angel. *in tract. de confes. lib. 2. quæst. 47. n. 7.*

15 Asserenti se scripsisse, vel subscripsisse apocham de ordine, & mandato alterius, non videtur credendum, ubi aliter non constat de dicto ordine, & mandato. Sed tamen si dictæ apochæ de ordine alterius scriptæ, vel subscriptæ addantur testes, qui illam recognoscant, probant omnia in ea contenta, & sic etiam dictum ordinem, & mandatum, de quo asseritur per scribentem nomine alterius in ipsa apocha, licèt dicti testes de eo expressam mentionem non faciant, ad latè tradita per Galt. *de credit. cap. 2. tit. 8. num. 2791. & seqq. 2849. & seqq. & 3222.* Scacc. *de judit. cap. 11. nu. 934. & num. 1103. vide in §. Scriptura nu. 12.* ubi plura, & plures allegavi, & in Pract. §. *Scritture num. 58. & 19.*

16 Assertioni alterius quando standum sit, vel non latè Laurent. Ursel. *conclus. 135. per totum*, Narbon. *l. 60. glos. unic. num. 66. & seqq. tit. 4. lib. 2.* Recopil. & alii citati per Com. August. Fontan. *in sua Bibliothec. leg. part 4. verb. Assertio fol. mihi* 136. aliqua Jacob. Balduc. *in observat. ad* Roman. *consil.* 22. & alibi, ut in Indice *verb. Assertio.*

17 Assertioni primæ est standum, licèt secunda fuerit jurata, ut benè declarat Chartar. *decis. 59. n. 86.*

18 Assertio falsa num doli præsumptionem inducat Altimar. *de Nullitat. rubr. 1. quæst. 11. n. 125. tom. 3.*

19 Assertio erronea, seu confessio non præjudicat, maximè ad alium effectum Balduc. *de Dot. tit. 4. decis. 26. n. 9.* Pen. *decis. 215. n. 12. & decis. 239. n. 7.*, Assertio erronea, & talis ostensa non præjudicat, præcipuè in petitorio Mantiss. ad ornat. Card. de Luc. *decis. 9. n. 53. libr. 4. vol. 3.*, Et assertio Notarii dum erronea detegitur, non attenditur Rot. coram Ottbob. *decis. 570. n. 24.*

20 Assertio partium Tertio non nocet Rot. apud Pen. *decis. 400. n. 6.* & apud Caprar. *decis. 514. num. 7. part. 2.*

21 Et assertioni hæredis non statur circa valorem rerum hæreditariarum in præjuditium Creditorum Caprar. *decis. 549. n. 10. part. 2.*

Nec standum est quoad Justificationem debitorum testatoris idem Caprar. *decis. 606. n. 1. p. 2.*

22 Assertioni partis circa quantitatem fructuum perceptorum non est deferendum Caprar. *decis. 514. num. 6. part. 2.*

23 Assertioni testatoris in Testamento emissæ se esse unicum fundatorem, deferendum est Caprar. *decis. 695. n. 2. part. 2.*

24 Assertiones quod bona sunt libera, & nulli fideicommisso subjecta non excludunt inexistentiam fideicommissi, & præsumuntur emissæ ad aliciendos Emptores, qui aliàs suas pecunias non credidissent, si fuissent edocti de vinculo fideicommissi Caprar. *decis. 579. n. 19. part. 2.*

Assertio jurata Filiosamilias se vivere seorsum *a Patre* quando non sufficiat pro validitate obligationis Otthobon. *decis. 16. n. 5. 6. & 13.* 25

Parentum assertio emanata in Instrumento Matrimonii, in quo fatentur talem filium prius procreasse, filiationem probat, maximè dum assertio parentum, & fides Baptismi in ætate Filii conveniunt Otthob. *decis. 251. n. 3. & 4.* 26

Assertioni Episcopi in materia dismembrationis non statur, cum ea sit aliunde justificanda Rot. *decis. 516. n. 2. part. 1. & decis. 597. nu. 2. part. 4. divers.* Otthob. *decis. 6. n. 13.* 27

Assertioni Fideicommissarii, quod solverit debita Fideicommitentis, non statur, sed tenetur solutionem aliundè justificare, dum prætendit bonorum retentionem Ottbobon. *decis. 28. n. 30.* 28

Assertio mulieris super non existentia proximiorum est attendenda De Luca *de alienat. disc. 32. num. 15. & seqq.* ubi declaratur. 29

Assertio minoris dicentis se majorem an operetur validam illius obligationem sine solemnitatibus, & an contra illum ita asserentem competat actio doli, & in dubio, an talis assertio dolo, vel errori sit referenda De Luc. *de Alienation. disc. 29. n. 22.* 30

§. ATTENTATA XLVI.

Attentata dicuntur omnis actus sine rationabili causa, lite, appellatione, aut his similibus pendentibus, à judice, sive à parte, sive ab habentibus causam ab illis, in contemptum jurisdictionis, & præjudicium partis factus officio ejus, cujus læsa fuit majestas, in primis, & ante omnia revocandus, prout describit Lancellot. *in suo celeberrimo tract. de attent. in præfat. num. 14.* ubi singula dictæ descriptionis verba declarat, quotuplicia, & quo jure inventa fuerint attentata, de vi, & significatione hujus vocabuli, & alia, quæ summatim recolligit Pac. Jordan. *Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 54. n. 40 &c. fol.* 220. Card. Tusch. *litt. A, concl. 542. & seqq.* Ridolfin. *in prax. par. 2. cap. 15. n. 39. & per tot.* Rot. *part. 9. recent. decis. 196. per tot part 10. dec. 15. & part. 11. decis.* 132: Arismin. Tepat. *variar. sentent. tit. 261. & 262. per tot.* Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 3. sect. 5. num. 2.* 1

Quòd attentata dicantur omnia, & sint nulla quæ fiunt lite pendente, vide *tot. tit. ut lit. pend.* Gratian. *disceptat. 913. num. 28.* Cavaler. *decis. 185. & decis. 186.* dixi *in §. Appellatio, & Inhibitio*, Paul. Christin. *decis. 108. volum. 6.* Riec. *Collect.* 4147. 4227. 277. 5469. & alibi sæpè Rot. *part. 9. recent. decis. 60. per tot.* Rot. *part. 11. recent. decis. 52. per tot.* ubi plura, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 3. Rub. 8. per tot.* Idem Pelegr. *loc. cit.*

Quòd omnis actus contra ordinem superioris, vel Principis gestus non subsistat, & causet attentata, Rot. *part. 9. recent. decis. 90. num. 1. &c.* Lancellot. *de attent. post inhibit. in præfat. num. 49.*

Item stante sequestro si pars adiverit alium judicem pro illius revocatione, committuntur attentata, & purgari debent, Rot. *part. 9. recent. decis. 332. per tot. vol. 2.*

Et quando secus eadem Rot. *part. 10. recent. decis. 15. num. 7. &c.*

Item attentata dicuntur omnia gesta post inhibitionem Rotalem, etiam si nulliter emanaverit, cùm adhuc servari debeat donec fuerit revocata, non obstante consensu partium, cùm post inhibitionem non sit in arbitrio partium consentire in jurisdictionem judicis à quo, in spretum, & præjudicium judicis inhibentis, ad latè tradita per Rot. *part. 10. recent. decis. 52. & 53. per tot.* vide *in §. Inhibitio*, Rot. *d. part. 10. decis. 226. per tot. & decis. 365. et part. 11. decis. 132. et decis. 275. & part. 13. decis. 170. decis. 181. & decis. 410.* Bich. *decis. 491. num* 10. Rot. *part. 17. recent. dec. 257. nu. 2. & 3.* ubi quòd attentata sunt omnia post appellationem commissa, sive judicialiter, sive etiam extrajudicialiter judex processerit, & licèt appellatio fuerit tantùm extrajudicialis, & multò magis post præsentatam inhibitionem. Crescin. ad Abeccles. *obser. forens. part. 1. obs. 35.*

Attentatorum materia ad tria capita reducitur nempè per quas personas committantur, de quibus rebus, & sic 2

quan-

quando, & quibus modis incurrantur, ac denique qualiter commissa revocentur.

Respectu itaque personarum committuntur attentata vel à parte, sub cujus nomine venit etiam quandoque procurator maximè cum speciali mandato, vel à Judice, vel à tertio, quod quidem respectu tertii multas recipit declarationes quas, & alia prædicta latè prosequitur Lancell. cum aliis ab eo citatis *d. tract. part.* 1. *cap.* 1. 2. *&* 3. *per tot.* & epilogat Pac. Jordan. *d. tit.* 14. *n.* 43. *& seqq. ad* 64. *fol.* 250.

3 Attentata multis modis committuntur, nempè si alterutra pars pendente lite ingrediatur, & appropriet sibi possessionem rei controversæ, nisi tamen priùs possideret, quia continuans regulariter non dicitur attentare, vel si in alium eam transferat etiam per viam permutationis, vel rem litigiosam alienet, vel si pariter lite pendente patronus præsentet ad beneficium, vel ordinarius instituat, vel præsentatus possessionem capiat, vel impetretur rescriptum non facta mentione litis; & in summa traditur regula generalis, quòd lite pendente nihil sit innovandum, & idem est regulariter accusatione, vel inquisitione pendente, item pendente judicis recusatione, dilatione, relatione, consilio sapientis, avocatione causæ, termino ad appellandum, appellatione, tempore ad petendum apostolos, restitutione in integrum, compromisso, reductione ad arbitrium boni viri, nullitate, recursu, seu revisione, nam his, vel aliquo ex prædictis pendentibus, nihil potest regulariter innovari quin dicatur attentatum, & tanquam tale sit ante omnia purgandum, & revocandum, & eo magis si contingat post inhibitionem, prout omnia latissimè ampliando, & limitando declarat Lancell. *d. tract. par.* 2. *per tot.* & summatim colligit Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 14. *num.* 64. *& seqq. ad* 170. *fol.* 221. *& seqq.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 466.

Qualiter, & quando dicantur committi attentata etiam à tertio, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 251. *per tot.* Emerix jun. *decis.* 172. & vide Penia *decis.* 896. *num.* 5. *&* 8.

Quòd omnia acta intra decem dies ad appellandum, quando sententia est appellabilis, sint nulla, & attentata, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 145. *num.* 1. *&c.* ac alibi sæpè, *& part.* 10. *decis.* 20. *per tot. & decis.* 365. *per tot. part.* 12. *dec.* 163. *n.* 1. *& seqq. & dec.* 205. Rot. *coram* Duran. *dec.* 96. *n.* 1. Penia *decis.* 896. *n.* 4. *& decis.* 893. *n.* 5. *& decis.* 1336. *num.* 1. Emerix jun. *decis.* 1244. *n.* 1. Abecclef., & Crescin. *obser.* 36. *part. pr.*

Quòd committantur attentata per vim de facto illatam possidenti vigore mandati Rotalis personaliter intimati, ac per recursum habitum ad judicem inferiorem, cujus partes sunt parere, & non discutere auctoritatem Superioris, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 75. *num.* 1. *&c.* quæ posteà fuit revocata eadem *part.* 13. *decis.* 197. quia agebatur de recursu per modum protestationis, qui non causat attentata, & per non prosecutionem videtur renunciatus, & magis stante expressa renunciatione.

4 Attentata duplici modo principaliter possunt revocari, nempè per viam directæ petitionis, vel judicii ordinarii, & per officium judicis, ita ut sub istis comprehendantur etiam alii modi, quos latè prosequitur declarando Lancell. *de attent. part.* 3. *cap.* 21. *per tot.* Vestr. *in prax. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 12. *&c.* Pac. Jordan. *d. tit.* 14. *num.* 170. *& seqq. fol.* 229. *ubi etiam n.* 74. post nonnullas limitationes, in quibus pars non potest petere attentatorum revocationem, probat posse judicem suo mero officio nobili in pœnam attentantis ipsa attentata revocare etiam parte non petente, ex Lancellot. *loc. cit. cap.* 22. *in fine*, cui adde Gregor. *decis.* 35. *nu.* 7. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 251. *in fine*, *& decis.* 353. *per tot. d. part.* 9. *& part.* 10. *decis.* 256. *num.* 7. Capataq. *decis.* 134. *lib.* 1. Pellegrin *in praxi Vicar. par.* 3. *section.* 7. *n.* 14. vide Penia *decis.* 1184. *num.* 9.

Et de revocatione attentatorum ex officio judicis parte non opponente, Caval. *dec.* 175. *n.* 3. Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 15. *n.* 81. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 355. ubi quòd quando de istis constat sunt omninò revocanda, & coercendus judex, qui post inhibitionem illa commisit, *& part.* 13. *decis.* 170. *& decis.* 181. *n.* 11. ubi etiam si partes in jurisdictionem consenserint, Bich. *decis.* 385. *num.* 53. Rot. *par.* 18. *recent. decis.* 634. ubi quòd etiam parte non instante possunt ex officio judicis purgari, & pro illorum purgatione non solùm removeri debent impedimenta, sed etiam damna, expensæ, & interesse persolvi *vide* De Luc. *de Judic. disc.* 18. *n.* 39. Crescin. ad Abecclef. *observ.* 36. *n.* 3. *part. pr.*

In judicio revocationis attentatorum admittuntur multa specialia, nam in eis proceditur sine ordine judiciario, summariè, de plano, & non servatis solitis terminis. Quando tamen revocantur ad partis instantiam est regulariter necessaria citatio partis, & causæ cognitio, nisi ageretur de notoria intrusione, & sunt probanda ipsa attentata, & his permissis idem judex, cujus majestatis læsa fuit in attentando, illa revocat, an autem hujusmodi revocatio censeatur sententia definitiva, vel interlocutoria, quid hoc importet, an ab illa detur appellatio, & alia plurima cumulatissimè tradit Lancell. *d. tract. part.* 3. *cap.* 25. 26. 27. *&* 28. *per tot.* Ridolfin. *d. cap.* 15. *nu.* 81. *& seqq. per tot.* ubi de praxi Romanæ Curiæ, Christin. *decis.* 40. *vol.* 5. Pac. Jordan. *d. tit.* 14. *num.* 188. *&c. fol.* 232. cum aliis per eos citatis, ubi etiam an contra hujusmodi sententiam possit dici de notoria injustitia, vel restitutio in integrum peti. Pellegrin *in praxi Vicar. part.* 3 *Section.* 5. *à n.* 15.

Per quem judicem possint attentata revocari, Tusch. *litt. A. conclus.* 544. *& seqq.* Ridolfin. *in prax. part.* 2. *cap.* 15. *n.* 61. *& seqq.* ubi etiam in principio ponit formulas actorum in hujusmodi revocatione faciendorum. De Luc. *de Judic. disc.* 18. *n.* 65. Pellegrin. *loc. cit. n.* 12. Pen. *dec* 1324. *n.* 6. *&* 7.

5 Attentata possunt regulariter peti, revocari à quocunque illa passo propter suum interesse, quandocunque intra tempora legitimæ præscriptionis, & in qualibet parte judicii, nisi notoriè constet de non jure petentis, quando sumus in beneficialibus, quicquid alii secus teneant in profanis, & sic contra petentem hujusmodi revocationem potest in beneficialibus opponi de notorio jure suo, de non legitimatione personæ, & sic quod non sit talis, qualem se facit, de desertione, vel renunciatione appellationis, sive litis, & similes adduci exceptiones, quas usque ad 31. post declarationem prædictorum, latè prosequitur Lancellot. *d. tract. part.* 3. *cap.* 22. 23. 24. *per tot.* & nonnullas colligit Pac. Jordan. *d. tit.* 14. *n.* 171. *& seqq. fol.* 230. cum pluribus aliis per eos allegatis.

Sed quòd etiam in profanis agenti ad revocationem attentatorum obstet exceptio notorii non juris sui, tenent alii, & in omnem casum posse revocari ex judicis officio, cujus læsa fuit majestas, non tamen per hoc restitui possessionem ipsi agenti, de cujus non jure notoriè constat, vide Afflict. *decis.* 98. *n.* 6. *& decis.* 352. *n.* 4. *&* 5. latiùs declarat Lancell. *d. cap.* 24. *quæst.* 1. *limit.* 1. *per tot.* Rot. *part.* 3. *diverf. decis.* 32. *lib.* 1. quæ loquitur etiam in profanis *infr. nu.* 10. Tusch. *lit. A. concl.* 546. *& seqq.* Merlin. *decis.* 171. *num.* 1. ubi quòd licèt Rota rejiciat attentata, quando constet de bono jure, debet intelligi si de tali bono jure constet plenè, & concludenter per partis confessionem, vel per rem judicatam, idem Merlin. *decis.* 224. *& decis.* 320. *dec.* 352. *decis.* 752. *n.* 5.

6 Attentata quatuor modis purgantur, nempè vel à parte attentante, legitimè cedendo liti in judicio cum restitutione fructuum, & expensarum, Butatt. *decis.* 356. *n.* 6. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 196. *num.* 10. *&c.* vel à parte, quæ passa fuit attentata renunciando liti, vel appellationi, vel ipsis attentatis expressè, vel tacitè, data illorum scientia, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 399. *n.* 5. ubi quòd non excipiendo inducitur renunciatio attentatorum in eadem causa; vel à judice per sententiam debitè executam tam quoad principale, quàm quoad expensas, fructus, damna, & interesse; vel per principem impediendo ne actus, qui aliàs de sui natura diceretur attentatus transeat in attentatum; vel confirmando actum, qui prætenderetur attentatus, sicuti latè probat Lancellot. *de attent. part.* 3. *cap.* 29. *per tot.* & summatim Pac. Jordan. *d. tit.* 14. *n.* 202. *& seqq. fol.* 233. Coccin. *decis.* 371. cum aliis per eos citatis *infr. num.* 17. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 15. *n.* 65. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 487. ubi de damnis, & interesse reficiendis si sint legiti-

gitimè probata, Ludovif. decif. 486. Rot. part. 16. recent. decif. 232. ubi an, & quando sufficiat renunciatio verbalis, vel admittatur etiam depositum unius Julii cum obligatione solvendi residuum, an possit fieri per procuratorem, & alia ad rem. Et an admittatur depositum unius Julii cum obligatione solvendi residuum Penia decif. 225. n. 4. 5. 6. & decif. 251. nu. 6. ubi Crescin latè utrobique in additionibus.

Quòd pro totali purgatione attentatorum detur mandatum de manutenendo quoad futura, & de restituendo fructus respectu præteriti, & sic in hoc judicio possit cumulari remedium retinendæ cum remedio recuperandæ, Rot. part. 16. recent. decif. 255. Rot. coram Celf. decif. 27. num. 2. & seqq. Crescin. ad Pen. d. decif. 251.

Quando purgatio attentatorum dicatur legitimè facta per restitutionem in pristinum, ad hoc ut possit in causa procedi, Rot. part. 9. recent. decif. 71. per tot. Crescin. ad Pen. dicta decif. 225. & 251.

Quòd pro purgatione attentatorum sit restituenda non solùm possessio, sed etiam fructus, & distributiones quotidianæ, Rot. par. 10. recent. decif. 247. per tot. De Luc. de Judic. disc. 18. num. 5. Crescin. d. dec. 225. & Vide Caprar. decif. 717. n. 6. part. 2.

Quòd debeat dari manutentio primo possessori quando possessio adversarii posterior declaratur attentata, utpotè capta intra tempus ad appellandum, Rot. part. 21. recent. decif. 251. per tot.

Quomodo autem sit facienda liquidatio fructuum attentatè perceptorum, per quem, & ex quibus justificata dicatur, Rot. part. 11. recent. decif. 327. per tot. part. 12. decif. 60. nu. 16. &c. part. 13. decif. 131. per tot. ubi qualiter attentans possit excusari à restitutione fructuum non perceptorum, & qui percipi potuerunt, & alia circa liquidationem illorum concludenter faciendam, & repositionem rei in pristinum statum, part. 14. decif 400. ubi quando expensæ maximè extrajudiciales non sint reficiendæ. vide De Luc. de Judic. disc. 18. Crescin. ad Pen. decif. 225. & ad Abecedes. obser. forens. part. pr. obser. 36. n. 4.

7 Attentata ex proprietate vocabuli, & re ipsa sapiunt delictum, nam eo ipso quòd quis attentat, jus, judicem, & partem offendit, ac ideò diversis pœnis attentantes puniuntur à lege, nempè nullitate actus, reductione ad pristinum statum unà cum omnibus damnis, expensis, & interesse, spoliati non sunt restituendi, non præscribunt, non appellant, incurrunt pœnas in inhibitione expressas, etiam si sit Judex qui attentet, nam & ipse tenetur, ac alias plures, quas latè usque ad 26. enumerant, & declarant Lancellot. d. tract. part. 3. cap. 31. & ult. per tot. Pac. Jordan. loc. supr. cit. n. 223. & seqq. per tot. fol. 237. ubi etiam inserit formulam sententiæ revocationis attentatorum, quam sumpsit à Lancellot. d. tract. cap. 28. in fine, Rot. part. 9. recent. dec. 355. per tot. Leonell. decif. Ferr. 75. & decif. 152. ubi qualiter sint purganda usque ad obulum, Thomat. decif. 166. ubi actualiter, & non verbaliter, cum refectione omnium expensarum, nec sufficit depositum unius julii.

8 Attentata non committuntur ex captura emanata propter supervenientem suspicionem fugæ, Duen. reg. 42. limit. 9. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. n. 209. Gratian. discept. forens. cap. 906. num. 22. Leoncil. dec. Ferr. 48. nu. 10.

Nec per hæredem universalem capiendo possessionem bonorum defuncti, ad effectum continuandi in jure ipsius defuncti etiam lite pendente, Rot. part. 6. recent. decif. 73. nu. 3. & seqq. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. lim. pr. n. 17.

9 Attentata committuntur stante diversitate causarum, si quid fiat in una, & non in alia, à qua sit appellatum, & ex quibus hujusmodi diversitas causarum cognoscatur, Grat. disceptat. forens. cap. 914. num. 29. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 14. num. 89. fol. 213. Lancell. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 2. per tot. ubi latè, & dixi in §. Inhibitio n.... Merlin. decif. 51. num. 5. &c. & decif. 81. per tot. & dec. 91. dec. 334. Rot. part. 9. recent. dec. 364. n. 5. & seqq. Burat. decif. 644. nu. 5. Gregor. decif. 345. nu. 1. cum Addit. Rot. part. 10. recent. decif. 15. n. 52. & seqq. & decif. 20. per tot. decif. 34. nu. 13. &c. & part. 11. decif. 123. nu. 22. & part. 14. decif. 324. Rot. part. 15. recent. decif. 192. ubi plura ad excludendam diversitatem rei, actionis, & personarum, & inducendam identitatem rei, personarum, & connexitatem causarum, qua stante non sufficit diversitas actionis ad evitànda attentata, & part. 16. decif. 8. & decif. 103. & part. 18. decif. 600. ubi ad conclusionem attentatorum, etiam deficiento uno ex dictis requisitis. Vide Emerix senior. decif. 165. n. 3. Celf. decif. 82. n. 7. & dec. 209. n. 5. Caprar. decif. 483. nu. 3. decif. 753. nu. 2. & decif. 525. n. 2.

Quòd diversitas causarum inducatur ex mutatione rei, actionis, vel personarum, ita ut sufficiat unam ex istis adesse, Gratian. d. cap. 914. num. 31. Rot. d. decif. 364. part. 9. recent. num. 5. & seqq. & part. 10. decif. 20. n. 26. &c. ubi quòd non sufficit diversa actio, quando adest identitas personarum, & rerum, & agitur coram alio judice, vide Rot. d. part. 10. recent. decif. 365. nu. 16. & seqq. per tot. & part. 12. decif. 79. nu. 5. & seqq. part. 13. decif. 181. n. 5. &c. ubi quòd diversitas personarum non sufficit ad evitandum attentata, quando lis nomine officii erat instituta, cum in eodem statu, & terminis ad successores in officio transeat, & per illos quoque attentata committantur, Burat. decif. 644., & decif. 146., ubi Add. Celf. decif. 209. n. 3.

Attentata nunquam committuntur quando constet de bono jure illius, qui prætenditur attentasse post inhibitionem, nam etiamsi non fuerit revocata inhibitio sufficit quòd de jure esset revocanda, vide Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 20. limit. 2. nu. 8. & seqq. Rot. part. 3. divers. decif. 92. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 960. n. 14. supra n. 5. Peregrin. decif. 98. n. 10. &c. Rot. part. 6. recent. decif. 284. n. 7. &c. ubi declarat procedere, quando adeò notoriè constat de bono jure attentantis, & de malo adversarii, ut nullo prorsus velamine offuscari possit, aliàs autem secus si indigeat discussione, Rot. par. 17. recent. decif. 64. n. 42. ubi non habentur in consideratione attentata, si constet de bono jure attentantis. Caprar. decif. 194. n. 2. part. 1. Mantissa ad Ornatum Card. De Luc. decif. pr. nu. 11. decif. 2. 16. lib. 3. vol. 1. & decif. 12. n. 9. lib. 5. volum. 4. 10

Quòd non committantur post appellationem nulliter, & indebitè interpositam, etiamsi à judice fuerit admissa, quia sufficit quòd non debuerit admitti, nec ideò sint revocanda, cap. non solum ubi glos. in 3. not. de appell. in 6. Lancellot. de attent cap. 12. limit. 53. num. 1. & seqq. & n. 58. & 59. Merlin. decif. 42. n. 1. &c. Peregrin. decif. 98. per tot. vide tamen in §. inhibitio n. 6. & 8. & §. Appellatio n. 14. in fine.

Attentata non committuntur si actus gesti sint continuativi status, & possessionis agentis, sive attentantis, quia juris executio non continet injuriam, cap. 1. ubi Abb. & alii, ut lit. pend. Merlin. decif. 10. num. 1. & num. 21. & decif. 51. num. 3. decif. 334. num. 2. decif. 852. num. 9. Rot. part. 14. recent. decif. 75. per tot. & decif. 174. num. 4. etc. ubi intelligit quando quis continuat eo modo, quo prius possidebat; secus autem si diversimodè utatur possessione, vel si præcedat inhibitio, Lancellot. de attent. post inhibit. cap. 20. limit. 9. & alibi sæpè Post. observat. 106. num. 16. Pontirol. inter Consult. Urceol. cap. 30 n. 64. Pac. Jordan. lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 14. num. 88. fol. 123. Cardin. Tusch. litt. I, concl. 140. vide in §. Inhibitio n. 11. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 15. nu. 57. quia qui continuat, non attentat, ex regula universali, quam tamen quatuor modis limitat, & declarat, vide Rot. part. 9. recent. decif. 332. num. 21. & seqq. ubi quòd dicta regula intelligitur stante possessione valida, & non procedit si factum fuerit sequestrum, & part. 10. decif 20. per tot. ubi an, & quando quis dicatur continuare, vel non, ad effectum excusandi attentata, & alia, Burrat. decif. 859. in fine. Ansald. decif. 72. num. 21. Rot. recent. part. 19. decif. 466. n. 60. tom. 2. 11

Quòd continuans nunquam dicatur attentare, Rot. part. 18. recent. dec. 600. num. 5. De Luc. de judic. disc. 18. n. 62. Penia d. cif. 1683. n. 4. & decif. 1653. Ansald. decif. 87. n. 20. Bertachin. vot. 88. n. 20.

Non tamen procedit continuatio si prima possessio sit improba, Bich. decif. 418. num. 3.

Quòd

Quod non obſtante inhibitione generali non dicantur attentata illa, quæ fiunt conſecutivè ad actum geſtum ante litem, quia dicta inhibitio generalis continuationem non impedit, Bich. decis. 331. n. 19. & ſeqq. vide in §. Inhibitio n. 11.

De regula, qui continuat non attentat, Bich. decis. 418. num. 4. & decis. 582. num. 3. Rot part. 16. recent. decis. 187. num. 5. & ſeqq. & part. 17. decis. 222. Penia decis. 1683. & 1653. Bertachin. vot. 88. n. 20. Emerix jun. decis. 274. n. 2. decis. 577. n. 1. decis. 1297. n. 2. decis. 1280. n. 1. & 2. Episc. Rocc. cap. 169. lib. 2.

Licèt attentata regulariter non dicantur illa, quæ facta fuerunt conſecutivè ad actum geſtum ante litem, tamen ſecus eſſe, quando interceſſit inhibitio ſpecialis, quia ſive juſta ſive injuſta eſt timenda, vide Rot. part. 10. recent. decis. 178. per tot. & part. 14. decis. 174.

Regula, qui continuat, non attentat, debet intelligi de continuatione per viam privatæ facultatis, ſecus ſi per viam judicialem, quia tunc prætextus continuationis non excuſat ab attentatis, ut declarat Rot. part. 4. recent. decis. 342. num. 5. et part. 10. decis. 298. nu. 26. Poſt. de manuten. obſerv. 1. num. 91. Rot. d. par. 10. decis. 365. num. 4. & ſeqq. per tot. p. 14. decis. 432. Emerix jun. dec. 1280. n. 3. decis. 577. num. 4. et decis. 646. per tot. Bertachin. vot. 88. num. 21. Mantiſſa ad Card. De Luca decis. 2. n. 2. lib. 16. vol. 2.

Non etiam excuſat ubi lis pendet ſuper ipſo articulo continuationis, quia tunc ne lis cluſoria reddatur continuare non licet, Rot. par. 11. recent. decis. 132. n. 8. etc. ubi plures allegat, & alia quando poſſint excuſari attentata, vel non, et decis. 246. per tot. Duran. decis. 191. num. 6. decis. 240. num. 3. Coccin. decis. 252. 365. 380. 399. et 418. Rot. part. 14. decis. 432. Emerix jun. decis. 590. n. 2. et decis. 1297. nu. 4. Anſald. decis. 87. n. 25. Mantiſſa ad De Luca decis. 11. nu. 5. et 6. lib. 15. vol. 3. et decis. 12. n. 6. dicto lib. 15. vol. 3. Episcopus Rocca cap. 169. n. 8. lib. 2.

12 Attentata non dicuntur, nec revocari debent, etiamſi fuerint commiſſa intra decem dies ad appellandum, ſi poſteà appellatio remanſit deſerta, cùm per deſertionem fingatur retrò nunquam fuiſſe appellatum, ut benè probat pluribus exornans Sperel. decis. 85. nu. 5. & ſeqq. per tot. Lancellot. de attent. in præfat. num. 287. & cap. 12. ampliat. 1. num. 8. & limit. 14. per tot. facit quod dixi in §. Res litigioſa, Rot. part. 9. recent. decis. 364. num. 19. ubi tamen loquitur de commiſſis poſt deſertionem, & par. 13. decis. 191. num. 6. & ſeqq. ubi quod requiritur ſententia declaratoria deſertionis, vel malum jus appellantis ex actis apparens, aliàs inſtantia perpetuò durat, & committuntur attentata, etiam poſt 30. annos, & ultrà Surd. conſ. 260. n. 58.

13 Attentata ceſſant ſi vigore novæ proviſionis fuerit capta poſſeſſio, quæ prætenditur attentata, nec etiam committuntur à tertio, qui non ſit in cauſa, nec à Principe, Cavaler. decis. 186. per tot. Lancellot. de attent. part. 3. cap. 29. num. 59. & cap. 30. n. 250. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 14. num. 222. fol. 236. ubi 40. caſus epilogat in quibus ceſſant attentata. Et plures caſus, in quibus non dantur attentata refert Creſcin. in ad Abeccleſ. obſer. 36. n. fin. part. pr.

14 Attentata non poſſunt opponi poſt rem judicatam, vel executionem, vide Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. ampliat. 1. num. 16. & ſeqq. quem ſequitur Cavaler. decis. 17. num. 2. Vide Penia decis. 1411. n. 1. & 2. Pellegrin. in praxi Vicar. part. 3. ſection. 5. n. 26.

Quòd poſſit attentatis renunciari, expreſsè, & tacitè, & ex quibus inducatur hujuſmodi renunciatio, ita ut non ſit amplius agendum de illorum revocatione, & purgatione, Merlin. decis. 863. Rot. part. 6. recent. decis. 102. num. 1. &c. ubi quòd per acquieſcentiam partis, & proceſſum ad ulteriora intelligit attentatis renunciatum Penia decis. 1109. n. 3. & decis. 1412. n. 4.

Et quòd ſicuti ante litem cœptam committuntur attentata, ita nec poſt litem finitam committantur, Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 14. num. 93. fol. 224. Et quod attentata non committantur ante litem cœptam Emerix ſenior decis. 165. n. 2.

Quòd per actus extrajudiciales, ideſt quando non fuit judicialiter proceſſum non committantur attentata, etiamſi poſſeſſio ſit capta poſt appellationem, & quando dicatur extrajudicialiter proceſſum in collatione beneficii, Merlin. decis. 691. Rot. part. 9. recent. decis. 60. per tot. Penia decis. 1075. n. 6. & decis. 1225. n. pariter 6.

Attentata priùs cognoſci debent, antequam cognoſcatur de negotio principali, niſi partes aliter conſentiant, vel niſi aliter videatur judici ex cauſa, Lancellot. d. tract. par. 3. cap. 30. n. 187. 277. 208. & 222. Burat. decis. 72. num. 4. Rot. coram Royas 1. Julii 1648. penes Tondut. tract. de prævent. par. 3. decis. 4. num. 1. & ſeqq. Paul. Chriſtin. decis. 39. vol. 1. Merlin. decis. 752. Rot. rec. part. 3. dec. 94. nu. 4. in fin. Emerix jun. decis. 1132. n. 4. Creſcin. ad Abeccleſ. obſer. 35. num. 28. part. pr. 15

Qualiter attentata ſint in primis & ante omnia revocanda, maximè in ſpretum inhibitionis commiſſa, Buratt. decis. 17. num. 1. &c. decis. 74. nu. 1. &c. Gregor. decis. 465. Rot. in Piſana Sepulturæ 1. Julii 1650. coram Bicchio, penes Dian. in fine part. 10. fol. mihi 469. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 15. num. 40. & ſeqq. per tot. ubi pluribus modis limitat, & latiùs Lancellot. d. cap. 30. num. 178. & ſeqq. ubi caſus enumerat, in quibus attentata in primis, & ante omnia non revocantur, Paul. Chriſtin. decis. 108. vol. 6. Rot. part. 15. recent. dec. 76. infr. num. 21. Rot. dict. p. 11. dec. 275. n. 8. Pellegrin. in praxi Vicar. par. 3. ſec. 5. n. 3., ubi etiam dat limitationes Penia decis. 251. num. 2. et 9. Bertachin. vot. 49. n. 2.

Attentata cenſentur magis privilegiata, quàm ſpolium, & remedium c. reintegranda, ſuſpendunt quodcunque judicium tam petitorium, quam poſſeſſorium, & ideò ſunt ante omnia tollenda, & revocanda unà cum omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, Marcheſ. de commiſſ. part. 2. num. 8. & ſeqq. cum aliis per Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. num. 36. et ſeqq. fol. 219. et latiùs num. 202. & ſeqq. fol. 233. et num. 212. et ſequentibus, Card. Tuſch. litter. A, concluſ. 543. &c. Creſcin. ad Peniam decis. 224. 16

Plura de attentatorum privilegiis, & illorum revocatione, vide per Lancellot. de attent. part. 3. per tot. ubi 29. privilegia refert cum 13. ampliationibus, & 40. limitationibus, in quibus attentata ante omnia non revocantur, quæ ſummatim colligit Pac. Jordan. d. tit. 14. n. 212. & ſeqq. ad 223. fol. 234. ſupra num. 4. Paul. Chriſtin. decis. 108. nu. 11. & ſeqq. vol. 6. ubi refert 12. prærogativas attentatorum. Pelleg. in praxi Vicar. part. 3. dicta ſection. 5. Abeccleſ., & Creſcin. obſer. 34. 35. et 36. part. pr. De Luca in Indice generali.

Attentata remanent purgata ex ceſſione etiam verbali poſſeſſionis inſtrumentalis, ubi fructus non ſunt percepti, Cavaler. decis. 138. num. 1. ſupra num. 6. Bich. decis. 534. & decis. 592. nu. 9. ubi quòd attentans teneatur reficere omnia damna, & expenſas tam judiciales, quàm extrajudiciales uſque ad obulum, ac etiam fructus non tantùm perceptos, ſed etiam eos, qui percipi potuerunt, idem Bich. decis. 651. per tot. ubi quando ſufficiat renunciatio, vel non. Put. decis. 250. lib. 1. Creſcin. ad Peniam dicta decis. 224. 17

An, & quando per renunciationem, Rot. part. 10. recent. decis. 235. num. 3. & ſeqq. & part. 13. decis. 75. num. 6. &c. ubi quòd opus eſt ſpeciali mandato, nec ſufficit renunciatio, niſi etiam reficiantur expenſæ, damna, & intereſſe paſſa, realiter, & cum effectu, ita ut non ſufficiat oblatio cum depoſito unius julii, & latiùs d. part. 13. decis. 80. per tot. ubi quòd ſunt reficiendæ omnes expenſæ etiam extrajudiciales, damna, & hujuſmodi, veluti fructus, &c.

Attentata non revocantur in primis & ante omnia, ſtante clauſula, ſummariè, & de plano, cujus vigore poteſt judex cognoſcere ſuper meritis, omiſſis emergentibus, & incidentibus, vide Lancell. de attent. in præf. n. 45. cum aliis per Gratian. decis. 197. num. 16. &c. 18

Multos caſus, in quibus attentata in primis & ante omnia non revocantur, enumerat Lancellot. de attent. part. 3. cap. 30. num. 178. & ſeqq. Merlin. decis. 91. Pellegrin. dicta ſection. 5. a n. 4.

Attentata pendente appellatione à definitiva ſunt ipſo jure nulla; attentata verò pendente appellatione ab interlocutoria, non ſunt ipſo jure nulla, ſed veniunt revocanda cognito de meritis cauſæ, niſi fuerit inhibitum, quia tunc ſunt nulla ipſo jure, cùm ſequuta inhibitione judex dicatur habere manus ligatas, nec poſſit am- 19

plius in causa procedere, Magon. decis. Luc. 23. nu. 8. &c. vide Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 1. et cap. 20. limit. 23. Marant. part. 6. sextæ part. prin. quæst. 1. num. 196. Pae. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 14. num. 25. fol. 218. & num. 164. & seqq. fol. 228. Tusch. litt. A, concl. 547. ubi quando attentata non revocentur ante omnia. Crescin. ad Abecclesiam obser. 34. part. 1.

20 Attentata probari debent per testes undique idoneos, & nullam exceptionem patientes, Duran. decis. 427. num. 2. Rot. part. 9. recent. decis. 251. num. 3. ubi cùm sapiant delictum requiritur plena probatio, et part. 13. decis. 197. num. 4. etc. Emerix jun. decis. 378. n. 2. et decis. 508. n. 5. & vide Ansald. decis. 87. n. 22. et 23. Caprar. decis. 535. n. 3. Penia decis. 1683. n. 1., & plures alios DD. agentes de probatione attentatorum adducit Crescin. ad obser. 36. Abecclés. part. 1.

Quid probandum sit à petente revocationem attentatorum, Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 278. per tot.

Quòd detur remissoria ad probandum attentata, Mascar. de probat. concl. 147. Tusch. litt. A, concl. 549. n. 2. Intellige quando testes essent de remotissimis partibus, vel cessante omni suspicione calumniæ, aliàs secus, Rot. part. 12. recent. decis. 261.

Attentata autem dicuntur probata eo ipso, quòd petens illorum revocationem probat rem da qua agitur possedisse de tempore litis motæ, & ad præsens illam adversarium detinere, seu occupare, Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 15. num. 88. vide latè Mascard. de probat. conclus. 1,6. et seqq. ubi plura de probatione attentatorum. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 3 sect. 5. n. 17.

Non sufficit præsumptio, quòd ille dicatur attentasse, cujus commodo attentata cedunt, ubi constat cujus nomine facta fuerunt, secus autem si de hoc non constet, Bart. in l. de pupillo §. si quis ipsi num. 19. ff. de nov. oper. nunciat. Rot. part. 3. recent. decis. 550. nu. 2. etc. et part. 9. decis. 251. num. 1. et seqq.

Dicuntur tamen attentata commissa etiam sine mandato, eo ipso quòd sciens, illis non renunciat, nam dicitur ratificare, Rot. part. 11. recent. decis. 115. n. 1. et seqq. vide in §. Ratificatio num. 24.

21 Attentata non videtur revocanda de æquitate ubi agitur de exhumatione cadaveris, quia corpora mortuorum non sunt sic tractanda, seu trasmuranda de loco ad locum, & quodammodo turbanda, & inquietanda, Gemin. cap. non solum §. illa verò num. 14. de appellat. in 6. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 13. nu. 8. Gramat. decis. 82. num. 3. cum aliis per Rot. part. 11. recent. decis. 76. num. 4. etc. ubi tamen declarat procedere tantùm si ageretur de exhumatione attentata in spretum litis pendentis, secus autem quando fuerunt commissa attentata in spretum præcedentis inhibitionis Rotalis, etiam soli procuratori intimatæ, si intercessit tantum tempus, ut potuerit suos principales certiorare, nam tunc sunt omninò revocanda, si non quoad restitutionem cadaveris, saltem respectu expensarum, & aliorum, quæ sunt cadaveris consequutiva, nec etiam semper sub prætextu æquitatis denegatur cadaveris restitutio, & idem est in aliis casibus, in quibus in primis & ante omnia non essent revocanda attentata, nam si præcessit inhibitio veniunt omnino revocanda, Vestr. in prax. lib. 8. cap. 4. n. 9. & alii citati per Rot. d. decis. 76. quæ est in Pisana Sepulturæ 1. Junii 1650. coram Bichio, in causa cadaveris Lelii Talentonii Auditoris olim Serenissimi Magni Ducis in Civitate Liburni, vide sup. n. 15. et in §. Cadaver n. 4. et 12. §. Ecclesia n. 18. Rot. part. 18. recent. decis. 348. et decis. 429. Paul. Christin. decis. Belg. 196. lib. 2.

22 Attentare, vel innovare non dicitur, etiam post præceptum à judice emanatum, ille qui reficit opus, vel ædificium collapsum, nisi pristinam faciem mutet, quia ædificium collapsum potest reparari, & refici prout antea erat, Thomat. decis. 179. per tot. ubi de refectione camini, vide in §. Ædificium num. 17. et §. Nunciatio num. 6. etc.

23 Attentata non committuntur post emanatam commissionem causæ, etiam utraque parte informante, nisi impetrans illa utatur, nam ante usum dictæ commissionis non est fundata judicis jurisdictio, nec lis pendere dicitur, cùm rescriptum habeat tacitam conditionem quatenus impetrans eo uti velit; quid in commissione avocatoria, vel pendente recursu, & alia ad rem, Bich. decis. 384. et 595. per tot. & plura ad excusationem attentatorum, idem Bich. decis. 440. per tot.

De attentatis, quando committantur, quomodo sint revocanda, & purganda ultra alios jam citatos, vide etiam quos allegat Ægid. de Castejon. in Alphabet. jurid. verb. Attentata, Camil. Capuc. in Praxi tom. 1. part. 3. cap. 4. per tot. Laurent. Ursel. concl. 160. per tot. Com. August. Fontan. in sua Bibliot. leg. part. 4. ver. Attentata fol. 139. ubi refert alios Auctores materiam tractantes, vide in primis Addit. fol. 627. etc. Deluc. In Indic. verb. attent. et de Judic. in summ. ex n. 162. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 3. sectione 5. per tot. Abecclesi., & Crescin. observ. 34. 35. et 36. part. 1. Mans. Palma Pignatel. Emerix Caprar. & alii moderni.

Attentata commissa post appellationem, non obstante renunciatione appellationis, adhuc remanent sub lege attentatorum, & saltem officio judicis revocari possunt, quia renunciatio operatur solùm, ne postea gesta sint attentata, non autem tollit ea, quæ ante renunciationem appellationis fuerunt commissa, Bich. decis. 404. per tot. 24

Attentata committuntur si pendente lite civili, à collitigante introducatur judicium criminale in alio Tribunali, & sunt revocanda, atque in totum purganda cum refectione omnium damnorum, expensarum, & interesse usque ad minimum quadrantem ab accusatore, vel instigatore ipsi fisco adhærente, ita ut nec possit excusari sub pretextu, quòd talis purgatio non ab eo, sed à fisco dependeat, quia si admitteretur ista excusatio, cuilibet pateret aditus criminaliter vexandi collitigantem, nec sufficiat renunciatio querelæ, sed omnia damna, ut supra, sint reficienda pro attentatorum purgatione, ad latè tradita per Rot. part. 16. recent. decis. 29. et decis. 221. per tot. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, facit quod dixi in §. Causa n. 9. 25

Attentata commissa ab uxore, & marito simul, dicuntur sufficienter purgata ex parte uxoris per dimissionem rei, ex parte verò viri est necessaria restitutio fructuum, & expensarum, ac ita esse intelligendam clausulam, purgatis attentatis, Rot. part. 16. recent. decis. 294. n. 11. et seqq. ubi etiam in fine, quòd Rota solet à revocatione attentatorum abstinere, quoties viget justa causa eidem bene visa. 26

Attentata committuntur si capiatur possessio intra decem dies ad appellandum datos, & sunt revocanda, saltem per viam nullitatis, etiam post desertam appellationem, & rem judicatam; intelligendo ubi agitur de executione obliqua, & indirecta, puta de captione pignoris pro debito pecuniario, vel de excommunicatione, ut quis pareat judicato, secus autem ubi agitur de executione directa, qualis est actualis possessio, nam [illegible] catur etiam per viam nullitatis, quando sententia [illegible] sivit in judicatum propter desertionem appellationis, Lancellot. de attentat. cap. 12. ampliat. 1. num. 1. et seqq. Burat. decis. 77. num. 3. et 4. & bene declarat Rot. part. 16. recent. decis. 414. per tot. ubi quòd sublata appellatione tollitur suspensio judicati, & executio firma remanet, quæ licèt malè facta non revocatur ad evitandum circuitum, cùm de novo esset facienda, secus in executione obliqua, & indirecta per rationem differentiæ ibi explicatam. Faciunt tradita per Crescin. in annot. ad decis. 10. Pen. 27

Attentata possessio est sequestranda Rot. post Zuff. de legitim. process. crimin. decis. 24. n. 27., Et attentata, si non probentur legitimè, donec de bono Jure agitur, bona sunt sequestranda Pen. decis. 1193. n. 1. vide Cels. decis. 136. n. 4. et decis. 137. n. 3. et decis. 390. n. 1. 28

Alienatio rei litigiosæ attentata dicitur Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 3. sect. 5. n. 34. 29

Attentata possunt revocari etiam post lapsum fatalium per viam nullitatis Pen. decis. 1243. n. 6. 30

Attentatorum, vel recuperandæ remedium non potest intentare, qui prius intentat illud retinendæ Pen. decis. 251. n. 5., Sed vide Coccin. decis. 418. n. 4. Cels. decis. 27. a n. 2. Rot. recent. part. 16. decis. 255. n. 2. 31

Attentare non dicitur Judex inhibitus, si pronunciet extra casus inhibitionis, secùs tamen, si sint connexi causæ principali Pen. decis. 850. n. 6. et 7. 32

Attentata non dantur super eo, de quo non pendet lis Caprar. decis. 693. n. 1. part. 2. 33

At-

34 Attentata lite pendente non dicuntur, quando lis erat calumnioſa Altimar. *de nullit. rubr. 5. quæſt. 1. n. 67. tom. 1.*

35 Attentata andicantur compromiſſo pendente Altim. *de Nullit. rubr. 9. quæſt. 45. n. 160. cum ſeqq. tom. 1.*

36 In dubio Rota reſpondere ſolet pro eaclusione attentatorum, & nunquam attentata debent canonizari, niſi ſint clara Emerix ſen. *deciſ. 42. n. 4. et 5.*, Et quævis excuſatio ſuffieit ad evitanda attentata Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. *deciſ. 3. n. 5. libr. 15. vol. 4.*, quod tamen declara, ut ibidem *n. 6.* Et pro illorum excluſione quævis levia cauſa admitti debet Mantiſs. *loc. cit. deciſ. 4. n. 3. lib. 15. vol. 4.*, Et omnis benigna fieri debet interpretatio ibidem *n. 4.*

37 Cognitio attentatorum commiſſorum in prima inſtantia devolvitur ad Judicem, ad quem commiſſa fuit cauſa principalis Mantiſs. ad Card. De Luc. *deciſ. 12. n. 1. lib. 15. vol. 4.*

38 An detur appellatio à ſententia revocationis attentatorum Pelleg. *in prax. Vic. part. 3. ſection. 5. n. 31.*

§. AUGMENTUM. XLVII.

2 AUgmentum dotis factum uxori à marito habet eadam privilegia, & hypothecaa, quaa habet doa ipſa, & ſi maritua promiſit illud reſtituere ipſi mulieri, vel ejua hæredibus, illud amittit, & mulier tranſmittit ad ſuoa hæredea etiam vivente viro, Addit. ad Practic. Pap. *act. quæ ux. agit. ad dot. et uſumfr. gloſ. 3. num. 22. litt. L.* vide Honded. *conſil. 48. num. 2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 498. num. 13. etc.* Mantic. *de tacit. et ambig. convention. cap. 20. tit. 1. numer. 3. etc.* Cavaler. *deciſ. 546. per tot.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 705. nu. 2. et ſeqq.* ubi quòd imò donatio propter nuptiaa ab aula receſſit, & dicitur verè dotis augmentum, quod etiam cenſetur per mulierem aſſignato ſecundo viro, ut dixi in *§. Mulier n. 25.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 1. per tot. fol. 356.* vide Caſtil. *de Alim. cap. 51.* Giurb. *obſervat. 89.* Rot. *recent. part. 19. deciſ. 582. tom. 2.* & quod augmentum dotis ſit verè, & propriè dos, & de eo judicetur, ac de ipſa dote, & quod competat pro dicto augmento privilegium *Auth. res quæ C. communia de Legat., et Fideicommiſs.* quemadmodum pro ipſa dote Otthob. *deciſ. 190.* Altimar. *de nullitatib. rub. 1. part. 3. q. 35. num. 641. tom. 5.*, Ubi quod habet eadem Privilegia, & hypothecas, quæ habet ipſa doa; & an Augmentum dotia cenſeatur datum in dotem ſecundo viro vide Altimar. *loc. cit.*

Imò quòd hujuſmodi augmentum dotia factum à viro, vel ab alio ex parte viri mutet naturam dotia, nec illius habeat privilegia, ſed cadat in donationem propter nuptias, vide Natt. *conſil. 253. nu. 7.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 172. num. 21. cap. 690. per tot. et cap. 862. num. 3.* Michalor. *tractat. de fratr. part. 1. cap. 29. n. 25. et ſeqq.* Merlin. *deciſ. 80.* Spada *conſ. 220. n. 2. et 3. lib. 2.*, & quod augmentum dotia voluntarium non gaudeat privilegiia dotia, nec comprehendatur ſub diſpoſitione *authen. res quæ C. communia de legat. et fideicommiſ.* Spad. *conſ. 169. num. 11. vol. 3.* Item quod augmentum voluntarium non ſubjaceat diſpoſitioni, *l. hac edictali C. de ſecund. nuptiis*, neque poſſit detrahi ex Fideicommiſſo, neque reguletur ſecundum dotem principalem Balduc. *tit. 4. de dote deciſ. 39. a nu. 18.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. q. 33. n. 11. et 12.* & vide *n. 77. tom. 5. et rubr. 1. part. 3. q. 35. a n. 643. tom. 5.*

Multa de augmento dotis an habeat eadem privilegia, an poſſit fieri conſtante matrimonio, an præſumatur de bonia viri, an præjudicet crediroribus mariti, & alia vide per Gratian. *deciſ. 213. per tot.* cum Addit. Paul. Chriſtin. *dec. 128. num. 3. vol. 4.* Peregrin. *deciſ. 141. per tot.* Rot. poſt Salgad. *Labyr. credit. deciſ. 22. num. 23. et ſeqq.* latiſſimè Emin. De Luc. *in indic. verbor. dos quoad augmentum.* Altimar. *de nullit. loc. cit.*

An præjudicet creditoribua mariti, vide Menoch. *lib. 3. præſumpt. 13. num. 28.* & dixi in §. *Confeſſio n. 9. etc.* Peregrin. *deciſ. 141. per tot.*

Quòd præjudicet creditoribua futuris etiam factum ab ipſo mariro, itaut etiamſi alternativè ſit ſtipulatum ſibi, patri, vel filiis poſt mortem uxoris, non poſſit amplius ipſe maritus, vel pater de illo diſponere, vel aliis obligare in præjudicium filiorum, pulchrè Cavaler. *deciſ. 546. per tot.*

Quòd mortuo marito vadat ad illiua hæredea, & non ad mulierem, niſi aliter fuerit conventum, vide Theſ. *deciſ. 46. num. 7.* Cavaler. *deciſ. 353. num. 4.* vide De Luc. *de dot. diſc. 141. nu. 5. et diſc. 165. n. 8.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. q. 35. n. 645. tom. 5.*

Augmentum dotia factum à marito, cùm non ſit doa, ſed donatio propter nuptias juxta prædicta, non cenſetur per mulierem datum in dotem ſecundo mariro, quamvis eidem cenſearur dediſſe dotem, quam primo dederat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 172. nu. 22. cap. 254. num. 65. et cap. 498. num. 20.* vide De Luc. *de dot. diſc. 141. num. 3. et ſeqq. diſc. 150. num. 17. 24. et 25.* Altimar. *loc. cit.* 2

Quòd imò augmentum dotia cenſeatur datum in dotem ſecundo viro, videtur admittere idem Gratian. *cap. 583. num. 24.*

Et an augmentum dotia in ſecundo matrimonio, ſpectet etiam ad filioa primi, ita ut ſit æqualiter dividendum inter filioa utriuſque matrimonii tanquam patrimonium matria, cui filii uterini æqualiter ſuccedunt, excluſia aliis mariti filiia Rot. per Farinac. *deciſ. 255. per tot.* ubi fuit affirmativè reſolutum, cum per ſtatutum non eſſet derogatum diſpoſitioni *l. hac edictali C. de ſecund. nupt. vide in §. Diſpoſitio num. 9. et §. Diviſio num. 15.* vide De Luc. *de donat. diſc. 10. nu. 9. de dot. diſc. 165. num. 8.* Altimar. *ubi ſupra n. 648.*

Augmentum dotis ſignificat dotem fuiſſe conſtitutam, cum non poſſit eſſe augmentum dotia ſine dote, ne detur acceſſorium ſine principali, Rot. *part. 2. diverſ. deciſ. 316. num. 3. etc.* 3

An, & quando augmentum dotis cadat ſub diſpoſitione, *l. hac edictali C. de ſecund. nupt. vel non*, Rot *part. 11. recen. in Append. deciſ. 368. num. 34. et ſeqq.* Rot. per Farinac. *dec. 255. per tot.* Balduc. *tit. 4. de dote deciſ. 39. n. 18.*

Augmentum dotia conſtitutum à Socero, qui dotem recepit à nuru, videtur ipſi nurui donatum, ita ut non poſſit in filii partem imputari in diviſione tanquam res de bonia alteriua, prout argumentatur Theſaur. *deciſ. 46. num. 1. et ſeqq. ubi tamen nu. 4. per tot.* contrarium decidit, nempè eſſe conſerendum, & in ejus partem, & legitimam imputandum tanquam donatio propter nuptias, per tex. in *l. ut liberis C. de collat. et in l. quoniam novella C. de inoff. teſt.* 4

Quòd ubi agitur de augmento dotia, in contractu non ſint neceſſariæ ſolemnitates ſtatutariæ, Altograd. *conſil. 34. num. 8. 9. et 31.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 647. nu. 17. etc.* Rot. *p. 13. rec. deciſ. 106. nu. 3.* Vide De Luca *de dote diſc. 165. n. 2.* Altimar. *loc. cit. n. 664.*

Augmentum dotia promiſſum in aliquod certum tempua non debetur mortua muliere interim antè adventum illius, quia ſoluto matrimonio non dicitur ampliua propriè doa, & cum non ſit dos, non eſt etiam cui accedat augmentum, & conſequenter non debetur, cùm qualitaa adiecta verbo regulanda ſit ſecundùm tempus verbi, de quo vide Rimin. jun. *conſil. 600.* quem ſequitur Bardellon. *conſil. 79. nu. 22. etc. lib. 1.* facit Rot. *part. 13. recent. deciſ. 90.* ubi quòd conſtitutum in caſu ſuperviventiæ uxoria debetur, etiam ſi per horaa tantùm ſupervixerit, & tranſmittitur ad hæredea, & ruſua in eadem cauſa fuit confirmata *d. part. 13. deciſ. 195. per tot. et deciſ. 530. per tot.* Altimar. *loc. cit. n. 649.* 5

Contrarium, vide per Ruin. *conſil. 225. num. 6. lib. 1.* quem ſequitur licèt non ex profeſſo Surd. *deciſ. 29. nu. 9.* quoad principalem concluſionem.

Qualiter valeat augmentum dotia factum in recompenſationem juventutia, vel nobilitatia, dixi in §. *Donatio num. 6. etc.* Rot. *d. p. 13. deciſ. 530. num. 16. et ſeqq.* De Luc. *de Dot. diſc. 165. num. 6. de dotat. diſc. 31. num. 10.*

Augmentum, vel diminutio pretii bonorum ex curſu temporia an cedat commodo, vel incommodo poſſeſſoria, ſive potiùs creditorum, vide in *§. Emptio.* 6

Et quid in caſu evictionia, an ſit reſtituendum pretium de tempore contractua, ſive evictionia ſequutæ quando curſu temporia fuit auctum, vel diminutum, vide in §. *Evictio.*

Quid in jure offerendi, vide in §. *Oblatio.*

Quid in calculanda legitima, vide in §. *Legitima*

nu. 14. & latè Mangil. *de imput. quæst.* 9. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 7. *per tot.*

7 Augmentum debet esse ejusdem qualitatis cum suo principali, cui accedit, & fit cum omnibus suis qualitatibus, ac venit cum rebus simpliciter, ac indefinitè donatis, seu remissis, Barbos. *de Axiomat. jur. Axiom.* 34. *per tot.* Tusch. *litt. A, conclus.* 555. *et* 556. facit Christin. *decis. Belgic.* 167. *vol.* 1. ubi de augmento legati Merlin. *de pign. lib.* 3. *quæst.* 14. *num.* 147. *et seqq.* ubi quid si proveniat ex diversa causa, & effectu, plures relati per Castejon. *Alphabet. juridic. verb. augmentum num.* 2.

8 Augmentum pensionis peti potest ob magnam, & insolitam ubertatem, sicuti ob insolitam sterilitatem petitur remissio, ut damni, & lucri eadem sit ratio, vide in §. *Locatio et* §. *Remissio*, Pacion. *de Locat., et Conduct. cap.* 50., *et* 51. *per tot.*

9 Augmentum, vel diminutio hæreditatis, an cedat commodo, vel incommodo respectivè hæredis, vel legatariorum, vide latè Gratian. *discept. forens. cap.* 165. *per tot. et cap.* 646. *per tot.*

Et an spectet ad fideicommissarium, idem Gratian. *cap.* 751. *nu.* 31. *etc.* Rot. *p.* 13. *rec. decis.* 95. ubi quòd spectat ad fideicommissarium, quando verba testamenti favore omnium augmenti ordinationem ostendunt.

Quòd augmentum prædictum spectet ad creditores, quibus sunt debita corpora hæreditaria, & ipsa in obligatione, idem Gratian. *cap.* 766. *num.* 43. Merlin. *de pign. lib.* 2. *quæst.* 43. *et lib.* 4. *quæst.* 197. ubi plura quando augmentum pignoris cedat ad favorem creditorum.

Quòd augmentum patens, & separatum contingens circa rem legatam non veniat in legato, secus autem in augmento intrinseco, Peregr. *decis.* 61. *n.* 10. *etc.*

Quòd augmentum contingens in re legata cedat legato quando agitur de re ipsius testatoris legata, secus autem si agatur de re aliena legata, quæ post testamentum fuerit à vero domino aucta, nam tunc augmentum illius rei non auget legatum, *l. si ex toto*, ubi Jas. *ff. de leg.* 1. *l. eborus* §. *areæ ff. de leg.* 3. Vasq. *de success. lib.* 1. §. 10. *num.* 101. *et num.* 162. *vide in* §. *Legatum nu.* 56. Et quod augmentum, & diminutio bonorum, super quibus est assignata portio distribuenda in pios usus, non spectet ad eos, per quos fieri debet distributio, sed ad hæredes legantis, seu donantis Spada *cons.* 240. *n.* 22. *et* 23. *lib.* 1.

10 Augmentum valoris monetæ circa bonitatem intrinsecam, vel extrinsecam, cujus commodo cedat, an debitoris, vel creditoris, an debeat attendi de tempore solutionis, traditionis, vel sententiæ, & alia, Arism. Tepat. *var. sentent. tit.* 163. *per tot. dixi in* §. *Moneta num.* 1. *et* §. *Mutatio num.* 1. *et* §. *Valor. num.* 8. in quibus locis plures alios allegavi, & resolvi, latè Gat. *cons.* 10 17. *et* 18. De Luc. *de alienat. disc.* 10. *n.* 3. *de Benefic. disc.* 89. *de Credit. in Summ. n.* 195.

11 Augmentum dotis factum Ecclesiæ, vel Capellæ absque necessaria fundatione, vel dotatione formali, non sufficit ad acquirendum juspatronatum, sed servit tantùm pro eleemosyna, an faciens dicitur benefactor, & non fundator, *cap. filii* 16. *q.* 7. *glos. in cap. piæ memoriæ verb. Patronum* 16. *q.* 7. Lambert. *de jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 6. *art.* 2. Coecin. *decis.* 106. Cavaler. *decis.* 159. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 96. *num.* 28. vide in §. *Juspatronat.* ubi quando sufficiat ad acquisendum etiam juspatronatum. Spada *cons.* 32. *n.* 4. *lib.* 2. *et* De Luca *in Indice generali verbo Juspatronatus quo ad acquisitionem* Illust., Dominus meus Advocatus Pitonius *de Jurepatronat. alleg.* 58. *a n.* 18. *tom.* 2. *et alleg.* 59. *n.* 21. *et alleg.* 100. *n.* 613. *eodem tom.* 2.

Quando tamen augmentum est pro medietate, juspatronatus acquisitum non dicitur ex privilegio, nec cadit sub revocationibus Concilii, & alia, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 492 *num.* 7. *etc. et dec.* 514. *num.* 12. *etc.*

12 Augmentum dotis, vel additamentum, seu id quod datur pro supradote ab ipsa muliere marito, habet naturam ipsius dotis, ita ut maritus faciat fructus suos ex eo perceptos, sicut ex ipsa dote, cum augmentum sit ejusdem naturæ, cujus est principale, cui accedit, Rot. *p.* 13. *recent. decis.* 271. *num.* 12. *et seqq. per tot.*

13 Augmentum dotis factum sorori à fratre minore, etiam cum solemnitatibus statutariis, non debetur, quia frater ad illud non tenebatur, ac ideò contractus, & judicis decretum tanquam ex falsa causa interpositum ipso jura corruunt, non obstante etiam ratificatione per viam transactionis facta, quæ eodem nullitatis vitio laborat, Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 193. *et par.* 7. *decis.* 331. in eadem causa ubi fuit confirmata prima decisio.

Augmentum foculariorum in nova numeratione, an spectet ad Barones, vel ad Regium fiscum, quid de augmento feudi, & functionum fiscalium, & hujusmodi, Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. *verb. Augmentum, et part.* 2. *eodem verb.* Et quod augmentum spectare videatur ad Civitatem De Luca *de regal. disc.* 506. *num.* 8.

14 De augmento hæreditatis ex industria hæredis, cui cedat, Franch. *decis.* 61. & alii relati à Thoro *loc. cit.* ubi etiam de augmento temporis, an cedat in beneficium emptoris, vel venditoris.

15 Augmentum pretii rei dotalis mulieri assignatæ, an cedat in beneficium mulieris, vel creditorum, vide Thoro *Comp. decis. Neap. part.* 3. *verb. Augmentum.* Multa de augmento pretii beneficio temporis, cujus commodo cedat in hoc, & aliis similibus casibus, Jo: Torre *de success. in majorat. et Primog. Ital. p.* 2. *quæst.* 65. *num.* 12. *et seqq.*

16 De augmento ut non operetur diminutionem antiqui, idemque jus sit de augmento, quod de ipsa re, cui fit, & alia, vide per DD. citatos ab Ægid. de Castejon. *in alphabet. jurid. verb. Augmentum*, Laurent. Ursel. *conclus.* 170. & Com. August. Fontan. *in Biblioth. p.* 4. *fol.* 152. Joannes Torre *d. tract. part.* 2. *quæst.* 25. *num.* 32. *etc.* ubi quòd res principalis est separata ab augmento, nisi aliter constet de voluntate disponentis, & quando augmentum censeatur una, & eadem res cum re principali, idem Torre *d. p.* 2. *q.* 60. *n.* 20. plura De Luc. *in verb. augmentum, et dos quoad augmentum.* Altimar, & alii supra citati.

17 Augmentum non debet operari diminutionem Rocc. *cap.* 23. *n.* 31. *tom.* 1., & posita in augmentum non debent diminutionem operari Balduc. *tit.* 3. *de Legat. decis.* 5. *n.* 9. Mantissa ad De Luc. *decis.* 47. *num.* 7. *lib.* 50. *vol.* 2.

18 Augmentum necessarium quando fit, & quando voluntarium De Luca *de success. disc.* 36. *n.* 5.

19 Augmentum medii temporis, quamvis intrinsecum, competit intermedio possessori, non autem redimenti, vel retrahenti rem venditam, & de ratione De Luca *de Benefic. disc.* 18. *n.* 7. *et disc.* 93. *n.* 11. *et de Emphyteusi disc.* 71. *n.* 8. *et* 11.

20 Augmentum rei stante vicinitate temporis præsumitur procedere ex melioramentis, & non ex qualitate intrinseca rei, vel aliàs independentes a melioramentis Emerix jun. *decis.* 209. *n.* 3.

21 Dotis augmentum non provenit ex dispositione Juris, nec fit aliqua necessitate urgente, sed est voluntarium Emerix. jun. *decis.* 578. *n.* 5.

22 Augmentum dotis constante matrimonio regulariter fieri non solet Ottbobon. *decis.* 267. *n.* 7.

23 Augmentum dotis magis suspectum est, quàm ipsa dos, quod tamen intellige de augmento facto constante matrimonio, non autem de augmento, seu majori dote constituta in limine secundi matrimonii Otthob. *decis.* 190. *n.* 6. *et* 7.

24 Augmentum, & Decrementum rei locatæ spectat ad locatorem Spada *cons.* 125. *n.* 3. *lib.* 1.

25 Pecunia depositata penes aliquem in saculo signato, si illius valor augeatur, vel diminuatur in restitutione attenditur valor tempore contractus, adeout si diminuatur, supplendus sit currens valor juxta æstimationem tempore contractus, quo ad ipsum debitorem, qui fecit tale depositum Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 21. *n.* 56. *tom.* 4., secus autem, si pecunia esset depositata non in saculo, sed ad numerum, nam eo casu lucrum, aut damnum alterationis pretii aureorum cadit comodo, vel incomodo depositarii Altimar. *ubi supr. n.* 59.

26 Augmentum, vel alteratio cujus commodo, vel incommodo cedat, vide DD. relatos per Altimar. *de nullitat. rubr.* 1. *par.* 5. *q.* 47. *n.* 472. 1. 7.

§. AUXILIUM. XLVIII.

1 Auxilium in delictis aut est proximum, & cooperativum, aut remotum; proximum, & coopera-
tivum

tivum præstatur ante delictum, scienter arma comodando, delinquentem instruendo, assistentiam promittendo, consulendo, & similia, vel in ipso delicto, admenando, assistendo, aut aliter cooperando, vel post delictum ad evadendum, & occultandum delinquentem, & his omnibus casibus si fiat cum præcedente tractatu, & deliberatione, puniuntur auxiliatores eadem pœna, qua ipsi principales delinquentes secundùm qualitatem delicti, juxta illud *agentes, et consentientes eadem pœna tenentur*; si verò auxilium sit remotum, & sine præcedente tractatu, & deliberatione, auxiliatores tenentur non eadem pœna, sed alia mitiori arbitrio judicis, vel de eo quod fecerunt, *l. 1. et l. fin. Cod. de his qui lat.* Bart. *in l. in furti §. ope n. 2. ff. de furt.* Clar. & Bajard. *§. final. q. 90.* Menoch. *de Arbitr. cas. 349. per tot. &* *cas. 350. per tot.* Farinac. *quæst. 130. 131. et 132. per tot.* ubi etiam Vulpin. *in suo*, Guazz. *ad deff. 33. cap. 10. per tot.* ubi dat plures modos, & cautelas defendendi hujusmodi auxiliatores, Sperell. *decis. 108. num. 2. et seqq. per tot.* ubi de auxilio cooperativo, proximo, & remoto, Card. Tusch. *litt. A, conclus. 569. et 570. per tot.* Petr. Cabal. *resol. crim. cas. 192. per tot.* Bonifac. *de furt. §. 3. num. 63. et seqq.* dixi in meis resol. *cap. 20. num. 19. et seqq. et cap. 64. num. 7. et 8.* in Pract. §. *Delitti num. 27.* ac alibi, adde Suid. *de aliment. tit. 8. privil. 78.* ubi an puniatur qui delinquentem alit post delictum, Ricc. *Collect. 580. et 4189.* Boer. *decis. 167. et 262.* Sanfelic. *decis. 30.* ubi de uxore scienter domum accomodante ad necem viri, ut teneantur eadem pœna, & *decis. 36.* ubi de auxilio præstito in furto an, & quando puniatur eadem pœna, vel mitiori, de quo Novar. *in Prag. Collect. 111.* Gom. *var. resol. libr. 3. cap. 3. à num. 48.* Vide tradita per Bellegrand. *in compendios. rer. crim. Method. tract. 10. q. 5. a n. 3.*

Plura de accomodante arma, scalas, domum, & hujusmodi ad delinquendum, quale auxilium dicatur præstare, & qua pœna sit puniendus, Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol. 5. et 6. per tot.* & de associante post delictum, latè idem Conciol. *verb. Associatio resol. 1. et 2. per tot.* idem Gom. *loc. cit.* Bellegrand. *loc. cit.*

Quòd præstans opem ex prævio tractatu, & deliberatione in delicto, pari pœna puniatur cum principali delinquente, nisi deliberatio esset adeò repentina, ut non posset dici vera animi destinatio, vel nisi principalis esset aliàs de se facturus, nam his casibus minùs punitur auxiliator, sicut etiam si sit minor, & quando certus est occisor, vel si delictum non fuit consumatum in actu auxilii præstiti, ut latè probat, ac decisum fuisse testatur Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim contr. 56. per tot.* licèt ipse dicat calculum posuisse pro pœna ordinaria, stante præcedente tractatu, & deliberatione, nec suffragante minori ætate in atrocioribus, vel atrocissimis, ut erat ille casus homicidii, & latrocinii, vide in §. *Minor num. 2.* Bellegrand. *ubi supra num. 5.*

De assistente alicui delicto an, & qua pœna puniatur, Conciol. *resol. crimin. verb. Assistentia resol. un.* Giurb. *cons. 4. et alibi.* Chartar. *decis. 83. n. 7.*

Quòd rogatus ire cum amico non puniatur si ivit, & amicus ille occidat suum inimicum in itinere obviam factum, Marsil *in l. si quis obrepserit num. 8. ff. de fals.* Menoch. *de arbitr. cas. 314. n. 15. et latiùs in cap. 349. num. 6.* Sperell. *decis. 64.* vide in mea Pract. §. *Delitti num. 28.*

Intellige si ignoravit, & dum potuit, recessit, aliàs tenetur de associatione, Bajard. ad Clar. *quæst. 90. nu. 24.* Auxilium enim non dicitur absque dolo, & scientia, Boer. *dec. 176.* Novar. *d. Collect. 111. n. 2.*

An autem quis præsumatur casu adfuisse delicto, vel scienter, & dolosè, vide Cabal. *d. cas. 193. num. 5. et seqq.* in meis resol. *cap. 20. num. 20.* & dixi in §. *Homicidium*, Mascard. *de probat. concl. 159. per tot.* Giurb. *cons. 44.*

An associatio post delictum præsumatur ignoranter, & non dolosè facta, & an associans possit torqueri super tractatu, & scientia vide Conciol. *resol. crim. verb. Associatio resol. 1. num. 5. et seqq. et resol. 2 per tot.* ubi firmat regulam pro tortura, nisi aliud resultet ex conjecturis, ut ibidem latè declarat, & facit quod dixi infra *num. 9.* Giurb. *cons. 2.* Bellegrand. *loc. cit. n. 6.*

Plura an, & quando puniantur, & qua pœna assistentes alicui delicto, Bajard. ad Clar. *d. quæst. 90. nu. 12 et seq.* Bertachin. *in Repert. verb. Auxilium per tot.* Barz. *decis. 138.* Novar. *Pragm. Collect. 111.* Gom. *var. resol. libr. 3. cap. 3. à n. 48.*

Qualiter possit probari auxilium fuisse præstitum, & ex quibus arguatur latè Marcel. Cala *de mod. art. et prob. §. 2. gl. un. n. 1224. et seqq.* Basilic. *dec. 5. n. 108.*

Quòd auxilians amico rixanti si interficiat adversarium non sit pœna ordinaria puniendus, Peguer. *decis. 54. num. 21.* ubi fuit damnatus ad triremes per decennium: intellige tamen in pura rixa, & cessante præmeditatione.

Auxilium præstans delicto, cujus qualitatem ignoret, an ex eo possit excusari à pœna ordinaria licèt det operam rei illicitæ, & sic videatur teneri de omnibus inde sequutis, latè Sperel. *decis. 64. per tot.* ubi de eo qui ignoranter opem præstiterat in delicto læsæ majestatis, & concludit non privari immunitate Ecclesiastica, quicquid aliàs concurrente scientia qualitatis delicti tam principales, quàm alii complices in criminibus exceptis beneficium immunitatis amittant, licèt Bulla Gregoriana de illis expressè non loquatur, *vide in §. Assassinium num. 8. et §. Immunitas num. 1.* facit quod dixi in §. *Cautio num. 22. in fine* Mathæu Sanz. *de re crim. controv. 9. num. 15.* ubi quòd qualitas delicti debet esse nota auxiliatori, ut puniatur pœna ordinaria principalis. 4

An autem, & quomodo quis præsumatur auxilium delinquenti præstitisse, & possit probari, vide Mascard. *de prob. concl. 159. per tot.*

Auxiliatores, ut puniri possint pro auxilio præstito 3
debet priùs constare expressè de delicto principalium, Boss. *tit. de delict. num. 34. et seqq. ubi etiam num. 52.* quòd debet constare aliter quàm per contumaciam, quia contumacia unius cæteris non nocet in §. *Contumacia*, & latè Farinac. *quæst. 3. num. 4. etc.* Conciol. *verb. Mandatum resol. 6. et verb. Auxilium resol. 1. vide in §. Mandatum num. 27.*

Imò practicari, & optimam esse practicam, quòd sequuta condemnatione contra principales contumaces, vel etiam ea nondum sequuta, procedatur eodem modo contra auxiliatores, & mandantes nulla facta distinctione, an aliter quam per contumaciam constet de delicto principalium, testatur Clar. §. *fin. q. 90. vers. scias etiam in fine*, Farinac. *q. 3. nu. 5 &c.* Menoch. *de Arbitr. cas. 349. n. 13. etc.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 2. num. 313. fol. 133.* Card. Tusch. *litt. C. concl. 520. n. 32. et 33.* dixi in mea Pract. §. *Delitti n. 32.*

Sufficit enim constare de mandatario, vel principali delinquente ad effectum prædictum, per indicia sufficientia, quibus fuit inquisitus, & processatus, & illum nominari mandanti, vel auxiliatori inquisito, cùm non possit contra aliquem de mandato inquiri, nisi in inquisitione exprimatur nomen mandatarii, vel alterius principalis delinquentis, ut possit inquisitus se defendere, ut latè explicat Farinac. *d. q. 3. nu. 5. et per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Auxilium resol. 1. per tot.*

Sed ego pluries vidi procedi contra mandantes, & illos condemnari, vel torqueri etiam quòd mandatarii essent incogniti quando aliàs constabat de corpore delicti, puta homicidii, vel vulnerum per Sicarios, vel mandatarios ignotos commissi, & contra mandantes extabant legitima inditia, quam praxim damnare non ausim, ne multa delicta remaneant impunita.

Auxilium præstitum per nuncios scienter portantes 4
litteras, vel ambasciatas de homicidio committendo, illo sequuto punitur eadem pœna in ipsis nunciis, qua puniuntur principales delinquentes, Genua cum pluribus ab eo citatis *de scriptur. privat. lib. 3. quæst. 3. n. 11. et seqq. fol. 126.* Cabal. *resol. crim cas. 243.* Sperel. *decis. 108. num. 10.* facit quod dixi in mea Practica §. *Intromissioni*, ubi de jure municipali Status Etruriæ. Decian. *in tract. crim. lib. 9. cap. 37. num. 11.*

An autem auxilium præstans occidenti cum archibu- 5
sio puniatur eadem pœna, qua ipse principalis delinquens, vide Ricc. *Collect. 3563.* ubi negativè concludit, cùm qualitas archibusii, quæ aggravat delictum in principali, non adsit in auxiliatore, & ex aliis rationibus, in terminis Pragmaticæ Neapolitanæ, quæ etiam deservire possunt in terminis legis municipalis Florentiæ, de qua dixi in §. *Affectus n. 5.* Thoro *Compend. decis. part. 2. verb. Prag. de ictu Sclopet.* Merlin. *contr. forens.*

forens. cap. 47. per tot. ubi defendit partem negativam, Mut. ad Pragm. 41. de arm. probibit. n. 98. ubi loquendo de mandante tenet partem affirmativam, quòd hujusmodi Pragmaticæ punientes similia delicta concernunt favorem publicum, & hanc partem videtur amplecti, Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 7. §. 12. & 13. num. 50. Anton. de Ballis tract. var. lib. 5. tit. 41. nu. 10. fol. 232. Merlin. Pignatel. contr. 47. Nisi fuerit auxiliator æquè principalis delinquens, & ex premeditatione, quia quando dolus est consimilis, æqualis etiam debet esse pœna, Mattheu. Sanz. de re crim. contr. 34. num. 43. & seq. ac ita scio fuisse sæpè servatum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, & signanter de anno 1671. 2. Augusti contra Petrum Joannem de Florentiola, licèt postea fuerit controversa justitia dictæ sententiæ ab eodem Petro de anno 1679. de Mense Novembris, postquam fuit liberatus à triremibus, ad quas ex gratia fuerat transmissus, & fuit resolutum cum dicta distinctione, ut in Giornali 657. 2.

6 Auxiliatores, & se intromittentes in rixa inter plures ex utraque parte ad favorem unius partis, licèt videantur pluribus personis auxilium præstare, unica tantùm pœna tenentur, cùm ad unum tantùm delictum opem præstiterint licèt pluribus personis, Petr. Cabal. resol. crim. cas. 280. per tot. Bartol. cons. 233. lib. 1.

Et qualiter puniantur quoquomodo se intromittentes in rixis aliorum in statibus Etruriæ, dixi in mea Praxi §. Intromissioni per tot.

Quòd auxiliatores criminosi non possint esse testes pro delinquente, quando secus, & quale indicium faciant, Mascard. de probat. concl. 158. per tot. vide in §. Socius num. 47. & seqq. ubi plura notabilia invenies.

7 Auxilium, & favorem præstantes in duello, vel se quoquomodo gerentes in eo puniuntur eadem pœna, qua ipsi duellantes vigore Bullarum Pontificalium Clementis VIII. Pii IV. ac Gregorii XIII. & Concilii Tridentini sess. 25. cap. 29. & alia de duello quando dicatur committi, vel non Hieron. Gabriel. consil. 178. n. 25. &c. vol. 2. Plot. de in lit. juran. §. 42. num. 3. &c. Farinacc. consil. 9. Joseph. Ludovic. decis. Lucen. 11. Bajard. ad Clar. quæst. 60. nu. 66. Jacob. de Castill. tractat. de duell. in princip. Jo. de Lignan. eod. tract. in princ. Guazz. de confisc. bon. concl. 13. ampliat. 89. per tot. Novar. in Pragm. Regn. Neap. Collect. 76. Card. Tusch. litt. D, concl. 805. & seqq. DD. in cap. Monomachiam 2. quæst. 3. in l. 1. C. de gladiator. lib. 11. Cabal. tract. de omn. gen. homicid. num. 70. & seqq. ad 85. P. Stephan. de Neapol. de præcip. jur. & just. part. lib. 1. cap. 18. Dian. resol. moral. p. 3. tract. 6. resol. 1. ubi plura notabilia Farinac. & Vulpin. in suco q. 119. insp. 1. dixi in Pract. §. Duelli per tot. ubi de lege municipali Florentiæ, & ejus interpretatione. Pignatel. consul. canonic. tom. 9. consult. 88.

8 Auxilium qualiter sit præstandum officialibus persequentibus bannitos, & foruscitos, & an, & quando possint excusari tale auxilium non præstantes, Marcel. Cala de mod. art. & prob. §. 2. glos. unic. num. 875. & seqq. ubi quòd excusantur primò si non fuerit promissum, & constitutum salarium, sed hoc esset durum obtinere, & fatetur ipse eum reclamasset ex hac causa fuisse bis carceratum. Secundò ratione periculi evitandi, ut quia esset multitudo magna latronum, quibus non poterat resisti. Tertiò, si officiales habebant per se sufficientem familiam, & homines. Quartò, si erant infirmi, aut senes, Doctores, vel medici, nam cùm tales sint immunes à muneribus personalibus, debent etiam à dicto auxilio præstando excusari; facit quòd dixi in §. Universitas num. 2. & in Pract. §. Banditi nu. 3. &c. ubi qualiter vigore legum municipalium status Florentini teneantur omnes auxilium præstare pro capiendis bannitis, & assassinis, quæ tamen leges possent rectè interpretari juxta prædictas excusationes, excepta prima, quæ non est usu recepta, facit latè idem Cala d. §. gloss. unic. num. 1145. & seqq. ubi plura de modo probandi negligentiam Universitatis in capiendo malefactores, & quando ipsa Universitas, vel ejus homines excusari possint.

Ubi qualiter sit præstandum auxilium officialibus persequentibus bannitos. Adde Raynal. Syntax. rer. crim. cap. 2. §. 3. per tot. ubi allegat Farinacc. quæst. 103. n. 25. Pereyra de manu Reg. cap. 3. Capiblanc. de Baron. tom. 2. Prag. 19. c. 95. & cap. 99. & alios idem tenentes.

9 Auxilium præstans conjuncto suo post delictum in occultando, vel receptando excusatur ratione conjunctionis sanguinis, quæ tollit præsumptionem participationis, maximè si receptans sit bonæ conditionis, & famæ, & nulla inter eum, & offensum intercedat inimicia, ut ex pluribus probat Sanfelic. decis. 343. num. 9. & seqq. ubi ampliat etiam in crimine læsæ Majestatis, vide supra num. 4. Conciol. resol. crim. verb. Associatio resolut. 1. & 2. ubi plura an, & quando associatio post delictum sit punibilis, vel non, quæ requirantur, an possit associans torqueri super tractatu, & scientia, & alia notabilia, & in verb. Delictum resol. 10. ubi de occultante delinquentem, arma, cadaver, & hujusmodi, Majoran. in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 8. num. 130 & 131. fol. 227. vide in §. Fuga nu. 1. in fine, Conciol. resolut. crim. verb. Associatio resolut. 1. per tot. ubi quòd associatio delinquentis post delictum ad effectum evadendi à Curia scienter, & dolosè facta, & cum præcedente tractatu, vel assistentia cum armis in ipso delicto, punitur eadem pœna cum principali delinquente; his verò cessantibus punitur pœna extraordinaria mitiori, vel nulla, si non ad effectum evadendi à manibus curiæ, sed ne offenderetur ab inimicis, vel alio privato, vel ignorando delictum commissum, vel sine armis, & per breve spatium, vel non ad malum finem, sed ne alia committeret, vel quando non aderant birruarii parati ad capiendum, vel associatio non est facta ad locum tutum, vel si delictum in principali non sit punibile, nam his casibus non est punibilis, ut singillatim pluribus citatis probat Conciol. loc. cit.

10 Auxilium præstitisse delinquenti præsumitur ille, qui astitit armatus propè delinquentem, etiamsi arma nullo modo tractavit, vel evaginavit, sed deposuerit, vel etiamsi steterit procul, & à longè reddendo tamen audaciorem offendentem, & timidiorem insultatum; secus si præsentia fuerit casualis, prout in dubio præsumitur, & non ex animo, & proposito, nam tunc non dicitur auxiliator, nec punitur, sicut etiam non punitur quando incertus est vulnerans, cùm nesciatur cui auxilium præstiterit, vel non astitit ut maleficio faveret; an teneatur eadem pœna cum principali etiam pro qualitate aggravante delictum, & alia, latè Mascard. de probat. conclus. 159. per tot. & Bertachin. in Repert. verb. Auxilium, Conciol. resol. crim. verb. Assistentia per tot. Urceol. de transact. q. 2. n. 60. & 61.

11 Auxilium ubi fuit simplex, & ex eo delictum non fuit auctum, & sic quando auxilium non fuit causa principalis delicti, quod etiam sine eo sequutum fuisset, non debet pœna mortis puniri, licèt agatur de delicto pœna mortis in principali delinquente digno, Gramat. consil. 45. n. 41. Jas. consil. 137. cum duobus seqq. vol. 1. Cæpol. consil. 27. n. 9. Salyc. in l. 1. C. de rap. virg. Cacheran. decis. 79. num. 61. facit quòd dixi in §. Consilium nu. 2. & 4.

12 Auxilium præstans amico rixanti si interficiat adversarium, non tenetur pœna ordinaria homicidii, quia quando pro defensione alterius sive conjuncti, sive etiã extranei auxilians, & sic qui non erat principalis in rixa alium occidit, videtur præter intentionem agere, & non præsumitur habuisse animum occidendi, Grammat. consil. 68. num. 4. Clar. §. Homicidium vers. item locum, Peguer. dec. 14. num. 21. & 22.

Quod est intelligendum cessante præmeditatione, & dolo, ut notat Bajard. ad Clar. loc. citat. ubi etiam loquitur quando fuit occisus aggressor, & vide Menoch. de arbit. cas. 324. Boer. dec. 83. ubi etiam quando fuit occisus mediator, & alia ad rem.

13 Auxilium legis frustra implorat qui in legem committit §. tria onera Instit. de excusat. tut. l. spadonem §. fin. & Jas. in l. si verò num. 7. ff. de excusat. tut. Thom. Trivis. decis. 21. num. 7. Farinac. quæst. 41. num. 49. Thomaser. in Florib. legal. regul. 59.

14 Auxilium, sive remedium ordinarium facit cessare extraordinarium, quando per ordinarium est plenè consultum, & agitur contra eosdem, & non contra diversos, Bart. in l. & melius col. 2. in fine ff. de minor. & in l. in provinciali ff. de oper. nov. nunciat. Bellamer. dec. 422. De Luca de Emphiteusi disc. 21. n. 3. de Credit. disc. 165. n. 3. de Judic. disc. 38. n. 2. relation. Cur. Rom. disc. 30. n. 39.

Au-

15 Auxilium præſtans furto an ſit condemnandus ad reſtitutionem, & alia plura in materia furti dixi in §. *Furtum n. 6. et ſeqq.*

Auxilium delicto an præſtare dicatur, qui audito rumore rixæ accurrit fortè ad ſedandum, vulnerandum, detinendo à tergo per ſpatulas, ſi interim ſic impeditus non potuit ſe defendere, ſed per alia vulnera fuit ab adverſario occiſus, ut ſæpè contigit, fuit diſputatum Neapoli anno 1631. ut refert Thoro *compend. deciſ. Neapol. par. 3. in verb. Auxilium*, ubi quòd per magnam C. V. fuit condemnatum ad remigandum per decennium, & ad intereſſe partis, ſed interpoſita appellatione in S. C. fuit deciſum ut torqueatur, & adhibita tortura, quia non fuit confeſſus, liberatus remanſit in forma.

16 Auxilium præſtans ad oſculandum violenter mulierem, an teneatur pœna ordinaria dicti delicti, vide Clar. *q. 89. & 90.* alioſque citatos à Thoro *compend. deciſ. Neap. par. 3. ver. Auxilium*, ubi videtur concludere pro media pœna, & ſic cùm pœna ordinaria contra principalem eſſet mortis per capitula Regni, & *Reg. Pragm.* fuit auxiliator condemnatus per ſeptennium ad remigandum.

Alia an, & quando puniatur auxilium præſtans ad
delinquendum, vide per Gomez. *lib. 3. var. cap. 3. & 5.*
Giurb. *conſil. 4. 7. 42. 68. & 85.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 17
273. & 280. Laurent. Urſel. *concl. 175. per tot.* & me
cum aliis citato Com. Auguſt. Fontana *Bibliotb. legal.*
part. 4. fol. 149. vide in primis Addit. fol. 628. Cyriac.
contr. 105. & alii relati per *Caſtejon. Alphabet. Juridic.*
verb. auxilium. Nicoli. *Inſtit. Imp. tit. de obligationibus,*
quæ ex delicto n. 24. Bellegrand. *in Compend. rer. Crim.*
meth. tract. 10. q. 5.

Auxilio ſuo dum valet nō impediens de Jure Civili ad nihil de Jure Canonico ad mitiorem pœnam tenetur, & mortaliter peccat *c. ſicut dignum §. Vi etiam de homicid. V. qui potuit hominem à morte liberare, & non liberat, occidit* Bellegrand. *loc. cit. n. 4.*

Finis Libri Primi.

MARCI

MARCI ANTONII

SABELLI J. U. D.

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.

LIBER SECUNDUS.

De littera B.

§. BANNUM I.

1 Bannimenta status Ecclesiastici imponentia pœnam ultimi supplicii, & confiscationis bonorum contra exonerantem sclopum cum offensione alterius intelliguntur de offensione per tactum corporis, nec sufficit offensio facta in vestibus, Guazz. *ad def.* 29. *cap.* 2. *nu.* 12. & *in tract. de pace, et treg. p.* 1. *quæst.* 52. *num.* 4. *vide* Vulp. *in tract. de promission. quæst.* 91. *n.* 7.

In statu tamen Florentino vigore banni sub die 2. Septembris 1579. est imposita pœna furcarum, confiscationis bonorum, infamiæ, & aliorum præjuditiorum etiamsi nulla sequatur offensio, imò etiamsi non fuerit sequuta exoneratio quando deventum fuit ad actum proximum exonerandi, qui dicitur ex recepta interpretatione *il Sgrilettamento vide in §. Affectus num.* 5. Conciol. *resol. crim. verb. offensio resol.* 2. *et verb. Statutum resol.* 1. Jovi *in tract. de Solem. in contract. min. glossa* 2. §. 2. *n.* 38. Pellegrin. *in praxi Vicar. part.* 4. *section.* 10. *n.* 54. *pag.* 407.

2 Banna prædicta punientia pœna mortis, & aliis prædictis exonerantes sclopos contra aliquem animo offendendi, non habent locum quando aggressus id faceret pro sua defensione, cùm non intelligantur tollere naturalem, & legitimam defensionem, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 88. *per tot.* dixi in meis resol. *cap.* 20. *nu.* 25. *etc. vide in §. Agressio* Marsil. *Singul.* 59.

3 Banna imponentia graviores pœnas, quàm faciat jus commune dicuntur edita potius ad terrorem, quam ad cominatæ pœnæ executionem, & ideò non sunt extendenda, sed strictè interpretanda, imò judex potest ex aliqua causa recedere à dictis pœnis rigorosis, Bertach. *in Repert. verb. Bannum num.* 25. cum aliis per Guazz. *def.* 29. *cap.* 2. *nu.* 23. ubi dicit non esse inhærendum Gramat. *decis.* 36. *nu.* 5. dum dicit esse ad unguem servanda, nam summum jus summa injuria, quòd ego intelligerem in his, quæ non sunt de sui natura mala, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 34. *nu.* 11. *et seqq.* ubi in terminis delationis armorum, ut pœnæ rigorosæ sint ad terrorem, & executioni non mandentur. Jovi *loc. cit.* §. 2. *n.* 38.

4 Banna prohibentia conversationem cum bannitis, intelliguntur de illis, qui eos recipiunt, fovent, alunt, & celant, non verò de illis, qui simpliciter alloquerentur, vel etiam conversationem haberent extra statum bannientis, dummodò non sit dolosa, & ad malum finem, vide Guazz. *def.* 29. *cap.* 2. *nu.* 22. *et seqq.* Tusch. *litt. B. concl.* 2. *per tot.* facit quod dixi in §. *Advocatus*, §. *Statutum puniens*, *et* §. *Bannitum*, & in mea Pract. §. *Banditi per tot.* ubi plura de legibus municipalibus Etruriæ, Conciol. *resol. crim. verb. Bannitus resol.* 1. 2. *et* 3. ubi plura ad excusationem hujusmodi imputatorum Honded. *cons.* 88. *n.* 36. *libr.* 2.

5 Banna non ligant remotis officialibus, qui illa fecerunt, nisi iterùm publicentur, Gratian. *discept. forens. cap.* 542. *num.* 18. *et* 19. Sperell. *decis.* 14. *num.* 20. *etc.* ubi loquitur de bannimentis Episcopi, quæ morte illius finiuntur, exceptis constitutionibus Synodalibus Ricc. *dec.* 149. *n.* 1. *part.* 1. *vide* De Luc. *de Regal. disc.* 89. *num.* 2. Et quod Bannimentum præsumatur durare quousque durat officium Emerix Jun. *decis.* 263. *n.* 53.

Bannimenta edita à Barone an durent, durante Investitura Episcopus Rocc. *cap.* 80. *n.* 13. *lib.* 1.

Bannimenta promulgata a Cardinali à Latere sunt perpetua Rocc. *loc. cit. n.* 14.

Bannimenta expirant, finito officio conductoris illius temporis idem Rocc. *loc. cit. n.* 17. quod intellige, ut *n.* 18. *et* 19.

Quòd ego intelligerem de bannis provisionalibus nomine officialium publicatis, secus si sub nomine Principis, quæ sunt perpetua, nisi aliter sit cautum, vel fuerint revocata.

De quibus autem possit Officialis facere bannimenta, Tusch. *litt. B. concl.* 3. *per tot.* & *concl.* 6.

Banna pœnalia de non extrahendo bladam, & victua- 6
lia de Territorio, non ligant forenses ibidem bona possidentes, quin possint extrahere ad illorum domos fructus recollectos, nec etiam laboratores forenses, quin eorum portionem asportare possint, Thesaur. *decis.* 152. *per tot.* Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 14. *per tot.* Farinac. *in fragment. litt. B. num.* 44. *et seqq.* Cyriac. *contr.* 109. Joseph. Urceol. *consult. forens. cap.* 42. *num.* 32. *et seqq. vide in* §. *Statutum prohibens alienari, etc. n.* 50. & in mea Pract. §. *Estrazione num.* 20. *et per tot.* ubi plura in materia extractionum prohibitarum vigore bannimentorum status Florentini, &c. Giballin. *d. univers. negot. lib.* 1. *cap.* 7. *consect.* 6. *fol. mihi* 222. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 3. Conciol. *resolut. crim. verb. Statutum resol.* 2. Franc. de Angel. *tract. de confes. lib.* 2. *quæst.* 81. ubi etiam qualiter constare debeat de corpore delicti, & alia plura in materia extractionum Ricc. *collect.* 762. Vide De Luca *de regalib. disc.* 97. *nu.* 6. *et* 54. *et disc.* 152. *à n.* 5.

Quòd hujusmodi banna sint valida, & alia pro illorum intelligentia, Ricc. *Collect.* 762. 3356. *et* 3545. Novar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.* 87. *et* 88.

Sicut etiam non ligant portantes per transitum, Cabal. *resol. crim. cap.* 129. *in fine*, Alexand. *consil.* 86. *vol.* 4. Stracc. *de Mercatur. par.* 4. *n.* 48. *et* 49. Marsil. *consil.* 136. *n.* 14. Prosper Rendell. *tract. de vinea, et vino fol.* 79. *col.* 1 *vers. et adverte.*

Quòd in qualibet prohibitione semper intelligatur transitus exceptuatus, nisi sit expressè prohibitus, licèt etiam valdè sit controversum an transitus possit prohiberi cessante damno, & præjudicio Civitatis, & Civium, latè in terminis falsæ, vel prohibitæ monetæ, salis, armorum, & hujusmodi rerum prohibitarum, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 5. §. 4. *ad* 5. *n.* 55. & *seqq. dixi in* §. *Princeps n.* 49. §. *Gabella nu.* 9. §. *Arma n.* 50. *in Addit.*

Verùm quia transportans monetam aliquo respectu falsam, ut quia sit cussa fortè cum inferiori liga, vel signo, & nomine alterius Principis, vel alia ratione prohibitam in loco, posset de facili pœnitere, & inventa occasione expendere, non est tutus ab omni molestia, & pœna, sed potest carcerari, ut reddat rationem ubi fuerit cussa moneta, & de aliis ad tradita per Montan. *de Regal.* §. *Et dimidium n.* 4. Rovit. *Pragm.* 10. *de extract.* Mans. *consil.* 271. *tom.* 3. & alios citatos per Raynald. *ubi sup. n.* 26. *et seqq. per tot.*

An autem ut intret pœna commissi sit necessaria realis apprehensio, vel sufficiat probatio per testes, vel aliis legi-

legitimis modis facta, quòd merces illicitæ fuerint exportatæ, vel extractæ, sive introductæ, contra prohibitionem, dubitant DD. sed pro vera resolutione considerandа sunt verba prohibitionia, nam si sit prohibita extractio, vel introductio simpliciter, nulla requiritur apprehensio, sed sufficit alia probatio, maximè quando lege cavetur ut possit procedi per inquisitionem; si verò lex disponat contra extrahentes, vel introducentea inventos cum mercibus, tunc necessaria est apprehensio, Peguer. *decis.* 57. *per tot.* Gimma *decis.* 172. *cum Addit.* Capyc. Latr. *dec.* 78. *nu.* 1. *etc.* Sanfelic. *decis.* 43. Guazz. *defens.* 5. *cap.* 8. *num.* 1. *et cap.* 9. *nu.* 4. Antun. Portug. *de donat. Reg. lib.* 3 *cap.* 34. *num.* 13. facit quod dixi in *§. Arma num.* 8. *et §. Statutum puniens*, *n.* 6. *vide* Sacc. *de Judic. libr.* 1. *cap.* 78. *à num.* 2.

2 Alia plura in materia commissi, & an tea licitæ asportatæ cum illicitis cadant in commissum, cum similibus quæstionibus, idem Portugal. *d. cap.* 34. *per tot.* Boer. *decis.* 178. Bobadil. *Polit. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. Florid. Manson. *tractat. de contrabann. per tot.* Strac. *de Mercat. p.* 4. *n.* 28. Massin. *de confiscat. quæst.* 26. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 122. *et seq.* Salzed. *de contrab. cap.* 16. ubi plenè, & vide in *§. Gabella nu* 25. *et seqq.* *§. Vecturales num.* 1. *vide* Gutier. *pract. quæst. libr.* 4. *quæst.* 40.

Item non ligant rusticos, vel laboratores asportantes eorum masceritias, etiam cum bobus de uno statu ad alium ex causa mutationis prædiorum, ut me proponente resolutum fuit per Magistratuum DD. Octo Baliæ Virorum de anno 1675. in causa Florentiolæ contra Franciscum Antonii, & approbatum à S. C. in filcia negotiorom sub n. 1465.

Nec etiam asportantes pro usu proprio, vel familiæ, Sper. *decis.* 11. *n.* 17.

Et quamvis contrarium servetur de consuetudine, ut testatur Clar. *§. fin. quæst.* 82. *stat.* 7. *n.* 4. tamen hoc casu talia banna non obligant in foro conscientiæ, idem Sperel. *d. dec.* 13. *n.* 18. *& in fine*, *& dec.* 12. 13. *&* 14. *per tot.* ubi latè probat non comprehendere personas Ecclesiasticas, nec illarum bona; dummodò tamen non extrahant pro mercantia, quia hoc casu in odium negotiationis illis prohibitæ tenerentur solvere solitam gabellam, ut probat idem Sperel. *decis.* 35. *n.* 45. *& decis.* 94. *per tot.* ubi quando dicantur extrahere pro mercantia, vel non ad effectum prædictum, Ciarlin. *contr. for. cap.* 31. *per tot. vide in §. Clericus num.* 46. Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 43. ubi quando extrahentes victualia de statu Ecclesiastico incurrant excommunicationem Papæ reservatam, dixi in *§. Statutum prohibens alienari &c. nu* 10.

Sed quòd dicta banna de non extrahendo comprehendant etiam forenses laicos data illorum scientia, testatur de magis communi opinione Sperell. *decis.* 13. *nu.* 21. vide Clar. & Bajard. *§. fin. q.* 82. *Sat.* 7. Paul. Christin. *decis.* 2. *vol.* 2. Viv. *opin.* 181. Vide De Luca *de Regalib. disc.* 152. *à n.* 5.

Non tamen recedendum puto à suprafirmata conclusione in suis terminis.

Quòd banna de non inducendo vina extera, comprehendant cives possidentes vineas extra territorium, ne possint vinum inducere, non tamen Clericos (nisi ex ordinatione Episcopi) quoad amissionem vini, sed benè conductores laicos, eò quòd vinum alienum conducant, Bald. *cons.* 198. *lib.* 2. Gram. *decis.* 100. Rendell. *d. tract. fol.* 78. *col.* 2. *vers. Statuto cavetur, &c.*

Quòd bannimenta generaliter non ligent ignorantes, & quando præsumatur ignorantia, vel scientia, Tusch. *litt. B. concl.* 4. *per tot.* Vide Danz. *Pugn. Doct. de prag. public. cap.* 1. Baldae. *tit.* 1. *decis.* 13. *nu.* 8. Spada *cons.* 256. *n.* 6. *lib.* 2.

Stante statuto prohibente granum, vel quid aliud asportari extra territorium, posse condemnari deprehensoa in itinere, etiam si extra fines territorii non pervenerint, Paul. Christin. *decis.* 64. *num.* 8. *vol.* 3. Joseph. Ludovic. *decis.* 80. Gomez. *var. resol. t.* 2. *cap.* 2. *n.* 7. Petr Gregor. *Syntagm. jur. lib.* 25. *cap.* 4. *& seqq.* Boer. *decis.* 178. *n.* 30. *& seq.* ubi benè distinguit. De Luca *de regalib. disc.* 153. *n.* 2.

Quando committatur extractio, & quomodo probanda ut possit puniri, Ricc. *Collect.* 3356. latè Cæpol. *in repet. l. si fugitivi C. de serv. fug. num.* 65. *& seq.*

Banna prohibentia armorum delationem non habent locum, quando delatio esset ad persecutionem bannitorum, nisi deferens hoc simulàverit ad alium malum finem arma deferendo. quod ex conjecturis erit judicandum. & semper est præsumptio contra deferentem arma, nisi probet se ad talem finem licitum, & tali animo detulisse, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 45. *per tot.* Menoch. *de Arbitr. cas.* 574. *per tot.* Novar. *in Pragm. Regn. Collect.* 21. *& seqq. vide in §. Arma n.* 14. Anton. de Ballia *tract. var. lib.* 1. *tit.* 41. ne deferantur scopettæ *fol.* 231. *n.* 3. ubi quòd illa pragmatica cùm non loquatur expressè de Officialibus, illos non comprehendit, & quòd si scopetta non sit perfecta, & apta ad offensam, non dicitur scopetta, Bertazzol. *consil.* 74. *lib.* 1. Bolognet. *consil.* 25. sed in hoc ultimo fuit sæpè contrarium servatum Florentiæ, quia clara sunt bannimenta comprehendentia etiam partes, ut dixi in praxi *§. Archivasi*. 7

An comprehendant Clericos, dixi in *§. Clericus n.* 65.

Item non habent locum quando quis uteretur armia ad sui, vel alterius defensionem in casibua à jure permissis, nam permissà defensione videtur permissum omne id, sine quo illa fieri non potest, intelligendo quando illa sumeret de domo, apotheca, vel latere alterius ad dictum effectum, & sic esset delatio momentanea, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 62. *per tot. & cas.* 88. *in fine* Carer. *in Pratic. crim. §. quintò excusat. num.* 72.

Secus autem si illa ex se deferret sine licentia, Farin. *q.* 180. *n.* 68. *&c.*

An dicta banna comprehendant forenses, vide Farinac. *d. quæst.* 108. *n.* 105. *& seqq.* Guaz. *de confisc. bon. concl.* 13. *ampliat.* 88. *in fine*, *dixi in §. Forensis num.* 1.

Quòd dicta banna in Regno Neapolitano quantumcunque generalia non comprehendant ministros, familiares, aliosque officiales, Magni Admirati, ejusque Magnæ Curiæ, Sanfelic. *decis.* 419. *n.* 13. *& seqq.* ex quo posset inferri etiam Florentiæ ad Ministros Primarios Serenissimi Magni Ducis, maximè criminales arbitrio S. C. S. facit quòd dixi in Pract. *§. Rettori n.* 51. & in hoc opere *§. Arma n.* 11.

Quòd banna per Principem supremum edita non extendantur ad loca baronalia nisi expressè dicatur, & in eis fuerint publicata, nec desunt tenentes non posse Principem facere banna, quæ comprehendant subditos feudatariorum habentium terras emptas sanguine, & pretio, licèt contrarium sit verius facta expressione, & publicatione, ut supra, Raynald. *Syntax. rer. crim. Proœm. §.* 11. *n.* 1. *& seqq.* vide Ant. Gob. *Consult.* 101. *per tot.* ubi quòd est plantare, & serere in fundo alieno, cùm pœnæ, & mulctæ, ac confiscationes spectent ad investitum, &c. Galeot. *contr.* 54. *n.* 44. *&* 51. *libr.* 2.

Banna, quòd præsentans, vel occidens bannitum possit se ipsum vel alium à banno, in quo esset condemnatus redimere, qualiter intelligantur, & locum habeant, dixi in *§. Bannitus*, *& §. Statutum dans præmium*, & in mea practica. *§. Banditi*, *& §. Premj per tot.* ubi plura, maximè de observantia vigore bannimentorum in Statibus Etruriæ. 8

Banna prohibentia venationem, aucupationem, seu piscationem in aliquo loco procedunt, etiam quòd contrafacientes facerent animo donandi Principi, vel Domino prohibenti; non tamen haberent locum quando venationes fierent de animalibua ferocibus, ut leonibus, lupis, & aliis humanæ naturæ nocivis, imò tali casu possent etiam de jure gestari arma aliàs prohibita, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 253. *per tot. vide in §. Princeps n.* 41. 9

Quoad arma intellige ut supra n. 7. & dixi in mea Pract. *§. Armi n.* 38. *vide* Cabal. *cas.* 253. *num. fin.*

Quæ autem sint animalia prohibita capi, & occidi vigore bannimentorum in statibus Etruriæ, vide in d. Pract. §. *Animali num.* 1. *§. Banditi*, *& §. Caccia per tot.*

Bannum status Florentini de anno 1556. contra Sicarios mandato alterius delictum committentes accepto præmio, quando locum habeat, vel non, vide Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 289. *per tot. dixi in §. Assassinium. §. Statutum puniens*, & in mea Pract. 10

§. As-

§. *Assassini*, & §. *Sicarj per tot.*

Alia vide in §. *Lex*, & §. *Statutum*, & per Bertachin. in *Repert. verb. Bannum.*

De banno, quo mediante quis citatur, vel diffidatur pro delicto, quid sit, quid continere debeat ad sui validitatem, & alia ad rem, Zuff. cum aliis ab eo citatis in Annotat. ad Constitut. Barbet. *post tract. de legitim. n. 165. & seqq. fol. 395.*

21 Banna de revelando delinquentes sub pœna (extra casus hæresis, & læsæ Majestatis) non comprehendunt Medicos, procuratores, advocatos, & alios, qui secretè, vel sub secreto sciunt, colonos, servos, famulos, filios, uxores, & similes, qui tenentur defendere; nec habentes notitiam tantùm post publicationem; nec ubi immineret periculum mortis, non valentes probare, quia non tenentur accusare, sed benè simpliciter denunciare, vel admonere, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 2. §. 4. n. 37. & seqq. & num. 161. & seqq. per tot.* ubi latè an comprehendant etiam personas Ecclesiasticas activè, & passivè, & alia ad rem; licèt plura ex prædictis non benè serventur in practica, saltem quoad vexationes facti, & pœnas arbitrarias leviores ordinarii, & non comprehendere eos, qui sciunt factum ab ipso delinquente sub secreto, nisi ex taciturnitate magnum sequatur damnum, Riminald. *consil. 327. lib. 3.* quem refert, & sequitur Raynald. *loc. citat. cap. 7. §. 9. & 10. n. 34. & 35. vide in §. Delictum num.* 12.

22 Alia de diversis bannis, Thoro *Compend. dec. Neapol. part. 1. verb. Bannum*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. p. 4. fol. 152.* De Luca *in Indice generali verbo Bannimenta & verbo Bannum* Jovi. *de Solemnitatibus in Contract. minorum.*

23 De bannis pluribus publicandis, & servandis tempore pestis, & contagii, Cardin. Gastald. *tract. de avert. & profligan. pest. Polit. legal.* in diversis locis indicatis in *Repertor. verb. Edicta*, ac alibi.

24 Banna, sive proclamata perpetui silentii contra prætendentes jura super certis bonis si illa in termino statuto non deduxerunt, ut dixi in §. *Emptio n. 25.* qua ratione sint introducta, quid operentur, & quæ pro illorum validitate sint servanda quos comprehendant, vel non, & in specie an personas Ecclesiasticas, de quibus dixi in §. *Clericus n. 53.* An aliquis possit audiri contra hujusmodi sententias saltem ex gratia Principis, & alia ad rem plenè Ant. Gob. *Consult. 51. 52. 53. & 54. per tot. & Consult. 112. per tot.* ubi an possit dari de nullitate ex defectu publicationis in loco, tempore, & super re proclamata, &c.

25 Bannimentorum non usus satis attenditur, quoties non apparet fuisse usu recepta De Luca *de Regal. disc. 85. n. 6.*

26 Bannimenta strictè intelligenda sunt nec extenduntur De Luca *de servitutibus disc. 46. n. 3.* & quod non extendantur ad loca non expressa De Luca *de Regal. disc. 87. n. 3.*

27 Bannimenta sunt attendenda in substantia, non in cortice, & figura verborum De Luca *de Regal. disc. 152. n. 12.*

28 Bannimenta sunt actus Jurisdictionis Spada *cons. 256. n. 7. lib. 2. & cons. 4. n. 237. lib. 1.*

§. BANNITUS. II.

1 BAnniti de jure communi non possunt impunè offendi, nec occidi, secus autem stantibus statutis per totam ferè Italiam, quorum vigore permissum est illos occidere etiam tuta conscientia, dummodò fiat bono zelo justitiæ, & non ex aliqua privata causa, vel odio particulari, sive sint condemnati ex magna, sive levi causa, intelligendo de condemnatis in pœnam vitæ, & quamvis statuta loquerentur simpliciter de offensione, sunt intelligenda etiam de totali occisione, Petr. Cabal. *resol. crim. cas. 61. num. 5. & seqq.* Menoch. *de arbitr. quæst. 90. per tot.* Farinac. & Vulpin. *in suo q. 103. per tot.* ubi latissimè Paul Christin. *dec. 152. num. 8. vol. 2.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 3. tit. 7. per tot.* Addit. ad Sansel. *decis. 386. versic. Est observandum*, P. Manar. *in Noct. melancon. interrogat. 94. fol. 556.* ubi citat Molin. & Bonac. inferendo quòd cum sint in continuo periculo mortis, possunt à quocumque Sacerdote etiam non approbato, & etiam à casibus reservatis, ac censuris, prout alii existentes in periculo mortis, absolvi. Giurb. *cons. 3. & 12.* Chartar. *decis. 1.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 10. n. 54.*

Omnia sub hoc numero contenta, me pluries citata cum aliis modernis sequitur Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. libr. 4. rub. 56. n. 9. & seqq. per tot.*

An possint Banniti occidi tuta conscientia, & alia plura ad rem, tradit Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 2. §. 4. per tot.* Cevall. *comm. quæst. 554.* Dian. *tom. 8. tract. 5. resol. 4. & seqq.*

Qualiter probetur quem esse bannitum, ut possit jure occidi, vel non, Mascard. *de probat. conclus. 162. per tot.* Giurb. *cons. 3. n. 4.*

Banniti tanquam inimici publici stantibus dictis statutis possunt ab omnibus offendi etiam cum fraude, pactis, & aliis conventionibus, imò data pecunia per assassinium, & proditoriè, Cabal. *resol. crim. cas. 220. num. 40. &c.* P. Manar. *d. interrogat. 94. in fin. fol. 558.* Farinac. *d. quæst. 103. num. 26. &c. & n. 107. & seqq.* Cabal. *de omn. gen. homicid. n. 59. & seqq. & n. 406. & seqq. n. 529. & 579. &c.* Franch. *decis. 276.* Dian. *part. 5. tract. 4. resol. 25.* Addit. ad Sanselic. *decis. 386. versic. Est observandum*; quicquid dicat Menoch. *de Arbitr. d. quæst. 90. n. 48. & 49.* esse puniendum homicidam, qui ob pecuniam acceptam, vel proditoriè bannitum occidit, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 64. num. 47. & seqq.* ubi quòd necans bannitum veneno punitur tanquam verus homicida insidiosus, & proditorius, ac ita communiter in Praxi servari, & citat Cabal. *de homicid. n. 579.* & Farinac. *quæst. 103.* cùm tamen contrarium teneant ut supra, vide in §. *Venenum n. 13.* & contra Menoch. ut possint occidi proditoriè etiam mediante veneno, aliis citatis probat Concinl. *ad stat. Eugub. lib. 4. rubr. 56. num. 8.* 2

Quòd dicti banniti non habentes salvumconductum dicantur in continuo mortis periculo, & ob id possint tanquam moribundi absolvi ab omni peccato, & censura per quemcunque Confessarium, Dian. *part. 5. tract. 3. resol. 64. vide in §. Absolutio n. 29.* Lezan. *quæst. regul. vol. 2. verb. bannit. n. 14.*

Non tamen potest bannitus sibi ipsi manum inferre, & seipsum occidere, ut benè probat Menoch. *de arb. cas. 284. n. 31. & seqq.*

An, & quando banniti possint impunè offendi, vel decapitari, latè Tusch. *litt. B. conclus. 17. & 19. per tot. & litt. S. concl. 467. & seqq.* ubi de pluribus statutis permittentibus bannitos impunè offendi, & qualiter intelligantur, de quibus plenè etiam Clar. & Bajard. in §. *Homicidium*, & alibi prout in *Repert. verb. Bannitus*, Gizzarel. & Addant. *decis. 13. & decis. 23.*

Quòd sicuti possunt impunè occidi ita etiam possint in bonis damnificari, nec illis competat actio, Joseph Ludov. *decis. Perus. 11. n. 17. & seqq.* de quo tamen vide Peregrin. *de jur. fisc. lib. 3. tit. 7.* & Ciarlin. *contr. 161.*

Banniti cancellati à banno, sed injustè, ac nulliter, sine causa, vel per non habentem auctoritatem, possunt adhuc impunè offendi, quia habentur pro non cancellatis, Menoch. *de arbitr. quæst. 90. num. 23. & seqq. & cas. 283. n. 2. &c.* Farinac. *d. quæst. 103. nu. 100. & seqq.* Duen. *regul. 68. per tot.* ubi etiam tradunt de aliis similibus casibus infra n. 28. 3

Et idem est dicendum quando essent legitimè cancellati, & non appareret cancellationis instrumentum, vel gratia, vel si essent liberati à banno, sed de liberatione non appareret in libro bannitorum, cùm his casibus probabilis ignorantia excuset occidentem à pœna ordinaria homicidii, non tamen ab extraordinaria arbitrio judicis imponenda pro modo, & qualitate negligentiæ, sive culpæ in meliùs perquirendo veritatem, Menoch. *d. quæst. 90. n. 34. & seqq. & cas. 283. num. 2. & 3.* Farinac. *qu. 103. n. 79. & seqq. ad 100.* ubi vide.

Banniti possunt ex forma statutorum id permittentium ab omnibus offendi, & occidi, etiam si occidens id ignoranter agat, ut quia nesciret occisum esse bannitum, vel etiam si esset rebannitus, sed non cancel- 4

latus,

latus, vel injustè, & indebitè cancellatus, vel licèt occiderit alium bannitum, vel etiam si occisus esset injustè bannitus, sive nondum bannitus, sed de proximo banniendus, ut latè probat Duen. *reg.* 68. *cum novem ampliat.* Farinac. & alii supracitati videndi, Caball. *cas.* 274.

An, & quando occidens bannitum gratiatum, sed nondum ex albo deletum possit puniri, & qua pęna, Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 297. *per tot.* ubi distinguit inter scientem, & ignorantem, ut sciens puniatur pęna ordinaria, ignorans, verò, vel dubitans pęna extraordinaria, vel nulla quando fuerit omninò in bona fide, facit quòd dixi in *§. Gratia*.

An autem stante dicta ignorantia banni debeatur præmium aliàs occidentibus, vel capientibus bannitos concessum, videtur negare, Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *num.* 22. Cabal. *cas.* 274. *& cas.* 287. *num.* 23. *&c.* cum ignoranter agens non mereatur. Clar. *libr.* 5. *recept. sent. §. homicidium versicul. fuit etiam aliquando.*

Sed in contrarium quòd imò debeatur etiam præmium non obstante ignorantia videtur inclinare, Cabal. *d. cas.* 287. *n.* 50. Guaz. *def.* 18. *cap.* 1. *num.* 17. & optimè probat Farinac. *d. q.* 103. *num.* 30. *& seqq. vide in §. Præmium n.* 8.

5 Banniti nondum, sed de proximo banniendi, quando sunt notoriè delinquentes, & jam sunt lapsi termini defensionum, ac ubi esset pęna ipso facto imposita, & ideò omninò certum esse de proximo banniendos, habentur pro bannitis, ita ut illos occidens non incidat in pęnam, Cabal. *resol. crim. cas.* 275. *n.* 12. *& seqq.* vide Bajard. ad Clar. *§. Homicidium n.* 597. Farinac. *quæst.* 103. *nu.* 123. *& latius num.* 225. *& seqq. in limit.* 22. *per tot.* & in meis resol. *cap.* 93. *n.* 23. *&c.* Fulu. Majoran. *in Opoprax. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 60. *& seqq.* ubi quòd non publicata sententia debet occisor puniri, quia cùm simus in odiosis, & per aliàs rationes proximè banniendus non potest haberi pro bannito, etiam si esset notorius delinquens, vel pęna esset ipso jure imposita, quia opus est declaratione, alias occisor punitur.

Quicquid aliàs cessantibus prædictis qualitatibus contrarium esset dicendum secundùm Jas. *in l. si qua mulier n.* 23. *C. de Sacros. Eccles.* Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 83. *n.* 38. cum aliis per Barbos. *de Axiomat. jur. Axiom.* 6. *in fin.*

Debent enim ultra contumacem esse jam in banno positi, & tam de proximo condemnandi, ut omninò certum sit non posse amplius comparere, ac nullam eis competere defensionem, in quibus terminis loquuntur supra relati Doctores, & fuit dictum, ac servatum [me proponente] per Magistratum Dominorum Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, & à S. C. S. approbatum de mense Junii 1670. in causa cujusdam Pientini prout in Giornali 628. fol.

An autem in dicto casu debeatur etiam præmium solitum, dixi in *§. Statutum dans præmium n.* 1.

6 Bannitus captus ab aliquo privato an sit de necessitate ducendus ad judicem, vel possit impunè ad arborem suspendi, seu aliter strangulari, & occidi, vide Petr. Cabal. *res. crim. cas.* 277. *per tot.* ubi relatis opinionibus, tenet posse suspendi à capiente, fretus auctoritate And. de Iser. & Affl. in locis per eũ citatis, nisi tamen hoc fieret animo exercendi jurisdictionem, nam tunc tanquam illius usurpator incideret in crimen læsæ Majestatis, & ideò melius est ad judicem ducere.

An bannitus captus dum est in manibus familiæ possit impunè occidi ab ipsa familia, vel aliis, videntur affirmare Farin. & Cabal. relati à Sanfelic. *decis.* 249. ubi tamen ipse pluribus rationibus, & auctoritatibus contrarium probat, & teneri occidentes pœna arbitraria; opinionem verò contrariam procedere posse tantùm in bannito resistente, vel capto per privatos infra *n.* 13. facit latè idem Sanfelic. *decis.* 335. *num. Addit.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. *§.* 10. *&* 11. *cum* 60. *& seq.* ubi approbat distinctionem ibi dictam.

7 Banniti possunt impunè occidi etiam à fratribus suis, sicut & ab eisdem absque pœna receptari, secundùm Michalor. *de fratr. p.* 3. *cap.* 56. *num.* 11. 12. *&* 17. *vide in §. Statutum puniens*, & in mea Pract. *§. Banditi num.* 14. *& num.* 71. ubi quoad receptationem, quòd imò puniuntur pœna arbitraria infra num. 36. & 39.

Banniti licèt possint ab aliis occidi, non tamen possunt occidi ab illorum filiis, nisi in certis casibus, aliàs filius occidens patrem bannitum esset capite plectendus, Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *num.* 43. *&c. & cas.* 356. *nu.* 20. Franch. *decis.* 276. P. Manar. *in noct. Melanc. interrogat.* 92. *fol.* 153. Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 35. *in fine, latiùs p.* 8. *tract.* 7. *resol.* 42. ubi refert diversas opiniones. Conciol. *resol. crim.* 5. *verb. Statutum num.* 11. 8

Imò possunt à filiis impunè receptari Menoch. *loc. cit.* vide in mea Pract. *§. Banditi num.* 41. *&* 71. Paul. Christin. *ad leg. munic. tit.* 2. *art.* 24. ubi qualiter excusentur receptantes illos ignoranter, vel consanguinei saltem à pœna ordinaria, vide in *§. Statutum puniens num.* 15. *etc.*

Sed de hac materia respectu patris, filiorum fratrum, uxoris, mariti, domini, vassalli, sive servitorum, quando uti banniti possint se invicem occidere, vel non, vide Farinac. *q.* 103. *n.* 275. *& seqq. ad* 289. & Vulpin. *in suco dict. quæst. num.* 21. *& seqq.* Franch. *decis.* 276. *per tot.* Romag. in addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 56. *nu.* 12. *etc.* ubi pluries me allegat, vide Add. ad de Franch. *cit. dec.*

Banniti an possit impunè occidi in Ecclesia, vide Cortiad. *decis.* 85. & alios citatos per Romaguer. *ubi supra*, & Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. *verb. Occidens*, Farinacc. *q.* 103. *nu.* 323. *&* 324. ubi refert duas contrarias opiniones, & videtur sequi ultimam affirmativam, intelligendam ut dixi in mea Pract. *§. Banditi num.* 61. cui adde Sperell. *decis.* 104. *num.* 66. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 230. *& seqq.* ubi quòd banniti pro criminibus in Bulla Gregoriana exceptuatis non gaudent immunitate, & alii non possunt in spretum justitiæ recipi, & tolerari in Ecclesiis, & locis piis, sed debent expelli, & sic conceditur expulsio, non autem extractio, & vide Farinac. *in Append. de Immunit. Eccl. cap.* 2. *num.* 37. *& seqq. et cap. ultimo num.* 347. *& seqq.* Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 21. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 42. *num.* 25. ubi sequitur distinctionem Farinac. *q.* 28. *n.* 47. Ludovic. *decis. Luc.* 16. *num.* 31. si sint banniti pro delictis excepta possint occidi, aliàs secus, Zuff. *de legit. processs. in annot. ad const.* Barber. *num.* 57. *&* 98. ubi refert contrarias opiniones, & concludit posse puniri occisorem banniti in Ecclesia etiam temporaliter, & corporaliter, ultra pœnas spirituales excommunicationis, vida Thom. del Bene *de Immunitat. part.* 2. *cap.* 16. *dnb.* 37. *per tot. fol.* 108. Danz. *pugn. doct. de armat. per campan. cap.* 7. *num.* 13. *&* 14. Et quod Bannitus tolerari non debeat in Ecclesia per Episcopum, tradit Fajard. *alleg. fiscal.* 9. *n.* 222. 9

Intellige quòd possint extrahi & respectivè expelli ab his, ad quos spectat, & non auctoritate sæculari, juxta ea quæ dixi in §. *Immunitas*.

Quòd occidentes bannitum in Ecclesia, licèt non possunt puniri tanquam homicidæ, stante permissione impunè occidendi, tamen debeant severè puniri ut violatores Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ immunitatis, & incurrant excommunicationem Bullæ Gregorianæ contra extrahentes ab Ecclesia, ac idem esse in judice laico mandante reum, quem capere non potuit, in Ecclesia occidi, & in ejus ministris exequentibus, Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 21. *in fine*, *et resol.* 35. *per tot.*

Banniti etiam stantibus supradictis statutis non possunt de jure canonico, nec in foro conscientiæ offendi sine peccato, maximè si non zelo justitiæ, sed animo fundendi sanguinem id fiat, prout nec etiam de jure civili si agatur de bannito de proximo rebanniando, vel remittendo si id notum erat offendenti, vel de eo, qui communi opinione habebatur pro non bannito, vel de jam carcerato, & in fortiis curiæ existente, vel de fœmina prægnante etiam ex illicito coitu, & per paucos dies, vel de patre, filio, domino, aut fratre, nisi isti contra patriam venirent, latè Duen. *reg.* 68. *limit.* 1. *& seqq. per tot.* vide Farinacc. & alios supracitatos, ac intellige juxta superiùs dicta, & infrà dicenda vide Lazan. *quæst. regular. vol.* 2. *verb. bannitus*. 10

Quoad mulierem bannitam prægnantem quod non possit offendi, sequitur Menoch. *de arbitr. q.* 90. *n.* 55. P. Manar. *Interrog.* 94. *fol.* 156. ubi quòd nec potest morti tradi nisi post 40. dies à die partus, & vide in *§. Mulier*.

11 Banniti, etsi dum vivunt possint ab omnibus offendi, mortui tamen vulnerari, aut spoliari non possunt, cùm in mortuos sævire non deceat, & ideò malè faciunt judices dum jubent delinquentium cadavera suspendi, quia maledictus à Deo, qui pendet in ligno, licèt justis de causis, ut puta ad coercendam aliorum audaciam sit quandoque permissum arbitrio judicis horum cadavera laqueo suspendi, vel scindi, sive aliis ignominiis affici, sicuti memorabilius exemplis relatis probat Menoch. *de arbit. cas.* 285. *per tot.* & ita pluries servatum vidi ab Eminentissimo D. Cardinale, & Principe Alderano Cybo Provinciæ Romandiolæ vigilantissimo de Latere Legato de anno 1649. &c. & posteà ab Eminentissimo D. Cardinale Dunghio illius non minus zelantissimo successore, qui etiam aliis artibus utebantur ad dictam Provinciam facinorosis hominibus expurgandam, facit infra num. 17.

12 Bannitus ex simplici causa pecuniaria, vel ob delictum mortis pœna non dignum, impunè occidi non potest, sed tantùm in bonis offendi, cùm pœna sit delicto commensuranda, Menoch. *de arbitr. q.* 90. *nu.* 37. *& seqq.* vide latè Farinac. *q.* 103. *num* 260. *& seqq. ad* 275.

13 Bannitus captus, & carceratus à familia judicis, non potest occidi, sed benè posset occidi quando fuisset dimissus sub fidejussore, adeò quòd occidens in primo casu incidat in crimen læsæ majestatis, nisi adesset periculum evasionis, Boss. *tit. de carcer. nu.* 28. Cabal. *resol. crim. cas.* 94. *& cas.* 97. Guaz. *def.* 5. *cap.* 6. *n.* 1. *&c.* Menoch. *de arbit. q.* 90. *num.* 53. *et* 54. vide supra num. 6.

Quòd tamen toleratus non de facto tantùm, sed taliter quòd videatur approbatus à Principe non possit impunè offendi, Menoch. *de arbitr. q.* 90. *num.* 56. *et* 57. vide Tusch. *litt. T, concl.* 324. *num.* 6. *et seqq.* ubi quid operetur hujusmodi tolerantia, Idem Menoch. *lib.* 2. *præsum.* 20. *n.* 17.

14 Bannitus missus ab aliquo Principe pro Ambasciatore ad alium Principem, vel Rempublicam, à qua sit bannitus, non potest ibi occasione hujusmodi banni retineri, vel molestari, cum ambasciatores sint tuti, & securi, ac gaudeant omni immunitate, unde & Sancti dicuntur, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 150. Guaz. *ad def. cap.* 1. *in fine*, Farinac. *q.* 112. *num.* 168. *etc.* Moder. Rom. *quæst.* 112. *n.* 168.

Nisi tamen tale munus affectaverint, & procuraverint, quia tunc privilegiis Legatorum non gaudent, Montan. *de tut. cap.* 26. *num.* 52. *fol.* 74. facit Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 3. *n.* 58. *&c. fol.* 22. ubi an & quando possint repetere damna passa in itinere, vel non, de quo dixi in mea Pract. *§. Communità num.* 20. & vide Franch. *dec.* 146. Lanfr. Zacch. *tract. de Salar. et mercede q.* 52. Bonifac. *de furt. §. Furtum nu.* 53. *et* 54.

Plura de immunitate Legatorum, sive Ambasciatorum ut non possint ipsi, nec aliqui ex ejus familia offendi, & violari, cùm divino & humano jure vallentur, nisi tamen atrociora delicta committant, nam tunc posse puniri, & quare, latè Dian. *part.* 6. *tract.* 8. *resolut.* 2. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 54. *num.* 2. *et seqq. vol.* 3. *et decis.* 132 *in fine d. vol.* 5.

15 Bannitus occidens alium bannitum pro pari, vel majori delicto, non autem minori potest remitti, & reduci ad gratiam maximè vigore ordinamentorum Florentiæ, Petr. Caball. *cas.* 197. *et cas.* 244. Farinac. *quæst.* 5. *num.* 116. *etc. et num.* 180. *et seqq. ad* 194. Bajard. ad Clar. §. *Homicidium num.* 215. & aliis relatis per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 9. *et* 10. *nu.* 13.

Intellige quando vellet alium bannitum, & non se ipsum cancellare, nam tunc opus est, quòd bannitus occisus fuerit condemnatus pro pari, vel majori delicto, secus autem si bannitus alium bannitum occidens, vel capiens, & judici consignaos velit se ipsum liberare, quia isto casu non attenditur paritas, vel majoritas delicti, sed consequitur liberationem ab omni suo præjudicio, & etiam à pluribus bannis, si quæ haberet, etiam majoribus, quam haberet alter bannitus per eum occisus, vel Curiæ consignatus cum gratia tamen suæ Celsitudinis Serenissimæ, & hoc vigore legis municipalis status Florentini nuncupatæ Compendio 31. Ottobre 1637. §. *Nondimeno*, ut dixi in mea Pract. §. *Banditi num.* 5. *&* 6.

An autem delictum sit majus, vel minus attenditur qualitas, causa, & origo ipsius, non autem pœna, quæ pro illo esset imponenda, nisi essemus in dubio, Petr. Cabal. *loc. cit.* Guazz. *def.* 2. *cap.* 9. Vulpin. *in suco*, Farinac. *quæst.* 103. *n.* 16. Raynald. *ubi supra n.* 14. 15. *& seqq.* ubi etiam an rebannitus, & cancellatus possit molestari si posteà detegatur, quod delictum non erat æquale, & allegat Farinac. *cons.* 53. affirmantem, quia in casu suo concurrebant qualitates ostendentes non fuisse tutum sub fide publica, sed sub clypeo injustitiæ procedentis à non habente auctoritatem rebanniendi, & aliis ex causis, quibus cessantibus standum esse rebannitioni, & cancellationi.

Quod possit bannitus remitti ex causa, ut quia multos alios bannitos detexerit, vel ob alia beneficia in Rempublicam collata, Menoch. *de arbitr. quæst.* 92. *n.* 8. *et* 9.

Intellige semper cum gratia Principis, vel eo consulto, & non aliter.

An autem his casibus sit necessaria pax hæredum banniti occisi, vide Farinac. *quæst.* 103. *num.* 176. *&* 178. & Vulpin. *in suco n.* 14. & dixi in mea Pract. §. *Pace num.* 33. Sanfelic. *decis.* 53. *num.* 22.

Quod banniti possint inter se offendi, & sic unus alterum occidere, nisi sibi invicem promiserint de non offendendo, quo casu occidens posset puniri, Clar. §. *Homicidium, vers. sed an licebit*, P. Manar. *Noct. melancon. Interrog.* 94. *circa medium fol.* 157. ubi etiam quod inter eos est licita defensio hincinde usque ad mortem.

An autem possint se defendere contra alios non bannitos illos insequentes, vide pro utraque opinione Duen. *reg.* 192. *limit.* 2. Farinac. *quæst.* 103. *num.* 129. *& seqq.* ubi Vulpin. *in suco nu.* 12. *&c.* Cardin. Tusch. *litt. D, conclus.* 130. *num.* 11. *&c.* Clar. §. *Homicidium nu.* 62. qui videntur concludere non esse licitam hujusmodi defensionem vide Plac. *libr.* 1. *delict. cap.* 18. *post n.* 3. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 4. *n.* 8.

Banniti nec activè, nec passivè comprehenduntur in 16
cautione de non offendendo, cùm possint ab omnibus impunè offendi, imò non obstante cautione de non offendendo, pace, vel tregua cum illis sive ante, sive post bannum inita, etiam cum juramento, possunt vigore statutorum id permittentium offendi, Petr. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 275. Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 4. *num.* 160. *& seqq.* dixi in meis resol. *cap.* 93. *n.* 22. ubi quando debeatur etiam præmium, & vide *in* §. *Cautio num.* 29. & in mea Pract. §. *Banditi nu.* 25. latè Guaz. *de pace, etc. par.* 1. *quæst.* 23. *nu.* 8. *& seqq. & quæst.* 61. *per tot. et par.* 2. §. 2. *quæst.* 5. *per tot.* ubi tamen *num.* 3. quod secus est in foro honoris da Cavalieri, *et d. par.* 2. §. 3. *quæst.* 56. *per tot.* Danz. *in Pugn. Doct. de armat. per campan. cap.* 7. *n.* 37.

Bannitus, qui non poterat vivus in aliqua Civitate, 17
vel loco permanere, non potest etiam mortuus in eum locum deferri ad sepeliendum sine licentia superioris, Marant. *in repet. l. is potest num.* 121. *ff. de acquir. hæred.* Peregr. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 5. Paul. Christin. *decis.* 219. *nu.* 21. *vol.* 5. Nel. *de Bannit. rubr. de quæst. post. mort. ipsius. banniti n.* 6.

Et qua pœna sit puniendus deferens hujusmodi cadaver defuncti banniti in locum prohibitum, vide Petr. Cabal. *resolut. crim. cas.* 83. *num.* 6. *& cas.* 265. ubi tamen quod consumptis carnibus in totum, possunt ossa absque alia licentia deferri, facit supra *num.* 11. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 21. *vers. ad doctrinam*, ubi quod exules possunt sepeliri in Ecclesia, cùm sit exempta à sæculari jurisdictione, quicquid contrarium sentiat Bart. ibidem relatus.

Quod sepeliens bannitum mortuum possit extraordinariè puniri, Cabal. *d. cas.* 83. *num.* 12.

Contrarium tamen tuetur Calvin. *de æquit. cap.* 11. *num.* 13. ubi latè discutit, an sepeliens bannitum mortuum dicatur opem ferre, & sit puniendus, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 4. *n.* 66. *& seqq.* ubi quod morte extinguitur delictum quoad pœnam corporalem, & bonorum, & ideò cadaver, quod non est ampliùs homo, potest moveri de loco, à quo fidejussio fuerat præstita de non recedendo, nec dicitur commissa stipulatio.

Banniti excluduntur à testimonio ferendo, eo quod 18
vel

vel ſint infames, vel æquiparentur excommunicatis, & deportatis, ita ut nec paſſim, & indiſtinctè ſit illis concedendus ſalvusconductus ad hunc effectum, ſed tantùm in atrociſſimis, & criminibus exceptis, & ubi veritas non poteſt aliter haberi, quibus caſibus nec integri teſtes reputantur, ſed illis multum minuitur de fide, Boſſ. *tit. de inquiſit. num.* 60. Farinac. *quæſt.* 56. *art.* 8. *per tot.* cum aliis per Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 441. *& ſeqq. fol.* 326. facit quod dixi in *§. Socius*. Vide Berlicb. *lib.* 4. *concl.* 4. *n.* 97. Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method. tract.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 11.

19 Banniti poſſunt teſtari, & capere ex teſtamento ſucceſſiones illis delatas à jure communi, non autem ſecundùm ſtatuta loci, à quo ſunt banniti, cùm illorum beneficia propter bannum amiſerint, Marant. *in leg. is poteſt num.* 124. *ff. de acquir. hæred.* Clar. *§. Teſtamentum*, ubi Addentes *quæſt.* 19. *&* 20. Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 264. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 17. *num.* 11. Guaz. *deſ.* 38. *cap.* 1. *nu.* 9. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 309. *num.* 16. *& cap.* 462. *num.* 14. *&c.* ubi quod maximè procedit ſi fuerint condemnati in contumaciam, Magon. *deciſ. Flor.* 99. *num.* 5. *& ſeqq.* & plenè Farinac. *quæſt.* 102. *per tot.* Tuſch. *litt. B. concl.* 10. *& ſeqq. & litt. T. concl.* 105. *num.* 19. *& ſeqq.* Rot. *par.* 6. *recent. deciſ.* 103. Nel. *de Bannit. in* 5. *part.* 2. *temp. n.* 52. Caprar. *deciſ.* 226. *n.* 9. *tom.* 1.

An banniti poſſint teſtari, & capere ex teſtamento, vel ſuccedere ab inteſtato, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 512. ubi refert, & ſequitur Altograd. *conſil.* 98. *lib.* 1. & Rot. *d. deciſ.* 486. *part.* 14. *recent.* Latè Altimar. *de Nullit. rubr.* 11. *quæſt.* 14. *tom.* 2.

Cautelam, ut poſſit bannitus inſtitui, tradit Menoch. *conſ.* 271. *per tot.* ſequitur Tuſch. *litt. C. concl.* 165. *n.* 23. nempè fiat teſtamentum extra territorium, & inſtituatur de jure communi.

Poteſt etiam filius bannitus paternæ ſucceſſionis incapax, à patre alium hæredem inſtituente eidem per fideicommiſſum ſubſtitui quandocunque, vel qualitercunque efficiatur capax, ut ex nunc, prout ex tunc tota hæreditas illi reſtituatur, ut eſt caſus apud Seraph. *deciſ.* 883. *nu.* 1. *vide in §. Confiſcatio num.* 16. *caut.* 5.

Quibus commodis, & juris beneficiis priventur banniti, vide Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 45. *per tot.* ubi quando cenſeantur etiam privati beneficiis juris communis circa factionem teſtamenti activam, & paſſivam, Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 7. *per tot.* & aliis ſupracitati, quibus adde Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 300. *per tot.* ubi plura de bannitis, Ciarlin. *contr.* 161. Martha *de ſucceſſ. legal. par.* 3. *quæſt.* 14. *per tot.* ubi plura de ſucceſſionibus condemnatorum, nempè bannitorum, damnatorum ad carceres, vel ad triremes, deportatorum, excommunicatorum, & hujuſmodi, & an ſaltem ad pias cauſas teſtari valeant, & ponit regulam affirmativam, quam pluribus modis declarat. Tuſc. *litt. B. concl.* 13. *per tot.* Fajard. *alleg. fiſcal.* 9. *nu.* 63. *cum ſeqq.* Altimar. *dict. quæſt.* 14. *per tot.*

Quoad damnatos ad triremes, vide *in §. Condemnatio n.* 10. & de prædictis idem Martha *d. tract. part.* 4. *q.* 1. *art.* 5. *num.* 37. *& ſeqq.* ubi etiam quid ſi aufugerint, vel appellaverint, *& quæſt.* 8. *art.* 1. *num.* 10. *&c.* ubi de teſtamento ad pias cauſas, Merlin. *de pig. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 75. ubi an poſſint conſtituere hypothecam, & affirmat ex Rot. *part.* 3. *recent. deciſ.* 625. *n.* 10.

Quod nec poſſint aliis cedere jus ſucceſſionis illis delatæ, Seraphin. *deciſ.* 808. *num.* 1. Altograd. *conſil.* 98. *n.* 90. *lib.* 1.

Poſſe tamen illis relinqui, & ipſos acquirere cum onere ſtatim vendendi, tenet Soccin. *reg.* 54. *limit.* 2. de quo dubito per ſupra, & infra notata, vide in mea Pract. *§. Banditi num.* 29.

Quod banniti in pœnam capitis, vel furcarum cum confiſcatione bonorum non ob ſolam ſimplicem contumaciam, ſed propter delicta contra illos probata, hodie efficiantur ſervi pœnæ, & amittant omnia privilegia, & jura ſuccedendi tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato reſpectu bonorum exiſtentium in territorio Principis bannientis, & etiam reſpectu hæreditatis paternæ, ſive deferatur ſecundùm ſtatuta loci, ſive etiam de jure communi, optimè, & latè omnibus contrariis reſpondendo probat, videndus Altograd. *conſ.* 98. *per tot. lib.* 1. hancque opinionem ſequitur, & in ſtatibus Etruriæ ſervari teſtatur Cabal. *reſol. crim. caſ.* 264. *num.* 27. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. B, concl.* 10. *& ſeqq.* vide Farinac. *d. q.* 102. *n.* 25. *et ſeqq.* Cartar. *de execut. ſent. capt. bannit. cap.* 1. *num.* 423. facit quod dixi §. *Carceratus*, & latè Ciarlin. *contr.* 161. *per tot.* ubi multis citatis extollit dictum conſilium Altogradi, vide Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 486. ubi quæ ammittat bannitus, ſublata in praxi dicta differentia contumaciæ. Vide Tob. Non. *conſ.* 93. *n.* 4. ubi quid in Statu Eccleſiæ, Et vide Epiſc. Rocc. *cap.* 1. *a n.* 12. *libr.* 1. Caprar. *deciſ.* 226. *n.* 10. *tom.* 1.

Ita ut nec etiam illorum filii ſuſcepti durante banno poſſint admitti, idem Altograd. *d. conſ.* 98. *num.* 94. *et n.* 21. vide Franch. *deciſ.* 102. *deciſ.* 213. *et deciſ.* 689. *n.* 7. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 31. *n.* 40. ubi quod nec faciunt deficere conditionem ſubſtitutionis, facit *in §. Filius n.* 38. Rot. *p.* 6. *rec. deciſ.* 103. ubi contra, & dixi *in §. Conditio num.* 74. ubi vide Raynald. *Syntax. rer. crim. Proœm. §.* 12. *num.* 27. *et* 28. *fol.* 51.

Ad cognoſcendum autem, an ſententia ſit ob contumaciam, vel ob delicta, recurritur ad acta, ex quibus ſi appareant tantùm inditia, dicitur per contumaciam, ſi verò plenè probationes, dicitur ob delicta, Gabr. *comm. concluſ. tit. de ſent. concluſ.* 5. *limit.* 1. *nu.* 20. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 34. *in fine*, Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 92. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *n.* 97. *fol.* 514. Tuſch. *litt. B, concluſ.* 9. *num.* 18. *etc.* ubi quid ſtante ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, & videtur concludere quod tunc dicatur condemnatus ex delicto confeſſato, Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 486. *n.* 8. *et* 9. ubi quod in praxi à Criminaliſtis non ſit hæc differentia, & proceditur contra contumaces uti fictè confeſſos, quæ ficta confeſſio reſultans ex contumacia habetur pro liquida probatione, & alia.

Sed contrarium non obſtante dicto ſtatuto, vide per Seraph. *deciſ.* 354. *num.* 14. *et* 15. ubi plura quando quis dicatur condemnatus ob contumaciam, vel ob delictum, & alia de capacitate, vel incapacitate bannitorum.

Quod banniti non faciant partem in calculanda legitima, Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 3. *et* 4. *num.* 1. *etc.* Addo Card. De Luc. *de Legitim. diſc.* 1. *n.* 2.

Nec excludant fœminas vigore ſtatuti, idem Merlin. *d. tract. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 3. ubi quando etiam bannitis ſit relinquenda legitima, & Rot. *poſt d. tract. deciſ.* 27. *et* 28. *et deciſ.* 79. 98. *et* 279.

Bannito filiofam. ſi hæreditas paterna ſibi deferatur non poteſt fiſcus illam auferre, ſed fit locus aliis proximioribus agnatis, ſive cognatis, Caſtr. *conſ.* 212. *lib.* 2. Marant. *in l. bis poteſt. num.* 124. Clar. *§. Teſtamentum quæſt.* 20. Magon. *deciſ.* 99. *per tot.* Gratian. *diſcept.* 309. *num.* 10. *& cap.* 568. *num.* 26. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 264. Altograd. *conſ.* 98. *lib.* 1. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 132. *et ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. B, concluſ.* 14. Vulpin. *in ſuco*, Farinac. *quæſt.* 102. *num.* 10. vide in mea pract. *§. Banditi num.* 30. *& ſeqq.* ubi plura notabilia in hac materia, & Paul. Chriſtin. *deciſ.* 4. *vol.* 5. ubi etiam quod confiſcatio non comprehendit jus adeundi, quod bannito competebat tempore confiſcationis, neque jura conditionalia. Menoch. *conſil.* 101. *n.* 32. *et ſeqq. libr.* 1. 20

An legitima veniat in confiſcatione, vide *in §. Legitima, et §. Trebellianica.*

An filii ſuſcepti, & nati ex patre bannito poſt bannum, admittantur ad ſucceſſionem feudi, & aliorum bonorum, vide latè Fajard. *alleg. fiſc. num.* 8. *per tot.* & dixi *in §. Filius num.* 32.

Quod tamen legitima delata filio ante delictum veniat in confiſcatione, ſecus autem ſi poſt delictum, Rot. *p.* 9. *recent. deciſ.* 405. *nu.* 16. *etc.* Bertazzol. *conſ. crim.* 510. *num.* 8. *lib.* 2.

Quando bannitus habeatur pro mortuo, Tuſch. *litt. B, concl.* 12. *per tot.* Seraph. *deciſ.* 830. *num.* 2. *et deciſ.* 808. *n.* 1. ubi quod ideò nec ei, nec ab eo cauſam habenti poteſt aliqua actio competere.

Bannitus, cui fuit delata hæreditas, quæ reperto illo incapace devoluta fuit ad alium proximiorem, à Principe reſtitutus ad gratiam, illam non recuperat, cùm Princeps non cenſeatur velle auferre jus alteri quęſitum, Clar. *§. fin. q.* 59. *verſic. ſed quæro pone, etc.* Altograd. *conſil.* 98. *num.* 63. *lib.* 1. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 46. *num.* 9. *& ſeqq.* Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 33. *& ſeqq.* 21

Franch. *decis.* 102. & *decis.* 213. *per tot.* Mart. Medic. *decis. Senens. cxam.* 25. *cum duabus decis. seqq.* & *Add. per tot.* plenè Ciarlin. *contr.* 161. *num.* 8. & *seqq. per tot.* & præcipuè *nn.* 117. & *seqq.* & *contr.* 168. *per tot.* Guaz. *de confisc. bon. conclus.* 28. *per tot.* *Quod. attestat.* Boss. *de Remed. ex sola Clem. n.* 13. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 85. *n.* 6. 12. & 14. *de Regal. disc.* 148. *à n.* 44. & *disc.* 160. *à n.* 34. Mantiss. ad otnat. Card. De Luc. *libr.* 51. *decis.* 25. *vol.* 2., quæ hodiè repetitur impressa inter decis. Caprar. 226. *a n.* 15. *vol.* 1.

Quando autem recuperaret bona à substituto in casu delicti, non recuperat fructus interim à substituto perceptos non solùm usque ad diem gratiæ, sed etiam usque ad diem petitionis, nam illos lucratur substitutus, Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 325. *num.* 4. ubi allegat Peregr. *de fideicom. art.* 49. *par.* 3. *n.* 79. & Fusar. *de substit. quæst.* 626. *num.* 50.

Quod licèt bannitus restitutus ad gratiam regulariter non recuperet bona per fiscum alienata, tamen si restitutio fiat propter pacem, & publicam quietem recuperat etiam bona alienata, licet non sit expressum in gratia, Capyc. *decis.* 69. *num.* 13. & *num.* 22. Ex doctrina Baldi *in tit. de Pac. Cons.* 12. *col. vers. privil. om.*

Et generaliter quando recuperet, vel non bona penès fiscum existentia, vel alienata, & alia vide per Magon. *decis. Flor.* 26. Diaz. *reg.* 652. Thomat. *decis.* 99. *num.* 36. & *seqq.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 271. *per tot.* Peregr. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 17. & *seqq. per tot.* & dixi *in §. Restitutio num.* 28. infrà *num.* 23. Paul. Christio. *decis.* 207. *n.* 20. & *decis.* 108. *per tot vol.* 4. Boer. *decis.* 65. *nu.* 5. Grivel. *decis.* 7. *per tot.* Guazz. *d. concl.* 28. Merlin. *decis.* 125. *per tot.* ubi quòd plenariè restitutus recuperat omnia etiam in alium translata, vel à Barone supremi Principis confiscata, & ex quibus arguatur dicta plena restitutio, idem Merlin. *decis.* 168. ubi quod illa recuperat per viam manutentionis, vel reintegrationis factis debitis probationibus, vide Rot. post Merlin. *de legit. decis.* 27. & 28. *per tot.* Nicoli. *Elucubrat. Utriusq. Jur. Instit. Imper. tit. quib. mod. Jus patr. potest. n.* 9. Spad. *cons.* 155. *n.* 3. *libr.* 2. Epis. Rocc. *cap.* 71. *n.* 2. *libr.* 1.

Quæ, & qualia bona, & jura recuperet bannitus restitutus ad gratiam vigore Capitulorum, & fœderum publicæ pacis initæ inter Principem, & Reges, cum pluribus aliis quæstionibus ad rem facientibus, latè, & doctè multis hincinde rationibus, & auctoritatibus adductis explicat videndus Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 29. *per totum*, ubi convenit cum prædictis pluribus aliis additis.

22 Banniti, relegati, vel alii, quibus audientia denegatur, prohibentur esse in judicio, vel agere, ita ut processus quatenus eorum favorem respiciat sit nullus ipso jure, intelligendo in territorio bannientis, Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. seu mand. num.* 51. & *seqq. fol.* 156. Tusch. *litt. B. concl.* 13. *per tot.* ubi latè quorum actuum sint capaces, vel incapaces. Altimar. *de Nullit. rubr.* 11. *quæst.* 14. *tom.* 2.

Quod etiam prohibeantur contrahere per se, vel per interpositas personas, & procuratores, Menoch. *de Arbitr. cas.* 459. *nu.* 24. & *seqq.* vide Tusch. *loc. cit.* Paul. Christ. *decis. Belgic.* 107. *num.* 9. *vol.* 2. Gayl. *de pace publ. lib.* 2. *cap.* 11. & *cap.* 18.

Possunt tamen conveniri etiam in loco, à quo sunt banniti, & citati tenentur mittere procuratorem, ad tradita per Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 13. *num.* 8. &c. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 16. &c. ubi quod in præjudicialibus ipsis bannitis potest agi, & excipi adversus illos, etiam ex vi statutorum, ne alioquin ex suis delictis lucrum, & commodum consequantur.

Quod imò banniti cum confiscatione bonorum tanquam mortui civiliter, vel non habentes tutum accessum non possunt citari, sed fiscus illos repræsentans, aliàs quicquid contra eos agitur, sit nullum, etiam si postea ex gratia Principis fuerint restituti, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 506. *per tot.* ubi quod non sufficit eorum procuratorem citare, cùm per mortem civilem fuerit extinctum mandatum, & *par.* 14. *decis.* 486. *per tot.* in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio.

Quod non possint constituere procuratorem, Gayl. *de pace publ. lib.* 2. *cap.* 11. & 12. Novar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.* 196. *num.* 5. Golin. *de procurat. part.* 1. *cap.* 5. *sub num.* 20.

23 Banniti cum amittant omnia jura, & privilegia à jure municipali concessa, non possunt etiam retractum intentare.

Quando autem per tollerantiam videantur restituti, & quid si fuerint admissi ad contrahendum cum Principe, vel ad gradum, quem aliàs gerere non poterant, vide Magon. *decis. Flor.* 26. *n.* 19. *et seqq. et num.* 47. *et seqq. per tot.* Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 20. *n.* 17. 34. *etc. et lib.* 1. *quæst.* 23. *num.* 7.

Quod banniti, qui perdunt beneficia statutorum Civitatis, non tamen perdant illa, quæ concernunt publicum interesse, & ideò conveniri possint petere compromissum, vel occidendo alium bannitum, præmium vigore statutorum, quia hujusmodi statuta respiciunt publicam utilitatem, Benintend. *decis. Bonon.* 21. *nu.* 21. & *seqq.* Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 15. *ubi plura per tot.* quæ ammittant, vel non, ex quibus videtur generaliter colligi posse, ut amittant omnia illis favorabilia, non autem sibi, & aliis præjudicialia. Altimar. *de Nullit. rubr.* 11. *quæst.* 14. *n.* 54. *tom.* 2.

Quod non amittant ea, quæ sunt juris naturalis, & divini, ac ideò possint suas uxores de adulterio accusare, Thom. Trivis. *decis.* 3. *lib.* 2. Altimar. *loc. cit. num.* 108.

Quæ amittant, vel non, Merlin. *de legit. lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 4. & *lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 19. & *tit.* 3. *quæst.* 4. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 486. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 3. *cap.* 7.

24 Banniti pro uno delicto possunt de aliis accusari, quo casu tamen possunt petere salvumconductum, qui illis non est denegandus, ad hoc ut non obstante banno valeant se defendere, Clar. §. *fin. quæst.* 16. *vers.* 16. *sed nunquid*, & *quæst.* 32. *vers. tu scis*, Guazz. *def.* 12. *cap.* 1. *num.* 58. ubi etiam tractant, an debeat offerri; Florentiæ tamen ipsi supplicare tenentur si velint, ut notum est in praxi.

Quod bannito citato pro alio delicto non sit offerenda securitas, nisi ab eo petatur, Sanfelic. *decis.* 236. Farinac. *quæst.* 11. *num.* 58. &c. ubi videtur concludere esse offerendam.

25 Bannitus, cui per Principem sit concessus salvusconductus per mensem ad se constituendum, & respondendum inquisitioni contra se formatæ pro aliis delictis, potest durante etiam dicto termino capi, & carcerari, cùm Curia ob id non sit tuta quod velit comparere, Guazz. *dict. cap.* 1. *num.* 58. ubi dicit multoties reos sub isto termino duci ad carceres; intellige ut dixi in mea Pract. §. *Banditi n.* 23. *vide in* §. *Salvusconductus n.* 7. &c. ubi dixi intelligendum pro aliis causis, non pro ea, pro qua fuit assecuratus.

26 Bannitus si pendente salvoconductu fuerit occisus ab aliquo habente justam, & probabilem illius ignorantiam, excusatur homicida saltem à pœna ordinaria; aliàs autem si habuerit notitiam de salvoconductu punitur non tantùm ut homicida, sed etiam ut securitatis violator, Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *num.* 35. & 36. & *num.* 60. vide Farinac. *quæst.* 103 *num.* 293. & *seqq. ad* 302.

De bannito assecurato per litteras amici, ut veniat, quia pro eo gratiam obtinuit à Principe, si id verum non sit, sed fuit deceptus, & captus, an sit puniendus, vel relaxandus, vide Carol. Tap. *decis.* 65. *per tot.* ubi à Sacro Consilio fuit conclusum pro liberatione, licèt à Magna Curia Vicariæ fuerit ad triremes perpetuò damnatus, à qua fuit appellatum ad S. C. & ut supra resolutum.

27 Bannitus, exulatus, confinatus, vel relegatus si non servet confinium, & exilium, qua pœna puniendus, & quid si sit confinatus ad certum tempus, vel in perpetuum, vel ad beneplacitum Principis, vide Clar. §. *fin. quæst.* 84. *num.* 13. Petr. Cabal. *resolut. crim. cas.* 8. *nu.* 47. *cas.* 142. *num.* 4. & *seqq.* & *cas.* 143. Menoch. *de arbitr. cas.* 530. *per totum*, Guaz. *def.* 33. *cap. ultim. per tot.* Farinac. *in fragm. verb. Bannitus nu.* 92. &c. Peguer. *decis.* 41. *per tot.* Franch. *decis.* 740. Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 202. *per tot.* Scanarol. *de visitat. carcer. lib.* 2. §. 31. *cap.* 1. *nu.* 17. *sol.* 357. dixi in mea Pract. §. *Confinati num.* 11. *et* §. *Condemnati n.* 21. vide in hoc opere §. *Confines num* 2. & *seqq.* ubi etiam quando, & ex quibus causis possit excusari ab inobservantia.

28 Banniti nulliter condemnati, an possint impunè of-

feodi,

fendi, vel occidi, vide pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 638. *n.* 2. *& seqq.* Alexand. *cons.* 160. *nn.* 2., *& per tot. vol.* 7. Altimar. *de Nullit. rubr.* 8. *quæst.* 14. *n.* 62. *tom.* 2.

Quod occidens nulliter bannitum non excusetur in totum, sed aliqua pœna extraordinaria arbitrio judicis sit puniendus, cùm non omni culpa careat ex quo diligentiùs conditiones banni perscrutari debuerit, Dec. Cagnol. & alii *in leg. qui cum alio, ff. de regul. jur.* Menoch. *lib.* 3 *præsumpt.* 88. *n.* 9. *& de arbitr. quæst.* 90. *num.* 7. *& seqq. & cas.* 283. Farinac. *quæst.* 103. *nu.* 36. *& seqq. supra num.* 3. *etc.* Sanfelic. *decis.* 386. *num.* 11. *cum Addit.* Carthar. *de execut. Sent. capt. ban. cap. fin. num.* 15.

Quòd etiam pendente appellatione à sententia condemnatoria non possint offendi, Magon. *decis. Flor.* 128. *num.* 10. *et* 14. Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *n.* 58. Farinac. *d. quæst.* 103. *num.* 305. *& seqq.* ubi tamen advertit superfluam esse disputationem, cùm de generali consuetudine in criminalibus non detur appellatio, ut dixi in §. *Appellatio*, & in mea Pract. *§. Banditi n.* 40. Et non possunt occidi pendente nullitate banni Altimar. *dict. n.* 62.

29 Bannitus captus, facta illius legitima recognitione, an sit ille idem descriptus, nominatus, & condemnatus in sententia, vel ex ore proprio ipsius, vel eo negante per vicinos, & consanguineos, debet suspendi, vel puniri alia pœna, qua fuit condemnatus, sibi tamen priùs assignato brevi termino duorum, vel trium dierum ad dicendum quicquid voluerit, & potuerit contra sententiam, non autem circa merita causæ principalis, nisi fuerit admissus ad novas defensiones, vide latè Cabal. *resolut. crim. cas.* 270. *per tot.* & latiùs Cartar. *de execut. sent. capit. bannit. per tot.* Ambros. *process. informat. lib.* 6. *cap.* 1. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 40. *nu.* 6. *& seqq.* Guaz. *def.* 30. *cap.* 9. & dixi in mea Pract. §. *Banditi num.* 42. 57. *&* 64. *& seqq.* ubi plura notabilia habentur de hac materia, & præcipuè decem & & novem considerationes particulares, quas ex officio tenetur facere judex antequam exequatur sententiam, vide *in §. Admissio ad novas*. Latè Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 18.

De recognitione banniti quomodo sit facienda ultrà citatos Conciol. *resol. crim. verb. recognitio resol.* 3. per Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 15. *per tot.* Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *cap.* 160. Optimè Pellegrin. *loc. supra adduct.*

De nullitate ex actis resultante, an possit per procuratorem allegari à bannito contumace, nota quod decisio Franch. 688. non fuit admissa, nec servata, atque nullitates non esse recipiendas, neque discutiendas, nisi ipsis principalibus præsentatis in carceribus, pluribus citatis refert, & testatur Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 34. *&* 35. *fol.* 93. *vide in §. Procurator num.* 9. *et §. Nullitas num.* 32.

Quod bannitus captus possit allegare nullitatem sententiæ, Franch. *decis.* 673. 674. *et* 688. facit Sanfelic. *decis.* 386. *per tot. cum Addit.* ubi quando admittantur conjuncti ad allegandum ne fiant nullitates, & ne fetatur sententia nulla. Carol. Ant. De Luc. ad De Franc. *cit. dec.* 688. *n.* 5.

Imò etiam contumax, & extra carceres per procuratorem, ubi ageretur de nullitate notoria ex actis resultante, ut quia appareat non legitimè citatus, fuisse judicatum testatur idem Franch. *dec.* 232. *et* 688. ubi tamen quod reclamante fisco fuit suspensa resolutio, & quidem cum esset magnum præjudicium fisci, & justitiæ admittere bannitos contumaces ad allegandum nullitates sententiæ, nunquam practicatum vidi. Vide Marin. ad Revert. *observat.* 87.

Benè recordor quendam jam condemnatum in contumaciam pro homicidio in pœnam capitis, & confiscationis bonorum, eùm occurrerit iterùm eumdem processum proponi contra alios complices non contumaces juxta practicam, fuisse ex officio, & sua contumacia non obstante, & ad instigationem cujusdam Procuratoris ad aures judicis favorabilis, relevatum à dicta pœna capitali, & arbitrariè condemnatum in pœnam quinquennalis confinii, cum termino etiam ad comparendum, & se magis justificandum, circumdando, cassando, & annullando priorem sententiam contumacialem capitalem, non tamen comparuit, cum jam etsi contumax obtinuerit plus quam expectare posset, eo sub prætextu quod quibusdam verbis injuriosis fuerit ab occiso provocatus, id quod non fuerit animadversum in priori expeditione, contradicente tamen D. Auditore militarium legionum suæ Celsitudinis Serenissimæ, ut videre est in quodam Processu Pisis fabricato de anno 1666. contra Franciscum Brunum, & alios, & in negotio desuper compilato Florentiæ de more per Magistratum Dominorum Octo Baliæ Virorum, sive potius illorum à secretis, qui ut supra proposuit, & prævaluit cum approbatione S. C. S. in filzia Negotiorum dicti Magistratus de mense Octobris 1666. sub num. 816. qui casus tanquam decisus, & notabilis fuit etiam descriptus in libro Statutorum Criminalium ejusdem Magistratus fol. 216. & pro hac resolutione facit quod dixi in § *Damnatus*.

Bannitus captus in aliena jurisdictione à justitia, & à familia loci, à quo fuit bannitus, non potest puniri pœna banni, sed debet relaxari, & remitti ad judicem, in cujus jurisdictione fuit captus, Petr. Cabal. *res. crim. cas.* 291. *per tot.* Rustic. *ad l. cum avus, ff. de condit. et demonstr. lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 15. *& seqq.* Possent. *sing.* 217. ubi videtur tenere, quod bannitus in foro conscientiæ licitè possit occidi, etiam in territorio, vel statu alterius Principis, si ob bonum publicum expediat talis occisio; aliàs autem secus juxta veriorem, & magis communem opinionem, Azor. *Instit. moral. p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 2. *lit. D.* Laym. *Theolog. moral. lib.* 3. *tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 2. *n.* 3. Jovi. *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 21. *§.* 2. *n.* 21. 30

Quod in aliena jurisdictione non possit offendi sine licentia Principis illius loci in quo reperitur, quam concedere potest si non assecuravit, P. Manar. *Nott. melanc. interrog.* 94. *circa medium fol.* 157. Franch. *decis.* 276. *n.* 3. Clar. *§. homicidium n.* 66. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *nn.* 28. *&c.* Bajard. ad Clar. *loc. cit. nn.* 268. *&c.* Farin. *quæst.* 103. *n.* 208. *& seqq.* ubi alia plura ad rem facientia Addit. ad Sanfelic. *decis.* 386. ubi quod quoad judicem bannientem ubique potest occidi impunè, secùs autem quoad judicem loci, in cujus territorio occiditur. Vide Danz. *in pugn. Doct. tit. de armat per campan. cap.* 7.

Intellige, ut dixi in mea Pract. §. *Premio n.* 22.

Quod extra territorium bannientis non possit occidi sine peccatò, & alia remissivè, Dian. *part.* 5. *tractat.* 4. *resol.* 24.

Bannito vivente, & habente bona ad alios post mortem devolvenda, debent talia bona remanere apud fiscum, Caren. *de Offic. S. Inquisit. par.* 2. *tit.* 1. *§.* 29. *per tot.* & latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 102 *& seqq.* Mans. *consult.* 339. 340. *&* 341. *lib.* 4. donec vivit ipse bannitus, nisi aliter constet de mente testatoris, qui voluerit bona continuò remanere apud hæredes, vel vocatos, Alex. *cons.* 23. *lib.* 1. Montan. *de tut. c.* 33. *n.* 509. *fol.* 153. Magon. *decis. Flor.* 16. *nn.* 7. *& decis.* 73. *num.* 1. *in fin. decis.* 91. *n.* 32. *& decis.* 92. *n.* 48. *&c.* Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 78. *n.* 32. *& seqq.* ubi plura Fusar. *de substit. quæst.* 442. *n.* 4. *& seqq.* quod in Statu Ecclesiastico adest Bulla Sixti V. per quam fisco deferuntur fructus bonorum fideicommissariorum durante vita delinquentis, quæ tamen loquitur in casu receptationis bannitorum, & tanquam penalia ad alios casus non extenditur, Conciol. *resol. crim. verb. Bulla resol.* 8. *& verb. Confiscatio resol.* 15. ubi secus in aliis casibus, dummodò constet sic esse de mente testatoris, aliàs fructus spectarent ad fiscum durante vita condemnati, & gravati, Majoran. *in Oppoprax. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 32. *& seqq.* 31

Quod non sit expectanda mors naturalis banniti, sed statim sequuto banno aperiatur via succedendi vocatis ad fideicommissum, vide Altograd. *cons.* 98. *n.* 92 *lib.* 1. Intellige ut supra quando constat de voluntate testatoris, vel adest expressa prohibitio alienationis, aliàs autem hæres gravatus delinquendo transfert bona in fiscum, donec naturaliter vivit, Petr. *de fideicommiss. quæst.* 11. *n.* 565. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 69. *& n.* 98. *&* 99. Altograd. *cons.* 69. *n.* 31. *lib.* 2. Mart. Medic. *decis. Senen. exam.* 5. *num.* 17. *et* 28. *vide in §. Mors*, & in mea Pract. *§. Banditi n.*

45. *§. Fideicommissi num.* 2. *§. Beni n.* 16. Surd. *decis.* 254. Gratian. *discept. forens. cap.* 481. *n.* 61. *&c. cap.* 533. *n.* 38. *et seqq.* Magon. *decis. Luc.* 12. *nu.* 8. Card. Tusc. *litt. F, concl.* 288. *per tot.* Fusar. *de substitut. quæst.* 529. *et* 442. ubi ampliat, ut præmoriente substituto fideicommissum efficiatur caducum, cum aliis tamen declarationibus, & limitationibus, de quibus ipse, vide §. *Confiscatio n.* 16. *cant.* 1. Vide Marzar. *de fideicom. quæst.* 47. *part.* 2.

Quod bannito fideicommissario, vel aliter incapace facto expiret fideicommissum, nec transmittatur ad hæredes, Fusar. *de substitut quæst.* 567. intelligendo nisi adsint alii gradus vocati, ut declarat idem Fusar. *q.* 469.

32 Bannitus à certo loco, ita quod in eo stare, morari, aut habitare non possit, potest tamen impunè per illum locum transire pro eundo ad alium locum sibi non prohibitum, ibique quiescere, & in hospitio comedere, & bibere, ita ut si capiatur, debeat relaxari, & non puniri, Marsil. *cons.* 536. *n.* 16. Cephal. *consil.* 204. *n.* 13. cum aliis quos sequitur Cabal. *resol. crim. cas.* 287. *n.* 74. *etc.* Anchar. *cons.* 75. *n.* 5. *et* 6.

Sed omninò cavendum ab hac doctrina notavi in mea Pract. §. *Banditi n.* 46. & iterùm repeto, cùm sit evidenter periculosa, & vide eumdem Cabal. *loc. cit. num.* 81. Sanfelic. *decis.* 343. cum plena Additione, ubi plura ad excusationem receptantium, & quandoque alentium bannitos.

33 Banniti ab una Civitate, an & quando intelligantur banniti etiam ab aliis locis cum illa confederatis, vide *in* §. *Civitas n.* 9. Menoch. *de arbitr. quæst.* 100. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 29. Farinac. *quæst.* 103. *n.* 210. *et n.* 222. Tusch. *lit. B, conclus.* 16. *per tot.* Clar. §. *fin. quæst.* 71. *nu.* 11. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 6. *artic.* 16. ubi quod censentur banniti ab omnibus locis subjectis, non autem à locis confederatis. Vide Danz. *in pugna Doct. tit. de armat. per campan. cap.* 7.

34 Bannitum occidere credens, si occidat alium, quem putabat esse illum bannitum an excusetur, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 373. *per tot. et* §. *Homicidium*, Farinac. *quæst.* 103. *n.* 135. *etc.*

35 Alia plurima notabilia in materia bannitorum tam de jure communi, quàm municipali status Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, vide in mea Pract. §. *Banditi per tot. usque ad num.* 76. *§. Condemnati, et* §. *Præmio*, & alibi, quæ jam dicta non repeto, & apud Clar. & Bajard. Menoch. Farin. aliosque plures superacitatos, Bertachin. *in suo repert. verb. Banniti*. De Luc. *in Indic. general.* Altimar. *in tract. de Nullit.* Rocc. *in Disput. Jur.*

36 Banniti qualiter receptari non possint, & qua pena puniantur receptatores, Romaguer. in addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 55. *nu.* 12. *et seqq.* ubi pluries me allegat, & alios modernos, ac alia de bannitis vigore Bullarum Pontificalium imponentium etiam penam excommunicationis latæ sententiæ, exceptis aliquibus casibus excusatione dignis, Ricc. *Collect.* 544. 2726. 291. 1962. 2617. 2825. dixi *in* §. *Statutum puniens n.* 14. *etc.* §. *Statutum dans præmium num.* 1. *et* *§. Præmium nu.* 5. *et seqq.* adde Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 300. *cap* 10. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 343. cum plena Addit. ubi plura notabilia ad excusationem receptatorum, & dixi in *§. Receptatio infra n.* 39. Giurb. *cons.* 25. 26. 27. *et* 28. De hac materia receptionis bannitorum plura scribunt Ciarlin. *controvers. forens. cap.* 229. Vermigliol. *cons.* 394. Conciol. *allegat.* 95. *et allegat.* 97. Sanfelic. *decis.* 343. *et in addition.* Cyriac. *controvers.* 345. *et controvers.* 418. Mans. *consult.* 629. De hac quoquè materia non nulla scripsit Illustrissimus Dominus Concivis, & Amicus meus Antonius Maria Beghinus olim in Tridentina Civitate Prætor, modò verò in hac Civitate Parmæ Advocatus, & de Collegio Illustrissimorum Dominorum Judicum in ejus Juris allegat. pro D. Marco Antonio Baistroco contra Fiscum Soraneæ edita Parmæ typis Josephi Rossetti de anno 1710.

Quibus penis afficiantur receptatores bannitorum in statu Ecclesiastico, Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. p.* 2. *verb. Bannitus fol.* 92. ubi de excommunicatione ex Bulla Gregorii XIII. abrogata à Sixto V. ob periculum animarum, & ejus loco imposita ipso facto pena privationis feudorum beneficiorum, &c. tanquam læsæ Majestatis reis, inhabilitatis pro se, & filiis ad obtinenda officia, beneficia, &c. infamiæ juris, & hujusmodi, de quibus etiam Scortia *in select. Summ. Pont f. Constit. Theorem.* 355. *fol. mihi* 520.

Quòd receptatores bannitorum efficiantur subditi illius judicis, per quem fuerunt condemnati banniti, & possint ab illo puniri, per tex. *in l. nullum, C. de test.* Franch. *decis.* 470. Sanfelic. *in Praxi sect.* 23. *n.* 48. *et decis.* 63. *n.* 7. *et seqq.*

Banniti an possint in integrum restitui ex causa absentiæ à banno causatæ, disputat ad partes Odd. *de restit. in integr. par.* 1. *quæst.* 7. *art.* 3. *per tot.* ubi affirmativè concludit, quia hujusmodi beneficium non consequuntur, ex delicto, sed ex absentia, intelligendo quando illam non potuerunt removere per gratiam, & finito, vel sublato banno, nam illo durante privantur omnibus exceptionibus, defensionibus, & juris civilis remediis, ac idem asserit de condemnatis ad triremes, ut revertentes possint in integrum restitui ex causa hujusmodi absentiæ, facit Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 486. *per tot.* ubi quæ amittant banniti, an expiret mandatum per eos antea factum, vel judicium inchoatum, & alia. 37

Banniti ex pluribus causis, vel bannis, qualiter possint absolvi, gratiari, vel indultari ab uno banno cæteris remanentibus, quicquid nonulli contrarium sentiant, Nell. *tract. de bannit.* 3. *par. secundi temporis n.* 73. quem sequitur Sanfelic. *decis.* 399. *per tot.* facit quod dixi *in §. Indultum n.* 10. 38

Banniti non possunt receptari sub pœna receptatoribus excommunicationis latæ sententiæ vigore Bullarum Sixti V. Gregorii XIII. & aliorum, quod tamen non procedit quoad victum in extrema necessitate, nec stante ignorantia, vel dubitatione banni, nec si animo exhibendi Curiæ, nec si coactè, nec in Clericis bannitis, & consanguineis, nec si directè, vel indirectè illis non præstetur auxilium ad malum, ut benè declarat Sayr. *decis.* 53. *et seqq. de sent. excommunicat.* Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 198. 199. *et* 200. ubi quòd prohibitio receptationis bannitorum non comprehendit conjunctos, per text. *in l. fin. C. ad leg. Jul. de vi publ.* Gramat. *decis.* 29. Jaffred. *decis.* 15. Hieron. Laurent. *decis. Avenion.* 1. facit quod dixi *in* §. *Auxilium n.* 9. *supra n.* 36. *et nu.* 37. *et in §. Receptatio nu.* 1. *etc.* Lezan. *quæst. regul. vol.* 2. *verb. banniti n.* 7. 39

Bannitus captus an in recognitione sententiæ possit, vel debeat aliquando interrogari de meritis causæ, pro qua fuit condemnatus, maximè si dubitetur de corpore propter pluralitatem personarum ejusdem nominis, Cartar. *de exec. sent. cap. bannit. cap.* 2. *n.* 21. *et seqq.* Farinac. *quæst.* 11. *n.* 23. qui referunt plures tenentes, quod sic licèt ipsi dicant contrarium verius, & sufficere si dicat, se esse eum, qui de delicto arguitur, & qui in banno descriptus est, absque eo quod fateatur delictum, de quo in sententia, & banno, Majoran. *Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 15. *per tot. fol.* 98. 40

Banniti an possint à Principe gratiari sine partis offensæ remissione, vel pace ob servitium præstitum, vel præstandum in bello, disputatum refert Thoro *Compen. decis. Neap. par.* 3. *verb. Bannitus*, & fuisse judicatum quod sic, cum conditione faciendi comitivas militum.

Quid autem si per imperitiam fuerit interrogatus de meritis causæ, & negaverit delictum, an sit admittendus ad defensiones, videbatur quod sic, & ita fuit pluries votatum, & aliquando servatum ex traditis per Cartar. *loc. cit. n.* 58. *et n.* 70. Ambrosin. *Process. informat. lib.* 6. *cap. p. n.* 9. *et seqq. cum Addit. n.* 4. *et cap.* 4. *n.* 6. *cum Addit. n.* 9. ubi tamen quod Mediolani Senatus haberet pro deliramentis dicere, quod Notarii, vel Judicis ignorantia toleret jus fisco quæsitum legitimis probationibus, & Inquitur quando fuisset etiam tortus sine debitis protestationibus, & benè comprobat Anton. Gomez. *var. resol. tom.* 3. *cap.* 13. *sub n.* 20. 41

Alia de bannitis indicant Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Bannitus*, & Com. August. Fontan. *Bibliotb. leg. p.* 4. *sub eodem verb.* vide in primis Addit. fol. 629. ubi plura notabilia. De Luc. *in Indic. general.*

ral. verb. banna, et bnuniti. Altimar. *de nullit.* Roc. *in Diſput. Jur.*

42 Et quòd ſimpliciter interrogatus, an commiſerit delictum, licèt negaverit, non ſit admittendus ad deſenſiones ſuper meritis, ſed pronunciandum, eſſe eumdem, de quo in ſententia, & illam eſſe executioni demandandam, ubi per confeſſionem, vel aliis legitimis modis conſtat eſſe eundem, de quo in ſententia, vel banno, fuit reſcriptum Florentiæ per Sereniſſimum Magnum Ducem ad relationem Illuſtriſſimi D. Auditoris Fiſcalis, qui una mecum movebatur ex prædictis, & ſimilibus rationibus, & doctrinis de menſe Junii 1679. in cauſa contra Cæſarem Galantinum in filzia Negotiorum Magiſtratus DD. Octo ſub num. 3006. Et rurſus in alia cauſa ejuſdem temporis contra Franciſcum Pucciantum in dicta filzia n. 3010. conferunt ſcripta per Majoran. *loco ſupra citato*, Zuff. *de legit. proceſſ. quæſt.* 187. *per tot.* & meliùs per Anton. Gomez. *d. tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 20. *verſ. Tertio quia etc. vide in §. Confeſſio n.* 47. *in Addit.*

43 Quamvis poſtea de anno 1681. ſub die 16. Junii Rota Criminalis in cauſa Scarperiæ contra Dominicum Guidi de Paſſerinis ſervaverit primam opinionem, illum interrogatum de delicto per imperitiam Notarii admittendo ad deſenſiones ſuper meritis cauſæ principalis, licèt per ejus confeſſionem conſtaret eſſe eundem, de quo in ſententia, & fuerit interrogatus cum proteſtatione, quæ tanquam contraria facto fuit habita pro irrelevanti, approbante S.C.S. ad relationem ejuſdem D. Auditoris Fiſcalis, ut in negotio dictæ cauſæ: & rurſus de menſe Julii 1682. eadem Rota Criminalis admiſit ad deſenſiones bannitum in recognitione ſententiæ interrogatum de delicto abſque proteſtatione, licèt in contrarium adducerentur prædicta exempla, & doctrina Ambrolini ratione comprobata, quod omnes actus humani dependent à voluntate, & poteſtate, quæ deficit in Notario, vel Judice, & reſolutio fuit approbata à S.C.S. in cauſa Civitatis Collis contra Antonium Vincentii Panazzi in filzia proceſſuum dicti temporis nu. 1236. ſed fortè ex aliis motivis, ut mihi retulit D. Auditor Fiſcalis, nempe quia ſibi conſtabat eſſe fatuum, &c.

44 Ego autem in his contrariis reſolutionibus exiſtimo adhærendum primis, ſtante proteſtatione, quæ præmitti ſolet à Practicis Notariis, & Judicibus de non præjudicando ſententiæ per quaſcunque interrogationes faciendas, & attento, quod in his Statibus ſententiæ omnes criminales proferuntur conſulto, & approbante Principe, qui ideò ſicuti non ſolet bannitos, & condemnatos carceratos poſt annum, etiam ſupplicantes, admittere ad deſenſiones, abſurdum eſſet, quod id facere poſſent Judices, vel Notarii, ex ſe ipſis, cum ejus ſit ſolvere, cujus eſt ligare, & ſic intrat conſideratio, quòd actus omnes humani ſint metiendi ab auctoritate, & voluntate, ut dixi *in §. Actus n.* 1. quæ cùm non adſint in his judicibus, non poſſunt, nec intelliguntur per eorum ineptas interrogationes præjudicare Fiſco, neque rei judicatæ, vel ſententiæ cum Principis participatione de neceſſitate illis injuncta latæ, cùm certum ſit, quod ignorantia, & negligentia Notariorum, ubi aliàs conſtat de veritate actus non poteſt partibus præjudicare, ut dixi *in §. Notarius n.* 13. contrariæ autem reſolutiones, & doctrinæ procedere poſſunt in aliis Judicibus, qui ex ſe ſine Principis approbatione ſententias proferunt, quas etiam tollere poſſunt, vel quando condemnati fuerunt de delicto interrogati non præmiſſa dicta proteſtatione, licèt adhuc dubitari poſſit ex defectu poteſtatis, ut ſupra in his ſtatibus.

45 Bannitis an ſit licita deſenſio contra illos inſequentes ad occidendum, dixi ſupra in hoc §. *n.* 15. *in fine*, ubi eſt controverſa opinio.

Pro affirmativa adducuntur Dec. *in leg. ut vim, ff. de juſt. & jur.* Bald. *in l.* 3. *num.* 8. *& num.* 9. *ff. eod.* Caret. *in Pract. tit. de homicid. §. Quinto excuſat*, Georg. Obrect. *tract. de neceſ. def. cap.* 5. *num.* 11. Plaza *Epiſt. delict. cap.* 28. *ſub n.* 3. Clar. *§. Homicidium n.* 71. & alii ab ipſis relati.

Pro negativa verò magis communi ſtant Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *caſ.* 3. *caſ.* 1. *n.* 19. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Defenſio reſol.* 3. *nu.* 8. *& verb. Statutum reſol.* 5. *n.* 7. *&* 8. Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 129. *et ſeqq. et quæſt.* 125. *n.* 114. *et ſeqq.* Bajard. ad Clar. *§. Homicidium n.* 218. & alii ab iſtis citati, & ex Theologis moralibus Card. de Lugo *de juſt. et jur. tom.* 2. *tit. de reo, et ejus oblig. ſect.* 4. *num.* 38. *et ſeqq.* Sanch. *conſ. moral. lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 7. *num.* 6. *et dub.* 17. *per tot.* Layman. *Theolog. moral. lib.* 3. *de juſt. tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 4. *nu.* 3. Gabr. à S. Vincentio *tract. de juſt. et jur. tit. de reo, et advoc. cap.* 31. *lib.* 2. *n.* 29. Filliuc. *quæſt. moral. tract.* 40. *de perſona rei cap.* 9. *n.* 269. Sot. *de juſt. et jur. lib.* 5. *quæſt.* 1. *artic.* 3. hancque partem negativam amplexus fuit Magiſtratus DD. Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ ſub die 19. Junii in cauſa contra Martinum Joannis de Righinis, & procedit ſine dubio, quando inſequentes agunt ex zelo Juſtitiæ, quicquid fortè ſecus eſſet ſi ex privata inimicitia, ut colligitur ex Soto, & aliis præcitatis, vel ſi ageretur inter ipſos bannitos, ſibi invicem inſidiantes, inter quos exiſtentes in pari cauſa permiſſæ offenſionis eſt etiam licita deſenſio uſque ad mortem, ut dixi *loc. cit.* Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 10. *quæſt.* 4. *num.* 8.

46 Banniti, licèt poſſit impunè occidi, tamen ſi aliquis falsò aſſeruerit bannitum ſe occidiſſe, qui ab alio fuerat occiſus, qualiter ſit puniendus, & alia, dixi *in §. Statutum dans præmium.*

47 Bannitus quando poſſit bona Fideicommiſſi alienare, ut a banno liberetur De Luca *de Fideicommiſ. diſc.* 100. *n.* 5. 6. 11.

48 Bannitus an poſſit eſſe Judex, an poſſit eſſe de regimine univerſitatis, an Arbiter, an Arbitrator, an ſit civis &c. Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *q.* 7. *l.* 2.

49 An appellet, & audiatur Altimat. *eodem tract. rub.* 4. *q.* 8. *n.* 36., *et q.* 9. Quid in Statu Pedemontano idem Altimar. *loc. cit. q.* 9. *n.* 70. *tom.* 1.

50 Quod aliquis ſit Bannitus probatur ex libro Bannitorum Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *q.* 4. *n.* 19. *tom.* 1.

51 Banniti an dicantur vagabundi Peguera *deciſ.* 3. *n.* 54. *in Addit.*, ubi diſtinguit.

52 Bannitus ab aliqua Urbe alibi ſuos Debitores convenire, & a Creditoribus conveniri poteſt Bruneman. *in l. uſuras* 8. *n.* 2. *C. de ſolut.*

53 Bannitus non comprehenditur in Edicto de revertendo ad terram Domini, a qua repetitur bannitus Spad. *conſ.* 20. *n.* 7. *l.* 1.

54 Non tenetur vigore gratiæ minus tutæ comparere, ſeu redire ad locum Banni Spad. *d. conſ.* 20. *n.* 9. *lib.* 1.

55 Habita notitia banni, ſi prætendit illud eſſe nullum, debet comparere, & ſe defendere, aliàs poſtea non poteſt dare de ejus nullitate Spad. *conſ.* 106. *nu.* 8. *&* 9. *lib.* 1. & ſi poſtea ex gratia Principis admittatur ad novas deſenſiones, non eſt neceſſaria teſtium examinatorum repetitio Spad. *loc. cit. n.* 11.

56 Bannitorum Filios expelli de loco ſtatutum diſponens non habet locum in filiabus Epiſc. Rocc. *ſelect. Diſput. Jur. cap.* 37. *n.* 32. *lib.* 1.

57 Bannitorum Conſanguinei quod teneantur fidejubere, ſi extat Statutum quomodo intelligendum Epiſc. Roc. *loc. cit. cap.* 6. *n.* 30. *lib.* 1.

58 Banniti quod non ingrediantur ſtatum, vel quod emantur bona confiſcata, diſponente ſtatuto, quomodo interpretandum Rocc. *cap.* 6. *nu.* 29. ubi etiam *n.* 30. *et ſeqq.* a bannitis damnum illatum, quod Conſanguinei, vel habitatores teneantur reſarcire, ſi extet ſtatutum ob quam cauſam emanaſſe dicatur, & *n.* 32. ubi quod prædicta ſtatuta ceſſant, quoties non adeſt ſpes ſucceſſionis, & relevationis.

§. BAPTISMUS. III.

1 Baptiſmus qualiter probet filiationem, ſaltem præſumptivè, cum ſit actus ad parentes ſpectans, & ſic baptizatus præſumatur filius illius, ſub cujus nomine reperitur deſcriptus in libro baptiſmi, ex quo junctis aliis adminiculis probatur etiam deſcendentia, Sperel. *dec.* 174. *n.* 28. *etc.* Pae. Jordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 1. *de Baptiſ. num.* 23. *vide in §. Liber. n.*... *§. Filiatio n. p.* Merlin. *deciſ.* 488. *num.* 5. *etc.* Buratt. *deciſ.* 155. *n.* 8. Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 229. *nu.* 4. *et ſeqq. et par.* 13. *deciſ.* 132. *n.* 4. ubi quod ex fidibus

bus baptiſmatum, junctis adminiculis probetur deſcendentia, *et d. part.* 13. *decis.* 388. *n.* 13. *etc.* ubi quòd fides baptiſmi regulariter probat ætatem, & non filiationem, dum juſſu aſſerti patris facta non probatur dicta nominatio, cùm circa perſonas parentum Parochis ignotas illorum deſcriptioni non ſit ſtandum, & optime contra hujuſmodi præſumptionem ratiocinatur D. Severol. in ſuo eruditiſſimo voto deciſivo inter deciſiones Miſcellaneas Rotæ Romanæ *part.* 14. *dec.* 535. *n.* 43. *et ſeqq.* Surd. *conſ.* 1. *nu.* 45. Creſcin. ad Pen. *decis.* 7. 275. 333. *et decis.* 833. *n.* 6. *et* 7. Rot. in Mantiſſ. ad De Luc. *decis.* 40. *nu.* 2. *lib.* 10. *et decis.* 6. *n.* 2. *lib.* 13. *vol.* 4. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *et* 3. *q.* 1. *n.* 66. *verſ. Baptiſmus qualiter fol.* 53. *tom.* 8.

Qualiter autem probetur baptiſmus, & aliquem eſſe baptizatum, Maſc. *de prob. concl.* 163. Bajard. ad Clar. *§. Aſſaſſinium n.* 14. *et ſeqq.* Ciarlin. *contr.* 199. *n.* 17. *etc.* ubi quod probatur per unum teſtem etiam mulierem de facto proprio cum juramento deponentem, vel etiam per teſtem infidelem deponentem de petitione baptiſmi, Cala *de mod. art. et prob. §.* 2. *gloſſ. unic. num.* 88. *et num.* 2510. Bertachin. *in Repert. verb. Baptiſmus*. Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 21. Pignatell. *conſult. can.* 73. *n.* 2. *tom.* 4. Altimar. *de nullit. rub.* 7. *q.* 4. *n.* 20. *tom.* 1. *et rub.* 1. *et* 2. *q.* 1. *n.* 106. *fol.* 122. *tom.* 8.

2 Baptizari nemo debet in privatis domibus ſine licentia Epiſcopi, niſi caſibus urgentis neceſſitatis, & periculi, quam quidem licentiam non paſſim Epiſcopus concedere debet, ſed tantùm pro filiis Regum, & Principum & alia, vide per Pac. Jordan. *ubi ſupra per tot.* Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 187 *in fine*, ubi Parochus baptizans in ſua Camera privata fuit ſuſpenſus ab officio curæ per ſex menſes, Altimar. *de nullit. rub.* 1. *&* 2. *q.* 1. *n.* 106. *fol.* 121. *tom.* 8.

3 Baptizatus in aliquo loco etiam per tranſitum qualiter ibi ſortiatur originem, & efficiatur civis illius loci, Carleval. *de judic. tit.* 1. *disput.* 2. *num.* 11. Amaya *in l. Cives, C. de incol. lib.* 10. *nu.* 47. Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 5. tàm quoad ſpiritualia, & beneficialia, quàm quoad temporalia maximè ceſſante fraude, Luc. de Pen. *in l. cives, C. de incol. lib.* 10. cum aliis per Gratian. *discept. forenſ. cap.* 75. *num.* 16. *&* 17. dixi in meis reſol. *cap.* 49. *num.* 2. & vide Ciarlin. *contr. for. par.* 2. *cap.* 149. *num.* 13. *& per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *nu.* 39. *&c. fol.* 190. ubi quando baptiſmus fuit accidentalis, vel in fraudem, videtur contrarium firmare Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 115. *num.* 14. ubi quod infidelis baptizatus Neapoli efficitur civis Neapolitanus, & gaudet ut civis ortus, quia tunc dicitur renaſci etiam reſpectu patriæ, vide Rebuff. *de pacif. poſſeſ. num.* 17. Altimar. *dic. n.* 106. *f.* 122. *tom.* 8. Epiſcop. Rocca *cap.* 83. *n.* 4. *lib.* 1.

4 Baptiſmus eſt Sacramentum principale, quod non poteſt reiterari, debet circumſcripta neceſſitate fieri à Sacerdote cum aqua baptiſmali, & Cathechiſmo ſolito, cum interventu patrini, quando baptizandus ſenſu caret; in caſu verò neceſſitatis poteſt fieri à qualibet perſona, & ſimplici muliere ſine patrino cum qualibet aqua, & ſine alio Catechiſmo, quo caſu tamen ſupervivente baptizato debent poſteà fieri ſolemnitates in Eccleſia, ſed non nova baptizatio, Gemin. *conſ.* 33. Ricc. *Collect.* 2256. *&* 3368. Anchar. *conſil.* 195. Tuſch. *litt. B. concluſ.* 20. *&* 22. *per tot.* Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 86. *& reſol.* 85. ubi de expoſitis, vide *in §. Filiatio num.* 17. *in fine*, *& §. Affinitas nu.* 10. Candid. *diſquiſ. moral. tom.* 1. *diſquiſit.* 16. *per tot. fol. mihi* 90. *& ſeqq. ad* 125. ubi plura de Sacramento baptiſmi. Lezan. *quæſt. regul. vol.* 2. *verb. Baptiſmus à nu.* 2. Pignatell. *conſult.* 77. *a n.* 10. *tom.* 8. Nicol. *Elucub. utriuſq; Jur. Inſtit. canon. tit. de Baptiſmo cap.* 3.

An ideò obſtetrices teneantur ſcire formam baptiſmi, & modum baptizandi ſaltem vernacula lingua, & quid ſi addatur, vel omittatur aliquid de forma, Dian. *part.* 2 *tract.* 15. *reſol.* 46. 47. *&* 48. *& tract.* 17. *reſ.* 15.

Quod aqua debeat eſſe pura, unde in brodio, vel aqua mixta butyro, ſive alia pinguedine, non poteſt fieri baptiſmus, quando ſcilicet permixtum ſolvit ſpeciem aquæ, nec ſine aqua, cum illa deficiente nihil fiat, Capell. Tholoſ. *quæſt.* 295. ubi etiam quòd in caſu neceſſitatis valeret per projectionem in puteo cum prolatione verborum neceſſariorum, quæ ſunt, *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, et Spiritus Sancti, Amen*, & loquitur ad effectum, ut puer natus poſſit in loco ſacro ſepeliri. Pignatel. *conſult. canon.* 212. *tom.* 4. Altimar. *loc. cit. n.* 98. *verſ. aqua*, *f.* 121. *tom.* 8.

Quod baptiſmus etiam dubius tradat jus Eccleſiaſticæ ſepulturæ, Ciarlin. *contr.* 199. *num.* 8. *etc.* Altimar. *ubi ſupra n.* 103. *fol.* 121. *tom.* 8.

Plures alias dubitationes circa Sacramentum baptiſmi reſolvit idem Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *per tot. et part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 1. *cum pluribus ſeqq.* ubi de variis modis baptizandi in caſibus neceſſitatis, & urgente periculo mortis, multa de forma baptiſmi, & illius verbis, idem Dian. *part.* 20. *tract.* 16. *reſol.* 92. *et* 93.

Quòd non poſſit ſanctum baptiſma ſcienter reiterari ſub pœna mortis contra Anabaptiſtas, *leg.* 2. *Cod. ne Sanct. Bapt. iter.* Paul. Chriſtin. *decis. Belgic.* 38. *volum.* 2. Ricc. *Collect.* 2256. plures relati per Caſtejon. *alphab. jurid. verb. Baptiſmus n.* 19. Altimar. *de nullit. loc. cit. n.* 99. *f.* 121. *tom.* 8.

Si tamen dubitetur, an quis ſit baptizatus, poteſt baptizari ſub conditione ſi non ſit baptizatus, *cap.* 1. *de Baptiſ.* Ricc. *decis.* 127. Novar. *Collect.* 187. *num.* 9. Dian. *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 78. *et ſeqq. tom.* 5. *tract.* 5. *reſol.* 19. *et ſeqq.* Nicol. *loc. cit. tit. de Apoſt. et Reiteran. n.* 3. Penia *decis.* 444. *n.* 8. Altimar. *loc. ſupra adducto n.* 99. *fol.* 121. *tom.* 8.

Baptiſmus, ſive fons baptiſmalis non reddit per ſe 5
beneficium curatum, niſi aliàs ſit tale, non tamen poteſt concedi alteri Eccleſiæ in præjudicium Eccleſiæ matricis, & Collegiatæ ſine illius conſenſu, Feder. de Sen. *conſ.* 80. *et conſ.* 153. Calder. *conſil.* 457. Tuſch. *litt. B. concl.* 21. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2823. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 104. *per tot.* ubi plura de fonte Baptiſmali non inſerente ad Parochialitatem, an poſſint eſſe duæ Eccleſiæ Baptiſmales in una, & eadem Parochia. Pignatell. *conſul. canon.* 20. *tom* 4.

De tribus baptiſmi ſpeciebus, Franch. Marc. *decis.* 949. & alia de Sacramento baptiſmi, Bertachin. *in Repert. verb. Baptiſmus*, Bonacin. *de Sacrament. diſput.* 2. *tit. de Baptiſmo*, ubi plura de baptiſmo Fluminis, Flaminis, & Sanguinis, quomodo perficiatur.

Baptiſmus remittit pœnas pleniſſimè etiam quoad 6
culpam in foro poli, imò etiam in foro fori ſecundùm unam opinionem, licèt alii contra, non tamen liberat à reſtitutione debiti, vel malè ablati, Ruin. *conſil.* 13. *lib.* 5. Clar. *§. fin. quæſt.* 51. *in fine*. Tuſch. *litt. B. concluſ.* 23. *vide in §. Judæus nu.* 2. Dec. *conſ.* 130. Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 6. ubi quòd in foro fori non liberatur, ſed poteſt inquiri, &c. Caldas Pereyra *quæſt. forenſ. cap.* 49. *per tot.* ubi an baptiſmus remittat pœnas. Cyriac. *controv.* 86. *ubi de debitis*. Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract.* 2. *q.* 12. *n.* 23.

An autem ad dictum effectum ſit neceſſaria contritio, vel ſaltem attritio cognita de peccatis, vel an ſaltem recedente poſteà fictione, & ſic ſuperveniente contritione, vel attritione baptiſmus operetur ſuum effectum remiſſionis peccatorum antecedentium, & ipſius fictionis, an idem ſit in aliis Sacramentis, & alia, Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 31. *et ſeqq.*

Baptizatus dicitur, qui adhuc vivens fuit aqua baptiſ- 7
matis aſperſus in capite, vel in majori parte corporis, ac etiam ſi minima gutta per modum baptiſmi tetigeſit pedem, vel aliam corporis partem, vel ſi in caſu neceſſitatis fuerit projectus in puteo cum verborum prolatione facta à projiciente, cùm debeat eſſe idem qui aſpergit, & verba profert, Innoc. *in cap. debitum de Baptiſ.* Lap. *allegat.* 105. *per tot.* Tuſch. *litt. B, concluſ.* 24. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *et* 2. *q.* 1. *n.* 98. *f.* 121. *tom.* 8.

Quod puer exiſtens in utero matris urgente periculo mortis poſſit baptizari, ſi in aliqua ſui parte poſſit aqua lavari cum debita verborum forma, quicquid alii contrarium ſentiant Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *reſol.* 43. *et p.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 4. *et* 12. Ricc. *Collect.* 2133. An autem poſſit mater viva ſecari ad hunc effectum, vide *in §. Abortus num.* 8. Pignatel. *conſult. can.* 153. *tom.* 1. Fagnan. *in c. ne innitaris nu.* 378. *de conſtit.* Altimar. *loc. cit. n.* 98. *f.* 121. *tom.* 8.

Qualiter baptiſmus collatus in extrema parte comæ, vel in ſecundina ſit validus; an modus baptizandi per pro-

projectionem in puteum, vel flumen sit licitus, & videtur quod non; an probabiliter putans se non esse baptizatum possit alia Sacramenta suscipere, & alia latè Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 28. 29. *et* 20. Altimar. *loc. sup. relat. n.* 112. *fol.* 122.

Quod possit baptizari qui habet caput extra uterum de communi Theologorum, & Canonistarum opinione testatur Boer. *tract. de auct. magn. Cons. num.* 21.

Qualiter probetur quis baptizatus, Mascard. *de prob. conclus.* 163. *et conclus.* 287. vide *in §. Liber num....* Si dubitetur an infans ritè fuerit baptizatus debet adhuc sepeliri in loco Sacro, Dian. *part.* 4. *tract.* 3. *resol.* 69. *et part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 15., Vide ea quæ dixi supra *n.* 1. *vers.* 2.

An perversa intentio ministri, sive defectus intentionis ministri in conferendo baptismo, & aliis Sacramentis suppleatur ex bonitate Dei quoad gratiam, Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 17. ubi refert contrarias opiniones, sed certè Deus non patitur hujusmodi errores fieri in Ecclesia sua.

8 Baptizari non possunt filii Impuberes Judæorum invitis parentibus, nec ipsi Judæi compelli, quia Deus vult milites voluntarios non coactos; si tamen pater, vel mater efficiantur Christiani, trahunt secum infantes ad baptismum, Calder. *cons.* 490. *aliàs* 3. *de Jud.* Ricc. *Collect.* 117. Afflict. *decis.* 151. Barbat. *cons.* 58. *num.* 7. *etc. lib.* 3. Tusch. *litt. B. concl.* 25. *vide in §. Judæus num.* 3. *et §. Filius nu.* 71. *etc.* Dian. *part.* 2. *tract.* 55. *resol.* 45. ubi circa infantes refert tres opiniones *et part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 1. ubi an sicuti domini possunt etiam invitis parentibus baptizare filios infidelium, ita etiam teneantur sub onere peccati mortalis illos baptizare, & videtur affirmare ratione charitatis, licèt alii contra, ut ibi per eum, & latiùs *part.* 7. *tract.* 7. *resol.* 68. 69. *et* 70. vide Cevall. *comm. quæst.* 735. Nicol. *Elucub. utriusque Juris Instit. Canon. tit. de sum. Trinit. cap.* 1. Altimar. *loco cit. n.* 108. *fol.* 122.

Quod in periculo mortis filii Infidelium possint baptizari, & sint baptizandi etiam invitis parentibus, Diana *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 10. latè Ciarlin. *contr.* 199. *per tot.* ubi refert plures casus notabiles in hac materia ab eo decisos, & quod tunc etiam sunt in loco Sacro sepeliendi, non obstantibus quibuscunque contradictionibus parentum, & licèt sint infantes, ac ipsorum parentum expensis moderatis tamen. Sperel. *dec.* 1. *num.* 41. Pignatel. *consult. canon. tom.* 7. *consult.* 55. Altimar. *loc. cit. n.* 108. *f.* 122. *tom.* 8.

44 Beneficia exiſtentia ſub eodem tecto non poſſunt obtineri ab uno abſque diſpenſatione Rot. apud dictum Dominum Piton. *loc. cit. poſt alleg.* 52. *ſub n.* 63. *tom.* 2. Beneficia exiſtentia ſub eodem tecto quomodo intelligantur Piton. *loc. addnct. alleg.* 35. *ſub num.* 7. *tom.* 1. Epiſc. Rocc. *cap.* 190. *n.* 39. & 40. *tom.* 1.

45 Beneficium obtineri non poteſt ſine inſtitutione canonica Abeccleſ. *obſervat. forenſ. part.* 1. *obſervat.* 187. *n.* 2., Et poſſeſſio beneficii ſine inſtitutione canonica non ſufficit Fagnan. *in c. licet Hel nu.* 23. *de Simon.* Creſcin. ad Abeccleſ. *loc. cit. n.* 3.

46 Collatio Beneficii regulariter ſpectat ad Epiſcopum Abeccleſ. *obſervat. forenſ. part.* 1. *obſervat.* 192. *nu.* 5. Merlin. *deciſ.* 891. Jordan. *lucubrat. vol.* 2. *libr.* 10. *tit.* 1. *per tot. fol.* 204. De Luc. *Miſcell. eccleſ. diſc.* 1. *n.* 49. Creſcin. ad Abeccleſ. *loc. cit. n.* 5.

47 Beneficium non eſt alteri faciendum cum jactura facientis Caſtald. *conſult.* 230. *n.* 5 *fol.* 293. *tom.* 2.

Beneficium accipiens tenetur lege naturali ad antidora Rot. *deciſ.* 270. *n.* 1. *tom.* 1. coram Pen.

§. BENEPLACITUM. V.

a BEneplacitum Principis, vel alterius tanquam pendens ab aliena voluntate reputatur pro impoſſibili Magon. *deciſ* 25. *n.* 82. & 83. Mohed. *deciſ.* 3. *de teſt. num.* 1. *alias deciſ.* 235. quod parit notabilem effectum, ut dixi in §. *Legatum*, & in meis reſol. *cap.* 69. *n.* 26.

Quod voluntas Principis æquiparetur caſui fortuito, *l. Lucius* 11. *ff. de evict.* Cravett. *conſil.* 64. *n.* 6. Alex. *conſil.* 57. *nu.* 4. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 54. *num.* 2. Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 139. *num.* 2. Aym. *conſ.* 64. *num.* 6.

2 Beneplacitum Pontificis, Principis, vel alterius, an extinguatur finito Pontificatu, vel Principatu, ſive officio concedentis, vel per mortem illius, vide Capyc. *deciſ.* 136. *per tot.* ubi conſiderat an gratia fuerit conceſſa ſub nomine proprio, vel ſub nomine dignitatis, & ſimilia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 167. *n.* 46. &c. Menoch. *de Arbitr. quæſt.* 69. ubi plura an, & quando arbitrium extinguatur morte concedentis Maſcard. *de probat. concluſ.* 188. *per tot.* & latè Barboſ. *de clauſ.* 3. *per tot.* Tuſch. *litt. B. concluſ.* 89. *per tot.* Ricc. *Collect.* 510. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 336. *n.* 10. *et* 11. ubi de beneplacito Apoſtolico pro confirmanda alienatione bonorum Eccleſiæ, Fulgin. *de jur. emphyt. quæſt.* 21. *n.* 21. ubi quòd ſi Breve nondum fuit præſentatum Commiſſariis, expirat, & opus eſt novo conſenſu futuri Pontificis, ſi verò fuit præſentatum ante mortē Pontificis, cum partis citatione, gratia non expirat, cùm tunc res non ſit amplius integra; quando autem requiritur novum beneplacitum, regulariter locus eſt pœnitentiæ, Duran. *deciſ.* 397. Gregor. *deciſ.* 410. Rot. *p.* 2. *recent. deciſ.* 473. *vide in §. Gratia n.* 4. Barboſ. *clauſ.* 3. *per tot.*

Quòd electus judex ad beneplacitum Principis per mortem illius no· deſinat eſſe judex, quouſque per ſucceſſorem rev· ·etur, quia agitur de materia publica, & favorabili, quo caſu voluntas Principis præſumitur etiam poſt mortem durare, ſecus autem ceſſante hujuſmodi publico favore, Vant. *de nullit. ex defect. juriſd. deleg. n.* 104. *fol.* 142. vide Tuſch. & alios ſupracitatos, Guazz. *de pace etc. p.* 2. *q.* 9. *per tot.* ubi an verbum, vel fides Nobili data de alium non offendendo extinguatur morte dicti Nobilis, qui fidem recepit, & verbum dedit.

De beneplacito Regis an expiret per mortem ipſius Regis, & de beneplacito Viceregis, an ceſſet eo deſiſtente, vel remoto ab Officio, quando conceſſio fuit facta à Vicerege ad beneplacitum Regium, & ipſius Viceregis. Et quid ſi fuerit dictum ad beneplacitum noſtrum, & anno uno poſt revocationem, vide de Thoro *compend. deciſ. Neap. par.* 1. *verb. Beneplacitum, et part.* 3. *eod. verb.* ubi etiam an poſſit revocari in vita concedentis, & an, & quando extinguatur per conceſſionem privilegiorum &c.

3 Beneplacitum alterius reſervatum in contractu, illum conditionalem reddit, ita ut fructus interim percepti ſint domino reſtituendi donec conditio verificetur, cùm interim nihil ponat in eſſe, Barboſ. *de Clauſ.* 3. *n.* 9. & *ſeqq. inf. n.* 5. *vide in §. Fructus* & §. *Venditio* Pancirol. *conſ.* 35. *n.* 5.

4 Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in tranſactione rerum Eccleſiæ, ſicut & in alienationibus, quando legitimæ ſolemnitates non intervenerunt, Duran. *deciſ.* 459. *n.* 2. &c. ubi quòd ſupplet defectum aliarum ſolemnitatum, quæ illo interveniente cenſentur remiſſæ, & benè Sperell. *deciſ.* 154. *num.* 87. &c. dixi in meis reſol. *cap.* 69. *n.* 21. & *ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 280. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 75. *nu.* 28. *volum.* 1. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 235. *n.* 9. *etc.* ubi qualiter requiratur etiam in compromiſſo. De Luc. *de alienat. diſc.* 1. *de regal. diſc.* 81. *n.* 16. Bertachin. *vot.* 88. *n.* 19.

Quòd ſuppleat defectum omnium aliarum ſolemnitatum, ita ut ſatis ſit illius verba ſervare, & quandocunque ſequutum poſt alienationem retrotrahitur ad illam, pulchrè idem Duran. *deciſ.* 397. *num.* 8. & *ſeqq. per tot.* ubi etiam *nu.* 12. quòd licèt Eccleſiam poſſit ante illius impetrationem pœnitere, & à contractu recedere, non tamen hoc ei licebit poſtquam fuit impetratum, Barboſ. *de Clauſ.* 3. *n.* 14. Altograd. *conſil.* 28. *n.* 2. &c. *lib.* 1. ubi etiam latè quando ſufficiat extrajudicialis informatio de utilitate Eccleſiæ, vel requiratur examen teſtium formiter, & judicialiter ſumptum, Ricc. *Collect.* 1264. Rot. *par.* 13. *rec. deciſ.* 362. *per tot.*

Quòd ſit neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum etiam in tranſactione inter duas Eccleſias ſtipulata, Rot. *d. par.* 13. *recent. dec.* 231. *n.* 7. *vide in* §. *Tranſactio n.* 3. Rot. *d. p.* 13. *dec.* 474 *num.* 1. ubi idem in alienatione etiamſi fiat in aliam Eccleſiam, vide *inf. n.* 11. & 12. De Luc. *de Paroch. diſc.* 26. *nu.* 5. & 6. *de locat. diſc.* 22. *n.* 1.

5 Beneplacitum Apoſtolicum in forma commiſſaria conceſſum cum clauſula, *ſi inevidentem* &c. non dicitur perfectum, & abſolutum ab initio, ſed qualificatum, & conditionale, ac interim non juſtificata dicta conditione nihil operatur, Duran. *deciſ.* 365. *n.* 7. & 8. ubi tamen *n.* 9. & *ſeqq.* quòd non eſt conditionale quoad ſubſtantiam quatenus in rei veritate adſit utilitas Eccleſiæ, ſed ſolùm quoad executionem, quæ intelligitur dilata poſtquam ſervata forma præſcripta, de utilitate evidenter conſtiterit, & ideò ſtatim reddit contractum perfectum, itaut quandocunque poſſit per Commiſſarium executorem ferri ſententia ſuper utilitate prædicta etiam poſt mortem impetrantis, vide in meis reſol. *d. cap.* 69. *n.* 24. &c. Ricc. *Collect.* 3874. & 1264. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 258. ubi quòd beneplacitum Apoſtolicum reſervatum, ſi poſteà ſequatur dat perfectionem contractui, & retrotrahitur ad diem ipſius contractus, maximè ubi non agitur de præjudicio tertii, ſed ipſorum contrahentium tantùm, nec interim facit locum pœnitentiæ, ſed ſolùm ſuſpendit exercitium actionis donec fuerit obtentum *infra n.* 8.

6 Beneplacitum Apoſtolicum licèt ſuppleat alias ſolemnitates, non tamen operatur circa ſubſtantialia contractus, ut quando erat defectus in mandato, Altograd. *conſil.* 16. *n.* 10. & *ſeqq. lib.* 1. ubi etiam *nu.* 24. quando corruat ex defectu cognitionis cauſæ, & quòd non ſuppleat defectum cauſæ, *ibidem num.* 53. Sperel. *dec.* 154. *n.* 88. &c. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de contract. emphyt. q.* 21. & 22. Rot. *p.* 13. *recent. dec.* 165. *nu.* 22. *etc.* Mantic. *de tacit. libr.* 21. *tit.* 7. *n.* 7. *et* 8. Emerix ſen. *deciſ.* 68. *n.* 5.

Non etiam tollit conditiones in fundatione appoſitas, licèt contineret omnes non obſtantias de mando, niſi de illis fiat expreſſa mentio, Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 114. *n.* 18. *et ſeqq.*

7 Beneplacitum Apoſtolicum tanquam ſolemnitas extrinſeca regulariter non præſumitur ex curſu temporis, niſi effluxerint triginta anni cum obſervantia ſubſequuta,

ta, vide Gratian. discept. forens. cap. 867. n. 50. Rota part. 2. divers. decis. 179. num. 1. Duran. dec. 459. n. 5. etc. Merlin. dec. 638. num. 4. & decis. 701. nn. 112. &c. Ricc. Collect. 1008. & 3125. Rot. part. 9. recent. dec. 314. num. 10. et seqq. et dec. 175. num. 39. et seqq. et part. 10. dec. 26. num. 29. et dec. 44. nn. 6. etc. part. 11. decis. 15. num. 23. Menoch. lib. 3. præsumpt. 132. num. 70. et 71. Altograd. consil. 26. num. 22. & seqq. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst. 18. per tot. Novar. in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 194. num. 4. Sperel. decis. 179. num. 51. et seqq. ubi plura ad exclusionem dictæ præsumptionis, Urceol. Consult. forens. cap. 47. num. 32. ubi quòd dicta præsumptio procedat tantum in Urbe, & quare secundùm aliquos, vide in §. Solemnitas, & in meis resol. cap. 69. n. 38. et seqq. ubi quòd vigore Novæ Constitutionis Urbani VIII. præservativæ jurium Ecclesiæ fuit sublata dicta præsumptio, Ricc. Collect. 3054. ubi plenè ad declarationem dictæ Bullæ Urbani VIII. Rot. part. 10. rec. dec. 219. num. 5. ubi quòd hodie cessat dictum refugium vigore dictæ Constitutionis Urbani VIII. & p. 11. dec. 47. n. 12. decis. 314. num. 10. et seqq. decis. 319. nn. 38. dec. 340. n. 27. part. 13. dec. 191. n. 13. et seqq. Barbos. claus. 3. nn. 13. Fagnan. in cap. consuetudines num. 45. de consuetudin. Balduc. tit. 4. decis. 31. n. 57. Castald. consult. 292. num. 6. Palm. Nep. alleg. 292. n. 5. tom. 3. alleg. 327. nu. 48. et 49. tom. 4. Emerix. jun. dec. 1169. n. 5. Rocc. Episc. cap. 59. n. 7. tom. 1.

Quòd non sit necessarium dictum beneplacitum in bonis Ecclesiæ solitis alienari, vel si concedantur ob benemerita alicujus erga Ecclesiam, sed quæ dicantur talia, & qualia debeant esse merita, latè Merlin. dec. 756. vide in §. Emphyteusis nu. 19. & 23. Solemnitas. n. 7. cum ibi citatis, latè Fulgin. de contract. emphyt. q. 9. per tot. Vide Castald. consult. 200. n. 66. Emerix. jun. decis. 722. n. 9.

Si tamen fiat alteratio investituræ opus est beneplacito Apostolico sub pœna nullitatis in totum, Merlin. decis. 775. num. 10. & seqq. Fulgin. d. quæst. 9. num. 12. & seqq. per tot. Rot. part. 13. recent. dec. 113. num. 6. decis. 191. per tot. & dec. 481. num. 6. Mantic. de tacit. libr. 22. tit. 7. n. 15. Vide Emerix sen. decis. 52. n. 14. Palm. nep. alleg. 6. nu. 10. tom. 1. & alleg. 291. nu. 5. & alleg. 292. n. 7. tom. 1.

Quòd non obstante supradicta Constitutione Urbani VIII. de anno 1641. præsumatur beneplacitum Apostolicum ex lapsu centum annorum cum observantia contractus, quia in §. fin. d. Constit. centenaria nominatim præservatur, Rot. p. 12. recent. dec. 398. nn. 4. & p. 13. dec. 375. n. 26. & seqq. ubi etiam quòd d. Constitutio loquitur, & procedit in beneplacito Papæ, non autem aliorum inferiorum in casibus, in quibus illis de jure licentiam concedere permittitur, ut infra num. 10. Rot. p. 16. recent. dec. 155. n. 10. Episc. Rocc. cap. 59. n. 8. tom. 1. Rot. post Urceol. de Transaction. decis. 12. n. 8. Emerix sen. decis. 68. n. 10. Emerix jun. decis. 108. n. 4. Et vide Castald. consult. 200. nn. 36. Palm. Nep. alleg. 7. n. 54. & alleg. 20. n. 26. tom. 1.

8 Beneplacitum Apostolicum ubi aliàs non est necessarium, licèt per contrahentes fuerit reservatum, & in pactum deductum, sustinetur contractus sine ejus impetratione, si fuerit addita clausula non aliàs, nec alio modo, quia tunc esset necessarium ad validitatem contractus, Ludovis. decis. 192. cum Beltram. Gratian. discept. forens. cap. 186. n. 13. Salgad. Labyrint. creditor. part. 2. cap. 17. num. 27. et 28. Rot. par. 13. recent. dec. 384. n. 35. & seqq. part. 14. dec. 468. nu. 3. & seqq. Rot. par. 16. recent. dec. 139. ubi quòd sufficit fuisse obtentum ante motam litem, licèt non fuerit productum, ita ut non possit Ecclesiam pœnitere, & à contractu recedere post illud obtentum, etiamsi non sit productum, & plura ad declarationem Constitutionis Urbani VIII. jubentis beneplacitum debere præcedere possessionem & sic esse necessarium ante translatam possessionem bonorum Ecclesiæ sub pœnis, & censuris in ipsa Constitutione contentis in ordine la 51. quòd procedat in alienationibus bonorum Ecclesiæ in proprietate, non autem in locationibus, in quibus non transfertur dominium, neque vera possessio, sed simplex detentatio, vel nuda facti insistentia, cùm conductor non sibi, sed domino possidere dicatur, & ideò non procedit dicta Constitutio, quæ loquitur de translatione veræ possessionis, ad Ciarlin. contr. 106. num. 22. & 23. Thomat. dec. 30. num. 14. etc. Balduc. tit. 4. decis. 22. n. 66.

Quòd post beneplacitum sedis Apostolicæ reservatum, & obtentum, nullum ex contrahentibus possit pœnitere, sed benè ante illius impetrationem possit quemlibet pœnitere, & à contractu liberè resilire, quando aliàs non valebat, Put. decis. 353. num. 7. lib. 1. Achil. decis. 2. de pact. Farinac. 337. num. 2. part. 1. Salgad. d. tract. part. 1. cap. 33. num. 21. &c. vide supra nu. 5. & in §. Alienatio num. 24. latè Fulgin. de jur. emphyt. tit. de contract. emphyt. q. 21. per tot. Rot. part. 14. recent. decis. 372. per tot. ubi de locatione ultra triennium, Barb. claus. 3. n. fin. Emerix sen. decis. 30. n. 4. et 5., Et quid antè Pignatel. consult. canonic. tom. 1. consult. 128. n. 2.

Quòd in hac materia Rota sequatur distinctionem, ut ante impetratum beneplacitum sit locus pœnitentiæ (intelligendo ex parte Ecclesiæ, cujus favore claudicat contractus, non autem contrahentis cum ea, quem non potest pœnitere) post verò illud obtentum non liceat etiam Ecclesiæ pœnitere, licèt nondum sit per Commissarios exequutum, Rot. part. 4. noviss. decis. 205. & 206. Mantic. decis. 101. Rota part. 13. recent. decis. 374. num. 17. part. 14. decis. 372. Beltram. in Annot. ad Ludovis. dec. 410. num. 8. ubi etiam quòd hæc conclusio locum habet contra successorem, qui alienationi non consensit, Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 14. nu. 2. & seqq. ubi quoad successorem intelligit dummodo beneplacitum fuerit impetratum in vita prædecessoris, qui alienavit, Fulgin. de jur. emphyt. tit. de contract. emphyt. q. 19. per tot. & quæst. 21. ubi an sit locus pœnitentiæ ante beneplacitum obtentum. Episc. Rocc. cap. 62. n. 31. tom. 1. Et vide cap. 7. n. 138. & seqq. post tom. 1. hujus Summæ Sabell.

Beneplacitum Apostolicum non præsumitur per lap- 9
sum cujuscunque temporis etiam immemorabilis in concessione decimarum laicis facta post Concilium Lateranense data etiam observantia investituræ, nisi probetur de privilegio saltem per famam, & alia plura de præsumendo, vel non præsumendo beneplacito Apostolico in alienatione rerum Ecclesiæ, Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 13. per tot. & cap. 14. ubi an eo pendente sit locus pœnitentiæ, vide in §. Decimæ num. 3.

Beneplacitum Apostolicum non est necessarium in 10
concessione rerum Ecclesiæ, quando jam fuerat concessa facultas ab aliquo Pontifice alienandi absque alia sedis Apostolicæ licentia, non obstantibus prohibitionibus de rebus Ecclesiæ non alienandis, quia per illas non censentur Pontifices sibi, & successoribus manus ligasse, quin aliter disponere possent, Gratian. discept. forens. cap. 415. num. 23. Rot. part. 13. recent. decis. 375. num. 20. & seqq. ubi etiam quòd licèt requiratur licentia Protectoris loci, vel illa potest per ministros concedi, vel ex cursu temporis cum observantia præsumitur, licèt instrumento non sit enunciata, & part. 14. decis. 468. num. 1. ubi appellatur præventivum.

Quòd in aliis casibus, præter alienationes rerum Ecclesiæ, præsumatur ex cursu 30. annorum, Rot. p. 14. decis. 50. num. 12. & decis. 139. n. 3. Gregor. dec. 354. n. 15. ubi Add.

Beneplacitum Apostolicum non est necessarium in 11
transactione super reductione pensionis inter Titularem, & pensionarium inita ex causa litis super nullitate pensionis, Rot. divers. part. 1. decis. 519. num. 3. Buratt. decis. 464. nn. 8. Rot. p. 13. recent. decis. 507. num. 10. adde supra num. 4. & dixi in §. Transactio n. 28.

Beneplacitum Apostolicum non est necessarium in re- 12
pudiatione hæreditatis per monasterium facta, cùm agatur de jure prorsus quærendo, in cujus renunciatione solemnitates non requiruntur, etiamsi priùs hæreditas fuerit adita, sed ex errore, & falsa causa, quo casu aditio habetur pro non facta ex defectu consensus, Rot. part. 11. recent. dec. 522. nu. 5. & 6. ubi allegat. Abbat. in cap. tua de his, quæ fiunt à Prælat. Felin. in cap. præsentia num. 57. de prob. Federic. de Sen. consil. 9. per tot. Summa Silvestr. par. 1. verb. alienatio n. 18. Put. decis. 307. num. 1. & 2. lib. 2. Rot. par. 14. recent. dec. 309. n. 5. ubi generaliter non requiritur in jure quærendo, Sanfelic. decis. 280. De Franch. dec. 14. nn. 15. & 16. Et vide Castald. consult. 255. n. 5. & 6. Palm. nep. alleg.

72. n.

71. n. 3. tom. 1. & cap. 7. n. 144. post tom. 1. hujus Summæ Sabell.

Quod beneplacitum Apoſtolicum non ſit neceſſarium in emptione, quæ fit ab Eccleſia, quia Eccleſia poteſt bona emere, & pecuniaa ad ſe ſpectantes in eam cauſam ſolvere abſque beneplacito, vel licentia Superioris, Bich. *deciſ.* 415. *num.* 1. Rebuff. *in Compend. alien. rer. Eccleſ. n.* 8.

Qualiter ſit neceſſarium dictum Beneplacitum in cenſu, an in hypotheca generali, & alia, idem Bich. *deciſ.* 501.

Quòd beneplacitum Appoſtolicum præſumatur ex curſu 30. annorum eum obſervantia contractua etiam poſt dictam Conſtitutionem Urbanam, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 7. *num.* 23. ubi plurea aliæ concordantes Deciſionea recenſentur.

Item non eſt neceſſarium in retrovenditione cenſus tanquam actu neceſſario, Rot. *p.* 13. *recent. dec.* 19. *n.* 15. & *dec.* 194. *n.* 14. *dixi in* §. *Cenſus num.* 32. facit eadem Rot. *p.* 14. *deciſ.* 209. ubi de reductione.

Item non eſt neceſſarium ex mente legislatoria, & Conſtitutionia Urbanæ in contractibua inter duaa Eccleſiaa factis, cùm fuerit edita ut conſulatur rebus Eccleſiæ adverſua uſurpatorea, Rot. *p.* 14. *recent. deciſ.* 10. *num.* 12. & *deciſ.* 209. *num.* 7. vide ſupra nu. 4. in fine, ubi contra. Vide Caſtald. *conſult.* 255. *n.* 3. Palm. nep. *alleg.* 72. *n. pr.* & 2. *tom. pr.*

23 Beneplacitum Apoſtolicum ubi fuit reſervatum, & conventum, ut impetrari debeat à monaſterio alienante, vel locante ultra triennium, non poteſt illius defectus allegari, quia reſpicit propriam turpitudinem, & ob pacta non impleta tenetur ſaltem ad damna, & intereſſe, vel contra negligentea habetur pro impetrato, Tiraquell. *tract. ceſſ. can. p.* 1. *lim.* 33. Bald. *conſil.* 112. *n.* 1. & *ſeqq. lib.* 2. Burat. *deciſ.* 110. *nu.* 9. Rot. *p.* 14. *recent. dec.* 372. *num.* 4. 5. & 6. ubi tamen mota fuit etiam ex aliia fundamentis. Emerix jun. *deciſ.* 1200.

24 Et quomodo ſint intelligenda verba ad beneplacitum, Larrea *deciſ.* 2. *n.* 16.

25 Plura de beneplacito principis, an expiret per illius mortem, & alia ad rem tradit videndus Caſtill. *controv. tom.* 7. *tract. de Tertiis cap.* 19. *per tot.*

26 Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in conceſſione in Emphyteuſim bonorum Eccleſiæ Genuen. *in Prax. Archiepiſc. Cur. Neap. cap.* 60. *n.* 2. Epiſc. Rocc. *cap.* 65. *n.* 7. *tom. pr.* Ciarlin. *controverſ. forenſ. cap.* 8. *nu.* 9. 18. & 64. *tom.* 1. & *cap.* 39. *n.* 2. *eodem tom. pr.* & *cap.* 173. *n.* 19. & no. *tom.* 2. Coccin. *deciſ.* 1972. *n.* 7. & *deciſ.* 1264. *n.* 17. Rot. *recent. part.* 10. *deciſ.* 200. *n.* 5. Palm. nep. *alleg.* 292. *n. pr. tom.* 3.

17 Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in tranſactione Juriſpatronatus, quando apponuntur pacta præter contenta in fundatione Palm. nep. *alleg.* 165. *n.* 4., Quod declara, ut per eumdem Palm. *alleg.* 166. *n.* 9. *tom.* 2.

18 Beneplacitum Apoſtolicum requiritur ad confirmandam conſtitutionem ab Epiſcopo contra Jua factam, & præſumptum non ſufficit Palm. nep. *alleg.* 20. *nu.* 25. *tom.* 1.

19 Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in permutationibua, & ſubrogationibus bonorum ſtabilium Rot. *deciſ.* 150. *n.* 12. *vol.* 2. *in recol.* per Palm. nep.

20 Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in reſciſſione tranſactionis, non ſecus ac in contractu Emerix jun. *deciſ.* 1169. *n.* 9. & 10. Sed quod non requiratur in reſciſſione tranſactionia, quando Eccleſia nihil recipit, idem Emerix *deciſ.* 136. *n.* 7.

21 Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in actu neceſſario Rot. coram Emerix jun. *deciſ.* 1264. *n.* 8.

22 Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in pactis favorabilibua Eccleſiæ Palm. nep. *alleg.* 7. *n.* 26. *tom.* 1.

23 Beneplacitum ſimpliciter reſervatum cenſetur reſervatum quatenus opua ſit, non autem abſolutè Palm. nep. *alleg.* 131. *n.* 16. *tom.* 2.

24 Beneplaciti defectus allegari non poteſt à contrahente cum Eccleſia Palm. nep. *alleg.* 150. *nu.* 14. *tom.* 2. Sed a Tertio adduci poteſt contra contrahentem cum Eccleſia, Idem Palm. *ibidem n.* 15.

25 Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in alienatione bonorum Confraternitatia laicæ, ſecus verò Eccleſiaſticæ Anſald. *deciſ.* 9. *n. n.* 7.

26 Beneplacitum Apoſtolicum conceſſum alicui cum

Sabelli Summ. Tract. Tom. I.

verbis perſonaliſſimis nequit exequutioni mandari favore ejua hæredis & de ratione Anſald. *deciſ.* 97. *nu.* 29. *et* 30. *cum ſeq.*

§. BIRRUARII. VI.

Birruarii tanquam vilea perſonæ, & ſoliti multa mala committere regulariter non probant, & quando illis credatur, vide Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 8. *gloſ.* 9. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 189. *per tot.* Clar. §. *fin. quæſt.* 7. *num.* 3. *cte.* Guazz. *ad def.* 5. *cap. ultim. num.* 8. & *def.* 10. *cap.* 5. & 6. Ricc. *Collect.* 646. & 2529. Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 126. *per tot.* ubi tenet illis credendum eſſe quando ſunt plures, etiam ad condemnandum, maximè in materia delationia armorum ex ſtatuto Florentino *Rub.* 189. *lib.* 4. & in omnem caſum faciunt legitimum indicium, ad torturam, idem Cabal. *caſ.* 127. *per tot.* Franch. *deciſ* 379. Sperell. *deciſ.* 149. *num.* 15. ubi declarat Guazz. *def. pr. cap.* 37. *ſub nu.* 78. quatenus aſſerit non eſſe birruariis credendum ſi aliquam ex captura mercede habere debeant, eſſe intelligendum, ut eis diminuatur multum de fide, maximè ſi merces ſit notabilia, & ipſi alia ratione ſuſpecti, alià autem eſſet illia ſemper tollere fidem, cùm ſemper ex captura mercedem conſequantur, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 12. *ad* 14. *n.* 34. ubi vigore bannimentorum creditur birruariis, de reſiſtentia ſibi facta concurrente aliquo adminiculo. De Luc. *miſcel. eccleſ. diſc.* 19. *n.* 9. Dominua Advoc. Cabrun. *Lucubrat.* 37. *n n.* 12. *et* 21., Vide Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 3. *quæſt.* 12. *n.* 21.

Quando, & qualem probationem faciant birruarii vel non, vide latè Farinac. *quæſt.* 36. *art.* 11. *per tot.* & *q.* 108. *nu.* 150. &c. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 464. & *ſeqq. fol.* 327. ubi paucia multa perſtringit. De Luc. *dict. diſc.* 19. *n.* 13.

An, & quando credatur birruariis, vel non, Conciol. *reſol. crim. verb. Birruarius reſol.* 3. 4. & 5. *per tot.* D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 100. & *ſeqq. fol.* 194.

Qualiter teneantur Birruarii oſtendere mandatum de capiendo, niſi agatur de repertis in fragranti, & ſimilibus caſibua, Conciol. *reſol. crim. verb. Birruarius reſol.* n. & *per totum dictum tract.* ubi alia plura de Birruariis, *et in verb. Captura per tot.* Pacis Jordan. *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 465. Altimar. *de Nullit. rubr. pr. part.* 3 *quæſt. pr. n.* 252. *fol.* 74. *tom.* 5.

Quatenus autem dicunt in criminalibua non admitti abſque tortura ad purgandam maculam infamiæ, ego nunquam vel rariſſimè ſervatum vidi, & certè ſi eſſent paſſim torturæ ſubjiciendi, vel non haberent amplius brachia, cùm pluries teſtificentur pro fiſco, vel te abſtinerent, & perirent probationes, ne delicta remanerent impunita contra publicam utilitatem, maximè in locis [prout Florentiæ] ubi nemo niſi invitua, vult deponere pro fiſco, ex quo inductum puto ut birruariis quando ſunt plurea, & conteſtes, credatur, etiam abſque tortura, niſi alios patiantur defectus, & niſi legitimè probetur in contrarium, teſtatur Clar. *d. caſ.* 127. *nu.* 7. &c. & dixi in mea Pract. §. *Birri n.* 5., & §. *Reſiſtenza nu.* 1. vide Sanfelic. *deciſ.* 98. *per tot.* ubi quòd licèt non credatur birruariis inferioribua ob vilitatem perſonæ, tamen ſi ſint de majoribus & in capite veluti, bariſelli, curſores, ſcribæ, & ſimiles officiales birruariorum plenè probant.

Quòd Florentiæ credatur Birruariis, etiam offenſis, ſi ſint plures, & non probetur legitimè in contrarium vigore legia latæ ſub die 3. Octobria 1606. (quicquid ſecus ſit de jure communi, ut teſtatur Farinac. *quæſt.* 32. *num.* 80. &c.) intellige reſpectu Birruariorum Curiæ ſæcularis, de quibua dicta lex loquitur, non autem Curiæ Eccleſiaſticæ, quorum reſpectu attendendum eſſe jus commune, ne multiplicentur ſpecialia, fuit in facti contingentia deciſum per Magiſtratum Dominorum Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ ſub die 10. Februarii 1665. ab Incarnatione in cauſa Contra Paulum Pellegrinum de Montecarlo, ut in giornali 615. à c.

Non etiam credi Birruariis in materia delationia armorum, quando procedunt per accuſationem, & non per capturam fuit deciſum per dictum Magiſtratum ſub die 7. Auguſti 1671. in cauſa contra Supplicium Ja-

copuccium, ut in giornali 632. à c. facit quod dixi in §. *Arma num.* 8.

Alia vide in §. *Nuncius*, & in mea Pract. §. *Birri*, *&* §. *Resistenza*.

Plura de apparitoribus, & birruariis, illorumque officio Paul. Christin. *decis.* 159. *& seqq. vol.* 5. *et ad leg. municp. tit.* 1. *art.* 19. *et tit.* 2. *art.* 10. Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. pr. Rub.* 15. *per tot. et lib.* 4. *Rub.* 64. *per tot.* ubi etiam an Princeps, vel statutum mandare possit ut credatur unico testi, & an quilibet testis præsumatur idoneus, vel sit probanda illa qualitas idoneitatis, & distinguit an statutum loquatur simpliciter, vel in superlativo gradu, vide §. *Testis nu.* 4. *&* §. *Officialis num.* 38.

2 Birruarii possunt resistentes impunè offendere, vulnerare, & occidere, Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 65. *num.* 4. *etc.* ubi alia ad rem, si faciant servato moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs nimia audacia illis tribueretur, ideòque non possunt fugientes ante capturam impunè offendere, nisi essent tales, qui ab omnibus possint offendi, vel nisi haberent in mandatis de capiendo aliquem vivum, vel mortuum, & quid quando captura esset injusta, vide Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 132. *per tot.* Clar. & Bajard. §. *fin. q.* 29. Boer. *decis.* 170. Farinac. *quæst.* 32. *nu.* 38. *et seqq.* Card. Tusch. *litt. E, conclus.* 587. *n.* 23. Guaz. *def.* 5. *cap.* 6. *num.* 12. *et seqq.* Scacc. *tract. crim. cap.* 46. *num.* 32. *etc.* Sanfelic. *decis.* 257. Fachin. *controv. jur. lib.* 6. *cap.* 74. Cavalcan. *de Bracch. reg. part.* 2. *n.* 44. *et plur. seq.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 6. *n.* 28. *et* 29.

Quod birruarii, vel alii in eorum auxilium convocati, si delinquentem sibi resistentem prebendere aliter non possint, occidant, vel vulnerent, excusentur, & idem sit ubi propter fugam capere non possint, dummodò agatur de gravi delicto, secus autem si non resistat, nec fugiat, vel agatur de levi crimine, vel sciant injustam esse capturam, quia tunc non possent etiam resistentem offendere, cùm sit permissum resistere judici injustè exequenti, Menoch. *de arbitr. cas.* 578. *per tot.*

Quòd ultimum ego intelligerem, quando non potest haberi recursus ad Superiorem, & vide in mea Pract. §. *Carcerati num.* 2. *et seqq. et in* §. *Residenza per tot.*

Quòd non possint reum capiendum occidere nisi concurrentibus istis circumstantiis, videlicet, prima habeant certum, & speciale mandatum de capiendo, secunda capiendus armis resistat, tertia agatur de crimine atroci, quarta, ut nulla alia ratione capi possit, quinta si ab evadente majora mala sint metuenda, sexta si sit de crimine sufficienter diffamatus, aliàs his cessantibus si birruarii capiendum occidant sunt extraordinariè puniendi, ut colligitur ex traditis per Clar. & Farinac. *loc. cit.* Fachin. *lib.* 9. *contr.* 73. Dian. *part.* 8. *tract* 7. *resol.* 44. Paul. Christin. *decis.* 160. *num.* 29. *etc. vol.* 5.

3 Birruarii permittentes captum, & carceratum à manibus suis evadere dolo, precibus, vel pretio corrupti privantur officio, & arbitrio judicis puniuntur, ac idem est quando denunciarunt, vel neglexerunt aliquem capere, quem capere poterant, & debebant, ita ut sit captus, vel capiendus erat pro causa capitali, possint eadem pœna puniri, qua fuisset puniendus ille dimissus, Menoch. *de Arbitr. cas.* 383. *num.* 7. P. Manar. *Noct. melanc. interrog.* 200. §. 29. *fol.* 329. Farinac. *q.* 32. *nu.* 27. *& seqq.* & dixi in mea Pract. §. *Carcerati num.* 8. *&* §. *Resistenza num.* 6. *& seqq.* Jodoc. *in pratic. crim. in cap.* 15. *de citat. real. n.* 12. Pellegrin. *dict. n.* 29.

De pœna birruariorum accipientium pecuniam ut conniveant, vel debitori parcant, vel retinentium sibi pecuniam ratione executionis receptam, & qualiter tunc debitor liberetur, Paul. Christin. *dec. Belgic.* 255. *num.* 8. *& seqq. vol.* 1. *vide in* §. *Debitor n.* 11. *in fin.*

De Officio birruariorum, incipiendo à carnifice, usque ad Barisellos. qualiter hodie sit vile ministerium (quicquid olim fuerit, & etiam hodie apud aliquas nationes) & quomodo puniantur delinquentes quoquomodo, vel negligentes in eorum officio, quando possint excusari, & alia de eorum excessibus, & corruptelis, an possint secum ducere canem ad arrestandum malefactores, & alia, Bobadill. *Polit. lib.* 1. *cap.* 13. *per tot.* Otter. *de officiul. Reipubl. part.* 2. *cap.* 3. *& ult. per tot.* Didac. Perez. *in ordinat. Castellæ lib.* 2. *tit.* 14. *leg.* 3. *& alibi*, novissimè & plenè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 4. *per tot. à fol.* 305. *ad* 334. *& sic per quindecim paginas*, ubi plures allegat, & plures casus, vel dubitationes particulares resoluit.

Birruarii, & similes ministri Curiæ Episcopalis, vel Nuncii Apostolici, an gaudeant privilegio fori, *vide in* §. *Familia num.* 9. 4

Birruariis asserentibus delinquentem cœpisse in loco non sacro, ipso delinquente asserente se captum in loco sacro, an & cui sit credendum, videtur pro birruariis stare, Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 30. *num.* 24. quia ut ipse ait omnes rei dicerent se captos in loco sacro: pro delinquente verò Decian. *tract. crim. cap.* 25. *num.* 23. *lib.* 9. *& cap.* 29. *nu.* 10. *lib.* 10. Ciarlin. *controver.* 163. *num.* 4. *&c.* ubi alios allegat Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 42. *per tot.* ubi quòd judex debet adhibere omnem diligentiam ad inveniendam veritatem interrogando reum, & birruarios separatim super facto, & circumstantiis, & si dictum birruariorum adjuvetur aliquo adminiculo eidem adhærere, dummodo aliud non concurrat ad favorem rei, attento maximè quòd nemo præsumitur delinquere, prout de delicto imputarentur birruarii, nempè de Sacrilegio, si reum de loco Sacro extraxissent; & si nihil emergat, non esse credendum birruariis, sed in dubio pro Ecclesia, & illius immunitate judicandum, propter honorem, & reverentiam Dei, ac charitatem, & pietatem proximi, cùm ad hæc sit immunitas ordinata, *vide in* §. *Ecclesia num.* 21. *&* §. *Immunitas num.* 4. ubi citantur alii, & quod hujusmodi quæstio est decidenda per judicem Ecclesiasticum, vide Basilic. *dec.* 5. *n.* 42. 5

Birruarii in executionibus civilibus pro debitis maximè privatis, ne de temeritate, & crudelitate notentur non debent executionem facere super pallio, vestibus, lecto, & hujusmodi rebus deservientibus ad usus necessarios pauperrimi debitoris, & illius uxoris, vel familiæ, intelligendo de simpliciter necessariis ad sustentationem vitæ humanæ, secus autem in superfluis, & duplicatis, vel ad ornatum, in quibus rectè possunt executionem facere, ut benè declarat Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 5. *num.* 63. *& seqq.* faciunt quæ dixi in §. *Executio num.* 2. *& seqq. & in* §. *Hypotheca nu.* 42. *& seqq.* 6

Quòd electio pignoris non detur birruàriis, sed debeant esse contenti re sufficienti ad solutionem, aliàs possit illis resisti, & puniendi sint si accipiant pignora ultra modum debitum, *l. contra nostram C. de exuct. & execut. lib.* 12. Farinac. *q.* 32. *num.* 101. *& seqq.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 12. *ad* 14. *n.* 31. *&* 32. Vide tradita per Abeccleliam & Crescin. *observat. forens. part.* 2. *observat.* 146.

Quòd pro capiendo malefactorem possint frangere ostia, & fenestras, secus autem pro capiendo debitorem, vel alia executione reali facienda, nisi habeant licentiam à judice, qui non solet illam concedere, nisi priùs citato debitore ad tenendum ostium apertum, alias, &c. Farinac. *quæst.* 27. *n.* 93. vide in §. *Debitor num.* 26.

Birruariis non potest resisti in eorum executionibus, & qualiter resistentes puniantur, dixi in §. *Carceratus num.* 24. §. *Eximeus num.* 3. *&* 4. *&* §. *Resistentia per tot.* latè videndus Farinac. *quæst.* 32. *per tot.* 7

Birruarii delinquentes in eorum officio in negotiis spectantibus ad aliud tribunal, quàm suum ordinarium, an sint puniendi à suo judice ordinario, vel ab eo Judice, & Tribunali, cujus negotia, vel ordines exequebantur delinquendo, vide pro, & contra, Sanfelic. *decis.* 250. ubi videtur concludere posse, & debere puniri à Judice, & Tribunali, cujus ordines exequebantur, maximè si prævenit, per text. *in l. nullum C. de test.* & ita verè pluries servatum vidi, & servare feci Florentiæ, facit quod dixi in §. *Delinquens n.* 6. *et* §. *Testis nu.* 35. Carol. Tap. *decis.* 13. *num.* 7. ubi ex Luc. de Penna *in rubr. de Apparit. Præfat. Urb. lib.* 12. probat apparitores, vel Birruarios subesse Judici, & Tribunali, cui serviunt privativè quoad alios. Jovi. *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 13. §. 4. *n.* 106. 8

Qualiter autem puniantur offendentes birruarios, vel alios executores, & Ministros, Cortiad. *decis.* 94. *num.* 52. *& decis.* 102. Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 64. *per tot.* Bobad. *in politic. lib.* 3. *cap.* 1. *à n.* 25. 9

Nonnulla alia de Birruariis remissivè tradunt Castejon. 10

jon.

ſon. *in alphabet. jurid. verb. Alguaziles*, & Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Biblioth. leg. p. 4. verb. Birruarii fol.* 174.

11 Birruarii, & ſimiles juſtitiæ Miniſtri, quando ob illorum culpam non fiunt executiones, & ſic non ſatisfit creditoribus, vel non denunciant delicta, vel ea non impediunt per negligentiam in curſitando per Civitatem, & alia loca nocturno tempore, quid ſi aliquid accipiant, ne denuncient, aut aliter diſſimulent an, & quando teneantur ad reſtitutionem, & damna, vel poſſint excuſari, & alia de illorum officio, & obligatione in foro conſcientiæ, Molin. *de juſt. diſput.* 739. Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciat. diſput.* 35. *num.* 41. *& ſeqq.* Fernand. de Ottero *tract. de Official. Reipub. art.* 2. *cap.* 2. *&* 3. *per tot.* ubi etiam de cuſtodibus carcerum, &c.

12 Birruarii pluribus ſunt inſenſi, & facilè offenduntur Zuff. *de legitim. proceſſ. crimin. quæſt.* 66. *n.* 76.

13 Reus in flagranti crimine convincitur etiam per Birruarios vel per alios, qui illum ceperunt Zuff. *de legit. proceſſ. crimin. quæſt.* 148. *à n.* 1., ubi hoc declaratur.

§. BLANDITIÆ VII.

1 BLanditiæ maritales, quando habent dolum annexum, ſunt prohibitæ, aliàs ſecùs, nam licitum eſt marito ſine dolo blandiri uxori ſuæ, ut ſibi relinquat, Afflict. *dec.* 69. *nu.* 6. *&c.* Gizzarel. & Addent. *dec.* 81. *nu.* 5. ubi quòd aliquando blanditiæ operantur eumdem effectum, quem vis, imò plus eſt perſuadere, & blandiri, quàm compellere, & poteſt eſſe ratio quia iſtæ corrumpunt animum, violentia autem verſatur circa corpus, facit quod dixi in §. *Stuprum n.* 4. *&c.* §. *Vis num.* 1. *&c.* vide Baſilic. *dec.* 15. *n.* 5. *&* 13.

2 Quòd licitum ſit aliquid blandis verbis obtinere ab alio, niſi blanditiæ procedant ab illis, quibus maxima debetur reverentia, vel niſi ſint valdè exceſſivæ, quia tunc doloſæ cenſentur, vel niſi mendatium, falſaſque contineant cauſas, Ricc. *Collect.* 481. *part.* 3. Cyriac. *controv.* 410. *num.* 79. *& controv.* 549. *num.* 20. 30. 113. *& ſeqq.* & varia de blanditiis ſcripſit Emin. de Luca *in ſuo Indice generali*, ut refert Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliot. part.* 4. *fol.* 174. *vide in* §. *Mutatio n.* 9. Caſtil. *controverſ. cap.* 5. *num.* 65. *et* 81. *et cap.* 22. *n.* 114. *libr.* 4. Vide Capiar. *deciſ.* 128. *n.* 13. *lib.* 1. De Luc. *de Juriſdict. diſc.* 79. *n.* 6. *et* 7. *et de Teſtam. diſc.* 33.

Si autem potiùs ex importunitate, quàm ex voluntate uxor virum inſtituat, probata importunitate, inſtitutio non valet, vide Duran. *tract. de condit. et mod. impoſſ. par.* 3. *cap.* 5. *nu.* 34. *dixi in* §. *Teſtator, et* §. *Legatum.*

Quòd ſimplices blanditiæ non inducant prohibitionem teſtandi, & alia de blanditiis, Franch. *deciſ.* 180. Gramat. *deciſ.* 103. Cacher. *deciſ.* 179. Caroc. *deciſ.* 15. *per tot.* Riccius *Collect.* 3405. Mart. *de ſucceſſ. leg. p.* 3. *q.* 12. *art.* 1. *n.* 2. *etc.* ubi inter virum, & uxorem. Latè Addent. *ad* De Franch. *cit. dec.* Palm. nep. *deciſ.* 260. *n.* 8. *tom.* 3. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 550. *tom.* 3.

3 Blanditiæ Principum inſtantiſſimæ metum inducunt, ita ut illis probatis, dicatur probatus metus, nam rogando cogit qui rogat potentior, & eſt rogare ducum ſpecies violenta jubendi, & quando ſecus, benè declarat Maſcard. *de probat. concluſ.* 193. *per tot.* vide in §. *Metus.* Vide Altimar. *loc. ſupra cit. n.* 552.

4 Poteſt aliquis blandis verbis perſuadere, ut quis mutet teſtamentum, & ſuadentem inſtituat Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 69. *n.* 10. Altimar. *ubi ſupra n.* 553.

§. BLASPHEMIA VIII.

1 BLaſphemia dicitur quotieſcunque detrahitur ex his, quæ ſunt in Divinitate, vel attribuitur id quod in ea non eſt, nec illi convenit, vel aliter de Deo, de Beatiſſima Virgine, vel de Sanctis turpia verba effunduntur, & eſt mixti fori, Boſſ. *tit. de Inquiſit. nu.* 121. Clar. §. *Blaſphemia*, ubi addentes D. Thom. 2. 2. *qu.* 13. *art.* 1. Silveſt. in *ſum. verb. Blaſphemia quæſt.* 1. Boer. *deciſ.* 301. Menoch. *de arbit. caſ.* 375. *num.* 3. *& ſeqq.* P. Manar. *noct. melancon. interrog.* 200. §. 11. *fol.* 319. latè Paol. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 4. *quæſt.* 9. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 296. *per tot.* Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 2. Farinac. *quæſt.* 20. ubi plura referunt exempla, Tuſch. *litt. B, concluſ.* 95. *&* 96. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 8. ubi quando dicatur hæreticalis, ut ſpectet ad Tribunal Sanctæ Inquiſitionis, *& reſolut.* 9. ubi de conſpurcantibus, vel percutientibus ſacras imagines, & plenè Danza *de pugn. DD. tom.* 3. *tit. de Blaſphem.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 369. *per tot.* ubi exemplificat in multis, Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 41. *per tot.* ubi qualiter committatur etiam per Judæos, vel Hebræos, dixi in §. *Judæus num.* 5. Simanc. *Inſtitut. Chriſt. de Blaſphem. n.* 1. ubi Add. Nicoli. *in. Elucubrat. Utriuſque Juris Inſtit. Imper. tit. de public. Judic. à n.* 44. *cum ſeqq.*

Quid ſit blaſphemia, & quale peccatum, quotuplex ſit blaſphemia, ac de quibuſdam propoſitionibus, de quibus dubitatur an ſint blaſphemiæ, benè Caſpenſ. *curſ. Teolog. tract.* 15. *diſp.* 6. *per tot. fol. mihi* 64. *&c.* Carena *de offic. S. Inquiſit. part.* 2. *tit.* 7. *per tot.* Leſſ. *de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 45. *dub.* 5. *per tot.* & noviſſimè de omnibus prædictis, aliis pluribus additis videndus D. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *per tot. fol.* 59. *et ſeqq. ad* 103. Nicoli. *loc. ſupra citat.* Pignatell. *conſult. canonic. tom.* 8. *conſult.* 89. *& conſult.* 143. Carol. Ant. de Luc. *in Practic. criminal. cap.* 11.

2 Blaſphemia eſt magis enorme delictum, quod excogitari, & committi poſſit, cùm ſit in contemptum Divinitatis, & Sanctorum, quibus tanta debemus, & committitur nominando pudenda membra Beatiſſimæ Virginis, vel Chriſti prout exemplicat, ac audacter judicaſſe, & ſemper judicaturum teſtatur Petr Cabal. *d. caſ.* 296. *num.* 6. *& ſeqq. per tot.* Manar. *d. interrog.* 200. §. 11. Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 1. *per tot.* Farinac. *d. quæſt.* 20. *num.* 1. *& ſeqq.* Boer. *deciſ.* 305. *per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 194. *&* 195. ubi plura de gravitate hujus criminis, & quomodo probetur, adde Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 4. *q.* 9. *per tot.* Bertachin. *in repert. verb. Blaſphemia*, Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 36. *num.* 13. *& ſeqq.* Fritiſch. *conſ.* 72. *nu.* 2. Nicoli. *loc. cit.*

In reliquis adde Conciol. *reſolut. crim. verb. Blaſphemia per tot.*

An abſolutus in foro pœnitentiali à peccato blaſphemiæ intelligatur abſolutus etiam in foro temporali, *vide in* §. *Abſolutio num.* 32. vide Simanc. *Inſtit. Chriſt. de Blaſphem. n.* 17. *& Add.*

3 Blaſphemia committitur ſi quis dicat, *al diſpetto di Dio*, vel *Dio non può fare*, ſi agatur de his, quæ ſui natura à Deo fieri poſſunt, ſecus ſi de aliis, quæ à Deo fieri non poſſunt per repugnantiam, puta quòd factum non ſit factum, vel ſi quis dicat, *rinego Dio*, vel *per la vita di Dio, per la Vergine Maria*, vel ſi contra Chriſtianam fidem quid Injurioſum proferatur, & in aliis caſibus relatis per Menoch. *de arbitr. caſ.* 375. *nu.* 4. *& ſeqq. ad* 20. & alios ſupra citatos, Ricc. *Collect.* 75. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 369. Dian. *par.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 8. *verſic. ſed ponam hic*, ubi an hujuſmodi blaſphemiæ ſint hæreticales, ut ad Tribunal Sanctæ Inquiſitionis ſpectent, refert contrarias opiniones, & videtur affirmativam amplecti, *et part.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 38. ubi quid ſi addatur ex intervallo *Bacco*, vel omittatur littera O & hujuſmodi.

4 Blaſphemia non tantùm verbis, ut ſupra, ſed etiam factis committi dicitur per fædantes, & ſpurcantes, ſive ferientes Imagines Salvatoris noſtri, vel illius Crucem ſanctiſſimam, ſive Beatiſſimæ Virginis Matris, ſive aliorum Sanctorum, & tales puniuntur arbitrio judicis etiam pœna mortis, & ultimi ſupplicii pro facti, & perſonarum qualitate, Menoch. *de arbitr. caſ.* 376. *per tot.* Franch. *deciſ.* 504. *per tot.* P. Manar. *d. interrog.* 200. §. 12. *fol.* 321. Boer. *deciſ.* 301. Novar. *in Pragm. Collect.* 41. *num.* 14. Scanarol. & Farinac. *in loc. ſupra cit.* Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 9. *& part.* 10. *tract.* 14. *reſol.* 68. *in fine*, ubi quòd alii tenent eſſe ſacrilegium, & alia, Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 21. ubi quòd iſtud crimen eſt etiam mixti fori, licèt allegent Caren. & plures alios tenentes ſpectare privativè ad officium Sanctæ Inquiſitionis, ſed tu non recedas à communiſſima opinione, quòd ſit mixti fori quoad laicus, & locum habeat præventio, ut fatetur ipſe Caren. & debet conſtare de corpore delicti, ut ibidem in fine, & latè D. Raynald. *loc. ſupra cit. num.* 51.

&

& seqq. 155. *&c.* Vela *tract. de Episcop. p.* 1. *nu.* 92. *& seqq. ad* 101. *fol. mihi* 341. *post Differ. jur. contr.* ubi pluribus citatis benè distinguit inter blasphemias hæreticales, ut primæ spectent privativè ad Officium S. Inquisitionis, aliæ vero non hæreticales à laicis commissæ sint mixti fori, quomodo cognoscantur, puniantur, & alia, vide Carpzov. *part.* 1. *quæst.* 45. *nu.* 96. *& seq. in pratic. criminal.* Simanc. *Institut. Christian. de Blasphem. n.* 17.

5 Blasphemia non reputatur dicere, *ad corpus*, vel *sanguinem Dei*, vel *ad corpus Christi*, quando hujusmodi verba proferuntur ab idiota, & rustico, qui nescitet distinguere personas Sanctissimæ Trinitatis, quando verò essent dicta à scientifico, qui vellet attribuere corpus, & sanguinem Deo tanquam Æterno Patri, distinguendo illum à Deo Creato, & Christo nato ex Beatissima Virgine, esset puniendus pœna ordinaria blasphemiæ, in primo autem casu esset adbuc puniendus pœna extraordinaria arbitraria mirioti, cùm magna sit irreverentia ita de Deo, vel Christo inconsultè loqui & culpa non levis talia ignorare, Petr. Cabal. *d. cas.* 296. *per tot.* Manar. *il. interrog* 200. §. 11. *fol.* 319. Farinac. *d. q.* 20. *ampliat.* 8. *num.* 22. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 75. *per tot.* vide Covaru. *in c. quamvis* 2. *part.* §. 1. *à nu.* 16. *de pactis in* 6.

6 Blasphemia cum sit omni jure prohibita dicitur delictum mixti fori, & super illa potest uterque Judex Ecclesiasticus, & sæcularis procedere, Boss. *tit. de Inquisit. num.* 132. Clar. §. *Blasphemia versic. hoc crimen*, Decian. *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num. pr.* Farinac. *quæst.* 8. *num.* 127. *versic. Quia crimen*, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *nu.* 131. *fol.* 84. Tusch. *litt. B. concl.* 69. *per tot.* Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 27. *num.* 12. *& cap.* 28. *num.* 6. Carena *de offic. S. Inquisit. p.* 2. *tit.* 7. §. 3. *&* §. 18. Raynald. *loc. cit. nu.* 58. *& seqq. & num.* 135. ubi quando simplex blasphemia spectet etiam privativè tantùm ad S. Officium. Carpzou. *in prax. part.* 1. *quæst.* 45. *num.* 104. *& seqq.* Nicoli. *in Elucubrat. Utriusque Juris Institut. Imperial. tit. de public. judic. n.* 48. Pignatell. *consult. canonic. tom.* 5. *consult.* 2. *n.* 50., Vide Carol. Ant. De Luc. *in Pract. crimin. cap.* 11.

Si tamen ageretur de blasphemia hæreticali spectat cognitio ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis, Tondut. *loc. cit.* & dixi in mea Pract. §. *Bestemmia num.* 1. *in fine*, *& in* §. *Eretici num.* 4. Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 8. *per tot.* ubi de pœnis dictæ blasphemiæ hæreticalis, & quando blasphemia sit hæreticalis, vel non, & refert tenentes etiam istam esse mixti fori, ac dari locum præventioni, quod falsum tamen dicit, & vide Comitol. *respons. moral. lib.* 4. *quæst.* 9. Sanfelic. *decis.* 132 ubi quòd blasphemiæ hæreticalis cognitores sunt Judex Ecclesiasticus, & Inquisitor, quibus consignari debent tales delinquentes à judice laico, etiam post latam ab eo sententiam, & transmissionem ad Regias triremes; cum conditione tamen, quòd non reperta hæresis suspicione debeant restitui Regiis triremibus ad complendam pœnam, & alia per judicem, vel Principem laicum ordinanda, & ita servatum testatur, & facit idem Sanfelic. *decis.* 133. *& decis.* 369. *cum plena Addit.* Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 20. *cum Addit.* D. Francisc. Romaguer. ubi plures allegat, & sequitur hic à me scripta, & plenè Raynald. *rer. crim. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. ubi disputat ad partes an valeant statuta, & leges Principum sæcularium circa blasphemias, hæreses, & hujusmodi delicta Ecclesiastica, & pluribus rationibus, atque auctoritatibus hincindè pro communi relatis, videtur ipse negativæ opinioni cum aliquibus modificationibus adhærere; illum adeas si placet, cùm mihi magis arrideat affirmativa per rationes, & auctoritates illam astruentes in obsequium fidei, famulando, ac coadjuvando sacros canones, & non aliter salvo &c. facit quod dixi in §. *Princeps num.* 56. & alibi. Basilic. *decis.* 27. *n.* 4. Nicoli. *loc. supra citat.* Carol. Ant. De Luc *ubi supra*.

7 Blasphemia in statu Florentino vigore legis municipalis sub die 8. Julii 1542. punitur pro prima vice pœna perforationis linguæ, privationis officiorum Patriæ per sex menses, & librarum ducentarum; & pro aliis vicibus, sequuta tamen declaratione primarum, augetur pœna prout in d. lege, de qua meminit Cabal. *resol. crim. cas.* 296. *num.* 32. *& seqq.* & ego dixi in mea Pract. §. *Bestemmia n.* 1.

Quomodo autem sit facienda linguæ perforatio, vide Raynald. *loc. cit. n.* 176.

Quibus pœnis puniatur blasphemia juxta varias aliorum locorum Constitutiones, juxta Concilium Lateranense, ac de jure civili, & Pontificio, vide Ricc. *Collect.* 1366. latè Menoch. *de Arbitr. cas.* 375. *num.* 23. *& seqq. ad finem*, ubi post multa quòd hodie judicis arbitrio punitur, juxta facti, loci, & personarum qualitates, ita ut quando est atrox, vel agitur de blasphematore consuetudinario, pœna extendatur ad mortem, prout de jure Cæsareo talis pœna mortis est imposita; & quis in hoc dicatur consuetudinarius, & alia, vide Menoch. *loc. cit.* ubi etiam in fine, an qui confessus est Sacerdoti, & ab illo absolutus in foro pœnitentiali evitet pœnam temporalem, & verius dicit quòd non, & confirmar *in cas.* 539. *n.* 35. *&c.* Nicoli. *loc. supra relat.*

De pœna blasphemiæ tam de jure, quàm de consuetudine, vide Manar. *Interrog.* 200. §. 11. *fol.* 320. Clar. & Addent. *in* §. *Blasphemia*, Farinac. *quæst.* 20. Scannatol. *de visit. carcer. lib.* 1. §. 13. *per tot.* Tusch. *litt. B. concl.* 95. *num.* 10. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 1366. Boer. *decis.* 301. *per tot.* Comirol. *respons. moral. lib.* 4. *quæst.* 9. Sanfelic. *decis.* 369. *cum plena Addit.* Novar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.* 41. Carpzov. *in prax. criminal. part.* 1. *quæst.* 45. *n.* 2., *& seq.* Brunnemann. *supr. Cod. libr. pr. tit.* 5. *leg.* 4. *n.* 3. Carol. Ant. De Luc. *in pract. criminal. dict. cap.* 11.

De omnibus prædictis latè Raynald. *loc. sup. cit. per tot.* ubi etiam quòd crimen blasphemiæ habet plura specialia, de quibus ibidem *num.* 23. *et seqq.* & remissivè ad alios; sunt tamen etiam hoc in crimine assignandæ defensiones, & admittitur repulsa testium, quicqnid plures DD. contrarium sentiant ob criminis atrocitatem, ut notat idem Raynald. *ubi sup. num.* 126. *et seqq.* vide in §. *Repulsa n.* 2.

Blasphematores repellũtur à testimonio ferendo, sicut & qui sunt soliti jurare, & mentiri, nisi per iracundiam excusentur, & in omnem casum facerent tãtummodò indicium ad summum pro tortura, & non ad condemnandum Gramm. *decis.* 11. *per tot.* Farinacc. *quæst.* 56. *art.* 12. cum aliis per Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 491. *& seqq. fol.* 329. 8

Quòd blasphemiæ peccatum adimat in totum fidem testibus, Garzia Millin. *decis.* 322. *nu.* 34. Boer. *dec.* 301. *n.* 13. Dec. *cons.* 163. *col.* 9.

Blasphemantes Deum, & Beatam Virginem non videntur ab Immunitate Ecclesiæ exclusi, quia blasphemia non est de criminibus exceptis à Bulla Gregoriana, nisi tamen sit hæreticalis, vel ipsi sint de hæresi suspecti, nam tunc licèt non tanquam blasphemi, tamen tanquam hæretici, privantur immunitate, Farinac. *in Append. de Immunit. cap.* 13. *num.* 175. Peregrin. *eod. tract. cap.* 12. *n.* 12. Ambrosin. *cap.* 8. *n.* 11. Dian. *part.* 4. *tract pr. resol.* 51. *& par.* 6. *tract. pr. resol.* 26. *q.* 8. *vide in* §. *Hæresis nu.* 10. *et* §. *Immunitas n.* 18. *vers. septimo*, Cortiada *dec.* 67. *n.* 23. Raynald. *loc. sæpè cit. n.* 137. Peregrin. *de Imm. Eccles. cap.* 12. *n.* 12. 9

Quòd non gaudeant immunitate Capell. Tholos. *dec.* 422. Boer. *decis.* 110. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 30. *num.* 15. Aloys. Ricc. *Prax. var. resolut. cap.* 9. *per tot.* ubi intelligit de hæreticalibus, & qui tales dicantur, ac convenit Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *vers. primo*.

Blasphemiam proferens in ebrietate, quam ante ebrietatem prævidit, vel se inebrians ad effectum liberè blasphemandi, vel blasphemias jactandi, an incidat in casum reservatum blasphemiæ, & dicatur verè blasphemator, quis publicus, & consuetudinarius, latè Dian. *part.* 10. *tract.* 14. *resol.* 68. *&* 69. *per tot.* Carena *de Offic. S. Inquisit. part.* 2. *tit.* 7. §. 6. *per tot.* Raynald. *loc. supra cit. n.* 29. *& seqq. et n.* 133. ubi etiam de jocosè blasphemantibus, de delectantibus audire blasphemias, & incitantibus ad blasphemandum, ut sint acriter puniendi, quia Deus est semper, & ubique honorandus, non in jocum, & fabulam assumendus; imò & insanos, ac mente captos etiam ob malum exemplum, non esse penitùs impunes dimittendos, sed carcerandos, & ubi opus fuerit flagellandos, cum sæpè etiam insani pœna resipiscant. 10

An blasphemans ex iracundia, ebrietate, vel lubrico

eo linguæ possit excusari, Marcel. Cala *de mod. art. et prov.* §. 2. *gl. unic. n. 768. et 769.* Farinac. *q.* 20. *n.* 47. *et seqq.* Sanfelic. *decis.* 369. *cum Addit.* ubi quòd blasphemans semel ex ira justa potest excusari à pœna ordinaria, vel etiam in totum, si ira fuerit talis, quæ in dementiam induxerit, secus autem si ira fuerit ex injusta, & illicita causa, veluti ex ludo, & hujusmodi, nam tunc excusatur, ut benè ibidem declarat, & Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 41. vide Fritisc. *cons.* 72. *n.* 40. Carpzov. *in prax. criminal. part.* 1. *quæst.* 45. *à n.* 55. Carol. Anton. De Luc. *in Pract. criminal. cap.* 11. *n.* 6.

11 Blasphemantes pluries cum temporis intervallo toties possunt accusari, & condemnari, quoties blasphemaverint, secus si uno impetu plures blasphemias protulerint, nisi fortè blasphemaverint Deum, Virginem Mariam, & Sanctos simul, Cæpoll. *consil.* 77. Alberic. 2. *part. statut. quæst.* 5. *et quæst.* 41. Boer. *decis.* 301. *n.* 16. *etc.* Farinacc. *quæst.* 22. *n.* 29. facit quod dixi in §. *Injuria num.* 14. Crivell. *decis. Dolan.* 24. Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 41. *num.* 22. ubi quòd multiplicatur pęna stante temporis intervallo, secus autem si uno impetu quis blasphemaverit Deum, Beatam Virginem, & Sanctos, nam tunc una tantùm punitur pęna, Raynald. *ubi supra num.* 132. ubi etiam alios allegat. Simanc. *Instit. Christ. De Blasphem. n.* 19. Carol. Ant. De Luc. *in Pract. criminal. c.* 11. *dict. n.* 6.

Ac idem esse in foro conscientiæ, ut plures blasphemiæ in Deum unico actu sine morali interruptione prolatæ, unum solum peccatum constituant, & non plura, & idem in perjurio, & similibus Dian. *res. moral. par.* 3. *tract.* 4. *res.* 163.

Qualiter sit etiam prohibitum sub gravissima pœna sculpere in solo, vel silice humi posito signum Sanctissimæ Crucis, imagines Dei, & Sanctorum, etiam super sepulturis, & hujusmodi picturæ, vel sculpturæ sint tollendæ, vide textus glos. Azor. *in l. unic. C. nem. licer. Sign. Salvator. etc.* aliosque citatos per Raynald. *rer. crimin. cap.* 1. §. 8. *per tot. fol.* 103. ubi multum invehit contra pingentes Cruces, vel Sanctos in Parietibus, ut homines abstineant à mingendo, vel urinando in dictis locis ob reverentiam, ut sit omninò prohibitum, licèt fiat ad bonum finem, & nulla prava intentione, ac non suffragante qualibet consuetudine; quod est valdè notandum ubi viget talis abusus, quare vel graviter puniendi debitam reverentiam non servantes, vel tollendæ.

12 Blasphemator, vel similis delinquens contra Divinam majestatem, vel Principem debet secundùm aliquos habere pacem ab Episcopo Civitatis, vel à Principe, sed contrarium est verius, & servatur de consuetudine, cùm sufficiat sacramentalis confessio, ut dicatur inita pax cum Deo, vel gratia Principis, Clat. §. *fin. quæst.* 58. *n.* 23. Guaz. *de pace &c. par.* 1. *q.* 22. *per tot.* ubi etiam declarat an possit gaudere beneficio statuti minuentis pœnam propter pacem, & negativè concludit.

Potest tamen gaudere privilegio extractionis à carcere in honorem Nativitatis Domini Nostri, etiamsi contineret clausulam, *habita pace*, quia dicta clausula intelligitur dummodò adsit certa persona offensa, idem Guaz. *d. tract. par.* 1. *quæst.* 19. *n.* 3.

13 De pœna blasphemiæ Thoro *Compend. decis. Neap. part.* 3. *verb. Blasphemans*, & an possit excusari blasphemans absque intentione, vel conditionaliter idem Thoro *p.* 1. *eod. verb.* ubi pro absolutione, & alia remissivè Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Blasphemia*, & Com. August Fontan. *in Bibliot. p.* 4. *fol.* 174. Carpzov. *in prax. præsertim part.* 1. *quæst.* 45. Chartar. *decis. criminal.* 2. 5. & 67. Basilic. *decis. criminal.* 27. Carol. Ant. De Luc. *in Pract. criminal. dict. cap.* 11. Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæst.* 3. *n.* 2. & 3.

14 De blasphemiæ enormitate, quomodo differat ab hæresi, multis modis committi, an sit blasphemia dicere aliquid verum esse sicut Evangelium, vel sicut Deus, vel Deum facere non posse, natalibus suis maledicere, dæmoni aliquid offerre, vel devovere, & hujusmodi, ac quomodo, & quibus pœnis sint puniendi, talas blasphemi, vel temerarii, beaè Paladot. *quotid. quæst.* 18. §. 1. 2. & 3. *per tot.* Vela *tract. de Episcopo num.* 92. & *seqq. ad* 101. *post Dissert. jur. contr. fol. mihi* 341.

In criminn Blasphemiæ an constare debeat de delicto in genere Carol. Ant. De Luc. *in Practic. criminal. cap.* 11. *n.* 1. 15

Blasphemia, & Magia crimina publica sunt Brunnemann. *supr. ff. libr.* 48. *tit.* 1. *leg.* 1. *n.* 4.

De pœna blasphemantium vide Statut. Parmæ *lib.* 3. *rubr. de blasphemantibus patrem, & matrem cum duabus sequentibus.*

§. BONA FIDES. IX.

Bona fides an, & quando præsumatur, vel non vide Gabriel. *comm. conclus. lib.* 7. *conclus.* 2. *n.* 3. & *seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *nu.* 49. & *seqq. fol.* 479. *vide in* §. *Mala fides*, Tusch. *litt. B. conclus.* 99. & 100. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3359. ubi quòd præsumitur ex possessione 30. annorum, late Mascard. *de probat. concl.* 224. *cum pluribus seqq.* ubi an, & quando præsumatur, vel ex quibus probetur, vel non, Ciarlin. *contr.* 183. *num.* 64. 99. & *seqq.* Cala *de mod. art. et prob.* §. 2. *glos. un. nu.* 620. & *nu.* 950. & *seqq.* Bertachin. *in repert. verb. Bona fides*. De Luc. *de Judic. disc.* 21. *n.* 65. Nicoli. *Elucubrat. Utriusque Jur. Instit. tit. de Usucapt. n.* 6. Palm. nep. *alleg.* 133. *n.* 19. *tom.* 2. & *alleg.* 71. *n.* 24. & 25. *tom.* 1. 1

Bonus quilibet præsumitur in qualitatibus intrinsecis à natura provenientibus, nisi probetur malus; secus autem in qualitatibus ab industria, labore, studio, & similibus extrinsecis provenientibus, nam in his nemo præsumitur idoneus, nec bonus nisi probetur, *c. fin. de præsumpt. l. omnimodo C. de inoff. testam.* Gabriel. *lib.* 7. *concl.* 2. *nu.* 9. Josep. Ludovis. *decis. Luc.* 13. *nu.* 2. &c. Mascard. *de probat. concl.* 222. *per tot.* & *concl.* 234. &c. ubi qualiter bonitas, vel bona qualitas probetur, & plura in id summatim tradit Pac. Jordan. *d. lib.* 14. *tit.* 21. *n.* 155. *et seqq. fol.* 432. ubi primam partem conclusionis septem modis limitat, & nonnullis ampliat. Tusch. *litt. B. concl.* 123. Leoncil. *decis. Ferr.* 62. *n.* 1. *et. decis.* 144. *n.* 5. ubi quod non tamen optimus præsumitur, Benintend. *decis. Bonon.* 62. *n.* 19. ubi quòd quia non præsumitur bonus, quando agitur de præjudicio alterius. Fagnan. *in cap. cum in Jure de Offic. Delegat. sub. n.* 5. ubi dat quinque limitationes Gall. *de fructiv. disput.* 34. *art.* 2. *n.* 24. Jovi. *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 9. §. 31. *n.* 32. Rube. *de consuet. Jur. cap.* 31. *nu.* 23. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 642. *n.* 7. 2

Bonus quilibet præsumitur, intellige in humanis, nam in his, quæ concernunt salutem animæ nullus præsumitur bonus, sicut nec in præjudicium tertii, nec ubi agitur de aliquo promovendo, ubi aliquis fuit nec in superlativo gradu, nec si à lege, vel statuto qualitas bonitatis requiratur, nec in universo populo, in quo aliqui mali adesse præsumuntur, ut latè explicat Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsum.* 1. & 2. *per tot. vide* §. *Delictum. n.* 1. Barbos. *axiom.* 37. *n. final.*

Bona fides non patitur, ut bis idem creditum exigatur, & ideò admittitur exceptio solutionis etiam in executione sententiæ, Tusch. *litt. B, conclus.* 117. ubi quod bona fides multa non patitur. Barbos. *loc. cit. n.* 3. 3

Bonæ fidei possessor an, & quando teneatur restituere fructus, vel non, Mareian. *disput. forens. cap.* 9. *n.* 4. & *seqq. dixi in* §. *Fructus n.* 10. §. *Possessor n.* 44. &c. Thomat. *decis.* 181. *n.* 39. *etc. dec.* 282. *n.* 2. *etc.* De Marin. ad Ravert. *observat. dec.* 55. Pen. *decis.* 134. *et* 152. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 134. Brunnemann. *supr. ff. in Indic. tom.* 2. Fagnan. *supr. Decret. in Indic. general. verb. possessor bonæ fidei* Episcopus Rocc. *tom.* 1. *cap.* 47. *nu.* 61. *et* 62. Urceol. *de Transact. quæst.* 89. Panimol. *decis.* 54. *annot.* 3. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 187. Idem Urceol. *in annot. ad decis.* 80. *post. tract. de Transact.* Rosa *consult.* 12. *n.* 55. Idem De Luc. *de Judic. disc.* 39. *sub n.* 14. Balduc. ad Ramon. *cons.* 50. *a n.* 66. Gob. *consult. decis.* 97. *nu.* 4. Ansald. *decis.* 15. *decis.* 59. *et decis.* 98. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 626. *nu.* 9. Palm. nep. *decis.* 271. *n.* 21. *decis.* 265. *nu.* 34. *tom.* 3. *et alleg.* 219. *n.* 30. *et* 31. *tom.* 3. 4

An

5 An teneatur compensare expensas necessarias, quas facit in re aliena cum fructibus perceptis ex eadem re meliorata, Gamm. decis. Lusit. 364. n. 2. ubi referr. contrarias opiniones, & dixi in §. Fructus n. 10. et §. Melioramenta num. 10. Vide Bersan. de Compens. verb. fides in Indice.

6 Bona fides conjugium ignorantium impedimentum dirimens matrimonium, operatur ut illud putativum producat effectum veri matrimonii, Gamma dec. Lusit. 220. n. 2. Rot. par. 12. recent. decis. 325. n. 7. etc. dixi in §. Affinitas n. 2. versus finem in §. Matrimonium n. 3. §. Filiatio n. 6. latè Ludovis. cum Annot. Beltram. dec. 461. ubi quòd dicta bona fides præsumitur, & sufficit in uno ex conjugibus ad effectum legitimitatis prolis, Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 1. n. 13. &c. Pen. decis. 1266. n. 2. Vide Spad. cons. 146. n. 7. tom. 2.

7 Multa de bona fide, quando præsumatur, vel non, & de illius effectibus; Thoro compend. decis. Neap. par. 1. et 3. verb. Bona fides, & alii citati per Com. August. Fontan. in sua Biblioth. leg. p. 4. fol. 175. Jo: Thore in Indice general. tract. de success. in majorat. et Primog. Ital. in fine par. 3. verb. fides. Nicoli. Elucubrat. Utrinsque Jur. Instit. Imper. tit. de Usucap. Jovi. de solemnitat. in contract. minor. De Luc. in Indic. general. Fagnan. Mans. Palm. Pignatel. & alii moderni.

8 Quòd bona fides in emente, vel alio titulo acquirente in dubio præsumatur, Vela Dissert. jur. controv. 48. n. 49. Cyriac. controv. 463. n. 20. ubi quòd in possessore præsumitur bona fides, nisi probetur mala, & controv. 533. n. 30. 532. n. 7. 24. et 50. & alibi sæpè ut in Indice. Gail. observat. lib. 2. observat. 46. nn. 20., et seqq. Vide Rocc. Episcop. cap. 84. n. 9. tom. 1.

9 De bona fide qualiter excuset à pœna exigentem fructus illicitos, sed non à restitutione, aut imputationn in sortem, Priol. decis. 427. n. 6. et seqq. relatus à Jacob. Balduc. in observ. ad Ramon. consil. 40. nu. 37. etc. quamvis & excusare posse quandoque etiam ab imputatione habeatur in decis. 49. nu. 28. et seqq. apud eumdem Balduc. quia alia tradit de effectibus bonæ fidei, ut in Indice verb. Bona fides. Plura Em. De Luc. Indic. general. verb. bona fides. Vide Fagnan. in cap. naviganti nn. 81. de Usur.

10 Quæ sit bona fides Palm. nep. decis. 314. num. 51. tom. 4. Altimar. de Nullit. rubr. 1. quæst. 1. num. 294. tom. 3. & an sit dolo contraria idem Altimar. dict. tom. 3. rubr. 1. quæst. 11. n. 290.

11 Bona fides an dolus præsumatur in Judice nulliter procedentn Altimar. de Nullit. rub. 9. quæst. 17. n. 19. & 20. tom. 1.

12 Bona fides absque titulo dari potest, ut ex Covar. docet Domin. meus Advocat. Cabrun. lucubration. 29. n. 30.

13 Quomodo probetur bona fides, & an præsumatur Brunnemann. in l. super 11. num. 3. C. de præscript. long. temp. pag. 691. Et ex quibus arguatur concurrere De Luc. de Usur. disc. 35. num. 16. de Regula. disc. 3. n. 7. Emeria. jun. decis. 451. nu. 7. & 8.

14 Bona fides etiam ex injustis, & temerariis causis eacusat a pœna usuræ Gatt. cons. 20. n. 13. 20. & 23. Vide Palm. nep. decis. 314. n. 3. tom. 4.

15 Bona fides non excusat a restitutione interesse, nec operatur quod interesse imputetur in sortem Palm. nep. alleg. 205. n. 15. tom. 3.

16 Bona fides in contractibus celebratis in forma à Jure prohibitis colligi non potest Spad. cons. 87. nn. 24. tom. 3. Et abesse dicitur eo ipso, quod recipitur solutio de bonis decocti De Luc. de Credit. disc. 52. nn. 20. Et ex quibus excludatur Emerix. jun. decis. 840. n. 12. & decis. 637. n. 1.

17 Bona fides non patitur, ut idem bis exigatur Rub. de Confuss. Jur. cap. 22. n. 41. Palm. nep. decis. 172. n. 6. tom. 2. Emerix. sen. decis. 85. n. 6.

18 Bona fides de jure canonico exigitur per totum præscriptionis tempus Brunnemann. supr. ff. libr. 41. tit. 4. leg. 7. n. 6. De Luc. de Judic. disc. 31. n. 13. & 14. & n. 67. Altimar. de Nullit. rubr. 1. part. 5. quæst. 43. sect. 1. n. 102. & 103. fol. 86. tom. 7.

19 Bona fides requiritur, ut admittatur compensatio cum se ipso De Luc. de credit. disc. 48. et 49. nu. 5. et disc. 50. n. 4. et. 5. ubi quando dicatur adesse Altimar. loc. cit. quæst. 45. n. 213.

Quando bona fides excuset solventem alteri, quam vero creditori De Luc. de Credit. disc. 58. n. 3. 20

Bona fides nunquam præsumitur, quoties intervenit læsio Emerix sen. decis. 73. n. 2. Fusar. de substit. quæst. 562. n. 4. 21

Bona fides exuberare debet in contractibus Mercatorum Surd. cons. 528. n. 7. Rot. coram Merlin. dec. 636. n. 6. Palm. nep. alleg. 285. n. 6. tom. 3. 22

Bona fides non excusat a restitutione cambiorum indebitè perceptorum Rot. in decis. recollect. per Palm. nep. decis. 314. ex n. 61. tom. 4. Et bona fides non potest reddere cambium de illicito licitum Idem Palm. dict. decis. 314. n. 55. et 56. 23

§. BONA. X.

Bonorum simpliciter, sive bonorum omnium appellatione veniunt mobilia, se moventia, & immobilia, nomina debitorum, jura, & actiones, l. bonorum 49. in fine, l. rei appellatione 23. ff. de verb. signific. itaut veniunt etiam nomina conditionalia, & in diem debita, latè Barbos. de appellat. verb. signific. appellat. 35. n. 1. et seqq. Tusch. litt. B, conclus. 101. per tot. ubi plura, quid veniat appellatione bonorum, Ricc. Collect. 2935. ubi an veniant servi, & segetes seminatæ. Sed vide De Luc. de testam. disc. 42. n. 11. Fagnan. in cap. ex litteris a n. 28. de Jurepatr. Palm. nep. alleg. 283. n. 18. tom. 3. et alleg. 374. n. 1. et 2. tom. 4. Emerix. jun. decis. 474. n. 5. Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. libr. 9. decis. 66. n. 4. vol. pr., ubi quod appellatione bonorum veniunt regulariter Jura, nisi separatim facta fuerit mentio etiam de Juribus; Et appellatione bonorum non veniunt ad evitandam nullitatem actus De Luc. de Testam. disc. 42. n. 11., Et appellatione bonorum venit etiam Juspatronatus Emerix. jun. decis. 939. n. 2. Et quod appellatione bonorum non veniant Jura honorifica Caprar. decis. 276. n. 11. part. 2. Appellatione bonorum quid veniat Balduc. de dot. tit. 4. decis. 39. n. 12. et 44. 1

Ubi verò fuit facta mentio mobilium, & immobilium, non veniunt jura, & actiones, quæ tertiam quandam speciem constituunt, Paul. Christin. decis. Belgic. 153. vol. 1. Rot. part. 9. recent. dec. 390. nn. 1. et seq. ubi quando veniant etiam jura, & actiones, Barbos. loc. cit. n. 4. et seqq. ubi latè declarat quæ veniant sub nomine, & appellatione bonorum, vide in §. Nomen nn. 3. etc. De Luc. de Fideicom. disc. 188. n. 8.

Quomodo differant bona mobilia, & immobilia, & cui loco applicentur, vel cujus esse præsumantur, Tusch. loc. cit. concl. 105. etc.

Prout etiam si facta fuerit mentio bonorum ubique existentium, propter illud verbum, existentium, excluduntur jura, & actiones, quia tanquam incorporalia non dicuntur esse in loco, l. Cajus in princ. ff. de legat. 2. Bald. in l. 1. ff. de stat. hom. Soccin. reg. 145. limit. 1. Sed contrarium quando urgent conjecturæ, & verba universalia, firmant Merlin. decis. 586. num. 5. etc. Rot. part. 9. recent. decis. 390. nn. 9. etc. De Luc. de Feud. disc. 92. sub n. 4. Stabilium appellatione non veniunt mobilia, se moventia, & fructus Emerix jun. decis. 1233. n. 10. Spad. cons. 257. nu. 2. et 3. tom. 3. ubi quod non veniunt mobilia, jura, & actiones; Et de rigore appellatione stabilium non veniunt census, & loca montium, multóque minus officia vacabilia, cambia, nomina debitorum & similia, quæ constituunt tertiam speciem cum mobilibus & se moventibus Emerix jun. decis. 1147. n. 2., Census tamen, & loca montium ex communi usu inter stabilia recensentur Emerix dict. decis. 1147. nn. 3. Balduc. decis. 12. n. 21. de prælat. tit. 2. Altimar. de Nullit. tom. 6. quæst. 38. vers. stabilium appellatione Palm. nep., alleg. 283. n. 19. tom. 3., Ceteræ autem species prædictorum bonorum connumerari possunt inter stabilia ex destinatione patrisfamiliæ Emerix dict. decis. 1147. n. 10. An sub nomine stabilium veniant loca montium, census, & pecunia Bertachin. vot. 6.

Quot sint species bonorum, & quid bonorum immobilium, vel mobilium appellatione veniat, Tusch. litt.

litt. B, concl. 102. 103. & 104. per tot. vide in §. Mobilia. Vide Brunnemann. ſupr. ff. libr. 42. tit. 1. leg. 55. n. 6.

Quod bona non dicantur niſi quæ ſuperſunt deducto ære alieno, l. ſubſignatum ff. Bona, & l. veniſſe ff. de verb. ſignificat. Leoncil. dec. Ferr. 2. num. 24. dec. 90. n. 2. Ludoviſ. dec. 241. n. 5. ubi Beltram. nu. 15. Barboſ. axiom. 37. n. 1. Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. libr. 8. deciſ. 6. n. 1. vol. 3. Anſald. deciſ. 49. n. 16. Caſtald. conſult. 172. n 11. tom. 2. Palm. nep. alleg. 314. n. 64. tom. 4. et alleg. 179. n. 5. tom. 2.

2 Bona emphyteutica poſſunt dari in dotem ſine conſenſu domini, dummodò dentur pro fundo dotali, & inæſtimata, aliàs ſecus, cùm res prohibitæ alienari poſſint in dotem dari Jaſ. in auth. res quæ num. 32. C. com. de legat. Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 511. per tot. et cap. 743. n. 95. Menoch. lib. 4. præſ. 189. n. 163. et ſeqq. Altograd. conſil. 9. nu. 17. et 18. lib. 2. Rot. p. 10. recent. deciſ. 73. n. 7. et deciſ. 359. per tot. quæ tamen fuit revocata, & declarata ut ſequitur, vide in §. Emphyteuſis n. 33. et 46. Rot. par. 9. recent. deciſ. 53. n. 51. ubi quòd nec tunc debetur laudemium.

Intellige hanc concluſionem in præjudicium domini directi, qui ex hac cauſa nec caducitatem, nec laudemium prætendere poteſt, ſecus autem in præjudicium aliorum vocatorum in gradu proximiorum, nam in emphyteuſi ex pacto, & providentia alienatio durat tantùm ad vitam emphyteutæ dotantis, illo verò mortuo bona revertuntur ad comprehenſos in inveſtitura, niſi fortè dotans ex ipſa inveſtitura haberet aliam facultatem, vel alii vocati eſſent hæredes dotantis, ut benè declarat Rot. p. 10. recent. dec. 55. n. 26. & ſeqq. vide Corbul. de cauſ. privat. ob alien. lib. 1. limit. 20. n. 4. & Fulgin. de jure emphyt. tit. de alien. quæſt. 1. n. 262. &c.

3 Bona regulariter præſumuntur libera, & allodialia, niſi contrarium probetur per inveſtituram, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 657. n. 39. &c. vide in §. Dominium num. 9. §. Emphyteuſis num. 27. & §. Dominus num. 14. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 224. per tot. vol. 5. plenè Merlin. deciſ. 655. per tot. ubi quando, & ex quibus conjecturis poſſit ab hac regula recedi. Valenzuel conſ. 178. De Luc. de Feud. diſc. 43. n. 5. & diſc. 34. n. 4. ubi hoc declaratur, & in dec. recollect. per eumdem Palm. deciſ. 377. n. 32. tom. 4.

4 Bona emphyteutica an veniant in inſtitutione hæredis, vide latè Surd. deciſ. 93. per tot. Urceol. Conſult. forenſ. cap. 45. num. 9. et n. 16. etc. Merlin. deciſ. 699. n. 19. et ſeqq. ubi quòd ſic quando teſtator poteſt de illis diſponere, ut quia ſit primus acquirens ex titulo oneroſo, ſive acquiſiverit immediatè à domino directo, ſive à tertio, ut dixi in §. Emphyteuſis n. 34. Vide Palm. nep. alleg. 132. a n. 3. tom. 2., ubi latè.

An valeat legatum de illis factum, ſaltem quoad æſtimationem, Gratian. dec. 56.

An veniant in fideicommiſſo, Rot. part. 9. recent. deciſ. 452. in Appendice, et par. 10. deciſ. 218. n. 21. et ſeqq. Caldas de jur. emphyt. lib. 3. cap. 17. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 630. et 631. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de ſucceſ. in bon. emphyt. quæſt. 3. n. 38. etc. Rot. par. 11. recent. deciſ. 111. ubi quòd ſic, quando ſumus in primo acquirente ex titulo oneroſo. Rot. coram Cavaler. dec. 593. n. 12. Vide Spad. conſ. 183. n. 15. tom. 3. ubi n. 16. dicit, quod poſſunt, ſi fuerint alienata, vindicari a vocatis ad illud, & hoc benè declarat.

Quòd non veniant ſub libello, & petitione immiſſionis in bonis propriis, & liberis teſtatoris, quia non ſunt talia, ſed obnoxia vocatis in inveſtitura, Rot. par. 12. recent. deciſ 325. n. 1. etc.

5 Bona emphyteutica prohibita alienari, an veniant in confiſcatione bonorum propter delictum, latè articulo diſputato, Surd. deciſ. 254. per tot. Peregr. de jur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 131. et num. 68. etc. Boſſ. de bonor. public. numer. 16. et ſeqq. Fachin. contr. jur. lib. 9. cap. 53. per tot. Cabal. reſolut. crimin. caſ. 182. n. 7. etc. Farinac. quæſt. 25. n. 56. etc. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de ſucceſſ. in bon. emphyt. quæſt. 4. numer. 53. etc. Corbul. de cauſ. privat. ob mort. civil. n. 38. et ſeqq. Clar. §. Emphyteuſis quæſt. 29. Guazz. de confiſc. bon. concl. 13. limit. 33. et concl. 27. n. 56. et ſeqq. vide in §. Emphyteuſis num. 5. et num. 61. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 36. vol. 2. ubi in materia hæreſis, latè Rot. part. 10. recent. deciſ. 261. n. 6. et ſeqq. per tot. ubi pro fiſco Eccleſiaſtico, et part. 12. deciſ. 213. per tot. ubi quando etiam primus acquirens non poſſit delinquendo aliis proprio nomine vocatis præjudicare, Rot. part. 15. recent. deciſ. 267. ubi fuit confirmata præcedens deciſio, Fontanell. deciſ. 474. et 475. Conciol. ad ſtat. Eugub. lib 2. rubr. 76. n. 103. et ſeq. Antun. Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 22. n. 62. et ſeqq. per tot. ubi etiam quid dicendum de melioramentis, & bonis cenſualibus, &c. Sanchez lib. 2. Sum. cap. 19. Hodiern. ad præallegat. deciſ. 254. Surd. ubi alios Doctores cumulat.

Bona emphyteutica poſſunt etiam irrequiſito domino inter ipſos comprehenſos non tantùm dividi, ſed quocunque alio titulo alienari abſque incurſu pœnæ, Jaſ. in l. qui Romæ, §. duo Fratres n. 77. ubi etiam Bart. quæſt. 10. Michalor. de fratr. par. 3. cap. 41. n. 84. Gratian. diſcept. 36. per tot. et cap. 272. num. 11. ubi etiam quòd nec debetur laudemium, de quo dixi in §. Laudemium, et §. Emphyteuſis n. 47. vide De Luc. de Emphyt. diſc. 39. n. 5. de Regal. diſc. 23. n. 4., ubi adducit nonnullos alios Doctores idem comprobantes. 6

Item etiã cum aliis permutari ſine dicto cõſenſu, quia tunc ceſſat jus prælationis domini, Rot. par. 9. recent. deciſ. 269. num. 29.

Bona Emphyteutica veniunt in generali obligatione quoad jus emphyteutæ, non vero quoad jus domini directi, neo in illius præjudicium, Neguſ. de pig. par. 2. memb. 2. num. 28. Franch. deciſ. 226. Sperell. deciſ. 120. numer. 1. etc. Scapuc. de Salvian. lib. 2. quæſt. 10. Pacif. eod. tract. inſpect. 3. cap. 2. num. 25. & ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 43. n. 7. & nu. 39. cap. 88. nu. 39. & cap. 342. nu. 13. Surd. deciſ. 160. Barboſ. de appellat. verb. ſignif. appellat. 35. num. 14. vide in §. Emphyteuſis num. 32. & §. Prohibitio, Rot. par. 9. recent. deciſ. 170. num. 13. & ſeqq. ubi intelligit de emphyteuſi hæreditaria. Cavaler. deciſ. 290. 7

Quod bona Emphyteutica alienabilia veniant in hypotheca, vide Rot. in deciſ. recollect. per Palm. nep. deciſ. 140. nu. 20. et 23. tom. 2.

An bona emphyteutica poſſint obligari, & executari, latè Ant. Gobb. Conſult. 100. per tot.

Qualiter creditor admittatur ad purgandam moram, Rot. part. 19. recent. deciſ. 52. ubi quod ſi emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit hæreditaria poteſt ad inſtantiam creditorum ſubhaſtari, non obſtante caducitate ab Eccleſia acceptata ob non ſolutum Canonem, quia poſſunt creditores illum pro ſuo debitore ſolvere ad conſervandum jura ſua.

Qualiter creditor emphyteutæ admittatur ad purgandam moram canonis non ſoluti pro conſervatione juris ſui, etiam poſt ſententiam devolutionis, & illius executionem ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, latè Sanſelic. deciſ. 114. vide in §. Emphyteuſis num. 32. et num. 50.

Quòd tamen ſit neceſſe, ut de dictis bonis ſit facta ſpecialis mentio, Gabriel. de reg. jur. concl. 12. nu. 19. Rot. part. 1. diverſ. deciſ. 426. num. 5. Scapuc. ubi ſup. num. 1. vide §. Feudum, Fulgin. de jur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæſt. 38. per tot.

Quòd creditores poſſint conſequi credita ſua ſuper bonis emphyteuticis Eccleſiæ ratione utilis dominii, Alb. Mandel. conſ. 28. num. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 180. n. 15. Corbul. de jur. emphyt. cap. 14. de privat. ob alienat. limit. 19. per tot. Rodoan. de rebus Eccleſ. de caducit. ob rei alien. nu. 32. &c. Caldas Pereyr. tract. de extinct. emphyt. cap. 6. Cenc. de cenſ. quæſt. 22. Salgad. Labyrint. credit. par. 3. cap. 3. num. 3. & ſeqq. ubi loquendo in emphyteuſi hæreditaria, qualiter poſſint hujuſmodi bona ſubhaſtari pro ſatisfaciendo creditoribus, ſalvo jure domini directi, ſecus aſſerens in emphyteuſi pactionata, vel pro familia, cujus tamen commoditas, & fructus durante vita debitoris debent creditoribus, ut ſupra aſſignari: quid ſi debitor ſit primus acquirens ex propria pecunia, & alia plura, Ant. Gob. tract. de permiſſ. feud. & emphyt. alienat. quæſt. 12.

12. *per tot.* ubi plutibus modis distinguit, & ut plurimum etiam hæredes teneri concludit.

8 Bona emphyteutica prohibita alienari sub pœna, vel obligari, non veniunt in obligationa bonorum, & super illis non datur Salvianum, nisi probetur obligantem non habere alia bona, vel nisi per statutum disponatur qualiter possint alienari, Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *quæst.* 10. Gratian. *discept. forens. cap.* 43. *nu.* 39. *cap.* 855. *num.* 10 *& cap.* 881. *num.* 6. Sperel. *decis.* 120. *per tot.* Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 483. *num.* 11. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 3. *& seqq.* ubi tamen quod dicta prohibitione non obstante, durante vita emphyteutæ, potest commoditas dictorum bonorum creditoribus assignari, allegat Cenc. *de censib. quæst.* 22. *num.* 10. Milanens. *decis.* 7. *n.* 50. *lib.* 2. Gratian. *discept.* 916. *num.* 24. & alios plures, vide Ant. Gob. *tract. de permiss. feud. & emphyt. alienat. quæst.* 12. ubi qualiter filii, vel agnati succedentes in feudo, & emphyteusi teneantur creditoribus defuncti de dictis bonis satisfacere, facto, vel non facto inventario.

Si dicta bona obligentur cum consensu domini directi expressè, vel tacite, datur hypothecaria etiam contra illum, ad quem transeunt cum dicto onere, nisi adesset clausula, *salvis juribus domini*, & an consensus videatur absolutè, vel in subsidium præstitus, vide Gratian. *disceptat.* 996. *per tot.* Anton. Gob. *loc. cit.* Sperel. *dict. decis.* 120. *num.* 20. & Fachin. *controv. jur. lib.* 7. *cap.* 56. *per tot.* Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 91. *& seqq.* Hartman. Pistor. *part. poster. quæst.* 48. *nu.* 14. Et quod bona Emphyteutica alienari possint, etiam in extraneos de consensu Domini, ubi adest consuetudo Palm. nep. *alleg.* 101. *n.* 30. *tom.* 2.

Quòd si sint pluribus obligata, ille præferatur qui priùs à domino directo assensum obtinuit, licèt sit posterior respectu contractæ obligationis, vide Bardellon. *consil.* 100. *per tot. lib.* 1. Franch. *decis.* 64. 75. *&* 86. *per tot.* dixi *in §. Prior, & §. Creditor nu.* 2. Corbul. *de emphyt. tit. de privat. ob alienat. quæst.* 5. *nu.* 8. *&c.* Novar. *in Prag. Reg. Collect.* 104. *num.* 1. Latè Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Quòd bona emphyteutica maximè laicalia veniant in hyposheca generali, nisi sint expressè prohibita alienari, quo casu tamen etiam cessante hypotheca conventionali, potest in illis fieri executio, & tanquam pignus judiciale capi contra debitorem, vel ejus hæredes quoad fructus, & commoditates, vide Cavaler. *decis.* 290. *per tot.* itant non sit necessaria citatio domini directi cum de illius præjudicio non agatur, idem Cavaler. *decis.* 328. vide *in §. Feudum*, Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 3. *cap.* 3. *per tot. ubi plura, & num.* 53. de melioramentis, illa liberè spectare ad creditores, nisi dominus pro eodem pretio voluerit ea emere, dixi *in §. Melioramenta num.* 2.

Et pendente judicio moto à creditoribus contra hujusmodi bona, non potest emphyteuta illis præjudicare malè versando, vel non solvendo canonem, ut cadant in commissum, nisi sequatur ex causa de præterito, nam si ante motum judicium emphyteuta cessaverit, potest dominus quandocunque declarare caducitatem, Surd. *decis.* 29. 102. *et* 286. *per tot.* ubi an, & quando emphyteutæ, sive vassalli delictum circa rem præjudicet creditori, cui res erat obligata, & vide Urceol. *Consult. forens. cap.* 33. *num.* 23. ubi quòd creditores possunt petere restitutionem in integrum, & latè videndus Mastril. *decis.* 154. *per tot.* ubi an, & quando creditores pro suo interesse, solvendo canones non solutos, admittantur ad recuperandum bona ad dominum devoluta, pro conservatione hypothecæ, adde Giurb. *decis.* 91. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones, & videtur negativè concludere, si res non sit integra, vel possit creditoribus aliter esse consultum, Olea *de cess. jur. tit.* 4. *q.* 3. *num.* 17. *& seqq. ad* 24. ubi quòd ante caducitatem admittuntur ad solvendum, cùm sua intersit, ne debitor incidat in pœnam, ut ex fructibus possint exigere.

Quòd non obstante quavis generali prohibitione alienationis, & hypothecæ, possit immissio ex Salviano creditoribus concedi super commoditate percipiendi fructus ex bonis emphyteuticis, vel feudalibus, & sic in possessionem illorum ad effectum, ut tamdiu fructibus, & commoditatibus fruantur, donec satisfiant ex quo nullum domino directo præjudicium infertur, & durat etiam contra hæredes, & successores, quando emphyteusis est hæreditaria, & sumus in primo acquirente, ut benè probat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 167. *per tot. decis.* 170. *nu.* 13. *& seqq. & decis.* 275. *n.* 26. vide latè Anton. Gob. *tract. de permiss. feud. & emphyt. alienat. quæst.* 12. *per tot.* ubi loquitur in omni specie feudorum, & bonorum emphyteuticorum, ac facto, vel non facto inventario, & cum pluribus distinctionibus totam materiam resolvit Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 77. *& decis.* 256. *in eadem causa*.

Bona emphyteutica possunt alienari per primum acquirentem, quando sunt acquisita titulo oneroso Palm. nep. *alleg.* 132. *n.* 5. *&* 9. *tom.* 2. *& decis.* 349. *tom.* 4.

Bona emphyteutica ex dispositione Bonifacianæ, & Paulinæ transeunt in quemcumque possessorem cum eorum oneribus, & hypothecis; sed hoc procedit solummodò ad favorem creditorum Rot. *in decis. recollect.* per Palm. nep. *decis.* 277. *nu.* 44. *tom.* 4.

Bona Emphyteutica in casu devolutionis revertuntur ad dominum directum libera a quocumque debito, & à quacumque hypotheca Rot. *in decis. recollect.* a Palm. nep. *decis.* 377. *num.* 47. *tom.* 4. *& decis.* 140. *n.* 24. *&* 25. *tom.* 2.

Bona Emphyteutica non sunt describenda in inventario Rot. *in decis. recollect.* per Palm. nep. *decis.* 310. *n.* 15. *tom.* 4. Quod tamen limita, ut per eumdem Palm. *loc. cit. n.* 16.

Bona emphyteutica Ferrariæ redacta sunt adinstar allodialium, & sunt merè hæreditaria vigore Bullæ Bonifacianæ, ideoque subjacent cuicumque hypothecæ, vel alienationi, & cum dicto onere transeunt ad quemcumque successorem Rot. *in decis. recollect.* per Palm. nep. *decis.* 376. *n.* 55. *tom.* 4. Declara id procedere in favorem, & commodum creditorum, non verò in favorem hæredis universalis, ad effectum ut cogere possint proximiores succedentes in Emphyteusi ad contribuendum solutioni debitorum defuncti Rot. *loc. cit. num.* 16.

Bona Emphyteutica in Statu Urbini redacta sunt adinstar allodialium, & ideò transeunt ad hæredes, etiam extraneos, loca pia, & manus mortuas Rot. *in decis. recollect.* per Palm. nep. *decis.* 184. *num.* 4. *&* 5. *tom.* 2.

Bona Emphyteutica possunt in præjuditium hæredum alienari consentiente domino directo Rot. *in decis. recollect.* per Palm. nep. *decis.* 187. *n.* 14. *tom.* 2.

Bona paraphernalia dicuntur illa, quæ uxor quando ad domum viri traducitur secum defert, & administrationem concedit marito tacitè, vel expressè, *l. hac lege, & l. fin. Cod. de pact. convent. & l. si ego, §. Dotis, ff. de jur. dot.* Tusch. *litt. B, conclus.* 110. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 8. *num.* 3. ubi etiam an in dubio bona dicantur paraphernalia, vel dotalia, sive extradotalia, & de illorum differentia. De Luc. *de Dot. disc.* 168. *n.* 1. *& seq.* Brunemann. *supr. Cod. libr.* 2. *tit.* 13. *leg.* 21. *n.* 10. *pag.* 125. 9

Quòd administratio bonorum paraphernalium concessa ab uxore marito censeatur concessa tanquam procuratori, ac ideò possit ad libitum ejusdem uxoris revocari, *l. hac lege, et leg. fin. Cod. de pact. convent. l. si ego, §. Planè, ff. de jur. dot.* Surd. *decis.* 192. *num.* 7. *&* 8. cum aliis per Bich. *decis.* 352. *n.* 8. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 7. Brunemann. *supr. Cod. lib.* 5. *tit.* 14. *leg.* 8. *n.* 2. *pag.* 463.

Quòd sint idem, quod de consuetudine corredum appellatur, & an aliquid sit dandum de necessitate ultrà dotem, corredorum nomine, vide Altograd. *consil.* 20. *num.* 6. *et seqq. lib.* 2. dixi *in §. Dos n.* 38. & plenè Bardellon. *cons.* 193. *per tot.* ubi considerat quinque requisita necessaria ad hoc ut bona paraphernalia debeantur mulieri ex bonis viri, Paul. Christ. *dec.* 135. *n.* 11. *et seqq. volum.* 3. ubi de triplici genere bonorum mulieris, & quid juris maritus in illis habeat, Arismin. Tepat. *var. sentent. tit.* 457.

Bona paraphernalia contrita ad usum communem mariti, & uxoris repetuntur soluto matrimonio talia qualia sunt, nec debetur illorum æstimatio de tempore, quo fuerunt tradita sub mariti custodia, *leg. plerumque, ff. de jur. dot. leg. hac lege in fine, Cod. de pact. convent.* nisi aliter se habeat consuetudo, vel pactum, 10

vide

vide *in* §. *Fructus num.* 12. ſequitur Bardellon. *dict. conſ.* 193. *num.* 14. *lib.* 2. ubi etiam quòd ſi non extent, de illorum reſtitutione non eſt agendum, Ariſm. Tep. *var. ſentent. tit.* 457. Alexan. *conſ.* 36. *num.* 17. *et ſeqq. lib.* 6. Tuſch. *litt.* B. *concluſ.* 110. *num.* 6. Chriſtin. *d. deciſ.* 135. *num.* 14. *volum.* 3. latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 44. *per tot.* ubi quòd acconcium non deber reſtitui, niſi quatenus extet, & tale quale reperitur, quia conſumptio cedit periculo uxoris; qualiter, & ex quibus præſumatur conſumptum; niſi tamen fuerit traditum æſtimatum, & cumulatum cum dote, quia tunc cederet periculo mariti, & eſſent ejus bona pro reſtitutione obligata; an in primo caſu poſſit liquidari per juramentum in litem, & alia notabilia de hac materia, vide §. *Mobilia num.* 5. *et* §. *Periculum*. Vide Brunnemann. *ſupr. Cod. in Indic. verb. bona parapbernalia*.

51 Bona paraphernalia nõ habent privilegia dotis, Gloſſ. *in l. ſi ego*, §. *Dotis*, *ff. de jur. dot.* Alex. *conſ.* 36. *lib.* 6. habere tamen tacitam hypothecam in bonis mariti, ſi ille adminiſtravit concludit Rodriquez *tract. de concur. cred. p.* 1. *art.* 1. *num.* 10. Pacif. de Salvian. *inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 501. *etc.* non tamen jus prælationis, vide Bardellon. *dict. conſ.* 193. *num.* 3. *et ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 671. *nu.* 6. *etc.* dixi *in* §. *Hypotbeca num.* 11. *et* §. *Mulier*. De Luc. *De Dot. diſc.* 50. *nu.* 4. Vide eumdem De Luc. *de Dot. diſc.* 120. *n.* 2. *et diſc.* 168. *n.* 20.

An autem bona præſumantur paraphernalia, vel dotalia, Maſcard. *de probat. concluſ.* 211. *et concluſ.* 215. ubi quòd præſumuntur paraphernalia, ſi non apparet de conſtitutione dotis, *et concluſ.* 215. ubi an, & quando præſumantur data in dotem, vide in §. *Mulier n.* 25.

Quòd non debeantur fructus ex parapherno promiſſo uxori in pecunia, & ſoluti imputentur in ſortem, cùm in hoc paraphernum non æquiparetur doti, Ludoviſ. *deciſ.* 80. *per tot.* ubi allegat Alex. *conſ.* 27. *nu.* 11. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 521. & alios Rot. *par.* 16. *recent. deciſ.* 419. *num.* 16. & 17. *per tot.* intelligendo ut dixi *in* §. *Fructus num.* 12. *verſic. non deberi*. Merlin. *de Pignor. dec.* 94. *n.* 8. & 9.

Bona paraphernalia, & patrimonialia mulieris non attenduntur ad indotationem diſcernendam, ſed conſiderantur tantùm bona dotalia Balduc. *tit.* 4. *de Dot. deciſ.* 36. *n.* 11.

Bona paraphernalia non tranſeunt in dominium mariti Rot. in Mantiſs. ad ornatum Card. De Luc. *libr.* 6. *deciſ.* 6. *n.* 18. *vol.* 3.

52 Bona quæ veniant in confiſcatione, vel non, vide Clar. cum Addent. §. *fin. quæſt.* 78. Addit. ad Pract. Papp. *form. inquiſit. gloſſ. ultima verb. reſervantur*, Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 52. & *ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 25. Card. Tuſch. *litt.* C. *concl.* 719. Guaz. *de confiſc. bon. concluſ.* 13. *per tot.* & *concluſ.* 21. *per tot.* & de hoc dixi plura in mea Pract. §. *Beni*, & §. *Confiſcatione*, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 301. *per tot. volum.* 1. ubi de bonis reſtitutioni ſubjectis, *et deciſ.* 36. *et ſeqq. volum.* 2. ubi in materia hæreſis. An dicta bona veniant à die delicti, an verò à die ſententiæ Gall. *de fructib. diſput.* 34. *art. prim. n.* 8.

De confiſcatione bonorum, & quæ comprehendant, vel non, latè videndus Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 22. *per totum*, & dixi plura *in* §. *Confiſcatio*.

Eodem in fine plenè videndus de bonis vacantibus ad fiſcum ſpectantibus, Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 14. *cum multis ſeqq.* Fajard. *allegat.* 45.

Quòd ſtatim acquirantur fiſco unà cum fructibus abſque aliqua apprehenſione quoad dominium, licèt non quoad poſſeſſionem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 309. *num.* 5. &c. Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 52. & *nu.* 174. *vide in* §. *Fiſcus*, *et in d. Pract.* §. *Fiſco n.* 6.

Quòd hodie bona delinquentium (confiſcatione ſublata aliquibus caſibus exceptis *per auth. bona damnatorum*, *C. de bon. proſcript.*) reſerventur proximioribus ab inteſtato venientibus, non uti hæredibus, ſed ex beneficio legis, quòd eſt magni effectus, Martha *de ſucceſſ. legal. par.* 1. *q.* 8. *art.* 3. *per tot.*

An vivente bannito remanere debeant penes fiſcum, dixi *in* §. *Bannitus*.

Et quòd tranſeant in fiſcum cũ onere ſuo, latè Altogr. *conſ.* 95. *num.* 1. *etc. lib.* 1. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 74. Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 28. *n.* 4. Quod bona ſemper tranſeant cum ſuo onere Bertachin. *vot.* 113. *n.* 2. Palm. nep. *deciſ.* 59. *n.* 8. *tom.* 1.

Qualiter omnia bona vacantia, & alia hujuſmodi, quæ dominum non habent, ſpectent ad Principem, & fiſcum, idem Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 3. *lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 16. Fajard. *dict. allegat.* 45. Nicoli. *Elucubrat. Utrinſq. Jur. Inſtit. Imp. tit. de bæredit. quæ ab inteſt. deſer. n.* 63. Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæſt.* 18. *nu.* 9. *tom.* 2.

Bona patris, vel fratris occiſi à filio, vel fratre pertinent in totum ad fiſcum, ſi ipſe occidens erat ſolus in gradu, & ab inteſtato ſucceſſurus, nam præjudicat ſequentibus in gradu, ſi verò erat ſucceſſurus tantùm in parte, vel in nihilo, fiſcus partem illam, vel nihil capit, cùm ſuccedat tantùm in locum, & jus delinquentis, non autem aliorum, pulchrè Cabal. *reſol. crim. caſ.* 10. *per tot.* vide *in* §. *Homicidium num.* 12. ubi plures alios citavi, & meliùs declaravi. 13

Bona illorum, qui ſibi mortem conſciverunt poſtquam fuerunt carcerati, & inquiſiti de crimine propter quòd bona veniant confiſcanda, pertinent ad fiſcum, non tamen in pœnam delicti contra ſeipſos commiſſi, ſed delicti de quo inquirebantur, quòd tacitè videntur faſſi, ſi ut dixi erat tale propter quòd bona eſſent confiſcanda, quo caſu etiam illorum hæredes, vel alii intereſſe habentes, ſunt citandi, & admittendi ad docendum de innocentia, vel quòd ex alia cauſa, quàm ex conſcientia delicti, de quo imputabantur, ſibi mortem intulerint, quibus probatis, vel ſi delictum primarium non importabat confiſcationem, fiſcus eſt excludendus, ut latè probat Cabal. *reſol. crim. caſ.* 137. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 284. *n.* 26. & *ſeqq.* Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 4. dixi in mea Pract. §. *Confiſcatione num.* 4. & §. *Homicidio num.* 26. & in hoc opere §. *Homicidium num.* 18. adde latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 400. *num.* 32. & *ſeqq.* & *num.* 113. *et ſeqq. vol.* 1. *et deciſ.* 208. *per tot. vol.* 4. Farinac. *quæſt.* 128. Guazz. *de confiſc. bonor. concl.* 13. *limit.* 43. *per tot.* Decian. *in tract. crimin. libr.* 9. *cap.* 3. Chartar. *deciſ. criminal.* 17. *num.* 21. 14

Bona ſita extra Territorium judicis condemnantis non veniunt in confiſcatione impoſita vigore ſtatuti; ſive alterius juris ſpecialis, & municipalis; ſi verò confiſcatio procedat à jure communi (prout hodie tantùm in crimine hæreſis, & læſæ majeſtatis) comprehendit omnia bona ubique exiſtentia, quæ tamen ſingula, & reſpectivè pertinent ad dominum, & fiſcum loci, in quo poſita ſunt, Boſſ. *tit. de publicat. bonor. n.* 62. Clar. & Adden. §. *fin. quæſt.* 78 *nu.* 27. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 138. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 389. *nu.* 48. & *cap.* 642. *num.* 16. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 134 *et ſeqq.* Guaz. *de confiſc. bonor. concluſ.* 13. *limit.* 16. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 25. *nu.* 94. & *ſeqq.* Card. Tuſch. *litt.* C. *concluſ.* 720. *per tot.* vide *in* §. *Confiſcatio num.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 536. ubi plenè, & eſt votum deciſivum Illuſtriſſimi D. Gaſtaldi. Cravet. *conſ.* 128. *n.* 6. *in fin.* Vide De Luc. *de Hæred. diſc.* 3. *n.* 13. 15

Debet tamen Dominus, vel ejus officiales loci, in quo ſita ſunt bona prætendens illa confiſcare, acta coram judice cauſæ geſta ad ſuum Tribunal tranſportare, vel alium proceſſum inſtruere, & condemnare, & non ſimpliciter alterius niti ſententiæ, niſi expreſsè de hoc loquatur ad tradita per Merlin. *deciſ.* 168. *num* 22. &c.

Sed vide dictum votum deciſivum Illuſtriſſimi D. Gaſtaldi *num.* 39. & *ſeqq. inter deciſiones*, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 536. ubi multis auctoritatibus, & rationibus firmatur ad dictum effectum ſufficere ſententiam condemnatoriam, quando non fuit lata in contumaciam, ſed ex veris probationibus.

Quòd licèt quis deliquerit in territorio exempto, bona tamen poſſint confiſcari in territorio non exempto, & qualiter, Ant. Fabr. *Cod. de bon. damnat. def.* 1. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 400. *num.* 120. *vol.* 1. facit contra quod *dixi in* §. *Stat. general. num.* 21. & *pœnale num.* 8.

Bona mobilia exiſtentia extra territorium judicis condemnantis veniunt in confiſcatione, & ſpectant ad fiſcum loci ipſius judicis condemnantis, cum ſequantur perſonam, nec territorio circumſcribantur, niſi deſtinatione domini eſſent extra territorium perpetuò permanſura, quia tunc ſpectarent ad fiſcum loci, in quo re- 16

perluntur, si pœna imponatur de jure communi, aliàs secus juxta prædicta, Cabal. *resol. crim. cas.* 268. ubi refert Clar. diversimodè tenentem, & vide Peregr. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 141. *etc.* ubi etiam quid dicendum de nominibus debitorum, & vide in mea Practica §. *Confiscatione num.* 3.

17 Bona alienata ab hæretico occulto, posteà detecto, & condemnato possunt per fiscum revocari, & vendicari à quocunque possessore, Cabal. *resol. crim. cap.* 295. *per tot.* Surd. *decis.* 247. *per tot.* Ricc. *Collect.* 568. ubi quod ipso jure sunt confiscata.

Alia vide in §. *Confiscatio, et* §. *Fiscus*, & dixi in mea Pract. §. *Beni*, §. *Confiscatione, et* §. *Fisco*, & alibi, ubi plura in terminis legum municipalium Statut Florentini. Vide etiam Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *quæst.* 26. *n.* 76. *tom.* 1.

18 Bona mariti sunt tacitè obligata uxori pro alimentis, quamvis aliàs regulariter pro alimentis non detur hypotheca, ut dixi *in* §. *Alimenta*, vide Bart. *in l. si cum dotem*, §. *Sin autem*, *ff. solut. matrim.* Afflict. *decis.* 10. *num.* 3. Spad. *cons.* 65. *per tot. lib.* 1.

19 Bona propria hæredis futuri, non veniunt in generali obligatione bonorum, sive legali, sive conventionali facta per defunctum, etiam obligando omnia bona sua, se, & hæredes, quia hæc posterior restringitur ad personam hæredis, non ad bona: possunt tamen expressè obligari, & hæres adeundo censetur obligationem de suis bonis factam ratificare, dummodò sit facta nomine hæredis, vel defunctus de rato promiserit secundùm multos, vide Neguſ *de pign. part.* 2. *membr.* 2. *num.* 54. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 2. & 3. *per tot.* Rot. *part.* 3. *divers. decis.* 1166. *nu.* 1. Afflict. *decis.* 200. Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *quæst.* 12. *per tot.* ubi quod adversus hujusmodi bona datur Salvianum probando extrema, nisi hæres adiverit cum beneficio inventarii, quo casu sibi conservat omne jus suum, ac si hæres non fuisset, vide Pacif. de Salvian. *Inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 283. Gratian. *discept. forens. cap.* 225. *num.* 73. *cap.* 433. *num.* 22. & *cap.* 540. *num.* 56. Magon. *decis. Flor.* 124. *num.* 11. Surd. *decis.* 315. *per tot.* Franch. *decis.* 53. *num.* 6. & *seqq.* & *decis.* 321. *per tot.* Ricc *Collect.* 3510. Rot. *par.* 52. *recent. decis.* 7. *num.* 1. *etc.* Marcian. *disput. forens. cap.* 53. *num.* 5. *etc.* ubi concludit non intelligi obligata etiamsi dictum fuerit obligaverunt se, & hæredes suos, & bona eorum omnia, cum illud relativum, *eorum*, necessariò non referatur ad bona hæredum, sed possit referri ad principales obligantes, facit Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 211. in principio, ubi fuit denegata executio contra bona hæredum, *et par.* 12. *decis.* 407. plenè Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 222. ubi quod obligatio bonorum hæredum, sive expressa, sive contenta sub obligatione camerali sustinetur potius de consuetudine, quàm de jure ac ideò tanquam odiosa non comprehendit bona hæredum ultra primos, sed ad primos hæredes tantùm restringitur ex multis rationibus ibidem adductis, & vide *in* §. *obligatio sub num.* 24. Speculat. *in tit. de donat. inter vir., et uxor.* §. *final. vers sed nunquid.* Vide Adden. ad De Franch. *cit. decis.* 53 *et decis* 321. Vide etiam Abecclesiam *obser. forens. part.* 1. *observat.* 557. ubi latè Crescin.

Qualiter bona hæredis veniant in dispositione facta à testatore, & ex quibus cognoscatur testatorem voluisse de illis disponere, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 252. *num.* 1. *et seqq. decis.* 243. *per tot* ubi quod non veniunt in hypotheca ad favorem creditorum defuncti, nisi copulativè constet de voluntate ipsius defuncti, & quod hæres simpliciter adiverit hæreditatem, ut latè ibidem declarat ad exclusionem hypothecæ, & Salviani, & in quibus casibus ex amplitudine verborum, vel clausula Camerali possit deduci dicta hypotheca, vide Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 11. *tit.* 17. *num.* 9. Abeccles. & Crescin. *loc. cit.*

Quòd nec etiam veniant in restitutione fideicommissi, etiamsi dispositio esset universalis, nisi expressè id jusserit testator, vel aliter ex conjecturis appareat, Fusar. *de substit. quæst.* 648. *per tot. vide in* §. *Testator num.* 8.

Licèt autem dicta bona hæredum non veniant sub hypotheca, ut supra, tamen puto posse in causam judicati capi, & in illis executionem consummari mediante pignore prætorio, vel judiciali, quando sumus in casibus, in quibus hæredes teneantur de proprio ultra vires hæreditarias, ut quia inventarium non fecerint, & mediante aditione hæreditatis ex quasi contractu remanent obligati creditoribus hæreditariis, ut dixi *in* §. *Hæres num.* 1. *etc. et* §. *Pignus num.* 5. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 227. *num.* 7. *etc. et part.* 12. *decis.* 7. *num.* 1. *et seqq. decis.* 118. *num.* 20. *et seqq.* Rot. post Zacch. *de obligat. Cameral. decis.* 87. *num.* 25. *et dec.* 239.

Bona futura idest post obligationem quæsita non venire in tacita hypotheca, tenuit *glos. in l.* 3. *C. de hæred. act. et l. fin. Cod. quæ res pig. oblig. pos.* Reprobatur tamen dicta gloss. & communis opinio est in contrarium, ut per Capye. *decis.* 129. *num.* 4. vide in §. *Hypotheca num.* 40. *in fine*. 20

Quæ veniant in hypotheca, vel non, Paul. Christin. *decis.* 152. *num.* 9. *etc. decis* 158. *per tot. volum.* 4. *dixi in* §. *Hypotheca nu.* 42. latè Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 5. & 7. *per tot.* Merlin. *de pig. lib.* 2. *per tot.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst* 3. *num.* 157. *cum seqq. tom.* 3.

Bona subjecta fideicommisso ab ascendentibus ordinato possunt alienari quandocumque, vel obligari pro dote constituenda, vel restituenda in subsidium omnibus descendentibus etiam nondum natis, nec conceptis tempore mortis fideicommittentis, quando non sufficiunt fructus, nec legitima, vel non adsunt alia bona libera, juxta vulgatam *Auth. res quæ*, *C. com. de legat.* ubi passim DD. Fusar. *de substitut. quæst.* 531. & 532. *per tot.* Martha *de succes. legal. part.* 4. *quæst.* 21. *art.* 10. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 832. *num.* 31. Ludovis. *decis.* 266. *num.* 1. Rot. *part.* 3. *recent. decis.* 587. *num.* 6. latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 189. & 190. *per tot.* Peregr. *decis.* 62. *per tot.* & *decis.* 96. & *decis.* 124. & 125. Joseph. Ludovic. *decis. Luc.* 28. *num.* 76. & *seqq.* Pacis. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 98. & *seqq.* Franch. *decis.* 519. Sperel. *decis.* 163. Marr. Medic. *decis. Senens. exam.* 3. *n.* 93. & *seqq.* Tuteh. *litt. F*, *concl.* 284. *per tot.* Christin. *decis. Belgic.* 78. *volum.* 1. & *decis.* 42. &c. *volum.* 4. & *decis.* 48. *d. volum.* 4. & *decis.* 202. *volum.* 5. plenè Merlin. *decis.* 657. *per tot.* ubi ampliat etiamsi conventum fuerit de investimento dotis, & illud non sit factum, & aliis modis, *et decis.* 671. *n.* 13. *et seqq. et dec.* 683. ubi ampliat etiamsi extent bona libera quando sunt litibus involuta, & anterioribus affecta, & quod dos possit assignari in corpore plus valente, si non patitur commodam divisionem, & residuum inveniatur pro fideicommisso, vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 40. ubi plura notabilia circa *dict. Auth. res quæ*, & *dec.* 55. *per tot. d. p.* 9. ubi quod procedit etiamsi ad mulierem pervenerint pecuniæ, vel fructus adeò pingues, ut de illis potuerit se dotare, si tempore matrimonii non reperiantur, ut quia consumpsit larga manu expendendo, & alia plenè eadem Rot. in eadem causa *d. part.* 9. *decis.* 150. cum Annot. Paul. Rub. & *decis.* 271. *per tot. d. part.* 9. De Luc. *de dot. disc.* 35. *et seqq. disc.* 145. *per tot. et alibi*. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 553. & in Mantiss. ad ornatum Card. De Luc *lib.* 6. *decis.* 14. *à n.* 2. *vol.* 3., & latè Hodiern. ad Surd. *decis.* 62. Brunnemannus *in dict. auth. res quæ C. commun. de Legat.* & *Fideicommiss.* 21

Ad materiam *Auth. res quæ*, *C. commun. de legat.*

Quod bona fideicommissi pro constitutione, & restitutione dotis alienari possint non solùm pro primis descendentibus, sed etiam ulterioribus usque ad millesimum gradum, quod tamen magis usu, quàm lege constitutum est, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 220. *nu.* 8. De Luc. *disc.* 145. *cit. tract. de Dot.* Brunnemann. *in dict. auth. res. quæ.*

Quod dos vigore dictæ Auth. sumat anterioritatem à die conditi fideicommissi, vel potiùs mortis fideicommittentis, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 162. *et* 243. *per tot.* vide Fusar. *cons.* 52. *à num.* 20.

Possunt etiam dicta bona fideicommissi alienari, tàm in fideicommisso materno, vel à linea materna procedente, quàm in collaterali in casibus, in quibus si fideicommittentes viverent, tenerentur dotare, aliàs secus, ut latè probat Boss. *de dote cap.* 15. *num.* 202. *et seqq.* Vide Brunnemann. *loc. supra allegat.* Hodiern. ad Surd. *loc. cit. à n.* 18.

Item pro dote augenda juxta temporum consuetudinem, quamvis fuerit à testatore taxata in minore quantitate, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 260. *num.* 16. *et seqq.* Hodier. ad Surd. *dec.* 62. *num.* 61.

An dictum privilegium transeat ad hæredes mulieris, adde

addè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 220.

An possit dos deduci ex fideicommisso si hæres dissipaverit detractiones, adde Boss. *de dote cap.* 15. *n.* 256. *et seq. et num.* 265. *et seqq.*

Quid si filia dotanda haberet bona materna, vel alia adventitia? dic tunc non esse locum dict. Auth. ut reprobato Fusario, & declaratis aliis decisionibus, cum remedium prædictum sit subsidiarium quatenus aliundè mulier ex bonis propriis dotata non fuerit, juxta inconcussam Rotæ sententiam probat Rot. in Roman. residui dotis 17. Mart. 1673. coram Rondinino, post Urceol. *de transf. decis.* 44. *nu.* 11. *et seqq. et part.* 17. *recent. decis.* 331. *num.* 8. *et seq. et decis.* 389. *et* 390. ubi quod dictum remedium est subsidiarium, etiamsi in fideicommisso fuerit ordinata dotatio, quia intelligitur sub ista conditione, licèt non expressa deficientiæ bonorum liberorum; & etiam in casu subsidiario dos debet esse congrua respectu consuetudinis familiarum sponsæ, & sponsi, & si fuerit excessiva revocatur in excessu, & ad mensuram congruæ dotis reducitur, ut ibi benè explicatur, cum sufficiat nubere viris paris conditionis, & non honorificentiùs cum ampla dote in præjudicium vocatorum, *et part.* 18. *decis.* 190. ubi quod dotatio ordinata à fideicommittente est subsidiaria, & quando secus.

Plures ampliationes, & limitationes ad dictam Auth. ultrà citatos Boss. *de dote cap.* 15. *num.* 96. *et seqq. per tot.* De Luc. *in Indic. verb. Dos quoad Fideicommissa.* Brunnemann. *in dict. auth. res quæ* Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 62. *per tot.*

Quòd dos debeat esse congrua, & non excessiva, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 260. *nu.* 13. *et seqq.* ubi pro congruitate præsumenda, *et decis.* 344. ubi quòd plerumque commensuratur ad legitimam *part.* 16. *decis.* 298. *n.* 7. ubi quod moderatè est agendum quousque patitur ratio, & non ad eversionem fideicommissi ultra solitum domus, & honorificentiùs, ac commodiùs nuptui tradantur, cum sufficiat nubere paribus conditionis, *et part.* 17. *decis.* 331. 389. *et* 390. *in eadem causa.* De Luc. *de Dot. disc.* 145. *num.* 88. *et disc.* 43. *num.* 4. Hodiern. ad Surd. *decis.* 62. *n.* 101. *et seqq.*

Cui incumbat onus probandi non extare alia bona, Cabal. *cons. decis.* 11. *per tot.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 361. *num.* 8. ubi quod emptor volens se tueri ex causa dotis tenetur ipse probare non extitisse alia bona, licèt possideat, quando bona non fuerunt vendita ad effectum constituendi dotem, sed alia de causa, quia non succedit in locum dotis ex pretio solutæ, quando fuit liberè solutum sine conditione implicandi in dotem, de qua materia Beltram. ad Ludovis. *decis.* 266. Bich. *decis.* 304. *et* 310. & Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 260. De Luc. *dict. disc.* 145. *n.* 84. *et disc.* 7. *et* 41.

An dispositio dictæ Auth. procedat tàm in fideicommisso universali, quàm particulari, adde Bich. *decis.* 251. *nu.* 20. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 260. *num.* 1. & *seqq.* ubi quod procedit etiam in fideicommisso particulari, non existentibus bonis liberis, & non obstante speciali alienationis prohibitione, *et part.* 16. *decis.* 207. *num.* 13. & 14. ubi tamen, quod si filia fuerit hæres patris sine beneficio inventarii censetur de dote, & aliis detractionibus plenè satisfacta, & tenetur integrè solvere legata, & de jure novo restituere fideicommissa particularia, per text. *in l. final.* §. *Si verò, C. de jur. delib.* & §. *Si verò non fecerit, Auth. de hæred. falcid.* cum aliis ibi citatis. De Luc. *disc.* 145. 8. & 44. *num.* 8. & 12. Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 62. *n.* 108.

Intellige omnia prædicta pro restitutione dotis, dummodò creditum dotis sit omninò liquidum, ac adeò certum, ut nullo modo controverti possit, etiam in quantitate, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 14. *n.* 4. *et seqq.* & de tota materia *dictæ Auth. res quæ*, plenè Boss. *de dote cap.* 15. *num.* 97. *et seqq. per tot.*

Plura de interpretatione *d. Auth. res quæ*, *Com. de legat.* & sic quando bona fideicommissaria possint pro dote constituenda, vel restituenda alienari, vel non & quomodo, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 1. *part.* 2. *fol* 18. *etc.* Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 94. *et seqq.* Mans. *cons.* 234. *et* 235. *per tot. lib.* 3. De Luc. Hodiern. & Brunnemann. *ubi supra.*

Intellige ut dixi quando agitur de fideicommisso facto à patre, vel aliis ascendentibus, secus si ab extraneo, Jas. in *d. Auth. res quæ num.* 12. *et* 32. ubi etiam Bart. *num.* 4. Menoch. *d. præsumpt.* 189 *num.* 39. Michalot. *de fratr. part.* 3. *cap.* 33. *n.* 13. *et* 14. Merlin. *decis.* 657. *num.* 3. Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 173. *num.* 1.

Quòd imò favore dotis semper possint alienari, quamvis agatur de fideicommisso ordinato à matre, vel transversalibus, si tales sint, qui si viverent dotare tenerentur, Gratian. *discept. forens. cap.* 65. *nu.* 8. & *cap.* 331. *per tot.* Menoch. *d. præsumpt.* 189. *n.* 26. & *seqq.* Franch. *decis.* 241. ubi refert opiniones, & partes concordasse. Add. de Franch. *cit. dec.* Vide Hodiern. & Brunnemann. *loc. cit.*

Contrarium autem nempè dispositionem *d. Auth. res quæ*, non extendi ad fideicommissa transversalium (quicquid in matre videatur admittere) latè probat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 432. *num.* 2. & *seqq. per tot.* ubi reprobat contrarium tenentes; licèt ut verum fatear mihi placeat prima opinio cum dicto moderamine, si transversales tales sint, qui si viverent tenerentur dotare, nec in istis terminis fortè Rot. dissentiret, imò videtur convenire *part.* 11. *recent. decis.* 173. & *decis.* 252. Vide Hodiern. & Brunnemann. *loc. adduct.*

Quòd possint ut supra alienari, amplia etiam pro dote descendentis illegitimæ, Fusar. *de substitut. quæst.* 531. *nu.* 13. &c. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 42. *num.* 57. Rot. in Romana dotis 11. Decembris 1634. coram Merlino, penès Zacch. *quæst. Medic. legal. tom.* 2. *decis.* 69. *num.* 18. inter impressas ejusdem Merlin. *decis.* 658. *nu.* 21. &c. & idem Merlin. *decis.* 671. *per tot. part.* 14. *recent. decis.* 39. *num.* 16. De Luc. *de Dot. disc.* 145. *num.* 24. *disc.* 39. *num.* 2.

Item amplia pro dote augendâ juxta temporum qualitatem, Gratian. *decis.* 19. *per tot.* De Luc. & Scopp. ad Gratian. *loc. cit.* Brunnemann. *in dict. auth. res quæ sub n.* 6. Hodiern. *loc. cit. n.* 65.

Item amplia, ut dictum privilegium transeat etiam ad hæredes mulieris agentes pro restitutione dotis, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 40. *num.* 10. *etc.* ubi tamen intelligit pro prima dotis restitutione, & vide ibidem, *et part.* 14. *decis.* 411. *num.* 16. *et* 17. ubi quod filius non potest dotem matris defunctæ ex fideicommisso detrahere, quia non est amplius dos, sed ejus patrimonium, & dicta Auth. non procedit extincto titulo dotis.

Item amplia etiam pro matrimonio spirituali, idem Gratian. *discept. forens. cap.* 533. *nu.* 22. Merlin. *decis.* 658. *nu.* 22. & *decis.* 671. *num.* 10. &c. Et sic pro ingressu religionis, quamvis essent restituenda pio loco, vel expressè prohibita alienari, Bart. & Jas. *in d. Auth. res quæ*, Rot. in Romana dotis 14. Martii 1635. coram Merlino *in noviss. part.* 7. *decis.* 30. *num.* 14. &c. ubi ampliat quamvis essemus in spuria, & vide Menoch. *d. præsump.* 189. *num.* 89. & *seqq.* & *num.* 120. & *seqq.* Merlin. *decis.* 658. *n.* 22. & *seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 451. *num.* 16. De Luc. *de dot. cit. disc.* 145. *num.* 28.

Item amplia quamvis prædicta bona essent specialiter prohibita alienari pro dote, nam adhuc favore dotis alienari possunt, quia sicuti si fideicommittens ipse viveret cogi posset dotare, ita nec prohibere valuit, Jas. *in d. Auth. res quæ num.* 24. & 25. Peregr. *decis.* 96. *num.* 1. & 2. & *tractat. de fideicommiss. art.* 42. *num.* 6. Surd. *decis.* 62. *per tot.* Michalot. *de fratr. part.* 3. *cap.* 33. *nu.* 11. & 12. Rot. in d. Romana dotis 14. Martii 1635. *nu.* 17. Mart. Medic. *dec. Senens. exam.* 3. *num.* 96. & *num.* 106. & *seqq.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 351. *n.* 1. Sperel. *decis.* 165. *n.* 17. *et num.* 24. *et seqq.* ubi ampliat etiam si agetur de fideicommisso cum dicta expressa prohibitione ordinato in contractu inter vivos, cùm inter contractum, & testamentum nulla in hoc sit considerabilis differentia, quicquid alii eam constituere satagant, idem Sperel. *decis.* 62. *per tot.* Merlin. *decis.* 657. & *decis.* 671. *num.* 16. & *seqq.* & *decis.* 884. ubi latè probat, & de veriori testatur posse alienari non ostante quacunque prohibitione Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 312. *nu.* 6. & *part.* 9. *decis.* 55. *num.* 6. intelligendo ubi alia non adsunt bona sub prohibitione non comprehensa, nam si alia supersint bona, non possunt dotes de prohibitis detrahi, Covar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. Seraph. *decis.* 447. *num.* 1. Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 47. *num.* 10. *et part.* 10. *decis.* 363. *num.* 35. De Luc. *dict. disc.* 145. *n.* 18. & *disc.* 40. *num.* 2. Brunnemann. *in dict auth. res quæ n.* 6.

Item nec quando mulier sciens convenit de pecuniis investiendis pro ejus cautione, vel si possit satisfieri ex fructibus, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 142. *num.* 4. & 7. *part.* 13. *decis.* 220. ubi vide *part.* 14. *decis.* 451.

Contra prædicta videtur verius, quòd pater relinquendo filio legitimam, possit omnia alia sua bona, cui voluerit relinquere, Surd. *decis.* 316. *num.* 13. &c. quem refert, & sequi videtur Merlin. *decis.* 265. *num.* 10. facit Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 40. *nu.* 54. &c. ubi quod aliàs esset in potestate descendentium alienare bona libera, & deindè sub prætextu dotium evertere fideicommissum, loquitur tamen in aliis terminis, vide DD. ibi citatos. Faciunt tradita per Hodiern. ad Surd. *cit. decis.* 62. *à num.* 43.

Quòd stante Principis prohibitione, qui potest legibus derogare, non possit dos detrahi ex fideicommisso, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 318. *num.* 47. *etc.*

Cogita in præmissis, & vide supracitatos Doctores, ac decisiones, quibus adde Gratian. *discept.* 832. *num.* 42. Menoch. *d. præsump.* 189. *n.* 96. & *seq. ad* 120. ubi nititur opiniones concordare, Fachin. *contr. jur. lib.* 4. *cap.* 48. Covar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 10. Paul. Christin. *dec.* 42. *nu.* 3. *vol.* 4. qui omnes primam sequuntur opinionem, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 69. *n.* 16. &c.

Quòd dos possit ex fideicommisso deduci etiamsi hæres dissipaverit detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, Marescot. *var. resol. lib.* 2. *c.* 69. *num.* 22. Fusar. *de substit. quæst* 351. *n.* 258. Seraph. *dec.* 68. *in fine*, Merlin. *dec.* 6. 7. *num.* 18. *vide in* §. *Mulier num.* 10. Martha *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 21. *artic.* 17. *nu.* 83. &c. Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 62. *n.* 48. & 77.

Item amplia pro constituenda dote Ecclesiæ, vide Lambert. *de jurepatron. lib.* 1. *quæst.* 5. *art.* 8. *n.* 24. Bart. *in l. si locus, ff. de relig. dom.* Fusar. *de substitut. quæst.* 531. *n.* 31.

Item amplia etiam si mulier esset sterilis, Jas. *in d. Auth. res quæ num.* 32. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 11. & *seqq.* Fusar. *d. q.* 531. *num.* 29.

Quid si jam esset nupta, vide Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 189. *num.* 52. & *seqq.* Fusar. *d. quæst.* 531. *n.* 17. &c.

Quid si filia dotanda haberet bona materna, vel alia adventitia, vide Fusar. *d. quæst.* 531. *n.* 144. & *seqq.* & *consil.* 7. *per tot.* Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 358. *n.* 9. & 10. ubi videtur firmare, ut sit locus *d. Auth. res quæ.*

Plures alias ampliationes, & limitationes, vide per Jas. & alios *in d. Auth. res quæ*, Fusar. *de substitut. quæst.* 531. *et* 532. *per tot.* Soccin. *reg.* 26. *per tot.* Tusch. *litt. F. concl.* 284. *per tot.* vide De Luc. *in Indic. Verb. dos quoad fideicommissa*. Hodiern. ad Surd. *d. decis.* 62. Brunnemann. *in dict. auth. res quæ.*

Quod dispositio *d. auth. res quæ*, procedat non tantum pro dote, sed etiam pro acconcio, donatione propter nuptias, aliisque sumptibus nuptialibus tanquam appendiciis, & connexis dotis, & pro nuptiis spiritualibus, expensis illarum occasione necessariis, intelligendo semper in subsidium, Rot. *par.* 10. *rec. decis.* 273. *per tot. et decis.* 311. *n.* 10. ubi de acconcio, de quo etiam *par.* 11. *decis.* 41. *nu.* 8. *etc. par.* 14. *decis.* 411. *n.* 18. Sanfelic. *decis.* 199. De Luc. *de Dot. disc.* 145. *per tot.* Hodiern. *loc. cit.* Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *par.* 3. *quæst.* 33. *n.* 102. et 184. *tom.* 5.

Debet tamen constare pecuniam cessisse in causam dotium, Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 363. *nu.* 36. *etc.* Gratian. *discept. forens. cap.* 570. *n.* 14. *etc. et decis.* 182. *n.* 5. *etc.*

Nec sufficit confessio de dote recepta ad effectum illam recuperandi ex bonis fideicommissariis, ut dixi *in* §. *Confessio num* 11. nisi sit bene conjecturis adminiculata, de quibus ibidem.

Item inter alia præcipuè requiritur, ut dos sit congruè constituta, & non excessiva; præsumptio tamen stat pro congruitate, & qui dicit contrarium tenetur probare, & quibus attentis dicatur congrua, latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 150. *per tot.* dixi *in* §. *Dos nu.* 20. Rot. *dict. par.* 9. *decis.* 438. *nu.* 23. *et seqq.* ubi contra.

Cui autem incumbat onus probandi non extare alia bona, vide Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 26. Gratian. *discept. forens. cap.* 331. *nu.* 22. *cap.* 570. *nu.* 19. *et cap.* 832. *num.* 45. plene Paul. Rub. *in Annot. ad d. decis.* 150. *par.* 9. *recent.* ubi videtur concludere, quod si mulier petat sibi dotem constitui tenetur illa probare; si verò fuit jam dotata, & fideicommissarius asserat alia extitisse bona, tunc ipse probare debet, & sic unusquisque fundamentum suæ intentionis, & allegationis, & ita distinguit Rot. *part.* 8. *recent. decis.* 52. *num.* 10. *et par.* 13. *decis.* 332. *n.* 11. *et dec.* 351. *n.* 3. *par.* 14. *decis.* 441. *n.* 7. ubi quod incumbit mulieri quando non possidet, Martha *vot. Pis.* 4. *per tot.* Carol. Anton. De Luc. ad De Franch. *dec.* 245. *in fin.*

Quod tale onus incumbat alleganti, videtur probare Magon. *decis. Flor.* 19. *n.* 9. Franch. *decis.* 241. Merlin. *decis.* 657. *n.* 9. &c. *decis.* 900. *num.* 1. &c. ubi quod incumbit fideicommissario, quando hæres fecit inventarium, aliàs autem ipsi hæredi, vide Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 351. *n.* 3. & *seqq.* ubi etiam quòd si bona libera non adsint ex culpa, & facto petentis, creditor ex causa dotis excluditur à remedio *d. Auth. res quæ* Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Quod asserens extare alia bona, ex quibus dos constitui possit, probare debeat, Menoch. *lib.* 4. *presumpt.* 189. *sub n.* 9. Gratian. *d. c.* 832. *nu.* 45. Mart. Medic. *d. exam.* 3. *n.* 96. Sperel. *decis.* 165. *n.* 153. ubi de veriori Merlin. *loc. cit.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 55. *num.* 8. vide latè Paul. Rub. *in Annot. ad d. decis.* 150. *d. par.* 9. *recent.* ubi distinguit, ut supra dixi Rot. *par.* 9. *decis.* 438. *n.* 36. &c. *decis.* 451. *num.* 19. ubi quod præsumitur favore possidentis, nisi ex adverso probetur, & *part.* 10. *dec.* 33. *per tot.* ubi quod si mulier possideat, onus probandi extare alia bona libera spectat ad fideicommissarios excipientes de aliis bonis & *eadem part.* 10. *decis.* 187. *n.* 22. & *decis.* 242. *per tot. par.* 12. *decis.* 48. *nu.* 8. &c.

An possint alienari pro fructibus, vel interesse dotis, vide Gratian. *discept.* 43. *num.* 28 Franch. *decis.* 613. Seraph. *decis.* 481. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 42. *n.* 96. Fusar. *de substitut. quæst.* 531. *n.* 43. Mart. Medic. *d. exam* 2. *nu.* 98. ubi quod non, Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 39. ubi quod mulier potest agere contra bona fideicommissaria non tantùm pro sorte dotis, sed etiam pro fructibus ita tamen, ut non ex proprietate, sed ex fructibus detrahatur, & *eadem par.* 10. *decis.* 130. *num.* 10. & *par.* 12. *dec.* 359. *per tot.* & *par.* 13. *decis.* 25. ubi etiam quod datur hypotheca, & *d. par.* 13. *decis.* 424. *n.* 1. &c. Hodiern. ad Surd. *dec.* 62. *n.* 16. & 110.

An super illis possit census imponi ex causa dotis, Gratian. *discept.* 43. *nu.* 27. & *seqq.* Cens. *de censib. quæst.* 19. *n.* 32. &c. Duard. *eod. tract.* §. 1. *quæst.* 7. *nu.* 33. Cocc. *decis.* 244. *num.* 3. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 187. *nu.* 21. ubi quod sic, & latiùs *d. par.* 10. *decis.* 242. ubi etiam cui incumbat onus probandi non adesse bona libera, quando dos præsumatur congrua, & pecuniæ dicantur versæ in causam dotis, De Luc. *de Dot. disc.* 145. *n.* 41.

Quod dispositio *d. Auth. res quæ*, quæ procedat non tantùm in fideicommissis, sed etiam in Primogenituris, & majoratibus, sive in testamento, sive per contractus inter vivos ordinatis, Marcian. *disp.* 94. *n.* 11. &c. Sperel. *dec.* 165. *n.* 20. & *seqq. per tot.* Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 213. *per tot.* De Luc. *cit. disc.* 145. *n.* 6. & 7. Et possunt alienari etiam Jurisdictionalia Rot. *recent. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 553. *n.* 17. Et quid de Feudis, vide Brunnemann. *in d. auth. res quæ.*

Item procedit etiam in fideicommissis particularibus, Bald. Castr. & Jas. *in d. Aut. res quæ*, Peregrin. *de fideicommiss. art.* 42. *nu.* 54. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 312. *nu.* 30. & *part.* 9. *decis.* 399. *nu.* 28. & *par.* 13. *decis.* 220. Et quando secus eadem Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 41. *n.* 36. &c. Hodiern. ad Surd. *d. decis.* 62. *n.* 108.

Item procedit in fideicommissis inductis in contractibus, & donationibus, cùm militent eædem rationes, de quibus Fontanel. *in* 2. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 1. *par.* 2. *per tot.* & *decis.* 364. *nu.* 10. De Luc. *cit. disc.* 145. *n.* 13. & 45. *à nu.* 7.

Quòd ubi non adsunt bona libera debitoris, dispositio *d. Aut.* indistinctè procedat tam in fideicommisso universali, quàm particulari, & nulla facta discussione bonorum fideicommissi universalis, Jas. *in d. Aut. n.* 32. Fusar. *de substitut. quæst.* 471. *n.* 58. Rot. *d. decis.* 312. *n.* 30. & *seqq. part.* 6. *recent.* & *par.* 10.

decis.

deciſ. 266. n. 4. & ſeqq. par. 13. deciſ. 220. per tot.

Si tamen mulier poſitivè conſenſerit alienationi bonorum liberorum, non poteſt ſe voluere ad fideicommiſſaria, nec quando adſunt libera, etiam mobilia, vel ſe moventia, Rot. par. 13. recent. dec. 303. n. 17. & 18. & deciſ. 304. n. 16. & 17. par. 4. deciſ. 200.

An autem in dictis alienationibus ex cauſa dotis requiritur judicis decretum, & aliæ ſolemnitates, ſi agatur de bonis minorum, vide contrarias opiniones relatas per Grat. deciſ. 182. n. 3. & 4.

An ſit recurrendum ad judicem pro obtinenda dicta alienatione, vel poſſit gravatus ex ſe alienare, & alia, Peregrin. dec. 96. per tot. Rot. part. 9. recent. ubi videtur firmare, quod mulier poſſit ex ſe dotem ſibi conſtituere vigore Auth. res quæ deciſ. 55. per tot. & deciſ. 150. per tot. d. part. 9. deciſ. 438. n. 32. &c. ead. part. 9. vide in §. Princeps n. 6.

Quod ſtante paupertate etiam probata per famam poſſint alienari pro dote, & ſuſtentatione, intelligendo de tali paupere, qui aliundè vitam degere non valeat, vide Magon. deciſ. Flor. 50. num. 23. & ſeqq. latè Rot. par. 12. recent. deciſ. 412. inf. n. 22.

Qualiter poſſint cedi ſaltem reſpectu commoditatis, vide in §. Prohibitio.

Quod mulieri non competat dictum remedium ſubſidiarium ſuper bonis fideicommiſſariis, ubi poteſt aliundè congruam habere dotem, vel eſt dives per ſe, quicquid nonnulli contrarium ſenſerint, vide latè Paul. Rub. in Annot. ad deciſ. 150. par. 9. recent. num. 12. & ſeqq.

Et idem eſt ſi teſtator in conſtitutione fideicommiſſi mandavit fœminas dotari, nam intelligitur juxta diſpoſitionem juris, & ſic in ſubſidium quatenus aliundè dotari non poſſint, Rot. par. 9. recent. deciſ. 261. n. 10. &c. Addit. ad Gregor. deciſ. 543. num. 5. Rot. part. 10. recent. deciſ. 125. per tot. & part. 11. deciſ. 93. n. 10.

Non tenetur tamen mulier pro recuperatione ſuæ dotis excutere bona libera, quando ſunt debitis, & litibus involuta, & intricata, ſed poteſt agere contra bona fideicommiſſaria, Rot. part. 10. recent. deciſ. 39. n. 1. &c. Merlin. dec. 683. Rot. d. part. 10. dec. 230. nn. 8. & 9. part. 12. deciſ. 47. par. 14. deciſ. 39. num. 17.

Nec tenetur agere contra tertios poſſeſſores, Rot. d. par. 10. deciſ. 292. n. 12. De Luc. de Dot. diſc. 145. n. 56. & 57.

Bona fideicommiſſaria data in dotem ex diſpoſitione dictæ auth. res quæ, remanent libera ab onere fideicommiſſi Emerix ſen. deciſ. 112. nn. 12.

Diſpoſitio dictæ authent. habet locum etiam in apparatibus mulieris, & feſtivitatibus fieri ſolitis Hodiern. ad Surd. deciſ. 62. n. 112. & 113.

An dict. auth. procedat pro dote filiæ ſpuriæ, vel filiæ, ſpiritualis, vide Altimar. de Nullit. rubr. 1. part. 3. quæſt. 35. n. 310. & 336. tom. 5.

Quod poſſit executivè agere ſtante obligatione Camerali, Rot. par. 12. rec. deciſ. 47. n. 5. &c. & dec. 48. per tot. in eadem cauſa ubi etiam quod non poteſt dici adeſſe alia bona libera, ſi debitis, vel litibus ſint involuta, & par. 13. deciſ. 220. ubi quod eſt in ſua electione, nec tenetur agere contra fidejuſſores.

22 Bona ſubjecta fideicommiſſo poſſunt alienari pro alimentis, & pro redemptione filii capti ab hoſtibus, vel à latronibus, Bart. in d. Auth. res quæ, C. comm. de legat. n. 9. ubi dubitat quid dicendum pro redemptione vitæ, vel membri, filii condemnati ex delicto, & cùm ſit in culpa videtur ſentire, quod non poſſint alienari, vide Additionem, & Jaſ. ibidem n. 20. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 108. n. 18. 30. & ſeqq. Menoch. de arbitr. caſ. 182. n. 36. et ſeqq. ad 66. Fuſar. quæſt. 534. Surd. de alim. tit. 8. privileg. 19. per tot. Giazarell. deciſ. 4. n. 86. et ſeqq. & n. 21. in Addit. ubi pro negativa, Calvin. de æquit. lib. 1. c. 90. per tot. Rot. par. 17. rec. dec. 317. n. 21. & ſeqq. ubi pro deſcendentibus tantùm, & non pro tranſverſalibus, licèt vocatis, & gravatis. Menoch. libr. 4. præſum. 91. et 92. Facit Rot. recent. part. 19. tom. 2. deciſ. 598. n. 2.

Quod poſſint alienari pro alimentis neceſſariis, intellige quando ſumus in deſcendentibus teſtatoris, non autem in extraneis, Seraphin. deciſ. 925. nn. 2. latè Rot. in Fulginaten. alimentorum 26. Jannarii 1632. coram Coccino in recent. par. 12. deciſ. 412. ubi qualiter in ſubſidium poſſint ex cauſa alimentorum, ſicut & dotis alienari ad favorem deſcendentium non obſtante quacunque teſtatoris prohibitione, et par. 14. deciſ. 87. per tot.

Quod ſi filius malè conſumpſerit legitimam, & Trebellianicam, vide Menoch. lib. 4. præſumpt. 191. per tot. Surd. de privil. 19. n. 7.

De alienatione ex cauſa alimentorum, latè Grat. diſcept. 832. n. 31. etc. Paul. Chriſtin. dec. 47. nn. 6. volum. 4. Surd. d. privil. 19. per tot. Fuſar. quæſt. 536. Rot. par. 13. recent. deciſ. 118. n. 6.

De alienatione ex cauſa neceſſitatis multa idem Gratian. diſcept. 931. per tot. Menoch. de arbitr. caſ. 182. per tot. Marc. Medic. deciſ. Senenſ. exam. 3. n. 79. et ſeqq. et n. 104. et ſeqq. per tot. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 535. per tot. cum aliquib. ſeqq. Vide Molin. de Primog. lib. 4. cap. 9. n. 28.

Quod poſſint alienari pro redemptione capti in bello, ſive à Barbaris, ſive à Chriſtianis, Grat. diſcept. 801. n. 48. Menoch. lib. 4. præſumpt. 192. per tot. ubi etiam quid in carcerato ex cauſa æris alieni, vel delicti, Soccin. reg. 57. limit. 6. et 7. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 535. per tot.

Bona ſubjecta fideicommiſſo poſſunt alienari pro ſolutione æris alieni contracti à teſtatore gravante, non verò pro debitis hæredis gravati, Surd. deciſ. 62. n. 20. &c. Buratt. deciſ. 946. n. 22. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 541. & ſequentibus, Rot. part. 10. recent. dec. 273. n. 8. part. 13. deciſ. 320. & deciſ. 426. ubi quod idem eſt pro debitis contractis occaſione negotii poſt mortem teſtatoris de illius ordine continuati, ac ſi ipſe contraxiſſet Gratian. diſcept. 832. num. 28. & 29. cap. 860. n. 1. &c. ubi extendit pro impenſa funeris, & pro legatis, Paul. Chriſtin. deciſ. 42. num. 4. vol. 4. Merlin. deciſ. 397. & deciſ. 459. ubi quod poſſunt alienari etiam in majori ſumma, quando id expedit ratione culturæ, vel alia de cauſa, & tunc reſiduum pretii debet reinveſtiri pro cautione emptoris, & fideicommiſſi, Rot. part. 17. recent. deciſ. 169. nn. 31. & ſeqq. ubi quod poſſint alienari pro debitis contractis in negotiatione inita, vel continuata de ordine teſtatoris, quod tamen non procedit quando negotiatio fuit diverſa, & de novo per hæredes contracta, & latè ex quibus arguatur dicta diverſitas, ita ut debita reputentur propria hæredum tanquam novæ rationis, & non poſſint pro illis ſolvendis bona fideicommiſſaria in everſionem fideicommiſſi obligari neque alienari, etiamſi per teſtatorem fuerit ordinata continuatio negotii. Vide in §. Mercator nu. 21. & §. Societas n. 41. verſ. 1. Rot. part. 18. recent. deciſ. 375. ubi quando alienatio ſit nulla, etiam pro debito teſtatoris ob non urgentiam creditorum, ſi fuerit alienata res magni valoris pro modico debito, & reſiduum non inveſtitum, Bich. deciſ. 454. ubi quando non ſuſtineatur alienatio, Rot. par 17. recent. deciſ. 38. num. 2. & ſeqq. ubi pro validitate alienationis, etiamſi pluris valeant, dummodò illud plus reſtituatur, et deciſ. 287. per tot. ubi pro nullitate, ex quo prædium erat diviſibile, & reſiduum non fuit inveſtitum pro fideicommiſſo. Vide Emerix ſen. deciſ. 23. n. 3. Rot. recent. part. 19. tom. 2. deciſ. 442. n. 12. & in Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. libr. 10. dec. 29. n. 13. vol. 3. & coram Caprar. deciſ. 550. n. 3. part. 2.

Quòd ſtante diviſibilitate bonorum, quæ datur in prædiis ruſticis, quicquid ſit in Urbanis, ſi fuerint alienata pro parvo debito in majori ſumma poſſint à fideicommiſſario in totum revocari; & data indiviſibilitate, ut emptor ſit ſecurus debeat reliquum inveſtiri cum expreſſa ſubrogatione pro fideicommiſſo, Rot. par. 17. recent. deciſ. 361. in eadem cauſa.

Quòd bona fideicommiſſaria poſſint alienari pro ſolvendo ære alieno teſtatoris intellige in ſubſidium, Bich. deciſ. 157. num. 6. & ſeqq. ubi etiam quòd debet probari aliundè quam ex partium aſſertione, & creditores urgere, & deciſ. 454. Rot. par. 15. recent. deciſ. 12. ubi quando non poſſint alienari, & deciſ. 310. in eadem cauſa, ubi fuit confirmata prima deciſio, ut non poſſint alienari quando in hæreditate adſtant pecuniæ, mobilia, & alia pro ſolutione ſufficientia,

tia, *& part. 17. decis.* 364. ubi quæ requirantur, ut bona fideicommissi particularis, vel etiam universalis alienari possint pro debitis fideicommittentis, *& part. 18. decis.* 332.

An autem emptor debeat esse solicitus de versione in dictam causam, Rot. *part. 9. recent decis.* 465. *n.* 22. *Gc.* & alibi, ut dixi in §. *Emptor. n.* 48. Jo: De Amic. *cons.* 42. *num.* 15. *&* 17.

An pro necessitate reparandi alia bona, vel pro similibus necessitatibus, & qualis debeat esse necessitas, Menoch. *de Arbitr. cas.* 182. *per tot.* Magon. *decis. Luc.* 33. *n.* 8. *& seqq.* Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 307. *num.* 9. *& seqq. & decis.* 310. *n.* 9.

Quid si essent sterilia, aut talia, quæ servando servari non possent. Soccin. *reg.* 57. *limit.* 2. Fusar. *de substit. quæst.* 544. *per tot.*

Prædictam conclusionem intellige in fideicommisso universali, & quando non extant alia bona libera, ex quibus æs alienum testatoris solvi possit, aliàs autem secus, Peregrin. *de fideicommiss. art.* 40. *n.* 22. Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 362. *num.* 10. *& n.* 11. *& part.* 11. *decis.* 226. *& decis.* 249. *nu.* 29. *Gc. & part.* 12. *decis.* 307. *num.* 3. Fusar. *de substit. quæst.* 541. *nu.* 19. Cephal. *cons.* 320. *num.* 27. *& cons.* 634. *num* 4.

Item videtur intelligenda pro debitis hypothecam habentibus, secus autem pro debitis simplicibus chirographariis stante prohibitione alienandi, ad Seraphin. *decis.* 504.

24 Bona subjecta fideicommisso non possunt alienari pro impensis militiæ, studii, vel Doctoratus, quia ad hujusmodi functiones non potuissent cogi fideicommittentes, Jas. *in d. Auth. res quæ, C. com de legat. nu.* 33. Peregr. *de fideicom. art.* 41. *n.* 93.

Contrarium videtur probare Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 391. *n.* 12. *& seqq.* facit quod dixi in §. *Pater*, & in mea Pract. §. *Padre num.* 10. Fusar. *de substitut. quæst.* 540.

Quia par est causa studii, imò favorabilior ipsis dotibus, Bart. *in l. 1. ff. solut. matr.* Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 349. ubi tamen loquitur in diversis terminis.

An, & quando fideicommissum possit alienari, vel non, latissimè Tusch. *lit. F. concl.* 283. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 48. *per tot. volum.* 4. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 310. ubi quòd concurrente duplici prohibitione, nempe legis, & hominis, alienatio nunquam est permissa etiam in casibus aliàs licitis. De Luc. *in Indice verb. Alienatio bonorum fideicom.*

25 Bona subjecta fideicommisso, quæ in casibus permissis fuerunt alienata, si recuperentur non intelliguntur perpetuò exempta à nexu, & gravamine fideicommissi; sed omne id quod reperitur in hæreditate post mortem gravati venit restituendum fideicommissario Bart. *in Auth. res quæ n.* 8. ubi etiam Jas. Rip. Castr. & alii, *Cod. comm. de legat.* Cravett. *consil.* 202. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 42. *n.* 22. vide latè Menoch. *libr.* 4. *præsumpt.* 189. *nu.* 187. *& seqq. per tot.* Mangil. *de imput. quæst.* 16. *n.* 20. *& seqq.* Mart. Medic. *decis. Senens. Exam.* 3. *n.* 100. Urceol. *Consult. forens. cap.* 6. *nu.* 8. *& seqq. ad* 19. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *c.* 69. *n.* 34. *Gc.* ubi intelligit dummodò non vivat filia, nec filii ex ea existant, Boss. *de dote cap.* 15. *nu.* 248. *& seqq.* Rot. *par.* 1. *select. per Farinac. dec.* 209. *& par.* 15. *recent. decis.* 260. *n.* 3. *& seqq.* ubi pro totali bonorum liberatione pluribus citatis, & de veriori opinione, *& part.* 17. *decis.* 60. *n.* 6. *& seqq.* ubi pro liberatione, & quando contraria procedunt, *& dec.* 256. ubi quando remaneant fideicommissaria, *& part.* 18. *dec.* 382. *per tot. & par.* 39. *dec.* 61. ubi quòd remanent libera, si dos sit congrua, secus si incongrua.

Quòd bona semel pro dote ex fideicommisso distracta ex juris remedio semper remaneant libera, nec possint recuperari etiam oblata pecunia dotali, Merlin. *dec.* 656. *n.* 23. *& seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 461. *n.* 5. *part.* 10. *dec.* 273. *n.* 7. *& part.* 13. *dec.* 351. *n.* 2. *& dec.* 418. *n.* 1. *& part.* 14. *dec.* 451. *n.* 1. *Gc.* Peregrin. *dec.* 96. *n.* 1. *Gc.* ubi latè an possint à fideicommissario restituto pretio vindicari, & recuperari, Rot. *rec. p.* 1. *dec.* 209. *n.* 3. Vide Rot. coram Emerix sen. *decis.* 112. *n.* 12.

Quando autem hujusmodi bona in dotem data transeant cum sua causa, & onere fideicommissi, ita ut purificato fideicommisso possit per fideicommissarios revocari, ut quia fuerit assignata extra casum subsidii, *d. Auth.* & alia latè Rot. *part. 9. recent. decis.* 271. *per tot.* facit quod dixi in §. *Lucrum num.* 7.

Et an supervenientibus postea bonis liberis debeat reintegrari fideicommissum, Peregr. *d. art.* 42. *nu.* 70. Fusar. *de substit. quæst.* 531. *nu.* 53. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 355. *num.* 11. *etc.*

Bona subjecta fideicommisso possunt alienari quandocunque in ea portione, quam capit legitima, & trebellianica, ita ut emptor non possit molestari, & quid si essemus in hærede extraneo gravato, in quo cadit consideratio, an perceperit tot fructus, qui adæquent trebellianicam, vide in §. *Exceptio, & §. Gravatus*, Peregrin. *de fideicommiss. art.* 39. Fusar. *de substit. q.* 543. *per tot.* 26

Nisi legitima fuerit jam à patre vivente assignata, Duran. *decis.* 271. *num.* 6.

Bona subjecta fideicommisso possunt permutari cum aliis utilioribus, aut magis commodis, nisi præcisè testator prohibuerit alienationem cum verbis prægnantibus, quia tunc non est licita hujusmodi permutatio, vide de Pereg. *de fideicommiss. art.* 40. *num.* 32. *Gc.* Petr. *eod. tract. quæst.* 8. *num.* 528. Duran. *decis.* 271. *num.* 3. *&* 5. *dixi in §. Prohibitio*, Fusar. *de substit. quæst.* 530. *per tot.* vide Deluc. *de fideicom. disc.* 157. *n.* 7. *et* 8. Vide Dominum meum Advocatum Cabrun. *lucub.* 17. 27

Et quòd bona subrogata eidem subiiciantur fideicommisso, Cavaler. *decis.* 128. *num.* 4. latè Merlin. *decis.* 428. *per tot. vide in §. Subrogatio.* Vide Rot. coram Caprar. *decis.* 100. *n.* 5. *part.* 1.

Quando dicatur facta subrogatio in locum fideicommissi, & quid operetur, latè Tusc. *litt. S, concl.* 758. *per tot.* Merlin. *d. decis.* 428. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 44. *num.* 28. *Gc.* Fusar. *de substit. quæst.* 636. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 43. *num.* 11. *& seqq. & decis.* 308. ubi de re empta ex pecunia census extincti, *& part.* 53. *decis.* 66. *num.* 2. *& seqq. & part.* 14. *decis.* 217. *nu.* 6. *etc.* Facit Rot. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 9. *decis.* 9. *n.* 1. *vol.* 1.

Bona subiecta fideicommisso qualiter possint alienari ab ultimo possessore, quando scilicet non superest alius, cui sint restituenda, Altograd. *consil.* 96. *num.* 52. *lib.* 1. *vide in §. Fideicommissum num.* 48. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 251. Rot. in Mantiss. ad ornatum Card. De Luc. *libr.* 10. *decis.* 6. *n.* 14. *vol.* 4. & in recollect. per Palm. nepot. *decis.* 90. *n.* 70. *vol.* 1. 28

Quid operetur licentia alienandi inter ipsos comprehensos, vide in §. *Licentia num.* 5. *etc.*

Qualiter possint alienari de consensu vocatorum, & an consentientes sibi præjudicent in re, vel pretio, Fusar. *de substit. quæst.* 560. *per tot. vide in §. Fideicommissum num.* 42.

Bona fideicommissaria quando non sunt expressè prohibita alienari, possunt alienari durante vita gravati, secus autem stante expressa prohibitione, cum ex ea censeatur inductum aliud fideicommissum in casu alienationis ita ut non expectata morte gravati, possint bona alienata statim vindicari per substitutos, Altograd. *cons.* 69. *num.* 27. *et* 28. *lib.* 2. Mart. Medic. *decis. Ser. Exam.* 3. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 66. *vol.* 6. Grivel *decis.* 77. Fusar. *de substit. quæst.* 554. *per tot.* Vasq. *de success.* §. 28. *num.* 12. Peregrin. *de fideicommis. art.* 14. *num.* 8. *etc. et art.* 40. *n.* 6. *et seq.* Petra *cod. tract. quæst.* 14. *nu.* 309. *et seqq.* Grass. *in §. Fideicommissum quæst.* 56. *num.* 6. *etc.* vide Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 274. ubi etiam si prohibitio non inducat aliud fideicommissum quando sumus in personis vocatis, *et part.* 12. *decis.* 310. *per tot.* vide Deluc. *de fideicom. disc.* 170. *n.* 8. 29

Qualiter bona restitutioni subjecta non possint alienari, & si fuerint alienata possint à substitutis revocari, vel pro restitutione pretii contra alienantes, vel eorum hæredes agi, Paul. Christin. *dec. Belgic.* 78. *per tot. vol.* 1. ubi etiam à quo tempore debeantur fructus, & *decis.* 122. *per tot. d. volum.* 1. Merlin. *decis.* 831. ubi quòd est in electione fideicommissarii agere vel ad bona, vel ad pretium, Urceol. *consult.* 100. *num.* 41. *Gc. volum.* 2. Rot. *par.* 9. *recen. decis.* 402. *per tot. dixi in §. Fideicommissum num.* 46. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 363.

363. *num.* 47. *etc. part.* 11. *decis.* 199. *per tot.* & *decis.* 234. *num.* 4. *etc.* Fusar. *d. quæst.* 554. 558. & 559.

30 Bona subjecta fideicommisso sub aliqua conditione, non veniunt in generali obligatione, illa vero quæ purè sunt subjecta restitutioni nullo modo, nec specialiter, nec generaliter, vel expresse possunt obligari, *l. fin. §. sed quia C. com. de legat.* ubi DD. Neguf. *de pignor. part.* 2. *memb.* 2. *num.* 53. Cavaler. *decis.* 433. Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 1. *vide in §. Gravatus* Fusar. *de substit. quæst.* 703. *num.* 8. *etc.* Seraph. *decis.* 257. *num.* 2. *etc.* Buratt. *decis.* 223. *num.* 7. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 153. *num.* 1. *etc.*

Limita respectu fructuum, Gratian. *discept. forens. cap.* 580. *num.* 18. & *cap.* 996. facit quod dixi supra de bonis emphyteuticis.

Item limita in bonis possessis per Barones, quæ vigore constitutionis Clementis VIII. *Bullar. nov. tom.* 3. in ordine la 41. sunt exempta à vinculis cujuscunque fideicommissi tam ascendentium, quàm transversalium, & extraneorum, favore creditorum, illaque redduntur pro debitis obnoxia, perinde ac si essent libera, & allodialia, Spada *cons.* 19. *per tot. lib.* 1. Buratt. *decis.* 401. *num.* 3. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 331. *per tot. ubi n.* 8. quòd Papa expresse derogavit omnibus investituris, concessionibus, donationibus, fideicommissis, Primogenituris, alienandi prohibitionibus, & pactis de succedendo, & id totum favore creditorum, vide Valenzuel. *cons.* 187.

An autem veniant in universali institutione hæredis, latè Urceol. *consult. forens. cap.* 45. *nu.* 5. & *seqq. per tot.* dixi *in §. Fideicommissum.*

An in confiscatione, dixi in §. *Bannitus nu.* 31. & *alibi*, Fusar. *de substit. quæst.* 529. *per tot.* Marin. *quotid. resol. tom.* 2. *cap.* 18. *per tot.* Molin. *de Primogen. libr.* 4. *cap.* 11.

31 Bona subjecta fideicommisso sive universali, sive particulari stante ignorantia fideicommissi tàm in alienante, quàm in acquirente, possunt validè quocunque titulo alienari, & emptor non potest molestari, sed solùm fideicommissario datur actio ad pretium contra alienantem, vel ejus hæredes juxta dispositionem text. *in l. fin. §. ultim. ff. de legat.* 2. Altograd. *cons.* 68. *num.* 26. *lib.* 1. Magon. *decis. Flor.* 102. *num.* 12. & *seqq. per tot.* ubi multis modis declarat, & videtur velle quod ad hoc ut emptor teneatur in subsidium ad pretium, requiratur in eo doli participatio, facit quod dixi in *§. Pactum*, vide Mart. Medic. *Exam.* 3. *nu.* 10. & *seqq.* Paul. Christin. *decis.* 227. *num.* 12. & *c. vol.* 1. Merlin. *decis.* 831. & *decis.* 844. Urceol. *consult.* 100. *num.* 42. & *c. volum.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 199. *per tot.* Fusar. *de substit. quæst.* 556. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 71. *lib.* 1. & *cons.* 9. *lib.* 2. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 155. *num.* 6. & *decis.* 288. *num.* 6. & *seqq.* ubi quòd gravatus sive ignoranter, sive scienter alienaverit semper tenetur restituere pretium; & licèt fideicommissarius habeat electionem agendi, vel contra alienantem, vel contra bona possidentem, tamen tutiùs, & honestiùs agit contra alienantem ad pretium, quàm contra possidentem ad bonorum recuperationem; & si agatur de censibus extinctis recuperat tantùm sortem, & non fructus, cùm post extinctionem pecunia facta fuerit sterilis, & in aliis etiam non consequitur fructus nisi à die litis motæ, & facit Rot. *part* 15. *recent. decis.* 202. *num.* 8. Vide De Luc. *in summ. de Fideicommiss. n.* 307., & latè Pen. & Crescin. *decis.* 51.

Quòd valeat alienatio facta ab ignorante ignoranti, & solùm supersit actio ad pretium quando sumus in tacita prohibitione legis, secus autem stante expressa prohibitione testatoris, idem Altograd. *cons.* 69. *num.* 30. *lib.* 2. Roland. *cons.* 81. *num.* 17. & *c. vol.* 2. Paol. Christin. *d. decis.* 227. *n.* 13. Ludov. *decis* 229. *num.* 30. vide Deluc. *de alienat. disc.* 57. *num.* 7.

Et qui vindicat rem alienatam per hæredem uti subjectam fideicommisso tenetur probare scientiam alienantis, Alexand. *consil.* 184. *num.* 6. *lib.* 2. *consil.* 3. *num.* 3. *lib.* 3. & *consil.* 186. *nu.* 5. *lib.* 5. cum aliis per Seraphin. *decis.* 916. *num.* 8.

Prædicta tamen non procedunt in fideicommisso puro, vel in diem certam ordinato, sed tantùm in conditionali, nec quando adesset expressa prohibitio de non alienando, nec quando alienans non esset solvendo quoad pretium, quia tunc in subsidium datur vindicatio rei alienatæ etiam stante ignorantia, quæ tamen semper liberaret ab incursu pœnæ in casu alienationis adiectæ, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 656. *num.* 24. & *c.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 49. *n.* 54. & *seqq.* Soccin. *reg.* 17. *limit.* 8. quam quinque modis declarat Cavaler. *decis.* 81. *per tot.* vide Fusar. *de substitut. quæst.* 556. *num.* 25. & *c.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 22. *num.* 15. & *c.* Urceol. *consult.* 100. *num.* 45. *volum.* 2. ubi etiam quod ignorantia non suffragatur si agatur de fideicommisso favore agnationis ordinato, ut bona remaneant in familia, nec stante expressa prohibitione alienandi, sed agi potest directè contra possessores, Rot. *part.* 11. *recent. decis* 199. *per tot.* De Luc. *de Alienat. disc.* 57. *n.* 7., ubi distinguit inter fideicommissum conservatorium, & restitutorium.

Quod etiam data ignorantia utriusque contrahentis, quando sumus in fideicommisso particulari, & non universali, non teneat alienatio facta contra duplicem prohibitionem, vide Magon. *decis. Lucen.* 33. *n.* 23.

Quod ignorantia fideicommissi non suffragetur ad validandam alienationem, ubi fuit promissum de evictione, & bona esse libera, Cavaler. *decis.* 536. *num.* 6. Peregrin. *de Fideicom. art.* 52. *n.* 97.

Et quamvis ut supra videantur posse quandoque bona fideicommissaria stante ignorantia fideicommissi alienari; tamen ubi agitur de expressa prohibitione alienandi, postquam alienans habuit notitiam fideicommissi, non potest velle alienationem sustinere, & emptorem defendere in præjudicium vocatorum, sed tenetur allegando ignorantiam petere restitutionem in integrum adversus hujusmodi alienationem, & quantum in se est curare illam rescindere, aliàs ipsi vocati possunt vindicare hujusmodi bona alienata contra emptores, quia habita dicta notitia sustinendo litem, videtur de novo alienare, & contravenire, nec potest ignorantiam allegare is, qui cùm scivit, non destitit, imò non excusatur à delicto, cùm perseverantia faciat inditium præcedentis animi, pulchrè Cavaler. *decis.* 96. *per tot.* ubi allegat Rot. *part.* 1. *divers. decis.* 22. *per tot.*

Quod ex hujusmodi alienatione contra expressam prohibitionem testatoris, resultent duo effectus, nullitas scilicet alienationis, & incursus pœnæ, ideò posse ex capite nullitatis vindicari bona contra tertios possessores non obstante allegata ignorantia, quæ solùm juvat ad effectum excusandi alienantes à pœna, Cavaler. *in eadem causa decis.* 108. *per tot. dec.* 151. *decis.* 176. & *decis.* 204 *per tot.* in quibus plenè discusso negotio, fuit resolutum, alienantem non esse excusandum, neque restituendum in integrum, stante præsumpta scientia fideicommissi ex multis conjecturis adductis, vel ignorantia affectata, quæ non excusat à pœna, & quin sit factus locus fideicommisso ad favorem vocatorum in casu alienationis.

Quod scienter emens sequuta evictione agat ad pretium, & ignoranter possit ante pretium solutum petere cautionem, ac etiam retinere pro melioramentis, Paul. Christin. *decis.* 48. *num.* 6. *etc. vol.* 4.

Bona fideicommisso subjecta, & posteà ab ipso testatore fideicommittente alienata licèt non veniant comprehensa in fideicommisso, ex eo quod tempore mortis fideicommittentis non reperiantur in illius bonis, ad latè tradita per Rot. cum pluribus citatis *part.* 9. *recent. decis.* 387. *num.* 3. & *seqq.* & dixi *in §. Divisio n.* 11. & 12. Tamen si fuerint alienata cum pacto affrancandi, sive redimendi, & posteà vigore hujusmodi pacti redempta etiam ab hærede post mortem fideicommittentis, veniunt sub fideicommisso, & sunt restituenda, cùm post factam recuperationem, dicantur esse penès hæredem ex prima causa, & facto testatoris, maximè si fuerint redempta ex pecuniis hæreditariis, quamvis idem sit si ex pecuniis hæredum, quibus tantùm hoc casu competeret actio ad pretium Tiraquell. *de retract. convent. ad finem tit. num.* 87. & *seqq.* & *de retract. lignag. §.* 19. *gloss.* 2. *num.* 4. & *c.* Mantic. *de conjectur. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 25. & *c.* cum aliis per Cavaler. *decis.* 58. *per tot.* & *decis.* 70. *per tot. in ead. caus.* ubi confirmatur dicta prima decisio, & iterùm idem Cavaler. *decis.* 90. ubi quod redemptio præsumitur facta de propriis pecuniis hæredum, & non hæreditariis, nisi probetur contrarium, & datur repetitio contra fideicommis- 32

missarios, Cabal. *consil.* 532. *per tot. lib.* 2.

An bona inter vivos donata ante testamentum, vel in ipso die testamenti, sive posteà, veniant in restitutione fideicommissi, vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 122. *n.* 6. *& seqq. per tot. vol.* 1. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 387. *num.* 3. *& seqq.* facit Rot. *part.* 13. *decis.* 320. ubi quod non obstante fideicommisso, debent solvi debita contracta occasione negotii de testatoris ordine continuati, ac si ab eo contracta fuissent.

38 Bona reperta penès filium, vel nepotem, quando præsumantur habita à patre, vel avo fideicommittente, vide Cavaler. *decis.* 538. *per tot. dixi in §. Acquisita num.* 5. *§. Filius num.* 63. *§. Divisio num.* 22. Merlin. *decis.* 383. 396. *&* 406. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 544. *dixi in §. Identitas num.* 4.

34 Bona adventitia, & profectitia quæ dicantur, & in quibus differant, Tusch. *litt. B, conclus.* 107. *per tot. dixi in §. Peculium*, Boss. *de patr. potest. cap.* 4. *& seqq.*

35 Bona patrimonialia Clericorum an sint exempta, & libera ab oneribus sæcularibus, & gaudeant eodem privilegio, quo bona Ecclesiæ ut non possint collectari à laicis, & quid si essent priùs effecta censualia, vel tributaria communis, Tusch. *litt. B, concl.* 113. *&* 114. *per tot.* Thomar. *decis.* 86. *per tot.* Ciarlin. *contr.* 138. *per tot.* Ricc. *Collect.* 314. *&* 901. Vasq. *de success. §.* 22. *nu.* 42. *etc.* ubi contra Guttierez. *de Gabell. quæst.* 88. *per tot.* ubi pariter contra Ricc. *var. resol. cap.* 167. plenè Rot. in Alben. Gabellæ, sive onerum 28. Junii 1630. coram Merlino inter impressas ejusdem mihi *decis.* 902. *num.* 23. *& seqq.* quæ est magistralis, singularis, & famigerata in hac materia, ac pluries à Rota canonizata, ubi etiam plenè de aliis bonis Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, *vide in §. Clericus nu.* 45. Pignatel. *consult. canonic. tom.* 2. *consult.* 54. Fagnan. *in cap. consuetudines n.* 27. *de Consuetudin.*

Quid autem dicendum sit de bonis subrogatis in locum dictorum bonorum, vide *in §. Subrogatio n.* 27. Francisc. de Angelis *in form. immunit. Eccles. Asylo post tract. de confess. opusc.* 3. *per tot.* Flavi: Popei *tract. de libert. Eccles. cap.* 24. *per tot.* ubi concludit de jure esse exempta, sed in his servandam esse locorum consuetudinem, quæ à Pontifice sit approbata.

Bona, ad quorum titulum quis est ordinatus, non potest Clericus alienare De Luc. *de Alienat. disc.* 38. *n.* 3. *&* 4., amplia, ut neque valeat eadem hypothecare *ibidem n.* 5. limita, ubi jàm alienans aliundè provisus esset De Luc. *ibidem n.* 9., Et hæc bona transeunt ad hæredes ipsius Clerici Palm. nep. *alleg.* 183. *n.* 10. *to.* 2.

36 Bonorum possessio ad effectum succedendi de jure Prętorio, quid sit, quotuplex, quare introducta, quomodo, & intra quod tempus agnoscenda, an hodie sit sublata, vel utilis, & necessaria, ac alia plura, Paul. Christin. *decis.* 1. *& seqq. vol* 4. *vide in §. Possessio num.* 57. *& in §. Hæreditas num.* 1. *& seqq.* Vasq. *de success. lib.* 3. *§.* 30. & alibi prout *in repert. verb. bon. poss.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 15. *per tot.* Argel. *de acquir. possess. quæst.* 7. & alibi prout *in repert. verb. bonor. poss.* Bellon. *tract. de mand. jurisdict. cap.* 8. *quæst.* 9. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 549. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 237. *&* 238. ubi qualiter probetur Martha *de success. legal. part.* 4. *q.* 17. *per tot.* De Bonorum possessione nonnulla scribunt Abeccles. & Crescin. *observ. forens. part.* 1. *observ.* 155. Rube. *de confuss. Jur. cap.* 1. *n.* 212. *cum plurib. sequent.*

Quod bonorum possessio, *unde liberi*, non habeat locum in successione matris, *l. fin. Cod. de suis, & legit. sed benè undè legitimi, l.* 2. *§. fin. & l. seqq. ff. unde lib.* Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap.* 16. *num.* 4.

Non etiam locum habet ad favorem eorum, qui sunt exclusi ab intestato, nec habent jus dicendi de nullitate, cùm intelligantur exclusi etiam à quocunque beneficio juris prætorii, ut benè declarat Michalor. *d. tract. part.* 3. *cap.* 51. *num.* 94. *& seqq.*

37 Bona Monasteriorum suppressorum debent reverti ad vocatos in casu suppressionis, quia non constat Pontificem voluisse derogare, nec immutare, imò præservare voluntates defunctorum benefactorum, nec inferre præjudicium monasteriis principalibus, quibus de jure debentur bona possessa per Conventus suppressos, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 213. *per tot.* & latiùs in eadem causa *decis.* 363. *per tot.* ubi in aliquibus fuit reformata prima decisio, & quando talia bona fisco Papæ deferantur, & possit cui voluerit illa applicare, quæ decisiones sunt in causa Cortonen. suppressionis Conventus. Vide Emerix. sen. *decis.* 91. *n.* 7. *& decis.* 123. *n.* 2.

38 Multas notabiles dubitationes circa diversa bona resolvit Thoro *Campen. decis. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *in verb. Bona*, & alias remissivè indicant Castejon. *in Alphabet. juridic. verb. Bona, &c.* Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 116. & Jo: Torre *infr. cit. in Indice verb. Bona*. De Luc. *in Indic. gener. verb. Bona* Fagnan. *supr. Decret.* Brunneman. *supra ff. et C.* Mans. Palm. Pignatell. & alii moderni.

39 Bona fideicommissaria pro solvendis debitis testatoris, licèt possint alienari, tamen alienatio non valet si sit major debito, & quando adsunt fundi minores debito æquivalentes, qui commodè vendi possunt, & alia, vide per Jo: Torre *tract. de success. in Majorat. & Primog. Ital. part.* 2. *quæst.* 65. *per tot.* ubi etiam de pretio intrinseco aucto, cujus commodo cedat.

40 Bona hæredis, etiam puri non cadunt sub hypotheca à defuncto contracta, nisi fuerint ab ipso defuncto expressè obligata, & hæres adiverint sine inventario, & alia ad rem latè Rot. Luc. impressa apud Modern. Jacob. Balduc. in Observ. ad Ramon. *decis.* 42. *per tot.* & ego alibi dixi pluribus citatis. Vide Card. De Luc. *de Feud. disc.* 86. *n.* 7. & Balduc. *decis.* 32. *n.* 8. *&* 12. *tit.* 3. *de Legat.* Palm. nep. *decis.* 225. *n.* 6. *tom.* 3.

41 Ex quibus probetur bona fuisse in bonis defuncti Domin. Advocat. Cabrun. *lucubrat.* 48. *num.* 7. *& lucubrat.* 49. *n.* 47. Castald. *consult.* 191. *num.* 53. *&* 56. *& consult.* 176. *n.* 9. *tom.* 2. Palm. nep. *allegat.* 194. *n.* 2. *tom.* 2. Ansald. *decis.* 60. *n.* 10. Balduc. *decis.* 22. *nu.* 23. *tit.* 3. *de Legat.* Caprar. *decis.* 590. *n.* 5. *part.* 2.

42 Bona ubi distrahenda Brunnemann. *supr. ff. libr.* 42. *tit.* 5. *leg.* 1. *n.* 5. *cum sequentibus.*

43 Bona descripta in antiquo, possunt describi, & collectari in novo æstimo Dominus meus Advocatus Cabrun. *lucubrat.* 9. *n.* 4.

44 Bona Cameræ, seu Fisci in quibus soleant consistere, & quæ eorum appellatione veniant Card. De Luc. *de Regal. disc.* 44. *n.* 20.

45 Bona talia reputantur, qualia pro majori parte sunt adjacentia Card. De Luc. *de Regal. disc.* 138. *sub n.* 6.

46 Bona invecta, & illata sunt obligata pro pentione domus De Luc. *de Locat. disc.* 39. *sub n.* 1. *disc.* 49. *sub n.* 2. Vide *Conflict. observat.* 231. & *dict. disc.* 39. dat declarationes, & limitationes Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 2. *intersect.* 12. *n.* 2. *&* 3. *pag.* 218. ubi dat ampliationes, limitationes, & declarationes Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 30. *nu.* 304. *tom.* 5. *& rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 45. *n.* 517. *tom.* 7., ubi quod bona invecta possunt retineri etiam pro alio credito, quam pro mercede.

47 Bona assignata per Patrem filiis an censeantur assignata Jure dominii, vel peculii, & an ista cadant sub fideicommisso postea ordinato per ipsum patrem Card. De Luc. de Testament. *disc.* 63. *n.* 3. *&* 6.

48 Bona magis commoda, & adjacentia sunt cuilibet assignanda in divisione rerum communium De Luc. *de legitim. disc.* 28. *n.* 12. *in fin. & de Hæred. disc.* 30. *n.* 13.

49 Bona omnia possessa per filium præsumuntur Patris Card. De Luc. *de Legit. disc.* 14. *n.* 2. *&* 3., ubi hoc declarat.

50 Bona sibi benè visa potest eligere Creditor hypothecarius Card. De Luc. *de Legit. disc.* 25. *sub n.* 14., ubi tamen hoc declarat *n.* 15.

51 Bona quænam dicantur commodam divisionem non pati Card. de Luc. *de Fideicommiss. disc.* 164. *n.* 5.

52 Bona quando dicantur annexa, vel separata Idem Card. De Luc. *de Legat. disc.* 7. *n.* 13. *& disc.* 8. *nu.* 3. Quod *utrobique* declaratur; Quando dicantur unita Caprar. *decis.* 614. *n.* 6. *&* 7. *part.* 2.

53 Assignata pro celebratione missarum si diminuantur, quid agendum De Luc. *Miscellan. Eccles. disc.* 33. *ex num.* 3.

54 Bona existentia sub diversis Principatibus independentibus constituunt diversa patrimonia Card. De Luc. *de Regal. disc.* 77. *in annot. de Success. disc.* 9. *ex nu.* 9. Palma nep. *alleg.* 198. *n.* 17. *& alleg.* 200. *n.* 21. *tom.* 2.

55 Bona futura regularitèr non veniunt sub generali, etiam prægnantissima dispositione bonorum: Et quid

in

in ultimis voluntatibus Baldue. *deciſ.* 32. *num.* 21. *&* *ſeqq. de Legat. tit.* 3.

56 Bona ampta nomiee hæreditario an reincidant in fideicommiſſum, & quid ſi uomine proprio Carol. Ant. Da Luc. *de pluralit. homin. legal. cap.* 136. *per tot.*

57 Bona quando præſumantur acquiſita ex fructibus eccleſiaſticis Carol. Ant. De Luc. *de plural. homin. legal. cap.* 30. *n.* 3.

58 Bonorum appellatione vaniunt bona feudalia, & amphyteotica, quando diſpoſitio eſt coecepta verbis ueiverſalibus Palm. nep. *alleg.* 101. *n.* 39. *& alleg.* 132. *nu.* 13. *&* 14. *tom.* 2., item, quando conſtat ax conjecturis de veriſimili teſtatoris voluntata, idam Palm. *dict. alleg.* 101. *n.* 40.

59 Bona relicta pro fundanda Cappellania debent gaudere privilegiis Eccleſiæ Palm. nap. *alleg.* 172. *nu.* 17. *et* 18. *tom.* 2. Declara quando, & poſtquam Cappellania eſt fundata, non autem antea, Idem Palm. *loc. cit. nu.* 20.

60 Bona fidaicommiſſi regularitar non continentur in generali uſufructu Palm. nep. *alleg.* 297. *n.* 13. *& alleg.* 298. *n.* 8. *tom.* 3.

61 Bona inculta, ſterilia, & infructifera nullis ſubjaceot taxis, & oneribus Palm. nep. *alleg.* 258. *n.* 1. *tom.* 3.

62 Booa quando dicantur provenire a diſponante, oon autem à nominaute Palm. nap. *alleg.* 370. *n.* 53. *et* 54. *tom.* 4.

63 Booa fideicommiſſi diſtrahi noo poſſunt in præjudicium vocatotum, neque etiam ex cauſa militiæ, nequa ax cauſa aſſequendæ dignitatis Palm. oep. *alleg.* 378. *n.* 5. *et* 2. *et alleg.* 382. *n.* 20. *tom.* 4.

64 Bona, quæ obveniunt mulieri poſt matrimonium, dicuntur extradotalia Rot. *in deciſ. recollect.* per Palm. nep. *deciſ.* 71. *n.* 4. *tom.* 1. Caprar. *deciſ.* 32. *n.* 5. *part.* 1.

65 Bona fideicommiſſaria primo loco alienata cadunt in ſatisfactionem legitimæ, & alias datractiones hæredi gravato competentes Rot. *in deciſ. recollect. per* Palm. nep. *deciſ.* 382. *n.* 2. *tom.* 4.

Et bona fideicommiſſi alianata à gravato pro detractionibus ramanent libera à tali onere Rot. *in deciſ. recollect.* per Palm. nep. *deciſ.* 423. *n.* 2. *tom.* 5.

66 Booa fidaicommiſſi anterioris non poſſunt per hæredam gravatum ſupponi novo fidaicommiſſo in præjudicium vocatorum Caprar. *deciſ.* 78. *n.* 2. *part.* 1.

67 Booa omnia poſſaſſa per filium præſumuntur procedere a patre Caprar. *deciſ.* 611. *n.* 3. *part.* 2.

68 Bona mutant ſtatum mutationa perſonæ Rub. *de Conſuſſ. Jur. cap.* 30. *nu.* 21., & ſtatum novum aſſumunt ex nova perſona, Idem Rub. *loc. cit. cap.* 1. *n.* 46.

69 De Bonorum poſſeſſione plura ſcribunt Rube. *de Conſuſſ. Jur. cap.* 1. *à n.* 211. Brunnemann. *in Indic. ſupr. ff. &* C.

§. BRAVIUM XI.

1 BRavium coocaſſum à ſtatuto, val coeſuetudine, ſive pacto primo equo pervaenianti per curſum ad locum deſtinatum, non debetur quando duo, val plures equi ſimul eodem momento pervanerunt, ſed iterum currendum eſt; ao autem omnes equi qui jam currerunt, iterum admittantur ad currendum, val illi tantùm, qui ſimul pervenerunt, & rem dubiam fecerunt, ambigua aſt quæſtio, ut per Ceval. *com. contr. com. quæſt.* 248. *per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 294. *num.* 303. *et ſeqq. ad* 312. Ant. Nigr. *de ſub aſt p.* 1. *cap.* 7. *§.* 9. *num.* 10. ubi quòd omnes debeat currere, & ita ſæpè vidiſſe factum Romæ, & principaliter tractat quid ſervandum inter plures licitatores, qui eodem momento, quo expirat campus idem pretium obtulerunt, & refert diverſas opiniones, concludendo juſtius eſſe oovam fieri licitationam, dixi in *§. Subhaſtatio n.* 12.

Quòd ſi præmium ſit diviſibile, debeat æqualiter dividi, ſi indiviſibile itarum curri, admiſſis tantùm illis, qui rem dubiam reddiderunt, cæteris excluſis, & idem eſſe ſervandum in ſimilibus caſibus probat Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 210. *n.* 47. *et* 48. *ac per tot.* ubi da alectione duorum cum paritate votorum; ut illi tantùm, & non omoes, ad novam alectionam admitti debeant. Et ita de conſuetudina ſevari taſtat. Alberic. de Roſat. *de ſtatut. libr.* 1. *quæſt.* 107. *ſub nu.* 3.

Hunc locum refert, & ſequitur noviſſimè Romaguar. in *addit. ad Counciol. ſtat. Eugub. lib.* 1. *rub.* 67. ubi etiam ſubdit de materia bravii ultra per me eitatos videndum Anton. Corſett. inter tractatus variorum, qui da bravio facit tractatum cum quæſtionibus juris conformibus, curioſis, & delectabilibus; alios qui de bravio ſcripſerunt (ma etiam citato) Com. Aug. Fontan. *in Bibliotb. leg. part.* 4. *fol.* 182. De hac materia aguec Doct. *in proem. ff. §. itaque, in l. qui filiab. §.* 1. *ff. de leg.* 1. *et in l. cum qui noviſſimis ff. ad Trebellian. et alibi.* 2

Et vide etiam Rub. *de Teſtam. cap.* 79. *num.* 427. *et cap.* 67. *à n.* 10. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 8. *a n.* 592. *tom.* 3.

§. BRENTATOR. XII.

BRentator, vel portator vini, ſive alterius rei, non probat vinum, vel rem pervaniſſe ad eum, qui negat recapiſſe, cùm ſit teſtis in facto proprio, & tractet de ſe exonerando, Bart. *in l. deſerre ff. de jur. fiſc.* Pract. Papp. *form. oppoſ. contr. teſt. gloſ. in facto num.* 7. ubi diſtinguit, Cravat. *conſil.* 96. *nu.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 144. 727. 796. *et* 998. *num.* 5. Rot. in Aſculana Societatis 28. Junii 1628. coram Virili, Farinac. *quæſt.* 60. *num.* 22. *etc.* Borgn. *deciſ.* 37. *num.* 42. dixi in mea Pract. *§. Vetturali num.* 11. ubi quòd probant ſimiles perſonæ tanquam publicæ ab Atta, & conſuetudine approbitæ, ſi non patiantur alios defectus, vel exceptiones. *Et in caſu* Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap.* 90. *num.* 62. 1

De hac concluſione ſcripſi in §. *Portator num.* 20. & Com. Aug. Font. *Bibliotb. legal. p.* 4. *verb. Facchini fol.* 559. ubi quòd tales alecti ad portandum ſina cuſtodia probant rem portaſſa, & allegat Borgn. *deciſ.* 37. *num.* 42. & Manant. *conſil.* 96.

De hac quoquè materia vide Statut. Parm. *libr.* 1. *rubr. de ſalario et mercede dando per maſſarium, ſeu theſaurarium commun. ſingulis brentatoribus, qui ibunt ad extinguendum ignem et libr.* 4. *rubr de pœna brentatorum debentium ire ad extinguendum ignem, et de immunitate eis conceſſa et rubr. de pœna brentatoris cuntis ad ſepeliendum mortuos, et ad remondandum andronas, et rubr. de pœna brentatoris effundentis vinum, et rubr. de pœna brentatoris aſcendentis ſuper toltam putearum cum pedibus*; Et vide dictum Statut. Parm. *libr.* 4. *rubr. de brentis et bazilibus, et aliis menſuris bullandis.*

Finis Libri Secundi.

MARCI

MARCI ANTONII

S A B E L L I J. U. D.

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.

L I B E R T E R T I U S.

De littera C.

§. C A D A V E R. I.

1 CAdavera illorum qui sibi mortem conscive-runt in Carceribus, postquam fuerunt confessi, vel convicti an sint suspendenda, vide de Clar. *§. fin. quæst.* 51. ubi refert diversas opiniones, unde erit in arbitrio judicis, qui debebit considerare qualitatem facti, & personarum, & an opus sit exemplo, vide Farinac. *quæst.* 19. *num.* 3. *et seqq.* Gnaz. *def.* 33. *cap.* 26. *num.* 6. ubi quòd regulsriter non est sæviendum in Cadavera, licèt aliter in atrocissimis in statu Ecclesiastico de consuetudine servari testetur Cabal. *resolut. crim. cas.* 189. *nu.* 2. *et cas.* 265. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 10. *et tit.* 5. *num.* 2. *et seqq.* Menoch. *de Arbitr. cas.* 285. ubi etiam quid de illis, qui tædio vitæ sibi mortem consciverunt, quorum cadavera ob bonum publicum quandoque ignominia affici permissum est, ut ibidem *num.* 8. *et seqq.* & dixi in *§. Bannitus*, latè Gizzarel. *decis.* 25. *per tot. cum Addit.* ubi de cadavere famosi delinquentis mortui an sit suspendendum, & alia de cadaveribus sepeliendis, vel non, Francisc. de Angelis *de confess. lib.* 3. *q.* 26. *per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *§.* 14. *per tot.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 41. *num.* 49. *et seqq.* Thoro *compend. decis. Neap. par.* 2. *verb. Cadaver.* Basilic. *dec. crimin.* 3. *à num.* 12.

2 Cadavera prædicta non sunt tradenda Ecclesiasticæ sepulturæ, sed caninæ, Guaz. *def. ult. cap. ult.* vide in *§. Homicidium.*

Quòd quando ex odio propriæ vitæ sibi mortem consciverunt, debesnt privari Ecclesiastica sepultura, secus autem si ex mentis alienatione, quod potius videtur in dubio præsumendum, cùm nemo præsumatur proprias carnes odio habuisse, ita ut in dubio non sint privanda illorum cadavera sepultura Ecclesiastica, & multos casus, in quibus cadavera illorum, qui sibi mortem consciverunt, sunt tradenda Ecclesiasticæ sepulturæ, vide per Barbos. *de offic. Paroch. cap.* 26. *n.* 49. refert Manara *Interrogat.* 132. *fol.* 231. Basilic. *dec. crimin.* 3. *nu.* 48. *et seqq.*, ubi plura cumulat.

Quòd cadavera hæreticorum mortuorum sint relinquenda Bracchio sæculari ad comburendum, maximè de consuetudine Franciæ, Bellamer. *decis.* 688. *nu.* 11. *de hæretic.*

3 Cadavera bannitorum non possunt sepeliri in loco, à quo sunt banniti sine licentia superioris, Marant. *in l. is potest num.* 121. *ff. de acquir. hæredit.* Cabal. *resolut. crim. cas.* 84. *num.* 6. *et cas.* 265. *vide in §. Bannitus num.* 7. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 5. *etc.* Guaz. *def.* 38. *cap.* 7. *num.* 6. Calvin. *tractat. de æquit. cap.* 21. ubi contrarium probat de æquitate Gomez *lib.* 3. *var. resol. cap.* 14. *n.* 8.

4 Cadavera jam sepulta in loco sacro non possunt à Judice laico sub pœna excommunicationis exhumari ad effectum faciendi constare de corpore delicti, sine licentia Episcopi, qui tenetur ex justitia illam concedere, aliàs posset ad Metropolitanum appellari, Guazz. *def.* 4. *cap.* 2. *num.* 10. Bajard. ad Clar. *quæst.* 4. *num.* 4. Sperel. *decis.* 51. *num.* 4. *&c.* ubi quòd sit in arbitrio Episcopi illam concedere, & semper extra Ecclesiam visitanda cadavera, adde Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *resol.* 64. ubi refert alios tenentes id esse ex se permissum judici laico, sed illos refellit, Conciol. *resol. crim. verb. Recognitio resolut.* 2. *per tot.* Cabed. *decis.* 174. *per tot. part.* 1. ubi quòd judex laicus potest cum licentia solius Vicarii, sive Rectoris Ecclesiæ facere ex officio eruere cadavera à sepulchris, quando dubitatur de morte ex vulnere, vel veneno, & sic fuisse judicatum, non obstante fulminatione censurarum; & ita etiam quandoque servatum audivi in statu Florentino, licèt ut plurimum Rectores Ecclesiarum non soleant id permittere sine licentia Episcopi, vel ejus Vicarii generalis, & melius *vide in §. Judex n.* 29. *&* 33. & latè Raynald. *Syntax. rer. crim. c.* 1. *§.* 11. *num.* 14. *& seqq.* ubi plura notabilia de hac materia, & Cabedum *ubi supra*, refert & sequitur Com. August. Font. *in Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 184. Lanor. *in elucubr. tit.* 2. *cap.* 7. *nu.* 31. Vide Pignatell. *consult. canonic. tom.* 4. *consult.* 112. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 1. *n.* 37. *&* 38. Crescin. ad Abecclesf. *observat. forens. part.* 1. *observat.* 7. *num.* 8. *pag.* 14.

Cadavera defunctorum morte violenta, non esse per Clericos sepelienda, nisi prævia inspectione justitiæ, ex Carol. de Mean. *observ.* 604. *p.* 5. notat idem Fontan. *loc. cit.* ubi alia etiam remissivè de cadaveribus.

Quòd cadavera sepulta non possint exhumari, & de loco ad locum tra-sferri etiam per Regulstes, & Rectores Ecclesiarum sine Episcopi licentia, nec per consanguineos, Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 120. Paul. Christin. *decis. Belg.* 196. *vol.* 2.

Quòd ex causa possit exhumari, aliàs secus, Rice. *Collect.* 4098. vide in *§. Attentata num.* 21. Deluc. *de judic. disc.* 18. *n.* 20.

Quòd cadaver excommunicati sepultum in loco sacro possit exhnmsri, Bellamer. *decis.* 688. *de hæret.*

Cadavera damnstorum an sint Ecclesiasticæ sepultu- 5
ræ trsdenda, *vide in §. Damnatus n.* 3. Ricc. *Collect.* 2875. Manar. *in noct. melanc. interrogat.* 97.

Cadavera mortuorum an tempore penuriæ magnæ 6
possint deservire pro cibo aliorum, & comedi, contrarias opiniones speculativè potius, quàm practicè refert P. Manar. *in Noct. melancon. Interrogat.* 119. ubi tandem videtur inclinare cum Lessio *lib.* 4. *cap.* 3. *de gula*, quòd in casu magnæ necessitatis possit humana caro comedi, nullus tamen unquam ad hunc effectum occidi possit.

Cadavera damnatorum, qui fuerunt suspensi, & non 7
alio genere mortis affecti, possunt, & debent pro publica utilitate tradi medicis, & chirurgis pro anatomia facienda cum licentia tamen ipsius condemnati, vel semper cum licentia Principis, & Medici, ac scholares assistentes tenentur facere orationes, & eleemosynas pro anima illorum, & ossa competenti sepulturæ tradere, Clar. *§. fin. quæst.* 100. Guaz. *def.* 38. *cap.* 8. Menoc. *de arbitr. cas.* 285. *num.* 10. *&c.* Msnar. *Interrog.* 83. *fol.* 139. Boer. *decis.* 287. *n.* 6. Gomez. *de delict. cap.* 14. *in fine*, Ang. ad Giazarel. *decis.* 15. *n.* 7. Foller. *in pratic. crim. vers. in penis debit. ferient. n.* 80. Pignatell. *consult. canonicar. tom.* 1. *consult.* 131. *ferè per tot.*

Cadavera debitorum sive privatorum, sive fiscalium 8
non possunt arrestari, & illorum sepultura impediri per creditores, vel fiscum, licèt aliàs eisdem competeret executio realis, & personalis, & petentes hujusmodi

arre-

arreſtationem, vel ab ea denegata appellantes privan-
tur credito, & actione, Boer. *decis.* 287. *num.* 2. Petr.
Pecch. *de jur. ſiſtend. & maun. iniect. cap.* 5. *num.* 17.
Gratian. *diſcept. foreuſ. cap.* 243. *nu.* 19. *et* 20. Farinac.
latè *quæſt.* 20. *num.* 139. *et ſeqq.* Cabal. *reſol. crim. caſ.*
203. *per tot.* Paul. Chriſtin. *decis. Belg.* 197. *nu.* 7. *vol.*
3. ubi etiam *num.* 3. an judex Eccleſiaſticus poſſit ſe-
queſtrare cadaver uſurarii, donec hæres caveat de uſuris
reſtituendis, & dicit quòd ſic, & allegat Pecch. *loc. cit.*
num. 23. Conciol. *reſol. crim. verb. ſequeſtr. reſol.* 2. *per*
tot. Marchett. *de ſepult. tit.* 40. *num.* 36. *et ſeqq. et dixi*
§. *Sequeſtrum n.* 17. Brunnemann. *ff. libr.* 11. *tit.* 7. *leg.*
38. *n.* 1. *et* 4. ubi hoc limitat in cadavere uſurarii.

9 Cadavera Clericorum, vel ſimilium privilegiatorũ re-
tinent privilegiũ, ita ut qui violẽtas manus in illa injece-
rint, eadem majori excommunicatione Papæ reſerva-
ta ligentur, Tolet. *in ſum. cap.* 32. *n.* 15. Card. Tuſch.
litt. M, concl. 389. Sperel. *decis.* 45. *n.* 96. Pac. Jord.
Lucubr. vol. 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 28. *fol.* 517. *vide in* §.
Corpus delicti num. 10. & §. *Excommunicatio num.* 1.
Contrarium tenent plures alii relati per Dian. *par.*
9. *tract.* 4. *reſol.* 39. quorum opinionem valdè proba-
bilem dicit.
Quòd ſpolians cadaver intus Eccleſia, ibique eidem
membra mutilans, propter hujuſmodi mutilationem
non gaudeat immunitate Eccleſiæ, Novar. *decis.* 145.
Addit ad Sanfelic. *decis.* 402. *obſer.* 35.

10 Cadavera quomodo recognoſcantur à teſtibus per ſi-
gna, veluti cicatrices, & hujuſmodi, Bart. *in l. ſtig-*
mata Cod. de Fabricen. lib. 11. Corſett. *ſing.* 19. *verb.*
Teſtis, ubi etiam de modo cognoſcendi mulos, equos,
& alia animalia, Joſeph. Ludov. *dec. Peruſ.* 12. *num.*
15. &c.

11 Cadavera ſanguinem emmitentia an, & quale fa-
ciant indicium contra occiſorem, vide Paul. Zacch.
Quæſt. med. legal. lib. 5. *tit.* 2 *quæſt.* 8. *per tot.* Sci-
pion. Mercur. *in ſua Comare lib.* 2. *cap.* 40. Coſp. *in*
judice Criminal. part. 3. *cap.* 30. *nn.* 22. & 23. Boer.
decis. 166. Menoch. *de Arbitr. caſ.* 270. Theſſ. *decis.*
273. Farinac. *quæſt.* 52. *nu.* 154. *et ſeqq.* Mart. Delrio
diſquiſit. Mag. lib. 1. *cap.* 3. *quæſt.* 4. *verſ. ſextò cada-*
ver, et lib. 5. *ſect.* 4. *n.* 20. *fol. mihi* 689. dixi in §.
Vulnus n. 18. ubi quòd nullum, vel leve admodum
faciunt indicium, cùm ex pluribus cauſis, etiam co-
ram innocentibus poſſit hujuſmodi ſanguinis emanare;
junctis tamen aliis indiciis ſufficere ad torturam, alias
ſecus concludit Farinac. *d. quæſt.* 52. *n.* 156. intelli-
gendo etiam dummodò ſanguis in cadavere emitta-
tur infra ſeptem horas poſt mortem occiſi, & an idem
ſit è contra ſi conſpicientes cadavera ſanguinem emit-
tant è naribus, & affirmare videtur. Grivel. *dec.* 93.
in fin.
Ubi quale indicium faciant contra occiſorem cada-
vera ſanguinem emittentia, Caren. *de offic. S. Inqui-*
ſit. p. 2. *tit.* 12. §. 22. *fol.* 190.

12 Cadavera, vel eorum oſſa, & reliquiæ non poſſunt
extrahi à ſepulchris ſub pœna violati ſepulchri, quæ
in humilioribus eſt ultimi ſupplicii, in honeſtioribus
verò extrahentibus relegationis, vel deportationis;
nec etiam dicta cadavera poſſunt ſpoliari, ita ut ſpo-
liantes armata manu more latronorum morte natura-
li plectantur, ſine armis verò pœna arbitraria mitiori,
l. fin. et tot. tit. ff. de ſepulchr. viol. Anchar. *Reg. q.*
54. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 387. Clar. §. *fin. quæſt.*
68. *verſic. fin.* Jodoc. *in pract. rub. de viol. ſepulchr.*
cap. 109. & latè explicat Farinacc. *quæſt.* 20. *n.* 114.
et ſeqq. ad 145. *ubi n.* 125. *etc.* intelligit ſi dolo id
fiat, ſecus ſi abſque dolo, cauſa refectionis, vel mun-
dationis ſepulchri, vel alia juſta cauſa, & permiſſio-
ne, vide in §. *Sepultura nu.* 8. *etc.* Vide Baſilic. *dec.*
crim. 3. *nu.* 50. Vide Brunnemann. *ff. libr.* 47. *tit.* 12.
leg. 7. *ſub n.* 1.
Quòd cadavera non ſint exhumanda, nec de loco
ad locum tranſportanda, ne mortui quodammodò in-
quietentur, & turbentur, ita ut nec attentata ſint re-
vocanda de æquitate ubi agitur de exhumatione ca-
daveris, Rot. in Piſana ſepulturæ 1. Junii 1650. coram
Bichio *part.* 11. *recent. decis.* 76. *n.* 4. *et ſeqq. et dixi*
in §. *Attentata n.* 21. latè Calvin. *de æquit. lib.* 1. *c.*
93. ubi quòd in hoc limitatur regula quòd ſpoliatus
antè omnia ſit reſtituendus, Rot. *part.* 18. *recent. de-*
ciſ. 429. *per tot.* ubi quando debeat exhumari cadaver
ab alieno Parocho ſepultum, vel ſaltem debeant re-
ſtitui expenſæ, & alia funus ſpectantia Vide Brunne-
mann. *ff. libr.* 47. *tit.* 12. *leg.* 3. *n.* 3. & *C. libr.* 3. *tit.* 44.
leg. 1. *n.* 9. *et libr.* 9. *tit.* 19. *leg.* 1. *n.* 19.

Cadaver repertum in domo alicujus ſcelere interem- 13
ptum, vel etiam in via prope domum, facit indicium
non ſolùm ad inquirendum, ſed etiam ad torturam
contra dominum, & habitatorem illius domus, ut
poſſit torqueri tanquam teſtis veriſimiliter informatus,
vel etiam tanquam principalis delinquens, ſi aliàs ſit
homo malæ conditionis, & famæ, & ſolitus talia
committere, vel alia concurrant indicia, vel adminicu-
la, habita etiam conſideratione, an homicidium po-
tuerit ab aliquo alio committi, & conſideratis aliis
omnibus circumſtantiis arbitrio prudentis judicis ut
latè explicat Farinac. *quæſt.* 52. *n.* 98. *et ſeqq. ad* 127.
ubi n. 111. recenſet caſum ſatis miſeratione dignum de
quodam magiſtro puerorum, qui audito rumore do-
mini ſui vulnerati à quodam fure abſcondito, & egreſ-
ſo per foramen camini, primus acclamavit, & nullo
malefactore reperto, fuit ipſe imputatus, tortus, &
confeſſus (quòd non fecerat) ultimo ſupplicio affe-
ctus, prout poſtea fuit à dicto fure carcerato ſpontè
revelatum, & ideò multum benè advertant judices in
hujuſmodi caſibus, vide in §. *Mors n.* 11. Conciol. *re-*
ſolut. crim. verb. Homicidium reſol. 13. *et* 14. *per tot.*
Menoch. *lib.* 1. *præſum.* 89. *à nu.* 89. *De Arbitr. caſ.*
394. *n.* 60. Vide Bellegrand. *in compend. rer. criminal.*
method. tract. 6. *quæſt.* 5. *n.* 13.

Cadavera antiquitus intra Civitates ex lege 12. Ta- 14
bularum, vel arte Diaboli, ut puto ad arcendam à
viventibus mortis memoriam, non ſepeliebantur, ho-
diè autem ſatis piè, ut notum eſt omnibus, ſepeliun-
tur; in qua parochia ſint ſepelienda, & alia tradunt
Barboſ. *de offic. Paroch.* 26. Petr. Gregor. Tholoſ. *Sin-*
tag. jur. univer. lib. 33. *cap.* 21. Fragoſ. *de Regim.*
Reip. Chriſt. par. 3. *lib.* 5. *diſput.* 8. *num.* 512. *etc.*
Samuel. *de Sepultur.* & alii relati per Conciol. & Ro-
maguer. *ad ſtatut. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 38. & dixi in
§. *Sepultura per tot* P. Paſſerin. *à Sextul. de ſtat.*
homin. tom. 2. *ad quæſt.* 186. D. Thom. *art.* 4. *inſpect.*
3. *cap.* 1. *et ſeqq.* ubi latiſſimè.

Cadavera damnatorum, vel aliorum mortuorum 15
dum tranſportantur ſuper equis, vel per boves, & cur-
rus, debet ſolvi merces, vel ſalarium, Ripa *de peſte*
cap. 4. *nu.* 127. Muta *ad Capitula Regn. Siciliæ tom.*
5. *cap.* 11. Pariſ. de Put. *de Sindicat. verb. Captura*
verſ. An ſi officiales, Boer. *decis.* 303. *num.* 5. *in fin.*
quos refert Raynald *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 3. *ſub*
n. 7. *in fin.*

De Cadaveribus abſque tributo transferendis, Perez. 16
relat. à Fontana *ubi ſup.* de quo etiam Afflict. *con-*
ſtit. Neap. lib. 3. *rub.* 56. *nu.* 4. relatus à Parlador. *rer.*
quotid. lib. 1. *cap.* 3. §. 1. *n.* 30. Lara *lib.* 1. *Anniverſ.*
cap. 25. relata a Caſtejon. *in alphabet. jurid. verb.*
Mors, Mortui n 37. ubi plura de morte, mortuis, &
cadaveribus remiſſive. Vide de Luc. *de Regal. diſc.*
266. *per tot.* De cadaveribus nonnulla ſcribunt Pigna-
tell. *in conſult. canonic.* Nicoli. *in Elucubrat. Utriuſque.*
Jur. Brunnemann. *ſupr. ff. et C. & in Prax. criminal*

Cadavera mortuorum ex peſte, vel tempore peſtis, 17
quibus cautelis adhibitis ſint ſepelienda, qualiter in-
ſepulta aerem contaminent, peſtem inducant, & alia,
ac de cadaveribus hæbreorum, & equorum, Card.
Gaſtald. *tract. de avert. et proflig. peſt. Polit. legal.*
in pluribus locis indicatis in Repert. verb. Cadavera.

An cadavera defunctorum in ipſa æde ſacra ſepeli-
ri debeant, vide Brunnemann. *ſupr. C. libr.* 5. *tit.* 2. 18
leg. 2. *n.* 2.

Supplicio affectorum corpora omninò ſunt ſepelienda
Brunnemann. *ſupr. C. libr.* 3. *tit.* 44. *leg.* 10. *n.* 1. *pag.* 19
268. Tolerabilis tamen eſt conſuetudo Germaniæ,
qua cadavera punitorum in furca, vel rota relinquun-
tur inſepulta Brunnemann. *loc. cit. n.* 2. *et ff. libr.* 48.
tit. 24. *leg.* 1. *ſub n.* 1.

Corpus furis in furca ſuſpenſum, vel rota defixum
Judex ſine conſenſu Principis deponi haud tutò curat
Brunnemann. *ſupr. C. libr.* 3. *tit.* 44. *leg.* 10. *num.* 7. 20
pag. 268. Et conſuetudo obtinet, ut à Principe hæc
cadavera petantur Brunnemann. *ubi ſupra n.* 10. *et ff.*
libr. 48. *tit.* 24. *leg.* 1. *n.* 1. Suſ-

21 Suspensorum cadavera spoliantes, vel auferentes quomodo puniantur Brunnemann. *supr. C. libr. 10. tit. 19. leg. ultim. nu. 8. pag.* 892. & vide *ff. libr. 47. tit. 12. leg. 7. n. 1.*

An & quando in cadavera sævire liceat Brunnemann. *supr. C. libr. 9. tit. 6. leg. 1. n. 8. et 9. pag.* 870.

22 Illatio cadaveris locum religiosum facit, quando ea mente facta, ut corpus ibi maneret Brunnemann. *supr. ff. libr. 11. tit. 7. leg. 39. n. 1.*

23 Cadaver, & sepulchrum sunt res religiosæ, & sacræ, & ut tales non sunt; in comercio nostro, & nullo modo præscribi possunt Rodohan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 7. num.* 13. Altimar. *de nullitat. rubr. 1. part. 5. quæst. 43. sect. 1. n. 591. et 592. tom. 7.*

24 Corpus mortuum traditum loco depositi in Ecclesia semper transportari potest Lavori. *var. lucubr. tom. 1. tit. 2. cap. 7. n. 26.* Altimar. *loc. cit.* 593.

25 Cadavera sepeliendi consuetudo absque ulla ex sacris ceremoniis, tamquam irrationabilis non attenditur Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr. 14. decis. 7. n. 4. vol. 4.*

Cadavera exponere coguntur hæredes titu consueto ex speciali statuto Cleri Romani, & si negligant, taxantur per ejusdem Cleri Camerarium Mantiss. *loc. cit. n. 7.*

Pro cadaverum humatione, & sepultura in Ecclesia ex Sacrorum Canonum constitutione nullum pretium exigi potest Rot. *recent. part. 19. tom. 2. decis. 7. n. 9.* Non tamen prohibetur spontaneas oblationes, ad hunc effectum factas, recipere Rot. *loc. cit. n. 10.*

§. CALUMNIA II.

1 CAlumnia præsumitur quando accusator non probat aliquo modo delictum, vel si longo tempore post acceptam injuriam porrigit querelam, *c. 2. ubi glos. de calum.* & ibi Felin. benè declarans Farinac. *quæst. 16. per tot. et cons. 24. n. 13. lib.* 3. Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 21. n. 143. et 144. fol.* 431. Conciol. *ad stat. Eugub. lib. 6. Rubr.* 13. & Romaguer. ubi citat hunc locum Fermolin. *tom. 1. crim. tit. de Calumniatoribus fol. mihi 125. etc.* ubi plura de calumnia, calumniatoribus, & eorum pœnis, an, & quando possint excusari, vel non, & alia ad rem, & Mans. *Consult.* 279. *lib.* 3. Castil. *lib. 3. controv. cap. 21. nu.* 5. Crescin. ad Abeccles. *observat. 52. part. 1.*

Quid sit calumnia, & calumniator, quomodo probetur, puniatur, vel excusetur, latè Tusc. *litt. C, conclus. 9. et 10. per tot.* Paul. Christin. *decis. 205. vol. 4. vide in §. Accusatio n. 6. etc.* DD. *in l. 1. ff. ad Turpill.* Ricc. *Collect.* 1218. Clar. & Bajard. *§. fin. quæst.* 62. Capel. Tholos. *qu.* 6. Benintend. *decis. Bonon.* 46. Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 285. per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 254. Guaz. *def. 3. cap. 13. per tot.* Bertach. in *repert. verb. Calumnia*, Cabal. *resol. crim. cas. 205. per totum*, Conciol. *verb. Accusatio res. 1. n.* 25. *&c.* Sanfelic. *decis. 374. cum Addit. per tot.* Segut. *part. 2. Direct. cap. 3. n. 13. & cap. 12. num.* 6. Idem Crescin. ad Abeccles. *loc. supra citat.* Bellegrand. *comp. rer. crim. meth. tract. 1. q. 11. n. 11.*

An autem, & quando delinquens ex eo quia credidit viro fide digno, possit excusari à dolo, & pœna, vide Farin. *qu. 90. Inspect. 3. n. 109. & seqq. per tot.*

2 Calumnia, vel calumniosa lis non sufficit quòd talis appareat ex processu causæ, sed debet ab initio apparere cùm suspicione fraudis, & malitiæ, & excluditur ex causa probabili, & colorata, nec dicitur calumniosa ex quo adsit una sententia contra aliquem, cùm possit se justificare, & non dicatur constare de non jure donec de illo potest doceri, Cavaler. *dec. 126. per tot.*

3 Calumniæ suspicio impedit remissoriæ concessionem, nisi sit valdè levis, & quando cesset, ac alia ad affectum denegandæ, vel concedendæ remissotiæ pro examinandis testibus, Rot. *part. 6. recent. decis. 70. nu. 9. decis. 111. nu. 3. & decis. 142. n.* 9. ac alibi sæpè, ut dixi in *§. Remissoria*, ubi plures alios citavi. Vide de Luc. *de Judic. disc. 31. n. 21. De Jurisdict. disc. 76. n.* 3. Vide Crescin. ad Abeccles. *observat. 53. n. 22. part. 1. pag.* 55.

4 Calumnia si detegatur in petente restitutionem in integrum, potest procedi ad executionem sententiæ etiam nulla data cautione, & quando secus, Lancell. *de attent. p. 2. cap. 18. n. 55. & seqq. vide in §. Executio, & §. Restitutio*, latè Odd. *de restit. in integr. p. 1. q. 43. art. 5. per tot.*

Calumniæ juramentum qualiter sit præstandum parte petente sub pœna nullitatis processus, & sententiæ 5
in quocunque judicio, ac etiam in causa appellationis, & non tantùm per ipsas partes, sed etiam per procuratores, & Advocatos, nec detur appellatio ab hujusmodi decreto, & non obstante prætensa contraria consuetudine, nisi versemur in casu, quo omnis suspicio calumniæ cessaret, vel esset plenè probata intentio, ac omninò constaret de bono jure, *cap. 2. de juram. calumn. in 6. leg. 2. C. de jurejur. prop. calumn.* Gratian. *discept. forens. cap. 208. n.* 15. Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 47. n. 1. & seqq.* Seraph. *decis. 1355. n.* 1. Gregnr. *decis. 209. num.* 3. Scaec. *de jud. lib. 2. cap. 1. n. 178. & seqq.* Thomat. *decis. 31. per tot. & decis. 180. n. 19. & seqq. dixi in §. Juramentum n.* 19. ubi plures allegavi, & quid servetur in Rota Romana, nempè non attendi hujusmodi nullitatem, cùm non sit de tribus servari solitis, nempè jurisdictionis, mandati, & citationis, ut testatur Merlin. *decis. 38. n. 21. &c. decis. 874. n.* 1. Rot. *part. 11. recent. decis. 154. n.* 1. Ridol. Prax. *part. 1. cap. 8. à n.* 96. Pignatell. *consult. canonic. tom. 1. consult. 243. & consult.* 248. latè Abeccles. & Crescin. *observat. forens. part. 1. observat. 60. & observ. 61. per tot.*

Quòd ubi constat de justitia agentis, cesset suspicio calumniæ, & tunc juramentum calumniæ, non sit necessarium Thomat. *decis. 263. n. 5.*

Alia de calumnia, & calumniatoribus, ac de jura- 6
mento calumniæ, &c. Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 4. cap.* 8. Castil. *lib. 3. controv. cap.* 21. & alii plures citati per Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Calumnia*, & Com. August. Fontan. *in sua Bibliot. legal. cod. verb. fol. 187. &c.* Em. Card. De Luc. *in Indic. general. verb. Calumnia* Pignatell. *in consult. canonic.* Abeccles. & Crescin. *in observat. forens. Senat. Pedem.* Brunnemann. *supr. ff. & C.*

Quòd calumnia sive vera, sive præsumpta, ut quia 7
appareat de jure proprietatis, operetur ne fiat suspensio petitorii, sed simul petitorium, & possessorium terminetur, sicut quando super utroque fuerunt admissæ probationes, vel agitur in supremo Magistratu, vel sola facti veritate inspecta, Cyriac. *controv.* 642. Et quòd calumnia dicatur quando non probatur quòd petitur, idem Cyriac. *controv. 662. nu. 50. & seqq. Vide in hoc opere §. Cumulatio n. 3.*

De pœna calumniatorum vide Basilic. *decis. crimi-* 8
nal. 35. nu. 5. ubi etiam plura de calumnia Brunnemann. *supr. ff. libr. 48. tit. 16. leg. 1. nu. 2. & leg. 3. num. 1.*

Calumnia in dubio non præsumitur, nisi probetur De Luc. *de Judic. disc. 31. n. 21.*, ubi etiam ex qui- 9
bus circumstantiis eliciatur, vel respectivè excludatur Crescin. ad Abeccles. *obser. 52 n. 6. part.* 1. ubi quod est plenè, & concludenter probanda; Et ex quibus excludatur Captar. *decis. 97. n. 22. & decis. 469. n. 7.*

Quæcumque causa, etiam colorata excusat a calumnia Rot. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr. 13.* 10
decis. 39. n. 13. vol. 4.

Propter calumniam litigantes in expensis condemnantur Covarr. *pract. quæst. cap. 27. num.* 1. Rot. *di-* 11
vers. part. 1. decis. 730. n. 3. & coram Otthobon. *decis. 49. nu.* 5. Crescin. ad Abeccles. *observat. 52. nu. 9. part. 1.*

Propter calumniæ suspicionem exceptiones, seu pe- 12
titiones, quamvis aliàs canonicæ, & legitimæ, reiici solent De Luc. *de Jurisdict. disc. 76. n.* 2. & alii, quos citat, & sequitur Crescin. ad Abeccles. *dict. observat. 52. n. 10. part. 1.*

Episcopum per calumniam accusans quomodò mul- 13
ctetur Brunneman. *supr. C. verb. Episcopus in Indice.*

Discrimen inter actionem de calumnia, & injuriarum Brunnemann. *supr. C. libr. 11. tit. 46. leg. 1. n. 4.* 14
pag. 918.

§. CANONICATUS. III.

CAnonicus Ecclesiæ Collegiatæ (quicquid aliqui 1
contrarium tenuerint) non potest constitui judex syno-

ſynodalis, quid ſi eſset Protonotarius Apoſtolicus, & alia, quomodo differat à Canonico Cathedralis Eccleſiæ, vide per Sperel. *deciſ.* 167. *per tot.* Ciarlin. *controverſ.* 220. *n.* 130. *&c.*

Quid ſit Canonicatus, & quid ejus appellatione veniat, & alia, Tuſch. *litt. C. concluſ.* 29. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 2444. ubi plura de Canonicis. Mancin. *de Jur. Sacro diſſert.* 1. Vide De Luc. *de Beneſic. diſc.* 27. *diſc.* 24. n. 6. *& diſc.* 60. *n.* 6. Rot. in deciſ. recollect. per Palm. nep. *deciſ.* 319. n. 2. *tom.* 2. ubi unde Canonicorum nomen originem duxit.

2 Canonicus abſens an, & quando lucretur diſtributiones quotidianas, vel non, dixi in §. *Abſentia n.* 9. *& ſeqq. inf. n.* 4. Dian. *tom.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 129. *& ſeq.* Pignatell. *conſult. canonicar. tom.* 1. *conſult.* 134. *& tom.* 3. *conſult.* 36. *& tom.* 7. *conſult.* 14. ubi an debeantur Canonico abſenti prætextu inimicitiæ. Et vide Fagnan. *in Indic. general. verb. Canonicus quoad reſidentiam, fructus, & diſtributiones* De Luc. *in Indic. general. verb. Canonicus quoad emolumenta & diſtributiones* Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 12. *deciſ.* 25. *nu.* 4. *vol.* 2. Caprat. *deciſ.* 85. *&* 506.

Quòd Canonici abſentes propter timorem belli debeant habere diſtributiones quotidianas, Rot. *p.* 15. *recent. deciſ.* 109. *per tot. vide in* §. *Abſentia nu.* 12. *in fin. cum Addit.*

Qualiter decedens ante factam diviſionem, diſtributiones etiam inexactas tranſmittat ad hæredes, & poſſit de eis diſponere tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, Rot. *p.* 13. *recent. deciſ.* 233. *per tot.* facit quòd dixi in §. *Penſio n.* 12. eadem Rot. *d. par.* 13. *deciſ.* 329. & in eadem cauſa, ubi fuit confirmata prima deciſio. De Luc. *Annot. ad Concil. Trid. diſc.* 15. *n.* 14. De Benef. *diſc.* 100. *n.* 13.

3 Canonicus majori ordine inſignitus, an præferatur Canonico priùs admiſſo, ſed minorem ordinem habenti, & an qui prævenit in poſſeſſione, præcedat alios primò proviſos, & electos, vide Gratian. *dec.* 16. *cum Addit.* Sanſelic. *deciſ.* 269. *&* 333. *per tot.* cum additione Maſtril. *deciſ.* 130. *per tot.* ubi quòd Canonicus Doctori præfertur alteri Canonico non Doctori, licèt priùs Sacerdoti.

Quòd Canonicus Eccleſiæ Cathedralis ſit dignior Canonico alterius Eccleſiæ Collegiatæ, quamvis uterque in redditibus ſit æqualis, & alia plura de præcedentiis inter Magiſtratus, & Cancellarios, Gamm. *deciſ. Luſit.* 1. *n.* 36. *& per tot.* Boer. *tract. de auctorit. Magn. Conſil. n.* 15. 78. 83. *&c.* Pignatel. *conſult. canonicar. tom.* 3. *conſult.* 55.

Qualiter Canonici Eccleſiæ Collegiatæ præcedant Archipresbyteros, & alios Rectores, vel Clericos Diœceſis, Seraph. *deciſ.* 1223. Plura de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis præferendis in omni functione Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ, Rota *par.* 13. *recent. deciſ.* 120. *per tot.*

Plura alia de præcedentiis inter Canonicos, vide Sperel. *deciſ.* 76. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 234. *per tot.* ubi de præcedentia Beneficiatorum poſt Canonicos contra Parochos aliarum Eccleſiarum Pignatel. *conſult. canonic. tom.* 3. *conſult.* 18. *conſult.* 52. *et conſult.* 55. Emerix jun. *deciſ.* 66. Vide etiam Card. De Luc. *in Indic. general. verb. Canonicus quoad præeminentias, & dignitates* Piton. *de Jurepatr. alleg.* 90. *a n.* 147. *& n.* 106. *&* 107. *& alleg.* 100. *n.* 696. *&* 697. *&* 703. *tom.* 2. Creſcin. ad Abeccleſ. *part.* 1. *obſervat.* 3. *n.* 15.

De præcedentiis Clericorum Monacis in proceſſionibus, aliiſque functionibus non obſtante quavis conſuetudine, vel tranſactione tanquam irrationabili, & contra jus latè idem Sperel. *deciſ.* 179. *per tot.* Tuſch. *litt. C. concluſ.* 31.

Quòd imò in materia præcedentiarum totum efficiat conſuetudo, etiam juri repugnans, Merlin. *dec.* 70. *& deciſ.* 593. *per tot.* Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 102. *num.* 16. *&c.* Seraph. *deciſ.* 716. 402. 404. *&* 964. Maſtrill. *deciſ.* 130. *n.* 16. *vide in* §. *Conſuetudo num.* 25. Vid. Add. ad Gregor. *dec.* 124. *n.* 4.

Multa alia de proceſſionibus, & ordine in illis incedendi per Pac. Jord. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 2. *per tot.*

De præcedentia inter Canoniſtas, & Theologos, Pac. Jordan. *vol.* 1. *Prælud.* 13. *per tot. fol.* 58. *&c.*

Dian. *par.* 7. *tract.* 12. *reſol.* 1.

De præcedentia inter Epiſcopos ipſos, & Archiepiſcopos, idem Pac. Jordan. *d. vol.* 1. *Prælud.* 10. *per tot. fol.* 42. Maſtril. *deciſ.* 130.

Alia de præcedentiis dixi in §. *Abbas n.* 1. §. *Arma num.* 6. §. *Doctor*, §. *Nobilitas*, *&* §. *Præcedentia*. Vid. De Luc. *in Indice verb. præcedentia*.

Si in Collegiata præter Canonicos adſint alii præpoſiti eumdem habitum induentes, an poſſint occupare ſedes vacuas Canonicorum in choro non intereſſentium, vide Merlin. *deciſ.* 607. *&* 637. *per tot.* Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 199. *per tot.*

Canonici confabulantes in choro, vel dum chorus 4
cantat, & ipſi nec in choro, nec privatim recitantes horas Canonicas, ſed tantùm ipſi choro aſſiſtentes, an lucrentur diſtributiones quotidianas, contrarias opiniones refert Dian. *par.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 149. ubi affirmativam ſequitur, quia hujuſmodi diſtributiones dantur pro aſſiſtentia in choro, & ſunt ſtipendium illius aſſiſtentiæ; & non aſſiſtentes choro, nec recipientes diſtributiones quotidianas non peccant mortaliter, niſi ſequatur detrimentum cultus divini, quòd ex illorum abſentia ſine aliqua cauſa mihi ſemper ſubeſſe videtur, de hoc ultimo, idem Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 217. ubi an Præbendarius abſens à choro peccet mortaliter, & Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſol. cap.* 363. *per tot.*

An Canonicus, ſive Præbendatus aſſiſtens choro confabulando, lucretur diſtributiones quotidianas, latè iterum Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 10. *per tot.* ubi etiam an teneatur illas reſtituere, & alia referendo diverſas opiniones, & rationes.

Alia plura notabilia quando Canonicus lucretur diſtributiones, vel non, ſi abiit à choro ex aliqua cauſa, Dian. *par.* 10. *tract.* 16. *reſol.* 54. *per tot. vide in* §. *Abſentia n.* 9. Rot. *p.* 9. *recent. deciſ.* 117. *per tot. & p.* 10. *deciſ.* 135. ubi an, & quomodo poſſit de illis diſponere, Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſol. cap.* 362. *per tot.* ubi an ſufficiat ſola præſentia in choro ad lucrandum dictas diſtributiones. Vid. Piton. *diſcep. eccleſ. in Indic. verb. diſtributiones*, ubi latè Bertachin. *vot.* 173. Vide Epiſc. Rocc. *cap.* 87. *a n.* 10. *tom.* 1. ubi de materia diſtributionum.

An Canonicus excommunicatus ob non ſolutionem penſionis, ſi poſtea abſolvatur recuperet diſtributiones quotidianas, Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſol. cap.* 385. *per tot. & cap.* 397. *n.* 2. ubi quòd ſic, ſi non ſit in mora petendi abſolutionem.

Quæ autem attentio requiratur in horis Canonicis recitandis, vide Comitol. & quos allegat *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 63. *per tot.*

Canonicatus poſſeſſio qualiter ſit capienda, vide 5
Cavaler. *dec.* 359. *n.* 3. *&c.* Merlin. *deciſ.* 299. *&* 599. Rot. *p.* 9. *recen. deciſ.* 78. *per tot.* dixi in §. *Poſſeſſio n.* 14. Card. De Luc. *de Beneſic. diſc.* 46. *nu.* 2. *& in ſumm. num* 274. *Annot. ad Sacr. Concil. Trid. diſc.* 20. *n.* 4. Emerix. jun. *deciſ.* 945. *n.* 2.

Quòd ſtatim ac Canonicus eſt in poſſeſſione Canonicatus, conſecutivè etiam dicatur in quaſi poſſeſſione juris eligendi, & votandi etiamſi nunquam venerit caſus, Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 5. *n.* 25. *& ſeqq.* Poſt. *de manutent. obſer.* 40. *n.* 20. Rot. *p.* 10. *recent. deciſ.* 295. *n.* 4. vide in §. *Epiſcopus n.* 9. *in fin.*

Quomodo quis probetur, vel præſumatur Canonicus, & an poſſit eſſe teſtis in judicio ſine licentia Prælati, Maſcard. *de probat. concl.* 260. *&* 261. Vide Card. De Luc. *de Præeminent. diſc.* 24. *n.* 8.

Canonici ſtante inſufficientia reddituum non poſſunt 6
compelli ad aliquem recipiendum in locum antiquorum Canonicorum præmortuorum, Abb. *in cap. ex parte nu.* 4. ubi etiam Imol. *n.* 10. *de conceſſ. præbend.* Mantic. *deciſ.* 226. *nu.* 3. Rot. *p.* 10 *recent. deciſ.* 317. *n.* 9. *&c.*

Quòd auctis facultatibus Eccleſiæ poſſit augeri numerus Canonicorum, etiamſi ab initio aliter ſit ſtatutum, Boer. *deciſ.* 72 *n.* 7. per text. *in c. Marcus Ferrarienſis*, ubi Bald. *de conſtit.* De Luc. *de Canonic. diſc.* 6.

Canonici tenentur comitari Epiſcopum ſuum in pro- 7
ceſſionibus publicis, non obſtante quacunque contraria conſuetudine, quæ tanquam ſacris canonibus contraria eſt rejicienda *c. nimis prava*, ubi latè Panormit.

de excess. Prælat. & in c. dilectus de off. ordin. c. contra 11. *distinct.* Aloys. ;Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 51. *per tot.*

Quòd sicuti Canonici Ecclesiæ Cathedralis tenentur assistere suo Episcopo tanquam Capiti pro Diacono, & Subdiacono quando solemniter celebrat, ita etiam Canonici aliarum Ecclesiarum Collegiatarum debeant suis Præpositis, vel Archipresbyteris solemniter celebrantibus assistere pro Diaconis, & Subdiaconis, & alin nd hunc propositum, Ciarlin. *controv.* 204. *per tot. lib.* 2. ubi plures rationes, & auctoritates hincindè allegat, & declarat.

8 Canonicus supranumerarius auctoritate Apostolica creatus an habeat stallum, sive locum in Choro, & vocem in Capitulo, ita ut expulsus reintegrari debeat, Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 263. *per tot.* ubi arguit pro, & contra, & videtur cum affirmativa transire. De canonicis supranumerariis plura Fagnan. *in Indic. general. verb. Canonici supranumerarii, & numerarii* Illustrissimus Domin. Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 64. *tom.* 2. Emerix. jun. *decis.* 147. *num.* 3.

Alia plura de Canonicis ponit Bertach. *in suo repert. verb. Canonic.* Card. Tusch. *litt. C, conclus.* 29. *& seqq.* De Luc. *In Indice verb. Canonicatus, & Canonicus.*, ubi de Canonicatu in genere, de canonicatu quoad ætatem, de canonicato quoad collationem de Canonicatibus pænitentiariis, & theologalibus, & de Canonicatu quoad præbendas, & redditus, & de Canonicis in genere, de Canonicis quoad emolumenta, & distributiones, de Can nicis quoad præeminentias, & dignitates, de Canonicis regularibus, & de Canonicis regularibus S. Salvatoris, & de Canonissis Fagnan. *supr. Decretal. in Indic. general. verb. Canonicatus, & canonicus*, ubi de Canonicatu, & de Canonicis in genere, de Canonicis cum expectatione Præbendæ, de Canonicorum receptione per simoniam, de Canonicis quoad Præbendas, & ordines annexos, de Canonicis irregularibus. de Canonicis regularibus, de Canonicis quoad residentiam, fructus, & distributiones, & de Canonicis numerariis, & supranumerariis.

9 Multa de Canonicatibus, & Canonicis, Regularibus, & non Regularibus, eorum obligatione, juribus, & officio tradunt remissivè Castejon. *in alphabet. jurid. verb. Canonicatus*, & Com. Aug. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *cod. verb. fol.* 197. *etc.* Pignatel. *in consul. canonic.* Illustrissimus Dominus meus Episc. Piton. *in ejus celebri tract. de Jurepatron. in Indic. general.*

50 Canonicatus destinati pro nobilibus viris ex utroque parente nobilibus natis, possunt conferri etiam ignobilibus, & plebeis, si habeant privilegium nobilitatis à Rege, vel alio supremo Principe obtentum per quod declarentur nobiles, ac si ex utrisque parentibus nobilibus essent nati, maximè si sint etiam Doctores, & tale privilegium per Sedem Apostolicam sit approbatum, vel confirmatum, Mohed. *de privil. et indult. decis.* 2. *aliàs* 34. *per tot. fol. mihi* 404. sequitur Cyriac. *controv.* 21. *num.* 47. *& per tot.* ubi plura quomodo Princeps possit aliquem nobilitate ad omnes effectus civiles, & de forma in hoc servata à Serenissimo Duce Mantuæ, vide in §. *Nobilitas num.* 7. *et* 10. *in Addit.* Vide Rot. coram Caprar. *decis.* 616. *n.* 2. *part.* 2.

51 Canonici Regulares sunt incapaces beneficiorum sæcularium sine Apostolico Indulto Rot. *recent. part.* 59. *tom.* 2. *decis.* 619. *n.* 11. *et* 12.

52 Canonicus in sacris non constitutus non habet vocem in Capitulo, habet tamen exercitium Juris nominandi beneficiatum, ubi non sit in Capitulo Rot. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *decis.* 23. *et decis.* 24. *per tot. libr.* 52. *vol.* 2., in quibus decisionibus firmatur, quod Jus conferendi Beneficia, quod ante turnariam divisionem penes Capitulum residet, non valet conferre Canonicus in sacris non constitutus; Id tamèn limitatur, quoties Canonici non conferant, sed tantùm nominent, quia tunc valet nominare, etiam Canonicus, qui non sit in sacris, quod autèm hujusmodi consuetudo sit in Clero Sancti Petri de Urbe, plenè in altera decisione ibidem habetur.

53 Canonici, qui sunt commensales, & familiares Episcopi, neqneunt in capitulo intervenire, & votare, quosies tractatur de rebus respicientibus commodum, & interesse Episcopi, & suorum, & id ex mente, & resolutionibs Sacræ Congregationis Concilii Rot. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 12. *decis.* 26. *n.* 5. *et* 2. *vol.* 2. Caprar. *decis.* 326. *n.* 1. *part.* 1., ubi plura.

Id autem non extenditur ad Canonicos, qui solùm fuerunt ab Episcopo provisi, sed nec suns familiares, nec commensales Mantiss. *loc. cit. nu.* 13. *et seqq.* Vide Capraram *dict. decis.* 326. *n.* 16. *et* 17.

14 Canonicorum antecessorum factum non præjudicat successoribus Castald. *consult.* 192. *n.* 3. *fol.* 144. *et consult.* 193. *n.* 1. *fol.* 146. *tom.* 2.

55 Hæreditas relicta Canonicis, & Capitulo contemplatione Ecclesiæ, non personarum, cedere debet commodo nedum Canonicorum, sed etiam aliorum Clericorum Ecclesiæ inservientium Castald. *dict. consult.* 193. *n.* 4. *tom.* 2., ubi tamen *n.* 5. hoc declarat. Et de Legato quoad hanc quæstionem vide Bertachin. *vot.* 502. *per tot.*

56 Erectio novi Canonicatus, seu Archidiaconatus an possit fieri ab Episcopo Bertachin. *vot.* 192. *a n.* 1.

17 De Jure communi Canonicatus non requirit ordinem sacrum Illustrissimus Dominus meus Episc. Piton. *de Jurepatron. alleg.* 42. *n.* 1. *et* 26. *tom.* 1.

Sacrum Concilium Trident. corrigens hanc Juris dispositionem in quo sensu loquatur, Idem Episc. Piton. *loc. cit. n.* 2.

58 Ad assequendos Canonicatus in Ecclesiis collegiatis de Jure communi an sufficiat prima tonsura, & quænam ætas requiratur, Idem Episc. Piton. *loc. supræ allegat. n.* 3. *et* 26. *et allegat.* 80. *n.* 2. *tom.* 2.

19 Jus Turni numeratur inter fructus Canonicatus Illustrissimus Dominus meus Episcopus Piton. *de Jurepatronat. alleg.* 90. *n.* 125. *tom.* 2.

20 Ad privandum Canonicatu ob absentiam quod tempus requiratur, Idem Dominus Episcop. Piton. *eodem tractat. de Jurepatr. alleg.* 100. *n.* 150. *tom.* 2.

21 Novus Canonicatus in Ecclesia erectus non debet esse in præjuditium antiquorum Piton. *loc. cit. allegat.* 64. *n.* 7. *tom.* 2.

22 De materia Turnorum inter Canonicos Ecclesiarum, Idem Dominus Piton. *alleg.* 9. *a n.* 71. *usque ad n.* 129. *tom.* 1.

23 An, & quando Canonicus consanguineus possit votare in Capitulo, Idem Dominus Episc. Piton. *eodem tract. alleg.* 30. *n.* 3. *tom.* 1., Et vide Caprar. *decis.* 715. *n.* 1. *part.* 2. ubi quod Canonicus ubi agitur de interesse particulari unius, vel alterius debet se abstinere a ferendo voto, & exire a capitulo.

24 Statutum obligans Canonicos ad celebrationem Missæ cantatæ non inducit obligationem Ordinis sacri, Idem Episc. Piton. *loc. cit. alleg.* 42. *n.* 20. *tom.* 1.

25 Episcopus an cogere possit Canonicos de Jurepatronatus in Collegiata ad Sacerdotium, Idem Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 100. *n.* 30. *tom.* 2., ubi *num.* 31. hoc declaratur.

Juspatronatus relictum Canonissis quando dicatur Ecclesiasticum Dominus Episc. Piton. *eodem tract. alleg.*
48. *n.* 18. *tom.* 1., ubi *n.* 17. quod Canonissæ Germaniæ 26
possunt contrahere matrimonia, nec gaudent privilegio Canonis, & earum præbendæ sunt venales, & hæ præbendæ non solent provideri per Apostolicam Sedem tamquam de reservato.

27 Canonicis coadiutis excommunicatis, Coadiutores eorum tenentur assistere divinis Officiis Episcopus Maraviglia *de Legib. Prudent. Episcop. leg.* 175.

28 Canonicatus Ecclesiarum Collegiatarum de Jure conferri debent per Capitulum Emerix jun. *decis.* 5084. *n.* 2. *et decis.* 163. *n.* 3.

De consuetudine tamen conferri possunt per Episcopum, Idem Emerix jun. *decis.* 1084. *n.* 2., ubi *nu.* 3. hoc etiam ampliatur.

29 Canonicatus Pænitentiarius debet ab Episcopo institui in omnibus Ecclesiis Cathedralibus cum unione præbendæ proximè vacaturæ, & in Pænitentiarium eligi, qui aptior sit pro loci qualitate Emerix jun. *decis.* 1185. *n.* 16., ubi alia de hac materia.

30 Canonicus Leodiensis potest testari per simplicem schedulam Emerix jun. *decis.* 358. *n.* 3.

32 Canonicus potest esse testis, quando agitur de interesse Capituli, & non de interesse Canonicorum, uti singulorum Emerix jun. *decis.* 380. *nu.* 5. Caprar. *decis.* 569. *n.* 4. *et* 5. *et decis.* 593. *n.* 59. *et* 20. *part.* 2.

Ca-

Canonici debent habere libros, ex quibus ediſcant ritus, & cæremonias ſacras, & Pſalteria pro Pſalmodia Caprar. *deciſ.* 670. *n.* 11. *part.* 2., an teneantur accedere ad conſerentiam caſuum conſcientiæ Caprar. *dict. deciſ.* 670. *n.* 21., ubi nonnulla alia.

§. CAPTURA. IV.

1 CAptura debitoris in civilibus non poteſt regulariter committi, niſi ſervato ordine tradito *in l. à Divo Pio §. in venditione ff. de judic.* ut ſcilicet primò fiat excuſſio in bonis, antequam deveniatur ad perſonam, Alex. *conſ.* 159. *lib.* 2. *gloſ.* & Bartol. *in l.* 3. *§. tutor. ff. de ſuſpect. tut.* Marant. *part.* 6. *de citat. num.* 58. Roman. *conſil.* 12. *et conſil.* 224. Addit. ad Pract. Papp. *form. inquiſ. gloſ.* 1. *verb. promiſit ſiſtere*, Aſin. *in Prax.* §. 31. *cap.* 5. *et* 6 *per totum*, dixi in meis reſolut. *cap.* 71. *num.* 10. *et num.* 11. ubi tamen quòd omiſſio dicti ordinis non inducit nullitatem, ſed opus eſt appellatione ab illius omiſſione juxta veriorem opinionem de qua teſtatur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 7. *num.* 25. *etc. cap.* 353. *per tot. et cap.* 479. *num.* 40. Tuſch. *litt.* C. *concluſ.* 70. *et* 71. *per tot.* vide in §. *Debitor n.* 24. *et* 42. §. *Executio n.* 1. De Franch. & Add. *dec.* 441. Abeccleſ. *obſervat. forenſ. part.* 1. *obſervat.* 119. *a n.* 3. Brunnem. *in dict. l. à Divo Pio n.* 5. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 2. *num.* 12. Altimar. *de Nullit. rubr.* 13. *quæſt.* 18. *num.* 11. *et* 12. *tom.* 2., & alii, quos adducit, & ſequitur Creſcin. ad Abeccleſ. *dict. obſerv.* 219. *n.* 1. *part.* 1. ubi plura alia.

Qualiter poſſit concedi captura pro non facto, Tuſch. *litt.* C. *concluſ.* 67.

An poſſit pro debito fieri in domo debitoris, *vide in* §. *Debitor num.* 26. Fagnan. *in cap. inter alia nu.* 81. *de Immunit. Eccleſ.* Palm. nep. *deciſ.* 201. *per tot. tom.* 3., ubi an fieri poſſit in domo, vel apotheca; Et vide eumdem Palm. nep. *deciſ.* 347. *n.* 39. *et* 42. *tom.* 4.

2 Capti in bello juſto peccant fugiendo à domino ſuo ſecundùm gloſ. *in c. jnſgentium diſtinct.* 1. Molin. *tom.* 2. *tract.* 2. *diſp.* 37. *concl.* 1. latè Diana *part.* 7. *tract.* 7. *reſol.* 10. ubi tamen ipſe contrarium firmat cum aliquibus limitationibus, quas vide penes eum. Vide Covar. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 2. *num.* 10.

Quòd capti in bello licito, poſtquam fuerunt capti, non poſſint occidi, Caſtr. *conſil.* 192. quem ſequitur Sanſelic. *deciſ.* 249. *n.* 17.

3 Capti in bello quando ſumus in caſu, quo non efficiantur ſervi poſſunt facere teſtamentum, ac omnem aliam diſpoſitionem, & ſunt capaces omnium acquiſitionum, ſucceſſionum, & majoratuum, pulchrè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 801. *num.* 31. *etc.* Mieres *prim. par.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 413.

An capti in bello inter Chriſtianos poſſint licitè redimi, & teneantur ſolvere pretium ſuæ redemptionis promiſſum, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 6. *tract.* 7 *reſol.* 16. ubi affirmativam ſequitur. Plura an hodie inter Chriſtianos procedat jus captivitatis, & an hæretici in bello capti efficiantur ſervi capientium, Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *reſol.* 1. *per tot.* vide Covar. *cap.* 3. §. 4. *n.* 21. *de Matrim.*

Quòd capti à Turcis ex hora captivitatis habeantur pro mortuis; iſta tamen mors civilis non faciat vacare beneficium, nec poſſit impetrari, cùm ad hunc effectum ſola mors naturalis attendatur, Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 453. *num.* 2. *etc.*

4 Capta in bello ſive inter Chriſtianos, ſive inter fideles, vel inter diverſas ſectas, & nationes quomodo fiant capientium ſive ſint mobilia, ſive immobilia, vel perſonæ, & qualiter ſint dividenda, ac alia plura in materia belli, vide per Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 140. *et caſ.* 220. Gratian. *diſcept. forenſ. d. cap.* 801. *per tot.* Tuſch. *litt.* B. *concl.* 39. *et ſeqq.* Ricc. *Collect.* 1412. *et* 1614. Gomez. Leon. *deciſ. Hiſpalen.* 12. *per tot.* plenè P. Steph. de Neapol. *tract. de reſtit. cap.* 17. *per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 546. ubi plura de bello, & geſtis in eo, Maſtrill. *deciſ.* 180. *per tot.* ubi de Turcis captis à triremibus Sereniſſimi Magni Ducis Heturiæ, *vide in* §. *Animalia num.* 14.

Capti in bello ſervi capientium efficiuntur, ſi bellum ſit juſtum Fagnan. *in cap. per tuas il primo n.* 17. *et* 38. *de ſimonia.*

Hoc tamen non obtinet in Chriſtianis captis a Turcis, vel ſaracenis Fagnan. *loc. ſupra alleg. n.* 19.

Captivitate Emphyteutæ, Feudetarii, aut Beneficiati durante, penes quem interim eſſe debeant bona emphyteuta, ſeudalia & c. Em. Card. De Luc. *de Emphyt. diſc.* 61. *n.* 19. *et* 20., Et Epiſcopi captivitate ſequuta ſuccedit in juriſdictione, & adminiſtratione Capitulum, Idem De Luc. *de Benefic. diſc.* 16. *n.* 4.

Captivus deceſſiſſe fingitur in momento captivitatis, & quomodo ejus ſucceſſio ſit regulanda De Luc. *de ſucceſſ. ab inteſt. diſc.* 11. *n.* 7. *et* 8. *et de Benefic. diſc.* 16. *n.* 3. Et ad effectum vacationis Beneficiorum attenditur tempus mortis naturalis, Idem De Luc. *de Benefic. dict. diſc.* 16. *n.* 5. *uſque ad* 13., Et vide eumdem *in Conflict. leg. obſervat.* 264.

Captivorum redemptio eſt opus piiſſimum Card. De Luc. *de Decim. diſc.* 20. *num.* 10. Et poſſunt effrangi etiam vaſa ſacra Idem De Luc. *dict. diſc.* 20. *ſub num.* 10., Et alienari bona fideicommiſſaria De Luc. *de Dot. diſc.* 37. *ſub n.* 12. *et de Fideicommiſſ. in ſumm. n.* 294., Et captivorum calamitati eſt miſerendum Fagnan. *in cap. per tuas il primo n.* 23. *et* 26. *de ſimonia.*

Captivitas eſt mors civilis, quæ non æquiparatur naturali, niſi in caſibus in Jure expreſſis Fagnan. *in cap. per tuas il primo n.* 16. *de ſimonia*

Plura de juſtitia, & injuſtitia belli, & quando capta in bello efficiantur capientium, & quid de bonis Eccleſiæ, Caren. *reſol.* 1. *per tot.*

An bellum licitum ſit inter Chriſtianos, & alia plura de bello, ac ejus juſtitia, vel injuſtitia, & ad quid teneantur bellatores in bello injuſto, Candid. *diſquiſit. moral. tom.* 1. *diſquiſ.* 77. *per tot. ſol. mihi* 126. ubi de rebus captis in bello, Cabed. *deciſ.* 44. *num.* 14. *et ſeqq. par.* 2. *et deciſ.* 83. *per tot. d. part.* 2. & plenè de omnibus prædictis de jure indicendi bellum, & aliis in materia bellorum videndus Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 26. *per tot ubi num.* 34. *et ſeqq.* quærit etiam an res noſtræ, quæ fuerunt ab hoſtibus captæ, ſi poſtea fuerint recuperatæ ad primos dominos pertineant, & affirmativè reſolvit, quando nondum ad præſidia hoſtium fuerunt aſportatæ, quia nondum hoſtium factæ ſunt.

Quòd quamvis capta in bello efficiantur capientium, tamen ſi fuerint redempta à Mercatoribus, ſint veris dominis reſtituenda, ſoluto tantùm pretio redemptionis, expenſis, & intereſſe, cùm ab illis nunquam dominium fuerit abdicatum, & alia, vide per Valer. *de different. utriuſque fori ver. Acquiſitio differ.* 6. *per tot.*

De captis à Turcis, vel Saracenis, an reverſi poſſint jure poſtliminii agere ad officia, ad quæ tempore captivitatis fuerunt extracti, ſaltem per reſtitutionem in integrum, quid ſi jam fuerant extracti alii, & alia de materia juris poſtliminii, Ramon. *conſ.* 6. *per tot.* cum Annot. Balduc. Peregrin. *de Jure fiſc. libr.* 3. *tit.* 3. Vide Fagnan. *in dict. cap. per tuas il primo nu.* 27. *cum ſeqq. n.* 33. *et n.* 43. *et ſeqq. de ſimon.*

Multa de captis in bello, ac de diverſis capturis tam pro debito, quàm pro delicto remiſſivè Caſtejon. *in Alphabet. jurid. verb. Captivi, et verb. Carcer, et Captura*, Com. Aug. Fontan. *in Biblioth. leg. p.* 4. *fol.* 202. *etc.*

An autem liceat cuilibet Chriſtiano ſibi uſurpare, & capere bona à Turcis poſſeſſa, latè in utramque partem Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 98. Gamm. *deciſ. Luſit.* 335.

Quòd ſi juſtum ſit bellum efficiantur capientium, & quando bellum præſumatur juſtum, vel injuſtum, Menoc. *lib.* 6. *præſumpt.* 96. *per tot.* Tuſch. *litt.* B, *concluſ.* 34. *et ſeqq.* Dian. *part.* 6. *tract.* 4. *per tot.* ubi plura de bello quæ in eo ſint licita, vel non, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 85. *num.* 17. *etc. vol.* 5. Pater Stephan. de Neapol. *d. tract. de reſtit. d. cap.* 17. *per tot.* ubi plenè quid ſit bellum, quas conditiones requirat ut poſſit dici juſtum, & quæ in eo ſint licita, vel non in foro conſcientiæ, Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 459. ubi an, & quando Clericus in conflictu belli dimicans efficiatur irregularis, vel non, & dixi in §. *Irregularitas nu.* 5. Amend. ad De Franch. *dec.* 268.

Licèt capta in bello efficiantur capientium, illa tamen ſunt Capitaneo conſignando ut dividat ſecundùm merita cujuſque, Diaz. *reg.* 60. vide Silveſter *in ſum. verb.*

Bellum, Fraoch. decis. 268. per tot. Viscoot. ad De Fraaeh. loc. cit.

Qualiter io bello justo sint licitæ fraudes, stratagemata, & insidiæ, Alvarez. de Velasc. tract. de Jud. perfect. Rub. 14. annot. 4. num. 10. et 44.

Intellige prædicta de bello justo, & publico, ac de captis io ipso belli conflictu vulgò bottino, nam capta extra dictum conflictum per scorerias in alieno territorio, efficiuntur capientium, nec potest dux belli illa vindicare, item intellige de mobilibus, & se moventibus, nam immobilia spectant ad Principem, vel Rempublicam bellum gerentem, Gramm. decis. 71. num. 18. Pac. Jordan. Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 11. num. 303. fol. 185. Cacheran. consil. 5. num. 23. etc.

An Christiani remigantes, & captivi apud Turcas peccent, & possint invadere bona Christianorum, Dian. par. 3. tract. 5. resol. 36. et p. 5. tract. 7. resol. 30.

5 Captus existens in manibus Curiæ, licèt aliàs tanquam bannitus posset ab omnibus offendi, non potest ab aliquo molestari, nec offendi sub pœna criminis læsæ majestatis, nisi adesset periculum evasionis, Guaz. def. 5. cap. 6. per tot. et def. 6. cap. 1. num. 26. dixi in §. Bannitus. Vide Farinae. quæst. 103. n. 153. facit Cabal. cas. 94.

6 Captus extra territorium sui Judicis, & per vim ductus ad illum non potest puniri, sed debet relaxari, latè Cabal. resol. crim. cas. 291. per tot. Tusch. litt. C. conclus. 72. Gomez. libr. 3. var. resol. cap. 9. n. 4. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 8. nu. 64. Brunnemann. in Prax. criminal. cap. 33. n. 22.

Etiam quòd familia cœpisset iosequi delinquentem in suo territorio, & jurisdictione, quia non principium, sed finis debet attendi, quicquid aliqui hoc casu contrarium asserere videantur, Clar. §. fin. quæst. 29. Guaz. def. 5. cap. 1. num. 27. dixi io mea Pract. §. Carcerati num. 31. Tusch. d. concl. 72. Vide Pellegrin. loc. supra relat., ubi pro utraque opioiooe Doctores adducit.

7 Captura delinquentium, an, & quando, & quomodo possit fieri in Ecclesia, dixi in §. Assassinium, §. Ecclesia, et §. Immunitas.

8 Captura facta per manus ipsiusmet Judicis est nulla, Cavalcan. de Brach. Reg. part. 2. nu. 45. refert Guaz. def. 5. cap. 1. num. 6.

9 Captura in criminalibus potest fieri qualibet die etiam feriata in honorem Dei, Clar. §. fin. quæst. 64. vers. quæro an, Guaz. def. 5. cap. 1. num. 22. Cabal. resol. crim. cap. 227. n. 11. Farinac. quæst. 27. n. 109. & seqq. Conciol. resolut. crim. verb. Captura resol. 4. ubi plura de captura cum resolutionibus præcedent. & seqq. & Majoran. in Opoprax. lib. 1. cap. 7. fol. 17. & seqq. Foller. in Prax. verb. notarius capias de persona nu. 5. Pellegrin. loc. cit. n. 67.

Secus autem in civilibus, quia captura esset nulla, ita ut dies feriatus incipiat à media nocte præcedente, & duret usque ad aliam mediam noctem sequentem, pulchrè Gratian. discept. forens. cap. 972. per tot. Scanarol. de visitat. Carcer. lib. 3. §. 10. cap. 11. per tot. Rot. part. 2. Noviss. decis. 244. nu. 2. Pac. Jordan. Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 12. n. 43. & seqq. ad 54. fol. 351. Altograd. consil. 86. num. 2. &c. lib. 2. juxta text. in l. more ff. de feriis, dixi in mea Pract. §. Feriæ nu. 6. & §. Notte num. 2. in fine, Farinae. d. q. 27. num. 106. & seqq.

Nisi tamen sit concessa vigore suspicionis fugæ, ut dixi in §. Debitor.

In criminalibus potest etiam fieri de nocte, secus in civilibus, Scanarol. loc. cit. cap. 12. fol. 578. dixi in mea Pract. §. Debitori n. 29. & §. Notte n. 2.

In criminalibus est permissa etiam in propria domo, secus in civilibus, vide Gabriel. com. conclus. lib. 7. de malefic. conclus. 10. per tot. & plures alios citatos in dicta mea Pract. §. Debitori num. 4. & num. 28. ubi benè declaravi, & in hoc opere §. Debitor. Crescin. ad Abeccles. part. 1. observat. 124. n. 6.

Quando, & ex quibus sit licita captura in criminalibus, & de pœna resistentium, Tusch. litt. C. concl. 68. & 69. per tot. Clar. & Bajard. §. fin. quæst. 28. etc. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 289. per tot. et tit. 280. Bertachin. in repert. verb. Captura, ubi plura.

10 Captura potest committi etiam contra eum, cui fuit transmissa inquisitio, & datus terminus ad comparendum, quia adhuc non est certus judex quòd citatus sit comparitorus, ac ideò potest omissa dicta via ordinaria devenire ad extraordinariam, si magis expedire cognoscat, Boss. tit. de capt. num. 10. Clar. §. fin. quæst. 31. Guaz. def. 5. cap. 1. n. 29. Vide Cabal. cas. 47.

Captura potest committi ad solam partis instantiam, & querelam, si accusatus sit suspectus de fuga, vilis, agatur de gravi crimine, & accusator promittat reficere expensas quatenus captura detegatur injusta, Farin. quæst. 27. n. 120. Boss. de captur. num. 3. Guaz. def. 5. cap. 3. nu. 23. Scanarol. de visit. Carcer. lib. 2. §. 5. per tot. vide Paul. Rub. in discurs. ad 2. vol. part. 9. decis. Rot. recent. num. 80. & seqq. ubi plura in contrarium adducit, cessantibus prædictis conditionibus. Eugen. cons. 64. n. 14., & seq. Bruooemano. in Prax. criminal. cap. 8. membr. 1. n. 13. 11

Non tamen est concedenda pro causis levibus, ut declarat idem Scanarol. loc. cit. §. 35. per tot. dixi io mea Pract. §. Carcerati num. 45. vide Paul. Rub. loc. cit. quia est magni præjudicii, ut dixi in §. Carcer. n. 1.

Qualiter sit judici arbitraria (arbitrio tamen regulato) quando possit, vel debeat concedi, sive oon, latè Addit. ad Sanfelic. decis. 363. Fagnan. in cap. pervenit n. 34. & 41. de Adult.

Captura ut possit dici justa, requiritur quòd judex habeat facultatem carcerandi, persona capta non sit privilegiata, delictum sit tale, pro quo veniat imponenda pœna corporis afflictiva, nisi essemus io persona suspecta, quæ potest capi etiam pro causa pecuniaria, debent præcedere legitima indicia contra imputatum, quod tamen aliquibus casibus fallit, debet priùs constare de corpore delicti, & præcedere commissio judicis, oisi agatur de reperto in fragranti, qui potest absque alia judicis commissione carcerari, ut declarat Guaz. def. 5. cap. 3. per tot. & meliùs Farin. q. 27. per tot. Aris. Tepat var. sent. tit. 289. Carpzov. in Prax. criminal. quæst. 111. Brunnemaon. pariter in Prax. criminal. cap 8. membr. 1. Pellegrio. in Prax. Vicar. p. 4. sect. 8. 12

Qui possint carcerari, vel non, Ricc. Collect. 2215. mulier, senex, frater, socer, Doctor &c. Plures relat. per Castejon. Alphabet. Jurid. verb. Carcer. num. 3. Pellegrin. loc. supra adduct n. 8. Crescin. ad Abeccles. observat. forens. part. 1. observat. 121. n. 22. & observat. 124. nu. 7. Altimar. de Nullit. rubr. 12. quæst. 10. num. 90. tom. 2.

Quando autem captura dicatur facta in fragraoti crimine, an in hoc sit credendum birruariis, & quinam effectus resultent ex hujusmodi captura in fragranti, Guaz. def. 5. cap. 8. & 9. per tot. vide in §. Furtum n.... Scacc. de Judic. libr. 1. cap. 78. per tot.

Captura in dubio præsumitur justa pro facto judicis, & ad excludendum delictum, cessat tamen hujusmodi præsumptio, & est nulla quando non constat de corpore delicti eo modo, quo constare potest, nec de legitimis indiciis, & quando carceratus fuit relaxatus sine ullo examine, Rot. in Noviss. part. 6. decis. 26. n. 9. &c. vide Farinacc. d. quæst. 27. Vide Bertachin. vot. 90. num. 3. 13

Qualiter captura reddatur nulla ex multis, & qualiter possit convalidari, Tusch. litt. C. concl. 73. et concl. 74. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 289. per tot. Farinac. d. quæst. 27. per tot. Carpzov. in Prax. crim. quæst. 111. Brunnemann. pariter in Prax. criminal. cap. 8. membr. 1. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 8.

Quando captura sustineatur, etiam non constito priùs de corpore delicti, Conciol. verb. Captura in resol. 6.

Quòd captura possit concedi oon solùm ubi pro delicto intrat pœna corporalis, sed etiam sola pecuniaria, si sit gravis, & delinquens non sit dives, gravis, vel in dignitate positus, secus autem si pœna sit levis, & persona gravis, vel dives, debet tamen sub fidejussore dimitti, Conciol. d. verb Captura resol. 2. Pellegrin. loc. cit. n. 10.

De captura facta pro majori summa, quam sit debitum, an uti excessiva sit io totum nulla, vel possit sustineri pro summa verè debita, Andreol. contr. 159. per tot. & dixi in §. Executio, & §. Sententia. Palm. nep. decis. 22. n. 17. cum seqq. tom. 1.

Delicta pro quibus ad carcerationem devenitur, quæ siot Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 8. n. 10. 14

Car-

15 Carcerandus in actu carcerationis an poſſit reſiſtentiam facere Pellegrin. *ubi ſupra n.* 20. *&* 21. *& nu.* 26. ubi de pœna eximentium carceratum.

16 Captura notoriè injuſta quando dicatur Pellegrin. *loc. relat. n.* 22.

17 Debitor ſuſpectus de fuga capi poteſt nulla prævia citatione, aut præcepto de ſolvendo, ne ille inſtruatur ad accelerandam fugam, & hæc captura decerni poteſt per Judicem incompetentem, & quando perſona capienda eſt fugitiva, tunc quia periculum eſt in mora, poteſt debitor capi per creditorem propria auctoritate, ac etiam per Judicem incompetentem, tunc enim non eſt adhibenda aliqua cognitio cauſæ, & ratione periculi Judex loci, in quo eſt, fit competens, in hoc tamen caſu Judex incompetens debet remittere taliter captum ad ſuum Judicem, & talis captura per Judicem incompetentem facta in civilibus eſſet omnino nulla, ſi conſtaret, quod debitor poſſideret bona in ſuo Foro. Abeccleſ. & Creſcin. *obſervat. forenſ. part. p. obſervat.* 121. *à n. p.*, ubi alia plura de hac materia.

18 An quis poſſit per pactum prò pecuniario, & civili debito ad carceres ſe obligare, antequàm in bonis excuſſio facta ſit, & an hoc pacto poſſit Defunctus hæredem ſuum afficere, & quid dicendum de Statuto in hac materia diſponente. Creſcin ad Abeccleſ. *obſervat. forenſ. part. p. obſervat.* 224. *à n. p.*

19 Captura relaxatur ex Inſtrumento liquido Rot. *in deciſ. recollect.* per Palm. Nepnt. *deciſ.* 83. *n.* 3. *tom. p.*

20 Captura non eſt licita in loco per conſuetudinem immuni. Rot. *in deciſ. recollect.* per Palm. Nep. *deciſ.* 60. *n.* 58. *tom. p.*, & facta in Eccleſia mandato Judicis ſæcularis non valet. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſerv.* 7. *n.* 24. *part. p.*

21 Captura quando extrahitur ad ſolum finem cavendi de ſtando juri, reſolvitur per cautionis præſentationem. Palm. Nep. *loc. cit. deciſ.* 63. *num.* 25. *tom. p.*, & tunc ſi Debitor poſſidet immobilia, relaxatur abſque fidejuſſione. Palm. *ibidem n.* 26., ſecus quando captura extrahitur ad finem ſolvendi. Palm. *ibidem n.* 27. *&* 29.

22 Captura non poteſt juſtificari ex ſupervenienti ſolemnitate. Palma Nep. *deciſ.* 79. *num.* 5. *tom. p.*, & captura nulla quando ex noviter deductis reddi poſſit valida Palma *ibidem n.* 13. *&* 14. & vide eumdem Palm. *deciſ.* 347. *n.* 4. 38. 39. *&* 41. *tom.* 4. & captus nulliter an poſſit arreſtari, idem Palm. Nep. *deciſ.* 80. *num.* 12. *tom. p.* Pellegrin. *in Prax. Vicar part.* 4. *ſect.* 8. *num.* 46. *&* 47.

23 Captura concedi non poteſt, niſi de debito appareat, Palm. Nep. *deciſ.* 159. *n. p. tom.* 2., limita, quando agitur de Debitore de fuga ſuſpecto, & quæ ad hoc requirantur, vide eumd. Palm. Nep. *dict. deciſ.* 159. *per tot.*

24 Captura perſonalis denegatur inter Socerum, & Generum, Palma Nep. *deciſ.* 110. *n.* 6. *tom.* 2., limita ſi Socer ex cauſa fidejuſſionis præſtitæ pro Genero fuit carceratus, quia tunc executio perſonalis competit. *d. deciſ.* 110. *n.* 7.

25 Captus delinquens in fragranti crimine, an appellet, & dicat de nullitate, Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæſt.* 13. *tom. p.*, capturæ decretum an recipiat appellationem, idem Altimar. *loc. cit. rubr.* 5. *quæſt.* 11. *n.* 49. *& ſeqq. tom. p.* Vide infra *§. Carcer n.* 1.

26 Captura debitoris eſt citatio realis, ſcilicèt quæ fit per ſuſpicionem Debitoris, quando poſſit fieri, an poſſit fieri per Judicem incompetentem, an per partem ipſam ſine commiſſione Judicis. Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæſt.* 10. *n.* 31. *& ſeqq. & nu.* 51. *cum ſeqq. & per tot. tom.* 2.

§. CARCER, & CARCERATUS. V.

1 CArcer dicitur mala manſio, ſepultura vivorum, ſpecies ſervitutis, domus diaboli; neſcio quid infamiæ impingit, & alia de hujuſmodi mala manſione, vide per Rimin. jun. *conſil.* 554. *num.* 66. *etc.* Scanarol. *de viſitat. Carcer. §.* 2. *cap.* 1. *per tot.* Altograd. *conſil.* 39. *num.* 20. *& ſeqq. lib.* 1. ubi propterea infert inhumanum eſſe, quòd frater contra fratrem capturam pro debito obtineat, & ideò illam non eſſe concedendam, latè ſuſtinet *per tot. d. conſil.* Paſcal. *de patria poteſt. cap.* 9. Fagnan. *in cap. ſuper eo num.* 4. *de Appellat. & in*

cap. Oldradus nu. 77. *de ſolut.* Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 4.

Quòd carcer dicatur etiam Theſaurus Principis, & quare Camil. Borell. *de præſtan. Regn. Cathol. cap.* 2. *num.* 2. Villoſa *de fugitivis cap.* 18. §. 2. *n.* 15. *& ſeqq.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 2. *ad* 6. *num.* 2. *& ſeqq. & num.* 135. *& ſeqq.*

Quid ſit carcer, & de mala ejus manſione, Tuſc. *lit. C, concl.* 79. *& ſeqq.* Paul. Chriſt. *ad leg. munic. tit.* 2 *ar.* 43. Ricc. *Colle.* 2215. *&* 3404. *etc.* Paul. Rub. *in diſc. ad* 2. *vol. deciſ.* Rot. *part.* 9. *rec. & ſeqq.* ubi ultrà prædicta eſt conſumptio bonorum, conſolatio inimicorum, & experientia amicorum, Farinac. *quæſt.* 27. *num.* 1. *&* 2. Addit. ad Sanſelic. *dec.* 335. ubi alia plura de mala manſione, & incommodis carceris, *et deciſ.* 363. ubi plenè in Addit. de mala carceris manſione. Salgad. 1. *part. de Protect. cap.* 4. *in princ.* Jovi. *de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ.* 21. §. 16.

Quòd carceratio veniat inter gravamina reparationem non admittentia, ac ideò ab ea detur appellatio, retento tamen carcerato donec à ſuperiore cognitum ſit de gravamine, Ricc. *in Praxi for. Eccleſ. reſol.* 405. *per tot.* Addit. ad Sanſelic. *deciſ.* 404. *obſer.* 17. Pignatell. *conſult. canonicar. tom.* 5. *conſult.* 66. Altimar. *de Nullit. rubr.* 5. *quæſt.* 11. *n.* 49 *tom.* 1. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 8. *n.* 68.

Et cùm ſit inventa pro ſimplici cuſtodia debet eſſe talis, ut aliam pœnam non inferat, & quando attenta delicti, & perſonarum qualitate poſſit eſſe durior, vel levior arbitrio judicis; licet quandoque maximè de jure canonico, & in aliis caſibus de conſuetudine aliquorum locorum, & Tribunalium detur etiam ad pœnam, vide Menoch. *de Arbitr. caſ.* 305. *per tot.* & in mea Pract. §. *Carcerati num.* 10. *&* 11. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 195. *num.* 1. *&c. volum.* 4. Ricc. *Collect.* 2215. ubi plura Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 290. *etc.* Addit. ad Sanſel. *d. deciſ.* 335. Salgad. 2. *part. de Reg. cap.* 4. *n.* 122., *et à n.* 205. Jovi. *de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ.* 2. §. 1. *num.* 77., ubi de carceratione perpetua Pellegrin. *in Prax. Vicar. par.* 4. *ſect.* 8. *nu.* 36. Brunnemann. *Cod. libr.* 2. *tit.* 12. *leg.* 1. *à num* 4. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. meth. tract.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 1.

Carceratio longa ſolet multum prodeſſe reis ad diminutionem pœnæ ordinariæ, & quandoque ad totalem illius extinctionem juxta *l. omnes C. de pœnis*, ita ut ſemper de pœna ſit detrahendum quantum reus paſſus eſt per longam carcerationem, intelligendo tamen poſt ſententiam condemnatoriam, & quando ſtetit per Judicem, ſecus ſi ex culpa propria, puta pro intereſſe partis, vel debito, Perr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 142. *per tot.* Franch. *deciſ.* 317. quem ſequitur Paul. Chriſtin. *ad leg. municipal. tit.* 2. *art.* 23. *num.* 12. Martha *de ſucceſſ. leg. part.* 3. *quæſt.* 14. *art.* 2. *n.* 11. Boniſ. *de furt.* §. 12. *n.* 75. Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 2. *§.* 2. *cap.* 14. *nu.* 26. *&c. & in Appendice* §. 3. *num.* 32. licèt pluries indiſtinctè viderim carcerationem longam haberi in conſideratione ad minuendam pœnam, maximè in delictis levibus, Conciol. *reſol. crim. verb. Carc. reſol.* 3. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 67. ubi de Officiali ſuſpenſo ab officio antè ſententiam, & poſteà condemnato ad ſuſpenſionem, vel privationem per aliquod tempus, ut ei computari debeat tempus decurſum antè condemnationem, licèt non ſteterit in carceribus, ſed alibi cum privatione libertatis de mandato ſuperioris, quæ etiam dicitur carceratio ad dictum effectum diminutionis pœnæ, vel imputationis in eam, latè Add. ad de Franch. *cit. dec.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 8. *n.* 33., ubi quod carceratio de Jure canonico datur ad pœnam, ſecus de Jure civili, niſi ad cuſtodiam, & de ratione diverſitatis, & alia ad rem *n. ſeqq.* Brunnemann. *Cod. libr.* 9. *tit.* 47. *leg.* 23. *n.* 3. Card. De Luc. *de Juriſdict. diſc.* 19. *n.* 1. 2

Quòd tempus carcerationis computetur ex exilio, vel confinio, ſequitur Conciol. *reſol. crim. verb. damnatus reſol.* 1. ubi intelligit quando ſtat per judicem, ſecus ſi ex alia cauſa juſta, puta propter debita, vel intereſſe partis, quia tunc non procedit diſpoſitio *d. l. omnes C. de pœn. juxta hic notata*, noviſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *num.* 172. *& ſeqq.* ubi benè materiam iſtam declarat Ricc. *in prax. Eccl. dec.* 626.

Et quando carcer ſit ad pœnam, vel ad cuſtodiam,

idem Raynald. d. cap. 1. §. 11. num. 103. relat. per Castejon. Alphab. juridic. verb. carcer. num. 1.

Quòd condemnatus in exilium, vel confinium ad tempus, si carcere detineatur, imputetur illud tempus in exilio, ita ut si tempus in carcere sit lapsum, liberè sit dimittendus, ac si implevisset exilium, l. omnes quibus C. de pœn. Paul. Christin. decis. 52. nu. 29. & seqq. vol. 5. ubi testatur sic judicatum in consilio Barbantiæ.

Florentiæ tamen nunquam ita servatum vidi, nisi ex gratia Principis, quæ justissima est, ut concedatur per prædicta.

3 Carcer privatus quibus modis committatur, & quòd detinens aliquem ultrà 20. horas committat privatum carcerem, cujus pœna est ultimi supplicii, vide Guazz. def. 5. cap. 7. per tot. ubi multa pro excusatione dicti criminis, & in tract. de pace &c. part. 2. quæst. 69. per tot. ubi an rumpat pacem, vel cautionem de non offendendo, Bonifac. de furt. §. 3. num. 91. Boer. decis. 275. Menoch. cas. 536. & cas. 567. per tot. Farinac. quæst. 27. num. 8. & seqq. Scanarol. d. tract. §. 3. quæst. 2. n. 17. & seqq. Tusch. litt. C. conclus. 94. per tot. Paul. Christin. decis. 195. num. 8. &c. volum. 4. Gizzarel. & Addent. decis. 75. Conciol. resol. crim. verb. Carcer. resol. 4. & ad stat. Engub. lib. 4. Rub. 41. ubi Romaguer. in Addn. citat, & sequitur hunc locum, subdens quoad pœnam in practica non servari, sed alia mitiori arbitrio judicis puniri, & ita verum esse affirmo etiam ego, & non nimis gravi, puta pecuniaria, vel confinii juxta facti, & personarum qualitatem in statu Florentino, vide Gutier. lib. 1. pract. quæst. 83. Brunnemann. Cod. libr. 9. tit. 5. leg. unic.

De excusationibus à pœna privati carceris cessante dolo, & causa, vel animo usurpandæ, vel exercendæ jurisdictionis, sed ad simplicem coercitionem, vel correctionem inter conjunctos, Andreol. controv. 299.

De carcere privato, Conciol. resol. crim. verb. Carcer. resol. 4. per tot.

Quòd carceratio uxoris sine magna causa, & cum cibi subtractione sit marito prohibita, & reputetur magna sævitia, Rot. part. 6. recent. decis. 239. num. 12. &c.

4 Carceratus dicitur quicunque sub custodia detinetur in Arce, vel Camera, ita ut liberè discedere non valeat, vel habet domum, sive palatium jusdicentis pro carcere, vel detinetur sub arresto, ne de domo propria, vel Civitate exeat, adeò ut si aufugiat carceris effractor dicatur, & tanquàm carceratus non possit contrahere juxta inferiùs dicenda Guid. Pap. decis. 235. Menoch. de arbitr. cas. 301. num. 9. & seqq. Rot. part. 6. Noviss. dec. 26. num. 40. & 41. quæ est in Romana mutui, seu pecuniaria 14. Martii 1631. coram Merlino, & inter impressas ejusdem Merlin. decis. 507. Novar. in Pragm. Collect. 156. num. 10. ubi infert posse officialem juridicè sub fidejussione, ut supra tenere eum, quem jussus est sub tuta custodia habere, Scanarol. d. tract. §. 3. cap. 2. num. 1. et seqq. Farinac. quæst. 30. num. 5. &c. vide in meis resol. cap. 70. num. 7. & seqq. & in Pract. §. Carcerati num. 21. Tusch. litt. C. concl. 82. Ricc. Collect. 3403. ubi etiam si extet statutum ut quis debeat carcerari, Raynald. rer. crim. cap. 3. §. 2. ad 6. num. 154. & seqq. ubi etiam qualiter sic detentus possit ab alio Judice, & pro alia causa capi, vel arrestari, & an sit primo Judici restituendus, & alia plura ad rem. Altimar. de Nullit. rubr. 1. quæst. 14. sub n. 407. tom. 3.

Quod carceratus dicatur qui sub fidejussione detinetur, etiam stante statuto, vel Principis jussu, quòd nobilis pro delicto carceretur, Majoran. in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 1. num. 16. 17. 18. cum ibi citatis; Sed stante jussu Principis ego non fiderem his doctrinis, nisi ipso Principe consulto. Fagnan in cap. magnus n. 88. de obligat. ad ratioc. Pignatell. consult. canonic. tom. 5. consult. 66. n. 18.

Quòd dimissus sub fidejussore, non dicatur carceratus, nisi dedisset filium pro obside, Boss. tit. de carcer. n. 28. ubi infert ad bannitum, qui captus non potest occidi, sed benè si fuerit sub fidejussore dimissus.

Quod detentus in domo Curiæ non dicatur carceratus, & veritas carcerationis consistat in facto, & non in ficto, Amendol. in addit. ad Franch. dec. 415. Alex. cons. 4. lib. 4.

Quando autem carceratio est à lege imposita, in pœnam delicti, an sufficiat ut supra, vel debeat esse in loco publico, vel secreto consuetarum carcerum, quid si agatur de persona nobili, vel litterata, Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 1. ad 7. nu. 162. fol. 93. ubi videtur pro nobilibus concludere, data custodia illorum expensis &c. licèt etiam cogitandum relinquat.

An autem, & quando fidejussor teneatur illum præsentare pro eadem causa, vel alia diversa, vel non, dixi in §. Fidejussor n. 60. &c.

Carceratus injustè non solùm ex eo quòd non sit reus, 5
nec debitor, sed etiam licet sit talis, ex eo quòd non ritè, vel non servato juris ordine; sive etiam data justitia carcerationis ad extorquendum alium contractum separatum a causa hujusmodi carcerationis ad favorem illius qui eam procuravit, adeo contrahere prohibetur cum illo, qui fecit carcerare, ut omnis obligatio sit ipso jure nulla propter metum, qui ex dicta injusta, vel nulla carceratione dicitur sufficienter probatus in l. qui in Carcerem ff. quod met. caus. l. si quis Sempronium ff. de hæred. instit. Martha vot. Pis. 110. per tot. Merlin. de pign. lib. 2. tit. 2. quæst. 80. per tot. latè Farinac. quæst. 35. per tot. Olea de ceff. jur. tit. 8. quæst. 1. num. 7. &c. Menoch. de arbitr. cap. 136. n. 3. &c. Rot. part. 6. diversf. decis. 26. per tot. & inter impressas Merlin. decis. 507. quæ est in Romana mutui 14. Martii 1631. & iterum eadem Rot. in Neapolitana Domorum 23. Maii 1641. coram Verospio part. 9. recent. volum. 1. decis. 20. & decis. 208. per tot. dict. part. 9. & decis. 322. num. 25. &c. volum. 2. eadem part. 9. & part. 10. decis. 288. per tot. decis. 132. & 341. d. part. 10. & post Merlin. de pignor. decis. 108. & decis. 43. 92. 96. 73. & 521. &c. Scanarol. de visit. Carcer. lib. 1. §. 5. cap. 3. sect. 1. 2. 3. & 4. per tot. & in Appendice decis. 5. 6. 7. & 11. per tot. Duran. decis. 373. n. 5. & seqq. ubi etiam quòd est nulla obligatio fidejussoris accedentis pro hujusmodi carcerato ad favorem illius, qui injustè fecit carcerare, maximè si timus in patre, vel matre carcerati, in quibus viget eadem ratio metus, etiamsi se obligaverint cum juramento principaliter, & in solidum, quicquid forsan posset dubitari in aliis fidejussoribus principaliter, & in solidum obligatis, de quo latiùs, & distinctè aliis etiam citatis, dixi in meis resol. cap. 70. num. 12. & 13. & in Practica § Carcerati num. 22. vide infra n. 8. Farinac. latè quæst. 35. per tot. Addit. ad Sanfelic. dec. 404. observ. 6. ubi pro nullitate fidejussionis, vide Cyriac. controv. 467. à num. 13.

Quando carceratus possit contrahere, vel non, Tusch. litt. C, concl. 89. per tot. Merlin. decis. 507. per tot. Capellan. Tholos. quæst. 400. per tot. Arimin. Tepat. var. sent. tit. 180. cap. 10. ubi quòd justè carceratus potest testari, & contrahere efficaciter cum quocunque, & etiam cum detinente, Rot. p. 13. recent. decis. 288. num. 1. ubi reddit rationem, quia qui carcerationi causam dedit, allegare non potest se fuisse coactum, & metus dici nequit injustus, dum intuitu justitiæ aliquid actum est, decis. 350. num. 2. d. part. 13. Urceol. tract. de transact. quæst. 33. per tot. Rot. part. 16. rec. decis. 172. & 212. per tot., ubi de nullitate permutationis, sive resignationis beneficii facta ab injustè carcerato, etiam extracto à septis carcerum, & in Aula, sive cubiculo Episcopi constituto, sed non in plena libertate, ut ad libitum discedere posset, posito, adde Francis. de Angel. tract. de confess. lib. 3. quæst. 14. per tot. ubi de nullitate confessionis delicti, vel contractus à carcerato gesti ob metum præsumptum stante injusta carceratione, etiamsi esset habilitatus per palatium sub fidejussione, quia adhuc dicitur carceratus, Ricc. Collect. 2571. versic. amplia secundo, vide in §. Metus num. 6. vide Bobadil. lib. 5. Politic. cap. 3 num. 96. Altimar. de Nullit. rubr. 1. quæst. 14. n. 357. tom. 3.

Carcerati non possunt contrahere cum custodibus car- 6
cerum, judicibus, ac aliis, qui fecerunt carcerare, l. qui in carcerem ff. quod met. caus. adde Ant. Gob. Consult. 137. per tot. Brunneman. in dict. l. qui in carcerem ff. quod metus caus. Vide Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 8. num. 45.

Possent tamen contrahere inter ipsos carceratos, ac etiam cum aliis prædictis ad proprium favorem, Decian. consil. 102. lib. 3. Felic. de societ. cap. 8. num. 26. hoc de consuetudine non servari, & alia ad rem, vide per Guaz. def. 6. cap. 1. nu. 9. &c. Sanfelic. dec. 404. cum Addit. ubi latè pro validitate contractus ad favorem custodis ces-

ceſſante metu. Brunnemann. *ubi ſupra*.

Quod ſtante juſta carceratione poſſint contrahere cum omnibus etiam ſe obligando, Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 479. *num.* 30. Petr. Pech. *de jure ſiſten. & manu inject. cap.* 29. *per tot.* Afflict. *deciſ.* 149. Rot. *in Noviſſ. dict. deciſ.* 26. *num.* 1. *& ſeqq.* ubi benè diſtinguit, *& deciſ.* 122. *num.* 12. *d. part.* 6. quamvis aliàs Rot. *p.* 1. *deciſ.* 490. *in recent.* latè tenuerit pro nullitate obligationis factæ à carcerato, vide Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 126. *num.* 26. Fenzon. *ad ſtat. Urb. cap.* 98. *num.* 30. Merlin. *deciſ* 507. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 20. *deciſ.* 208. *deciſ.* 322. *num.* 26. *& part.* 10. *deciſ.* 288. *per tot.* ubi etiam de cautela ducendi carceratos, extra carcerem, ſed benè cuſtoditos, quæ non eſt bona, niſi ſint in plena libertate poſiti, ut liberè poſſint abire, quò velint, de qua dixi in meis reſol. *cap.* 70. *num.* 9. *&* 10. Capell. Tholoſ. *quæſt.* 400. *num.* 4. ubi quòd dicta cautela nihil valet Thomat. *deciſ.* 3. *num.* 13. *& ſeqq. deciſ.* 88. *num.* 79. *deciſ.* 131. *num.* 1. Martha *vot. Piſ.* 120. *num.* 15. *&c.* Farinac. *quæſt.* 35. *num.* 5. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 404. *cum Addit.* ubi plura de hac materia. Cyriac. *cit. controv.* 467. *à num.* 13. Gob. *conſult.* 137. *num.* 4. Brunneman.. *loc. cit.* Card. De Luc. *de Alien. diſc.* 41. *à n.* 4. *de Benefic. diſc.* 78. *à n.* 1. Palm. *deciſ.* 430. *n.* 56. *tom.* 5.

7 Carceratus ſive juſtè, ſivè injuſtè non poteſt obligari ad favorem judicis, vel officialis; imò officialis prohibetur obligationem recipere à ſubditis etiam non carceratis, cum ſemper præſumatur terrorem, & metum inferre, ita ut non poſſit obligatio juramento firmari; fortiuſque hoc procedere in Barone, cum ipſe majorem juriſdictionem habeat, & in ſpecioſo nomine mutui, ſub quo multa ſolent illicita committi, & quod jura ideò multum abhorrent: Ceſſante tamen perhorreſcentia ſubditi valeret contractus, dummodò ſit in libertate, Rot. *in noviſſ. p.* 6. *deciſ.* 26. *num.* 12. *et ſeqq. ad* 28. & inter impreſſas Merlin. *deciſ.* 507. vide in §. *Officialis*, *et §. Juramentum*, & alios allegavi in mea Practica *§. Rectori num.* 64. latè Sanfelic. *deciſ.* 404. *cum Addit.* ubi pro validitate contractus, maximè in Civitatibus ſupremis, & ubi adeſt præſentia alterius ſuperioris in loco, quæ facit ceſſare præſumptionem oppreſſionis. Gob. *conſult.* 137. *num.* 7. *et* 15. Emerix jun. *deciſ.* 1226. *n.* 13. *et* 14. Altimar. *de Nullitat. rubr.* 1. *q.* 14. *n.* 408. *tom.* 3.

8 Carceratus etiam injuſtè licet contrahere poſſit cum tertio, qui illum carcerare non fecit, nec fuit particepa carcerationis, tamen ſi ille tertius non contrahit cum carcerato ad proprium commodum principaliter, & ex proprio motu, ſed ex inſtantia, aut ad commodum illius, qui carceratum injuſtè detinet, contractus non valet, ut ad propoſitum relevationis promiſſæ per carceratum fidejuſſori, qui pro illo acceſſit apud Creditorem injuſtè detinentem, quòd ſit nulla, concludit Duran. *deciſ.* 373. *num.* 14. ubi citat Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 149. & alios vide Farinac. *quæſt.* 35. *num.* 24. *& ſeqq.*

De quo tamen valdè dubito quando talis fidejuſſor non fuit particeps injuſtæ carcerationis, & fecit quicquid potuit, ne ſolveret, per ea quæ dixi in meis *reſol. cap.* 70. *num.* 15. *&* 16. ubi vide ut dixi ſupra *num.* 5. *& in §. Metus num.* 2. & latè declarat Farinac. *quæſt.* 35. *num.* 36. *&* 37. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 404. *obſervat.* 9. *& ſeqq.* ubi alia plura notabilia de dicta materia, & præcipuè de ſtupratore coacto ducere in uxorem virginem ab eo vitiatam, vel dotem illi conſtituere, de quo ſe remittit ad Sanchez *de matrimonio lib.* 4. *diſp.* 13. *num.* 3. *& ſeqq. tom.* 1. vide de Marſil. *in repetit. rubr. ff. de fidejuſſ. num.* 186.

9 Carceratus juris ordine non ſervato debet ante omnia relaxari, niſi tamen notoriè per confeſſionem conſtaret de debito Roland. *conſil.* 6. *num.* 34. *lib.* 3. Addit. ad Pract. Pap. *form. inquiſ. gloſ.* 1. *verb. promiſit ſiſtere*, Cravett. *conſil.* 46. *nu.* 7. Fenzon. *ad ſtat. Urb. cap.* 98. *nu.* 34. *&* 39. Magon. *deciſ. Floren.* 126. *per tot.* Franch. *deciſ.* 415. Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 151. *num.* 5. vide in meis *reſol. cap.* 52. *num.* 1. *& ſeqq.* & in hoc opere §. *Debitor num.* 24. *&* 42. *& §. Retentio*, Tuſch. *litt. C. concluſ.* 71. *num.* 15. *& ſeqq.* Leoncil. *dec. Ferr.* 184. *per tot.* Martha *vot. Piſan.* 79. *per tot.* ubi quòd nulliter carceratus poteſt arreſtari pro eodem, vel diverſo debito, de quo conſtat Amendol. ad De Franch. *dec.* 258. *et dec.* 415.

Quòd indebitè captus, juſtè detineatur ſi poſt capturam ſuperveniat debiti probatio, Farinac. *q.* 27. *n.* 151. Fachin. *controv. jur. lib.* 13. *cap.* 27. *in fin.* Menoch. *de adipiſc. remed.* 5. *num.* 67. Giurb. *deciſ.* 17. *num.* 7.

Intellige ſi debitum ſit omninò certum ex confeſſione partis, vel re judicata, vel alio modo habente excuſationem paratam, aliàs ſecus ut dixi in locis citatis, & probat Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 140. *per tot.*

Sed quòd ſtante nullitate primæ capturæ non poſſit in carceribus retineri etiamſi debitum eſſet verum, Franch. *deciſ.* 415. *num.* 3. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 396. *num.* 15. *&* 16. Amendol. *cit. deciſ.* Vide ſupra *in §. Captura n.* 22. *in noviſſimis Additionibus.*

Carcerati poſſint liberè teſtari, & ſibi benè viſos in- 10
ſtituere, exceptis tamen cuſtodibus carcerum, vel aliis, ſub quorum cuſtodia detinentur, quos inſtituere prohibentur propter præſumptum metum, Boſſ. *tit. de Carcer. num.* 23. Guazz. *d. f.* 6. *cap.* 1. *num.* 15. Altograd. *conſil.* 54. *num.* 56. *lib.* 1. Farinacc. & Vulpin. *in ſuco quæſt.* 35. ubi notant quo ad hoc non eſſe differentiam inter contractus, & ultimas voluntates, & ideò attendendas eſſe diſtinctiones ſupra de contractibus poſitas, vide in §. *Teſtamentum num.* 14. Sanfelic. *deciſ.* 404. *num.* 9. *& ſeqq. cum Addit.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 416. *tom.* 3., ubi plura.

Et an poſſint facere, ſeu conſtituere Procuratorem, Golin. *de Procurat. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 23.

Quod poſſint teſtari, intellige, niſi eſſent ad mortem damnati, quia tunc tanquam ſervi pœnæ effecti, non ſolum teſtari non poſſunt, ſed etiam omne aliud teſtamentum antea factum annullatur; licèt hoc non procedat de conſuetudine, ubi bona non confiſcantur, ut dixi in §. *Damnatus*, & in mea Practica §. *Condemnati num.* 15. 12. *&* 13. facit quod dixi in §. *Bannitus*.

Carceratus pro debito privato, vel etiam fiſcali, poteſt 11
ad inſtantiam alterius creditoris in carceribus recomendari, ſi prima carceratio fuit juſta, & non peccavit in forma, Jaſon in *l.* 1. §. *quod Prætor num.* 10. *ff. ne quis eum &c.* Addit. ad Pract. Papp. *form. inquiſ gloſ.* 1. *verb. recomendari*, Petr. Cabal. *reſol. crim caſ.* 299. *num.* 31. *&c.* ubi quòd hoc Florentiæ non ſervatur quoad debitum fiſcale, vide Petr. Pecch. *de jur. ſiſten. & manu. inject. cap.* 33. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 195. *num.* 5. *&c. volum.* 4. Ricc. *Collect.* 4125. Borgn. Cavalcan. *dec.* 1. *num.* 43. *&c.* Amendol. ad de Franch. *deciſ.* 415. *num.* 12.

Quod arreſtari pro alio debito non poſſit, qui fuit nulliter captus, ſed debeat relaxari, Giurb. *deciſ.* 17. *num.* 4. Farinac. *q.* 27. *nu.* 152. cum aliis per Rot. *part.* 15. *rec. deciſ.* 401. *n.* 14. Conciol. *reſol. crim. verb. Captura reſol.* 7. ubi quando carceratus pro uno debito, vel pro delicto poſſit, vel non retineri pro alio. Amendol. & Carol. Anton. De Luc. ad de Franch. *deciſ* 415.

Si verò prima carceratio fuit injuſta non poteſt pro alio debito recomendari, & quando ſecus Rot. *par.* 2. *diverſ. deciſ.* 151. *num.* 3. *&c.* Peguer. *dec.* 133. Franch. *deciſ.* 415. ubi Amend. Martha *vot. Piſ.* 79. ubi quòd ſi conſtet de veritate debiti, poteſt recomendari non obſtante nullitate primæ capturæ, ſequitur aliis etiam citatis Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 404. *obſer. ult.* Genuenſ. *in Prax. Archep. c.* 28. *n.* 7.

Quòd carceratus ad inſtantiam unius tanquam ſuſpectus, poſſit recomendari per fidejuſſorem in diem, ad effectum ut caveat de ſolvendo adveniente die, Bardellon. *conſ.* 178. *per tot. lib.* 2. *vide in §. Debitor.*

Quòd carceratus pro uno debito, poſſit pro alio recomendari, intellige dummodò recomendare volens habeat jam executionem relaxatam, vel ſaltem paratam vigore ſtatuti, ut dixi in meis *reſolut. cap.* 71. *n.* 6. *&c.* Franch. *deciſ.* 415. Cravett. *conſil.* 46. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 280. *cap.* 6. Farinac. *q.* 27. *num.* 156. Thomat. *deciſ.* 296. *n.* 1. Addit. ad Sanſ. *deciſ.* 404. *obſer. ult.*

Quamvis ad effectum ſatiſdandi videatur poſſe arreſtari etiam non relaxata executione, ſecundum Bardellon. *d. conſil.* 178. *n.* 7. quem ego intelligo dummodò ſit aliàs de fuga ſuſpectus.

Et plura de hac materia an, quando, & quibus concurrentibus, carceratus pro uno debito poſſit recomendari pro alio debito, vel pro delicto, an carceratus pro delicto, poſſit arreſtari pro debito, vel

pro

pro alio delicto, sive pro expensis alimentorum, dixi latè, & distinctè in meis resol. *cap.* 71. *per tot.* & optimè comprobat postea visus Scanarol. *de visitat. Carcer. lib.* 3. *cap.* 9. 10. *&* 11. *per tot.* & vide in mea Practica §. *Carcerati nu.* 27. *n.* 46. *& nu.* 51. Tusch. *litt. C. conclus.* 83. Paul. Christin. *decis.* 195. *n.* 5. *&c. volum.* 4. *& ad leg. municipal. tit.* 2. *art.* 40. *&c.* Ricc. *Collect.* 4125. latè de Franch. & Addent. *cit. dec.* 415. Plura de hac materia Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 8. *n.* 46.

Cautelam Angeli opponens debet eam plenè probare designando bona cum suis vocabulis, & confinibus Rot. *in decis. recol.* per Palm. nep. *decis.* 470. *nu.* 4. *tom.* 5. *& decis.* 313. *n.* 2. *&* 8. *tom.* 4. Quando impediat executionem sententiæ, & quid ad hoc requira-
11 tur Rot. *in decis. recol.* per Palm. nep. *decis.* 332. *nu.* 45. *cum pluribus seqq. tom.* 4. Et quod debeat plenè & concludentèr probari, quando allegatur post executionem cæptam Emerix jun. *decis.* 1018. *nu.* 1. Non admittitur, ubi credita non sunt undiquè clara, & liquida Emerix jun. *decis.* 1253. *n.* 1. De cautela Angeli latissimè Constantin. *ad Statut. Urb. disc. unic. a num.* 1. *tom.* 2. Et vide Card. De Luc. *in Indic. general. verb. cautela Angeli.* Caprar. *decis.* 234. *n.* 3. *decis.* 576. *n.* 5. *&* 7. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 314. *n.* 9. 55. *&* 12.

Cautela, quæ dicitur Soccini, quando dicatur servata in prohibitione legitimæ Rot. *in decis. recol.* per Palm. nep. *decis.* 302. *n.* 2. *& seqq. tom.* 4. Idem Palm. 12
nep. *alleg.* 17. *n.* 12. *&* 13. *tom.* 1. Expenditur a Card. De Luc. *de Legit. disc.* 17. *cum seqq. de Feud. disc.* 59. *n.* 11. *in fin. & disc.* 108. *n.* 40. *Conflict. observat.* 118. *&* ab Ansald. *decis.* 77. *n.* 21. *cum seqq. & n.* 31 *&* 32. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 624. *nu.* 14. *&* 15. ubi etiam an possit adimpleri per æquipollens.

Cantela obligandi Barones ad interesse casu, quo eorum Creditores cogantur ad recipiendam pecuniam 13
cum cautione de recipiendo Card. De Luc. *de Feud. disc.* 99. *sub. n.* 1.

Cautela introducendi exploratorem cum carcerato, 14
ut ab illo extorta Curiæ referat, damnatur a S. C. S. Officii, Dominus meus Advocatus Cabrun. *lucubrat.* 11. *n.* 41. & quomodo liceat uti dicta cautela Cabrun. *loc. cit. n.* 42.

Cautelæ deceptoriæ sunt a Legibus prohibitæ Guaz- 15
zin. *def.* 20. *cap.* 12. *n.* 5. Possevt. *singul.* 300. *a nu.* 2. Dom. Advoc. Cabrun. *lucubrat.* 11. *n.* 40.

Cautelæ plures sunt inventæ, ut non possit peti de- 16
ductio Altimar. *de nullit. rubr. p p.* 2. *quæst.* 28. *n.* 83. *tom.* 4.

Absolutio à Juramento nihil concludit, dum potuit obtineri ad cautelam, Caprar. *decis.* 52. *n.* 29. *p. p.* 17

Ordines subscribens ad abundantem cautelam cum esset exemptus à sollicitudine versionis pecuniarum, 18
nullum sibi affert præjudicium Caprar. *decis.* 472. *n.* 7. *par.* 2.

Quibus cautelis, ac remediis evitari possit censura 19
textus *in cap. per nostras*, Illustriss. Dom. Episcop. Piton. *de jurepatr. allegat.* 84. *n.* 5. *tom.* 2.

Cautela prò Patrono volente præsentare sub conditio- 20
ne pensionis, faciendi duas præsentationes subordinatè. Idem Illustriss. D. Episc. Piton. *de jurepatronat allegat.* 56. *n.* 16. *&* 17. *tom.* 2.

Cautela Debitoris ex pluribus partitis ut possit com- 21
pensare sibi benè visam Bersan. *de compensat. cap.* 3. *quæst.* 12. *n.* 13. *pag.* 212.

Cautela opponenti compensationem ne declinet in seconventionem Bersan. *loc. cit. cap. p. quæst.* 13. *n.* 27. *pag.* 34.

Cautela pro Debitore, ne ex opposita ab illo compensatione sequatur debiti confessio, Bersan. *ubi supra cap. p. quæst.* 20. *n.* 32. *pag.* 47.

Cautela prò causarum Patronia, qui fieri petunt fructuum compensationem Bersan. *de compensat. c.* 2. *quæst.* 18. *n.* 8. *pag.* 98.

Cautela prò Arbitro, qui velit compensationem declarare, Idem Bersan. *loc. cit. cap.* 4. *quæst.* 4. *num.* 8. *pag.* 257.

Cautela prò Marito, qui vult compensare dotem cum debito suæ Uxoris Bersan. *ubi sup. cap.* 2. *quæst.* 34. *n.* 10. *pag.* 156.

§. CAUTIO. X.

CAutionis vox simpliciter prolata intelligitur de 1
simplici promissione absque fidejussore, vel pignore, Bart. & Jas. *in l. Sancimus C. de verb. signific.* si verò aliud sit adjectum, nempè quòd sit idonea, sufficiens, competens plena, vel similis, vel si versemur in judiciariis, vel ubi lex mandaret caveri causa cognita, vel de indemnitate, vel persona sit suspecta, vel agatur de dote, vel de actu, de cujus natura sit præstandus fidejussor, vel de cautione, quæ legatorum, vel fideicommissorum nomine præstatur, non sufficit simplex promissio, sed intelligitur cum datione fidejussoris, vel pignoris, Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 1. *cap.* 8. *n.* 10. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 147. *nu.* 19. Duen. *reg.* 86. *per tot.* Tusch. *litt. C, conclus.* 167. Merlin. *de pign. lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 2. 3. *&* 4. *per tot.* Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 45. *per tot.* Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 281. *num.* 40. ubi quòd evidenter idoneus arbitrio judicis, non tenetur dare fidejussorem, sed tantùm simpliciter cavere sub hypotheca bonorum suorum, de quo dixi in §. *Fidejussor evictionis*. In judicis tamen, maximè criminalibus, semper vidi, ubi opus fuerit cautione, illam præstari cum fidejussoribus, etiam à personis ditissimis, & omni penitus

nitus suspicione carentibus, imò articulo disputato à quodam Domino Aretino de anno 1666. coram Magistratu Dominorum Octo Balliæ virorum Civitatis Florentiæ, fuit ita decisum cum solitis participationibus & approbatione S. C. S. & ita servari de consuetudine, Clar. *§. fin. quæst.* 47. *n.* 5. Vulpel. *de pace, &c. qu.* 76. *n.* 2. Guaz. *eod. tract. par.* 2. *§.* 3. *quæst.* 15. *n.* 6. qui loquuntur in terminis cautionis de non offendendo. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 26. *nu.* 215. *cum seqq. tom.* 4. Abeccles. & Crescin. *observat.* 296. *part. p.*

Et in quibus casibus cautio fidejussoria sit præcisè ab omnibus præstanda, Tusch. *litt. C. conclus.* 174. *per tot.*

2 Cautio idonea quænam dicatur, remittitur arbitrio judicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 142. *per tot.* Rot. *d. decis.* 281. *n.* 40. *in fin.* Hering. *de fidejussor. cap.* 5. *n.* 2. *ubi quod causa eam præstandi pendet ab arbitrio Judicis, & cap.* 18. *nu.* 86. Abeccles. & Crescin. *loc. supra adduct. n.* 11.

Quotuplex sit cautio fidejussoria, & in quibus casibus præstanda, Tusch. *litt. C. conclus.* 16. *& seqq.* Quotuplex sit cautio Brunnemann. *ff. libr.* 2. *tit.* 8. *leg.* 1. *num.* 5.

3 Cautio idonea est cum fidejussoribus præstanda ab eo, qui petit executionem sententiæ pro se à supremo Magistratu latæ, si ab ea fuerit per partem reclamatum, ut possit non obstante reclamatione illam exequi facere, cavendo scilicet de restituendo toto eo, quod receperit, si adversarius ex reclamatione victoriam reportabit, Marant. *par.* 6. *de appellat. n.* 15. *& memb.* 8. *n.* 26. Afflict. *decis.* 356. *n.* 2. Afin. *in prax. §.* 31. *cap.* 2. *ampliat.* 9. Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 3. *c.* 4. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 5. *nu.* 69. *tom.* 1. Abeccles. *observat. forens. part.* 1. *observat.* 195. *nu.* 7. ubi Crescin. *n.* 1.

Quòd cautio non sit necessaria quando debitor est dives, Pacif. de Salvian. *inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 255. ubi in terminis refectionis melioramentorum, Seraph. *decis.* 1243. *num.* 3. vidè latè Merlin *de pign. lib.* 1. *tit. p. quæst.* 4. *per tot.* Afflict. *decis.* 171. Et quod cautio præstanda sit, quando debitor est decoctus De Luc. *de Credit. disc.* 53. *n.* 5. *& disc.* 54. *n.* 14. Et an sit præstanda a paupere Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 66. *n.* 78. *& seqq. tom.* 1. Et demum quod cautio, ubi dari debet, præstanda venit etiam a ditissimo Altimar. *ubi supra rub.* 1. *part.* 3. *quæst.* 30. *n.* 33. *tom.* 5.

4 Cautio juratoria admittitur propter impotentiam inveniendi fidejussores, vel quando quis esset forensis, & advena, quamvis extaret statutum requirens fidejussores, ita ut talis impotentia possit probari per juramentum, Marsil. *repert. Rubr. ff. de fidejuss. n.* 566. Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 25. *per tot.* Surd. *decis.* 141. *num.* 7. *&* 11. dixi in *§. Carceratus nu.* 20. Tusch. *litt. C. concl.* 175. *per tot.* Ric. *Collect.* 318. Guaz. *de pace &c. part.* 2. §. 3. *quæst.* 16. *&c.* Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 96. *n.* 6. *& seqq.* ubi quòd admittitur etiam in matre, vel avia suscipientibus tutelam, ad Thes. *q. forens.* 21. *lib. p.* Hering. *de fidejussor. cap.* 18. *n.* 92. *& seqq.* Brunnemann. *in l. fin. n.* 5. *ff. qui satisdar. cogan.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 30. *n.* 30. *tom.* 5. Abeccles. *observat. forens. part.* 1. *observat.* 196. *sub n.* 6. ubi etiam Crescin. *num.* 4

De hujusmodi cautione juratoria quando sit admittenda in visitatione carceratorum, vide Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. *§.* 1. *cap.* 8. *&* 9. *per tot. fol.* 431. *& in Appendice cap.* 38. *per tot. fol.* 78.

5 Cautio juratoria non admittitur in debitore, qui accepit dilationem quinquennalem, vel moratoriam à Principe, nam tenetur cum effectu præstare fidejussores de solvendo adveniente termino; sicut de consuetudine ista cautio admittitur in criminalibus, nisi essemus in delictis levibus, Clar. §. *fin. quæst.* 46. *versic. sed quid*, Maur. *de fidejuss. par.* 1. *sect.* 3. *cap.* 25. *n.* 22. Farinace. *quæst.* 33. *n.* 46. Novar. in *Prag. Collect.* 135. Marsil. *d. tit. n.* 182. vide Salgad. *Labyrint. credit. par.* 2. *cap.* 30. ubi latè de moratoria, & an, & quando illam impetrans teneatur cavere, & quomodo dixi §. *Debitor n.* 43. ubi qualiter cautio non sit necessaria, vel admittatur juratoria Hering. *de fidejussor. cap.* 18. *n.* 103. ubi an admittatur in causa criminali.

6 Cautio juratoria non admittitur quando agitur ad instantiam partis, vel quando fidejussio est de forma actus, ut in usufructuario, vel debitor est de fuga suspectus, vel malæ conditionis, & famæ, vel aliàs perjurius, & contumax, vel bona dissipaverit, & ex culpa factus pauper, vel si sit debitor in magna summa, vel se obligaverit ad satisdandum, & idoneam cautionem cum fidejussoribus præstandum, Maur. *d. tract. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 25. *per tot.* ubi plura Marsil. *d. tit. n.* 167. Caccialup. *de debit. suspect. & fugit. q.* 51. *per tot.* plenè Fontanel. *decis.* 236. 237. *& decis.* 238. *per tot.* ubi arguit ad partes dixi in §. *Carceratus num.* 20. & in meis *resol. cap.* 39. *n.* 29. *&* 30. vide Tusch. *litt. C. conclus.* 175. Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 62. *per tot.* Salgad. *Labyr. credit. par.* 1. *c. fin. num.* 3. *& seqq. per tot.* ubi latè an, & quando pauper secundam supplicationem proponens, possit relevari à fidejussione, pro pœna temerè supplicantium à lege municipali imposita, mediante juratoria cautione, & sic quando ad illam sit admittendus, vel non, Giurb. *decis.* 4. *per tot.* plures casus in quibus non admittitur juratoria cautio, vide apud Brunnemann. *in auth. generaliter C. de Episc. & Cleric.* Crescin. ad Abeccles. *observat. forens. part.* 1. *observat.* 41. *a n.* 11.

Qualiter admittatur cautio juratoria cum hypotheca suorum bonorum de stando juri, & judicatum solvendo, etiam in suspecto de fuga, si aliam cautionem idoneam invenire non possit, quod maximè procedit favore Clericorum ex speciali privilegio, Rot. *par.* 16. *recent. dec.* 362. *ubi num.* 2. idem firmat in laicis, *vide in* §. *Clericus n.* 19. *in Addit.*

Quòd in criminalibus nō admittatur juratoria cautio, Boer. *decis.* 349. nec in debitore suspecto de fuga, neque in aliàs perjurio, Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 96. *n.* 8. *& Collect* 153. *n.* 15. *& seqq.*

7 Cautio de damno infecto præstatur à vicino, cujus ædificium minatur ruinam, & judicis officio mediante ubicumque damnum timetur etiam si agatur de divite, qui potest adhuc cogi ad reficiendam domum, vel vendendam propter periculum vitæ imminens vicino, & ejus familiæ, *l. malum §.* 1. *ff. de verb. signific. et tot. tit. ff. de damn. infect.* ubi Castr. & alii Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 14. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 99. ubi plura notabilia de ista cautione, quando, & pro quibus damnis competat. De Luc. *de Servit. disc.* 17. *n.* 7. ubi quando non habeat locum; Vide Brunnemann. *in l. evenit.* 6. *ff. de damn. infect.*

Quòd cautio de damno infecto habeat locum tantùm quando timetur damnum ex ædificio vicini, secus autem si non ex ædificio, sed aliundè positivè proveniat damnum qualecunque illud sit, quia tunc est removendum, Rot. *par.* 19. *recent. decis.* 819. *n.* 18. *et seqq.* Vide Brunnemann. *in d. l. evenit.*

In hujusmodi cautione, & illius petitione non considerantur picturæ, nec ex ea veniunt reficiendæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 437. *in fine*. Plura de hac cautione Brunnem. *sup. ff.* Palm. nep. *decis.* 7. *tom.* 1.

8 Cautio de rato est judiciaria, & præstatur ab eo, qui comparet ad agendum pro alio cum mandato, de cujus validitate, & viribus dubitatur, & alia de hac cautione, vide per Maur. *de fidejuss. p.* 1. *sect.* 2. *cap.* 9. *per tot. l.* 1. *et l. Pomponius §. rati ff. de procurat. l. illud §. quod si ff. de minor. tot. tit. ff. rem rat. hab.* Bart. *in l. si sine §. cum autem ff. rem rat. hab. & in l. vulgò ff. de admin. tut.* Plura de hac cautione tradit Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *p.* 3. *q.* 31. *n.* 1452. *tom.* 5.

Et quod cautio de rato præstanda sit a filiofamilias, qui vult opponere compensationem de credito Patris Bersan. *de compensat. cap.* 3. *quæst.* 14. *n.* 6. Non sufficit, ubi speciali mandato opus est Brunnemann. *ff. libr.* 3. *tit.* 3. *leg.* 35. *n.* 4., & plura alia Idem *ibidem leg.* 39. *&* 40.

9 Cautio Mutiana est realiter cum fidejussoribus præstanda ab eo, cui fuit aliquid relictum sub conditione potestativa negativè concepta, vel affirmativè, quæ tamen ante mortem impleri non possit, & habet vim implementi conditionis, ita ut illa præstita de restituendo relicto unà cum fructibus, si contrafecerit,

pos-

possit statim legatarius in vita sua legatum consequi, Maur. *de fidejuss. par.* 1. *sect.* 3. *cap.* 24. *aliàs cap.* 33. *per tot.* Ger. Spin. *consil.* 98. *per tot.* Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 13. *n.* 12. *&c.* Sperel. *decis.* 145. *nu.* 46. *&* *decis.* 159. *n.* 1. *& seq.* *ubi n.* 31. *&c.* quòd debet præstari etiam in dispositione modali, de quo in meis resol. *cap.* 72. *n.* 5. *&c.* Martha *de success. leg. p.* 4. *qu.* 52. *art.* 7. *n.* 53. *& seqq.* Cabal. *consil.* 137. *lib.* 1. Urceol. *de transact. qu.* 66. *per tot.* ubi benè declarat, & me in hoc loco citat, vide in §. *Modus* Rot. *dec.* 693. *num.* 1. *par.* 1. *rec.* Hanc cautionem non tenentur præstare filii primi gradus, nisi aliter testator disposuerit Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 598. *n.* 32. Et hæc cautio respectu conditionis potestativæ operatur idem, ac ipsum factum, ac reale implementum, Emerix jun. *decis.* 745. *n.* 3.

Quid sit cautio Mutiana, quando, & qualiter præstanda, Tusch. *litt.* C. *concl.* 177. *per tot.* Coccin. *decis.* 67. *num.* 25. *& seqq.* Rot. per Farinac. *decis.* 430. Vide De Luc. *de Legat. disc.* 39. *n.* 9.

10 Cautio Mutiana est præstanda ab uxore, cui à marito relicta sunt alimenta si cum filio habitaverit, Ruin. *consil.* 34. *n.* 4. *lib.* 2. Maur. *d. cap.* 24. *n.* 7. Hæc cautio remitti potest à testatore Card. De Luc. *de Legat. disc.* 39. *n.* 9. *&* 10. Dominus meus Advocat. Cabrun. *lucubrat.* 22. *n.* 19.

Et quòd sit præstanda non tantùm ab uxore, sed etiam à concubina, cui conditio castitatis, & continentiæ sit apposita, & quando secus, vide Sperell. *d. decis.* 159. *n.* 6. *& seqq. per tot.*

11 Cautio Mutiana est præstanda ab uxore hærede instituta à marito donec vitam vidualem servaverit, quam si non præstiterit, non erit hæres, & transeundo ad secunda vota illa non præstita perindè est ac si nunquam fuisset hæres instituta, Bart. *in l. Mutiana n.* 3. *ff. de condit. & demonstrat.* Maur. *ubi supra*, *n.* 8. Rot. per Farinacc. *dec.* 430. *per tot.* vide hincinde Gratian. *discept. forens. cap.* 563. *num.* 9. *&c.* dixi in §. *Uxor. n.* 25. sequitur Rot. *par.* 2. *diversſ. decis.* 225. *n.* 6. *&c.* ubi quòd tunc licitè fuerit hæres, desinit esse hæres ex juris dispositione quoad omnes effectus, Grat. *decis.* 3. *per tot. ubi n.* 17. *&* 18. distinguit inter legata, & institutiones, ut contraria procedant in legatis *& decis.* 587. *nu.* 5. *& seqq.* vide Rot. *decis.* 258. *part.* 7. *recent.* Merlin. Pignatel. *controv. forens. lib.* 2. *cap.* 40. *per tot.* Leoncil. *dec. Ferr.* 188. De Luc. *de Legat. disc.* 39. *n.* 9.

Contrarium stante dictione distributiva, & non conditionali, vide per Menoch. *consil.* 494. *num.* 9. *&* 11. quem sequitur Ger. Spin. *cons.* 98. *nu.* 16. *vide in §. Conditio n.* 69. Mart. *de success. legal. p.* 4. *q.* 18. *art.* 2. *n.* 78. *& seqq.*

Intellige ut prædixi in legatis per dictiones, *donec et quousque*, quæ faciunt dispositionem resolvi in plura legata annua, & illa deberi quousque conditio servatur, secus autem in institutionibus, & quare, latè Sperel. *decis.* 159. *n.* 18. *et seqq. per tot.* dixi in meis resol. *cap.* 38. *n.* 11. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 3112. Peregrin. *de fideicom. art.* 11. *n.* 123.

Quòd hujusmodi cautio sit tantùm præstanda quando uxor instituitur sub conditione, non autem, quando illi relinquitur solus ususfructus, videtur tenere Gratian. *discept. forens.* 696. *n.* 11. sed facit contra in *cap.* 901. *n.* 9. *& seqq.* ubi etiam quid stante impossibilitate cavendi, & an admittatur cautio juratoria, Sperel. *d. decis.* 159. *n.* 8. *& seqq.*

Quod cautio Mutiana non sit præstanda ab uxore legataria usufructus temporaliter duraturi, donec scilicet viduitatem servaverit, relato Gratian. *dict. cap.* 696. *n.* 11. Natt. *consil.* 459. *num.* 17. Thomat. *decis.* 905. *num.* 7. *&* 8. Barz. *decis. Bonon.* 73. *num.* 29. *&c.* sequitur Rot. *p.* 10. *recent. decis.* 329. *num.* 17. Vide Cabrun. *lucubrat.* 22. *n.* 15. *& seqq.*

12 Cautio Mutiana habet locum tantùm in relictis ultimarum voluntatum, & donationibus causa mortis, non autem in contractibus inter vivos, Castr. & Jas. *in l. dedi n.* 7 *ff. de condit. caus. dat.* Maur. *de fidejuss. par.* 1. *sect.* 3. *cap.* 24. *n* 12. Oinot. *in §. si quis ita num.* 2. *&* 3. *Instit. de verb. obligat.* Capell. Tholos. *quæst.* 327. *n.* 3. *&* 4. ubi etiam quòd nec habet locum in ultimis voluntatibus quando verba testatoris referuntur ad jus, & de jure, cùm tunc impletur conditio per acceptilationem, secus si referantur ad factum, & de facto, nam tunc non sufficit acceptilatio, sed requiritur cautio, Urceol. *d. quæst.* 66. *n.* 14. *& seqq.* ubi quòd ista cautio Mutiana non procedit in transactione, nec in aliis contractibus inter vivos, & quare citando meas res. *cap.* 48. *nu.* 7. ;vide Camarel. *de Legat. tit. de caut. mutian. quæst.* 4. *n.* 14.

Cautio Mutiana non habet locum in relictis ad pias causas, nisi aliter constet de voluntate testatoris, Tiraquel. *tract. de pia caus. privil.* 48. Maur. *ubi supra*, & plura de hac cautione vide per Card. Tusch. *part.* 5. *conclus.* 177. Sperell. *decis.* 159. *n.* 12. *et seqq.* ubi quòd favore piæ causæ, & libertatis debetur legatum dicta cautione non præstita, nisi constet aliter de voluntate testatoris, & ad pias causas dicitur legatum factum concubinæ, vel meretrici olim suæ, ut se emendet, & castè vivat, Socc. Sen. *cons.* 116. *sub n.* 24. 13

Quòd cautio Mutiana non habat locum in legatis piis, nec in modo, nec in conditione pendente à casu, & facto tertii, Rot. per Farinac. *par.* 1. *decis.* 258. *n.* 4. *et seqq.*

Est etiam rejecta cautio Mutiana, & reprobata in conditionibus viduitatem inducentibus, *l.* 1. *et* 2. *C. de indict. viduit.* intelligendo ubi reiicitur conditio, ut quando est adjecta virgini; secus si non reiicitur, ut quando apponitur viduæ, nam tunc debet impleri per cautionem Mutianam, vide *consil.* 68. *vol.* 1. *inter cons. diverſ. ult. vol. collect.* per Zilett. & dixi in §. *Conditio n.* 34. *et seqq.*

Cautio Mutiana non est præstanda, nisi petatur, sicut si non fuerit actum durante vita legatarii, non poterit agi contra illius hæredes ob hujusmodi cautionem non præstitam, Riminald. jun. *cons.* 279. *et* 532. *lib.* 3. *et lib.* 5. quem tamen reprehendit Michalor. *de fratr. p.* 3. *cap.* 13. *n.* 22. 14

De cautione Mutiana Tondut. *qu. civil.* 157. *per tot.* Dominus meus Advocat. Cabrun. *lucubrat.* 22.

Et quòd etiam non petita sit præstanda, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 901. *num.* 10. *etc. et decis.* 3. *n.* 21. *et seqq.* Ger. Spin. *consil.* 98. *per tot.* Carol. Anton. De Luc. ad Grat. *loc. cit. n.* 6.

An autem sustineatur consumptio fructuum bona fide facta, non præstita dicta cautione, vide Seraph. *dec.* 1406. Sperel. *d. decis.* 159. *num.* 34. *et seqq.* ubi etiam quòd si constaret de voluntate testatoris expressa, vel tacita, non essent restituendi fructus percepti. Amitteretur tamen legatum sub conditione castitatis factum per quoscunque actus impudicos, ut sæpè loquendo cum juvenibus, permittendo deosculari, vel sibi mamillas tangi, & similes, ut ibi per eum, vide in §. *Uxor*, & facit quod de usufructuario dixi in §. *Usufructus*.

Cautio de benè vivendo præstatur judicis officio ab eo, qui est valde rixosus, scandalosus, malæ vitæ, exempli, conditionis, & famæ, ut autem ad illam præstandam quis adstringi possit graviores causæ requiruntur quam in simplici cautione de non offendendo, Herculan. *tract. de caut. de non offend. cap.* 22. Eugen. *consil.* 68. Guazz. *de pace etc. part.* 2. §. 3. *quæst.* 24. *per tot.* Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 5. *per tot.* Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 395. *per tot.* ubi in quibus conveniat, & differat à cautione de non offendendo, & quomodo committatur, & tollatur, Conciol. *resol. crim. verb. Cautio de bene vivendo resol.* 1. 2. 3. 4. *et* 5. *per tot.* Borgn. *decis.* 19. *per tot. p.* 5. Costa *tract. de re integr. dist.* 105. *per tot.* Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 30. *n.* 375. *tom.* 5. 15

Dicta cautio de benè vivendo versatur circa tria præcipua juris præcepta, nempè honestè vivere, alterum non lædere, & jus suum unicuiq; tribuere, quibus servatis dicitur quis benè vivere, ut declarant relati Doctores; multa tamen continet, & formulā dictæ cautionis (licèt mutilatā) aliàs per me in casu occurrenti extensam, vide in libro Contractuum Cancellariæ Dominorum Octo Balliæ virorum Civitatis Florentiæ signato Q. 2. à c. 198. sub die 4. Augusti 1664. Altimar. *de Nullit. loc. supra citat. sub n.* 375. *vers. dicta cautio.*

Quòd dicatur incursa pœna dictæ cautionis de benè vivendo per delationem scloporum rotatorum prohibitorum sub gravi pœna corporali, & sic contrafactum pro-

promissioni, vide Cyriac. *controvers.* 149. *per tot. lib.* 1. sed contrarium probat Guaz. *de pace &c. par.* 2. §. 3. *quæst.* 14. quia ista cautio est odiosa, & non committitur, nisi aliquis simul offendatur, cùm possit stare, ut incidat in pœnam delationis armorum, & non in pœnam conventionalem. Altimar. *ubi supra sub dict. num.* 375. *vers. verum.*

De cautione de aliquem benè tractando quid operetur, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 132. *num.* 18. *& seqq.*

Quòd judex possit prohibere alicui ne ante domum alterius vadat, Aloys. Ricc. *Prax. var. resolut. cap.* 395. *in fine*, Sanfelic. *dec.* 142. *nu.* 7. & ita sæpè ex causa servatum vidi Florentiæ per Magistratum DD. Octo Balliæ.

56 Cautio de non offendendo est præstanda cum fidejussoribus ad instantiam partis, vel officio judicis ex justa causa, etiamsi petens dederit ipse causam inimicitiæ, propter timorem futuri scandali, pacem civium, & ne Respublica turbetur, Clar. §. *fin. quæst.* 47. *vers.* 3. Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 4. *per tot.* Farinac. *quæst.* 107. *par.* 1. *art.* 2. Card. Tusch. *lit. C. concl.* 169. Sanfelic. *dec.* 142. Paul. Christin. *decis. Belg.* 50. *vol.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 4. *per tot.* ubi plura de securitate hujusmodi, vel pace. Hering. *de fidejussor. cap.* 6. *n.* 242. Altimar. *loc. cit. sub dict. n.* 375.

Ubi qualiter sit præstanda cautio de non offendendo cum fidejussoribus ad instantiam partis, vel officio Judicis. Adde quòd hunc locum allegat, & sequitur Romaguer. *ad Conciol. stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 29. *num.* 14. *& rub.* 36.

Qualiter, & quando sit præstanda à viro de non offendenda uxore, Ricc. *Collect.* 3382. *vide in §. Maritus num.* 4. Thom. Trivis. *decis.* 45. *num.* 15. *lib.* 1. Guaz. *de pace &c. p.* 2. §. 3. *qu.* 8. *per tot.* Hering. *de fidejuss. cap.* 6. *num.* 237.

Quid sit cautio de non offendendo, quotuplex, quo jure inventata, an sit odiosa, vel favorabilis, ac alia plura de natura, & effectibus istius cautionis, Herculan. *tract. de caut. cap.* 1. *& seqq.* Guaz. *de pace &c. p.* 2. §. 3. *qu.* 1. *cum multis seqq. per tot.* Maur. Farinac. & alii.

Non tamen debet sine causa extorqueri cautio, vel peti, sed causa cognita, quæ dicitur justa, vel injusta arbitrio judicis, Menoch. *de Arbitr. cas.* 140. *per tot.* & Franch. *decis.* 359. Christin. *decis.* 50. *nu.* 3. ubi quòd semerè, & quolibet prætextu non est concedenda, Sanfelic. *decis.* 142. Carol. Anton. De Luc. ad De Franch. *dec.* 359. *cit.*

De modo autem cogendi partes ad dictam cautionem præstandam, tam inspecto jure communi, quàm municipali Status Florentini, vide in mea Pract. §. *Offese n.* 6. Paul. Christ. *ad leg. municip. tit.* 4. ubi plura juxta consuetudines illarum partium.

An sit præstanda à Clerico in foro sæculari saltem quando ille eam petit à laico in eodem foro, Imbert. *Instit. for. lib.* 1. *cap.* 24. Aufrer. *decis. Tholos.* 439 Paul. Christin. *d. decis.* 50. *num.* 4. ubi concludunt quòd sic, *& d. tit.* 4. *art.* 1. *num.* 7. *&c.* Guaz. *de pace &c. par.* 2. §. 3. *quæst.* 14. *num.* 12. *& qu.* 17. *nu.* 11. *et qu.* 27. *num.* 3. *et seqq.*

Quomodo autem servetur in Statu Florentino, dixi in Pract. §. *Offese num.* 17.

57 Cautio de non offendendo secundùm aliquos durat tantùm 30. diebus, sed secundùm veriorem opinionem est in arbitrio judicis quantum durare debeat, cùm plerumque præfigatur tempus à judice, quo transacto si non cessaverit suspicio, coguntur partes ad illam renovandam, Clar. §. *fin. quæst.* 47. *versic. item quæro*, Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 4. *n.* 42. *et seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 141. *per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 101. *n.* 44. Farinac. *quæst.* 107. *n.* 45. *et seqq.* dixi in mea Pract. §. *Offese num.* 7. *etc.* ubi quomodo hæc conclusio sit intelligenda, & latè Guaz. *de pace etc. p.* 2. §. 3. *qu.* 24. *per tot.* Herculan. *de caut. cap.* 9. Vulp *de promiss. q.* 78.

58 Cautio de non offendendo cessat, & pœna, quando una pars jam contrafecit, nam altera pars non tenetur amplius eam servare, etiamsi adesset clausula quòd pœna toties committatur, quoties contraventum fuerit, Alex. *in l. cum proponas num.* 6. *C. de pact.* Clar. *d. qu.* 47. *vers. sed quoniam* Maur. *d. sect.* 2. *cap.* 4. *nu.* 66. Cabal. *resol. crim. cas.* 101. *num.* 2. *et seqq.* Farinac. *d. quæst.* 107. *art.* 9. *num.* 95. *et art.* 32. *n.* 404. *et seqq. ad* 432. & in meis *resol. cap.* 93. *num.* 10. Guaz. *de pace etc. p.* 2. §. 3. *qu.* 42. *n.* 27. Marsil. *sing.* 337.

Qualiter cautio de non offendendo arguat inimicitiam inter partes, & faciat inditium ad torturam super delicto posteà sequuto, concurrentibus tamen aliis adminiculis, & dummodò sit fundata super causa gravi, non levi, Herculan. *de caut. cap.* 38. *num.* 19. *et seqq. et cap.* 50. *n.* 14. *et seqq.* Guaz. *de pace etc. part.* 2. §. 3. *quæst.* 25. *per tot.* ubi plures alios allegat.

Cautio de non offendendo ubi subest justa causa est ad 59
invicem, & reciprocè præstanda ab utraque parte, aliàs præstita ex una parte tantùm, non valet, sed stat in suspenso donec ab altera parte præstetur, Maur. *d. cap.* 4. *num.* 20. *et seqq.* Cyriac. *controv.* 101. *num.* 1. *et seqq.* Franch. *decis.* 359. 418. *et* 423. ubi quòd etiam pater tenetur cavere de non offendendo filium si adsit causa, Card. Tusch. *lit. C. concl.* 169. *num.* 1. *etc.* in meis *resol. d. cap.* 93. *n.* 2. Guaz. *de pace, etc. p.* 2. §. 3. *qu.* 9. ubi qualiter sit præstanda etiam inter patrem, & filium, inter fratres, & inter alios, quibus reverentia debetur, si subsit justa causa, Conciol. *verb. Cautio de non offendendo resol.* 6. *et* 7. ubi quòd est validum præceptum cum clausula ut interim cautio habetur pro præstita cum aliquibus declarationibus, ut ibi per eum vide. Sanfelic. *dec.* 142. *num.* 13.

Contrarium tamen quòd cautio præstita ab una parte, licèt nondum fuerit præstita ab alia parte, imò præcepta de non offendendo statim obligare ambas partes, licèt nulla fuerit præstita cautio, vide Cabal. *resolut. crim. cas.* 219. *per tot.* Bajard. ad Clar. *quæst.* 47. *n.* 20. *etc.* Farinac. *quæst.* 107. *part.* 1. *art.* 2. *nu.* 23. ubi etiam Vulpin. *in suco nu.* 4. & ita servatur in statu Florentino per rationes tactas in dd. meis *resol. cap.* 93. *n.* 2. vide Guaz. *tract. de pace etc. part.* 2. §. 3. *quæst.* 3. *per tot.* ubi licèt videatur firmare primam opinionem, ut æqualitas servetur etiam respectu summæ, illam tamen pluribus modis limitat, nempè ut valeat etiam ex una tantùm parte præstita, & pro majori summa, quando intercessit jussus judicis causa cognita, vel quando in præceptis continetur ut interim habeatur pro præstita, & aliis modis, ut ibidem benè declarat, & servandum dicit Guaz. *loc. cit. nu.* 21. *et n.* 22. Conciol. *resol. crim. verb. caut. de non offend. resp.* 9.

Quòd valeat statutum, ut præsentato præcepto, cautiones habeantur pro præstitis, & eo magis si in præcepto adsit dicta clausula, Conciol. *resol. crim. verb. Cautio resol.* 7. *num.* 1. *et ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 36. *num.* 8.

Cautio de non offendendo est nulla ubi non interve- 20
nit stipulatio pro fisco, & nullus pro illo acceptaverit, Cyriac. *contr.* 101. *num.* 6. *et seqq. allegans l. blanditus.* ubi Salic. *C. de fidejuss.* cum multis aliis, & respondet ad verbum, *fidejussit*, quod solet importare stipulationem, sicut verbum, *promisit*, Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 41. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 842. *nu.* 29. *et* 30. *vide in §. Stipulatio*, §. *Notarius*, *et* §. *Verba*, & in meis resol. *cap.* 93. *num.* 8. *et* 9.

Cautio de non offendendo est præstanda ab ipsis aucto- 25
ribus principalibus rixæ non tantùm pro illorum personis, sed etiam pro filiis, aliisque descendentibus, vel familiaribus, quòd scilicet nec per se, nec per hujusmodi personas offendent, imò tenentur adhuc cavere arbitrio judicis pro aliis consanguineis, & affinibus, complicibus, & sequacibus, vide Maur. *de fidejuss. p.* 1. *sect.* 2. *cap.* 4. *num.* 24. ubi sex modis limitat, & latè Guaz. *de pace, &c. part.* 2. §. 3. *quæst.* 10. *& seqq.* Sanfelic. *decis.* 142. sequitur Ricc. ad De Franch. *decis.* 359. *ubi limitat.*

Non teneri patrem cavere prò filiis spuriis vel naturalibus, nisi aliter videatur arbitrio judicis, ut quia illos domi alat, vel sub sua custodia retineat, benè Conciol. *verb. Cautio de non offendendo resol.* 10. *per tot.* ubi idem è contra, & inter se pro aliis fratribus spuriis.

Qua ratione possint cogi conjuncti ad cavendum pro conjunctis, Conciol. *verb. Cautio de non offendendo resolut.* 4. *per tot. & in verb. Cautio de non ingrediendo resolut. unica.*

Quòd in hujusmodi cautione comprehẽdantur etiam filii spurii, vel naturales tantùm pro illis sit præstanda cautio, videtur tenere Cabal. *resol. crim. cas.* 210. *per*

totum, Guaz. *de pace &c. par.* 2. *§.* 3. *quæst.* 11. *et* 12. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones, & arbitrio judicis remittit.

Non tamen comprehendi filios in Religione professos, & sic monachos, & quare, vide Urceol. *consul. forens. cap.* 41. *per tot.* & in mea Pract. §. *Offese n.* 13. ubi plures alios allegavi circa principalem conclusionem, quinam comprehendantur in dicta cautione.

Qua ratione possit sustineri stylus Tribunalium Status Ecclesiastici, & aliorum locorum cogendi conjunctus ad cavendum pro conjunctis, & alia, vide Sanselic. *decis.* 142. *num.* 9. *& seqq per tot.* Ant. Merend. *inter. Consult. forens.* Urceol. *cap.* 41. *num.* 35. *&c.* ubi facit maximam differentiam, an quis cogatur cavere pro illis, qui habent occasionem offendendi dependentem à persona coacti, vel an cogatur pro illis, in quorum persona consistit principaliter occasio offendendi, ut primò casu sit quid congruum, secundò autem incongruum, & inconsulto Principe, vel nisi ex magna, & urgenti causa non practicandum, ut ibidem optimè declarat.

Qualiter consanguinei, affines, & attinentes bannitorum possint pro bono publico cogi ad præstandam cautionem, quòd dicti banniti non offendent, nec ingredientur Statum Ecclesiasticum, vide latè Guaz. *tract. de pace, &c. part.* 2. §. 3. *quæst.* 57. 58. *&* 59. *per tot.* ubi tamen refert plures rationes, & auctoritates in contrarium, & certè hanc cautionem Florentiæ ubi optimi Principes regnant, nunquam practicatam vidi, non esset tamen injusta quandoque, sed adhibenda cum moderamine, de quo supra, & dixi in *§. Consanguinitas num.* 6. vide Cabal. *resolut. crim. cas.* 149. *per tot.* ubi meminit de pluribus Statutis Florentinis ad rem facientibus.

Non tamen quis cogi potest ad cavendum pro inimicis, discolis, & rixosis, Conciol. *resolut. crim. verb. Cautio, resolut.* 4. *num.* 4. *& ad stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 36. *num.* 6. *& n.* 7. ubi quòd neque pro pauperibus non volentibus relevate. Pir. Maur. *de Fidejuss. part.* 1. *sec.* 2. *cap.* 4. *à n.* 29.

An autem pax, seu cautio de non offendendo facta cum principali, intelligatur etiam facta cum ejus adhærentibus, & sic an per offensam factam à conjuncto unius principalis alteri conjuncto alterius principalis, incurratur pœna, vide latè Mart. Medic. *exam.* 40. *& d.* 65. *per tot. cum Addit.* vide Farinac. *quæst.* 507. *part.* 2. *art.* 28.

22 Cautione de non offendendo præstita pro se, & consanguineis, si unus ex illis contraveniat, propter quam contraventionem auctor principalis, qui cautionem præstitit cogatur aliquid solvere, potest solutum ab illo repetere, nisi qui contravenit fuerit ignorans cautionis interpositæ, vel qui promisit fuerit adstrictus à lege, vel statuto ad ita cavendum, Maur. *de fidejuss. sess.* 2. *cap.* 4. *num.* 59. *& seqq.* latè hanc conclusionem examinat Gratian. *discept. forens. cap.* 499. *per tot.* ubi allegat Farinace. & alios diversimodè sentientes vide Farinac. *quæst.* 507. *art.* 3. *num.* 35. ubi Vulpin. *in suco num.* 9. Guaz. *de pace &c. part.* 2. §. 3. *quæst.* 51. *per tot.* Herculan. *tract. de caut. cap.* 33. *n.* 23. *cap.* 42. *n.* 20. Moron. *de treg. & pace quæst.* 151. *& seqq.* dixi in mea Pract. §. *Pace num.* 12. ubi quid super hoc sit cautum de jure municipali Florentiæ.

An autem auxiliatores teneantur pœna pacis, vel cautionis de non offendendo ruptæ, vide Guaz. *de pace &c. part.* 1. *quæst.* 79. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones, & videtur transire cum distinctione an sciverint, vel ignoraverint hujusmodi qualitatem, facit quod dixi in *§. Auxilium num.* 2.

23 Cautio de non offendendo dicitur sublata, & expirat pace sequuta inter partes, quæ illam præstiterunt, Maur. *de fidejuss. p.* 1. *sect.* 2. *cap.* 4. *num.* 63. Guaz. *de pace &c. p.* 2. §. 3. *q.* 28. *n.* 41. *&c.* Vide Altimar. *de Nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *post n.* 602. *vers. pace sequuta tom.* 8.

Quod est verum quando fuit præstita ea voluntate tantùm ipsarum partium, nam si esset præstita de mandato judicis, non censetur sublata, nisi pax etiam sequatur cum auctoritate judicis ex rationibus adductis per Cabal. *resol. crim. cas.* 272. *per tot.* vide Farinac. *quæst.* 107. *art* 12. *n.* 117. *et seqq.* ubi Vulpin. *in suco nu.* 22. & in meis resol. *cap.* 93. *num.* 31. *etc.* Contr. Eugen. *cons.* 82. *n.* 9. Bero. *cons.* 205. *libr.* 3.

Quibus aliis modis extinguatur cautio de non offendendo, & fidejussores remaneant liberati, an, & quando secunda cautio tollat primam, vel non, & alia latè Guaz. *de pace, etc. p.* 2. *et* §. 3. *q.* 28. *per tot.*

Cautio de non offendendo non dicitur rupta, nec pœna debetur propter incertitudinem primi offendentis, quando applicatur partibus, si verò applicetur fisco debetur ab utroque in solidum unica solutione sufficiente, Petr. Cabal. *resolut. crim. cas.* 102. *per tot.* Clar. §. *fin. quæst.* 47. *vers. sed hic quæro*, Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 4. *num.* 70. 24

Contrarium quoad secundam partem conclusionis, imò indistinctè non deberi pœnam ratione incertitudinis primi offendentis, probat Farinacc. *quæst.* 107. *art.* 33. *num.* 456. *& seqq.* hancque partem aliis citatis tenui in meis resol. *c.* 93. *num.* 25. *&c.* in Pract. *§. Offese num.* 11. & sequitur novissimè Joseph Urceol. *consult. forens. cap.* 41. *num.* 28. Guaz. *de pace &c. p.* 1. *q.* 53. *& par.* 2. §. 3. *q.* 42. *num.* 28. *& seqq.* Herculan. *de caut. cap.* 30.

Non etiam rumpitur pax, vel cautio ante ratificationem, quando fuit inita cum absente, mediante stipulatione partis, vel notarii, ut dixi in *§. Absentia num.* 22. vide Guaz *de pace &c. part.* 1. *quæst.* 81. *&* 82. *per tot. ubi de pace, & part.* 2. §. 3. *quæst.* 45. *per tot.* ubi de cautione de non offendendo.

Cautio de non offendendo verbis generalibus concepta rumpitur per insultum factum cum armis, vel sine, etiam quòd insultatus non fuerit vulneratus, item per conspuentem in faciem alterius, item per exonerationem archibusi contra personam etiam absque vulnere, item per metus illationem, & simplicem, ac verbalem injuriam quando verba sunt gravia, & pœnam merentia, intelligendo ut dixi quando promissio est generalis, secus autem si in personam tantùm, prout ita communiter cavetur in Cancellaria Dominorum Octo Baliæ virorum Civitatis Florentiæ, nam per dictos actus non dicitur rupta cautio, nisi etiam persona sit tacta, & offensa, Maur. *de fidejuss. d. cap.* 4. *num.* 73. *& seq.* Cabal. *resol. crim. cas.* 531. *n.* 4. *&c.* Sperel. *decis.* 60. *num.* 10. idem Cabal. *cas.* 152. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 4. *art.* 7. *&* 8. ubi plura quando, & ex quibus actibus rumpatur, vel non dicta cautio, vel securitas, Guaz. *tract. de pace &c. part.* 1. *q.* 50. cum pluribus antecedentibus, & sequentibus, Vulpel. *in tract. de pac. & promiss. de non offend. quæst.* 91. 25

Quomodo rumpatur cautio de non offendendo, & alia plura de hac materia idem Conciol. *loc. cit. resol.* 5. ubi qualiter rumpatur etiam per offensionem secutam extra territorium judicis, coram quo fuit præstita cautio, & *resol.* 8. ubi de exoneratione Archibusi, & *in verb. Prax. resol.* 14. *&* 24. *per tot.*

Cautio de non offendendo, & pax dicitur rupta per falsum testimonium perhibitum in judicio contra eum cum quo dicta cautio, vel pax fuerat sequuta, Cabal. *resol. crim. cas.* 247. *per tot.* Surd. *decis.* 79. *per tot.* Farinacc. *quæst.* 107. *n.* 246. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 178. *fol.* 314. ubi tamen quòd secus est si deponatur veritas, etiam spontè, & in causa criminali. 26

Cautio de non offendendo dicitur fracta per offensionem unius de familia illius, quem quis non offendere promisit, qua autem pœna puniatur talis non observans, Menoch. *de Arbitr. cas.* 335. *per tot.* 27

De cautione per salvaguardiam concedenda, *vide in* §. *Salvusconductus, & §. Princeps.*

Cautio de non offendendo potest evitari, & non præstari, quando ex parte recusantis non adest timor scandali, puta quia sit bonæ conditionis, & famæ; vel qui illam petit ex adverso ipse non cavit, vel sit pauper, sive forensis, & illam non inveniat, vel quia sui consanguinei, & affines sint inimici partis adversæ, pro quibus non vult cavere, vel quia illam petens sit bannitus, excommunicatus, vel similis, latè Guaz. *def.* 11. *cap.* 1. *& in tract. de pac. & treg. part.* 2. *§.* 3. *q.* 18. *per tot.* 28

Quòd pro inimicis non sit præstanda, & quare, ac quomodo probetur inimicitia Gratian. *decis.* 133. *per tot.* Guaz. *de pace, &c. p.* 1. §. 3. *q.* 57. *num.* 6. Pascal. *de patr. potest. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 59.

In practica tamen nunquam vidi admitti dictas excusationes, quòd quis sit bonæ conditionis, & famæ, quòd altera pars non caverit, & quòd cavere debens sit pauper, vel forensis, nam omnes præcipue instante parte compelluntur remediis opportunis ad cavendum juxta vires, facit quod dixi supra *num.* 1. *& in fin. & num.* 19. & benè in Pract. §. *Offese per tot.* ubi de modis compellendi, & an, & quomodo possit cautio claudicare tam respectu personarum, quàm respectu summæ, & alia.

Quibus remediis uti possit judex ad sedanda scandala quando cautio non sufficit, vel recusatur præstari, vel non inveniuntur fidejussores, vide Guaz. *de pace etc. part.* 2. *q.* 15. 16. *et* 17. *per tot.* ubi quando possit admittere cautionem juratoriam, vel procedere ad alias pœnas relegationis, exilii, banni, carceris, & triremium juxta facti, & personarum qualitates, & circumstantias, de quibus etiam Herculan. *tract. de caut. q.* 5. & alibi Clar. §. *fin. quæst.* 47. *n.* 5. Vulpel. *de promiss. quæst.* 76. Farinac. *q.* 107. *n.* 41. *etc.* Sanfelic. *decis.* 142.

De verbo dato alicui nobili, vel Principi de non offendendo alium, Novar. *Collect.* 185.

29 Cautio de non offendendo non rumpitur per offensionem banniti, qui poterat impunè offendi, & ideò offensa non consideratur, cùm non fiat per actum punibilem, etiam quòd fiat odio particulari, & non zelo justitiæ, nam banniti non continentur in hujusmodi cautione, nec activè, nec passivè nisi exprimatur, Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 4. *num.* 160. *et seqq.* Cabal. *resol. crim. cas.* 575. Urceol. *consult. forens. cap.* 41. *nu.* 5. *et seqq.* Guaz. *de pace etc. p.* 1. *quæst.* 23. *et quæst.* 61. *et part.* 2. §. 2. *quæst.* 5. *et* §. 3. *quæst.* 56. *per tot.*

Imò non obstante cautione expressa, vel pace posse offendi, *vide in* §. *Bannitus n.* 16.

Quòd non rumpatur stante ebrietate offendentis, Conciol. *verb. Ebrietas resol.* 3. *et verb. Prax. resol.* 8.

Et ex quibus citatio de non offendendo rupta probetur, vel non, latè Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1131.

Non etiam rumpitur dicta cautio per vulnera cadaveri illata, Carol. Ant. de Luca ad Franch. *observ.* 418. *n.* 3. Romaguer. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 36. *n.* 12. Amendol. *ad cit. dec.* 418. de Franch.

30 Cautio de non offendendo non rumpitur cessante animo nocendi, & injuriandi, sicut nec per injuriam cadaveri illatam, Maur. *d. tract. cap.* 4. *num.* 171. *etc.* Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 20. *num.* 1. *et seqq.* Sed quoad injuriam cadaveri illatam vide Guaz. *de pace etc. p.* 1. *q.* 68. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones, & rationes hincinde, & concludit ut supra, salva hæredibus actione injuriarum, *et par.* 2. §. 3. *q.* 37. *per tot.* ubi quòd non rumpitur sine dolo, & animo nocendi.

Item non rumpitur per furtum, cùm illud fiat potiùs animo lucrandi, quàm offendendi, nisi esset generalis de non offendendo nec in rem, nec in personam, Bart. *in l. verum num.* 5. *ff. de furt.* Maur. *d. cap.* 4. *nu.* 151. Cabal. *resol. crim. cas.* 101. *nu.* 31. Guaz. *de pace etc. p.* 2. §. 3. *q.* 42. *num.* 6. ubi nec etiam per accusationem, nec per testificationem, nec per patrocinium præstitum, & hujusmodi, Roman. *cons.* 183.

Item non rumpitur per adulterium, vel stuprum in uxorem, vel filiam illius, quem quis non offendere promisit, nam videtur commissum potiùs causa libidinis, quàm animo injuriandi, nisi esset cum muliere vetula, & sic animo vindicandi, & injuriandi, Clar. §. *fin. quæst.* 47. *vers. sed quid*, Maur. *d. cap.* 4. *num.* 147. & vide Cabal. *d. cas.* 101. *num.* 15. *et num.* 28. dixi in §. *Adulterium num.* 16. Guaz. *de pace &c. p.* 5. §. 3. *q.* 42. *num.* 5. *etc.* vide Herculan. *de caut. de non offend. c.* 17. *n.* 6.

Quòd etiam cum muliere vetula, & deformi dicatur factum causa libidinis, & non offensionis, Bertazz. *cons.* 262. *per tot.* Bajard. ad Clar. *d. q.* 47. *num.* 66.

Item non rumpitur per fœminas, nec active, nec passivè, quia istæ, neque conjuncti ex linea materna non comprehenduntur in dicta cautione, vide Farinac. *q.* 107. *num.* 380. *& seqq.* Maur. *d. cap.* 4. *num.* 159. Mart. Medic. *decis.* 65. *nu* 10. *&* 11. Guaz. *de pace etc. part.* 2. §. 3. *q.* 35. ubi firmat mulieres non comprehendi in dicta cautione, nisi fuerint expressæ, vel nisi fuerit dictum pro. se, & affinibus, quia veniunt sub nomine affinium.

Quid autem dicendum sit de minoribus impuberibus, & an illi, vel mulieres, & hujusmodi possint adversus cautionem in integrum restitui, & alia idem Guaz. *loc. cit. q.* 33. *& seqq.*

Item non rumpitur per insultum factum super vestibus, quando corpus non est læsum, licèt tacta sint vestimenta, vide Farinac. *d. q.* 107. *num.* 181. Maur. *d. cap.* 4. *num.* 130. intellige ut supra num. 25.

Plura an, & quando ex levi offensione frangatur, vel non cautio de non offendendo, Guaz. *de pace etc. par.* 2. §. 3. *q.* 41. *per tot. et seqq.*

Item non rumpitur, nec pœna debetur propter offensam factam ex iracundia, vel nova causa superveniente, licèt sit causa levis, & injusta, ac impunibilis de jure, quæ nova causa semper præsumitur potius, quàm antiqua & potest conjecturis probari, Maur. *d. cap.* 4. *num.* 118. *&c.* Cabal. *cas.* 101. *num.* 11. *etc.* Magon. *decis. Luc.* 100. *per tot.* Mart. Medic. *decis.* 65. *num.* 12. *&c. cum Addit.* Farinac. *quæst.* 107. *art.* 32. *& seqq. per tot.* Mascardus *de probat. conclus.* 1157. *nu.* 66. *& seqq.* latè Guaz. *de pace &c. p.* 1. *q.* 43. *cum pluribus seqq. & part.* 2. §. 3. *q.* 38. *& q.* 40. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 142. *num.* 5. Tusch. *litt. P, concl.* 183. Clar. §. *fin. quæst.* 47. *vers. quæro nunc*, Thob. Non. *cons.* 111. *n.* 10. *&* 26. Vide Spad. *cons.* 74. *num.* 8. *et* 9. *tom.* 1., ubi quod nova causa est concludenter probanda.

Qui quidem Doctores agunt etiam de validitate, & interpretatione Statutorum, sive pactorum, quòd non possit nova causa allegari; similemque Reformationem, sive Statutum quòd in treguis non possit allegari nova causa, vigere in Statutibus Etruriæ, & quomodo intelligendum, vide Mart. Medic. *d. decis.* 65. *num.* 21. *& seqq.* & idem servari in Statuto Ecclesiastico vigore Bullarum Pii IV. & Pii V. & plura ad illarum interpretationem quando locum habeant, vel non, Guaz. *de pace &c. part.* 1. *q.* 46. *& p.* 2. *quæst.* 46. *per tot.* Farinac. *loc. cit.* Adde novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 8. §. 3. *num.* 1. *& seqq. ubi alia plura ad rem per tot.* vide Bertaz. *cons.* 4. *n.* 10. *et cons.* 147. *n.* 24.

Quòd de jure in treguis tanquam efficacioribus non excuset nova causa, probat Gratian. *discept. forens. cap.* 840. *num.* 33. *etc.*

Sed contrarium cessante jure municipali, vide per Clar. §. *fin. quæst.* 47. *num.*... Magon. *d. decis. Lucens.* 100. *n.* 6. Farinac. *d. quæst.* 107. *art.* 32. *num.* 406. *et seqq.* & in mea Pract. §. *Tregue num.* 4. *et* 5. & benè videndus Mart. Medic. *d. decis.* 65. *num.* 21. *et seqq. per tot.* Ciarlin. *contr.* 151. *num.* 28. *et seqq.*

An autem dato verbo alicui Nobili, vel Principi de non offendendo alium, possit nova causa allegari, & alia de datione, & forma dicti verbi, Novar. *Pragm. Reg. Collect.* 185.

Nova tamen causa non debet esse affectata, nec procursta, Cabal. *resol. crim. cas.* 101. *n.* 19. Ansald. *consil.* 526. *num.* 7. *et seqq. ubi etiam num.* 17. *et seqq.* quòd præceptum de non offendendo habet diversam originem, & fundamentum à pace, tregua, & cautione de non offendendo, quia promissio à partibus facta, antiquas, & præteritas respicit causas, præceptum verò ad præteritas causas, non se restringit, sed generaliter omnem prohibet offensam, & ideò ne contemnatur imperium, fiscus habet intentionem fundatam contra auctorem rixæ, qui debet attendi potiùs quàm nova causa, ad tradita per Cabal. *cas.* 231. *per tot.* dixi in §. *Pax num.* 13. Sed quòd etiam in terminis dicti præcepti nova causa excuset, cùm sit intelligendum rebus sic stantibus, Beniotend. *decis.* 65. cum aliis per Mart. Medic. *decis.* 65. *num.* 12. *et seqq.*

Cautio de tuto carcere præstatur à carcerato, qui petit se mitti in leviorem carcerem, vel ab eo, qui petit domum propriam, Palatium, Civitatem, vel alium locum pro carcere, quæ tamen ultima non admittitur regulariter nisi in personis graduatis, & nobilibus, Maur. *de verb. fidejuss. p.* 1. *sect.* 2. *cap.* 6. *per tot.* Farinac. *de Carcer. q.* 30. facit quod dixi *in* §. *Carceratus*, Conciol. *de fidejussor. resol.* 3. *per tot.* ubi pro fidejussore, *et verb. Cautio de repræsentando resol.* 13. *n.* 3. ubi quòd liberatur fidejussor, quando reus fuit ad arctiores carceres revocatus. 31

Quòd in hujusmodi cautione, & similibus sit necessaria stipulatio pro fisco, dixi supra num. 20.

An

An autem dicatur commiſſa dicta cautio, & debeatur pœna, ſi ſub illa detentus receſſerit paululum animo redeundi, & ſtatim revertatur; hincindè tenentes refert, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 212. ubi videtur tenere, quòd pœna ſit incurſa, maximè ſi fuerit cum juramento promiſſa, quia tunc non poteſt mora purgari, eſſe tamen mitigandam, cùm ex tali receſſu nullum damnum emanaverit, vide Farinacc. & Maur. *ubi ſupra*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 708. *nu.* 18. *&c.* Galvan. *conſil.* 15. *per tot.* vide Vulpel. *conſ. crim.* 139. *per tot.*

Et an ſi mutetur carcer, liberetur fidejuſſor, vide Afflict. *deciſ.* 130. Farinac. *qu.* 34. *n.* 92. *&c.* Vulpin. *in ſuco q.* 30. *n.* 6. *&* 7. Scanarol. *de viſitat. Carcer. §.* 3, *cap.* 3. *n.* 3. *lib.* 1. *vide in §. Fidejuſſor.*

Quid ſi carceratus cum dicta cautione, vel dimiſſus cum fidejuſſore facto judicis ponatur *in* fugam, an liberetur fidejuſſor, vide Franch. *deciſ.* 344. Galvan. *conſil.* 15. *nu.* 14. *et ſeqq.* Farinac. & Vulpin. *d. q.* 34. *num.* 21. *& ſeqq.* Mariil. *in prax. fidejuſſor. num.* 154.

De materia cautionum, vide alia plurima in *§. Fidejuſſio per tot.*

& Vide eumdem Pen. *deciſ.* 716. Altimar. *loc. adduct. à dict. n.* 320. *et præſertim à n.* 396.

8 Cenſus non poteſt conſtitui ſuper rebus, quæ non ſunt in commercio hominum, ut ſunt res Sacræ, religioſæ, vel ſimiles, quæ dicuntur eſſe in nullius dominio, & hypothecari non poſſunt, Cene. *de cenſ. quæſt.* 28. Staiban. *reſol.* 38. *nu.* 5. Altimar. *loc. ſupra allegat. num.* 264.

An ſuſtineatur cenſus ſuper fundo fideicommiſſario, adde Bich. *deciſ.* 310. ubi quod ſuſtinetur pro ſolvenda dote in ſubſidium vigore *Auth. res, quæ, C. commun. de legat.* & dixi in §. *Bona ſub num.* 21. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 370. ubi qualiter ſuſtineatur cenſus pro ſolvendo ære alieno fideicommittentis, quid ſi agatur de fideicommiſſo particulari, cui incumbat onus probandi alia non extitiſſe bona, & alia ad rem, idem Bich. *deciſ.* 144. *et* 183. Rot. poſt Urceol. *de tranſact. deciſ.* 54. *et* 15. Vid. Hermoſill. *leg.* 63. *gloſſ.* 5. *num.* 50. *tit.* 5. *part.* 5. Vide Verd. *Inſtit. libr.* 3. *nu.* 2282. *et ſeqq.* Lar. *libr.* 1. *de Anniverſ. cap.* 18. Altimar. *de Nullit. loc. ſupra adduct. n.* 262. *et n.* 263.

Item conſtitui non poteſt ſuper rebus mobilibus, vel ſemoventibus cujuſcunque ſint generis, ut ſuper lapillis, gemmis, pecudibus, & ſimilibus animalibus, quæ licèt afferant fructus, plurimum tamen induſtriæ humanæ requirunt, & illorum vita non eſt perpetua, nec diù durabilis, vide Cene. *de cenſ. quæſt.* 32. *per tot.* Leotard. *de uſur. q.* 45. ubi de molendinis, & ſimilibus ædificiis, *& q.* 46. *& ſeqq.* ubi late ſuper quibus rebus poſſit cenſus conſtitui, vel non. De molendinis Seraphin. *deciſ.* 1418. *num.* 4. *& deciſ.* 894. Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt.* 34. *n.* 5. De Luc. *De cenſ. diſc.* 33. *n. n.* 8. ubi de molendinis ad aquam. Altimar. *loc. allegat. n.* 145. *cum pluribus ſeqq.* ubi hoc benè explicatur.

Item nec ſuper fundo non libero, ſed reſtitutioni fideicommiſſi ſubjecto, alienari prohibito, ſeu aliis obligato, ne aperiatur via uſuris, niſi fundus eſſet utriuſque oneris capax, vel aſſertus à venditore liber, quia tunc durante bona fide emptoris, ſuſtinetur cenſus; & facit fructus ſuos, imò ſufficit malam fidem abeſſe, intelligendo quoad præjudicium ipſius imponentis, & venditoris, non autem aliorum, & nullitate detecta poteſt emptor repetere pretium, tanquam purum creditum effectum, Cene. *de cenſ. quæſt.* 42. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 4. *per tot. deciſ.* 96. *& par.* 14. *deciſ.* 86. *& deciſ.* 508. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 43. *nu.* 20. *cap.* 538. *num.* 16. *& cap.* 420. *num.* 18. *&c. & deciſ.* 23. *per tot.* Mareſcott. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 10. *per tot.* ubi plenè Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt* 706. *per tot.* Mangil. *de evict. q.* 84. *per tot. & q.* 82. *&* 83. Rot. poſt Merlin. *de legit. deciſ.* 12. *cum pluribus ſeqq.* Mart. Medic. *deciſ.* 30. *per tot.* ubi quòd imponens tenetur non ſolùm reſtituere pretium, ſed etiam ſolvere intereſſe ad rationem cenſus, vide ibidem *in Addit. & deciſ* 31. *per tot.* ubi quòd ad hæc omnia tenetur etiam fidejuſſor *infr. num.* 18. 33. *&* 41. ubi plenè Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 53. *per tot.* ubi qualiter emptor cenſus ſuper fundo fideicommiſſario aſſerto libero à venditore poſſit ad ſui electionem agere ad reſtitutionem pretii loco damnorum, & intereſſe, vel ad liberandum fundum, etiamſi adhuc evictio non ſit ſecuta, & alia plura eleganter de hac materia, Rota *par.* 11. *recent. deciſ.* 72. *& deciſ.* 75. *num.* 4. *dec.* 399. *per tot.* ubi quòd licèt non poſſit cenſus in bonis fideicommiſſariis imponi, ſuſtinetur tamen ſi imponens habeat jus detrahendi legitimam, vide *in §. Gravatus n.* 1. *&c.* Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 4. *per tot. et deciſ.* 516. *per tot.* ubi an poſſit ſuſtineri pro ſolvendis debitis fideicommittentis, &c. Manſ. *conſult.* 239. *libr.* 4. Rot. poſt *conſult.* 354. *dict. libr.* 4. ejuſdem Manſ. Altimar. *loc. cit. n.* 256. *cum pluribus ſeqq.*

Quòd ſuper re prohibita alienari non poſſit cenſus imponi, & per impoſitionem fiat locus fideicommiſſo ex hujuſmodi prohibitione reſultante, dixit Rot. *par.* 2. *diverſ. deciſ.* 121. *num.* 5. *et part.* 9. *recent. deciſ.* 299. *n.* 6. *etc.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 706. *per tot.* ubi pluribus modis declarat, vide Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 50. *per tot.*

Quòd tamen cenſus non extinguatur per decoctionem debitoris, aut ſententiam graduatoriam non ſequuta traditione, Cavaler. *deciſ.* 528. *per tot.* vide Salgad. *Labyr. creditor. par.* 1. *cap.* 17. *num.* 32. *cap.* 58. *nu.* 10. *et ſeqq. per tot.*

Licèt creditor cenſus in concurſu poſſit juſtè petere, & conſequi non ſolùm fructus, ſed etiam capitale, & quare, quicquid videatur contra naturam contractus petere ſortem, latè idem Salgad. *d. tract. part.* 1. *capit.* 19. *per tot.*

Quid dicendum in bonis feudalibus, vel emphyteuticis, vide *in §. Emphyteuta num.* 31. *et infr. nu.* 43. ubi agitur quando poſſit debitor compelli ad extinctionem cenſus, & plenè Mareſcott. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 10. Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 227. *n.* 22. De Luc. *De cenſ. diſc.* 8. *n.* 2., *et* 5. Manſ. *conſult.* 565. Pilaja *Inſtit. tom.* 2. *libr.* 2. *deciſ.* 10. *petit.* 4. *n.* 80. Altimar. ubi ſupra *nu.* 265. *et ſeq.*

An autem poſſit cenſus conſtitui ſuper melioramentis, dic quod ſi ille, qui fecit melioramenta ſit interim dominus rei melioratæ, veluti gravatus ex fideicommiſſo, feudatarius, emphyteuta, poteſt ſuper illis cenſum imponere: ſecus autem ſi nullum habeat dominium, ſed tantùm quandam poſſeſſionem, ut uſusfructuarius, & hujuſmodi, qui licèt ſit creditor melioramentorum non poteſt ſuper iſto jure, & credito cenſum imponere, ad latè tradita per Merlin. *deciſ.* 546. *per tot. et deciſ.* 448. *num.* 8. *&c.* Catan. *conſ.* 16. *n.* 20. Antonel. *de loc. legal. libr.* 2. *cap.* 7. *n.* 27. *et ſeqq.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 23. *numer.* 268. *tom.* 4.

Quod ſuſtineatur cenſus ſuper rata libera, vel melioramentis in domo fideicommiſſaria, & debeantur fructus ſaltem loco intereſſe, Rota *part.* 13. *recent. deciſ.* 464. De Luc. *De Credit. diſc.* 54. *n.* 12. *De Fideicom. diſc.* 159. *n.* 5.

9 Cenſus debet conſtitui ſuper certo fundo, nec ſuſtinetur ſuper univerſitate bonorum, quia emptor nullum ſubiret periculum, ſed eſſet omninò tutus, & ideò impoſitio cenſus eſſet valdè ſuſpecta de uſura, cum contrahentes viderentur habere potiùs reſpectum ad lucrum pecuniarium certum, quàm ad fructus ex fundo percipiendos, latè Cene. *de cenſ. quæſt.* 40.

Ex quo etiam multi dubitant, an cenſus parvus, & modicus, poſſit conſtitui ſuper re magni redditus, & licèt magis communis opinio affirmet, tamen limitat, niſi maximus appareret exceſſus, & ſic quod emptor velit eſſe omninò ſecurus de perpetuitate cenſus, idem Cenc. *dict. tract. q.* 38. *num.* 3. *etc.*

10 Cenſus non poteſt imponi ſuper certo fundo, & generaliter ſuper omnibus aliis bonis imponentis, quia omnia bona dicerentur ſubjugata pro fundo ad magis perpetuandum cenſum; poſſunt tamen generaliter omnia bona hypothecari pro faciliori cenſus exactione, quo caſu perempto illo certo fundo deſignato, remanet cenſus extinctus, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 41. Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 22. *n.* 31. *etc.* vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 141. *num.* 10. *et ſeqq.* Leotard. *de uſur. q.* 28. *n.* 43. *et ſeqq.* Navar. *de Uſur. quæſt.* 15. *num.* 113. Vide circa hanc materiam Altimar. *loc. ſupra allegat. a n.* 175. *cum pluribus ſeqq. et præſertim n.* 193.

An autem poſſit agi contra hujuſmodi bona generaliter obligata, non probata inſufficientia fundi particulariter ſubjugati, vide Buratt. *deciſ.* 151. *per tot.* & dixi in §. *Poſſeſſor.* Altimar. *de nullit. rub. p. p.* 2. *quæſt.* 23. *n.* 193. *tom.* 4.

11 Cenſus poteſt conſtitui ſuper pluribus fundis certis tamen, limitatis, & expreſſis quoad omnes illorum vocabulis, & confinibus, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 41. *nu.* 12. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 777. *num.* 7. *et cap.* 141. *in princ.* ubi quod poterit quilibet poſſeſſor conveniri in ſolidum abſque ulla excuſſione, vide *in §. Poſſeſſor.* Bich. *deciſ.* 598. ubi etiam ſi confines fuerint expreſſi tantùm in genere, & relativè, *et deciſ.* 183. ubi quid ſi fundus liber non ſit capax totius cenſus, an tunc debeantur fructus loco damnorum, & intereſſe, & negativè concludit cum declarationibus ibi adductis, *et infr. num.* 28. Leotard. *de uſur. quæſt.* 28. Altimar. *de nullit. loc. ſup. allegat. n.* 177.

Et tunc ſi unus fundus pereat, remanet integer cenſus ſuper alio fundo capace, Cene. *d. quæſt.* 41. *quæſt.* 99. *et quæſt.* 100. Salgad. *Labyrint. creditor. par.* 2 *cap.* 11. *num.* 12. *etc.* Leotard. *ubi ſup.* Altimar. *pariter ubi ſup. n.* 179.

12 Cenſus impoſitus ſuper re communi ſuſtinetur duntaxat quatenus portio imponentis ſit ſufficiens, & capax,

pax, & non ultrà, cùm socius, vel frater non possit partem alterius obligare, Cenc. de cens. quæst. 20. num. 7. & seqq. per tot. ubi reprobat Petr. Cabal. cons. decis. 94. lib. 1. quatenus vult censum sustineri in totum super portione socii, ubi portio imponentis non sit sufficiens, quod tantùm procedere posset quando census esset impositus super re prorsus aliena, in præjudicium imponentis, & propter illius dolum, secus in re communi ubi cessat dolus, & animus fraudandi, cùm imponens intendat illum constituere super sua portione, ut benè declarat Cenc. loc. cit. Rot. post illum decis. 39. nu. 3. etc. decis. 107. n. 7. Gregor. & Addit. decis. 225. Rota part. 9. recent. decis. 373. nn. 17. et 18. et par. 10. decis. 95. per tot. ubi quod si fuerit impositus etiam nomine alterius fratris, qui posteà tacitè ratificaverit, sustinetur, & potest uterque adstringi, vide in §. Frater num. 22. Cabal. cons. decis. 118. lib. 2. ubi quod census potest imponi etiam super bonis alienis, quæ putabantur imponentis, & ab eo possidebantur; non tamen nocet vero domino, sed tantùm imponenti, ut teneatur ad pretii restitutionem, damna, & interesse, etiam ante secutam evictionem, & licèt dati sint fidejussores, Carol. Marant. controv. part. 4. respons. 82. per tot. Hermosil. ad leg. Partit. tom. 2. gloss. 1. nu. 11. &c. leg. 18. tit. 5. fol. 511. vide Staiban. resol. 174. n. 32. Leotard. de usur. quæst. 55. Verd. Instit. lib. 3. n. 2325. Marescott. var. resol. lib. p. cap. 7. Altimar. loc. cit. n. 236.

Quod census possit imponi super re aliena de consensu Domini, Cavaler. decis. 244. num. 1. Vid. De Luc. de Cens. disc. 42. ubi plura, vide Staiban. resol. 38. n. 4. et 174. n. 32. Card. De Luc. de Feud. disc. 91. num. 12. Altimar. loc. cit. n. 230. cum seqq.

Et qualiter ille, ad quem pecunia pervenit, possit agnoscere bonam fidem, & habeatur pro debitore principali, Rot. par. 12. recent. decis. 388. per tot.

13 Census, cùm de sui natura sit dividuus, impositus super fundo in totum non capace, est nullus tantùm pro ea parte, in qua fundus redditur incapax ad similitudinem donationis non insinuatæ, quæ vitiatur solùm in excessu, cùm in dividuis, & separabilibus, utile non debeat vitiari per inutile, Cens. de cens. quæst. 36. per tot. Catan. cons. 43. num. 2. Altimar. ubi sup. num. 277.

Nec propter generalem hypothecam, cui subiacent alia bona venditoris census, debet suppleri [aliondè] ex fructibus aliorum bonorum, idem Cenc. qu. 37. num. 2. quicquid pro affirmativa tenuerit Cabal. d. cons. decis. 94. num. 11. lib. 1. quem cum aliis reprobat Cen. loc. cit. Vide Altimar. loc. cit. n. 281.

Quod cum census sit de sui natura divisibilis ratione rei, & voluntatis, à pluribus acquisitus, & emptus unicuique pro rata acquiratur, ita ut tot videantur census, quot sunt personæ acquirentes pro rata, & unusquisque præsumatur ratam pecuniæ erogasse, quid si essemus in patre, & filio, & alia, Rot. par. 13. recent. decis. 403. per tot. Annot. ad. dec. 454. nn. 56. par. 4. rec. tom. 2. Altimar. loc. adduct. n. 249.

14 Census simpliciter à pluribus simul impositus exigitur ab unoquoque tantùm pro rata, ubi non adest obligatio in solidum, Gratian. discept. forens. cap. 682. per tot. Urceol. consult. forens. cap. 40. num. 32. &c. ubi an stante obligatione in solidum, cujus vigore potest unus in totum conveniri, possit correum cogere ad extinguendum pro rata, & negativè concludit, nisi unus in totum extinxerit censum, quod facere potest, & repetere ratam à correo, vide in §. Correus, & §. Hæres, ubi qualiter possit extingui ab uno ex cohæredibus, vel emi contra alios cohæredes. Thomat. decis. 145. n. 12. Altimar. loc. sup. relat. n. 250.

Quòd hæres unus volens redimere partem census sibi tangentem possit compellere cohæredem ad alteram partem ejus redimendam, Thomat. decis. 145. n. 12.

Quòd census constitutos per plures in solidum super unico fundo sit validus, & de rationibus dubitandi in contrarium, Mastrill. decis. 141. per tot.

15 Census potest imponi super alio censu, cùm census habeatur pro re immobili, intelligendo super illo jure formali exigendi, non autem super censu materiali; & si primus census, super quo fuit alius constitutus, alienetur, transit cum suo onere, nec potest fundus primus liberari, nisi etiam extinguatur secundus census, super primo impositus secundùm Lud. Mulin. quem refert Cenc. de cens. quæst. 31. num. 1. et seqq. vide Gutierez. de gabell. q. 57. num. 2. et 12. etc. ubi an census possit super alio censu constitui. De Luc. De cens. disc. 2. n. 3. De offic. disc. 10. n. 2. Vela dissertat. 28. et 29. n. 1. De Marin. lib. p. cap. 11. ubi Add. Pilaja tom. 2. Instit. lib. 2. decis. 10. petit. p. n. 53. Altimar. ubi sup. n. 138. & ad Rovit. decis. 9. n. 2.

Sed quod imò census super alio censu impositus finiatur, & extinguatur finito primo illo censu, vel peremptione fundi, vel redemptione, cùm tunc remaneat sine fundo, nec emptor novi census potest impedire redemptionem primi per pactum, quod esset illicitum, tanquam auferens liberam facultatem redimendi, nec per intimationem, cùm non possit jus redimendi quæsitum primo imposito auferre; quapropter redditur parum tuta hujusmodi impositio census super alio censu, sed cautius est censum antiquum, vel partem illius emere, Cenc. de cens. d. quæst. 31. per tot. quæst. 60. nu. 48. et quæst. 72. num. 6. facit Gratian. discept. 44. per tot. Leotard. de usur. quæst. 46. n. 31. et seqq. facit benè Salgad. Labyrint. creditor. part. 1. cap. 36. num. 22. et per tot. ubi quòd non potest imponi novum onus, conditio, vel modus. Vela d. dissertat. 28. et 29. Pilaja sup. n. 38. Andreol. controv. 226. n. 8. Altimar. n. 139.

Sed in contrarium, quod creditor secundi census, cui fuit primus hypothecatus, possit inhibere debitori primi census, ne redimat, nec solvat, & tunc eo non citato redemptio sit nulla, reprobato Cencio notat idem Salgad. dict. tract. par. pr. cap. 27. num. 44. ubi Authores laudat Rodrig. de ann. redd. lib. pr. quæst. 18. num. 53. Fontanel. decis. 166. & alios. Altim. num. 142.

Mihi tamen magis arridet in hoc opinio Cencii, & videtur convenire idem Salgad. d. cap. 36. nu. 22. etc. per prædictas rationes vide Rot. part. 14. recent. decis. 336. Larream allegat. 22. De hac opinione Domini Sabelli, vide Altimar. ubi supra n. 143.

Census potest hypothecari, quæ tamen hypotheca 16
cessat illo resoluto per redemptionem, quæ non potest impediri per creditorem, Cenc. quæst. 72. n. 3. et seqq. Gratian. discept. 45. per tot. vide Rot. par. 14. recent. decis. 336. per tot. & dixi in §. Hypotheca n. 47. Merlin. decis. 21. ubi etiam, quod datur Salvianum contra tertium possessorem census, etiamsi fuerit prohibitus alienari, cùm talis prohibitio intelligatur quoad ipsum censum, & non quoad fructus, qui ideò veniunt in hypotheca, possunt per Salvianum avocari. Altimar. loc. supra adduct. n. 140.

Census potest constitui super locis montium non va- 17
cabilium, quæ consistunt in juribus percipiendi annuum redditum perpetuum ex publicis redditibus Montistis assignatis, & pro immobilibus reputantur, Cenc. de cens. quæst. 29. num. 13. etc. De Luc. de Feud. disc. 62. num. 11., et 92. n. 5., et alibi. Leotard. de Usur. quæst. 46. Altimar. loc. cit. n. 135. Pilaja Instit. tom. 2. libr. 2. decis. 10. petit. 1. n. 52. et petit. 5. nu. 35. Casareg. ad statut. Jan. fol. 103. n. 68.

Item super jure gabellarum, vel aliis juribus perpetuis in Civitate aliqua existentibus, Cenc. d. quæst. 29. in fine, latè Ridolphin in prax. part. 3. cap. 5. num. 298. et seqq. Leotard. de usur. quæst. 46. per tot. Vide De Luc. De Regal. 117. n. 18., et disc. 147. num. 27. Mancio. dissert. 13. cap. 11. n. 5. Pilaja dict. petit. 5. n. 32. et 45. Altimar. n. 35. et seqq., ubi loquitur etiam de regalibus.

Census plures super eodem fundo omnium capace 18
possunt imponi, imò quamvis fundus non esset omnium capax, valeret impositio in præjudicium imponentis, si fundus credebatur capax, ultimi tamen census durabunt quousque vigore primæ hypothecæ fundus irrevocabiliter evincatur, Cenc. de cens. quæst. 39. vide supra num. 8. infr. nu. 33. et 48. Merlin. decis. 696. Leotard. de usur. quæst. 56. num. 29. etc. Vide Altimar. loc. cit. n. 290. et seqq., ubi Doctores pro utraque sententia.

Census impositus per Ecclesiam absque solemnitati- 19
bus valet quamdiu non datur de nullitate, quæ etiam detecta non retrotrahitur ad hoc, ut fructus soluti possint repeti, Gratian. discept. forens. cap. 559. num. 64. vide in §. Clericus, latè Sperel. decis. 154. per tot. et decis. 155. Vide De Luc. disc. 9. n. 11. et disc. 11. n. 16.

17.

17. *et* 23., ubi quod facultas Apostolica imponendi censum per Ecclesiam dari solet cum obligatione extinguendi infra certum tempus. Et quod census imponi non possit ab Ecclesia super suis bonis non servata forma *Extravag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. et in cap.* 1. *eodem titul.*, dicit Rot. post Urceol. *de Transact. decis.* 134. *nu.* 5. *in ultim. impression.*, ubi hoc declaratur.

Pro nullitate census impositi per Ecclesiam sine solemnitatibus, vide Bich. *decis.* 502.

De censu imposito à minore sine solemnitatibus, Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 443. *per tot.* ubi de nullitate, Gratian. *discept.* 691. *num.* 23. *et per tot.* Ciarlin. *contr.* 196. Merlin. *decis.* 540. *per tot.* ubi latè pro nullitate census impositi super bonis pupilli absque solemnitatibus tam vigore juris communis, quàm statutorum necessariis in cæteris alienationibus, & iterùm in eadem causa idem Merlin. *decis.* 575. *per tot.* ubi fuit confirmata prima decisio. Jovius *De Solemn. in contract. minor. gloss.* 18. *nu.* 18. Antun. *de donat. tom. . cap.* 19. *num.* 19. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst.* 1. *sect.* 1. *a num.* 399. *tom.* 8.

Nisi probetur versio pecuniæ in utilitatem Ecclesiæ, vel minoris, nam tunc debet restitui, unà cum fructibus ad rationem conventam loco damnotum, & interesse absque alia taxatione, vel probatione, Cenc. *de cens. quæst.* 24. *num.* 5. *quæst.* 88. *num.* 14. *et seqq.* Salgad. *Labyr. creditor. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 63. & vide Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 34. *et part.* 13. *recent. decis.* 443. *nu.* 9. *et seqq. et part.* 14. *dec.* 162. *per tot. et decis.* 407. ubi pro nullitate.

Sustinetur etiam census impositus à minore, vel muliere sine solemnitatibus, quando fuit celebratus cum alio pariter privilegiato, ad evitandum ejus damnum, vel ubi fuit posteà ratificatus per solutionem fructuum, vel accolationem in divisione, vel extinctionem, vel si fuerit impositus à tutore ex causa necessaria, Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 19.

Intelligendo quoad ratificationem data certa scientie nullitatis tam in facto, quàm in jure, aliàs secus, ut benè declarat Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 217. *per tot.* sed contra prædicta pro nullitate census, latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 98. *per tot.* ubi respondet objectis, & dixi in §. *Statutum requirens num.* 17.

Quod census constitutus à muliere pro extinguendo alio censu nullo, sit pariter nullus ex defectu, & falsitate causæ, Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 383. *per tot.* vide *in* §. *Decretum num.* 6. *et* §. *Obligatio n.* 4. Salgad. *Labyrint. par.* 2. *cap.* 9. *nu.* 44. *et cap.* 10. *num.* 138. *etc.* ubi facit in contrarium.

20 Census non venit in legato pecuniarum, vel rerum mobilium, adeò ut neque legatario debeatur pecunia pro redemptione restituta, benè venit in legato immobilium, cùm inter immobilia reputetur etiam in materia statutaria, Cenc. *de cens quæst.* 30. *nu.* 7. latè Gratian. *discept. forens. cap.* 545. *num.* 1. *et seqq. cap.* 585. *nu.* 6. *etc. et c.* 696. *nu.* 14. De Luc. *de Cens. disc.* 17. *num.* 4. An census reputentur tamquam stabilia, vide Card. De Luc. *de servit. disc.* 73. *n.* 4. *de feud. disc.* 92. *nu.* 4. *de Regal. disc.* 92. *n.* 7. *et* 8. *de Usur. disc.* 17. *sub n.* 19. *de Dot. disc.* 21. *n.* 3. *de Donat. disc.* 33. *n.* 14. *in fin. de Alienat. disc.* 28. *nu.* 4. *et* 10. *de success. disc.* 41. *num.* 282. *remis.*

21 Censu legato venit tantùm jus illud exigendi annuas responsiones, ad quas exigendas tenetur hæres cedere legatario actiones; non autem pecunia, & pretium illius, idest sors principalis, quæ in casu redemptionis erit hæredis, & non legatarii, cùm census, & illius pretium sint inter se diversa, & ob id uno legato, alterum non venit, Cenc. *de cens. quæst.* 72. *n.* 24. *et seqq.* *ubi num.* 28. quærit etiam ad quem spectent fru[illegible]us non exacti, & tenet spectare ad hæredem, dummodò ill[illegible]rum dies venerit tempore mortis testatoris, sequitur Sperel. *decis.* 177. *num* 66. & vide *in* §. *Legatum n* 60. *et infr. num.* 45. facit Rot. *par. par.* 12. *recent. decis.* 280. Olea *de cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 6. *num.* 13. *et seqq.* ubi idem concludit in cessionario, ut ad eum non spectent redditus ante cessionem decursi, quicquid contrarium innuat si ageretur de aliis usuris accessoriis, juxta Surd. *decis.* 88. Vide Carol. Ant. De Luc. *de Lin. legal. art.* 23. *n.* 3. *tom.* 2.

Qualiter census dicatur existere in loco fundi, & veniat in legato bonorum existentium in illo loco, licèt facta fuerit tantùm mentio de Civitate, & reperiatur in Comitatu, Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 58. *per tot.* vide in §. *Civitas num.* 10.

Census redimibilis inter immobilia reputatur, & pro re immobili habetur, intelligendo de censu formali, & perpetuo, idest de illo jure percipiendi, nō autem de materiali, idest de illa pecunia pro censu soluta, Cenc. *de cens. quæst.* 30. Gratian. *discept. forens. cap.* 981. *nu.* 37. *& cap.* 545. *num.* 1. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 107. *nu.* 9. *etc.* Surd. *decis.* 204. *per tot.* ubi quod ideò pro illo est solvenda gabella, prout de aliis rebus immobilibus, Tusch. *litt.* C. *conclus.* 194. *&c.* Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 432. *num.* 8. *decis.* 441. *num.* 2. *& part.* 11. *recent. decis.* 324. *num.* 15. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 44. *num.* 13. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 213. *volum.* 1. *et decis.* 61. *volum.* 2. ubi quando reputetur inter mobilia, & in quo loco dicatur existere. Latè Abeccles. & Crescin. *observat. forens.* 134. *part.* 1. 22

Quando veniat in legato ususfructus omnium bonorum immobilium, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 585. *per tot.*

Quod census constituat potius tertiam quandam speciem bonorum in abstracto, quæ numeratur inter immobilia, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 29. *per tot. & cap.* 885. *in princ.* ubi ampliat quoad omnia de illo judicandum esse, prout de re immobili, *& cap.* 585. *nu.* 6. *etc.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 7. *art.* 8. *n.* 6. ubi quod perpetuus inter immobilia, temporalis vero inter mobilia computatur De Luc. *de Regal. disc.* 92. *n.* 7. *et* 8.

Quod tamen census redimibilis attento futuro eventu, & redemptionis tempore inter mobilia reputetur, vide Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.* 117. *nu.* 2. Ant. Gom. *de cens. cap.* 3. *num.* 4.

Sicut quando annuus redditus percipitur ex re modico tempore duratura, non est inter immobilia referendus; quæ autem dicatur res modico tempore duratura, est in arbitrio judicis, ut consulvit Barbat. *cons.* 22. *lib.* 3. quem sequitur Menoch. *de arbitr. cas.* 233. *num.* 2. *& num.* 3. vide ad prædicta Peregrin. *dec.* 70. *per tot.* & dixi *in* §. *Annus n.* 11.

Census est solvendus, quamvis fundus uno, vel pluribus annis non ferat fructus sufficientes, ex æquitate tamen debitor est expectandus donec annis sequentibus percipiat tot fructus, quibus creditori satisfaciat, nisi sterilitas proveniat ex culpa debitoris, nam tunc ex aliis bonis supplere debet, Cenc. *de cens. quæst.* 37. *num.* 4. *etc. per tot.* Vide Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 23. *n.* 554. *tom.* 4. 23

Quod census possit reduci ad minorem summam, veluti si erat ad rationem decem pro centenario reduci ad octo, vel minus per receptionem plurium annorum in minori quantitate censeatur recessum à præstatione majoris interesse in ejus creatione constituti, Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 194. ubi etiam si exactio facta fuerit à ministro. Vide De Luc. *de Feud. disc.* 81. *nu.* 14., *& de Emption. disc.* 9. *n.* 10.

Census potest de uno fundo ad alium licitè transferri absque aliqua novatione, & liberatione fidejussorum, maximè si apponatur clausula, *citra novationem, & præjudicium quoad alios obligatos*; non enim in aliquo mutatur prima obligatio, sed solùm res, sive fundus, Cenc. *de cens. quæst.* 41. *num.* 24. Rot. coram Ludovis. *decis.* 60. *&* 445. Gratian. *discept. forens. cap. cap.* 113. *num.* 81. *& cap.* 454. *num.* 16. Ridolphin. *in prax. par.* 3. *cap.* 5. *n.* 364. Gregor. *decis.* 445. *num.* 1. *&* 5. Altimar. *loc. supra adduct. n.* 194. 24

Intellige dummodò dicta translatio fiat in alium fructiferum, & capacem, aliàs census remaneret extinctus, Duran. *decis.* 449. *nu.* 12. *&c.* vel super primum fundum, ad tradita per Ludovis. & Ridolphin. *loc. cit.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 178. *num.* 14. *et seqq. per tot.* dixi *in* §. *Creditor num.* 38. Altimar. *loc. relat. n.* 186. *et num.* 195.

Census probari potest nō tantùm per publicum instrumentum, sed etiam per quælibet alia genera probationū, ut per testes, confessionem, & alios modos similes, de quibus Cens[illegible] *de cens. quæst.* 43. *n.* 7. Mascard. *de probat. conclus.* 279. *& seqq.* ubi qualiter per annuam solutionem, 25

nem, &c. Guid. Pap. & Add. *dec.* 407 *&* 408. Vide Velam *differt.* 33. *n.* 70. Cyriac. *controverf.* 540. Aetiol. *resol.* 12. Et plures, quos refert Altimar. *loc. cit.* ubi latissimè; Et facit Rot. post Urceol. *de Transact. decis.* 149. *n.* 4. *in ultim. impress.*

Quod diuturna solutio sub nomine census indueat præsumptionem fuisse ab initio servatis servandis; census impositum, quamvis instrumentum non appareat, Cens. *de cens. quæst.* 43. *n.* 15. *&* 19. Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 391. *n.* 14. *& seqq.* Rot. eoram Burat. *dec.* 10. *n.* 25. *& dec.* 153. *nu.* 10. Vela *differt.* 33. *a nu.* 70. *cum seqq.* Valenz. *cons.* 178. Card. De Luc. *de Censib. disc.* 43. *n.* 3. *& de Usur. disc.* 38. *n.* 15. Actolin. *resol.* 12. *n.* 11. Altimar. *loc. adduct. n.* 600.

Probatio tamen per instrumentum facit rem notoriam, & manifestam etiam quoad numerationem pecuniæ, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 796. *n.* 1. *etc.* Duard. *de Censib.* §. 2. *quæst.* 12. *nu.* 11. *et seqq.* Mastrill. ad P. de Greg. *de Censib. quæst.* 5. *num.* 305. Altimar. *ubi supra n.* 597.

Imò post motum proprium, sive Bullam Pii V. pro sui validitate, & forma requirere scripturam, idem Gratian. *cap.* 208. *nu.* 6. & esse de jure per *Clem. p. de cens.* vide Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 148. *n.* 2. & dixi *in §. Dominus.* Mich. Salon. *de Contract. tit. p. de Censib. art.* 3. *controvers.* 24. *n.* 2. Altimar. *loc. adduct. n.* 595.

Sed primam opinionem etiam in terminis dictæ Bullæ probat, & verissimam dicit Leotard. *de usur. quæst.* 38. *n.* 18. *etc.* Cens. *d. quæst.* 43. Salgad. *Labyr. creditor. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 142. ubi tamen quod debitor potest eogi ad scripturam faciendam, prout in aliis contractibus. De omnibus conclusionibus, de quibus fit mentio in hoc numero, vide Altimar. *ubi sup. a n.* 595.

An census per scripturam privatam non registratam, vel notificatam ad Gabellam contractuum juxta ordinamenta Florentiæ, sit nullus ipso jure, dic quod sic, prout fuit judicatum per DD. Tres sub die 11. Februarii 1612. lib. Mot. 93. à c. 260.

Et qualiter ex constitutione census debeatur statim gabella, cum sit vera emptio, & venditio, latè Gutierez *de gabell. quæst.* 54. *per tot. cum pluribus seqq.* ubi etiam quid in censu vitalitio, & cui gabellario sit debita quando census constituitur super bonis in alieno territorio sitis.

26 Census jam legitimè creatus, & constitutus potest quocunque titulo habili ad transferendum dominium alienari, & in alium transferri, & sic quot sunt modi acquirendi, tot sunt modi alienandi censum, Cenc. *de cens. quæst.* 44. *et* 45. *per tot.* Mastrill. *dec.* 143. ubi an tunc redimi debeat à primo, vel à secundo emptore Cyriac. *controv.* 145. *in fine.* Vide Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 23. *a n.* 605. *tom.* 4.

Potest igitur vendi, & non est necessaria pecunia numerata, sicut in illius impositione, Gratian. *decis.* 224. *in Addit. n.* 12. *&* 13. Cens. *quæst.* 72. *num.* 16. ubi etiam an sit vendendus pro eodem pretio, quo fuit impositus, vel possit augeri, sive diminui, vide *in §. Pretium n.* 6. Giurb. *decis.* 117. *per tot.*

Quod possit pretium diminui, Diana *part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 36. latè Salgad. *Labyrint. creditor. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 36. *& seqq. per tot.* ubi etiam plura, an creditores vendentis possint aliquod jus prætendere contra emptorem pro hujusmodi minori pretio, & id quod deficit ad justum pretium cujus commodo cedat, & alia notabilia.

Plura de censu empto minori pretio, an emptor in concursu possit integram sortem, qua ab initio fuit creatus repetere, vel tantùm pretium quòd ipse exbursavit, & alia latè Salgad. *Labyrint. creditor. part. p. c.* 20. *& c.* 27. *n.* 78. *& seqq.* Olea *de cess. jur. tit.* 6. *q.* 10. *per tot.* ubi an, & quando cessio census, vel alterius nominis minori pretio facta subsistat, vel non, & an debitor cessus possit opponere de justitia cessionis, & satisfaciat solvendo pretium, quod cessionarius numeravit; cujus commodo cedat residuum, & alia plura notabilia ad hoc propositum; Plura ad rem tradit Altimar. *loc. adduct. a n.* 640.

An autem, & quando census dicatur extinctus, venditus, vel translatus, ita ut in acquirentem transeat extinctivè, vel translativè, & quid importet, Spereł. *decis.* 177. *per tot.* Merlin. *dec.* 650. *per tot.* ubi quando cessio jurium census dicatur facta extinctivè, vel translativè, *& dec.* 666. *per tot. infr. n.* 53. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 48. *nu.* 22. *& latius decis.* 273. *per tot. d. par.* 9. *& part.* 10. *decis.* 114. *per tot. et decis.* 232. *et part.* 11. *decis.* 144. *per tot. ubi vide inf. nu.* 48. Rot. post Oleam *de cess. jur. decis.* 17. *et dec.* 19. *et part.* 13. *recent. decis.* 327. *n.* 10. Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 278. *et* 280. *et p.* 17. *decis.* 398.

27 Census impositus super bonis existentibus in alieno territorio, venit in confiscatione bonorum quando bona publicantur ex dispositione juris communis, & si præstetur ratione fructuum, applicatur fisco loci, ubi situs est fundus; si verò solvatur in recognitionem directi dominii, & superioritatis applicatur fisco loci creditoris condemnati, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 268. *n.* 7. *et seqq.*

Sed adversari videtur Tiraquel. *de jur. primog. quæst.* 49. *num.* 9. Gratian. *discept. forens. cap.* 29. *per tot.*

Quòd census dicatur extare in loco, ubi est fundus censitus, Gabriel. *consil.* 141. *nu.* 15. *libr.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 586. *n.* 6. Rot. *par.* 8. *recent. decis.* 144. *n.* 13. *et* 14. *et decis.* 290. *nu.* 8. *et seqq. et part.* 13. *decis.* 342. *num.* 1. ubi ad effectum ne veniat sub statuto fœminarum exclusivo De Luc. *de Feud. disc.* 92. *n.* 6. *de Regal. disc.* 92. *nu.* 7. *de cens. in summa num.* 42.

28 Census si sit nullus ex quocunque capite resultet nullitas; ne emptor sit in damno consequitur damna, & interesse loco illius, vel ex pacto, vel eo cessante ex dispositione legis, & non indigent alia liquidatione, vel taxatione, sed censentur taxata in ea quantitate, quæ conventa fuerat pro annuo censu, *l. Lutius ff. qui pot. in pign. hab.* Ludovis. *decis.* 564. *n.* 4. *et* 5. Cens. *de cens. part.* 1. *cap.* 2. *q.* 1. *art.* 6. *nu.* 43. *q.* 19. *nu.* 39. *et seqq. q.* 88. *n.* 14. *et seqq. per tot.* Rot. post illum *decis.* 58. *n.* 1. *etc.* & in Urbeventana census 21. Maii 1635. coram Dunozetto in Noviss. *par.* 7. *dec.* 46. *n.* 2. *& per tot.* Cavaler. *decis.* 323. *n.* 4. *&c.* Mart. Medic. *decis.* 31. *nu.* 16. Salgad. *Labyr. creditor par.* 2. *c.* 17. *n.* 63. *&c.* Rot. post Oleam *de cess. jur. decis.* 40. ubi loquitur in cessionario infra nu. 59. Rot. *par.* 13. *dec.* 464. *n.* 9. ubi ex defectu materiæ Leotard. *de usur. qu.* 80. *per tot.* ubi in aliquibus recedit ab opinione Cenei, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 29. *nu.* 6. *&c.* ubi qualiter teneatur etiam fidejussor infra n. 33. & eadem Rot *part.* 9. *recent. decis.* 72. *per tot. & decis.* 75. *n.* 4. *& p.* 11. *decis.* 4 *n.* 12. *dec.* 127. *num.* 16. *& seqq.* ubi intelligit quando nullitas provenit ex defectu materiæ, & non formæ *& d. part.* 11. *decis.* 175. *num.* 5. *et part.* 13. *decis.* 267. *et nu.* 17. Carol. Marant. *contr. par.* 4. *respons.* 82. *per tot.* & Bich. *decis.* 183.

Intellige etiam quousque emptor ignoravit nullitatem, aliàs imponens est liber in totum à fructibus, licèt non à sorte, & quòd tunc solùm competat actio personalis, Duran. *decis.* 449. *n.* 14. *etc.* Sed vide alias præcitatas decisiones.

Quòd data nullitate census, fructus non debeantur, & soluti imputentur in sortem, quia sors remanet purum mutuum, ex quo non possunt percipi fructus, Merlin. *decis.* 541. Vela *differt.* 34. *n.* 20. *et seqq.*

Quòd ubi census est nullus ex defectu materiæ, veluti fundi liberi, & capacis, debeantur damna, & interesse ut supra, secus autem si ex defectu formæ ob non servatam Bullæ formam, nam tunc non debentur, etiam stante pacto, nec possunt recipi.

Etiam à sponte solvente, & quare, benè distinguit, & comprobat Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 11. *nu.* 11. *et. n.* 23. *et seqq. per tot.*

Qualiter autem possit dicta nullitas per Papam sanari, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 111. *per tot. sup. n.* 6.

29 Census præscribitur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, nisi adsit obligatio cum clausula constituti, cujus vigore triginta anni requiruntur concurrentibus etiam omni casu aliis requisitis præscriptionis, de quibus in §. *Præscriptio.* Et Census præscriptio quanto tempore inducatur De Luc. *de Credit. disc.* 131 *n.* 14. *de Cens. disc.* 20. *n.* 5. *et* 6. *et Conflict. observat.* 185.

An autem præscribatur tantùm pro uno anno à quo lap-

lapſum fuit hujuſmodi tempus, & ſic an tot requirantur præſcriptiones quot ſunt anni, vel etiam pro futuris annis, ita ut remaneat in totum extinctus, vide latè Cenſ. de cenſ. quæſt. 117. et 118. per tot. Mohed. deciſ. 226. Paciſ. de Salvian. inſpect. 2. cap. 2. n. 245. et ſeqq. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. n. 241. et ſeqq. fol. 502. dixi in §. Obligatio nu. 8. et §. Præſcriptio num. 15. Tuſch. litt. C. concluſ. 1295. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 8 num. 211. Ciarlin. controv. 196. n. 37. et ſeqq. per tot. ubi plura ad excluſionem præſcriptionis ſtatutariæ. Rot. poſt Merlin. de pign. deciſ. 35. nu. 15. et ſeqq. facit Martha vot. Piſ. 225. per tot. Parlad. rer. quot. lib. 1. c. 1. §. 12. à n. 5. et §. 13. à nu. 7. Rot. poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 230. num. 12.

Intellige hìc dicta quoad actionem realem, nam quoad perſonalem ſemper triginta anni requiruntur, l. 2. C. de conſtit. pec. Rot. poſt Cenc. deciſ. 230. n. 8. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 490. in princ. Ridolphin. loc. cit. ubi quòd non ſufficit una præſcriptio, & ideò poſſunt peti fructus cenſuum per ſpatium 30. annorum antè litem motam, quia in illis non eſt completa præſcriptio, Paul. Chriſtin. deciſ. 74. n. 3. etc. volum. 4. Rota par. 9. recent. deciſ. 373. nu. 8. et ſeqq. ubi quòd ſtante juramento requiruntur 40. anni, & tot præſcriptiones quot anni, nec currunt ſtante mala fide, quæ oritur ex ſcientia debiti, & nocet etiam hæredibus univerſalibus, ita ut nec ex propria perſona poſſint præſcriptionem incipere infrà nu. 58. Rot. p. 13. rec. dec. 47. per tot. Vide De Luc. de Cenſib. diſc. 20. ſub. n. 6.

30 Cenſus perit in totum, vel pro rata, ſi res cenſita, ſive fundus abſque debitoris culpa pereat in totum, vel pro parte, & idem eſt ſi per multos annos factus ſit infructuoſus, quibus caſibus notat Leſſius de cenſ. n. 91. Cenſualiſtam poſſe repetere pretium cum intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis: quod tamen procedere tantùm ubi fundus ſit peremptus culpa debitoris aliàs ſecùs, firmat ex pluribus Cene. de cenſ. quæſt. 99. & 101. per tot. Gratian. diſcept. for. cap. 654. per tot. & in Add. ad cap. 432. in fine tom. 3. Mart. Medic. exam. 18. per tot. et in Addit. facit quod dixi in §. Emphyteuta num. infr. n. 36 vide Leotard. de uſur. q. 57. per tot. ubi etiam quid ſi fundus fuerit inundatus, & poſteà aqua receſſerit, & alia plura notabilia, facit Rot. part. 14. recent. deciſ. 129. per tot. vide Vela diſſert. 33. et 28. n. 4. et 16. et à nu. 52. Melius obſervat. 74. Merlin. controverſ. 155. nu. 18. lib. 2. Cyriac. controverſ. 500. Andreol. controverſ. 206. n. 25. Gall. conſ. 18. nu. 5. Megal. deciſ. 167. part. 2. Card. De Luc. de Uſur. diſc. 42. num. 7. et de Feud. diſc 81. n. 11. et 12. Altimar. loc. cit. n. 466.

Quod non fiat diminutio ſi pars ſalva ſit capax pro toto cenſu, Rot. par. 18. recent. deciſ. 323. num. 16. et ſeqq. et p. 19. deciſ. 383. in eadem cauſa, ubi etiam quod cenſus ſuper domo impoſitus, ea diruta non ſuſtinetur ſuper novo ædificio, quamvis in illius area, & ſolo conſtructo, ſed benè ſuſtinetur ſuper reliquiis ipſius domus. Paciſc. de Salvian. inſpect. 5. cap. 1. n. 147. & ſeqq. Card. De Luc. de Cenſib. diſc. 40. nu. 3. diſc. 42. n. 10. diſc. 18. n. 8. & diſc. 3. nu. 8. Altimar. ubi ſupra n. 467. & n. 469.

Quod cenſus extinguatur per interitum rei cenſuatæ, ita ut fructus poſtea ſoluti repeti poſſint, & veniant reſtituendi, Duran. deciſ. 279. n. 2. etc. per tot. Latè Pen. deciſ. 155. n. 3. tom. 1.

Nulla tamen fit diminutio pro rata, ſi pars quæ ſalva remanſit ſit capax, & ſufficiens pro toto cenſu, Rot. poſt Cenc. deciſ. 1. per tot. Mart. Medic. dict. exam. 18. n. 3. & ſeqq. Merlin. deciſ. 305. n. 5. et deciſ. 696. nu. 8. & Paciſ. de Salvian. inſpect. 5. cap. 1. n. 147. et ſeqq. Rot. poſt illum deciſ. 87. n. 8. et dec. 279. Franceſ. & Creſcin. in addit. ad deciſ. 155. Pen. Rot. recent. part. 19. deciſ. 383. et part. 18. deciſ. 323. a n. 16.

Et lata culpa dicitur non arare, nec ſerere fundum, & non percipere fructus ex re fructifera, qui per diligentes homines percipi conſueverunt, Natt. conſil. 494. n. 6. Mart. Medic. d. exam. 18. n. 7. etc. ubi in terminis cenſus, Leotard. de uſur. q. 57. num. 15. ubi pariter in cenſu, & quòd debitor cenſus cogi poteſt, ut fundum colat, alias ſolvat ex aliis bonis, Seraph. dec. 418. n. 14. Altimar. de Nullit. rub. 1. part. 2. qu. 23. n. 470. et 471. tom. 4.

Cenſus reviviſcit, ſi res cenſita, quæ ſine culpa cenſuarii perierat, reædificetur pro parte, quia cenſetur eademmet res, ſuper qua creatus fuerat cenſus, arg. l. quod tamen §. in navis ff. quibus mod. uſusfr. etc. Si verò reædificetur in totum, & quia tota perierit, etiam ex eadem materia, non tenetur amplius Cenſuarius ſolvere cenſum cùm dicatur res diverſa, Azor. Molin. Leſſ. & alii apud Reginal. de cenſ. Rot. in Noviſſ. par. 7. deciſ. 234. nn. 10. Mart. Medic. dict. exam. 18. nn. 10. Paciſ. de Salvian. inſpect. 5. cap. 1. num. 153. etc. vide Leotard. de uſur. qu. 57. num. 44. etc. ubi etiam de cenſu ſuper vinea ſi vites pereant &c. vide Vela diſſert. 33. Card. De Luc. de cenſib. diſc. 33. ex n. 6. Altimar. loc. cit. n. 472. 31

Et predicta ſunt vera ſive peremptio ſequatur caſu fortuito, ſive etiam facto Domini, cum differentia tamen de qua ſupra n. 30. circa peremptionem, vel repetitionem capitalis, & intereſſe, Cene. de cenſ. qu. 101. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. c. 654. nu. 6. etc. Leotard. d. quæſt. 57. n. 56. et ſeqq. Card. De Luc. de Uſur. diſc. 42. n. 7. de Cenſib. diſc. 19. nu. 4. de Alienat. diſc. 6 n. 2.

Cenſus (creditore conſentiente) poteſt in quacunque ſumma extingui, & eo invito pro ſumma conſiderabili, etiam mediante compenſatione, quæ admittitur ad extinctionem cenſus, cum non requiratur pecunia numerata, Rot. in noviſſ. par. 6. deciſ. 148. per tot. dixi in meis reſol. cap. 56. n. 20. etc. vide in §. Compenſatio n. 10. et §. Dominus, Rot. part. 9. recent. deciſ. 3. n. 15. et deciſ. 29. n. 11. et ſeqq. ubi bene declarat, et part. 13. deciſ. 144. n. 13. et deciſ. 435. per tot. Rot. part. 15. recent. deciſ. 123. nu. 11. et 12. et part. 17. deciſ. 398. n. 4. ubi quòd retrovenditio cenſus uti actus neceſſarius poteſt fieri à tutore, & pupillis, non autem ceſſio, quæ tanquam alienatio voluntaria non ſuſtinetur ſine ſolemnitatibus, utilitate, & causa. Molfeſ. in ſumm. tract. 12. cap. 6. nu. 128. cum ſeqq. Petr. tit. 237. nu. 20. Altimar. loc. adduct. n. 503. verſ. ſic etiam. 32

Quòd cenſus conſtitutus ſuper bonis ſuis pro dote Eccleſiæ, poſſit præcedente diſdicta redimi pro pretio ab initio convento; & inveſtimentum ſpectet ad Rectorem etiam ſi minuatur redditus, cum periculum diminutionis, ſicut & commodum augmenti ſpectet ad ipſam Eccleſiam, & non ad illius fundatorem, latè Rot. part. 12. recent. deciſ. 62. per tot.

Quòd in extinctione, & retrovenditione cenſus, neceſſariæ ſolemnitates non exigantur, Cenc. de cenſ. par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 7. n. 10. Buratt. deciſ. 526. Rot. part. 13. recent. deciſ. 19. n. 15. et deciſ. 194. n. 14. ubi quòd cum actus retrovenditionis ſit neceſſarius non requirit beneplacitum Apoſtolicum aliàs in diſtractione rerum Eccleſiæ omninò neceſſarium, Marta vot. Piſ. 51. n. 22. Roderig. de ann. red. lib. 2. qu. 15. n. 81. et ſeqq.

An poſſit pro parte, vel in partes cedi, vide in §. Ceſſio nn. 50. Olea de ceſſion. jur. tit. 3. quæſt. 12.

Quòd cenſus poſſit extingui mediante aſſignatione tot creditorum, dummodò verè fuerint exacta, & pro rata exactionis, & niſi fuerint evicta, Cavaler. deciſ. 71. per tot.

Item per quamcunque aſſignationem bonorum in ſolutum ſacta de conſenſu domini cenſus, etiam ſi non ſit pro integra ſumma, quando fuit inter partes conventum, ut reſiduum poſſit ad libitum exigi, vel fuit promiſſum ſolvi; ita ut quid poſtea fuerit exactum pro fructibus poſſit repeti, & debeat reſtitui, latè Rot. part. 9 recent. dec. 291. per tot. & rurſus in eadem cauſa dec. 353. dict. part. 9.

Quòd debeat extingui per actum retroſimilem, & ſic cum pecunia numerata, niſi tamen partes aliter conſentiant dando ſcilicet, vel recipiendo aliquid aliud in ſolutum loco pecuniæ, Rot. poſt Cenc. de cenſ. deciſ. 129. nn. 1. &c. & part. 10. recent. deciſ. 355. per tot. latè Ridolphin. in prax. part. 3. cap. 5 n 376. cum pluribus antecedentibus, et ſeqq. Merlin. deciſ. 822. ubi etiam qualiter poſſit extingui pro parte, & per receptionem partis pretii non cenſeatur extinctus in toto,

tum, & iterùm in eadem causa idem Merlin. *decis.* 840. *per tot.* Episcop. Rocca *cap.* 128. *nu. p. & a. cum seqq.* Altimar. *loc. cit. n.* 438. *&* 439.

33 Census extinguitur evicto fundo censuato, nec amplius fructus posteà decursi debentur, etiam si non fuerit expectata sententia evictionis, sed agnita bona fide fuerit dimissus, Cenc. *de cens. part.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 7. *aliàs quæst.* 116. cum aliis per Duran. *decis.* 449. *num.* 1. *& per tot.* vide supra *num.* 8. *& n.* 18. *infr. n.* 40. Merlin. *decis.* 696. *& decis.* 856. ubi quòd avocato fundo à creditoribus anterioribus impotentis, extinguitur census, & potest agi ad pretium, quia remanet sine causa penès venditorem, latè Rot. *dict. part.* 9. *recent. decis.* 29. ubi limitat quando remanerent alii fundi sufficientes, eo quia esset impositus super pluribus, ac stante bona fide, & ignorante creditore, nam his casibus eidem adhuc debentur fructus saltem ratione damnorum, & interesse usque ad integram sortis restitutionem, pro quibus tenetur etiam fidejussor supra *n.* 28. & eadem Rot. *d. part.* 9. *recent. decis.* 27. *& part.* 11. *decis.* 127. *n.* 13. *& seqq. per tot.* ubi qualiter sustineatur super melioramentis, & debeantur fructus saltem ratione damnorum, & interesse, Thomat. *dec.* 61. vide Noguerol. *allegat.* 22. *ubi alia plura.*

Quòd etiam evicto fundo censuali, debeantur fructus creditori census, & soluti non possint in sortem imputari, vel quia census remanet super melioramentis, vel quia fructus adhuc debentur loco damnorum, & interesse donec sors fuerit restituta, vel quia etiam sequuta evictione non extinguitur census, nec cessant fructus, nisi præcedat declaratio debitoris, vel fidejussoris, & servetur forma in casu extinctionis conventa, vel de jure servanda pulchrè Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 575. *per tot. p.* 12. *dec.* 386.

Quòd si fundus censualis fuit evictus, extinguatur census, & hypotheca pro illo competens, ac ideo sententiæ concedentes immissionem pro fructibus super dicto fundo, sint nullæ, & competat reintegratio spoliato, pulchrè Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 22. *& part.* 16. *recent. decis.* 336. ubi quòd post evictionem non debentur amplius fructus, nec damna, & interesse stante scientia creditoris, qui potest repetere sortem, cum census remanserit extinctus, & quatenus fuerint soluti imputantur in sortem.

34 Census regulariter secundùm naturam usufructus, unde sicuti usufructuarius consentiens alienationi rei illum amittit, ita censetur remissus census per similem consensum, Duran. *decis.* 449. *n.* 4. 5. *&* 6. vide in §. *Creditor.*

35 Census remanet extinctus per legatum fundi factum à creditore cēsus ipsi debitori, sed potest legatarius utrumq; consequi, nempè ipsum fundum legatum, & exigere censum ab herede, vel saltem repetere pretium dicti census, de quo Ger. Spin. *cons.* 19. *per tot.* ubi cum agatur de debito voluntario, ostendit non intrare compensationē, & ob alias rationes per eum adductas, facit quod dixi supra *num.* 20. *&* 21. *& in §. Debitor, & §. Legatum.*

36 Census an, & quando possit exigi quoad fructus, vel repetitionem sortis contra impositorem illius, qui postea desiit fundum censitum possidere, eo quia fuarit peremptus, vel alienatus, sive evictus, pulchrè Mart. Medic. *Exam.* 18. *per tot. cum duabus decisionibus seqq. & Addit.* vide supra *num.* 30. Merlin. *decis.* 696.

37 Census dotalis an possit extingui, sive retrovendi à marito, sive potius ab uxore, vel ab utroque simul, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 985. ubi refert contrarias opiniones, & tutius esse adhibere consensum utriusque, facit Cavaler. *decis.* 353. *num.* 1. *&c.* vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 21. *n.* 44. *& seqq.* Cenc. *de cens. quæst.* 59. *num.* 42. Seraphin. *decis.* 1332. Modern. Neap. *de divers. fruct. part.* 2. *cap.* 3. *à num.* 50. De Luc. *de dote disc.* 21. *num.* 1. *&* 8.

An à proprietario, vel ab usufructuario, sive ab utroque, vide in §. *Usufructuarius n.* 6. & Cenc. *d. quæst.* 109. *num.* 64. *&c.* Olea *de cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 6. *num.* 19. *& seqq.* ubi refert ad alia notabilia. De Luc. *de cens. disc.* 22. *num.* 2. *& de servit. disc.* 57. *ex num.* 5.

An à gravato aliis restituere, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 144. *num.* 19. *& seqq.* ubi quòd sic cum sit actus necessarius, vide in §. *Gravatus num.* 1. §. *Debitor nu.* 18. De Luc. *de credit. disc.* 40. *num.* 9. *disc.* 59. *num.* 9. *de cens. disc.* 23. *num.* 2.

Census cum ex sui natura sit perpetuus juxta superiùs 38
dicta *num.* 2. & juxta Constitutionem Pii V. non potest debitor illius compelli ad redemptionem, & extinctionem, ut pro regula firmat Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 283. *num.* 4. & ipse Cenc. *quæst.* 106. *in princ.* quæ tamen regula fallit in pluribus casibus, & Pen. & Crescen. *decis.* 155. Pilaja *Instit. tom.* 2. *lib.* 2. *decis.* 10. *petit.* 8. *n.* 1. *& seqq.* Noguerol. *alleg.* 22. Andreol. *controvers.* 13. *n.* 5. *& controvers.* 108. *n.* 20. Cyriac. *controvers.* 24. Altimar. *ubi supra n.* 503.

Primò quando debitor denunciavit creditori futuram 39
redemptionem intra bimestre, nam illo transacto non sequuta redemptione, potest intra annum compelli ad redimendum, vel etiam post annum donec lis agitur, Rot. post Cenc. *decis.* 277. *nu.* 8. & Cenc. *d. quæst.* 106. *num.* 3. vide in §. *Debitor. nu.* 21. *&c.* Anchar. *cons.* 86. *num.* 5. Altimar. *dict. quæst.* 23. *n.* 504.

Sed cùm intra dictum annum sit in facultate creditoris cogere debitorem ad extinctionem, non potest fructus illius anni percipere si sequatur vera census extinctio, Cenc. *de cens. quæst.* 107. *num.* 10. facit Gratian. *discept. forens. cap.* 301. *num.* 2. Urceol. *consult. forens. cap.* 13. *num.* 25. ubi auctoritate Cenc. *quæst.* 77. *nu.* 14. videtur annuere, quòd liberetur fidejussor. Altimar. *allegat. quæst.* 23. *n.* 505.

Potest tamen census extingui etiam sine præcedente disdicta, si dominus, & creditor census, vel illius procurator consentiat, & quare, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 202. *num.* 25. *& seqq.*

Secundò, quando census fuisset impositus super re 40
aliena ignorante, & non consentiente domino, etiam quòd adhuc non sit sequuta evictio, potest debitor cogi ad restituendum pretium, vel fundum proprium subjugandum, Pet. Cabal. *cons. decis.* 94. *nu.* 5. cum aliis per Cenc. *quæst.* 106. *num.* 4. *&* 5. Mart. Medic. *decis.* 30. *&* 31. *per tot.* Urceol. *d. cap.* 13. *num.* 23. *& seqq.* vide supra *n.* 8. 28. *&* 33. Giurb. *observat.* 59. Altimar. *num.* 506.

Tertiò, quando census est impositus super re subjecta 41
fideicommisso, illo purificato potest debitor compelli ad redimendum, Cenc. *d. quæst.* 106. *num.* 6. Rot. post illum *decis.* 46. *num.* 2. Mart. Medic. & Urceol. *loc. cit.* Lar. *libr.* 1. *de Anniversf. cap.* 18. Hermosil. *leg.* 63. *gloss.* 5. *n.* 20. *tit.* 5. *part.* 5. Tondut. *libr.* 2. *quæst.* 97. Altimar. *loc. cit. n.* 507.

Quartò, si venditor census in illius impositione as- 42
seruit fundum liberum, sciens hoc esse falsum, potest cogi ad restitutionem pretii etiam executivè, Seraph. *decis.* 161. *nu.* 19. *part.* 1. Cenc. *d. quæst.* 106. *num.* 9. *&* 21. Gratian. *discept. forens. cap.* 175. *num.* 16. *& cap.* 528. *num.* 23. Altimar. *loc. supra adduct. n.* 508.

Sicut etiam qui emit rem assertam liberam, si detegatur censui obnoxia, potest contra venditorem agere pro extinctione, Cenc. *quæst.* 63. *num.* 12. Urceol. *consul. forens. cap.* 26. *num.* 17. *&* 18. Olea *de Cess. Jur. tit.* 7. *quæst.* 2. *n.* 7. Altimar. *loc. allegat. n.* 509.

Quintò si census fuerit impositus super re feudali, vel 43
emphyteutica, unito feudo, vel emphyteusi, potest debitor cogi ad restituendum pretium, non tanquam pretium census, sed tanquam damnum, & interesse creditoris, Cenc. *d. quæst.* 106. *n.* 7. *&c.* plenè Marescot. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 10. Bich. *decis.* 144. ubi quando census nullatenus sustineatur, nec quoad damna, & interesse super dicto fundo, quicquid sit contra impositorem, & ejus hæredes. Pacion. *alleg.* 50. *nu.* 1. *& seqq. & alleg.* 69. Altimar. *supra n.* 510.

Et quòd census impositus super re emphyteutica reservato domini consensu, uti conditionalis resolvatur non accedente dicto consensu, perindè ac si nihil esset actum, ita ut non debeantur fructus, & possit dicta exceptio licèt de jure tertii tanquam defensio, & exclusiva juris agentis ad fructus, allegari ab ipso census debitore, pulchrè Cavaler. *decis.* 253. *per tot.* Altimar. *loc. allegat. n.* 511.

Si verò census fuerit impositus cum domini directi consensu, debet ab eo in devolutione rei censitæ agnosci, & accollari, cum onere solutionis fructuum, non obstante quavis jurium suorum præservativa, quæ non potest referri ad censum, cui assensum expressum præbuit, & pro quo jus exigendi in emptorem transtulit, Fachin. *controv. lib.* 7. *cap.* 56. Cenc. *de cens. quæst.* 22.

num.

num. 9. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst. 1. num. 112. Rot. post Cenc. decis. 402. num. 1. &c. part. 11. recent. decis. 257. num. 1. &c. Altimar. ubi supra nu. 512. Pacion. alleg. 50. n. 3. & 4.

44 Sextò, quando in contractu censuali sunt obligatæ Communitates Status Ecclesiastici, potest debitor cogi ad redimendum juxta constitutionem Sixti V. Rot. post Cenc. decis. 284. num. 2. Cenc. d. quæst. 106. num. 10. Altimar. dict. quæst. 23. n. 513.

45 Septimò, quando debitor dolo, & fraude fundum censitum destruxit, vel reddidit penitus infructuosum, potest cogi ad restituendum pretium, Cenc. dicta quæst. 106. num. 11. & quæst. 101. Leis. de Justit. libr. 2. cap. 22. dub. 12. n. 91. Verd. Instit. libr. 3. n. 2366. Altimar. de Nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 23. n. 514. tom. 4.

46 Octavò, quando debitor non adimplevit ea quæ promisit circa dationem fidejussorum, vel similia, potest cogi ad implementum, & loco illius ad damna, & interesse, quòd reputatur ipsum pretium census, Gratian. discept. for. cap. 301. num. 6. & cap. 717. num. 2. Cenc. d. quæst. 106. num. 12. &c. Rot. divers. 741. n. 2. part. pr. Altimar. loc. adduct. nu. 515. Crescin. ad Pen decis. 555. Et venditor census imponens super bonis alteri obligatis, eo non expresso punitur Olea de Ceff. Jur. tit. 7. quæst. 2. n. 7. Altimar. loc. cit.

47 Nonò, quando inter emptorem, & venditorem census fuit initum pactum juratum, quòd propter moram debitoris in solvendo possit repeti sors principalis, nam virtute juramenti potest rescindi contractus, & resolvi per text. in l. si quis major C. de transact. Rota post Cen. decis. 10. num. 10. Cenc. d. quæst. 106. num. 13. vide in §. Pactum n. 34. Card. De Luc. de Censib. disc. 1. à n. 2. & in summ. num. 45. & 46. de Credit. disc. 56. num. 11. Molfes. in summ. tract. 12. cap. 6. n. 67. cum seqq. Tap. decis. 25. Muta decis. 99. Pett. rit. 166. n. 15. Carleval. de Judic. tit. 3. disp. 8. n. 104., & alii quos citat, & sequitur Altimar. loc. cit. n. 516. Crescin. ad Pen. dict. decis. 155.

Quòd censuarius contumax in solvendo possit cogi ad restitutionem sortis, latè Calvin. de æquitate lib. 1. cap. 33. ubi quod ita quotidie servatur per Senatum Mediolani.

48 Decimò, si inter venditorem census, & illius fidejussorem initum sit pactum, quòd intra aliquod tempus extinguatur census, nam adveniente, & transacto illo tempore, potest venditor ab ipso fidejussore compelli ad redimendum, Cenc. d. quæst. 106. num. 14. & quæst. 60. num. 52. Urceol. consult. forens. cap. 13. num. 7. etc. vide in §. Pactum. Catin. cons. 14. Gusin. de Evict. quæst 3. n. 59. Altimar. loc. cit. n. 519.

Et quod etiam cessante pacto, possit fidejussor vigore obligationis Cameralis ad damna, & interesse petere eximitionem, & liberationem à fidejussore pro sorte, & capitali, Urceol. cons. forens. cap. 26. n. 18. vide in §. Fidejussor. Idem Altimar. ubi supra n. 520.

Et quòd creditor census teneatur cedere jura viva, & sic translativè, & non extinctivè fidejussori, correo, tertio possessori, & creditori posteriori offerentibus sortem cum fructibus, Cenc. de cens. quæst. 71. Olea de ceff. jur. tit. 5. quæst. 2. num. 1. et seqq.

49 Undecimò, quando aliquis in se accolavit censum, & promisit illum extinguere, potest compelli ad extinguendum, non quidem à Domino census, sed ab eo, cui est facta promissio, Cenc. d. quæst. 106. num. 15. &c. Pacion. alleg. 145. Altimar. n. 521.

50 Duodecimò, si census fuerit nullus ab initio, vel declaratus nullus per judicis sententiam, potest debitor compelli ad restituendam sortem principalem Cenc. dicta quæst. 106 num. 16. etc. Pen. decis. 778. Altimar. supra n. 522.

51 Decimotertiò, si census fuerit impositus super re subjecta retractui propter pactum de retrovendendo, sequuta retrovenditione, cùm fundus redeat liber ab omni onere, potest repeti sors principalis, Cenc. d. quæst. 106. num. 22. et quæst. 18. num. 5. Pilaja Instit. tom. 2. fol. 183. n. 190. Altimar. loc. relat. n. 523.

52 Decimoquartò, si creditor census vocetur ad concursum bonorum debitoris, potest non solùm fructus decursos, sed etiam sortem, & capitale petere, & consequi, ut latè probat Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 19. per tot. vide supra num. 8. vers. Quod tamen. De Luc. de Feud. disc. 81. nu. 4. et disc. 102. n. 3. disc. 108. n. 47. de Censib. disc. 21. n. 5. de Credit. disc. 112. n. 7. & disc. 143. n. 10. Olea de Ceff. Jur. tit. 4. quæst. 3. n. 36. Postius observat. 68. n. 8. Altimar. supra n. 524. Et interim debetur annualitas ad metam fructuum, quæ non parit aliud interesse De Luc. de Credit. disc. 112. n. 9. Altimar. n. 525. Et facto concursu creditorum, an debitor possit dare insolutum bona æstimata Guttier. libr. 5. pract. quæst. 148. Altimar. loc. cit. Salgad. Labyr. part. 1. cap. 22. a n. 34.

Decimoquintò, si dominus census, & sic creditor acquirat dominium rei censitæ, census remanet extinctus, 53
& potest repeti sors principalis, Cenc. d. quæst. 106. nu. 23. Gratian. discept. forens. cap. 876. num. 9. 10. Rot. part. 6. recent. decis. 276. Rot. part. 18. recent. decis. 526. num. 6. & seqq. latè Gaspar. Rodetic. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 19. per tot. ubi an, quando obligatio personalis, & hypotheca extinguantur, sic debitor census creditori, vel creditor debitori succedat. De Regal. disc. 19. n. 3. De Cens. disc. 28. n. 2. Pacion. alleg. 154. n. 12. Verde Instit. lib. 3. n. 2368. Altimar. loc. cit. num. 526. Crescin. ad Pen. decis. 217.

Quòd fructus non debeantur pro tempore, quo dominus census fuit etiam dominus fundi censuati, Duran. decis. 404. num. 3. Crescin. ad Pen. decis. 217. Altimar. ubi supra n. 528.

Non tamen extingueretur census quando acquisitio fieret translativè tantùm, & non extinctivè, nec quando dominium esset revocabile, Gratian. discept. forens. cap. 885. nu. 25. vide Urceol. consult. forens. cap. 4. nu. 24. & 49. & dixi in §. Hypotheca num. 48. supra num. 26. in fine.

Quòd census remaneat extinctus per acquisitionem fundi irrevocabiliter à domino factam, secus autem si revocabiliter, & ideò evicto fundo possit creditor census agere ex contractu censuali, ac si fundum nunquam acquisivisset, maximè si sibi jura anterioritatis reservavit, intelligendo ut census reviviscat quando illius extinctio processit vel ministerio legis per solam confusionem dominii, & hypothecæ, vel facto hominis per dationem in solutum, secus autem si titulo puræ emptionis dominus census fundum censitum acquisiverit, licèt partem pretii retinuerit, & compensaverit in extinctionem census, nam tunc extinctio non habet formalem dependentiam ab acquisitione dominii, sed consideratur de per se, & evicto fundo non potest reviviscere census, etiamsi omnia fiant eodem instrumento, optimè declarat Rot. part. 11. recent. decis. 6. num. 9. & seqq. & num. 23. & seqq. ubi etiam quid operetur reservatio jurium, & alia notabilia, rursus Rot. in alia causa d. par. 11. decis. 307. per tot. ubi qualiter census remaneat extinctus per emptionem fundi, nec possit reviviscere, si idem fundus fuerit vigore juris congrui retractus, sive revocatus, nisi de novo servatis servandis constituatur. Altimar. loc. cit. n. 527.

Quando reviviscat annullata datione in solutum, vide Thomat. decis. 185.

Census quid sit, quotuplex, qualis esse debeat, an sit 54
contractus nominatus, vel innominatus, à quibus personis imponi possit, vel non, super quibus bonis, quomodo probari, quo titulo alienari, & in alium transferri, quale debeat esse illius pretium ut dicatur justum, quomodo solvi in pecunia numerata, quæ pacta in eo admittantur, vel non, qualiter finiatur, vel extinguatur, & alia plurima de hac materia habentur in tractatibus particularibus editis per Censualistas, præcipuè per Cenc. cum decisionibus Sacræ Rot. Rom. Duard. Boccac. Brunor. à Sole, Ludov. Molin. Rodrig. de ann. reddit. & alios, ad quos in facti contingentia recurrendum consulo, ultra superiùs per me summatim notata, & alibi opportunè, Ricc. Collect. 3089. & alibi ut in ejus Repert. verb. Census, P. Steph. de Neap. tract. de restitut. lib. 2. cap. 62. 63. & 64. per tot. Arismin. Tepat. var. sent tit. 375. per tot. Leotard. de usur. quæst. 41. cum pluribus seqq. Salgad. Labyr. credit. in multis locis prout in Repert. verb. Census, Fontanel. de pact. nuptiar. tom. 1. decis. 4. glos. 18. part. 1. 2. 3. 4. & 5. à fol. 371. ad 447. Plures de istis conclusionibus scribunt De Luc. in tract. de Censibus, & vide eumdem in Indic. general. verb. Census Altimar in tract de Nullit. & præsertim rubr. 1. part. 2. quæst. 23. per tot, tom. 4.

55 Census reservativus, quando scilicet quis dominium rei suæ in alium transfert reservando sibi certam quantitatem annuatim solvendam, est omninò licitus, & permissus, nec comprehenditur sub formula Bullæ Pii Quinti de censibus, quæ non loquitur de hujusmodi censibus reservativis, sed de aliis, qui mediante pecunia emuntur, & venduntur, Covar. *var. resol. lib. 3. cap. 7. n. 1. &c.* cum aliis per Cocein. *decis.* 205. *per tot.* Cenc. *de cens. quæst.* 1. *num.* 4. *& seqq.* Leotard. *de usur. quæst.* 41. *per tot.* ubi plura de justitia, & validitate hujusmodi census reservativi, *& quæst.* 89. *n.* 2. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 3. *nu.* 55. *& seqq. per tot.* ubi plura de hujusmodi censu reservativo, & bonis oneratis, qualiter veniant in concursu creditorum, Fontanel. *loc. cit.* D. Gregor. Rosignol. *in Noviss. Prax. legal. tom.* 1. *contract.* 4. *per tot.* ubi multa de emphyteusi, & censibus, & quomodo fraternizent inter se relati per Castejon. *Alphabet. juridic. verb. census num.* 5. Catan. *cons.* 46. *n.* 14. *& seqq.* Mans. *consult.* 765. *num.* 18. *& consult.* 287. *n.* 29. *&* 33 Altimar. *loc. cit. n.* 34.

56 Census non potest extingui à procuratore habente simplex mandatum ad exigendum, etiam cum libera, &c. quia restringitur per præcedentia verba, & agitur de retrovenditione, & sic de venditione, quæ mandatum speciale requirit, Rot. per Farinac. *decis.* 295. *per tot.* & plenè *part.* 13. *recent. decis.* 27. *& decis.* 226. *per tot.* ubi etiam si agatur de procuratore, qui pro alio censum emit, nam adhuc non potest retrovendere sine speciali mandato, vide in *§. Mandatum n.* 13. *&* 14. ubi contrà §. *Procurator num.* 6. *&* §. *Solutio num* 35. *&* 36. ubi plura, Delue. *de cens. disc.* 24. *nu.* 3.

An possit creditor compelli ad accipiendum fundum, vel alia bona debitoris pro extinctione census, vide in §. *Debitor n.* 44.

Item an census constitutus cum moneta aurea possit redimi, & extingui cum argentea, latè Mastril. *decis.* 7. *per tot.*

Qualiter ex restitutione pretii resultet extinctio census, etiam absque alia retrovenditione expressa, vide in *§. Confessio num.* 65.

57 Census an, & quando (non obstantibus aliquibus pactis, & conditionibus illicitis) possit sustineri per protestationem de contrahendo in omnibus, & per omnia, juxta Bullam Pii V. de forma creandi census, vide latè Thomat. *decis.* 101. *per tot.* Cene. *de cens. quæst.* 61. & alios, quos allegavi in *§. Protestatio num.* 8. Sperel. *dec.* 28. *n.* 36. Latissimè hanc conclusionem pro utraque parte disputat Altimar. *loc. cit. à n.* 629. *cum pluribus seqq.*, ubi dat etiam nonnullas declarationes, ampliationes, & limitationes.

58 Census injustè creatus, & sic habens injustum principium, nullum temporis cursu, etiam immemorabili potest convalidari, neque præscribi, & idem in qualibet alia materia periculosa, & de usuris suspecta, sed quandocunque appareat de injusto principio creationis census redditur nullus, quacunque præscriptione explosa, latè Gaspar. Rodriguez. *tract. de annu. reddit. leg.* 1. *cap.* 17. quem refert, & sequitur, ac judicatum fuisse testatur Salgad. *Labyrint. credit. p.* 1. *cap.* 40. *in fin.* facit supra *num.* 29.

Qualiter autem creditor census possit manuteneri in quasi possessione exigendi, dixi in §. *Dominus n.* 15.

59 Census alteri cessus, vel assignatus cum promissione exigibilitatis, & illius manutentione, aliàs ad damna, & interesse, si efficiatur inexigibilis, dicitur purificata stipulatio in eum casum concepta, & loco damnorum, & interesse venit sors principalis, unà cum fructibus, ad rationem pro fructibus census conventam; & quidem inexigibilitas remanet satis justificata ex diligentiis per executores contra debitorem factis, juncta citatione ad judicandum bona debitoris, super quibus executio consummari possit, & non obstante carceratione ipsius debitoris, quando non est solvendo, ut benè probat Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 143. *per tot.* facit supra *num.* 28. & in *§. Cessio num.* 30. *&* 33.

60 Census qualiter possit exigi contra quoslibet tertios possessores fundi censuati per viam associationis ad possessionem ejusdem fundi vigore clausulæ constituti, & creditor sit manutenendus donec fuerit integrè satisfactus, Cene. *de cens. quæst.* 94. *nu.* 13. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 508. *per tot.* vide in *§. Constitutum n.* 18.

De censibus varia indicat Castejon. *in Alphabet. juri-* 61
dic. verb. Census, & Com. August. Fontan. *eod. verb. in sua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 219. *&c.* Mans. *Consult.* 113. *lib.* 2. ubi an sub prohibitione alienationis veniat constitutio census, *& Consul.* 319. *lib.* 4. ubi qualiter reperto fundo censuali pro aliis debitis anterioribus obligato, vel alieno, sive fideicommisso gravato, possit repeti sors principalis, vel pretium census, & qualiter post habitam de istis notitiam non possint annui census exigi, & exacti computentur in sortem, cessionarius evicto fundo censito possit agere contra cedentem, & alia ad rem cum decisione Rotæ Romanæ in Vinea 2. Aprilis 1666. coram Carpineo post *consult.* 354. *d. lib.* 4. & Ego dixi in hoc *§. num.* 28. *cum aliis antecedentibus, & seqq.* Plura Delucа *in Indic. verb. Cens.* Altimar. *de Nullit. & præsertim dict. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 23. *per tot. tom.* 4. Pilaja *Instit. can. tom.* 2. *decis.* 10. *de Cens.* Molfes. *in summ. tit. de Cens.* Verd. *Instit. libr.* 3. *tit. de Cens.* Ripol. *var. cap. ult.* Mans. Palm.

De censu super alio censu constituto, an valeat, & 62
cum pacto, ut primo redempto, in quo alter fundatur, sit & alter redimendus, & alia de censibus, Vela *Differ.* 28. *&* 29. *vol.* 1. *& Differ.* 33. 34. *&* 35. ubi plura an perempta re extinguatur census, *& Differt.* 36. *&* 37. ubi an possint subsistere sine reali pecuniæ numeratione stante Bulla Pii V. &c.

Census an constitui possit super redditibus Regali- 63
bus, vel jurisdictionalibus, Ant. Gob. *Consul.* 126. *num.* 51. *& seqq.* ubi quòd quatenus sustineatur durat tantùm durante jure impositoris, & sic non obligat successorem in Principatu; quid si pretium fuit utiliter impensum in conservationem, & augmentum status, &c. Vide supra *n.* 17. *vers.* 2. *in novissimis additionib.* Crescin.

Emptor census nullum Jus acquirit super bonis, in 64
quibus census est constitutus, nec quoad proprietatem, nec quoad usumfructum Giurb. *decis.* 79. *n.* 8. Altimar. *loc. cit. n.* 27.

Constitutio Piana, & aliæ non loquuntur de censu 65
reservativo, sed de censu consignativo redimibili Duard. *in proœm. tom.* 1. *quæst.* 2. *n.* 3. Et sic non subjacet regulis dictarum Constitutionum Salern. *cons.* 8. *nu.* 81. Cene. *quæst.* 1. *& quæst.* 5. Altimar. *supra num.* 35. ubi plura de hoc censu reservativo.

Census consignativus quibus modis possit acquiri 66
Leotard. *de Usur. quæst.* 43. Altimar. *loc cit. à num.* 47. *cum plurib. seqq.*

Census consignativus alius temporalis, alius perpe- 67
tuus Leotard. *quæst.* 41. Altimar. *n.* 56. *& num.* 57., ubi hoc declaratur.

Census consignativus alter est pecuniarius, alter fru- 68
ctuarius Pilaja *Instit. tom.* 2. *libr.* 2. *decis.* 10. *petit.* 2. *n.* 22. Gatz. *de expens. cap.* 9. *num.* 73. Altimar. *loc. cit. num.* 63.

Consignativus census, alter est realis, alter persona- 69
lis Verd. Instit. *libr.* 3. *n.* 2242. *& seqq.* Molfes. *in summ. tract.* 12. *cap.* 6. *n.* 43. *cum seqq.* Altimar. *ubi supra à num.* 71.

Si quis solvat per plures annos annuam quantitatem, 70
qualis contractus præsumatur, censualis emphyteuticus, censualis consignativus, vel reservativus Vela *differt.* 33. *n.* 70. Cyriac. *contr.* 145. Staiban. *resol.* 98. *à n.* 25. Tonnut. *libr.* 2. *quæst.* 79. Verd. *Instit. libr.* 3. *nu.* 2173. *cum seqq.* Pilaja *Instit. decis. Pomif. libr.* 2. *decis.* 10. *petit.* 1. *nu.* 40. Altimar. *loc. supra alleg. nu.* 95. *cum seqq.*

Quæ pacta vitient contractum censualem, aut quæ 71
vitientur, & non vitient, optimè Altimar. *loc. adduct. à n.* 109. ubi refert diversas scribentium opiniones.

Super quibus census constitui possit, vide Altimar. 72
de Nullit. rubr. 1. *part.* 2. *quæst.* 23. *à num.* 131. *tom.* 4. ubi latissimè De Luc. *in Indic. gener. verb. Census quoad bona, & fundum super quibus imponatur.*

Census est de sui natura divisibilis, ratione rei, & 73
voluntatis, à pluribus acquisitus, & emptus, unicuique pro rata acquiritur, itaut tot videantur census, quot sunt personæ acquirentes pro rata, & unusquisque præsumitur ratam pecuniæ erogasse Rot. *recent. part.* 13. *decis.* 403. Altimar. *supra nu.* 249. Ratione consensus census dicitur individuus Palm. nep. *decis.* 32. *num.* 10. *tom.* 1.

Sic etiam simpliciter impositus exigitur ab unoquoque

quoque tantum pro rata, ubi non eſt obligatio in ſolidum Gratian. *cap.* 682. Altimar. *n.* 250.

Et an ſtante obligatione in ſolidum, cujus vigore poteſt unus in totum conveniri, poſſit correum cogere ad extinguendum pro rata Urceol. *conſult.* 40. *à n.* 32. Altimar. *dict. n.* 250.

74 Bulla Piana de Cenſibus non eſt recepta in Civitate Neap. De Luc. *de Cenſ. diſc.* 1. *de Donat. diſc.* 33. *nu.* 23. Rocc. *cap.* 126. *n.* 48. Altimar. *n.* 361.

Nec in Sicilia Pilaja *Inſtit. libr.* 2. *deciſ.* 10. *petit.* 1. *n.* 61. Altimar. *n.* 362.

Nec in Civitate Lucana Altimar. *loc. ſupra citat. nu.* 362.

Nec Hiſpaniæ Noguerol. *alleg.* 38. *& ſeqq.* Altimar. *dict. n.* 362.

Sed quod prædicta Bulla eſſet in toto Orbe ſervanda, dicunt Comitol. *reſp. moral. libr.* 2. *quæſt.* 27. Merlin. *deciſ.* 626. *n.* 3. De Luc. *de Cenſib. diſc.* 1. 17. 30. *&* 32. Leotard. *de Uſur. quæſt.* 44. *n.* 16. Pignatel. *conſult. canonic. tom.* 9. *conſult.* 37. Altimar. *loc. cit. n.* 366.

75 Numeratio pecuniæ quomodò probetur in cenſu Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 23. *à num.* 418. *tom.* 4.

76 Annualitas Cenſus ad quam ſummam poſſit aſcendere, & ſi excedat ſummam taxatam, an contractus ſit nullus in totum Altimar. *ubi ſupra num.* 444. *cum plurib. ſeqq.* Palm. nep. *deciſ.* 149. *n.* 8. *tom.* 2.

77 Si res, ſuper qua eſt impoſitus cenſus pereat in totum, vel in parte, an ſubſtineatur cenſus Altimar. *loc. cit. n.* 466. *cum multis ſeqq.*

78 Pactum quod caſus fortuiti ſpectent ad venditorem cenſus, an, & quando ſubſtineatur Altimar. *loc. adduct. n.* 478. *cum aliis ſeqq*

79 An ad validitatem cenſus debeat de ipſo contractu fieri inſtrumentum Altimar. *loc. adduct. à n.* 596. *cum ſeqq.* Et vide *rubr.* 1. *num.* 644. *tom.* 3. Palm. nepotem *alleg.* 205. *n.* 8. *tom.* 3.

80 In cenſu an admittatur compenſatio Spad. *conſ.* 21 *t. n.* 2. *libr.* 2. Meli. *obſervat.* 129. *n.* 3. Urceol. *conſult.* 61. *n.* 7. Cenſal. *deciſ. Luc.* 11. *à n.* 58. Berſan. *de Compenſat. cap.* 2. *quæſt.* 17. Altimar. *loc. ſupra alleg. n.* 639.

81 An cenſus conſtitutus ad formam Bullæ poſſit viliori pretio emi Olea *de Ceſſion. Jur. tit.* 6. *quæſt.* 10. Altimar. *ubi ſupra n.* 640.

82 Si cenſus ſit nullus, an debeatur evictio Merlin. *deciſ.* 629. *n.* 6. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *q.* 7. *ſubſect.* 2. *n.* 119 *tom.* 3.

83 Cenſus bona quando fuerunt evicta, an debeantur fructus ratione damnorum, & intereſſe Rot. *in deciſ. recollect.* per Palm. nepot. *deciſ.* 455. *per tot. tom.* 5

84 Cenſus valet, etiamſi pecunia fuerit reſtituta incontinenti ſolventi, dummodo pactum non præceſſerit Palm. nep. *alleg.* 35. *n.* 22. *tom.* 1. & v. de *eamd. allegat.* 252. *&* 253. *tom.* 3. *& deciſ.* 117. *tom.* 2.

85 Cenſus impoſitio dicitur ſpecies alienationis, & cenſetur in eo conſumpta detractio. Palma Nep. *allegat.* 194. *n.* 18. *tom.* 2. intellige quoad bona cenſita, non autem quo ad bona generaliter hypothecata *ibid. nu.* 19. *&* 20. Et cenſus venit ſub prohibitione alienationis ſtabilium Rocc. *cap.* 47. *n.* 10. *libr.* 1.

86 Cenſus appellatione venit quælibet annua præſtatio Palma Nepos. *allegat.* 206. *num.* 3. *tom.* 3. contra quod veniat ſolum Cenſus juxta formam Bullæ Pianæ creatus *ibidem n.* 10. *& allegat.* 207. *n.* 11. *tom.* 3.

87 Cenſus venit appellatione mutui in materia S. C. Macedon. Palm. Nep. *allegat.* 349. *n.* 40. *tom.* 4.

88 Cenſus impoſitus ſuper fundo, cenſetur impoſitus ſuper qualibet ejus parte Palm. Nep. *deciſ.* 250. *n.* 3. *tom.* 3. & cenſus dicitur ſicut Anima in corpore, totus in toto, & totus in qualibet parte *ibid. n.* 4.

89 Cenſus remanet infructiferus, quando Creditor obtinuit in graduatione locum pro ſorte, & fructibus Palm. Nep. *deciſ.* 250. *n.* 8. *tom.* 3. intellige, quando Creditor poteſt ſortem exigere, ſecus quandò pecuniæ non erant promptæ. *ibid. n.* 9. *&* 10.

90 Cenſus non cenſetur extinctus, ſi partem tantum ſortis Dominus cenſus recepit Palm. Nep. *deciſ.* 250. *n.* 11. *tom.* 3.

91 Cenſus continetur ſub appellatione bonorum. Palm. Nepos. *deciſ.* 374. *n.* 3. contrà *ibid. nu.* 5. *&* 6. cenſus inter ſtabilia connumerantur *ubi ſup. n.* 4. limita, quando agitur de materia odioſa, & ſtrictè interpretanda *ibid. n.* 8.

92 Cenſuarius habet prælationem ſuper bonis cenſitis venditis abſque ejus interpellatione Palm. Nep. *deciſ.* 35. *n.* 1. & vide *deciſ.* 37. *& deciſ.* 38.

93 Cenſus non extinguitur, nec per diſdictam, nec per depoſitum, quia adhuc viget per duos ſubſequentes Menſes Palm. Nepos *deciſ.* 36. *n.* 4. *tom.* 1.

94 Cenſus non extinguitur, niſi poſtquam Creditor irrevocabiliter acquiſivit bona pro ſatisfactione ſortis cenſus. Palm. Nep. *deciſ.* 40. *n.* 2. *tom.* 1.

95 Cenſus evaneſcit, quando eſt in facultate Creditoris conſequi ſortem, & fructus. Palm. Nep. *d. deciſ.* 40. *n.* 22.

96 Cenſus dici non poteſt extinctus ex ſententia graduatoria, & mandati relaxatione, quia multa poſſunt intervenire impedimenta, ob quæ ſatisfactio retardetur. Palm. Nep. *deciſ.* 41. *n.* 4. *tom.* 1.

97 Cenſus acquiſitio ex quibus dicatur facta extinctivè, non tranſlativè. Palm. Nepos. *deciſ.* 59. *n.* 13 *tom.* 1. cenſus an ſit extinctus, vel tranſlatus, dignoſcitur ex proœmio *ibid. n.* 18. ubi plura alia de hac concluſione.

98 Cenſus nullitas facit, ut ex eo nulli fructus debeantur. Palm. Nep. *deciſ.* 117. *n.* 1. *tom.* 2.

99 Poſſeſſio juris exigendi cenſus, ſeù quaſi poſſeſſio probatur in ſummariſſimo judicio ex præcedentibus ſolutionibus. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſerv.* 189. *n.* 13. *p.* 1.

100 Ex cenſu legato cenſus debiti non ſpectant ad legatarium cenſus, ſed ad hæredem proprietarium Rocc. Epiſc. *cap.* 32. *n.* 24. *tom.* 1.

101 Cenſus annui ſuper feudo an ſint feudales; Et quid ſi impoſiti ſint ſuper allodialibus cum hypotheca Feudi Carol. Ant. De Luc. *de line. legal. tom.* 1. *art.* 7. *à n.* 84.

§. CESSIO XIV.

1 CEſſio bonorum eſt beneficium, ſive remedium miſerabile, & flebile debitori pro evitandis carceribus conceſſum, *l.* 1. *pen. & fin. de ceſſ. bon.* Brun. *tract. de ceſſ. bon. quæſt.* 1. ubi declarat, & alias etiam aliorum definitiones adducit Tuſc. *lit. C, concl.* 217. *& ſeqq.* Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *reſol.* 1. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip tit.* 21. *per tot.* ubi quòd ſit impetranda à Principe, juxtà *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* & alia plura de hac materia Ricc. *Collect.* 221 Scanarol. *in pragm. Regn. fol. mihi* 223. *et ſeqq.* ubi plurea allegat in Addit. Honuf. Cigal. *de act. §.* 29. *num.* 21. *et ſeqq.* ubi duod cum modis limitat, Vela *diſſert.* 38. *nu.* 81. Boleto *de Decoct. tit. quæſt.* 3. *et ſeq.* Et quod beneficium ceſſionis bonorum ſit remedium miſerabile, & flebile, debitori pro evitandis carceribus conceſſum Conſtitutio ad *flumt. Urb. cap.* 50. *n.* 116. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæſt.* 47. *n.* 850. *tom.* 3. Abeccleſ. & Creſcin. *obſervat. forenſ. part.* 1. *obſervat.* 179. Et quod hoc beneficium impetrari poſſit a Principe, vel a Judice Abeccleſ. & Creſcin. *loc. ſupra allegat.* Et vide Altimar. *dict. tract. de nullit. rubr.* 9. *quæſt.* 23. *a n.* 2. *cum ſeqq. tom.* 1. *et cit. quæſt.* 47. *a n.* 935. *tom.* 7.

Non tamen debitor audiendus eſt in ceſſione bonorum extra Carceres, ſed priùs in carceribus ſe conſtituere debet, ut latè probat Giurb. *deciſ.* 41. *per tot.* Vide Abeccleſ. & Creſcin. *loc. ſupra relato*, ubi Doctores pro negativa, & pro affirmativa opinione.

2 Ceſſio bonorum, quæ requirat ad illius validitatem, quid operetur, quinam poſſint cedere bonis, vel non, an cedens teneatur omnia indicare, quomodo, & qualiter fieri debeat ceſſio, an cedens teneatur præſtare cautionem de ſolvendo ſi ad pinguiorem devenerit fortunam, an facta à principali proſit fidejuſſoribus, an ſit neceſſaria omnium creditorum ceſſio, an poſteriores creditores præferantur anterioribus in bonis poſt ceſſionem quæſitis, an ſuffragetur contra creditorem conditionalem, an pendente judicio ceſſionis poſſit relaxari executio contra debitorem, an poſſit fieri non obſtantibus feriis, an ſit locus pœnitentiæ antequam bona vendantur, an ſit neceſſaria litis conteſtatio, an impediat litis ingreſſum, an cedens poſſit poſtea agere, vel conveniri, an creditores propria auctoritate bona cedentis occupare poſſint, an cedens remaneat à debito liberatus, an hujuſmodi beneficio renunciari poſſit,

an

an impediri per creditores concedendo dilationem quinquennalem, an major pars creditorum possit aliis præjudicare remittendo partem debiti, quis præferri debeat in licitatione bonorum, an creditores anteriores possint à posterioribus avocare pecuniam illis solutam, an paupertas sit probanda à volente cedere bonis, & alia hujusmodi de hac cessionis bonorum materia, vide latè, & pulchrè Brun. *d. tract. per tot.* Socin. *reg.* 65. *& seqq.* Tiensac. *var. resolut. lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 27. *per tot.* Jas. & alii *in* §. *fin. Instit. de act.* ubi etiam Cigala, Scanarol. *de visitat. Carcer. lib.* 3. §. 9. *per tot. & dixi in* §. *Debitor n.* 46. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. C, conclus.* 218. *&* 219. Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 123. *volum.* 4. *& ad leg. municip. tit.* 21. *per tot.* latè Scaglion. cum pluribus citatis in Addit. *d. Pragmat. Regni fol. mihi* 223. *& seqq.* Arismin. Tepat. *var. sentent. tit.* 281. *per tot.* Salgad. *Labyrint. credit. in pluribus locis*, de quibus *in repert. verb. Cessio bonorum*, Conciol. cum Romaguer. *ad statut. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 73. *per tot.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *quæst.* 23. *in princip. tom.* 1. *et rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 47. *a num.* 850. *tom.* 7. Constantin. *ad statut. Urb. cap.* 50. Pigant. *ad statut. Ferrar. rubr.* 134. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 1. *subsect.* 6. *intersect.* 4. Petr. *rit.* 287. Abecclef. & Crescin. *observat. forens. part.* 1. *observat.* 279. *& observat.* 180.

3 Cessio bonorum fieri potest simplici verbo per nuntium, vel per epistolam tam in judicio, quàm extra, licèt hodie ex consuetudine fieri soleat modo quodam vituperabili, quàm non valere tenet, Jas. *in d.* §. *fin. num.* 28. *et* 29. *Instit. de act.* vide Genu. *de script. privat. lib.* 3. *quæst.* 35. *per tot. fol.* 151. ubi refert varia diversorum locorum statuta circa formam cessionis, & an valeant, relatis opinionibus, relinquit cogitandum, & quòd de jure cedens bonis non efficiatur infamis, Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *resol.* 21.

In partibus Italiæ inolevit consuetudo, ut bonis cedens vadat nudus in loco publico, & posteriora percutiat ad lapidem, vel columnam, ter gridando cedo bonis, Cin. *in l. fin. de cess. bon.* Pract. Papp. *in Addit. for. inquisit. glos.* 1. *verb. Cesserit litt. G, in fine*, vide in meis resol. *cap.* 54. *n.* 22. Dian. *loc. cit.*

In statu Ecclesiastico est deferendũ biretum viride, & servanda forma Constitutionis Pii IV. de qua meminit Grat. *disceptat. forens. cap.* 486. *num.* 4. & pluries ego practicavi prout in meis resol. *cap.* 54. *num.* 25. *& per tot.*

In statu Florentino nullo modo practicatur, quia est prohibita, ut dixi in mea Pract. §. *Debitori n.* 20. *in fine, &* §. *Falliti n* 31.

Neque in Galliis quoad exteros, Paul. Christin. *dec.* 123. *n.* 16. *vol.* 4.

Quid servetur in Regno Neapolitano contra quos, & in quibus casibus procedat, vel non, Novar. *in Pragm. d. Reg. Collect.* 51. *& seqq.*

In Cathalonia non liberat debitorem à carceribus, Canc. *var.* 1. *cap.* 17. *n.* 58. *& var.* 2. *cap.* 9. *num.* 9. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 73. *n.* 21. de omnibus istis statutis, & consuetudinibus, & aliis similibus loquitur Altimar. *loc. cit. n.* 927. *cum seqq.*

Cessio bonorum hodie nullas requirit solemnitates, Crescin. in addit. ad Abecclef. *observ. forens. p. p. observ.* 179. *n.* 8.

4 Cessio bonorum, cùm sit à jure civili inducta, potest per statutum tolli expressè, vel tacitè, veluti disponendo quòd debitor possit carcerari, nec liberari nisi solvat, nam hoc modo censetur rejecta cessio, Brun. *de cess. bon. quæst.* 3. *prin. nu.* 5. Gratian. *discept. for. cap.* 222. *n.* 23. 24. *&* 43. Menoch. *de arbitr. cas.* 183. *n.* 9. *&c.* ubi etiam quòd tale statutum recipit strictam interpretationem prout alia jura correctoria. Vide infra in novissimis addition. Crescin. *n.* 4.

Sed quòd non possit absque justa causa, & speciali derogatione in universum tolli per Principem, Giurb. *decis.* 41. *n.* 15. *&c.* ubi quòd statuta illam tollentia non ad alios, quàm ad decoctores, & dilapidatores pertinent.

5 Cedens bonis non remanet à debito liberatus nec naturaliter, nec civiliter, sed deveniens ad pinguiorem fortunam de novo convenitur, paratur tamen sibi exceptio, ut non exigatur ultra id quod facere possit, Jas. *in* §. *fin. n.* 2. *&* 3. ubi etiam Plar. Fab. Ang. & alii *Instit. de act.* Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *resol.* 8. *et seqq. et resol.* 20. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 228. *volum.* 1. Novar. *in Pragm. Regn. Neap. collect.* 53. vide Castill. *de Aliment. cap.* 37. §. 4. *et* 47. Vide Constantin. *ad statut. Urb. cap.* 150. *n.* 116. Novar. *de Dation. in solut. sect.* 1. *quæst.* 4. Altim. *de Nullit. loc. cit. n.* 842. *cum seqq. et n.* 850. Crescin. ad Abecclef. *dict. observat.* 179. *a n.* 2.

Imò tenetur præstare fidejussores de concordando creditores adveniente pinguiori fortuna, & si illos non inveniat admittitur juratoria cautio, Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 25. *num.* 10. *et seqq.* Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *resol.* 16. Menoch. *de arbitr. cas.* 183. *num.* 20. *et seqq.* ubi tamen quòd si cessio fiat ignominiosa forma à statuto sancita, debitor remanet in totum liberatus, cùm tunc hujusmodi ignominia loco debiti pecuniarii succedat, & solutionis vicem obtineat, Salgad. *Labyr. credit. part.* 3. *cap.* 16. *num.* 66. *et seqq.* Guid. Pap. *qu.* 343. Socin. *reg.* 7. Tusch. *litt. C, conclus.* 180. Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 78. ubi refert contrarias opiniones, an deveniens ad pinguiorem fortunam teneatur solvere, & ipse affirmativam amplectitur, & vide cum *part.* 7. *tract.* 8. *resol.* 9. *et resol.* 20. *et* 21. P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 25. *etc.* ubi quòd remanet liberatus saltem in foro conscientiæ, & ante judicis sententiam, Carpan. *ad statut. Mediol.* 408. *nu.* 140. *part.* 2. Abecclef. *dict. observat.* 179. *n.* 13., ubi Crescin. *n.* 27.

Cedens bonis non potitur beneficio, ne conveniatur ultra id quod facere possit, pro debitis post cessionem contractis, sicut nec quando alienavit in fraudem, Jas. *ubi supra n.* 4. Brun. *de cess. bon. q.* 2. *prin. n.* 8. *ubi nu.* 9. quòd potest de novo cedere bonis quoad novos creditores, vide Salgad. *Labyr. cred. par.* 1. *cap.* 26. *num.* 82. *et seqq.* Novar. *in Pragm. Regn. Neap. collect.* 52. *et seqq.* ubi plures casus, in quibus non suffragatur cessio bonorum. Vide Abecclef. & Crescin. *dict. observat.* 180. *part.* 1. & latè Altimar. *loc. alleg. n.* 906. 6

Cedens bonis, tenetur omnia indicare, aliàs non prodest cessio, unde hæres non conficiens inventarium cùm præsumatur in dolo, & bona occultasse non potest cedere bonis, Jas. *ubi supra n.* 8. Dian. *par.* 4. *tr.* 4. *resol.* 78. *vers. Notandum*, ubi quòd in conscientia potest sibi, & familiæ necessaria retinere, licèt alii contra, & latiùs *p.* 7. *tr.* 8. *resol.* 4. *per tot. resol.* 6. *per tot. et resol.* 14 *per tot.* P. Steph. de Neap. *tr. de rest. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 24. *etc.* ubi quòd potest necessaria pro se, familia, & arte retinere, facit quod dixi in §. *Debitor num.* 81. Altimar. *de nullit. rubr. pr. p.* 5. *quæst.* 47. *n.* 900. *tom.* 7. Crescin. ad Abecclef. *d. observ.* 179. *n.* 16. 7

Quòd cedenti bonis, omnia sint auferenda præter unicam vestem vilem ad nuditatem tegendam, sicut damnatis ad mortem, Jas. *loc. cit. num.* 26. ubi etiam Ang. Plar. & Fab. adeo quòd si sibi unicum denarium reservasset non valeret cessio, Bart. *in l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Jas. *ubi supra nn.* 93. *et* 94. Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 115. *et* 116. ubi quòd non auferuntur utensilia necessaria, Dian. *p.* 7. *tr.* 8. *resol.* 4. ubi an sit aliquid relinquendum pro alimentis, & refert contrarias opiniones, sed in foro exteriori non recedendum à prædictis.

Et facta cessione datur curator bonis, ut illius auctoritate, hastæ subjiciantur, & plus offerenti liberentur, Cravet. *cons.* 213. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 183. *nu.* 19. & quod cessione facta, bona Debitoris venduntur, deputato Curatore, sed ante illorum distractionem possunt à Debitore recuperari satisfactis Creditoribus. Abecclef. *d. observ.* 179. *n.* 16. Franch. *decis.* 55. *nn.* 2. *et* 3. Pigant. *ad statut. Ferrar. rubr.* 134. *nu.* 32. Constantin. *ad statut. Urb. cap.* 50. *nu.* 141. Altimar. *loc. cit. n.* 890. Crescin. ad Abecclef. *loc. cit. n.* 33. *et* 34.

Cessio bonorum fieri non potest, nisi instetur per creditores ad consequutionem illorum crediti, Jas. *loc. cit. num.* 17. 8

Sufficit tamen fuisse factam cessionem ad petitionem unius creditoris, ut afficiat alios omnes non instantes, nec vocatos, Brun. *de cess. bon. q.* 2. *prim. num.* 7. latè Gratian. *discept. forens. cap.* 486. *n.* 13. *etc.* Carpan. *ad statut. Mediol. cap.* 410. *num.* 5. Tort. *ad Statut. Pap. rubr.* 64. *n.* 23. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rub.* 234. *n.* 7.

De

De Luc. ad Gratian. cap. 486. Schettin. de tert. ven. ad cauſ. part. 2. cap. 3. inſpect. p. n. 23. Altimar. ubi ſup. n. 899. Abeceleſ. dict. obſer. 179. à n. 10. ubi Creſcin. n. 26. plures alios Doctores modernos cumulat.

9 Ceſſio bonorum allegata per debitorem, qui aliter nolit reſpondere, ſed dicat tantùm ceſſi bonis, an impediat litis conteſtationem, vide Bart. in l. pen. ff. de ceſſ. bon. et l. 3. C. de bon. auct. jud. poſſ. Gratian. d. cap. 486. num. 21. de Franch. dec. 55. n. 3. & 4. ubi Add.

Et quòd facta per debitorem principalem non ſuffragetur illius fidejuſſoribus, Jaſ. in §. fin. num. 25. Inſtit. de act. Brun. de ceſſ. bon. q. 8. prin. & vide in meis reſol. cap. 54. num. 26. Graſſ. de except. 25. num. 34. & except. 32. num. 40. Salgad. Labyr. cred. part. 2. cap. 30. num. 37. & 38. Fenaon ad Statut. Urb. cap. 161. n. 39. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rub. 73. n. 9. Guſman. de evict. quæſt. 10 n. 19. Altimar. ubi ſup. n. 903. Creſcio. ad Abeceleſ. obſerv. 180. n. 20.

10 Cedens bonis retinet prohibita alienari, uſumfructum, feudum, emphyteuſim, ſed oon tamen illorum commoditates, & fructus, Bart. in l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. Jaſ. §. fin. n. 27. Inſtit. de act.

An autem poſſit retioere turrim, vel domum ſibi relictam pro habitatione poſt factam ceſſionem, cùm tunc non exigatur ultra id, quod facere poſſit, vel teneatur illam vendere, ſive locare ad commodum creditorum, & ipſe anguſtiorem domum ad meram neceſſitatem habitare, vide Menoch. de arbitr. caſ. 183. num. 24. & ſeqq. Brun. de ceſſ. bon. quæſt. 29. & 30. princ.

11 Ceſſiooi bonorum an poſſit per debitorem renunciari ſimplici pacto, vel cum juramento, vide Aret. Fab. Plat. & alios in §. fin. verſ. ult. Inſtit. de act. Bart. in l. alia §. Eleganter ff. ſolut. matr. Theſſaur. deciſ. 36. per tot. Menoch. d. caſ. 183. n. 18. Chriſtin. deciſ. 228. num. 5. & ſeqq. vol. 1. latè Brun. d. tract. q. 20. prin. per tot. Dian. part. 7. tract. 8. reſolut. 15. ubi refert contrarias opiniones, & affirmativam amplectitur, vide in §. Debitor n. 46. Marcian. diſput. for. cap. 81. Cevall. com. quæſt. 702. vide Coſtantin. ad Stat. Urb. cap. 50. num. 196. & 197. Altimar. de nullit. rub. p. p. 5. quæſt. 47. num. 924. tom. 7. Pellegrin. in prax. Vicar. p. 2. ſect. p. ſubſect. 6. interſect. 4. n. p. Abeccleſ. & Creſcin. obſerv. forenſ. p. p. obſerv. 180., ubi DD. pro utraque opinione.

Quòd non poſſit renunciari expreſsè, ſed tacitè per acceptationem dilationis quinquennalis, quæ tollit beneficium ceſſionis bonorum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 222. num. 7. &c. Genu. de ſcript. privat. lib. 3. tit. de annal. & quinquen. dilat. num. 34. & 40. fol. 177. vide Brun. d. q. 10. & 21. per tot. Dian. part. 7. tract. 8. reſol. 17. Altimar. ubi ſupra ſub n. 853.

12 Ceſſio bonorum non prodeſt ei, qui in fraudem elienavit, & ſub ſpe illius debita contraxit, quando ceſſet, quæ ſit illius forma, & alia, vide Addit. ad Pract. Papp. for. inquiſ. gloſ. 1. verb. Ceſſerit, Jaſ. Brun. & alios ſupracitatos. Dian. par. 7. tract. 8. reſol. 11. & ſeqq. Rot. in Romana ceſſionis bonorum 19. Aprilis 1652. coram Rojas poſt Oleam de ceſſ. jur. deciſ. 26. ubi quòd non competit doloſo, Dian. tom. 6. tract. 5. reſol. 3. 21. & 22. vide Abeccleſ. & Creſcin. d. obſerv. 180.

13 Cedere bonis non poteſt mercator fallitus, Bald. in l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. Addit. ad Pract. Papp. ubi ſupra Farinac. quæſt. 26. num. 26. Cabal. reſol. crim. caſ. 505. & vide in mea Pract. §. Falliti in fine, et per tot. Altimar. citat. quæſt. 47. n. 893.

Nec qui per tres ſententias fuit condemnatus, qui nec gaudet privilegio cap. Odoardus, ſecundùm aliquos, ſed contrarium verius in utroque oſtendit Brun. d. tract. q. 2. prin. num. 10. et ſeqq.

Alios caſus in quibus non prodeſt ceſſio bonorum, vide in §. Debitor, & in meis reſol. cap. 54. num. 27. et ſeqq. per tot. Theſſ. deciſ. 36. num. 5. ubi de eo, qui luxurioſè vivendo omnia conſumpſit, Tuſch. litt. C, concl. 219. Novar. in Prag. Reg. Neap. Collect. 52. et ſeqq. Altimar. loc. cit. 893. Abeccleſ. & Creſcin. dict. obſerv. 180.

14 Cedens bonis repellitur ab agendo, & contra eum opponi poteſt exceptio illegitimitatis perſonæ, quamvis ceſſio eſſet facta contemplatione aliquorum tantùm creditorum, nam extenditur ad omnes etiam non nominatos, & non citatos, latè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 486. per tot. vide in §. Debitor num. 77.

An autem introducto concurſu poſſit debitor vendere bona, vel exigere, credita, an ſolvens illi liberetur ſive ſciverit, ſive ignoraverit decoctionem, & alia latè idem Salgad. Labyrint. credit. par. 4. cap. 12. per tot. vide in §. Solutio num. 41. & §. Contractus nu. 33. Item an pendente concurſus judicio, debitor liberetur ab intereſſe lucri ceſſantis, vel aliter debito ob moram debitoris, ſive ab intereſſe convento, latè explicat varias ſententias referendo, & benè diſtinguendo idem Salgad. d. tract. part. 4. cap. 17. & ult. per tot. facit Gob. Conſult. 34. per tot.

Reliqua de hac materia, vide in §. Debitor nu. 46. & ſeqq. in meis reſolut. cap. 54 per tot. & penes Brun. Scanarol. & alios ſupracitatos num. 2. in fine, latè Dian. reſol. moral. p. 7. tract. 8. per tot. ubi multa dubia reſolvit. Paul. Chriſtin. deciſ. 228. vol. 1. & deciſ. 123. vol. 4. & ad leg. municip. tit. 21. per tot. Ricc. Collect. 121. Plura per Caſtejon. Alphab. Juridic. verb. ceſſio in princ. Coſtantin. ad Stat. Urb. dict. cap. 50. Pellegr. in prax. Vicar. part. 2. ſect. p. ſubſect. 6. interſect. 4. Altimar. loc. ſup. cit. Petr rit. 287. Abeceleſ. & Creſcin. d. obſer. 179. & obſervat. 180.

In cauſa ceſſionis bonorum, debet procedi ſummariè, & cauſa ceſſionis bonorum eſt inappellabilis. Altimar. de nullit rubr. p. p. 5. quæſt. 47. à n. 878. & ſeqq.

Ceſſio quandò fuit facta invitis Creditoribus, eò quia ſe oppoſuerunt ceſſioni, tunc Debitor non liberatur, ſi perveniat ad pinguiorem fortunam. Coſtantin. d. cap. 50. n. 147. Altimar. ubi ſup. nu. 846. Creſcin. d. obſerv. 179. n. 31.

Ceſſione facta, Debitor Creditoribus præjudicare non poteſt per confeſſionem, aùt per ſcripturam factam ad favorem alterius Creditoris. Noguerol. allegat. 7. nu. 24. Roec. de decoct. Mercat. n. 107. Altimar. ubi ſupra n. 891. Creſcin. paritèr ubi ſupra n. 35.

An cedens bonis poſſit pœnitere. Altimar. d. quæſt. 47. n. 864. & 865. Creſcin. ubi ſup. à n. 36.

Cedens bonis non poteſt exercere actiones ceſſas, & ceſſio bonorum impedit litis ingreſſum. Creſcin. ubi ſupra n. 39. et 40., ubi n. 41. hoc limitat.

Cedens bonis non poteſt agere, nèc conveniri, nec poteſt exercere actiones prò recuperandis creditis contrà Debitores. Creſcin. d. obſervat. 179. n. 42., ubi n. 43. hoc limitat, et n. 44. declarat.

An beneficium ceſſionis bonorum tolli poſſit per Statutum. Altimar. de nullit. d. quæſt. 47. n. 924. Creſcin. ad Abeceleſ. obſerv. 180. n. 5. p. p.

An beneficio ceſſionis bonorum cenſeatur renuntiatum per obligationem Cameralem. Altimar. & Creſcin. ubi ſupra.

Hoc beneficium conceditur etiam Judæis Abeccleſ. dict. obſerv. 180. à num. 8. ubi pariter Creſcin. nu. 8. Altimar. ubi ſup. n. 326.

An Univerſitates, & Collegia admittantur ad hoc beneficium. Petra rit. 287. n. 8. et 24. Altimar. n. 919. Creſcin. d. obſerv. 180. à n. 16.

Beneficium ceſſionis bonorum non competit Debitori Fiſci. Altimar. ad Rovit. deciſ. 86. nu. 11. et d. quæſt. 37. n. 169. Creſcin. ubi ſup. n. 15.

Cedens bonis an poſſit eſſe in Judicio Altimar. de Nullit. rubr. 11. quæſt. 23. a n. 88. tom. 2.

Ceſſionis bonorum cognitio ad quem Judicem ſpectet Altimar. loc. cit. rubr. 9. q. 23. n. 1. tom. 1.

Simile remedium, quo mediante debitor ipſe ad evitandum carceres convocat ſuos creditores, per dimiſſionem ſuorum bonorum, ut quiſque juxta ſui crediti prælationem, & gradus prærogativam, de illis ſatisfiat, de ejus requiſitis, forma, modo practicandi, effectibus, qualiter differat à ſimplici ceſſione bonorum, & alia, docet egregiè Franc. Salgad. in ſuo Labyrint. cred. part. 1. cap. 1. per tot. & de ceſſione paſſim in pluribus locis dicti tractatus, prout in ejus repertorio verb. Ceſſio bonorum.

Ceſſio jurium, & actionum qualiter fiat, quis cedere, 19
& cui cedi poſſint, vel debeant, quæ actiones cedi poſſint, qualiter competant ceſſionario, quæ ſit differentia inter cedere, & mandare, & alia, vide Joan. de Graſſ. Jacob. de Aren. & Auct. incert. in ſuis tract. de ceſſ. jur. per tot. fol. mihi 497. et ſeqq. Tuſch. lit. C. concluſ. 181. et ſeqq. et concluſ. 203. et ſeqq. Ricc. Collect. 218. Carleval. de judic. lib. 2. tit. 3. diſput. 5. per tot.

ubi

ubi plura de materia cessionis, et Collect. 2426. Arismin. var. sent. tit. 411. per tot. Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 69. 70. etc. ac alibi sæpè, prout in ejus repertorio verb. Cessio, & plenè Olea de cess. jur. tit. 1. q. 1. et per tot.

An valeat pendente lite facta, idem Tusch. litt. C. conclus. 206.

An cessio jurium requirat scripturam, dic quòd sic ad effectum probationis, non autem pro substantia, Olea de cess. jur. tit. 1. q. 5. per tot. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 1. n. 641. tom. 3.

16 Cessio jurium ut prosit est obtinenda in ipso actu solutionis, quando quis solvit non tantùm ut propriam tollat obligationem, sed etiam alienam solvendo nomine principalis debitoris, si verò solvat ut fidejussor ad propriam obligationem tollendam, quòd in dubio præsumitur, potest fieri, & reportari cessio etiam ex intervallo, quia principalis obligatio adhuc viva remanet, nec solvens censetur dare in solutum pecuniam pro extinctione obligationis, sed potius velle emere nomen debitoris, Bart. in l. Modestinus ff. de solut. Rot. part. 2. divers. decis. 153. Cavaler. decis. 568. num. 3. etc. Surd. decis. 308. per tot. Rot. in Romana Census 26. Maii 1631. coram Merlin. in Noviss. part. 6. decis. 41. per tot. inter impressas ejusdem Merlin. decis. 512. Montan. de tut. cap. 39. nu. 140. et seqq. fol. 206. Cenc. de cens. q. 71. num. 16. Maur. de fidejuss. part. 2. sect. 6. cap. 5. num. 8. etc. Felic. de societ. cap. 29. num. 62. Negus. de pign. part. 6. memb. 1. nu. 42. Gratian. discept. forens. cap. 286. num. 4. cap. 793. num. 23. et cap. 962. n. 40. Merlin. decis. 235. n. 4. Thomat. decis. 200. per tot. Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 18. nu. 25. et seqq. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæst. 75. per tot. late Olea de cess. jur. tit. 5. quæst. 4. per tot. Optimè Altim. de Nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 30. n. 647. cum pluribus sequentibus tom. 5. Hodiern. ad Surd. dict. decis. 308.

Quòd cessio non sit necessaria, quando quis solvit uti fidejussor, maximè si coactè solvat, Cavaler. decis. 4. num. 5. & dixi in meis resol. cap. 44. n. 2. Altimar. loc. cit. n. 654. Scacc. de Camb. §. 2. gloss. 5. n. 89.

Quòd præsumatur solvisse ad propriam obligationem tollendam, idem Cavaler. decis. 460. num. 3. Menoch. lib. 3. præsumpt. 136. num. 8. & 9. Altimar. ubi supra a dict. num. 647.

An solvens præsumatur solvisse ut sibi cedantur actiones, Menoch. lib. 3. præsumpt. 143. per tot.

Quòd cessio non possit reportari a solvente proprium debitum, Duran. decis. 253. num. 2. Cavaler. decis. 568. n. 2. nisi illud verè spectet ad alium, quia licèt dicatur proprium respectu creditoris, tamen respectu illius, pro quo solvit, dicitur fidejussor, & potest reportare cessionem contra illum, cujus vigore est præferendus cuicumque alteri posteriori, Duran. loc. cit. per tot. Tusch. litt. C. conclus. 207. Rot. part. 9. recent. decis. 272. num. 12. & seqq. ubi quòd tunc operatur tantùm jurium quietationem, & liberationem, non autem illorum translationem, & decis. 273. n. 8. & part. 13. decis. 137. n. 18. ubi quòd satisfaciens propriæ obligationi, non potest contra alios, quos ipse indemnes servare tenetur, cessionem jurium, reportare, & decis. 251. num. 13. d. part. 13. & dec. 262. De Franch. dec. 55. num. 7. Vide Mantiss. ad De Luc. decis. 17. n. 1. libr. 6. vol. 1.

17 Cessio jurium facta ex intervallo post solutionem non valet, quia jam jura sunt extincta, & non possunt cedi, nisi cessio fiat incontinenti, vel præcedat pactum de cedendis juribus, quia tunc per solutionem non remanent extincta, l. Modestinus, ubi DD. ff. de solut. Rot. part. 2. divers. decis. 148. n. 8. &c. & decis. 153. num. 2. & seqq. ubi quòd fidejussori potest fieri cessio etiam ex intervallo, præcipuè quando solvit pro se, & nomine proprio, & latè probat Merlin. decis. 512. per tot. Thomat. decis. 51. num. 22. & seqq. decis. 200. per totam, Olea de cess. jur. tit. 5. quæst. 4. per tot. Altimar. dict. rubr. 1. part. 3. quæst. 30. n. 655. et seq. tom. 5. & Hodiern. ad Surd. dict. decis. 308. Episc. Rocc. cap. 152. num. 1. tom. 2. Crivel. decis. Dolan. 80. Amat. decis. Marcb. 31. n. 18.

42 Cessionarius personam cedentis repræsentat, succedit in omne jus, prærogativam, & privilegium illius, Cenc. *de cens. quæst. 67. n. 4. & seqq.* Gratian. *discept. forens. cap. 531. n. 38. et cap. 936. nn. 21. et cap. 586. num. 18. 43. et 51.* ubi loquitur de cessionario Cameræ qui omnia illius privilegia, & prærogativas habet, *et cap. 733. n. 22. et cap. 903. n. 10.* Altograd. *cons. 16. n. 2. lib. 1.* ubi propterea infert quòd possit se tueri ex anterioritate hypothecæ cedentis, Rot. *part. 14. recent. decis. 440.* latè Tusch. *litt. C. concl. 213. per tot.* Thomat. *decis. 13. decis. 51. et decis. 55.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 1. cap. 26. §. nu. nn. 4. et seqq.* Merlin. *de pign. lib. 4. quæst. 132.* Olea *de cess. jur. tit. 6. per tot.* ubi plenè per undecim quæstiones. Carleval. *de Judic. tit. 3. disp. 35. n. 2. 8. et 21.* Card. De Luc. *de Credit. disc. 5. n. 8. et disc. 88. num. 3. et de Emption. disc. 25. n. 5. et de Regul. disc. 63. nu. 5.* ubi quod dicitur ejus procurator Rocca Episcop. *cap. 545. n. 6. tom. 2.*

Quòd cessionarius Clerici non utatur privilegiis personalibus ipsius clerici cedentis, quia privilegium clesicale est personale, ac ideò non transit in cessionarium, Galerat. *de renunciat. lib. 1. cap. 4. n. 52.* Noal. *de transmiss. cas. 23. n. 2. et seqq.* Rot. *part. 15. recent. decis. 76. nn 13. etc.* Sed postea eadem Rot. *d. par. 15. decis. 371.* in eadem causa contrarium firmavit, quia cessionarius erat etiam procurator, & agebat nomine cedentis cum hypotheca in eum translata, & attento effectu statim jam consummato ante cessionem, quibus casibus actio cessa transfertur in cessionarium cum eodem privilegio, ut ibidem meliùs declarat, *et part. 18. decis. 673. nn. 3. et seqq.* Vide tradita per Ricc. *collect. 2273. part. 6.*

Quòd Cessionarius succedat cedenti etiam in privilegio guarantigiæ, & obligationis Cameralis, Gratian. *decis. 13. in Addit. n. 7.* Olea *de cess. jur. tit. 6. qu. 4. n. 5. etc.* Sperel. *decis. 577. nn. 50.* Merlin. *decis. 309. n. 2. etc.* Episcop. Rocca *cap. 131. n. 1. et cap. 145. n. 4. tom. 2.* Crescin. ad Abecclef. *part. pr. observ. 110. n. 56.*

De cessionario fisci, ut consequatur omnia illius privilegia, etiam personalia intalligendo de cessione ex causa necessaria, Olea, *d. tit. 6. quæst. 3. nn. 25. et seqq.* De Luc. *de Dot. disc. 82. n. 3. et 6.* ubi hoc declaratur.

Quòd sit eadem persona cum cedente, non possit plus juris consequi, & illi obstent omnia, quæ obstarent ipsi cedenti Gratian. *discept. forens. cap. 906. n. 8. et cap. 955. n. 21. etc.* Peregrin. *decis. 515. n. 13. etc.* Olea *de cess. jur tit. 6. quæst. 11. per tot.* ubi intelligit de exceptionibus realibus ipsam rem cessam, & actionem afficientibus, secus autem de exceptionibus personalibus, quæ licet obstarent cedenti, non obstant cessionario, quando cessio processit ex causa onerosa, sed benè obstarent si processisset ex causa lucrativa; ut latè ibidem explicat inferendo ad plures particulares exceptiones, & varias opiniones, atque distinctiones referendo, & conciliando. Et de exceptionibus loquitur etiam Em. Card. De Luc. *de Empt. disc. 23. de Credit. disc. 30.* Et quod cessionarius non habet majus Jus Ansald. *decis. 50. n. 13.* Caprar. *decis. 147. n. 9. part. 1.* late de his omnibus Palm. nep. *alleg. 349. a n. 3. tom. 4. et decis. 53. n. 21. tom. 1.*

Et si non apparet de dominio, ac juribus cedentis, cessio nihil operatur, idem Gratian. *discept. 330. n. 30.*

Quòd Cessionarius dicatur subrogatus in locum cedentis quoad commoda & incommoda, & alia prædicta, pluribus de more exornans Sperel. *decis. 177. num. 46. & seqq. per tot. inf. n. 44.* Rot. *par. 54. recent. decis. 173. nn. 3. &c. decis. 440.* ubi quod agit etiam ad fructus post cessionem decursos quando cessio fuit translativè facta Gratian. *discept. forens. 309. num. 21.*

Cessionario tamen non competere beneficia, & privilegia personalia ipsius cedentis, Gratian. *discept. 517. nn. 16. & seqq.* vide latè Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 11. n. 1669. et seqq.* plenè Olea *de cess. jur. tit. 6. quæst. 2. 3. & 4. per tot.* ubi qualiter actiones, & jura cedentis cum suis privilegiis transeant in cessionarium quoad privilegia realia, imò etiam quoad personalia, si aliàs damnum sequeretur cedenti qui illa per obliquum amitteret, quòd benè explicat inferendo ad plures casus speciales, & notabiles Sperel. *dec. 177. n. 51.* Altimar. *de Nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 31. n. 1097. tom. 5.* Et quod cessio Juris personalis non possit fieri Card. De Luc. *de Feud. disc. 44. n. 55.*

An autem competat manutentio ex possessione cedentis, vide in *§. Possessio.*

Qualiter possessio cedentis, & omnia remedia possessoria transeunt in cessionarium, & quid si cessio sit nulla, Olea *d. tit. 6. quæst. 5.* Rot. *in Bononien. quintæ, seu associationis 5. Junii 1668.* coram Taja post Oleam *d. tract. decis. 48.* ubi de associatione competente cedenti, ut competat etiam cessionario, & habetur in *recent. p. 13. decis. 250.*

Cessionarius ut afficiat, & sibi obliget debitorem 43
cessum, qualiter debeat illi denunciare cessionem, vide Gratian. *discept. 356. nn. 39. & 40.* dixi in *§. Renunciatio*, & supra per discursum Thomat. *decis. 100. n. 7.* ubi quòd cessionarius non potest debitorem cessum convenire, nisi ei priùs intimata cessione, vide Oleam *de cess. jur. tit. 6. quæst. 4.* ubi contra, *ut inf. n. 45. in fine.* Vide Caprar. *decis. 95. a nu. 7. tom. 1. pag. 160.*

Cessionarius beneficii, tenetur justificare jus ceden- 44
tis, vel probare cedentem esse triennalem pacificum possessorem, & etiam tenetur probare publicationem dictæ cessionis, Duran. *decis. 440. n. 3. & 4.* Ludovis. *decis. 579.* ubi quòd cessionarius debet justificare creditum cedentis, nec sufficit si producat instrumentum cessionis, Rot. *in Perusina Census 27. Junii 1653.* coram Zarate post Oleam *de cess. jur. decis. 38. n. 7. &c.* Rot. *rec. part. 16. dec. 87. n. 2.*

Cessionarius debet agere uti cessionarius, & non 45
tanquam principalis, aliàs judicium est nullum, Pen. *dec. 571. n. 5.* Posth. *de manuten. obser. 82. num. 5.* Tusch. *litt. C. concl. 214.* Paul. Christin. *decis. Belg. 210. n. 12. vol. 2.* Thomat. *decis. 100. n. 2. &c.*

Quòd imo sufficiat, si agat tanquam creditor, maximè in executivis, & stantibus clausulis salutaribus libelli, vel ubi agitur sola facti veritate inspecta, vide in meis resol. *cap. 22. n. 32.* quem locum refert, & sequitur Urceol. *cons. forens. cap. 43. n. 8. & seqq. cum addit. in fine 2. vol.*

Quòd cessionarius propriè creditor dicatur, & possit contra debitorem executivè agere, illumque carcerari facere, si jus executivum cohæreat obligationi, &

& non perſonæ cedentis, etiam dicto debitore non citato, nec ei ceſſione intimata (licèt in hoc multi contrarium, & fortè meliùs ſentiant) latè Olea *de ceſſ. jur. tit. 6. quæſt. 4. per tot.* vide in §. *Debitor num.* 41.

Et qualiter ceſſionarius agens via ordinaria, vel executiva contra debitorem ceſſum, teneatur in ipſo litis exordio inſtrumentum ceſſionis exhibere, & an ex ceſſione ſuperveniente poſſit convalidari judicium, vel executio, latè videndus Olea *d. tract. tit. 6. quæſt. 9. per tot. & d. quæſt. 4. n. 10. &c.* Vide infra *nu. 69. in noviſſimis additionib.* Creſcin.

46 Ceſſionarius ſi ſit privilegiatus in electione fori, trahit ad forum ſuum tàm cedentem, quàm debitorem ceſſum, quia exceptio declinatoria, quæ obſtabat cedenti non obſtat ceſſionario ex cauſa onerosa (quicquid ſecus in cauſa lucrativa) cùm ſit perſonalis reſpectu cedentis, & ideò non afficit ceſſionarium, qui propterea ſi habeat privilegium trahendi alios ad forum ſuum, prout Neapolitani, & etiam Cives Florentini, poteſt trahere, non obſtante, quòd cedens tale privilegium non habeat, Afflict. *deciſ. 74. per tot.* ubi etiam Urſil. *in Addit.* benè declarat, facit quod dixi in §. *Actor n. 4. & §. Civis*, Alex. Trentacinq. *lib. 1. var. tit. de reſcript. reſol. 2. nu. 8.* Ant. Faber. *in C. lib. 3. tit. 12. definit. 22.* Olea *de ceſſ. jur. tit. 2. quæſt. 4. n. 56. & ſeqq.* ubi indiſtinctè firmat quando ceſſio bona fide, & ſine fraude facta fuit.

E contra autem ſi cedens habeat privilegium fori, an illud transferat in ceſſionarium, dic quòd ſi tale privilegium competat rei, vel actioni ceſſæ ex natura obligationis, & ita ſit reale, tranſit in ceſſionarium; ſi verò competat ratione perſonæ, & ob ejus favorem, veluti in miſerabilibus perſonis, & hujuſmodi, tunc non tranſit in ceſſionarium, ut benè diſtinguunt, Surd. *conſ. 280. n. 4. etc.* Carpan. *ad ſtat. Mediolan. tom. 1. cap. 47. num. 143.* Larrea *deciſ. 31. nu. 24.* & alii relati ab Olea *de ceſſ. jur. tit. 6. q. 3. num. 13. & ſeqq. ad 24.* Greg. Lopez *in l. 64. gloſſ. 6. tit. 18. part. 3.*

47 Ceſſio facta à creditore recipiente ſolutionem uni correo tantum debitum ſolventi, contra alium correum, vel fidejuſſorem pariter obligatum, nihil operatur contra dictum correum, vel fidejuſſorem, quando principalis obligatio non fuit facta contemplatione dicti correi, ſed principalis debitoris, etiamſi tales confidejuſſores eſſent obligati tamquam principales, & in ſolidum, quia in hoc non ſtat vis repetitionis pro rata, ſed in eo an ſe obligaverint unus contemplatione alterius, & ſic mutui periculi, ita ut ceſſante dicta contemplatione mutui periculi veluti quia diverſis temporibus unus poſt alium interceſſerint, nec poſſit ceſſio ſuſtineri uti nominis debitoris emptio facta ab extraneo, niſi fuerit hoc nomine expreſsè ſolutum etiamſi per talem ſolutionem ſequatur etiam liberatio alterius correi, quia attenditur id quod principaliter agitur, nempè propria liberatio, & non quod venit in conſequentiam, nempè alteriùs liberatio, maximè quando quis coactè ſoluit, & non voluntariè, & in dubio præſumitur factum potiùs ex neceſſitate, quam ex mera voluntate, Bart. Ang. Caſtr. & Imol. *in l. ſtipulatus eſſet §. ſi ex duobus ff. de fidejuſſ.* Rot. *in Romana fidejuſſionis 1. Junii 1598.* coram Litta poſt Paciſ. de Salvian. *deciſ. 163. per tot. vide ſupra num. 17. in §. Correus, & in §. Fidejuſſor.*

48 Ceſſio facta à decocto non eſt valida, vide Coſt. *de ration. ratæ q. 70. n. 6.* Thoro *Compend. deciſ. part. 3. verb. Ceſſio*, Olea *de ceſſ. jur. tit. 1. in exord. in fin.*

49 Ceſſio jurium, & actionum facta à minore, vel Eccleſia ſine debitis ſolemnitatibus eſt nulla, ubi agitur de juribus, & actionibus ad res immobiles competentibus: ſi verò ad res mobiles ita demum ſi ſint pretioſæ, & ſervando ſervari poſſint, aliàs autem ſecus: quid ſi dictæ actiones alternativè competerent ad res mobiles, vel immobiles, & quid ſi ceſſio fieret in ipſo acquiſitionis actu, & alia ad hoc propoſitum, Simoncel. *de decret. tit. 3. de alienat. act. caſ. 1. & caſ. 2.* Alex. Trentac. *lib. 2. var. tit. de minor. reſol. 9.* latè Olea cum pluribus ab eo citatis *tract. de ceſſ. jur. tit. 2. q. 1. & 2. per tot.* dixi in §. *Actio n. 8.* Altimar. *de nullit. rubr. 2. & 3. quæſt. 1. ſect. 1. n. 572. tom. 8.* Galeot. *controverſ. 40. n. 24. libr. 2.* Cyriac. *controverſ. 181. nu. 57. tom. 2.* Berſan. *de Pupill. part. 2. quæſt. 28.*

Ceſſio cenſus, vel alterius nominis debitoris, an poſſit fieri pro parte, vel in partes invito debitore ceſſo, variæ ſunt opiniones, ut conſtat ex traditis per Rebuff. *tom. 2. ad leg. Gall. tit. de ceſſ. act. art. 2. gloſ. 9.* Cenc. *de cenſ. qu. 72. num. 12.* Olea *de ceſſ. jur. tit. 3. quæſt. 12. per tot.* ubi affirmativè reſolvit poſt plura hincinde adducta, & ſine dubio procedere ait quando fieret in ultima voluntate, vel etiam inter vivos ex cauſa neceſſaria; ſi verò ex cauſa voluntaria tunc vigere dubium, quod ut dixi affirmativè decidit, licèt plures rationes, & auctoritates in contrarium adducat. Et quod ceſſio poſſit fieri etiam invito eo, contra quem fit ceſſio, Caprar. *deciſ. 95. n. 2. part. 1.* 50

Ceſſio jurium, & actionum non poteſt prætendi in delictis ab uno ſocio contra alium, & ſi fuerit facta, eſt inefficax, intelligendo propriè in delictis; ſecus autem in quaſi delictis, in quibus poteſt ceſſio peti, & ſuffragatur ad repetendum, ut inferendo ad plures notabiles caſus, benè explicat videndus Olea *de ceſſ. jur. tit. 5. quæſt. 6. per tot*, dixi in §. *Correus num. 8. & §. Delinquens num. 9.* 51

Ceſſio jurium eſt facienda tutori in ſolidum convento contra alios contutores, & utilior eſt quam ſimplex utilis actio, ut latè probat Olea *de ceſſ. jur. tit. 5. q. 7. per tot.* & dixi in §. *Tutela n. 55. et §. Pupillus num. 12.* 52

Cedere jura obligatus, & ad id condemnatus, ſi ceſſionem facere recuſet, debet per judicem executorem, vel compulſorem moneri cum termino competenti ad cedendum, & ſi adhuc non obtemperet tranſacto dicto termino, poteſt, ac debet per pignorum captionem, vel carcerationem compelli, & retineri donec cedat, maximè quando ultra conſenſum requiritur aliquis actus extrinſecus veluti traditio ſcripturarum, & hujuſmodi, quod procedit etiam ſi eſſet privilegiatus ne poſſet pro debito carcerari, quia non pro debito, ſed pro delicto, & inobedientia carceratur, & detinetur; ſi verò requiratur ſolus conſenſus in ceſſione, monitus ut ſupra, ac requiſitus cum proteſtatione, quòd aliàs ceſſio habeatur pro facta, cedere nolens, juris interpretatione, & ejus poteſtate habetur pro cedente, & ceſſio pro facta, perindè ac ſi expreſsè ceſſiſſet accedente judicis declaratione, Franch. *deciſ. 310.* Carleval. *de jud. tit. 3. diſput. 3. num. 31.* Fontanell. *deciſ. 252.* Olea *de ceſſ. jur. tit. 5. quæſt. 8. num. 14. & ſeqq. per tot.* ubi infert ad plura ſingularia de modis compellendi obligatos ad aliquid faciendum, ſi facere recuſent, & remiſſivè an condemnatus ad factum ſolvendo intereſſe liberetur. Ricc. ad De Franch. *cit. dec. &* Carol. Anton. Deluc. ad eumdem De Franch. *dict. deciſ.* 310. 53

Ceſſio Jurium, & actionum liberat cedentem, quando non tenetur ex alio, quàm quod actionem contra alium habeat, nam ſi illam cedat ſuo creditori liberatur; an autem iſto caſu ratione circuitus vitandi poſſit etiam agi ſine ceſſione, & alia ad hoc propoſitum, Olea *de ceſſ. jur. tit 5. quæſt. 14. per tot. quæſt. 9. 11. 12. et 13. eod. tit. 5.* facit quod dixi in §. *Uxor nu. 37. et in §. Mulier n. 11.* 54

Ceſſio jurium eſt ſtricti juris, & ideò non extenditur ultra expreſſa, ſed tantùm ad ea, quæ ab expreſſis conſecutivè veniunt, & ſic per comprehenſionem, non per extenſionem, unde facta contra debitorem (niſi contineat dictionem aliquam taxativam) porrigitur etiam ad fidejuſſorem, non autem ad correum niſi ſit realis, & quare; an contineat facultatem revocandi alienata in fraudem, vel avocandi pecuniam ſolutam poſteriori creditori, fructus, vel uſuras antea decurſas, & alia ad hoc propoſitum, Olea *de ceſſ. jur. tit. 6 quæſt. 6. per tot.* Vide Epiſcop. Roccam *ſelect. diſput. Jur. cap. 150. n. 6, tom. 2.* 55

Quòd ceſſio ſortis principalis ſocietatis, officii, vel cenſus non comprehendat fructus ante ceſſionem decurſos, cum ſint à ſorte ſeparati: etiam addita clauſula generali, niſi ſint expreſsè ceſſi, Bicb. *deciſ. 562. num. 1. & ſeqq.* Surd. *dec. 217. n. 15.*

Ceſſio nominis, vel cenſus facta minori pretio quàm fuerit ab initio regulariter eſt valida, & tunc per debitorem ceſſum non poteſt obiici ceſſionario de injuſtitia ceſſionis; ſecus autem ſi ceſſio non ſubſiſteret; cujus commodo cedat reſiduum quando ceſſionarius non poteſt exigere niſi quod verè ſoluit; an conſtare debeat de nu- 56

numeratione, vel sufficiat confessio cedentis de recepto, & alia, istè Olea *de cess. jur. tit. 6. quæst. 10. per tot.* alios allegavi supra *num. 22. & in §. Census nu. 26.* Salgad. *labyr. cred. part. 1. cap. 30. et 27. n. 78. & seqq.* Vide novissimas additiones Crescin. in hoc oper. *§. census*.

57 Cessionarius potest compensare debitum sibi cessum contra creditorem suum, *l. in rem suam ff. de compens.* Olea *de cess. jur. tit. 6. quæst. 11. num. 33.*

Nunquid verò è contra cessio, quæ obitaret cedenti, si ipse ageret, obstet etiam cessionario, idem Olea *loc. cit. nu. 22. & seqq.* ubi ponit regulam affirmativam, ea ratione quia compensatio sit exceptio realis, & non personalis, quam ampliat procedere etiam in debito jurato, quod tamen pendet ab alia inspectione, an compensatio admittatur in debito jurato, de qua vide in *§. Compensatio num. 16.* Limitat autem in cessionario ex causa onerosa, cui non obstat compensatio, quæ cedenti obiici posset secundum Anton. Fabr. *in C. ad tit. de compensat. deff. 3.* sed ab eo recedit inquiens limitationem istam lege, & ratione destitutam esse; limitat etiam quando cessionarius haberet bona cedentis obligata antequam debitori cessus acquireret obligationem, & creditum, quod compensare intendit: quod verum est in omni cessionario, cui non obstat compensatio orta ex contractu post cessionem facto, & post jus quæsitum cessionario, & aliis modis, ut dixi in *§. Compensatio num. 14.* Quas limitationes veras non esse contendit Olea *d. quæst. 11. nu 27. & seqq.* videas ipsum, & alios per me ubi supra citatos.

Admittit tamen, & benè probat idem Olea *loc. cit. n. 34. & seqq.* tunc compensationem non obstare cessionario, nec alias exceptiones etiam reales, quando debitor cessus præsens fuit cessioni, & promisit solvere cessionario absque ulla protestatione, quia ita simpliciter promittendo, videtur omnes exceptiones, quas sibi competere sciebat, remisisse, ad Thesaur. *decis. 221. num. 3. &c.*

De compensatione quoad materiam cessionis vide De Luc. *de Credit. disc. 50. nu. 5.* & latissimè Bersan. *de Compensation.*

58 Cessionarius an teneatur jurare in litem, vel de calumnia, an respondere positionibus, an incurrat pœnas, vel sit condemnandus in expensis si agat pro credito à cedente exacto; quid si sit creditor jure proprio, & jure cesso petat, vel recipiat pro residuo, an excludatur ab utroque, & alia vide per Oleam *de cess. tit. 6. quæst. 11. in Miscelanea per tot.*

59 Cessionarius an repetat à cedente expensas factas in exactione debitoris cessi, vel in lite, in qua succubuit, quia nomen cessum non erat verum, vel non idoneum; dic quòd si vincat litem, non potest à cedente expensas repetere, quia tenebatur ipse suis expensis agere, sive ex causa lucrativa, sive onerosa cessionem habuerit; si verò succumbat in lite, quia debitor cessus nihil debebat cedenti, tunc cedens tenetur ad expensas; sed si ex eo quia debitor solvendo non esse appareat, tunc si cedens juris, & facti evictionem præstare debeat, ad interesse, & expensas litis tenetur; sin autem ad juris evictionem tantùm, hoc est ad veritatem nominis obligatus solùm existat, ad expensas non potest condemnari; quid si cessionarius post exactum nomen cessum fuit conventus ab alio ad restituendam pecuniam, & alia ad hoc propositum, Olea *de cess. jur. tit. 7. quæst. 4. per tot.* ubi etiam an cessionarius agens contra debitorem cessum, & reconventus teneatur cedentem defendere in causa reconventionis.

60 Cessio potest ex pluribus causis annullari, & generaliter ex omni causa, ex qua titulus, quo facta fuit, annullatur, vel ex simulatione, ex falsa causa, ex metu, ex defectu insinuationis, & hujusmodi; an cedens ipse possit nullam dicere cessionem à se factam factoque suo contravenire, an ex capite non implementi, enormis læsionis, an ad libitum illam revocare, & alia, Olea *d. tract. tit. 8. quæst. 5. per tot.* Et quod cessio, si sit facta propter aliquam causam, si illa non fuerit sequuta, poterit revocari & cedens potest instrumenta a cessionario recuperare, & ad primæva Jura redire Altimar. *de nullit. rubr. 5. quæst. 53. n. 66. tom. 3.* Cessio facta sub erroneo supposito non potest substineri Palm. nep. *decis. 274. n. 5. tom. 2.*

61 Cedens non potest amplius juribus cessis, & ad commodum cessionarii effectum suum sortitis uti, neque de illis excipere, ne videatur bis exigere, etiam si sibi reservaverit facultatem utendi ad effectum retentionis aliorum bonorum, quia hujusmodi reservatio tanquam incompatibilis habetur pro non facta, & nihil operatur, ad *l. 3. C. de novat.* Paris. *cons. 19. num. 64. lib. 3.* Cravett. *cons. 144. n. 15.* Natt. *cons. 472. nn. 4.* Merlin. *de pign. lib. 2. quæst. 32. n. 29.* Rot. *part. 13. recent. decis. 230. num. 6. &c. facit supra n. 28. & num. 37. &c.* Rot. *coram* Duran. *dec. 99. n. 1.*

62 Cessio facta pluribus intelligitur pro virili portione, nisi sit dictum in solidum, *l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis*, Decian. *cons. 326. nu. 1.* Cabal. *cons. 177. num. 28. et 29. lib. 1.*

De cessione bonorum pro se liberando à carceribus, item de variis cessionibus jurium, & actionum, ac de illarum effectibus, multa remissivè tradunt Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Cessio bonorum, & Cessio*, Com. August. Fonian. *in sua Bibliothec. legal. part. 4. fol. 225. & seqq.* & alia decisivè Jo. Bapt. Thoro *compend. decis. Neapol. part. 1. 2. et 3. in verb. Cessio.* De cessione bonorum Cancer. *var. part. 2. cap. 9. per tot.* Plura Eminen. Deluc. *in Indice verb. Cessio*, ubi de cessione bonorum, de cessione Jurium in genere, de cessione commoditatis, de cessione quoad exigibilitatem, & periculum nominis cessi, de cessione translativa, & extinctiva, & de cedente, & cessionario Crescin. *in addit. ad observ. forens.* Abeccles., ubi de cessione bonorum Altimar. *de Nullit.*, ubi de cessione bonorum, & Jurium Mans. Palm. nep. Ansald. Emetix Caprar. & alii moderni.

63 Cessio facta pluries, vel pluribus diversis temporibus, præfertur prima, maximè si contineat obligationem Cameralem, clausulam constituti, & aliàs traditionem importantes, Rot. *part. 17. recent. decis. 34. nu. 58. et seqq.* Vide Episc. Roccam *cap. 138. n. 6. libr. 2.* Card. De Luc. *de Regal. disc. 27. n. 5.* Mantiss. ad ornatum ejusdem Card De Luc. *decis. 6. n. 10. et 55. libr. 50. vol. 4.* Caprar. *decis. 171. n. 17. part. 1.*

Cessio bonorum habet multa privilegia, & multa operatur in foro exteriori, ut latè fuit deductum in hoc §. in foro autem animæ nihil operatur, quia debitor non minus remanet obligatus ad restitutionem post cessionem, quam antea esset, & sic non excusatur, nisi quatenus exigat necessitas; multò tamen benignius agitur in foro animæ, quia in foro exteriori multi sunt casus, in quibus non prodest cessio bonorum, ut dixi in hoc §. & *in §. Debitor num. 49. etc.* in foro autem animæ, si non ex vi cessionis, ex vi necessitatis excusatur omnis debitor, & jam ex quacunque causa delicti, & sic in hoc foro non tenetur cedere bonis, & adhuc gaudet privilegio ne teneatur ultra id, quod facere potest, & sic deductis alimentis necessariis, ut colligitur ex latè traditis per Valer. *de different. utriusque fori verb. Cessio bonorum per tot. fol. 55. etc.* dixi in §. *Debitor num. 81. et 83. et in Addit. num. 88.*

64 Cessio Jurium an requirat scripturam, optime Altimar. *de Nullit. rubr. 1. quæst. 1. n. 641. tom. 3. et rubr. 5. quæst. 13. sect. 2. n. 136. eodem tom. 3.* Ciarlin. *controvers. 179. n. 20.* Genua *de scriptur. privat. libr. 3. quæst. 50. num. 4.*

65 Cessio facta per creditorem contra principalem debitorem intelligitur etiam facta contra fidejussorem Olea *de Cession. Jur. tit. 6. quæst. 6. n. 2.* Altimar. *de Nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 30. n. 324. tom. 5.*

66 Et personali actione cessa transit hypothecaria Olea *loc. cit. n. 9.* Altimar. *ubi supra dict. n. 324.*

67 Cessio pluribus in solidum fieri non potest Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 31. n. 1100. tom. 5.*

68 Cessionarius dum agit utilibus actionibus sibi cessis non obstat exceptio excommunicationis cedentis, secus autem si directis sibi mandatis agat Altimar. *de Nullit. dict. quæst. 31. n. 1096.* Schettin. *de Jur. offer. part. 2. cap. 6. n. 35.*

Cessionarius quandò exercet utiles actiones sibi cessas 69 proprio nomine, non tenetur exhibere cessionis documenta ante litis contestationem, quia non respiciunt personam, sed causam. Secùs si exerceat directas, ut Procurator in rem propriam, nam tunc tenetur exhibere ante litem contestatam Olea *de cess. jur. tit. 3.*

quæst.

quæſt. 9. *n.* 10. Petra. *rit.* 191. & 294. Altimar. *de nullit. rub. p. part.* 3. *qu.* 31. *n.* 1098. *tom.* 5. ubi dat duas limitationes. Et vide Palm. nep. *deciſ.* 53. *n.* 2. *tom.* 1.

70 Licet inſtantia cæpta per cedentem non tranſeat in Ceſſionarium, ſed tantum utilitas actionis, quæ debet terminari per cedentem, tamèn ſi Ceſſionarius ſit conſtitutus Procurator in rem propriam, in eum tranſit actio, inſtantia, & ceſſat litigioſi vitium. Altimar. *ubi ſup. n.* 1099.

71 Ceſſionarius ejus, qui habet dominium rei nullitèr alienatæ, utilibus ceſſis, non poteſt agere rei vendicatione ob defectum extremi dominii, quod non potuit aquirere abſque traditione; ſed ſi agat Procurator in rem ſuam, benè procedit judicium. Altimar. *ubi ſup. n.* 1101.

72 Ceſſionario agenti utilibus actionibus ceſſis, non poteſt opponi compenſatio à Debitore ceſſo cum Creditore ſuo contrà cedentem, ſed ſi agat directis, bene poteſt opponi Altimar. *loc. cit. n.* 1102.

73 Ceſſionarius, licèt non poſſit exigere à Debitore ceſſo, niſi uſque ad quantitatem ceſſam, ſi tamèn eum in locum ſuum cedens ſubſtituerit, aut Procuratorem ſuum poſuerit, ſivè expreſsè, ſivè tacitè tradendo Inſtrumentum crediti, etiam exceſſum crediti ultrà quantitatem ceſſam petere poteſt Faber. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 26. *defin.* 28. Altimar. *loc. cit. n.* 1103.

74 Ceſſio ob non adimplementum, an reſcindi valeat Manfrell. ad Capyc. Latr. *deciſ.* 160. *n.* 9. Arias de Meſa *lib.* 1. *reſol.* 19. *n.* 20. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 8. *quæſt.* 1. *n.* 20. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 4. *quæſt.* 37. *num.* 195. *tom.* 6.

75 Cedens, & Ceſſionarius non poteſt dicere de ſimulatione, poteſt tamèn dicere Tertius Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæſt.* 4. *n.* 29. *tom.* 1.

76 Cedens hæreditatem, an videatur adire illam Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæſt.* 39. *n.* 47. & *ſeqq. tom.* 2. Epiſc. Rocc. *cap.* 145. *n.* 6. *tom.* 2.

77 Ceſſio inutilis non facit, quod Cedens cadat à jure ſuo, ex ceſſione facta alicui Potenti Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæſt.* 14. *n.* 61. *tom.* 1. & *quæſt.* 55. *n.* 40. *ead. rub.* & *eod. tom.*

78 Ceſſio Patronatus, licèt ſit inefficax, quoad tranſlationem ſine Epiſcopi licentia, tamèn quoad præjudicium Cedentis eſt firma Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæſt.* 55. *n.* 5. *tom.* 1. Et an ſit nulla facta ſine licentia Ordinarii Altimar. *loc. cit. quæſt.* 48. *n.* 149. *fol.* 301. *tom.* 7. Illuſtriſſimus D. Epiſc. Piton: de *Jurep. alleg.* 75. *n.* 87. *tom.* 2. Et plura de ceſſione quoad materiam Juriſpatronatus vide eumdem D. Epiſc. Piton. De Luc. de Feud. *diſc.* 68. *n.* 7.

Ceſſio ſuperveniens in judicio, an validet illud Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæſt.* 2. *n.* 41. & *ſeqq. tom.* 2.

79 Ceſſionarius banniti, vel excommunicati an poſſit comparere in judicio Altimar. *de nullit. rubr.* 1.. *quæſt.* 14. *n.* 91. & *ſeqq. tom.* 2.

80 Ceſſio nulla non transfert poſſeſſionem manutenibilem Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 4. *nu.* 31. *lib.* 16. *tom.* 4.

81 Ceſſio rei alteri jam donatæ nullius eſt momenti Rot. in Mantiſſ. ad De Luc. *d. deciſ.* 4. *n.* 30. *lib.* 16. *vol.* 4.

Cedens non poteſt moleſtare Ceſſionarium ex aliis
82 juribus Card. De Luc. *de Credit. diſc.* 8. Carol. Ant. De Luc. *de pluralit. Homin. legal. cap.* 106. *n.* 2.

Ceſſionarius an poſſit moleſtare Cedentem ex aliis ju-
83 ribus Rot. *recent. p.* 11. *deciſ.* 49. *n.* 31. De Luc. *d. diſc.* 8. *n.* 6. Carol. Ant. De Luc. *d. cap.* 106. *n.* 1.

84 Cedi an poſſit jus revocandi emptionem Feudi. Carol. Anton. De Luc. *in collect. n.* 28. *poſt tract. de pluralitat. Hom. legal.*

85 Ceſſionarius eſt Procurator Cedentis, & etiam principalis, & qualitèr Carol. Anton. De Luc. *de pluralitat. Hom. legal. cap.* 121. *per tot.*

86 Ceſſionarius eſt perſona mixta idem Carol. Anton. De Luc. *loc. cit. cap.* 46. *n.* 1.

Ceſſionarius qualitèr ſit melioris conditionis, quàm
87 Cedens. Carol. Anton. De Luc. *ubi ſupra cap.* 46. *n.* 7.

Ceſſionario jura ceſſa penès ipſum utilia ſunt, quæ
88 inutilia erant penès Cedentem Carol. Anton. De Luc. *d. cap.* 46. *n.* 2.

Jure ceſſo reemendi emptori, liberatur fundus ab il-
89 lo onere Carol. Anton. De Luc. *loc. cit. cap.* 16. *n.* 9.

Ceſſionem juris importat Locatio Epiſc. Rocc. *cap.* 72. *n.* 32. de Marin. *cap.* 558. *n.* 3. *lib.* 1. 90

Ceſſa actione principali, cenſetur etiam ceſſum jus executivum Rocc. *cap.* 131. *num.* 2. & *cap.* 145. *num.* 5. 91 *tom.* 2.

Ceſſio ſimplex ſolutionis cauſa ad commodum cedentis in dubio potius eſt præſumenda, quàm datio *in* ſo- 92 lutum Epiſc. Rocc. *cap.* 129. *n.* 3. *tom.* 2.

Ceſſio ſimplex non habetur loco ſolutionis, ſed ſolum præſefert ſimplex mandatum ad exigendum à Debito- 93 re ceſſo, adeout non contingat liberatio Debitoris cedentis antè factam ſolutionem Epiſc. Rocc. *cap.* 145. *n.* 16. *tom.* 2.

Ceſſionis ſimplicis iu caſu, ſolutione non facta; ſemper Ceſſionario competit regreſſus contra Cedentem 94 Epiſc. Rocc. *loc. cit. n.* 17.

Ceſſio in dubio præſumitur ſimplex, neque præſumitur novatio Epiſc. Rocc. *d. cap.* 145. *num.* 18. Palm. 95 nep. *deciſ.* 91. *num.* 8. *tom.* 1., ubi etiam *num.* 19. & 20. Ceſſio ex quibus dicatur, & non pignus.

Ceſſio dicitur ſimpliciter facta ad commodum Cedentis, quotiès in caſu exigibilitatis ſe obligat de pro- 96 prio ad fructus cenſus ceſſi; ideoque non eſt loco ſolutionis, & periculum nominis ceſſi ſpectat ad Cedentem: præcipuè quandò fuit facta ſpecialis promiſſio exigibilitatis, quo caſu multò magis conſtat, cedentem, non niſi facta ſolutione liberari, & manutenendus eſt Ceſſionarius in iſta qualitate exigibilitatis Epiſc. Rocc. *cap.* 129. *n.* 6. & *ſeqq. tom.* 2.

Super Ceſſione, ſeù renuntiatione unius rei pactum initum, ad aliam non porrigitur Epiſc. Rocc. *cap.* 150. 97 *num.* 5. *tom.* 2.

Ceſſi nominis promiſſa axigibilitas trahi non dabet ad perpetuitatem, ſed ſufficit illud eſſe exigibile tem- 98 pore ceſſionis, & panlò poſt per aliquod temporis intervallum; ſed contrarium ſtantibus verbis perpetuitatem denotantibus, optimè Epiſc. Rocc. *cap.* 129. & *cap.* 130. ubi benè hanc concluſionem declarat.

Ceſſione ſtante, Tertius ſubingreditur in locum Creditoris anterioris, neque hoc caſu ſunt neceſſaria tria 99 requiſita Gloſſ. *in l. Ariſto. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ.* Epiſc. Roc. *cap.* 111. *n.* 44. *tom.* 2.

Cedens diminutionem fructuum ceſſorum, ac promiſſorum incerta ſumma provenientem eſt cauſa con- 100 tractus, ſeù Debitoris ſupplere tenetur, ſecus ex facto Superioris Card. De Luc. *de Regal diſc.* 11. *n.* 3.

An, & quando periculum nominis ceſſi ſit Cedentis, vel Ceſſionarii De Luc. *de Dot. diſc.* 157. *num.* 26. & 101 *ſeqq.* & *diſc.* 163. *n.* 7. & *diſc.* 161. *n.* 36. Et vide eumdem *de Regal. diſc.* 22. *à n.* 2.

Et diminuto nomine Debitoris, an, & quandò cedens teneatur, De Luc. *d. diſc.* 157. *ſub n.* 26. 102

Mors cedentis diſſoluit ſocietatem. De Luc. *de Societ. diſc.* 6. *n.* 3. *diſc.* 7. *n.* 2. *diſc.* 12. *n.* 26. 103

Ceſſionarius hæreditatis dicitur hæres directus, & immediatus, De Luc. *de donat. diſc.* 44. *n.* 4. *de empt.* 104 *diſc.* 26. *n.* 6. *diſc.* 40. *ſub n.* 4. *de Benefic. diſc.* 85. *n.* 6. quibus in locis hoc benè declaratur.

Ceſſionarius pretii non agit ad fructus recompenſativos, De Luc. *de empt. diſc.* 38. *n.* 6. 105

Ceſſionarius Chriſtianus Judaicas non poteſt exigere uſuras. De Luc. *de Credit. diſc.* 64. *ſub n.* 14. 106

Ceſſio differt a delegatione ſeu mandato Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 41. *n.* 56. *cum ſeqq.* 107 *tom.* 7. An habeat vim delegationis & dationis in ſolutum, & ſolutionis Altimar. *ibidem n.* 64., Fit invito, & ignorante debitore, ſecùs verò delegatio Altimar. *ibidem n.* 67.

An minor, aut pupillus poſſit cedere Jura, latè Berſan. *de pupill. cap.* 2. *quæſt.* 28. Olea *de Ceſſ. Jur.* 108 *tit.* 2. *quæſt.* 1. *nu.* 34. & 35. Narbon. *de Ætat. ann.* 25. *quæſt.* 25. *nu.* 1. De Franch. & De Luc. *deciſ.* 14. *n.* 22. & plures alii adducti per Altimar. *rubr.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *a n.* 572. *tom.* 8.

Ceſſio probari poteſt per quodcumque genus probationis Palm. nep. *alleg.* 142. *n.* 13. *tom.* 2. 109

Ceſſionarius ratæ hæreditatis efficitur debitor pro rata dabiti hæreditatis, & ad illius fructus tenetur 110 Caprara *deciſ.* 551. *n.* 8. *part.* 2.

Ceſſionarius creditoris anterioris excludit creditores poſteriores Caprar. *deciſ.* 159. *n.* 1. *part.* 1.

Ceſſio facta hæredi gravato an cedat commodo hæ- 111
re-

112 reditatis Card. De Luc. *de Testam. disc.* 89. *n.* 14.
Cessio usurarum dotalium an Tertio fieri valeat
113 De Luc. *de Dot. disc.* 123. *n.* 10. *& disc.* 161. *n.* 37.
Cessio privilegiorum dotalium an fieri possit De
114 Luc. *de Dot. disc.* 129. *n.* 9. *& disc.* 166. *n.* 44. *&* 99.
Cessio Juris redimendi an fieri valeat, & an Emp-
115 tor in hac cessione præferatur Card. De Luc. *de Em-
ption. disc.* 32. *n.* 18. *& disc.* 46. *n.* 5. *&* 6.
Cessio spei, vel prætentionis quando facta censeatur
116 De Luc. *de Creditor. disc.* 64. *n.* 6. Spei a Religioso
ante professionem in Religione incapaci fieri nequit
Idem De Luc. *de Regal. disc.* 63. *sub n.* 5. Spei futu-
rarum successionum validè fieri potest Idem De Luc.
de Feud. disc. 68. *n.* 5.
Pactum de subintrando an, & quando æquipol-
117 leat cessioni Card. De Luc. *de Credit. disc.* 4. *nu.* 16.
disc. 5. *n.* 16.
Cessio, & renunciatio Jurium super hæreditate &
bonis paternis includit creditum dotis maternæ super
dicta hæreditate Bald. *in l. liberti num.* 2. *C. de oper.*
118 *libert.* Alb. *cons.* 615. *n.* 3. Donad. *de Renunc. cap.* 10.
n. 16. Palm. nep. *alleg.* 278. *n.* 25. *tom.* 3. Quod ta-
men intellige eum distinctione *ibidem* per allegatos
D. D. firmata.
Cessio amplissima omnia comprehendit Palm. nep.
119 *decis.* 118. *a n.* 8. *tom.* 2. Quod tamen declara, ut
ibidem & decis. 148. *n.* 12. *& decis.* 270. *nu.* 20. *eod.
tom.* 2.
Cessio lite pendente prohibita ad effectum transfer-
120 rendi Judicium in cessionarium, secus ad effectum ut
Reus se defendat Palm. nep. *decis.* 159. *n.* 12. *tom.* 2.
121 Cessionarius defendere tenetur jura cessa Palm. Ne-
pos *decis.* 250. *n.* 22. *tom.* 3.
Cessionarius non potest regredi contra cedentem,
122 nisi prius facta legitima excussione nominis cessi, &
adhibitis diligentiis Palm. Nep. *decis.* 236. *n.* 19. &
requiritur interlocutoria Judicis super talibus diligen-
tiis *ibid. n.* 20. *&* 21.
Cessionarius utitur omnibus Juribus, quæ cedenti
123 competebant Palm. Nep. *decis.* 336. *n. p. tom.* 4.
Cedens jura *talia qualia*, non obligatur ad manu-
124 tenendum jura cessa. Palm. Nep. *decis.* 462. *num. p.
tom.* 5.
Cessionarius, quando neglexit defendere bona, non
125 habet regressum contrà cedentem Palm. Nep. *d. dec.*
462. *n.* 2. *tom.* 5.

§. CITATIO XV.

1 CItatio secundùm aliquos debet continere tenorem
libelli, sed magis communiter hoc non est neces-
sarium, & licèt Statutum Florentinum velit transmit-
tendam esse copiam libelli, non servatur in practica,
cum fuerit in hac parte emendatum per legem de an-
no 1477. secundùm quam sufficit parva cædula, quæ
breviter in effectu contineat id propter quod quis ci-
tatur, ut per Alin. *in Prax.* §. 5. *cap.* 1. *per tot. & c.*
3. *in fine*, Novar. *in Pragm. Reg. collect.* 55.
De duplici citatione, reali scilicet, & verbali, Jas.
& alii *in l.* 2. *ff. de jurisdict. omn. jud.* Sansel. *in Praxi
sect.* 27. *n.* 1. *& seqq.* Pellegr. *in Prax. part.* 2. *sect.* 1.
subsect. 2. *n.* 2. *& seqq.* De Luc. *in Prax. crimin cap.*
21. *n.* 6. ubi referuntur diversæ species citationum in
criminalibus Idem De Luc. *in Prax. civil. cap.* 24. *n.*
2. ubi recenset plures citationum species Altimar. *de
Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 8. *& seqq. tom.* 2.
Quid debeat continere citatio de jure communi vi-
de Card. Tusch. *litt. C, concl.* 231. *& seqq.* plenè Ba-
ron. *tract. de citat. quæst.* 28. *& seqq. Addit. ad dd.
quæst. tom.* 2. Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 2. *nu.* 44.
& seqq. ubi plura de citatione, Paul. Christin. *ad leg.
municip. tit.* 1. *art.* 18. ubi quid sit citatio, quotuplex,
quo jure introducta, quomodo facienda, & alia, Aris-
min. Tepat. *var. resolut. tit.* 129. *per tot.* Bertachin. *in
repert. verb. citatio*, ubi plura de materia citationum,
Add. ad Sansel. *dec.* 364. idem Sansel. *in Prax. sect.* 2. No-
var. *in Prag. Reg. Collect.* 55. *& collect.* 176. vide Pellegr.
loc. cit. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit. p. n.* 44. *& seqq.
fol.* 101. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 28. *cum
plurib. seqq. tom.* 2. Crescin. *in add.* ad Abecclef. *observ.*
4. *n.* 12. ubi refert Constitutiones Ducales Parmæ, &
Placentiæ de hac materia disponentes; *& observat.*
211. *n.* 7. *part.* 1. De Luc. *dict. c.* 21.
Quòd debeat esse talis, ut per eam plenè instruatur
citatus de actu conficiendo, aliàs si esset æquivoca, vel
obscura non arctaret citatum, nec illum redderet con-
tumacem, & ideò continere debet nomen Judicis, &
jurisdictionis, nomen, & cognomen litigantium, titu-
lum causæ, vel actus, ad quem citatur, locum, seu
Tribunal, at terminum comparendi, & in summa de-
bet esse in forma solita, & consueta juxta consuetudi-
nem, & practicam fori, Vant. *de nullit. ex defect. ci-
tat. n.* 30. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14.
tit. 1. *n.* 44. *& seqq. per tot. fol.* 101. Baron. *de cit. d.
quæst.* 28. *& seqq.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.*
2. *art.* 18. *per tot.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 151. *n.* 1.
&c. ubi quod incerta, vaga, & nimis generalis non
valet, nec arctat citatum, Sanfelic. *in Prax. sect.* 2. 4.
5. *&* 6. ubi quòd si careat termino valet, & tacitè sub-
intelligitur de justo, & alia, licèt ego ob carentiam ter-
mini sæpè viderim citationes annullari, consule Boer.
decis. 235. *per tot.* Novar. *collect.* 55. Ruginell. *de ap-
pellat.* §. 10. *glos.* 6. Crescin. ad Abecclef. *d. observ.*
211. *n.* 5.
Licèt autem citatio continere debeat nomen citati,
tamen si sit aliàs legitima, & unicus inquisitus, & in
calce ipsius inquisitionis sit simpliciter dictum citatus,
intelligatur de inquisito, & sit valida, fuit me propo-
nente resolutum de mense Maii 1676. in causa Franci-
sci Tognaccini, ut in filcia negotiorum Magistratus
DD. Octo sub numero 1529. & rursus de mense Octo-
bris 1676. in causa Anglaris contra Jo: Fiordi Bata-
glini.
Et quando citatio sit nulla propter conculcationem,
& brevitatem terminorum, impossibilitatem compa-
rendi, & similes defectus, plenè Card. Tusch. *litt. C.
conclus.* 234. *& seqq.* & Baron. *d. tract. per tot.* Merlin.
decis. 436. *n.* 12. *&c.* latè Altimar. *de nullit. rubr.* 12.
quæst. 35. *per tot. tom.* 2. ubi quod terminus expressus
in citatione debet esse congruus, aliàs non arctat ci-
tatum ad comparendum etiam post terminum, & qua-
lis debeat esse terminus competens. De Luc. *in dict.
Pract. civil. cap.* 24. *n.* 5.
Namque citatio cum termino nimis brevi respectu di-
stantiæ locorum tanquam temeraria non afficit, nec ar-
ctat citatum ad comparendum etiam post terminum,
Cassad. *decis.* 6. *n.* 3. Altimar. ubi sup. Crescin ad Ab-
ecclef. *observat.* 46. *n.* 17. *part.* 1.
Quòd sit valida, & teneatur judex parti læsæ, San-
felic. *decis.* 225. *in fine*.
Quòd debeat fieri de commissione judicis, aliàs sit
nulla, & quando secus, vel præsumatur, Tusch. *litt.
C. conclus.* 230. *per tot.* Pellegrin. *in Prax. part.* 2. *sect.*
1. *subsect.* 2. *à n.* 11. Novar. *decis.* 155. *num.* 2. Ricc.
decis. 204. Baron. *de citation. quæst.* 30. *n.* 4. *& seqq.*
Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 8. *nu.* 19. *tom.* 2.
Quòd in civilibus fiant passim citationes absque ju-
dicis commissione, & sint validæ, Clar. *in* §. *fin.
quæst.* 31. *n.* 4. Ridolphin. *prax. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 14.
& 15. vide in §. *Nuncius*.
Citatio semper fieri debet juxta stylum Curiæ pro- 2
cedentis, aliàs est nulla, & citatus non tenetur com-
parere, nec efficitur contumax, Marsil. *sing.* 118.
Foller. ad Marant. *tit. de cit. sub n.* 50. Pac. Jordan.
Lucub. vol. 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 44. *fol.* 101. *& n.* 133.
fol. 109. Rot. per Farinac. *decis.* 72. *n.* 1. ubi quod fa-
cta juxta stylum Curiæ est valida, Rot. *par.* 15. *rec.
decis.* 276. *n.* 8. ubi quod attestationes Notariorum in
hac materia habentur pro lege, Pellegrin. *in Prax.
part.* 4. *sect.* 3. *n.* 78. Capyc. Latr. *decis.* 30. Altimar.
d. rub. 12. *quæst.* 37. *à nu.* 41. *tom.* 2. Crescin. ad Ab-
ecclef. *observat.* 101. *n.* 17. *&* 18. *part.* 1.
Quòd citatio de jure requirat tria extrema, nempè
commissionem judicis, executionem nuntii, illius-
que relationem, Minsing. *observ.* 10. *cent.* 6. Gail. *lib.*
1. *observ.* 54. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 13.
art. 8. Sanfelic. *in Praxi sect.* 2. 4. 5. *&* 6. ubi plura.
De Luc. *in Prax. criminal. dict. cap.* 21. *sub n.* 10. Et
quod citatio sit nulla, quando relatio non fit in actis
Palm. nep. *decis.* 242. *n.* 4. *tom.* 3.
Citatio licèt fieri soleat per Cursores, sive Nuncios, 3
tamen fieri potest etiam per ipsummet Judicem, vel
ejus

ejus Actuarium Notarium, imò unicum præceptum judicis, vel monitio habet vim trinæ citationis & monitorii, Peregr. *deciſ.* 122. *n.* 10. *&c.* Pac. Jordan. *d. lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 96. Marant. *de citat. n.* 47. *cum ſeqq.* ubi etiam quòd judex poteſt eligere unum privatum ad faciendam citationem, & erit valida, ſi conſtet de commiſſione, nec aliter ſervetur de ſtylo, *inf. n.* 19. Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 300. *n.* 7. ubi quòd creditur Notario quoad executionem citationis de ſtylo Civitatis Ravennæ. Altimar. *de Nullit. rub.* 12. *quæſt.* 8. *a n.* 9. *tom.* 2.

Et valere citationes viva voce ad banchum juris factas fuit deciſum à Magiſtratu DD. Octo die 24. Januarii 1679. in cauſa contra Dominicum Nicolai Lupi in filcia Negociorum *ſub n.* 5079.

Quod ſi uni ſit commiſſa executio citationis poſſit per alium expediri actus citandi abſque nullitate, Sanfelic. *in Praxi ſect.* 35. *n.* 3. *&c.*

Et quamvis credatur Notario de actu coram ſe geſto, aliàs teſtes requirantur, tamen in iſto caſu citationis ubi vigeat hujuſmodi ſtylus, prout in Hiſpania, & alibi ſicuti creditur nuntio referenti aliquem citaſſe abſque teſtibus, ita pari modo ſit credendum Notario licet teſtes non adhibuerit, Rot. *par.* 12. *recent. dec.* 74. *n.* 20. *& ſeqq.* Ludoviſ. *deciſ.* 71. *n.* 2. *deciſ.* 426. *num.* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 453. *num.* 4. in quibus locis ſe fundat in ſtylo, ſecus ſentiens illo ceſſante, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 506. *n.* 4. *& ſeqq.* ubi quòd poſſit fieri etiam à Clerico, & ſtante ſtylo illi etiam credatur ſine teſtibus. Vide Altimar. *de Nullit. rub.* 12. *quæſt.* 8. *n.* 16. *& ſeqq. tom.* 2.

4 Citatio debet fieri perſonaliter, ideſt in perſonam citandi, & in ſubſidium, ſi facta diligenti perquiſitione non reperiatur perſona citanda, poteſt fieri ad domum, ac etiam in Eccleſia ſi ibi repetiatur, Aſin. *in prax.* §. 6. *cap.* 1. *& cap.* 2. ubi ponit decem limitationes, in quibus citatio fieri poteſt ad domum etiam nulla præcedente perquiſitione, latè Vant. *de nullit. ex defect. cit. n.* 83. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. C, concluſ.* 248. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 18. *num.* 12 *&c.* Baron. *de citat. tom.* 1. *quæſt.* 11. *&* 12. *& in Addit. ad dd. qq. tom.* 2. Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 4. *verſ. bis poſitis*, ubi quando ſit nulla domi facta citatio, Ricc. *Collect.* 2104. *&* 2299. Peregrin. *deciſ.* 122. *per tot.* Puteus *deciſ.* 813. Scialoya *de forjud. cap.* 6. *num.* 9. *& ſeqq.* Ciarlin. *controverſ.* 148. *&* 205. *n.* 13. & latiſſimè Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæſt.* 11. *per tot. tom.* 2. ubi quod prima citatio eſt facienda perſonalitèr, & ſi non poteſt citari perſonalitèr, factis diligentiis, poteſt citari Domi, & quandò ſunt faciendæ diligentiæ, & in criminalibus prima citatio debet eſſe perſonalis, & ſi Nuncius referat citaſſe, & non dicat perſonalitèr, vel domi, quomodò præſumatur citaſſe, & Nuncius an poſſit declarare relationem generalem Creſcin. in addition. ad Abeccleſ. *obſervat.* 116. *part.* 1. & ad Pen. *dec.* 218. *tom.* 1.

Quoad citationes in Eccleſia faciendas, Conciol. *reſol. crim. verb. Judex reſol.* 4. *num.* 8. *cum Addit.* ubi tamen in cauſis criminalibus refert contrarium tenentes, niſi fiat de licentia Judicis Eccleſiaſtici, Zuff. *ad Conſtit. Barber. n.* 58. *& ſeqq. & nu.* 92. *& ſeqq.* ubi refert contrarias opiniones, & videtur diſtinguere, ut procedat in cauſis Eccleſiaſticis, & à Curia Eccleſiaſtica emanatis citationibus; ſecus in prophanis, & à Curia Seculari emanatis, habetur poſt. *tract. de legit. proceſſ. fol.* 389. Fulu. Majoran. *in Opoprax. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 7. *&c. fol.* 21. an citatio verbalis poſſit fieri in Eccleſia, vide Altimar. *de nullit. rub.* 12. *quæſt.* 11. *à n.* 119. *tom.* 2. Vide Creſcin. ad Abeccleſ. *obſervat.* 7. *a n.* 25. *part.* 1.

Quoad conſuetudinem condemnandi exiſtentes in Eccleſia, illam teſtatur, & approbat Thom del Bene *de immunit Eccleſ. part.* 2. *cap.* 16. *dub.* 31. *num.* 11. *&* 12. *fol.* 96.

De modo, & forma exequendi citationes, & alia de citationibus latè Tondut. *de prævent. part.* 1. *c.* 9. *per tot.* Conciol. cum Addit. Romaguer. *ad ſtat. Engub. lib.* 2. *rub.* 1. *per tot. & rub.* 2 ubi an, & quando poſſit fieri citatio, vel non in perſonam Procuratoris, Vide in *§. Procurator*, *& §. Mandatum*.

Quoad Eccleſiam intelligendo de citatione verbali ſequitur Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 3. *§.* 10. *cap.* 9. *in fine fol.* 572. Sperel. *deciſ.* 51. *num.* 26. *& ſeqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 6. *&c. fol.* 99. Sanfelic. *deciſ.* 141. *per tot.* Et generaliter ubi ſit facienda citatio, vel fieri poſſit, idem Jordan. *loc. cit. n.* 84. *& ſeqq.* Et pro dicta opinione facit, quia citatio verbalis (quicquid ſecus ſit in reali) poteſt fieri etiam in alieno territorio de perſona ſibi ſubjecta, cùm non deficiat juriſdictio in civitate, nec turbetur juriſdictio alterius teritorii, quæ ſunt rationes impedientes citationem in alieno, ut in terminis cujuſdam Piſani citati Lucæ ad Sententiam coram Commiſſario Piſarum probat Mart. *vot. Piſ.* 116. Sanfelic. *deciſ.* 141. *n.* 3. ubi quòd poteſt fieri propria auctoritate, nulla judicis loni expectata licentia, vel implorato auxilio, & ita omnes DD. tenuiſſe vide *infr. nu.* 18. *verſ. Quod regulariter*, Sanfelic. *in Praxi ſect.* 30. *n.* 1. *& ſeqq.* ubi benè diſtinguit, Marant. *de Citat. n.* 124. Vide Creſcin. *loc. ſupra adduct.*

Sed circa Eccleſiam videtur innuere contrarium idem Jordan. *volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *numer.* 255. *fol.* 540. dum vult reos immunitate Eccleſiæ gaudentes, dum exiſtunt in Eccleſia, non poſſe interrogari, aut cogi ad reſpondendum, nec condemnari, vide in §. *Delinquens num.* 1. Sanfelic. *deciſ.* 141. *per tot.*

An quoad condemnandum hoc verum ſit, dicant alii, nam pluties ego vidi, eos citati ad Domum, vel aliis modis conſuetis, & poſtea non comparendo, tanquam contumaces condemnari, nulla habita conſideratione, an exiſtant in Eccleſia, vel extra, & an gaudeant immunitate, nec ne, & benè quidem judicio meo, cùm immunitas ſalvet perſonam, ſed non impediat proceſſum, nec ſententiam, quòd ibi dicta benè comprobant Cortiad. *deciſ.* 72. *num.* 21. *& ſeqq.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 41. *numer.* 15. *&* 16. ut meliùs Raynald. *loco infr. cit. n.* 60. *& ſeqq* ubi pro majori dilucidatione quatuor caſus diſtinguit.

Quòd quis non poſſit citari in Eccleſia, Valaſch. *deciſ.* 81. Ricc. *Collect.* 628. intelige quando citatus eſſet affligendus aliqua pœna ſanguinis, & vide Sanfelic. *deciſ.* 141. *n.* 4. *& per tot.*

De quæſtione an citatio verbalis poſſit fieri in Eccleſia contra refugientes in eam, ſive ſint laici, ſive Eccleſiaſtici, & ſive citatio proveniat à Curia ſæculari, ſive à Curia Eccleſiaſtica; ac etiam de citatione reali, an à Curia Eccleſiaſtica fieri poſſit contra Religioſos in Eccleſia refugiatos, ad quem effectum, & alia, noviſſimè pluribus hincindè citatis, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. *§.* 12. *n.* 46. *& ſeqq.* Quoad citationem realem Eccleſiaſticorum, vide in §. *Immunitas n.* 20.

Citatio facta domi ut valeat debet eſſe in ſcriptis, 5
cum dimiſſione litterarum, ſive cædulæ domi affixæ, & maximè quando nullus domi reperitur, vide Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 9. *gloſ.* 2. *n.* 8. *& ſeqq. ad* 15. cum aliis per Gratian. *deciſ.* 62. *n.* 2. *&* 3. *& diſcept. forenſ. cap.* 60. *num.* 1. *& ſeqq.* Menoch *lib.* 2. *præſumpt.* 26. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 130. *num.* 27. *&c.* Vant. *de nullit. ex defec. cit. n.* 88. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 131. *& ſeqq. & cap.* 2. *num.* 60. *& ſeq.* ubi plura de citationibus. Guttier. *pract. lib.* p. *quæſt.* 133. *& n.* 1. *per totam.* De citatione facta Domi, latiſſimè Altimar *de nullit. rubr.* 12. *quæſt.* 12. *tom.* 2. Creſcin. ad Abeccleſ. *part.* 1. *obſer.* 116.

Quòd citatio ad domum habitationis facta non reddatur incerta, nec ulla ex eo quod appareat citatum habere plures domus habitationis, ſed ſit valida, Zuf. *de legit. proceſ. lib.* 3. *quæſt.* 209. *& in Annot. ad Conſtit. Barber. n.* 162. *fol.* 395. ubi etiam *n.* 154. *& ſeq.* an ſit neceſſaria el uſuſa ſolitæ habitationis, & dicit quòd ſic vigore dictæ Conſtitutionis in qua ſtat pro forma.

Quòd citatio facta domi, in qua citatus amplius non habitabat ſit nulla, cùm de ea non potuerit habere notitiam, Uber. *de citat. cap.* 12. *n.* 357. *lib.* 3. *& cap.* 12. *nu.* 182. *lib.* 3. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 721. *num.* 12. Ubert. *de citat. cap.* 11. *n.* 357. *lib.* 2. Fenzon. *ad Statut. Urb. cap.* 35. *nu.* 5. Guazzin. *deſ.*

10.

10. *cap.* 2. *sub num.* 16. Rovit. *in Pragmat. de sent. forjud. n.* 3. Altimar. *dict. quæst.* 12. *n.* 85.

Quod sufficiat citatio facta domi ultimæ habitationis, quando ignoratur ubi reperiatur citandus, etiam non præcedentibus diligeotiis de reperiendo personam, quia ubi non est necessaria citatio personalis, sed sufficit domi facta prout in Tribunali Auditoris Cameræ, (& Florentiæ) non etiam sunt necessariæ dictæ diligentiæ, sed sufficit, quòd recta via citatio fiat domi, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 330. *n.* 3. *& seqq.*

Debet etiam dicere nuntius in relatione, se citasse domi solitæ habitationis, ita ut ista clausula, solitæ habitationis, sit substantialis, nec sufficiat dicere simpliciter citasse domi, Vanr. *de nullit. ex defect. cit. n.* 90. Franch. *quæst.* 332. *per tot.* Farinac. *qu.* 11. *nu.* 41. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 2. *nu.* 88. *fol.* 505. Card. Tusch. *litt. C, concl.* 249. *per tot.* Baron. *de citat. tom.* 1. *quæst.* 12. *per tot. & quæst.* 43. *nu.* 21. *& seqq. cum Add. tom.* 2. quos vide quia benè declarant Sanselic. *decis.* 225. *n.* 8. *& seqq. ubi n.* 10. quòd nulla lege cautum est, quòd in relatione exprimatur clausula solitæ habitationis, sed benè domi in qua degito fieri citationem, & præsumitur pro nuncio domi solitæ habitationis citasse, ac in dubio pro validitate, actus, idem Sansel. *in Prax. sect.* 32. ubi quòd intelligitur de domo in qua degit citandus tempore citationis, & Novar. *in Pragm. collect.* 176. *nu.* 3. *inf. n.* 7. Si Nuncius referat citasse Domi, & non dicat solitæ habitationis, an valeat citatio; vide Scialoya. *de forjud. cap.* 6. *n.* 16. Rosa *consult.* 3. *n.* 15. Altimar. *d. quæst.* 12. *a n.* 47.

Florentiæ est valida citatio etiam sine dicta expressione solitæ, vel propriæ habitationis, cùm sufficiat simpliciter dicere domi citasse cum dimissione cædulæ, & credatur nuncio circa dictas qualitates, & perquisitiones, ut dixi in mea Pract. *§. Citazioni n.* 11.

Quando non fuit adjecta clausula solitæ habitationis, licèt possit sustineri citatio, si citatus unam tantùm habeat domum, tamen si probet ipse citatus plures habere domos, erit nulla citatio, Bart. *in l. si rem. ff. de rei vind. & in l. si quis §. inter duos ff. de de leg.* 2. Sanselic. *in Praxi sect.* 2. *n.* 8. *&* 9.

6 Citatio facta cum dimissione copiæ, sivæ cædulæ valuis domus, hora congrua, & non nocturna, nec posita sub angulo, vel rimula hostii, est valida, si præcesserint diligentiæ de reperiendo illum qui debeat citari, etiam non facta alia affixione ad valuas Ecclesiæ, & de hujusmodi diligentiis creditur nuncio, Gratian. *discept. forens. cap.* 60. *nu.* 1. *&c.* Menoch. *lib.* 1. *præsumpt.* 26. Pac Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 84. *& seqq. fol.* 104. Seraphin. *decis.* 1123. *n.* 5. Vide Altimar. *dict. quæst.* 12. *præsertim a n.* 149.

Quòd cedula citationis sit dimittenda domi in manibus alicujus de familia illius, qui citatus intelligendo quando aliquis ex illis domi reperitur, nam si nullus adsit, potest affigi in loco patente domus, & est valida citatio, cùm citandus debeat sibi imputare, si aliquem domi non reliquit ad recipiendam citationem, aliàs facilè esset subterfugiis evitare citationes, Franch. *decis.* 516. *num.* 16. *&c.* Baron. *de citat. quæst.* 12. *num.* 80. *& num.* 105. *& in Addit. ad d. quæst. tom.* 2. *n.* 29. *& seqq.* & in mea Practica *§. Citazioni n.* 55. Altimar. *dict. q.* 12. *præsertim a n.* 153.

Extra autem domum non potest fieri citatio alicujus in personam alterius etiam conjuncti.

7 Citatio ad quam domum sit facienda quando persona citanda habet plures habitationes, an possit fieri ad apothecam, vel ad domum conductitiam; vel ad quas januas, quando domus habet plures portas, & alia ad saturitatem, vide per Asin. *in Prax. §.* 6. *c.* 4. *& seqq.* Baron. *de citat. quæst.* 12. *num.* 78. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. C, conclus.* 249. *per tot.* Paul. Christin. *ad l. Municip. tit.* 1. *art.* 18. *n.* 18. *& seqq.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 9. *glos.* 2. *per tot.* ubi plura de hac materia, & Sanselic. *in Praxi sect.* 32. *&* 35. Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 55. *per tot. & Collect.* 176. ubi quòd debet fieri in loco solitæ habitationis, non autem in Apotheca, vel alibi. Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 12. *per tot. & præsertim a n.* 94. *& a n.* 126. *tom.* 2.

Quòd filius possit citari in domo patris, in qua præsumitur habitare, Bald. *cons.* 207. *num.* 5. *lib.* 1. Ludovis. *decis.* 279. *num.* 18. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 55. *num.* 3. & post Urceol. *de transact. decis.* 42. *nu.* 2. Sanselic. *in Prax. sect.* 32. ubi plura de loco, in quo est facienda citatio, & quòd licèt ratione Officii, Artis, vel exercitii habeat aliud domicilium valet citatio facta ad domicilium originis per doctrinam Bart. *in l.* 4. *§. Ait Prætor ff. de damn infect.* Boet. *decis.* 11. *n.* 1. Rot. *coram* Gregor. 279.

Non valere citationem factam domi conductæ, si conductor citatus, vel familia amplius in ea non habitent, sed alibi, vide Franch. *decis.* 514. *per tot. Ibique notant* Amend. *num.* 1.

Quid si post delictum, citandus se, & suam familiam aliò transtulerit, dic quòd potest citari in domo, in qua consuevit habitare, vel per edictum, aliàs quilibet de facili posset evadere judicium, idem Franch. *decis.* 516. *n.* 16. *& seqq.*

Si fiat citatio ad hospitium non valet, quia non dicitur facta ad domum habitationis, sed debet fieri personaliter, vel per edictum, Alexand. *in l. Prætor ait ff. de dam. infect.* Osasch. *decis.* 71. *n.* 2. Sanselic. *in Praxi sect.* 32. *num.* 9. Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 12. *a n.* 89. *cum seqq. tom.* 2. Guazin. *def.* 10. *c.* 2. *n.* 16. Osasch. *decis.* 71. *n.* 20.

Posse virum citari ad domum uxoris, & è contra, cùm simul habitare præsumantur dummodò non sint inter se odiosi, vel inimici, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 27. *per totam*, Tiraquel. *de retract. consang. §.* 9. *glos.* 1. *nu.* 7. Baron. *de citat. quæst.* 12. *n.* 66. *& n.* 84. *& seqq.* Sanselic. *in Praxi sect.* 32. *nu.* 6. Ricc. *part.* 1. *collect.* 213. Mastrill. *decis.* 131. *a n.* 4. Mell. ad Gizzarell. *decis.* 17. *n.* 23.

Sed quòd imo hujusmodi citatio sit nulla, si non concurrat habitatio simul, Surd. *cons.* 88. *n.* 6. Card. Tusch. *litt. C, conclus.* 238. *n.* 4. *&* 6. Baron. *in Add. ad d. quæst.* 12. *nu.* 23. *tom.* 2. Altimar. *de nullit. lib.* 52. *quæst.* 12. *n.* 120. *& seqq.* ubi quòd licèt citatio viri facta in domo uxoris regulariter sit valida, quia ob mutuum amorem præsumitur illum certiorem factutam de citatione, tamen limitatur non procedere si uxor odio virum prosequatur, & adsit conjectura cessare inter eos conjugalem affectionem, unde præsumendum sit quod unus alteri citationem non denunciabit, & ita pro nullitate cujusdam notificationis sententiæ confinii executæ domi contra virum in personam uxoris offensæ, ac ob id condemnatum, judicavit me Relatore Rota Criminalis Florentiæ sub die 26. Aprilis 1688. in causa contra Joseph Christophori Bruni.

Quòd sit valida citatio facta ad domicilium originis, licèt citatus habeat aliud domicilium ratione officii, in quo residéat, bene probat Boet. *decis.* 11. *n.* 1. *&c.* Sanselic. *in Praxi sect.* 32. *n.* 7. Ubert. *de citat. tom.* 1. *cap.* 7. *n.* 255. Sed vide Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 12. *n.* 97. *cum seqq tom.* 2.

Citatio fieri potest ad domum communis habitationis, præcedente legitima indagatione citandi, debet tamen relinqui copia affixa domi, vel publicè, & palàm coram servis, & vicinis, illosque certiorare ut ad notitiam citati deveniat, Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 130. *n.* 27. *&* 28. 8

Citatio facta domi, in qua quis habitat immissus ex primo decreto, est nulla, cùm non possit dici sua habitatio, ex quo potest à debitore volente moram purgare expelli, vide Alex. *cons.* 141. *num.* 12. *lib.* 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 258. *n.* 13. Baron. *de cit. quæst.* 12. *num.* 4. 9

Citatio secundùm statutum Florentinum, quòd alternativè loquitur, potest fieri differenter, sive ad domum, sive in personam citandi, maximè cùm juxta idem statutum procedatur summariè in causis, Asin. *in Prax. §.* 6. *cap.* 3. ubi refutat opinionem aliorum existimantium hujusmodi statutum esse interpretandum secundùm jus commune, & nihil operari, sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 946. *n.* 18. *&c.* Card. Tusch. *lit. C. concl.* 248. *n.* 2. *&* 249. *num.* 15. *& litt. S. concl.* 483. *per tot.* In Regno Neapolitano etiam sufficit citari personaliter, vel domi, ut per Navar. *in Pragm. Collect.* 176. Vide Crescin. ad Abecclesf. *observat.* 116. *n.* 14. *& seqq. part.* 1. ubi refert Duca- 10

les Constitutiones Parmæ, & Placentiæ.

Plura pro validitate citationis domi factæ, subsequuta maximè notitia citat Rot. *part 16. recent. decis.* 390. ubi de consuetudine, & statutis Romæ, Florentiæ, Senarum, Mediolani, & hujusmodi. Vide Otthobon. *decis.* 269. *nu.* 6. *& seqq.* Cels. *decis.* 152. *n.* 7. Crescin. ad Pen. *decis.* 218.

21 Citatio non obstante statuto alternativè loquente ut supra, in causis gravibus requirit perquisitionem personæ, ut sustineatur facta domi, Gratian. *discept. forens. cap.* 531. *n.* 76. ubi etiam de nullitate citationis ob non servatam formam in monitorio præscriptam, & multa alia pro nullitate citationis, tradit idem Gratian. *discept.* 541. *num.* 18. *& seqq. & cap.* 697. *n.* 25. *&c.* Multa etiam ad illam sustinendam, vide per eumdem Gratian. *discept.* 156. *per tot.* Tusch. *litt. S. concl.* 483. *per tot.*

Quòd imò etiam in criminalibus de generali consuetudine sit valida citatio domi facta absque ulla præcedente perquisitione pluribus citatis probat Cartar. *de execut. forens. capt. Bannit. cap. fin. nn.* 182. *& seqq.* facit Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 390. *per tot.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 6. *n.* 16. Crescin ad Pen. *loc. cit.*

22 Citatio prima in principio causæ est personaliter exequenda sub pœna nullitatis, *Clem.* 2. *de re jud.* Asin. *in Prax.* §. 6. *n.* 1. Ricc. *Collect.* 3806. Francisc. Borell. *in consilio pro D. Alexandra Summaja vers. tertia nullitas, &c. Imolæ impresso de anno* 1653. ubi allegat. Vant. *de nullit. ex defect. cit. num.* 83. *in fine*, Caputaq. *decis.* 117. *part.* 1. Seraph. *decis.* 1226. *num.* 4. Tusch. *lit. C. concl.* 248. *n.* 4. *& seqq.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 133. *& cap.* 2. *num.* 60. *&c.* Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 218. *&* ad Abeccles. *dict. observat.* 116. *n.* 10.

Cessat tamen hujusmodi necessitas personaliter citandi in principio causæ stante obligatione camerali, Zacch. *tract. de obligat. Camer. ad Gales. quæst.* 27. *n.* 13. nisi agatur contra hæredes, quibus prius est notificanda dicta obligatio, ut contra illos possit executivè procedi, ad tradita per Zacch. *d. tract. ad Gales. q.* 4. *n.* 16. & Borell. *loc. cit.* Rot. post Merlin. *de pign. decis.* 109. *nn.* 15. Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 330. *n.* 7. *&* 8. *tom.* 1. Crescin. ad Pen. *loc. cit.*

Item cessat vigore Statuti Florentini, quòd alternativè loquitur personaliter, vel ad domum, Asin. *in Prax.* §. 6. *cap.* 3. *per tot.* Card. Tusch. *litt. C, concl.* 248. *n.* 5. *&* 249. *num.* 15. *&* 245. *n.* 6. Baron. *de citat. quæst.* 11. *num.* 17. & dixi in mea Practica §. *Citazioni num.* 10. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 218. ad Abeccles. *dict. observ.* 116.

Et quando possit citatio fieri ad domum, vide Soccin. *reg.* 71. *per tot.* cum aliis supracitatis Tusch. *litt. C. conclus.* 249. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *c.* 23. *n.* 533. *& seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 134. *nu.* 1. *&c.* Asin. *in Prax.* §. 6. *cap.* 1. *&* 2. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 218.

23 Citatio personalis requiritur, nec sufficit domi facta ad constituendum aliquem in mora, & vera contumacia, ex qua sibi causetur grave præjudicium, & pœnæ incursus, vel constituatur in culpa, Gratian. *discept. forens. cap.* 708. *num.* 8. *& cap.* 715. *num.* 14. vide in §. *Denunciatio*, *&* §. *Mora. n.* 2. Pen. & Crescin. *præallegat. decis.* 218. Palm. nep. *decis.* 134. *n.* 1. *tom.* 2. ubi *n.* 3. hoc limitatur.

Limita stante statuto alternativè loquente, ut supra, in mea Practica §. *Citazioni n.* 10.

24 Citatio, si non inveniatur persona, nec domus, vel habitatio citandi, ut quia sit vagabundus, si sit laicus, & agatur de re immobili, potest fieri per affixionem cedulæ illi rei, de qua agitur; si de re mobili in loco ubi contraxit, vel quasi contraxit, & forum sortitus fuit per præconem, sive edicta, prout moris fuerit contra absentes, qui domum non habent, nec illorum persona factis diligentiis reperitur, Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 122. Si verò citandus sit Clericus, debet citari ad Ecclesiam suæ Residentiæ, vel ad Cathedralem, si Ecclesiam, vel Residentiam non habeat, Vant. *loc. cit. n.* 118. *&c.* Card. Tusch. *litt. C. concl.* 250. Rot. *par.* 6. *divers. decis.* 130. *num.* 29. *& seqq. & part.* 10. *decis.* 314. *n.* 10. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 189. *fol.* 105. ubi quòd citatio debet fieri ad valvas Ecclesiæ Cathedralis, vel ejus, in qua citandus beneficium habet, quando latitat: facta ad domum non afficit existentem extra civitatem, cùm non præsumatur devenisse ad notitiam, nisi quando latitat, & solùm in casu latitationis in subsidium permittitur, ita ut debeat latitatio probari, ut per Rot. *loc. cit.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 256. *vol.* 1. *& decis.* 39. *& seqq. vol.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 506. *nu.* 1. *&c.* ubi quòd requiritur citatio personalis, nec sufficit per edictum quando potest haberi persona, & *decis.* 507. *num.* 12. ubi quòd solùm fit per affixionem ad valvas quando persona haberi non potest præmissa diligentia. Vide Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 12. *n.* 139. *& quæst.* 13. *per tot. tom.* 2. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 1. *subsect.* 2. *a n.* 7. Episc. Rocc. *cap.* 139. *n.* 5. *&* 6. *tom.* 2.

Citatio quando fieri non potest in persona, nec domi, nec in Ecclesiis, nec rebus immobilibus, nec in 25
alio loco publico domicilii, vel contractus personæ citandæ juxta prædicta, propter non tutum accessum ad hujusmodi loca ex nimiæ illius potentiæ, metu, seu aliis impedimentis à citando causatis, constito summariè de hujusmodi impedimentis, poterit ex commissione judicis, etiam in principio causæ fieri citatio per publicum edictum cum illius publicatione, & affixione in aliquo loco publico, sive locis publicis convicinis à judice declarandis, ut verisimilitas ad suam, vel suorum notitiam pervenire possit, ex traditis per Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 124. *& seqq. ad* 144. ubi plura de stylo, & forma similis citationis, de relatione nuncii super ea facienda, & quando afficiat citatum, vel non, & vide latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 395. *per tot.* ubi quòd debet fieri cum auctoritate Principis, Baron. *tract. de citat. qu.* 9. *per tot. cum Addit. tom.* 2. Christin. *dict. decis.* 256. *& decis.* 89. 90. *volum.* 2. ubi plura de citationibus Ansald. *decis.* 96. *n.* 3. Episc. Rocc. *cap.* 139. *n.* 7. *tom.* 2. Abeccles. *observat.* 32. *part.* 2.

Quòd impediens se citari, in odium impedientis habeatur pro legitimè citato, Seraph. *decis.* 1094. *n.* 1. *&c.* Addit. ad Gregor. *decis.* 584. *n.* 6. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 250. *nu.* 9. *&c.* ubi plura de modo procedendi per contradictas, *& part.* 14. *decis.* 7. *nu.* 2. 3. ubi quòd ob non tutum accessum valet citatio facta in loco ubi contumex moratur, tanquam si esset personaliter executa. Spad. *cons.* 17. *n.* 33. *libr.* 1. Caprat. *decis.* 566. *n.* 2. *part.* 2.

An, & quando valeat citatio extra territorium, vel non, Tusch. *litt. C. concl.* 241. *per tot. infrà nu.* 58. *supra nn.* 4. Christin. *d. decis.* 256. *vol.* 1. Ricc. *Collect.* 2105. Sanfel. *in Praxi sect.* 30. *per tot.* Dian. *tom.* 5. *tract.* 1. *resol.* 9. *n.* 28. Vide De Luc. *Miscell. disc.* 22. *n.* 4. *Annotat. ad Sacr. Concil. Tridem. disc.* 6. *n.* 12. *de Jurisdict. disc.* 20. *a n.* 15. Balduc. *tit.* 4. *decis.* 38. *n.* 87. Crescin. ad Abeccles. *observat.* 7. *n.* 33. *&* 34. *part.* 1. *& observat.* 177. *num.* 27. *ead. part.* 1.

Citatio semper fieri debet de illo, qui habet, vel 26
prætendit interesse super actu, de quo agitur, & ubi ex eo lædi potest, aliàs actus non valet, *l. de unoquoque ff. de jud.* Marant. *part.* 6. *vers. quintus modus*, ubi dat 31. limitationes, in quibus non requiritur citatio, & latiùs cum 145. limitationibus prosequitur, Asin. *in Prax.* §. 6. *cap.* 5. *per tot.* Duen. *reg.* 92. *per tot.* Pac Jord. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *nu.* 100. *& seqq. ad* 161. *fol.* 106. *&c.* Card. Tusch. *litt. C. concl.* 268. *per tot.* Baron. *de citat. quæst.* 15. *&* 16. *per tot. cum Addit. tom.* 2. Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 192. Novar. *Pragm. Collect.* 55. Sanfelic. *decis.* 326. *per tot. cum addit.* ubi amplias tam in actibus judicialibus, quàm in actibus extrajudicialibus, licèt etiam alleget plures tenentes in extrajudicialibus non requiri citationem, nec ubi adest consuetudo non citandi, Palm. nep. *decis.* 169. *n* 28. *tom.* 2. *& alibi.*

Intellige de illo, ad quem principaliter negotium spectat, non autem secundariò, vel in consequentiam, quia is de necessitate non est citandus, Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 19. Cavaler. *decis.* 162. *n.* 2. *& decis.* 328. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 326. *vers.*

in

2. Pac. Jordan. *dict. lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 146. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 219. *n.* 6. ubi quod deber citari qui habet principaliter interesse in causa, aliàs ei non nocent acta, neque sententia, *& part.* 14. *decis.* 115. *n.* 27. *&c. decis.* 156. *n.* 1. *& seqq.* ubi quòd acta facta contra principalem causæ defensorem nocent etiam aliis jus secundarium habentibus licèt non citatis, & maximè si scientiam litis habuerint, & ex quibus dicta scientia arguatur, *& decis.* 192. Pen. *decis.* 38. *n.* 8. Ansald. *decis.* 78. *n.* 18. Palm. nap. *decis.* 360. *tom.* 4. *& decis.* 169. *n.* 29. *tom.* 2.

Quòd defectus citationis sit maximus, & quare, vide Vant. *d. tit. n.* 1. *& seqq.*

Citationis nullitas est insanabilis Ansald. *decis.* 78. *n.* 50. Palm. nep. *decis.* 203. *n.* 5. *tom.* 3.

Quòd citatio *nulla*, annullet omnia inde sequuta, Tusc. *litt. C. concl.* 237. *&c. & conclus.* 245. ubi quando in criminalibus sit nulla, & annullet omnia acta, Paul. Cristin. *decis. Belg.* 89. *num.* 4. *volum.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 192. ubi quòd stante nullitate primæ sententiæ ex defectu citationis, redditur etiam nulla alia sententia illam confirmans. Altimar. *tom.* 2. *de nullit. senten. rubr.* 12. *qu.* 20. *& seqq.* Quòd maximè procedit in criminalibus, ut infra *in novissimis additionibus* Crescin.

17 Citatio regulariter ad omnes actus est necessaria, posset tamen hoc unica citatione expediri, si fiat ad totam causam, & ad loca remota, aliàs secus, ut docet Asin. *in Prax.* §. 7. *cap.* 2. *&* 3. *per tot.* ubi etiam dat formulas hujusmodi citationis ad totam causam, vide Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 102. *& seqq.* Franch. *decis.* 457. Card. Tusch. *lit. C. conclus.* 254. *per tot.* Ricc. *Collect.* 203. 3895. Novar. *Collect.* 55. Gabriel. *com. concl. lib.* 2. *tit. de citat. concl.* 2. *per tot.* ubi ponit regulam, citationem in quolibet actu necessariam, quam tamen 130. modis limitat.

Quòd citatio requiratur in unoquoque actu præjudiciali, & quando secus, vide Socin. *reg.* 74. *per tot.* ubi duodecim modis limitat, Tusch. *litt. C. conclus.* 268. *per tot.* Asin. *loc. cit.* Mynsing. *obser.* 91. *cent.* 2. Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 18. *nu.* 4. *& seqq.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 129. *per tot.*

Quòd citatio generalis ad totam causam suppleat defectum citationis aliàs particulariter requisitæ in quolibet actu, *l. si prætor ff. de jud.* Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 20. *n.* 31. *& part.* 2. *divers. decis.* 259. *nu.* 8. Vant. *de nullit. tit. qualiter sent. poss. à nullis. def. n.* 111. An possit fieri citatio unica ad totam causam De Luc. *de Judic. disc.* 9. *n.* 54. Crescin. ad Abecclef. *observat.* 33. *part.* 2.

Quòd sanetur nullitas citationis per servationem terminorum substantialium, Duran. *dec.* 457. *n.* 1.

18 Citatio unica ad totam causam etiam quòd sit facienda ad loca remota, non admittitur secundùm statutum Florentinum, sed dantur litteræ officiali loci, qui citare faciat, & rescribat vigore legis de anno 1560. Quid servetur in foro mercantiæ, & in Curia Archiepiscopali, & in Rota, vide Asin. *in Prax.* §. 7. *cap.* 3. *per tot.* Tusch. *litt. C. conclus.* 254. Ricc. *Collect.* 3895.

Quòd regulariter de jure citatio nec realis, nec personalis, nec verbalis possit fieri in alieno territorio, etiamsi loca sint sub eodem Principe, sed requirendus sit Rector loci ubi degit citandus, Marant. *de citat. num.* 40. Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 55. *nu.* 18. Clar. §. *fin. q.* 31. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 92. *fol.* 105. *vide supra n.* 4. *vers. Et pro dicta opinione*, & de unica citatione ad totam causam quid operetur, idem Pac. Jordan. *loc. cit. nu.* 151. *&c.* Tusch. *d. concl.* 254. *per tot.*

19 Citatio fieri potest tribus modis, nempè verbo, litteris & edictis, & de unoquoque modo, ac etiam de citatione per sonum campanæ, vel tubæ, vide Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 4. *& seqq. per tot. fol.* 99. Borg. Cavalcan. *decis.* 17. *n.* 26. Novar. *in Prag. Collect.* 55. plenè Baron. *de citat. per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Munic. tit.* 1. *art.* 18. *n.* 6. *&c.* ubi quòd fit viva voce, per litteras, & per violentiam, & quòd viva voce fieri potest non tantùm per nuncium, sed etiam per ipsummet judicem, vel notarium, & hoc modo facta valet, & arctat citatum, dixi *supra num.* 3. & latè Sanfelic. *in Praxi sect.* 28. ubi de verbali citatione per vivam vocem, & per epistolam, per monitionem, & intimationem factam partibus præsentibus, vel per præceptum pœnale cum clausula justificativa, *si senseris te gravatum* Crescin. ad Abecclef. *observat.* 32. *part.* 2.

Citatio est necessaria ad interessandum æstimationi, 20
vel mensuræ faciendæ per peritum, vel ad audiendam illius relationem, Gratian. *discept. forens. cap.* 874. *nu.* 33. *& seqq.* Et quando possit omitti, vel non, idem Gratian. *cap.* 929. *n.* 14. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 277. *n.* 1. *&* 7. Ludovis. cum Annot. Beltram. *decis.* 545. Baron. *de citat. quæst.* 16. *n.* 166. *& seqq. inf. nu.* 24. *in fin.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 21. *a n.* 218. *& quæst.* 23. *n.* 96. *tom.* 2.

Qualiter sit necessaria in productione positionum, illarum admissione, quot citationes, vel monitiones requirantur ad respondendum, item illas pronunciandum pro confessis, latè Michalor. *de posit. cap.* 21. *per tot. cap.* 48. *& cap.* 61.

Citatio specifica, & nominatim ad sententiam est 21
necessaria, aliàs sententia ex defectu citationis non subsistit, itaut non sufficiat dicere ad videndum causam expediri ad favorem cum victoria expensarum, nec monitio ad secundam, cùm monitio eodem vitio laboret, nec aliud sit quàm prorogatio dictæ citationis nullæ, nec relevat stylus nisi sit uniformis, & tanti temporis, quòd inducat consuetudinem, ac in contradictorio judicio obtentus, & servatus, & excluditur per unicum actum contrarium, latè Rot. *part.* 6. *Noviss. decis.* 141. *per tot.* Cavaler. *decis.* 376. Franch. *decis.* 457. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 119. *& seqq. fol.* 108. *n.* 117. quòd est necessaria etiam in absolutione ab observatione judicii, Baron. *de citat. quæst.* 16. *n.* 138. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. C, concl.* 269. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 70. *&c.* Merlin. *decis.* 436. *per tot. & decis.* 553. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 51. *nu.* 1. *inf. n.* 46. *in fine*, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 3. *nu.* 1. *& seqq. part.* 13. *decis.* 192. *& decis.* 219. *num.* 5. *& seqq.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 205. *num.* 32. *& seqq.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 70. ubi plura de nullitate sententiæ, & Processus ex defectu citationis legitimæ. Rot. coram Caprar. *decis.* 405. *n.* 6. *part.* 2. Crescin. ad Abecclef. *observat.* 101. *a n.* 1. *part.* 1.

Citatio ad sententiam pro prima die juridica, & 22
postea singulis diebus, & horis, tanquam nimis vaga & speciem servitutis imponens, sustinetur solùm pro prima, & secunda die, & sententia postea lata est nulla ex defectu citationis, nec aliquid operabitur antiquitas temporis, cùm ex illius inspectione semper appareat de nullitate, Gratian. *discept. for. cap.* 208. *n.* 28. *& cap.* 156. *n.* 31. Cavaler. *decis.* 376. *n.* 5. *&* 6. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 61. *& seqq. fol.* 103. ubi plura de tempore in citatione exprimendo, & an valeat sine termino, Tusch. *litt. C. conclus.* 233. *&* 254. *n.* 9. *&c.* Rot. *part.* 2. *recent. decis.* 86. *num.* 1. *&c.* ubi quòd per biduum sustinetur dicta citatio, Thomat. *decis.* 261. *n.* 3. Merlin. *decis.* 700. *num.* 2. *&c.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 21. *a n.* 247. *tom.* 2.

Quòd citatio incerta, vaga, generalis, & obscura, & indeterminata non valeat, sed requirat exactam specificationem Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 151. *n.* 1. Tusch. *litt. C. conclus.* 232. &c. Merlin. *dec.* 436. *n.* 8. *&c.* Caprar. *decis.* 465. *n.* 5. *&* 8. *part.* 2.

Quòd de jure canonico possit ferri sententia in die sequenti post citationem absque alia nova citatione, secus autem de jure civili, nisi judex habeat arbitrium, Felin. *in cap. consuluit de off deleg.* cum aliis per Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 62. *per tot.* vide Baron. *de citat. quæst.* 16. *num.* 144. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 231. *& seqq. & concl.* 269. *n.* 18. *&* 19. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 208. *nu.* 6. *&c.* ubi plura pro nullitate sententiæ latæ sub die, in qua non cedebat citatio, non obstante *stylo* contrario, *& decis.* 348. *num.* 3. *& seqq. d. par.* 9 Vide Altimar. *loc. cit.* ubi plura.

Quid si judex pronunciet in termino pro servato, vel

vel prout in cedula, vide *infr. n. 45. in §. Concluſio, & in §. Sententia*. Videndus Altimar. *loc. ſupra adduct.*

Qualiter citatio ſecta cum clauſula, *& deinde in antea cum continuatione*, ſuſtineatur pro duobus, vel tribus diebus juridicis, Buret. *dec.* 337. *num.* 3. Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 407. *n.* 4. *&c. part.* 12. *dec.* 227. *n.* 6. *&c.*

23 Citatio quando continet horam, vel locum ſi actus fiat extra horam, vel locum eſt nulla, niſi fuerit legitimè prorogata, Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 73. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 333. *num.* 18. *c.* 156. *num.* 33. *& cap.* 510. *num.* 9. Card. Tuſch. *litter. C. concl.* 243. *per tot.* Baron. *de citat. quæſt.* 16. *n.* 545. *& ſeqq.* Thomat. *deciſ.* 23. *n.* 91. vide in §. *Sententia num.*.... An debeat continere horam Altimar. *rub.* 12. *q.* 34. *a n.* 106. *& ſeqq. tom.* 2.

Qualiter autem actus præſumatur factus in termino citationis, Rot. *part.* 6. *recent. dec.* 76. *n.* 28.

Quòd citatus ſit à citante expectendus uſque ad ultimum momentum, & donec judex ſedet ad Tribunal, cùm ſemper poſſit comparere, Alex. *in l. ſi finita §. Julianus num.* 25. *ff. de damn. infect.* Tuſch. *litt. C. concluſ.* 265. Merlin. *deciſ.* 436. *n.* 10. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 67. *n.* 4. ubi quòd citatio, vel monitio intelligitur pro hora ſolitæ Audientiæ.

24 Citatio eſt neceſſaria in executione ſententiæ, idest quando relaxatur executio, cùm adhuc multa contra ſententiam opponi poſſint, ſive petatur in actione reali, ſive perſonali, ſive in eadem re, in qua quis fuit condemnatus, ſive in diverſa, ac etiam ſi petatur coram eodem judice, qui protulit ſententiam, vel contra eumdem condemnatum, & etiam poſt deſertionem appellationis: niſi notorium eſſet nullam competere defenſionem, vel niſi præceſſiſſet cognitio, etiam ſuper ipſa executione facienda, ut quando verſamur in executivis, & ſimul cum ipſa ſententia relaxetur executio, ita ut nihil aliud reſtet, quàm ſimplex factum exequendi, vel niſi jam eſſet ſententia pro parte, citato reo, executioni demandata, vel niſi procedatur cum brachio regio, quia his caſibus alia citatio in executione non eſt neceſſaria Duen. *reg.* 94. *per tot.* Aſin. *in Prax. §.* 7. *cap.* 5. *limit.* 9. *& §.* 31. *cap.* 4. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 120. *num.* 4. 7. *&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 502. Certar. *de execut. ſent. cap. bannit. cap. fin. num.* 115. *& per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 117. Ricc. *Collect.* 4043. Mareſcott. *var. reſol. cap.* 31. *per tot. lib.* 2. Mangil. *de evict. quæſt.* 177. *num.* 23. *& ſeqq.* Baron. *de citat. quæſt.* 16. *n.* 252. *& ſeqq. ad* 289. vide Urceol. *Conſult. forenſ. cap.* 46. *num.* 24 ubi ex doctrina Bert. *in l. meminerint num.* 6. *C. unde vi*, probat citationem non eſſe neceſſariam, quando executio fit in eadem re, ſecus ſi in diverſa, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 265. *num.* 9. *&c. vol.* 1. *& deciſ.* 101. *num.* 2. *volum.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 295. *num.* 23. *& ſeqq.* ubi plurimis citatis ſequitur, & de magis communi teſtatur, citationem non eſſe neceſſariam, quando executio fit in eadem re petita, & fuit cum ipſa ſententia relaxata, quamvis referat Rotam aliàs contrarium tenuiſſe de æquitate. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſervat. forenſ. part.* 2. *obſervat.* 53.

Quòd ſit neceſſaria citatio ubi agitur de executione ſententiæ contra tertium, qui pendente lite rem acquiſivit, Sperel. *deciſ.* 7. *num.* 17. *&c.* Chriſtin. *loc. cit.* ubi quòd idem ſi executio ſit facienda contra hæredem victi, vide in §. *Executio n.* 9. *&c.* Vide Creſcin. ad Abeccleſ. *loc. ſupra cit.*

Item quòd requiritur citatio in executione quando fuit mutata perſona judicis, ſicut etiam ad intereſſendum electioni peritorum, ut poſſit pars intervenire ſuper examinatione negotii, aliàs relatio ſit nulla, & quando plures fuiſſent electi, & unus tantùm retuliſſet, juxta notata in *l. ſi in tres ff. de arbitr.* Ludoviſ. *deciſ.* 545. *num.* 6. *& ſeqq.* cum Annot. Beltram. *ſupra n.* 20.

Quòd coram novo Commiſſario requiritur nova citatio, etiam ſi citandus eſſet contumax, Minad. *deciſ.* 78. Franch. *deciſ.* 457. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 59. *n.* 5.

25 Citatio mariti an ſit neceſſaria in judicio contra bona dotalia, vel ſufficiat citatio uxoris, dixi in §. *Maritus num.*....

Minor autem an, & quando debeat citari, vide in §. *Minor n.* 1.

Citatio partis eſt neceſſaria quando examinentur teſtes ad perpetuam rei memoriam, niſi ex aliqua juſta cauſa fuerit omiſſa, Prect. Pepp. *for. capit. quando teſt. exam. ad æter. rei mem. gloſſ.* 2. *n.* 2. Aſin. *in Prax. §.* 7. *cap.* 5. *limit.* 29. Socin. *reg.* 74. *limit.* 1. *& reg.* 502. *per tot.* Baron. *de citat. quæſt.* 16. *nu.* 68. vide in §. *Teſtis num.* 22. *& n.* 44. Plura Abeccleſ. & Creſcin. *obſervat. forenſ.* 2. *obſerv.* 65. *pag.* 167. *in addition.* 26

Sicut etiam regulariter eſt neceſſaria citatio in examine aliorum teſtium ad videndum illos jurare, exceptis aliquibus caſibus, ut in mea reſol. *cap.* 92. *n.* 55. *& ſeqq. ad* 28. Ricc. *Collect.* 2491. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 50. & latiùs Baron. *de citat. d. quæſt.* 16. *num.* 13. *& ſeqq. ad* 126. ubi 49. limitationes adducit. Ridolphin. *in Prax. part. pr. cap.* 11. *n.* 33. *& ſeqq.* ubi etiam per quot dies ſuſtineatur, & concludit per duos dies, vel durante termino probatorio, etiam prorogato, quando certus terminus probatorius fuit aſſignatus, idem Ridolphin. *d. part.* 1. *cap.* 12. *n.* 64. *& ſeqq.* Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 277. *n.* 8. *& ſeqq.* Ludoviſ. *deciſ.* 429. *&* 466. ubi quòd duret pro toto termino etiam prorogato, non autem pro novo termino, Conciol. cum Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 8. *per tot.* & vide *in §. Nullitas*. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 119. & ad Abeccleſ. *obſervat.* 61. *n.* 5. *part.* 2.

Citatio teſtium eſt neceſſaria, aliàs examen eſt nullum Rocce Epiſcop. *cap.* 139. *n.* 51. *tom.* 2. Vide Creſcin. ad Abeccleſ. *dict. obſerv.* 61. *part.* 2.

Quòd dicta citatio ad videndum jurare teſtes non ſervetur in Statibus Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, Vulpin. *in ſuco* Farinac. *quæſt.* 72. *num.* 15. *fol.* 164. cui & ego accedo, ſed loco illius, ut & ipſe teſtatur ſemper vidi productis articulis citari partem cum termino ad dandum interrogatoria quatenus aliàs &c. ſub qua formula puto contineri etiam citationem ad videndum jurare teſtes, licèt ſpecifice non exprimatur, aliàs hujuſmodi ſtylum non valere, nec excuſare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 694. *nu.* 48. *& ſeqq.* Didac. de Meri in Addit. ad Gizarel. *deciſ.* 27. *n.* 13. vide in §. *Nullitas n.* 21. *& §. Teſtes n.* 22. Creſcin. ad Pen. *dict. deciſ.* 519.

Citatio populi, ſive communitatis qualiter ſit faciende, vide *gloſ. in cap. fin. verb. factum de conceſſ. præb.* Bert. *in extravag. ad reprimendum verb. citatum in fine*, Cavaler. *deciſ.* 408. *n.* 1. ubi quòd quando non ſolet congregari in certo loco, ſufficit citari per proclama, & affixionem ad valvas, quando autem ſolet in certo loco congregari, debet in eo loco citari, idem Caveler. *deciſ.* 410. *n.* 1. ſequitur Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *nu.* 53. *in fine, et n.* 90. *fol.* 105. ubi quòd fieri poteſt etiam in perſona Syndici, vel aliorum officialium univerſitatis illam repræſentantibus, Borell. *in ſumm. deciſ. tit. de citat. num* 36. *et* 37. Seraphin. *deciſ.* 857. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 251. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 89. *num.* 7. *et ſeqq. vol.* 2. *et deciſ.* 79. *nu.* 26. *etc. volum.* 5. Ric. *Collect.* 3040. Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 275. *num.* 16. *et ſeqq.* ubi quòd debet fieri inſtantia ut congregetur, & ſi recuſet congregari, valet citatio etiam non collegialiter facta, & loquitur in Monaſterio, *vide in §. Monaſterium num.* 16. Caldas Pereyra *conſil.* 11. *per tot.* Conciol. cum Addit. Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 25. *n.* 7. *et ſeqq.* ubi quòd non ſufficit citare Syndicum Univerſitatis, ſed eſt citanda ipſa Univerſitas collegialiter congregata, vel ejus jurati, ſive deputati. Vide Caprer. *deciſ.* 460. *num.* 4. *part.* 2. Abeccleſ. & Creſcin. *obſervat. forenſ. part.* 2. *obſervat.* 117. ubi latiſſimè Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæſt.* 9. *a n.* 32. *tom.* 2. 27

Quòd univerſitas citari debeat in loco ubi ſolet congregari, quam citaturus ad hunc effectum congregari curabit cum Superiore, & ſi nolit congregari habetur pro citata per affixionem citationis, ubi ſolet congregari, vel poteſt citari in perſonas Syndicorum, vel Repræſentantium, ſi conſtet illos eſſe tales, Bart. in

in Extravag. ad reprimendum versic. citatum, Ubert. *de citat. tom.* 1. *cap.* 7. *num.* 227. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 326. *versic.* 3. & in Praxi *sect.* 31. ubi idem in Capitulo, & Monasterio, ut sufficiat citari Oeconomum, Guardianum, vel Procuratorem, Consules, vel aliud caput universitatis. Vide Abeccles. & Crescin. *loc. supra allegat.*

28 Citatio generalis sufficit quo ad ignotos, & incertos, sicuti specialis quoad certos, & notos, & non solùm ad hoc ut sententia sit valida, sed etiam ut generaliter citatis præjudicet in vim rei judicatæ, ac inducit præventionem jurisdictionis, Ger. Spin. *consil.* 85. *per tot.* Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 240. *per tot. et concl.* 255. *et seqq.* & latè Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 1. *c.* 1. *n.* 27. *et seqq.* & alibi sæpè, qualiter in concursu creditorum sit necessaria citatio specialis quoad certos, & generalis quo ad incertos, & præcipuè in *cap.* 8. ubi etiam qualiter sint citandi creditores in diem vel sub conditione adhuc illa pendente, & an non comparentes amittant hypothecam, & jura sua, ac alia plura.

29 Citatio generalis facta alicui quatenus sua putet interesse, nullum jus illi tribuit, nec inducit obligationem, vel incertæ obligationis declarationem, sed fieri solet ad cautelam pro excludendis diffamationibus, & perpetuo silentio imponendo, Magon. *dec. Flor.* 57. *nu.* 64. Rot. *p.* 2. *diversf. decis.* 329. *num.* 2. Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 142. Capyc. *dec.* 8. Baron. *de cit. q.* 24. *et* 25.

Quod citatio, sive requisitio, vel protestatio facta contra aliquem, quatenus ipse sit hæres, tanquam conditionalis non afficiat, nisi probato illum esse hæredem, Cabal. *consil.* 113. *lib.* 1.

De hujusmodi citatione generali an, & quando arctet citatum, vide Rota *p.* 2. *diversf. dec.* 329. *n.* 2. Vant. *de nullit. ex defect. citat. nu.* 142. Tusch. *litt. C, conclus.* 240. *etc. concl.* 253. Palm. nep. *decis.* 303. *n.* 6. *et decis.* 304. *nu.* 15. *tom.* 4. Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 16. *a n.* 96. *tom.* 2.

Quòd citatus cum clausula, si sua putet interesse, dicatur reus voluntarius, & accessoriè, non principaliter vocatus, nisi sit addita alia clausula, quòd aliàs procedetur in ejus contumaciam, vel nisi possideat, quia his casibus efficeretur reus necessarius, & si haberet privilegium fori, posset illud allegare, Capic. *decis.* 8. *per tot.*

Quòd citatus qui notoriè non est de jurisdictione citantis non arctetur ad comparendum, *l. fin. ff. de jurisd. omn. jud.* Bart. *in l.* 2. *ff. de in jus vocan.* Sanfelic. *decis.* 419. *n.* 49. *et* 50. ubi tamen quòd in casu dubio, debet comparere ad allegandum suum privilegium, juxta *l. si quis ff. de judic.* & in Praxi *sect.* 2. *per tot.*

An prædicta citatio arctet Clericos, *vide in §. Clericus n.* 53. *§. Inventarium n.* 2. & in *Pract. §. Citazioni nu.* 63. ubi adde Farinac. & Vulpio. *in fuco de inquisit. q.* 8. *nu.* 29. *et* 87. *et* Mastrill. *decis.* 79. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 90. *n.* 23. *etc.* Tusch. *litt. C, conclus.* 239. *et* 253. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 313. *nu.* 23. ubi quòd saltem non inficit processum quo ad alios.

An, & quando citatio contra exemptum afficiat, vel non idem Tusch. *litt. C, conclus.* 224. Salgad. *Labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 26. *et cap.* 6. *per tot.* ubi latè an Ecclesia, Clerici, vel alii privilegiati creditores citati ad concursum bonorum debitoris per judicem sæcularem teneantur coram eo comparere, & jura sua deducere, vel possint forum declinare, & concludit arctari, nec posse forum declinare invincibili ratione, quia debitor laicus est verè, & originaliter reus, creditores verò actores, & ideò forum rei sequi debent ex vulgatis juris principiis.

Si tamen concursus esset faciendus super bonis Clerici, etiamsi promoveatur ab ipso Clerico, tunc ex eadem ratione, quod sit originaliter reus, debet fieri coram judice Ecclesiastico, ut concludit idem Salgad. *d. cap.* 2. *n.* 26. *etc.*

30 Citatio generalis, vel specialis, quæ fit per proclama, vel edictum, quamdiu affixa manere debeat in loco publico remittitur arbitrio judicis, & ter fieri debet interpollatis temporibus 30. dierum ab una ad aliam, quæ tamen tempora possunt arbitrio judicis minui, Menoch. *de arbitr. cas.* 463. *per tot.* Baron. *de citat. q.* 8. *et* 9. Et quid servetur in statibus Etruriæ, dixi in Pract. §. *Citazioni num.* 7. Vide Altimar. *de Nullit. rubr.* 12. *quæst.* 13. *tom.* 2.

Quæ requirantur in citatione per edictum, vel proclama, ut sit valida, de stylo Curiæ Romanæ citandi per contradictas, & alia, vide Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 23. *et seqq. ad* 41. *fol.* 100. Sanfelic. *in Praxi sect.* 3. *nu.* 5. *et seq.* Card. Tusch. *litt. C. concl.* 255. *et seqq. per tot.* ubi plura de citatione per edictum per quos fieri possit, quid operetur, contra quos, quando sufficiat, in quo loco, & qualiter facienda, & de citatione per audientiam contradictarum, de qua etiam Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 250. *per tot. et p.* 10. *decis.* 112. ubi quando possit procedi per contradictas, *et part.* 11. *dec.* 371. *nu.* 1. *et seqq.* Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 55. *n.* 80. *et seqq.* Altimar. *loc. supra adduct.* Crescin. ad Abeccles. *observat. forens. part.* 2. *observat.* 32.

31 Citatio ter fieri debet absenti, ut contra illum possit procedi in contumaciam de jure communi, vel una peremptoria, Thes. *decis.* 11. *nu.* 2. Soccin. *reg.* 75. vide in §. *Contumacia num.* 6. *et* §. *Juramentum*, Tusch. *litt. C. conclus.* 247. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 139. *vol.* 1. ubi etiam quales esse debeant hujusmodi citationes, Boer. *dec.* 255. *n.* 11. De citatione peremptoria agunt etiam Abeccles. & Crescin. *observ. forens. part.* 2. *observat.* 32. *et observat.* 33. Et quid dicendum in criminalibus vide infra *in hoc* §. *in novissimis addit.* Crescin.

An autem, & quando citatio non continens clausulam peremptoriè sit nulla, Bart. *in l. cessante C. quomodo et quando Judex*, Sanfel. *decis.* 235. *per tot.*

32 Citatio an sit necessaria in laudo, dixi in §. *Arbiter n.* 9. latè Sanfelic. *in praxi sect.* 41. *num.* 23. *et seqq.* Vide Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 16. *a n.* 47. *tom.* 1. *et rubr.* 12. *quæst.* 21. *a num.* 262. *tom.* 2. Palm. nep. *decis.* 99. *a n.* 2. *tom.* 1. ubi loquitur in compromisso. Bertachin. *vol.* 57. *per tot.*

Item an sit necessaria quando agitur contra administratores ærarii publici dixi in §. *administrator n.* 12.

Quod non sit necessaria in concessionibus privilegiorum, & gratiarum, cùm sint dona superiorum. Peregrin. *de jur. fis. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 22.

33 Citatus simpliciter ad comparendum si sit persona inhabilis, censetur per hujusmodi citationem à parte citante approbatus, & habilitatus, vide Vant. *de nullit. ex def. inhab. seu mand. sub n.* 58. *versic. ad unum tamen advertas.*

Quomodo autem sit facienda citatio contra impuberem infantem, vel filiumfam. ut sit valida, Tusch. *litt. C. concl.* 252. vide in §. *Pupillus*, Alex. *in l. si ex legato in fine ff. de verb. oblig.* Caravit. *Ritu* 291. Olasch. *decis.* 89.

34 Citationis solemnitas adeò est pars substantialis judicii, ut sine illa sententia lata etiam in favorem absentis non citati, sit ipso jure nulla, ad rigorem juris conservandum, etiamsi à partibus fuisset data potestas, illis absentibus, pronunciandi, Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 10. *infra n.* 62. Baron. *de cit. quæst.* 15. *n.* 138. Tusch. *litt. C, conclus.* 269. *nu.* 52. ubi contra.

Valet tamen sententia lata contra eum, ad cujus instantiam emanavit citatio, quia citando adversarium videtur multò magis citasse se ipsum, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 144. *fol.* 109. Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 55. *n.* 52. ubi quòd valet sententia ad favorem absentis lata etiam sine citatione.

35 Citatio cùm sit de jure divino, non potest per Principem tolli, nisi agatur de jure quærendo ex lege civili, quòd Princeps potest etiam sine causa, & invito subdito auferre, parte non citata, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 673. *num.* 13. *et seqq.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 5. *et seqq.* Baron. *de citat. quæst.* 15. *num.* 60. *et seqq. et quæst.* 18. *n.* 82. *et seqq.* Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 270. *et* 271. *per tot.* ubi etiam an possit remitti vigore legis, statuti, aut consuetudinis, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 2. *et seqq.* ubi quòd dicitur de jure naturali

propter

propter defenſionem, quam in ſe continet, & poteſt variari modus, dummodò non auferatur defenſio, & dixi in *§. Princeps num.* Novar. *in pragm. Reg. Neap. Collect.* 55. *n.* 26. ubi quòd ſi Princeps procedat de plenitudine poteſtatis valet ſententia etiam ſine citatione, ut voluit Gramat. *deciſ.* 65. & vide Capyc. *dec.* 69. Altimar. de Nullit. *rub.* 12. *quæſt.* 2. *tom.* 2. ubi latè Creſcin. ad Abeccleſ. *obſervat. forenſ. part.* 1. *obſervat. pr.* ubi an poſſit tolli per ſtylum *et obſervat.* 101. *n.* 9. *ead. part. pr.* ubi an poſſit tolli per Statutum.

Citatio, quæ requiritur ſolum de Jure poſitivo, poteſt de conſuetudine tolli Palm. nep. *deciſ.* 363. *n.* 49. *tom.* 4.

36 Citatio cùm dicatur de actis, debet in illis ſcripta apparere, nec per teſtes probari poteſt, Borg. *deciſ.* 51. *nu.* 9. vide *in §. Acta n.*

Si apparet de reali productione, non debet producenti obeſſe omiſſio Notarii, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 15. *n.* 3. *etc. dec.* 19. *num.* 11. *etc.*

Quòd citatio, & intimatio ſit reproducenda in termino cum relatione facta judici, vel Notario in actis, aliàs nihil operetur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 715. *num.* 1. *et ſeqq.* Rot. *par.* 11. *recentior. deciſ.* 43. *nu.* 7. *etc.* ubi quòd reproductio non eſt neceſſaria ſi pars citata comparuit. Caprar. *deciſ.* 445. *n.* 18. *tom.* 2.

Quòd de jure poſſit reproduci quandocunque intra annum, Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 111. cum aliis per Rot. *in noviſſ. p.* 7. *dec.* 7. *n.* 2. Tuſch. *litt. R. concluſ.* 122. ubi plura de relatione citationis ut ſit valida.

Quòd citationis relatio debeat in actis ſcripta apparere, antequam judex procedat ad actum ſuper quo emanavit, ut certus ſit de ſua poteſtate, aliàs actus ſit nullus, nec convalidari poſſit per relationem poſtea ſubſequutam, niſi partes eſſent præſentes, vel periculum in mora, vel judex probabiliter crederet partem fuiſſe citatam, Cravet. *conſil.* 134. Vant. *d. tit. n.* 146. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 57. *et ſeqq.* Paul. Chriſtin. *dec.* 159. *n.* 35. *etc. vol.* 5. *et dec.* 166. *n.* 10. *etc. d. vol.* 5. ubi ponit ſeptem requiſita, ut relatio ſubſiſtat, *et ad leg. Municip. tit.* 13. *art.* 8. *vide in §. Executio n.* 18. Addit. ad Sanfel. *deciſ.* 364. Fenzon. *ad ſtat. Urb. c.* 54. *n.* 4. Scac. *de jud. lib.* 1. *c.* 49. *n.* 1.

Ita ut citatio non probetur ex verbis enunciativis in ſententia poſitis, *viſa citatione etc.* Sed debeat aliter de illa apparere in actis, cùm ſit ſolemnitas extrinſeca, niſi verſemur in antiquis ſaltem ultra decennium, Vant. *loc. ſup. cit. num.* 147. Genn. *de verb. enunciat. lib.* 2. *q.* 14. *per tot. fol. mihi* 41. Baron. *de citat. q.* 22. *n.* 17. ubi citat Maceraten. *var. reſolut. c.* 31. *n.* 11. tenentem probari per dicta verba enunciativa, de quo vide Genu. *d. q.* 14. Baron. *d. q.* 22. *n.* 8. *et ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 267. *num.* 2. *etc.* Maſcard. *de probat. concl.* 290. *et ſeqq.*

Quòd imò citatio poſſit probari per teſtes, & fidem nuncii id atteſtantis, ſicut è converſo per teſtes probari poteſt, aliquem non fuiſſe citatum, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 503. *nu.* 13. *et ſeqq.* ubi reprobat Borgn. ſupra citatum, & facit optimè in *c.* 658. *n.* 51. *et c.* 725. *nu* 4. vide Maſcard. *de probat. conc.* 291.

Citatio, & Decretum non probatur in ſimplici fide Curialium Rot. coram Caprar. *deciſ.* 161. *n.* 7. *tom.* 1. Vide Bertachin. *vor.* 16. *n.* 45. Et quomodo probetur Altimar. *de Nullit. rub.* 12. *q.* 26. *n.* 20. *t.* 2.

Qualiter autem ex lapſu 30. annorum præſumatur, etiam in gravibus, & contra tertium, vide Rot. *p.* 2. *diverſ. deciſ.* 193. *n.* 5 *et ſeqq.* Vant. *de nullit. tit. qualiter ſent. poſſ. à nullit. def.* 117. Baron. *de cit. q.* 22. *n.* 5. *et ſeqq.* Tuſch. *d. concl.* 267. Leoncil. *dec. Ferr.* 15. *nu.* 12. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 227. *nu.* 4. Vide Anſald. *deciſ.* 92. *nu.* 44. Caprat. *deciſ.* 516. *nu.* 8. *et* 9.

Quòd negativa citationis non factæ probetur per ſimplicem abnegationem, & actorum revolutionem, Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 12. 13. *et* 14. Cavaler. *deciſ.* 35. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 704. *n.* 14. *et c.* 725. *n.* 35. Magon. *de Luc.* 22. *n.* 19. Baron. *de cit. q.* 22. *n.* 2. *et ſeqq. vide in §. Negativa n.* Vide Epiſcopum Roccam *cap.* 141. *num.* 9. *tom.* 2. Anſald. *deciſ.* 92. *n.* 43.

Quando curſor, vel nuncius retulit ſe aliquem citaſſe, & eſt legitima citatio, illi creditur, nec poteſt elidi citatio per fidem alterius, vel etiam ipſius nuncii poſtea emanatam, quia præſumitur extorta in fraudem, & non attenditur in concurſu præcedentis publicæ relationis in actis factæ, & cùm ſit fides de actu præterito, de quo non creditur nuncio, Greg. *deciſ.* 131. *n.* 2. Buratt. *deciſ.* 270. *n.* 3. Rot. *p.* 9. *recent. deciſ.* 134. *n.* 2. *et ſeqq.* Si tamen res eſſet dubia poſſet attendi declaratio poſtea facta, quæ diceretur in eſſe, Rota *p.* 10. *recent. dec.* 237. *n.* 19. vide in *§. Nuncius n.* 4.

Quid autem ſi per ſcripturam Notarii appareat citationem fuiſſe factam, & nuncius aſſerat ſe nunquam illum citaſſe, Marta *vot. Piſ.* 131. *per tot.* ubi concludit ſtandum eſſe ſcripturæ, quia dicta negativa Nuncii non eſt de pertinentibus ad ejus officium, poteſt eſſe corruptus, vel oblivioni tradidiſſe, &c. Conciol. cum Addit. Romaguer. *ſtat. Eugub. lib. pr. rub.* 59. *per tot.* ubi plura de officio Plazzariorum, & nunciorum publicorum, an, & quando illis credatur in concernentibus eorum officium, vel non, de quo etiam dixi in *§. Nuncius.*

Citatio non poteſt fieri die feriata, ſicut nec illius relatio, Guaz. *def.* 10. *c.* 3. *n.* 8. *et ſeqq per tot.* ubi multa de citatione, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 1. *n.* 181. *et ſeqq. fol.* 503. ubi tamen loquitur de diebus feriatis in honorem Dei, & Sanfelic. *dec.* 141 *n.* 5. *etc. deciſ.* 387. *n.* 12. Zuff. *ad Conſt. Barber. n.* 28. *fol.* 387. Fagundez *de præcept. Eccleſ. lib. pr. cap.* 13. *per tot. fol. mihi* 51. Cala *tract. de feriis qu.* 4. *n.* 5. *et ſeqq.* 37

Contrarium quòd imò citatio poſſit committi, & exequi etiam diebus feriatis pro die juridica, Guid. Pap. *q.* 215. *n.* 2. Tiraquel. *de retract. lignag. n.* 79. Fenzon. *ad ſtat. urb cap.* 58. *n.* 20. Vant. *de nullit. ex defect cit. n.* 46. *et tit. qualiter ſent. poſſ. à nullit def. n.* 119. Baron. *de cit. q.* 43. *nu.* 30. Card. Tuſch. *litt. C, concluſ.* 242. *per tot.*

Civitas poteſt de jure dici, & eſſe etiam ſine Epiſcopo, & cathedra Epiſcopali, quinimmò fuerunt Civitates, priuſquam crearentur Epiſcopi; De conſuetudine tamen Italiæ, ac totius orbis Chriſtiani, non dicitur Civitas, niſi habeat, vel habuerit Epiſcopum, Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 1. *Præl.* 9. *n.* 10. *& ſeqq. fol.* 41. ubi etiam in quibus Civitatibus, & locis ſint conſtituendi Epiſcopi, vel non, Tuſch. *litt. C. concluſ.* 280. *n.* 15. Bart. *in Extrav. Qui ſint rebelles, verb. Lombardiæ n.* 5. Fagnan. *in cap. Epiſcopalia de Privileg.* Et vide *infra n.* 18. 7

Civitas quælibet præſumitur libera, & nòn alteri ſubordinata, unde Civitas Piſtorii dicitur ſocia, & non ſubdita Florentinis, nec comprehenditur ſub legibus, & proviſionibus Florentinorum, niſi de illa ſit facta ſpecialis mentio, cùm etiam in feſtivitate S. Joannis non vocetur inter alias Civitates ſubditas, Magon. *decis. Flor.* 60. *per tot.* 8

Non etiam vocatur Terra Mutilianæ patria mea, quia habet multa privilegia cum Florentinis, cùm olim ſe commiſerit, & recomendaverit protectioni Reipublicæ Florentinæ per pacta, & conventiones, ex quibus erat valdè privilegiata, nec ſimpliciter de diſtrictu Florentino dici poterat, ita ut Mutilanenſes non poſſent citari per Tribunalia Urbis Florentiæ, ſicuti in puncto conſuluit Corn. *conſil.* 187. *lib.* 4. quem pluries ſequuta fuit Rota Flor. & ſignanter ſub die 21. Octobris 1572. & in alia cauſa D. Catherinæ de Baldis de Mutiliana cum Antonio de Gagliardis à Portico, de qua in *lib. Mott.* 80. *fol.* 543. ubi tamen fuit tentum privilegia Mutilianenſium non extendi ad illorum bona alibi ſita.

Intellige prædicta de tempore, quo vigebat Reſpublica Florentina, nam hodie omnes de ſtatu Florentino ſe profitentur, & ſunt verè ſubditi, devoti, ac fideles Sereniſs. noſtro Magno Duci Etruriæ, (reſervatis ſolùm aliquibus privilegiis S. C. S. benè viſis, & opportunis) & ſumma quidem ratione, cùm nulla ampliora privilegia, nulla major libertas, ac animi tranquillitas haberi poſſint, quàm ſub iſto Potente, ac juſtiſſimo Principe regi, & gubernari; tunc enim Civitates, & Reſpublicæ ad optimum felicitatis ſtatum perveniſſe dicuntur, cùm unum ſolum caput, & Principem, ac talem ſibi conſtituerunt, qui diu, tutoq; imperare poſſit, non metum ex crudelitate, ſed amorem ex benignitate ſibi concilians, quia nil deterius Republica, in qua negotia ad numerum popularium voluntatum, & non ad pondus ſapientiæ, quæ in paucioribus reſidet, expediuntur; optima enim bonitas in unitate conſiſtit auctoritate D. Thom. *opuſ.* 20. *cap.* 2. Plin. *in Panegyr.* Tacit *annal. lib.* 1. *& lib.* 12. Michael. Eanin. *tract. de unit. ovil. & paſtor. in vol. tract. tom.* 53. *par.* 2. *cap.* 52. Sanfelic. *decis.* 322. *n.* 7. ſed de his ſatis.

Adhuc tamen S. C. S. jure, & ratione, dictam Terram Mutilianæ, ac totam Romandiolam Florentinam, ſervat immunem, & privilegiatam à Gabella contractuum, & nonnullis aliis, ut dixi in mea Practica *§. Romagna per tot.*

Civitas una poteſt tribus modis cum alia fœdus, & ami- 9

amicitiam inire, vel fœdera effici, primò mediante æquo fœdere, quo casu vera utraque ex parte æqualitas servatur, & unaquæque suos Magistratus, & potestatem æqualiter retinet, nec bannitus ab una, censetur bannitus ab alia nisi expressè actum esset, ut bannitus unius non posset in aliam recipi; secundò minùs æquo, & impari fœdere, & ut una alterius majestatem comiter conservet, & observet, quo fit ut una sit alteri superior, & bannitus ab una non possit in aliam ita confœderatam civitatem se recipere, non tamen Civitas hoc modo fœderata amittit suam jurisdictionem, & magistratum, sed libera permanet, nec altera superior cujus protectioni se commisit, acquirit in ea aliquam potestatem jus dicendi, & collectandi, vel arbitrium exercendi; Tertio modo inter fœdus dedititium, quod improprium omninò est, & iniquum, cum eo mediante Civitas dedititia efficiatur omninò subjecta legibus, & Magistratibus superioris Civitatis, Soc. sen. *consil.* 74. *col.* 2. *lib.* 1. cum aliis per Menoch. *de arbitr. quæst.* 100. *per tot.* ubi latiùs hæc omnia declarat, vide in *§. Bannitus n.* 33.

Quòd quando una Civitas, Regnum, vel Provincia alteri unitur, debeat regulari secundùm statuta, & leges alterius, cui fuit unita, & incorporata, Bart. *in l. convenerit* 2. *§. si nuda ff. de pign. act.* Rom. *consil.* 275. Alex. *consil.* 151. *num.* 5. *vol.* 2. *consil* 114. *vol.* 1. *consil.* 46. *vol.* 6 Natta *consil.* 636. *n.* 88. *vol.* 3. cum aliis per Viv. *com. opin.* 685. & vide in *§. Statutum circa generalia n.* 58. Rot. cor. Bich. 223. *n.* 7. Latè Abecclef. & Crescin. *observat. forens. part.* 1. *observat.* 2.

10 Civitatis appellatione qualiter veniant etiam continentia, & suburbia, ita ut legatis omnibus quæ in urbe sunt, veniant non solùm quæ intra muros reperiuntur, sed etiam in suburbis, & qui tenetur habitare in Civitate, satisfaciat habitando in suburbiis, & in similibus quando factum in suburbiis, dicatur factum in Civitate, vide pulchrè Menoch. *de arbitr. cas.* 155. *per tot vide supra n.* 2. *& in §. Appellativa significatio n.* 35. *§. Legatum. n.* 21. *& §. Statutum n.* .. Tusch. *litt.* C. *conclus.* 280. Leoncil. *dec. Ferr.* 163. *nu.* 5. *&c.* Sanfelic. *decis.* 50. Ricc. *Collect.* 2680. ubi quòd verum est in favorabilibus, secus autem in odiosis, & pœnalibus, *& Collect.* 1387. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 58. ubi quòd sub legato de rebus existentibus in aliqua Civitate venit etiam census, & alia existentia in Comitatu, maximè si dictum fuerit *in Trivoli, ò in Fiorenza, e non nella Città di Trivoli, ò nella Città di Fiorenza*, & sic non addito nomine Civitatis, licèt hujusmodi distinctio mihi potiùs verbalis, quàm substantialis videatur, adde Rot. *dict. part.* 9. *dec.* 489. *n.* 3. *& seqq.* ubi contrarium firmat stante dictione *in*, quæ intrincisitatem significat, & territorium excludit.

11 Civitas non obligatur ex mutuo ejus nomine per procuratorem, vel syndicum recepto, nisi probetur versum in ipsius civitatis utilitatem, & ideò mutuans antequam agat contra Civitatem, vel syndicum, debet liquidare in cujus utilitatem sit versa pecunia exceptis nonnullis casibus, de quibus Card. Tusch. *litt.* C. *conclus.* 282. *per tot.* ubi etiam quid in aliis contractibus, vide in *§. Versio, §. Universitas, & §. Abbas n.* 19. Odd. *de restitut. in integr. q.* 51. *n.* 60. *& seqq.* ubi quomodo probetur versio, & an detur in integrum restitutio.

12 Cives qualiter non sint idonei testes in causa pascuorum, quia habent interesse singuli, ut singuli, Marcian. *disp. forens. c.* 24. *num.* 15. Farinac. *q.* 60. *illat.* 17. Marta *vot. Pis.* 199. ubi quòd admittuntur, si non tractetur de interesse singulorum, & si factum ab aliis haberi non possit.

Alia an, & quando testes de universitate admittantur, vel non pro ipsa universitate, *dixi in §. Universitas n.* 14.

13 Civis quis præsumitur esse illius Civitatis, in qua reperitur, nisi probetur alienigena, cùm quis non præsumatur mutare locum, sed patriam suam colere, Bart. in *l. is potest n.* 17. *ff. de acquir. hæredit.* Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 15. Mascard. *de probat. concl.* 295. *per tot.* ubi infert ad plura.

14 Civitates subjectæ sedi Apostolicæ (& idem est de aliis Civitatibus aliis Principibus subjectis) non possunt condere statuta sine Summi Pontificis, vel alterius sui Principis auctoritate, ita ut si non appareat de illorum confirmatione in forma specifica nullius sint momenti, Bald. *in l. omnes populi num.* 6. *ff. de just. & jur.* Gratian. *discept.* 245. *nu.* 37. Burat. *decis.* 6. *n.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 323. *n.* 7. *& seqq.* ubi latè pro nullitate, & dixi in *§. Statutum circa generalia n.* 23. *&* 49. Rot. *decis.* 127. *n.* 28. *part.* 17. *recent.*

Plura de Civitate, oppido, castro, & villis, quid sint, quomodo differant inter se, & alia, Cabed. *decis.* 16. *p.* 2.

Quòd appellatione Civitatis veniant etiam suburbia, & territorium in favorabilibus, secus autem in odiosis, Antunez Portugal. *de donat. Reg. p.* 3. *cap.* 43. *n.* 10. *& seqq.* Paciclel. *de distant. c.* 12. *& fin. n.* 38. Scappa ad Gratian. *decis.* 96. Carol. Anton. de Luca ad Grat. *discep.* 217. & novissimè Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 49. *n.* 11. *&* 12. ubi me citat in hoc loco.

Statuta tamen longissimo tempore observata præsumi confirmata, & approbata, Rot. *par.* 7. *recent. decis.* 103. *n.* 24. *p.* 10. *decis.* 329. *num.* 10. *p.* 14. *decis.* 438. *n.* 6.

15 Cives allecti, vel aggregati non liberantur à muneribus, quæ imponuntur ratione originis, sic etiam cives populares allecti inter nobiles alterius Civitatis subjacent oneribus ratione originis impositis, nec possunt excusari, an præcedant, & alia, Sanfelic. *decis.* 324. *per tot.*

Plura de civibus Neapolitanis, & eorum privilegiis, tam si sint originarii, vel allecti, quibus modis acquiritur civilitas, nativitate, allectione, privilegio, baptismo, expositione, matrimonio & hujusmodi, Novar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 115. *per tot.*

16 Civitates, & illarum portæ cum clavibus custodiri debent per illarum administratores, & de jure custodia clavium portarum Civitatum spectat ad illum Magistratum, qui successit in locum Tribuni plebis, & alia de hac materia latè Boer. *tract. de custod. clavium*, Marta *vot. Pis.* 62. Novar. *de gravam. Vasallor. gravam.* 343. *tom.* 1. Fontanell. *de pact. claus.* 4. *gloss.* 10. *p.* 2. *n.* 18. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 58. ubi me, & alios citat.

17 De civitate, civibus, & civilitate juxta Pragmaticas Neapolitanas multa notat Thoro *comp. decis. Neap. verb. Civitas & Civis*, & alia generaliter Com. August. Fontan. *in Bibliot. legal. p.* 4. *eodem verb. fol.* 235. *&c.* Fagnan *supr. Decretali in Indic. generali*. Brunnemann. De Luc. *in Indic. general.* Altimar. *de Nullit. & alibi* Mans. Palm. Emerix Captar. & plures alii moderni.

18 Civitas potest esse etiam sine Episcopo, quia ad constituendam Civitatem non est necessarius Episcopus, ut ex Bart. & aliis probat Card. Tusch. *litt.* C. *conclus.* 280. *numer.* 15. & latè Hieron. August. *inter consil.* Bart. Gatt. *consil.* 28. *numer.* 101. *& seqq.* ubi in terminis statutorum Sacræ, & Illustr. Religionis D. Stephani, probat Corrigium in Lombardia, licèt sine Episcopo esse Civitatem, ut nati in ea dicantur de Civitate, ad effectum sumendi habitum, prout de natis in Civitate, ac ita fuisse judicatum ab Illustrissimo Consilio ejusdem Religionis. Fagnan. *in cap. Episcopalia de Privileg.* Et vide *supra n.* 7.

19 Conditio quod Cives, & originarii, ceteris paribus, præferantur extraneis, non est contra Jus Illustrissimus Dominus Episcopus Piton. *de Jurepatr. alleg.* 100. *n.* 34. *tom.* 2.

20 Civitates Venetiarum, Florentiæ, & Lucæ recognoscunt imperium Altimar. *de Nullit. rubr.* 5. *quæst.* 40. *tom.* 1.

21 Civis an possit conveniri ut hæres coram Judice feudali Rubeus *de confuss. Jur. cap.* 3. *n* 108.

22 Civis an ratione contractus, vel quasi possit conveniri coram Judice feudali Rubeus *loc. supra cit. c.* 3. *n.* 109. *& seqq.*

23 Civilitas vera inducitur, non autem ficta, quoties Princeps, vel Universitas creat aliquem Civem Episc. Rocc. *cap.* 82. *n.* 53. *lib. pr.* Et civilitas ex privilegio tran-

tranſit in Filios alibi natos, licèt de illis non fuerit facta mentio in privilegio, idem *loc. cit. cap.* 83. *nu.* 3. *lib.* 1.

24 Civilitatem ad retinendam habitatio non eſt neceſſaria. Epiſc. Rocc. *cap.* 83. *n.* 7. *lib. pr.* & civilitatem non ammittit Civis creatus cum onere habitandi, niſi fuerit interpellatus adimplere Rocc. *d. cap.* 83. *n.* 58. immò requiritur Judicis declaratio, & quod interpellatus contumax fuerit, & per annum ſteterit adimplere *ibid. n.* 19.

25 Civilitas etiàm per ſpiritualem nativitatem acquiritur, ut in illo Loco quis dicatur ortus, ubi ſalutari lavacro ſacri baptiſmatis fuit ablutus Rocc. *d. cap.* 83. *n.* 4.

26 Civitas, & Territorium faciunt unum corpus Bertachin. *vot.* 87. *n.* 21.

27 Civitas exiſtente juſta cauſa, poteſt prohibere, ne extrahantur victualia Bertachin. *vot.* 559. *n.* 10.

28 Civitas poteſt cogere Cives ad emendum frumentum publicum corruptum Bertachin. *vot.* 159. *n.* 12.

29 Civitas, & Baro habent jus revocandi Vaſſallos, ſeù Cives ad Patriam Bertachin. *vot.* 159. *n.* 13.

30 Civis an contribuat in expenſis litis, quam habet contrà ſe Communitas Carol. Ant. De Luc. *de pluralit. Hom. legal. cap.* 41. *n.* 1.

31 Civis ex origine propria, & paterna an ſit duplex perſona Carol. Anton. De Luc. *cap.* 70. *per tot. de pluralit. Hom. legal.*

32 Civilitas Patris juvat Filios Rot. coram Anſald. *deciſ.* 21. *n.* 4.

33 Civis alicujus Loci is propriè dicitur, qui in eo ultrà decennium habitavit, Uxorem duxit, & Liberos ſuſcepit. Anſald. *deciſ.* 21. *n.* 3.

34 Civitas ſubdita non poteſt præſcribere Regalia Anſald. *deciſ.* 36. *n.* 27.

35 Civis, & non exterus, Vicarius aſſumendus Pellegrin. *in prax Vicar. part.* 1. *in monit. general. pro Epiſcop. n.* 2. ſed contrà *ibid.*

36 Quandò in Civitate, vel Caſtro inferiori, & ſubdito adeſt Statutum proprium, & particulare ſuper aliquo caſu controverſo, tunc eſt attendendum Statutum Civitatis, vel Caſtri inferioris, & ſubditi, non autem Statutum Civitatis ſuperioris, & dominantis, & alia plura in hac materia Creſcin. ad Abecclef. *obſerv.* 2. *n.* 5. & *ſeqq. part. p.*

37 Civitas quælibet poteſt facere, quod civilitas acquiratur per ſolam habitationem Balducc. *tit.* 4. *de dot. deciſ.* 38. *n.* 31.

38 Civilitas differt ab incolatu, quia quis poteſt eſſe Civis, & non incola Balduc. *tit.* 4. *de dot. deciſ.* 38. *n.* 44.

39 Civilitas, & domicilium an, & quandò acquiratur per Mulierem forenſem in Civitate Viri, quidvè ſi ſoluto matrimonio ad Patriam revertatur Balduc. *tit.* 4. *de dot. deciſ.* 39. *n.* 41. & 42. ubi etiam quid in Viduis Neapolitanis.

40 Civilitas non ammittitur ex ortu accidentali in alio loco, ſicut nec privilegium originis reſpectu Mulieris alibi nuptæ Balducc. *tit.* 2. *de prælat. deciſ.* 17. *nu.* 3. Emerix jun. *deciſ.* 778. n. 7. Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 5. *deciſ.* 46. *n.* 2. & 3.

41 Civilitas non acquiritur ex habitatione etiam millenaria, quandò non fuit animus permanendi Balduc. *tit.* 4. *de Dot. deciſ.* 38. *n.* 29.

42 Civis degens in Territorio unius Magiſtratus reſpectu Fori alterius Magiſtratus, cui non ſubjacet, reputatus prò Forenſi Balduc. *tit.* 4. *de Dot. deciſ.* 38. *n.* 85.

43 Civis domiciliaris non poteſt conveniri actione perſonali in Foro originis, niſi ibi repertus fuerit, dummodò præſentia non ſit accidentalis, & ad breve tempus Balduce *tit.* 4. *de Dot. deciſ.* 38. *n.* 20. & *ſeqq.* ubi hoc ampliatur, & declaratur.

44 Civis originarius non habens domicilium in loco originis, æquiparatur Forenſibus quoad jus conveniendi Balducc. *tit.* 4. *de Dot. deciſ.* 38. *n.* 24.

45 Cives unius Civitatis omnes ſimul poſſunt non ſolùm interdici, ſed etiam excommunicari Fagnan. *in cap. reſponſo n.* 30. *de ſentent. excommunicat.*

46 Cives eligentes ſibi poteſtatem an poſſint variare Fagnan. *in cap. publicato n.* 47. *de Elect.*

47 Cives habent facultatem condendi Statuta in ſuis Civitatibus, etiam contra Jus commune Fagnan. *in cap. quæ in Eccleſiarum n.* 3. & 5. *de Conſtitut.* dummodo tamèn ſint licita; & de rebus eorum juriſdictioni ſuppoſitis, *ibidem n.* 4.

48 Civitas aratrum paſſa deſinit eſſe Civitas Fagnan. *in cap. propoſuiſti n.* 22. *de for. comp.*

49 Civitas non comprehenditur ſub diſpoſitione *cap. felicis de pæn. in* 6. Vide Fagnan. *in cap. ad hæc n.* 65. *de Relig. Dom.*

50 Civitas erigi non poteſt a populo ſine authoritate Principis, imò Muros municipales nec reficere licet ſine authoritate Principis, vel Præſidis Fagnan. *in c. epiſcopalia n.* 18. & 19. *de Privileg.*

51 Civitas dicitur civium unitas, ſtructuræ autem murorum non dicuntur civitas, ſed urbs Fagnan. *loc. cit. n.* 21. & 22. *cum ſeqq.*

52 Civitas, ſeu diœceſis pertinet ad Juriſdictionem Epiſcopi in ſpiritualibus Fagnan. *in cap. ſane il* 2. *n.* 7. & 14. *de Offic. Deleg.* Non tamen dicitur propria ipſius Epiſcopi *ibidem n.* 8. Sed contra *ibidem n.* 14.

53 Civilitas ab Uxore acquiſita per nuptias in Loco Viri non ſatisfacit Conſtitutioni requirenti originem utriuſque Parentis Emerix jun. *deciſ.* 296. *n.* 12.

54 Civilitas ad effectum probandi nullitatem contractus, quem Civis non poteſt inire ſine certis ſolemnitatibus, præſumitur, ſi contrahens fuit enunciatus civis in ipſo contractu Emerix jun. *deciſ.* 1339. n. 8.

55 Civium nomine veniunt non tantum oriundi, ſed etiam illi, qui civilitatem ex incolatu, ſeù beneficio reſidentiali quæſiverunt Mantiſſ. ad ornat Card. De Luc *lib.* 13. *deciſ.* 80. *n.* 6. *vol.* 4.

56 Civium nomine, ſi fuerint vocati illi de Civitate, vel Diœceſi, veniunt propriè originarii Mantiſſ. *d. deciſ.* 80. *n.* 7.

57 Sub Civium nomine præſumitur, quod veros, & naturales Cives Fundator ſolum comprehendere voluerit, quandò ipſe quoquè erat Civis naturalis, & verus. Mantiſſ. *d. deciſ.* 80. *n.* 19.

58 Sub nomine Civium non comprehendantur qui expreſſam aggregationem habent Mantiſſ. *ibid. n.* 20.

59 Sub nomine Civium, quandò comprehenduntur tàm veri, quàm ficti, ex præſumpta tamèn voluntate ſemper veri præferri debent fictis Mantiſſ. *ibid. n.* 22.

60 Civilitas vera, naturalis, & originaria non acquiritur, niſi per nativitatem, & originem in Civitate Mantiſſ. *ibid. n.* 24.

61 De quæſtione an natus caſualitèr in aliquo loco, efficiatur illius Loci Civis, vel potiùs attendatur origo, & domicilium paternum, remiſſivè Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 3. *deciſ.* 25. *n. pr. vol. pr.*

62 Quandò Statutum per verba naturalia exigit veram, & ſimplicem nativitatem in loco, tunc hæc ſufficit, & attenditur, etiamſi ſit fortuita, nec reſpicitur domicilium paternum Mantiſſ. *d. deciſ.* 25. *n.* 2.

63 Si unà cum nativitate concurrat admiſſio ad civilitatem nullum dubium, quod quis non ſit verus Civis Mantiſſ. *d. deciſ.* 25. *n.* 3. & an ultra admiſſionem ſit neceſſaria habitatio cum ſolutione onerum *ibid. num.* 4.

64 Qui ad jura Civica alicujus Civitatis, vel Nationis admitti cupit, ejus Statutis, & Legibus ſubjacere tenetur Mantiſſ. *d. deciſ.* 25. *n.* 7.

65 Veneti non gaudent civilitate Ravennæ, licèt hæc Civitas fuerit ſub eorum gubernio, & in capitulationibus pacis fuerit eis tributa facultas poſſidendi in ejus Territorio Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 17. *n.* 52. & *ſeqq. lib.* 4. *vol. pr.*

§. CLAUSULA. XVII.

1 CLauſula codicillaris qualiter ſit concipienda, Bart. in *l.* 1. *ff. de jur. codicill.* Pract. Papp. *libel. pro leg. rei ſing. in princ. cum Addit.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 596. *per tot.* ubi plura de ejus effectibus, Marta *de clauſ. p.* 3. *clauſ.* 11. *per tot.*

Quòd debeat concipi per verba præſentis, & futuri temporis, Jaſ. *in l. plenè* §. *ſi duobus n.* 6. *ff. de leg.* 1. Pract. Papp. *loc. cit. gloſ. Nec valet, nec valebit.,* & *gloſ. ſeqq. in Addit.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 32. *n.* 3. & *ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 536. *nu.* 97.

&

& cap. 774. *num.* 38. *&c.* Marta *de clausul. part.* 3. *clauf.* 11.

Quòd concepta per verba temporis præteriti imperfecti subjunctivi modi, trahatur ad futurum, & an dicatur continere conditionem mortis, vide Altogr. *consil.* 75. *nu.* 8. 9. 56. *&* 57. *lib.* 2. Urceol. *consult. for. cap.* 6. *n.* 21. *& seqq.* ubi quid importet, an sit concepta per verba præsentis temporis, vel futuri, & quomodo dignoscatur; nam si sit concepta per verba præsentis temporis sola legitima detrahitur, & non trebellianica; si verò per verba futuri temporis, tam legitima, quàm trebellianica detrahitur, quia primo casu gravamen censetur purum, secundo verò in diem, & conditionale, ut probat Urceol. *loc. cit.* Simon. de Pret. *interpret.* 3. *lib.* 3. *dub. pr. sol.* 6. *n.* 4. *& infra sol.* 7. *per totam ubi plures allegat.*

Quòd concepta per verba futuri temporis non operetur ubi sunt præteriti filii ignoranter ab eo, qui tunc de illis non cogitavit, vel habere ignoravit, vide Altograd. *consil.* 78. *n.* 35. *lib.* 1.

Sed sive sit concepta per verba futuri, sive præsentia temporis sustineat testamentum, si aliud non obstet, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 393. *nu.* 19. *&* 20.

2 Clausula codicillaris subintelligitur in testamento inter liberos, quamvis non sit expressa, & maximè de jure canonico, & multa de illius virtute, Gratian. *discept. forens. cap.* 369. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 79. *n.* 8. Card. De Luc. *de Testament. disc.* 29. *sub n.* 9.

An autem generaliter in aliis testamentis subintelligatur, vide Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 1. *tit.* 9. *per tot.* Addit. ad Magon. *decis. Lucen.* 32. *litt. H,* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 31. *per tot.* Urceol. *consult. for. cap.* 31. *n.* 19. *& seqq.* ubi relatis contrariis opinionibus, illam denique amplectitur, quòd subintelligatur uti executiva, & accessoria ad confirmandum, & sustinendum testamentum, non autem ad ampliandum, neque ad aliquam dispositionem inducendam.

Sed contrarium vide infra *n.* 19. *in fine*, ex Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 342. *n.* 14. *& seqq.*

Quòd minus operetur hæc clausula subintellecta, quàm expressa, Manoch. *lib.* 4. *præs.* 32. *n.* 19.

Non subintelligi in testamento, in quo sit institutus extraneus, Altograd. *consil.* 96. *n.* 3. *lib.* 2.

Subintelligi in testamento ad pias causas, non tamen operari, si adsit defectus voluntatis testatoris, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 16. *n.* 11. *&c.*

3 Clausula codicillaris, vel omni meliori modo, & similes appositæ in testamento solemni, & in scriptis condito, illud sustinet, quamvis testator nesciens scribere, non apposuerit signum crucis, vel loco illius non adhibuerit octavum testem, Gratian. *discept. forens. cap.* 843. *n.* 31. *&* 32.

Quòd clausula, *omni meliori modò*, comprehendat quoscumque casus, quibus actus possit sustineri, etiam non expressos, si sit concepta cum dictione conjunctiva, *& omni meliori modo*, aliàs non operetur nisi circa casus expressos, Rot. *p.* 2. *divers. decis.* 108. *n.* 5. Sperel. *decis.* 144. *per tot.* Nec etiam operatur ubi adest imperfectio voluntatis, vel est posita in actu limitato, nec potest variare sensum disponentis, & contrarietatem inducere, Gratian. *discept. forens. c.* 764. *n.* 14.

Quòd operetur tantùm circa defectus solemnitatum, non autem circa defectus in substantia, idem Gratian. *cap.* 973. *n.* 58.

Et multa de virtute hujusmodi clausulæ, vide per Ger. Spin. *consil.* 70. *per tot.* Cyriac. *controv.* 205. *n.* 118. *& seqq.* Sperell. *decis.* 73. *n.* 61. ubi quòd apposita in legato facit illud valere jure, & titulo institutionis infra *n.* 15. Card. De Luc. *in Indic. general. verb. clausula codicillaris* Emerix. jun. *in Decis. Sacr. Rot. Rom. in Indic. general. verb. clausula* Castald. *consult.* 164. *n.* 6. *consult.* 247. *n.* 3.

Quòd clausula codicillaris operetur multa, & quando secus, latissimè Card. Tusch. *litt. C, conclus.* 292. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 9. *nu.* 18. *& seqq. decis.* 32. *&c. vol.* 4. Arism. Tep. *var. sent. tit.* 596. *per tot.* Fusar. *de substitut. q.* 569. *per tot.* & alibi sæpè, ut in *repert. verb. Clausula*, Marta *de claus. part.* 3. *claus.* 21. *per tot. infra n.* 17.

4 Clausula codicillaris concepta per verba futuri temporis non operatur ubi testamentum est nullum ratione præteritionis secundùm glos. *in Auth. ex causa C. de lib. prætor.* & alios plures citatos per Altograd. *consil.* 80. *n.* 1. *&* 16. *lib.* 1.

Contrarium tamen verius, & receptius est quando res reducitur ad causam intestati, ita ut venientes ab intestato, censeantur cogi restituere hæredibus scriptis in testamento, secus autem si res non reducatur ad causam intestati, ut quia priùs conditum fuerit unum testamentum validum, & solemne, & postea condatur aliud nullum & invalidum ex causa præteritionis, in quo sit apposita clausula codicillaris, quia isto casu quicquid tenuerint aliqui nihil operatur, cùm illud ultimum testamentum nullum non revocet primum validum, nec virtute hujus clausulæ censeantur rogati venientes ab intestato, vel instituti in primo, de restituendo hæredibus scriptis in secundo, ad tradita per Altograd. *cons.* 80. *num.* 2. *&c. lib.* 5. Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 292. *nu.* 168. Barbos. *de Claus. claus.* 21. *nu.* 51. Marcian. *disput. forens. cap.* 66. *nu.* 3. *& seqq.* vide Gabriel. *com. concl. lib.* 6. *tit. de Claus. concl.* 7. *&* 8. *per tot.* Fusar. *de substitut. quæst.* 569. *per tot.* latè Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 303. *per tot.*, ubi quòd vigore dictæ clausulæ sustinetur testamentum, quando præteritio fuit scienter facta, & alia plura notabilia.

Sex casus in quibus clausula codicillaris non operatur, vide per Bardellon. *consil.* 139. *n.* 13. *& seqq. lib.* 2. facit Sperell. *decis.* 146. *n.* 59. *& seqq.* & infra per discursum.

An operetur in testamento fratris, instituta turpi persona, & fratre præterito, Ludovis. *dec.* 271. *nu.* 20. *dixi in §. Frater nu.* 2. vide Fusar. *de substit. q.* 570. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 13. *nu.* 54. *& lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 4. Martha *vot. Pis.* 211. *nu.* 1. Vide Mantiss. ad ornatum Card. De Luc. *libr.* 9. *decis.* 31. *n.* 25. *vol.* 3.

5 Clausula codicillaris operatur, ut succedentes ab intestato, teneantur detracta trebellianica restituere hæredi scripto id, in quo fuerat directè institutus, Pract. Papp. *libel. pro leg. rei sing. glos. valere nu.* 16. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 448. *n.* 9. *cap.* 583. *num.* 29. *cap.* 48. *n.* 4. *c.* 398. *per tot. & cap.* 902. *per tot.* Rot. in Ariminien. Jurispatronatus 27. Junii 1636. coram Pirovano in Noviss. *part.* 7. *decis.* 169. *nu.* 2. *&c. eadem par.* 7. in eadem causa *decis.* 205. *nu.* 4. Urceol. *consult. for. cap.* 6. *n.* 19. *& seqq.* Sperel. *decis.* 146. *nu.* 59. *&c. vide in §. Hæreditas num. & §. Testamentum n.* 27. Mart. *de claus. part.* 3. *claus.* 11. *& de success. legal. part.* 1. *quæst.* 26. *art.* 4. ubi quando filius præteritus, qui propter clausulam codicillarem censetur rogatus restituere hæreditatem possit detrahere non solùm legitimam sed etiam trebellianicam, quod pendet ab inspectione an dicatur purè, vel sub conditione gravatus, ut alibi dixi, & vide Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *q.* 1. *n.* 21. *& seqq.* Rot. *p.* 14. *recent. decis.* 103. *n.* 20. ubi quòd trebellianica non potest detrahi. Vide Card. De Luc. *de Testam. disc.* 27. *n.* 9. Emerix jun. *decis.* 1. *n.* 14. *& decis.* 8. *n.* 8. Ansald. *decis.* 48. *n.* 25.

6 Clausula codicillaris confirmat substitutionem pupillarem, ad hoc, ut succedentes ab intestato ipsi pupillo, teneantur illius hæreditatem substituto restituere, Pract. Papp. *loc. cit. num.* 16. dixi *in §. Substitutio num.*

Intellige omnia de clausula codicillari nisi adsit defectus voluntatis testatoris, quia tunc nihil operatur, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 56. *nu.* 11. *& seqq. inf. n.* 9.

7 Clausula codicillaris sustinet testamentum nullum ex causa præteritionis in vim fideicommissi, Addit. ad Pract. Papp. *libel. hæred. ex testam. glos. Ac etiam realiter*, Gratian. *discept. forens. cap.* 48. *num.* 2. *c.* 398. *per tot. & cap.* 448. *n.* 9. *& seqq.* Rot. *in supra allegata decis. n.* 3. *& part.* 9. *recent. decis.* 391. *nu.* 20. *& seqq.* Fusar. *de substitut. quæst.* 569. ubi latè hinc inde Sperel. *decis.* 32. *n.* 14. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 32. *n.* 2. *&c.* Gabriel. *com. concl. lib.* 6. *tit. de claus. conclus.* 7. *&* 8. *per tot.* Diaz. *reg.* 90. Urceol. *consult. forens. cap.* 6. *num.* 19. *& seqq.* Peregrin. *decis.*

cif. 104. *num.* 1. *&c.* ubi etiam *num.* 11. quòd tunc filius per dictam clausulam censetur purè gravatus, & ideò legitimam tantùm, vel Trebellianicam tantùm, & sic unicam portionem detrahit, Rot. *part.* 14. *recent. decif.* 303. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. decif.* 44. ubi quòd sustinetur testamentum matris, etiamsi non fuerit certiorata de virtute clausulæ codicillaris, quando apparet fuisse da matris voluntate appositam, non attento an per verba de presenti, vel de futuro, ac legitima tantùm detrahatur, non autem Trebellianica, *vide in §. Præteritio.* Rot. coram Emerix jun. *decif.* 1. *n.* 14. *& decif.* 8. *n.* 8.

An autem possit repudiare successionem ab intestato, & capere ex fideicommisso, vide Peregrin. *dict. decif.* 104. *n.* 12.

Intellige de præteritiona scienter facta, secus si ignoranter, Montan *de tut. cap.* 12. *n.* 25. Menoch. *de præsumpt.* 32. *num.* 9. *&c.* Altograd. *consil.* 80. *n.* 20. *& seqq. lib.* 1. ubi plura an sufficiat generica filiorum cogitatio, ut dicatur scienter facta præteritio, & ex quibus eliciatur hujusmodi generica filiorum cogitatio, Rot. *part.* 9. *recent. decif.* 391. *n.* 23. *&c. & decif.* 405. *per tot. & part.* 14. *decif.* 303. vida in §. *Testamentum nu.* 27. *& §. Præteritio per tot.* Thes. *decif.* 141. Ricc. *Collect.* 3609. ubi quòd non operatur quando extraneus fuit institutus, quia esset mera iniquitas videre filium restituere hæreditatem paternam extraneo instituto, nisi ageretur de favore Ecclesiæ ad tradita per Amat. *dec. Marc.* 10. vide latè Rot. *d. decif.* 405. ubi quod non operatur stante ignorantia, tam circa personas, quàm circa bona, nec quando extraneus fuit institutus per dictam rationem iniquitatis, & alia de hac materia per totam dictam decisionem *p.* 9. *recent. & p.* 10. in eadem causa *dec.* 54. *n.* 15. ubi fuit confirmata prima decisio, & quòd dicta clausula non operatur, quando testamentum duplici vitio laborat, præteritionis scilicet, & voluntatis. Card. De Luc. *de Legat. disc.* 64. *sub n.* 5.

Quòd ex mente Rotæ Romanæ non operetur nisi in duobus casibus, nempè quando alii filii sunt instituti, & alii scienter præteriti, Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *q.* 1. *n.* 22. *&c. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 4. *per tot.*

8 Clausula codicillaris operatur quòd caducata institutione per mortem hæredis scripti ante testatorem, habet locum substitutio facta, si sine liberis decesserit, Franch. *dec.* 156. *per tot. & decif.* 475. ubi tamen quòd non procedit respectu cohæredum, quibus non est restituenda portio effecta caduca, vide in §. *Testamentum num.* *& §. Jus accrescendi num.* Paul. Christin. *dec.* 57. *n.* 9. *&c. vol.* 4. Marcian. *disp. for. cap.* 68. *n.* 20. *& seqq.*

9 Clausula codicillaris operatur quando testamentum deficit ex omissione alicujus solemnitatis, puta numeri testium, vel si fiat caducum per mortem hæredis ante testatorem, Pract. Papp. *libell. pro leg. rei sin. glos. valere n.* 4. Gratian. *discept. forens. c.* 48. *n.* 2. *& seqq.*

Secus autem si testamentum deficiat ex defectu voluntatis, Pract. Papp. *loc. cit.* Gratian. *discept.* 536. *n.* 68. *& cap.* 774. *n.* 36. *&c.* Altograd. *consil.* 78. *n.* 37. *lib.* 1. ubi etiam *n.* 38. quòd non operatur quando testamentum duplici vitio laborat, præteritionis scilicet, & defectus voluntatis Fusar. *de substit. qu.* 64. *n.* 56. Rot. *par.* 13. *recent. decif.* 16. *nu.* 12. *&c.*

10 Clausula codicillaris an operetur quando testamentum rumpitur nativitate posthumi præteriti, vide Pract. Papp. *loc. cit. n.* 7. Bart. *in l.* 1. *ff. de jur. codicill.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 32. *n.* 3. *& seqq. per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 48. *n.* 9. *& c.* 398. *n.* 21. *&c.* Altograd. *consil.* 80. *nu.* 23. *& num.* 30. *&c. lib.* 1. Marcian. *disput. forens. cap.* 66. *per tot.* Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 78. Fusar. *de substit. quæst.* 569. *n.* 8. *& seqq.* ubi distinguit quatuor casus Sanfelic. *decif.* 344. *num.* 11. *& seqq. cum Addit.* Altimar. *de nullitat. contract. rub.* 2. *&* 3. *q.* 1. *num.* 51. *vers. & posthumo nato. tom.* 8.

11 Clausula codicillaris habet vim obliquandi verba directa & civilia, ac ex illis inducendi fideicommissum, quando substitutio non potest valere jure directo, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 774. *nu.* 32. *& seqq.* Marescott. *var. resol. d. cap.* 78.

Si autem testamentum potuit valere, & locum habere respectu directarum substitutionum, dicta clausula nihil operatur, illa enim suas vires exercet tantùm, ubi testamentum non potuit sustineri jure directo, & institutio non habuit effectum, secus si hæreditas fuesit adita ab hæredibus institutis, Altograd. *consil.* 75. *n.* 55. *lib.* 2.

Clausula apposita in testamento quòd valeat etiam 12
in vim cujuslibet ultimæ voluntatis, si non valeat in vim testamenti, vel codicilli, valebit in vim simplicis, & imperfectæ voluntatis inter liberos, nihil tamen operando quoad extraneos, Pract. Papp. *libel. pro leg. rei sing. glos. valere n.* 17.

Clausula quòd valeat etiam in vim donationis causa 13
mortis, operatur quòd si non valet, ut testamentum, vel ut codicillus, valeat ut donatio causa mortis, si tamen hæres fuerit præsens, vel ejus nuncius, sive Notarius pro illo stipuletur, Pract. Papp. *ubi suprà in fin.*

Clausula *omni meliori modo* apposita in testamento, 14
operatur quòd si filia præterita dicat testamentum, nullum, cogatur detracta sua legitima, hæreditatem scripto hæredi restituere ex fideicommisso, Becc. *consil.* 103. *num.* 16. Gratian. *discept. forens. cap.* 764. *nu.* 54. Rot. *part.* 14. *recent. decif.* 303. *num.* 18. ubi quòd operatur facultatem ingrediendi possessionem propria auctoritate, ita ut si hæres scriptus possideat, non cogatur restituera, ut postea capiat de manu hæredis: & generaliter de hac clausula vide Menoch. *de arbitr. quæst.* 48. Faber. *de cad.* 69. *error.* 7. *& seqq.*

Et quòd habeat vim clausulæ codicillaris, ac per eam resolvatur substitutio directa in fideicōmissariam, idem Gratian. *cap.* 369. *n.* 6. *c.* 571. *n.* 8. *cap.* 747. *nu.* 10. *& cap.* 830. *num.* 13. ubi plura de hujusmodi clausulis, Fusar. *de substit. quæst.* 245. *nu.* 67. *quæst.* 443. *num.* 135. & alibi *ut in repert. verb. Clausula.*

Nihil tamen operatur ubi adest imperfectio ratione consensus, sive voluntatis, idem Gratian. *cap.* 763. *num.* 10. *&c.*

Nec in voluptate captatoria, & ubi deficit potestas in disponente, Surd. *decif.* 7. *num.* 25. *&c.*

Clausula prædicta, *omni meliori modo*, operatur, ut 15
testamentum valeat, quamvis in eo non sit relicta legitima filiis honorabili titulo institutionis, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 702. *num.* 8. *etc. supra n.* 3. *in fine* Peregrin. *decif.* 54. ubi quod salvat testamentum à vitio præteritionis etiam si sit expressus legati, *part.* 14. *recent. decif.* 254. *num.* 11. *&c.* Rot. *dec.* 32. *num.* 26. *part.* 8. *recent.*

Potest esse ratio, quia dicta clausula etiam in fine testamenti posita, supplet titulum institutionis ubi opus est, & verba non repugnant, sicuti ad aliud propositum deducit Altograd. *cons.* 75. *num.* 10. *etc. lib.* 1. Peregrin. *loc. cit.* ubi quòd procedit non solùm quando dicta clausula fuit in ipso relicto inserta, sed etiam quando reperiatur annexa cum clausula codicillari, vide Rot. *part.* 14. *recent. decif.* 254. ubi plura de virtute dictæ clausulæ, ut contineat etiam cautelam Doctorum circa modum apponendi gravamen legitimæ, de quo dixi *in §. Legitima num.* 31.

Clausula codicillaris, & omni meliori modo ope- 16
ratur prohibitionem Trebellianicæ, secundùm Ruin. *cons.* 146. *num.* 10. *et* 16. *lib.* 3. Vide Card. De Luc. *de Testament. disc.* 59. *n.* 7. *&* 8.

Contrarium tamen est verius, ut per Gratian. *discep. forens. cap.* 888. *num.* 12.

Quod clausula, *omni meliori modo*, idem operetur, quod clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, Fusar. *de substit. q.* 245. *num.* 67.

Quid autem operetur clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, idem Fusar. *q.* 10. *per tot.* & dixi *in §. Substitutio num.* 29.

Clausula codicillaris non operatur in primo testa- 17
mento, quod per secundum fuit revocatum unà cum omnibus in illo contentis, Pract. Papp. *pro leg. rei sing. gloss. valere num.* 15. Bart. *in l.* 1. *q.* 15. *C. de codicill.*

Plura de clausula codicillari quid, & quantum operetur, & quando non, vide in Arta Notariat. *tom.* 1. *verb. Clausulæ codicillares*, latè Card. Tusch. *litt. C, conclus.* 292. *per tot.* Fusar. *de substit. q.* 245. *num.* 38. *& seqq. & q.* 569. *per tot.* cum aliis per Barbos. *de claus. claus.* 21. *per tot.* ubi 28. effectus hujus clausulæ

refert cum 15. limitationibus, Marta de claus. par. 3. claus. 11. per tot. Card. De Luc. in Indic. general. verb. clausula codicillaris Emerix jun. in decis. S. R. Rom. in Indic. general. verb. clausula.

Quod clausula, *omni meliori modo*, posita in testamento habeat vim clausulæ derogatoriæ ad præcedentia testamenta, cùm denotet præcisam voluntatem, Peregrin. decis. 54. num. 3.

18 Clausula codicillaris non operatur ubi testamentum est nullum vitio testatoris, nam qui non potest testari, non potest etiam codicillari, l. divus, ff. codicilli, ff. de jur. codicil. Pract. Papp. loc. sup. cit. nu. 14.

Non etiam operatur quando testamentum est nullum ex duplici vitio, præteritionis scilicet, & voluntatis, Rot. post Merlin. de legit. decis. 163. nu. 11. Cancer. variar. resolut. part. 3. cap. 20. n. 406.

19 Clausula codicillaris si non fuerit per Notarium declarata testatori imperito nihil operatur, Soccin. jun. consil. 153. nu. 2. in fin. & n. 5. lib. 2. Gabriel. commun. concl. lib. 6. tit. de consuetud. concl. 4. num. 7. & quod ubi agitur de testamento personæ simplicis, & idiotæ, ut mulieris, non operetur, si non fuit per Notarium declarata ejus vis testatori, Altogr. plures allegans cons. 78. n. 34. lib. 1. & latiùs cons. 80. num. 8. et seqq. lib. 1. ubi etiam quod licèt præsumatur apposita de voluntate testatoris, non ob id sequitur, quod operetur in persona idiota, si illi non fuit declarata; fatetur tamen in fine contrarium fuisse judicatum per plures sententias, dictam clausulam suum operari effectum. Vide Card. De Luc. de Testam. disc. 57. de Dot. disc. 71. & de Legat. disc. 64.

Quod præsumatur apposita de voluntate, & mandato testatoris, Menoch. lib. 4. præsumpt. 31. num. 1. &c. & de arbitr. cas. 144. nu. 11. Fusar. de substitut. q. 460. num. 20. & seqq. & q. 650. num. 19. & seqq. Sperel. decis. 146. num. 5. & 6. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de consuetud. concl. 4. per tot. Mascard. de probat. concl. 300. ubi refert contrarias opiniones, & hanc sequitur stante consuetudine illam apponendi, Card. De Luc. de Judic. disc. 26. n. 26.

Quòd ubi clausula codicillaris non est in testamento apposita, non subintelligatur, nec suppleri possit, non obstante quod Notarius censeatur rogatus apponere clausulas consuetas, quia postquam tradita est copia testamenti, functus est officio suo, nec syllabam addere potest, vel quia clausulæ illæ à Notario addi non possunt in extensione instrumenti, quæ novam dispositionem, vel novum effectum inducerent, Rot. par. 13. recent. decis. 342. num. 14. & seqq. ubi quod ideò non potest sustineri testamentum ex causa præteritionis nullum, juxta notata sup. num. 7. vide sup. num. 2.

20 Clausulæ, quarum virtus, & efficacia ignoratur à Notario, & testatore, vel contrahentibus, non videntur attendendæ, Rip. in l. Centurio n. 79. &c. ff. de vulg. & pupill. Magon. decis. Flor. 15. num. 4. Rot. par. 16. recent. decis. 44. n. 3. & seqq. ubi quando constat esse de voluntate mulieris, ut testamentum suum plenum sortiatur effectum.

Et in terminis clausulæ codicillaris, Altograd. cons. 80. n. 12. etc. lib. 1. cons. 75. n. 54 lib. 2. Testatur tamen ipse Altograd. in fine dicti cons. 80. contrarium fuisse judicatum per plures conformes, & quidem rectè, aliàs enim esset destruere omnes dictæ clausulæ virtutes, quas vix attingunt summi legum vertices, & non notarii, vel quia juxta superiùs dicta secundùm multorum opinionem etiam non expressa possit subintelligi, & de mandato testatoris, ad sustinendas hominum voluntates, ac ideo videmus etiam Rot. part. 14. recent. decis. 303. absque ulla difficultate admisisse dictam clausulam operari effectus suos in testamento mulieris.

21 Clausula, *omni meliori modo*, cùm apponatur potius de stylo Notariorum, quam mente contrahentium, restringitur ad casus expressos tantùm, Magon. decis. Flor. 57. n. 59. Tusch. litt. C, conclus. 304. ubi quod clausulæ, quæ de stylo Notariorum apponuntur, non multùm operantur, Rot. par. 16. recent. decis. 354. n. 7. ubi quod refertur tantùm ad expressa, non autem ad incognita. Peregr. consil. 31. num. 24. vol. 5.

De similibus clausulis non attendendis tanquam ex consuetudine Noterii appositis, & non intellectis à contrahentibus, idem Magon. decis. Flor. 64. nu. 64. & seqq.

Nec quando in instrumento non fuit plenè expressa intentio partium, Cravett. consil. 34. in fine, Gratian. disceptat. forens. cap. 447. num. 13. Salnit. Tiber. de for. instr. lib. 1. cap. 37. in fine, Altograd. cons. 75. num. 14. & seqq. lib. 2.

Quia deficiente consensu clausulæ quantumvis amplæ, geminatæ, & juratæ nullam vim obtinent, Grat. discept. 763. num. 13. dixi in resol. cap. 14. num. 17. & 18. & juxta ibi tradita fuit judicatum infr. num. 42.

Sed quod omnes clausulæ substantiales præsumantur de consensu partium, & non de stylo appositæ, & quid in aliis non substantialibus, vide Menoch. lib. 4. præsumpt. 31. num. 1. & de arbitr. cas. 144. n. 5. &c. Non tamen operantur, si illorum virtus ignoretur, ut dixi supra num. 19. & 20.

22 Clausula, *omni meliori modo*, quando importet validitatem actus, vide Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 47. num. 2. & per tot. Magon. decis. Flor. 57. num. 15. &c. & num. 59. &c. Gratian. discept. forens. cap. 647. num. 25. cap. 763. & cap. 764. num. 14. Rot. part. 13. recent. decis. 74. num. 10. ubi quod si subsequatur post modos expressos, validitatem actus ultrà modos expressos operatur, & decis. 165. num. 14. & seqq. ubi quando non operetur, & decis. 214. num. 17. ubi quod non operetur, & decis. 214. num. 17. ubi quod non operatur ultrà modos expressos, latè Barbos. de claus. 95. per tot. ubi refert 38. effectus dictæ clausulæ cum 12. limitationibus, Tusch. litt. C, conclus. 358. per tot. Ludovis. decis. Perus. 117. Merlin. decis. 901. nu. 7. ubi quod facit valere sententiam ex alio motivo præter expressum, vide in §. Sententia num. 22.

Quod non operetur ultrà modum expressum ubi fuit certus modus expressus, maximè ubi est sine copula, Cassador. decis. 7. num. 7. de appell. Achill. decis. 1. de claus. Rot. per Franc. decis. 841. num. 3. & part. 13. recent. decis. 22. n. 11. &c. ubi quod ex defectu voluntatis stante ignorantia modi non expressi non operatur, & decis. 265. num. 16. Sord. decis. 7. n. 28.

De clausula *omni meliori modo* plura scribunt Carol. Ant. De Luc. in Prax. Judic. cap. 49. n. 3. Fagnan. sup. Decretal. in Indic. general. verb. clausula Card. de Luc. in Indic. general. verb. clausula Emerix jun. in Decis. Sacr. Rot. Rom. in Indic. verb. Clausula Abb. Castald. in consult. in Indic. verb clausula.

Clausula *omni meliori modo* æquipollet cantellæ Socsen. cons. 122. lib. 1. ut docent Cuman. cons. 52. sub n. 3. seu cons. 58. n. 3. Curt. jun. cons. 120. n. 16. vers. tum quia Sord. decis. 21. n. 22. Rot. recent. part. 5. decis. 342. n. 13. & part. 14. decis. 254. num. 13. & 14. & in Perusin. successionis 16. Mart. 1659. coram Verospio §. fin. impressa apud Mans. consul. 153. n. 4. vol. 2. & eadem Rot. in recent. part. 19. tom. 2. decis. 394. n. 25. Rot. in decis. recollectis per Palm. nep. decis. 302. n. 4. tom. 4. Cephal. cons. 153. nu. 92. Palm cons. 35. num. 41. Fachin. controvers. Jur. libr. 12. cap. 70. ver. istis nihil morantibus Episc. Rocc. cap. 52. nu. 34. et 35. Mans. consult. 153. a n. 1. Andreol. controvers. 250. n. 87. Rot. in Roman. Locorum Montium 3. Martii 1690. coram Benincas. impressa in Mantiss. ad ornatum Em. Card. De Luc. lib. 9. de testam. & codicill. decis. 43. n. 3. vol. 1. Torr. de Pact. futur. success. libr. 2. cap. 33. n. 151. De Luc. de Legit. disc. 18. num. 19. Fatinel. resp. 27. in fin. Ansald. decis. 77. n. 58.

Sed contrarium verius esse firmant Mans. dict. consult. 153. n. 18. Palm. alleg. 17. n. 16. Rot. post Torre de Pact. fut. success. decis. 157. a num. 4. & in Roman. Locorum Montium 3. Martii 1690. coram Benincas. impress. in Mantiss. ad Card. De Luc. libr. 9. dict. decis. 43. n. 5. vol. 2. et in recent. part. 24. decis. 119. n. 7.

Prior tamen sententia multo magis procedit, quando dicta clausula *omni meliori modo* cohæret ipsi prohibitioni. Secunda verò opinio locum habet, quando dicta clausula apposita non videtur ad corroborationem prohibitionis legitimæ, sed ad alium effectum penitus diversum Mans. dict. consult. 153. sub n. 8. Palm. dict. alleg. 17. sub nu. 16. Rot. post Torr. de pactis futur. success. dict. decis. 157. n. 5. et 9., quæ est

decis.

deciſ. 119. *part.* 14. *recent.* eadem Rot. in Mantiſſ. ad Card. De Luc. *allegat. deciſ.* 43. *n.* 4. *et in deciſ. recollect.* per Palm. nap. *dict. deciſ.* 302. *n.* 5. *tom.* 4. Epiſc. Rocc. *ubi ſupra num.* 36. Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 33. *n.* 176.

Prior etiam ſententia multo magis procedit ſtante repetitione dictæ clauſulæ *omni meliori modo etc.* Rot. *recent. deciſ.* 254. *part.* 14. Epiſc. Rocc. *cap.* 52. *n.* 45. *tom.* 1.

23 Clauſulæ ſalutares in fine libelli appoſitæ, *petens etc. deducens etc. non ſe adſtringens etc. omni etc.* operantur quod videatur intentata, & deducta omnis actio, quæ ex narratis reſultare, & comperere poreſt, Magon. *deciſ. Flor.* 111. *num.* 24. *et deciſ. Luc.* 4. *num.* 8. *cum Addit.* ubi an reus poſſit petere per actorem declarari, quodnam remedium intentare velit, & tenet quod ſic. De his clauſulis plura notant Card. De Luc. *in Indic. general. verb. clauſula* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 49. Fagnan. *in cap. cum jam dudum n.* 10. *de Præbend.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 3. *interſect.* 1.

De clauſula, *deducens etc.* quid operetur, Marta *de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 256. Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 54. *etc.* Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 125. *et* 126. *per tot.*

De clauſula, *omni meliori modo*, Matta *vot. Piſ.* 44. *num.* 5. *et ſeqq.*

Quod clauſula, *jus, et justitiam, etc.* multa operetur, vide Barboſ. *de clauſ.* 76. *per tot.* ubi 13. effectus refert cum quatuor limitarionibus, vide etiam Capyc. *deciſ.* 10. *num.* 22. *et ſeqq.* Gratian. *deciſ.* 193. *num.* 8. *etc.* Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 43. *num.* 7. *etc. cum Addit. in fine* 2. *vol. fol.* 27. *dixi in* §. *Actor num.* 9. *et* §. *Libellus num....* Tuſch. *litt. C, concluſ.* 359. *per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 27. *num.* 3. *etc.* Gabr. *comm. concluſ lib.* 6. *tit. de clauſ. concl.* 4. *per tot.* Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 174.

Quæ clauſulæ, & cautelæ ſint in libellis adhibendæ, Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib* 14. *tit.* 3. *num.* 28. *et ſeqq. fol.* 135. Tuſch. *litt. C, concluſ.* 357. *et ſeqq.*

Quando autem hujuſmodi clauſulæ non operentur, Gratian. *deciſ.* 137. *num.* 17. *etc.*

De diverſis clauſulis judiciorum, & quid operentur, Tuſch. *litt. C, concluſ.* 361.

24 Clauſulæ, *ſummariè, de plano, et ſola facti veritate inſpecta*, operantur quod Judex poſſit, omiſſis attentatis, vel aliis emergentibus, ſive incidentibus, cognoſcere, & judicare ſuper meritis, Gratian. *deciſ.* 197. *in fine* Tuſch. *litt. C, concluſ.* 366. *et ſeqq.* ubi de pluribus aliis reſcriptorum clauſulis, Gabriel. *commun. concl. tit. de clauſ. lib.* 6. *concl.* 6. *per tot.* Vide Pellegr. *in Prax. Vic. part.* 2. *ſect.* 2. *ſubſect.* 1. *interſ.* 1. *a n.* 4.

An, & quando in cauſis ſummariis poſſint admitti probationes poſt concluſum in cauſa, idem Gratian. *deciſ.* 198. *num.* 25. *et ſeqq. etc.* Creſcin. ad Abeccleſ. *obſervat. forenſ. part.* 1. *obſervat.* 39.

Quod dictæ clauſulæ inducant viam executivam, Barboſ. *clauſ.* 176. *num.* 7. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 20. *num.* 10. Rot. *deciſ.* 36. *num.* 58. *par.* 5. *recen.*

De aliis effectibus dictarum clauſularum, vide *in* §. *Cauſa num.* 5. *etc.* §. *Excuſſio num....* *infra n.* 28.

De clauſulis, *ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii*, quid operentur, & quid illis non obſtantibus requiratur, latè Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. *& ſeqq. ad* 53. Marant. *de ordin. jud. part.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 12. *& ſeqq. ad* 37. Tuſch. *litt. I, concl.* 891. *per tot.* ubi referunt 30. effectus, Barboſ. *clauſ.* 173. *et* 176. Sanfelic. *in praxi ſect.* 1. Novar. *in Prag. Reg. Collect.* 175. Pellegrin. *dict. interſect.* 1. *a n.* 4.

25 Clauſula, *appellatione remota*, recipit multas interpretationes, de quibus Felin. *in cap. paſtoralis de appell.* remiſſivè Magon. *deciſ. Luc.* 15. *num.* 13. latè Barboſ. *de clauſ. clauſ.* 9. *per tot.* Mart. *de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 12. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *nu.* 238. *& ſeqq. ad* 254. vide *in* §. *Appellatio num...* Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 28. ubi an includat quamcunque appellationem, Leoncil. *deciſ. Ferr.* 31. *num.* 12. *deciſ.* 134. *num.* 2. ubi quod intelligitur etiam quoad effectum devolutivum, ſaltem quando eſt univerſaliter concepta. Fagnan. *in Indic. general. verb. clauſula appellatione remota* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 2. *n.* 29. Cardinal. De Luc. *in Indic. gener. verb. clauſula.*

Clauſula, *non retardata executione*, operatur ut prius 26
parendum ſit reſcripto non obſtante appellatione, & afficit etiam tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 87. *n.* 24. *&* 25.

De clauſula, *cum facultate manutenendi quem de jure*, quid importet, Rot. *par.* 6. *recent. deciſ.* 305. *& par.* 13. *deciſ.* 310. *num.* 26. *&c.*

Quòd Clerici, qui in ludo, vel aliàs luxurioſè vivendo, bona ſua conſumpſerunt, & inciderunt in paupertatem, non gaudeant *d. privilegio c. Odoardus*, probat Sperel. *decis.* 158. *num.* 17. vide alios citatos *ſupra num.* 18. Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 192. *num.* 180. *part.* 9. *recent.* ubi nec quando calumnioſè petunt, & Rot. in Romana ceſſionis bonorum 19. Aprilis 1652. coram Royas poſt Oleam *de ceſſ. jur. decis.* 26. ubi quòd doloſè petentes, vel cedentes non gaudent dicto privilegio, & ex quibus arguatur dolus Vide Fagnan. *loc. cit.* Pellegrin. *ubi ſupra n.* 27.

Quòd dictum beneficium *cap. Odoardus* tanquam perſonale non ſuffragetur laico fidejuſſori Clerici, licet ſuffragetur Clerico fidejuſſori laici, Squillant. *de privileg. Cleric. cap.* 10. *dub.* 3. *num.* 47. Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *reſolut.* 18. *verſic. ſed hic obiter*, &c. ubi alios allegat.

Clericus admiſſus ad beneficium *dicti cap. Odoardus* non eſt infamis, & ideo eſt legitimus teſtis Bertachin. *vot.* 165. *n.* 9. & 10.

De hac materia *cap. Odoardus de ſolution.* plura ſcribunt Fagnan. *ſup. Decretal.* Pellegrin. *in Prax. Vicar.* Card. De Luc. *in Indic. general. verb. Clericus quoad privileg. cap. Odoardus.*

20 Clericus habens unum beneficium, ſi velit aliud impetrare, debet de primo facere mentionem in precibus, aliàs reſcriptum eſſet ſubreptitium, cum pluralitas beneficiorum non ſit permiſſa, Menoch. *de arbitr. caſ.* 201. *num.* 41. & *ſeqq. ad* 60. & *caſ.* 259. *per tot.* Aloyſ. Ricc. *Prax. variar. reſol. cap.* 100. ubi an poſſit unum renunciare cum penſione, Mareſcot. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 103. & *ſeqq.* ubi qualiter primum, vel utrumque amittat, de quo latè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 223. *per tot.* Rebuff. *in Prax. benefic. tit. de diſpenſat. ad plura benefic.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 403. &c. *fol.* 185. ubi an, & quando poſſit Epiſcopus in hoc diſpenſare, & *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 175. & *fol.* 242. ubi qualiter vacet primum ipſo jure per aſſequutionem alterius incompatibilis cum illo, & latiùs *lib.* 10. *tit.* 28. *per tot fol.* 423. &c. ubi quòd incompatibilitas iſta oritur ex triplici capite, primò quando utrumque beneficium perſonalem requirit reſidentiam, ſecundò quando ſub eodem tecto conſiſtunt, tertiò quando alterum pro congrua ſuſtentatione ſufficiens eſt, ut latè ibidem declarat per numeros 86. Duen. *reg.* 71. *per tot.* Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *reſolut.* 1. *per tot.* ubi multa notabilia de pluralitate beneficiorum, vide in §. *Beneficium num.* 12. Merlin. *decis.* 6. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recentior. decis.* 241. *per tot.* Hermenegil. Roxas *tractat. de incompatibil. Regn. & Majorat. part.* 7. *cap.* 1. 2. 3. 4. & 5. *per tot.* ubi plene Michael Ferro Manriq; *quæſt. Vicar.* 4. *per tot. part.* 2. ubi refert Genuen. *in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.* 649. tenentem poſſe etiam hujuſmodi clericos ob pluralitatem beneficiorum criminaliter proceſſari, & puniri tanquam panem aliis auferentes, & ſedem Apoſtolicam defraudantes in diſpenſatione non obtenta, licèt ipſe dicat hoc in facto, & de ſtylo non ſervari, & quid in hoc operetur conſuetudo à Pontificibus cognita, & tolerata, ne totus Mundus damnetur, de qua Nicol. Garzia *tract. de benef. part.* 11. *cap.* 5. §. 3. *num.* 263. & *ſeqq.* Pen. *decis.* 61. *decis.* 204. & *decis.* 303. Fagnan. *in cap. multa de Præbend.* & *in cap. cum jam dudum n.* 38. *de Præb.* Lott. *de re benef. lib.* 3. *q.* 23. Piron. *diſcept. eccleſ.* 8. & *de Jurep. alleg.* 27. *n.* 16. De Luc. *de benefic. diſc.* 57.

Quando beneficium dicatur ſufficiens, vel inſufficiens pro congrua ſuſtentatione, cùm non poſſit certè definiri, judicis arbitrio remittitur; & ſtante inſufficientia unius, vel plurium, tunc poteſt aliud impetrari, & retineri; quando autem quis retinet plura beneficia ultra congruam ſuſtentationem eſt in ſtatu damnationis æternæ, cùm tunc talis retentio proveniat à radice cupiditatis, & avaritiæ, privetur Deus cultu ſuo, fiat injuria aliis Clericis dignis beneficio deſtitutis, nec Papa videatur tacitè diſpenſaſſe, dum in ultimis proviſionibus fuerunt narrata omnia beneficia jam obtenta, quia cenſetur diſpenſare quoad impetrationem, non quoad retentionem, prout latè hæc omnia, & alia de hac materia explicat, & exornat Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 90. *part.* 9. *recent. per num.* 316. & latiùs *in Annot. ad decis.* 254. *d. part.* 9. *per num.* 440. ubi terribilia invenies contra poſſeſſores plurium beneficiorum, ad quæ non advertunt, ſed malè plures Prælati, adde Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 73. & *ſeqq.* Prato Fiorito *lib.* 2. *cap.* 28. *per tot.*

Clerici licèt non poſſint ſine cauſa, Eccleſias ſuas, inconſulto Epiſcopo, dimittere, ut ad alias tranſeant, tamen ſi velint regularem religionem ingredi, poſſunt relicta propria Eccleſia, in qua etiam gerant curam animarum ad religionem Regularium ſe conferre, etiam Epiſcopo contradicente, *cap. duæ ſunt* 19. *quæſt.* 2. Menoch. *de Arbitr. caſ.* 422. *per tot.* vide §. *Epiſcopus num.* 49. & §. *Monachus num.* . . . 21

Quòd Clerici non poſſint peregrinari, nec diſcedere à Diœceſi ſine licentia ſui Prælati, Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſolut. cap.* 264.

Clericus, cui fuit datus ſubſtitutus ſub conditione, *ſi ſine liberis*, &c. an ſi habeat Eccleſiam, illa dicatur loco filii, & ſubſtitutum excludat prout Monaſterium, vide Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 38. *num.* 68. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 429. *num.* 3. & *ſeqq.* Barboſ. *de appellat. verb. ſignific. appellat.* 99. *nu.* 127. &c. *dixi in* §. *Monaſterium num.* §. *Subſtitutio num.* & §. *Conditio num.* 22

Clericus Rector Eccleſiæ, agendo contra debitores ipſius Eccleſiæ, ſi illi opponatur quòd non ſit talis, tenetur oſtendere titulum, maximè ſi poſſideat de recenti, & adſit controverſia ſuper beneficio, aliàs autem ſufficit docere de poſſeſſione: intereſt enim illorum, 23

rum, contra quos agit, quia aliàs malè solvendo non liberarentur, Capyc. *decis*. 6. *per tot*.

Quòd pro rebus ad Ecclesiam spectantibus debeat agere nomine Ecclesiæ, & non proprio, dicatur tamen agere nomine Ecclesiæ, si agat ut Rector, & deducat in juditio jua Ecclesiæ, Natt. *consil*. 562. *lib*. 3. Sperel. *decis*. 74. *num*. 21. & 22. 39. & 40. & *decis*. 96. *per tot*. ubi etiam quando non possit agere nomine Ecclesiæ, sed agere debeat nomine proprio.

24 Clericus potest esse testis in causa suæ Ecclesiæ quando agitur de commodo universali, & non proprio, Sperel. *decis*. 81. *num*. 47. *&c*. ubi etiam quòd potest compelli, tàm pro, quàm contra, & magis probat quàm laicus *infr. nu*. Vide Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract*. 5. *quæst*. 1. *n*. 8. & *quæst*. 3. *n*. 7.

25 Clericus forensis, etiam si in loco judicii non possideat immobilia, cautionem de juditio sisti, & judicatum solvendo, non tenetur ex privilegio præstare, Ger. Spin. *consil*. 43. *per tot*. Sperel. *decis*. 10. *num*. 29. ubi notat sæculares judices malè facere, dum denegant audientiam Clericis non fidejubentibus. Sed mihi parcat, cùm aliàs sæpè Clerici sub tali clypeo injusta prætendentes defatigarent adversarios, & eluderent judices, facit *infr. num*. 57. *in* §. *Actor. num*. 6. latè Conciol. cum Romaguer. *ad statut. Eugub. lib*. 2. *rubr*. 14. *num*. 1. & *seqq*. ubi quòd si adsit statutum tanquàm ordinatorum ligat etiam Clericos, & dixi in §. *Forenses num*. 4.

26 Clerici beneficiati obligantur ad plura, namque tenentur sub gravibus pœnis, etiam amissionis beneficii, incedere in habitu decenti, & tonsura, qualis debeat esse habitus, & tonsura; Item suscipere ordines suis beneficiis congruentes, & emittere fidei professionem, recitare officium, nisi ex aliqua justa, & legitima causa excusari possint; Residere in beneficio, illique juxta præscriptum inservire, nisi ex aliqua justa causa, & de licentia, illis abesse pro certo tempore permittatur; denique bona custodire, de illis inventarium facere, & onera omnia beneficiorum, quæ certa sunt supportare, & quod multum interest Clericalem vitam, decorem, & honestatem servare, seque in omnibus tales prebere, ut Christi bonus odor sint in omni loco, & tempore, & benè vivendi aliis exempla præstent, latè Pac. Jordan. *Lucub. volum*. 2. *lib*. 10. *tit*. 37. 38. 39. & 40. *per tot. fol*. 452. *&c. ad* 483. Quòd teneantur recitare officium, etiam si beneficium sit modici redditus, juxta illud, propter officium datur beneficium, Addit. ad Sanfelic. *decis*. 388.

Quòd per assecutionem beneficii residentialis acquirant civilitatem loci, gaudeantque omnibus privilegiis veris civibus concessis Grass. *de effect. Cleric. in prælud. num*. 369. Rot. *part*. 9. *recent. decis*. 127. *num*. 7. Thom. Trivisan. *decis*. 18. *nu*. 5. & *seqq. lib*. 1. ubi an possint alibi domicilium sibi constituere, & videtur affirmare. Vide *in* §. *Civis in novissimis addition*. Crescin.

27 Clericus beneficiatus non incedens in habitu, & tonsura, remanet ipso jure privatus absque aliqua citatione beneficiis juxta Constitutionem 92. Sixti V. de anno 1588. non tamen amittit privilegium fori ante declaratoriam sententiam, quæ semper requiritur super facto, de quo ma disponit, Gratian. *discept. forens. cap*. 440. Pac. Jordan. *Lucub. volum*. 2. *lib*. 30. *tit*. 7. *n*. 187. *fol*. 242. Ricc. *Collect*. 4169. ubi octo modis limitat, & vide Sanfelic. *decis*. 15. *per tot. cum duabus præcedentibus*, & *decis*. 220. ubi quòd semper ad omnes effectus requiritur sententia declaratoria criminis, vel facti, non obstantibus clausulis, *ipso jure, ipso facto, & absque alia judicis declaratione*, cùm intelligendæ sint de declaratione pœnæ, & non criminis, vel facti, quæ semper est necessaria, ut etiam dixi *in discurs. de mun. &c. num*. 85. *&c*. Vide Card. De Luc. *de Pens. disc*. 48. *n*. 7. & *in Indic. verb. beneficia quoad privationem*.

Quòd Clericus beneficiatus si beneficium sit modici, vel nullius redditus, vel etiam si illud possideat in commendam ad propriam tamen utilitatem gaudeat privilegio fori, licèt non habeat alia requisita, latè Sanfelic. *decis*. 352. *cum plena Addit*. & *decis*. 388. *cum Addit. infra num*. 69. & *in* §. *Beneficium num*. 8.

Quibus pœnis subiaceat Clericus beneficiatus, vel in sacris constitutus, non incedens in habitu, & tonsura, & quid in aliis; An Episcopus possit circa id statuere, & alia, vide per Sperel. *decis*. 66. *per tot*. ubi etiam de dicta Constitutione Sixti V. quomodo procedat, & quid probari debeat ab impetrante.

Quo autem habitu uti debeat Clericus, & à quo, vel quibus coloribus, & indumentis abstinere, & an possit barbam, vel comam nutrire, ac alia vide per Menoch. *de arbitr. cas*. 392. *per tot*. Pac. Jordan. *Lucubr. volum*. 2. *lib*. 10. *tit*. 37. *per tot. fol*. 452. ubi etiam quando possit excusari, Ricc. *Collect*. 2427. Vide Card. De Luc. *in Indic. verb. clerici quoad habitum & verb. habitus* & Emerix jun. *decis*. 1197.

An Clericus utendo vestibus prohibitis incurrat suspensionem, Dian. *part*. 5. *tract*. 10. *resol*. 51. ubi videtur affirmare, nisi possit ex aliqua causa, vel de consuetudine excusari.

Clericus non residens qualiter privatur fructibus beneficii, & ipso beneficio præcedente monitione, Gratian. *discept. forens. cap*. 900. *per tot*. ubi etiam quibus applicentur hujusmodi fructus, latè Pac. Jordan. *Lucub. vol*. 2. *lib*. 10. *tit*. 40. *per tot. fol*. 463. *&c*. Ric. *Collect*. 2387. Rot. *part*. 12. *recent. decis*. 287. *per tot*. ubi latè quæ sint servanda in hujusmodi privatione, ut dicatur legitime facta, & *decis*. 306. *dicta part*. 12. Ricc. *prax. var. resolut. cap*. 356. Marescot. *var. resol. lib*. 2. *cap*. 35. *num*. 89. & *seqq*. latè Rot. *part*. 14. *recent. decis*. 506. *per tot*. ubi quòd nequa excusatur si absit ex causa morbi, vel litis sine licentia, in quo loco dicatur vacare beneficium, Rot. *part*. 15. *recent. decis*. 117. & 312. in quibus fuit revocata præcedens decisio 506. part. 14. & conclusum pro non privatione stante justa causa absentiæ pro defensione litis, & beneficii, & quia non fuerat personaliter citatus, nec latitabat, & agebatur de dignitate, & *part*. 18. *decis*. 420. ubi declarantur plures Constitutiones, & bannimenta circa residentiam Beneficiorum. 28

Quid autem si habeat indultum de non residendo, & percipiendo fructus, vide in §. *Absentia num*. & §. *Episcopus num*.

Quòd dum est in studio, & studio vacat possit percipere fructus beneficii tanquam si resideret, Duen. *reg*. 386. Ric. *Collect*. 2490.

Intellige prout dixi in §. *Absentia num*.

Quòd regulariter Clericus inquisitus de delicto non perdat fructus beneficii lite pendente, & conductor illi benè solvat, si non sit à judice inhibitus, Borgn. Caval. *decis*. 43. *num*. 12. *&c*.

Item Clericus, qui terram Ecclesiæ incultam reddidit fertilem, vineam plantando, potest vita sua durante illam retinere, etiam si propter delictum fuerit beneficio privatus, *cap. fin*. ubi Innoc. Panormit. & alii *de pecul. Cler*. Prosper. Rendel. *tract. de vinea &c. cap*. 5. *fol*. 15. *collect*. 2. *in fine*.

Item ob contumaciam tantùm ad restitutionem fructuum non tenetur, & si comparuerit, & absolvatur beneficium recuperat, etiam si fuerit alteri collatum, Marescott. *var. resol. lib*. 2. *cap*. 34. *num*. 6. *&c*.

Clericus omittens recitare officium, & horas canonicas absque legitimo impedimento, punitur pœna judici arbitraria ultra peccatum mortale, quod committit, tenetur restituere fructus perceptos pro rata, & ammittit distributiones quotidianas, nisi agatur de levi omissione, vel nisi justo impedimento, puta infirmitatis gravis, sive carentiæ Breviarii, & similibus fuerit detentus, vel nisi sit dispensatus à summo Pontifice, latè Menoch. *de arbitr. cas*. 429. *per tot*. ubi etiam quid de causa studiorum, & quando possit ob talem omissionem beneficio privari, Aloys. Ricc. *Prax. variar. resolut. cap*. 406. ubi quòd nec excusatur ob tenuitatem beneficii, Pac. Jordan. *Lucub. vol*. 2. *lib*. 10. *tit*. 39. *per tot. fol*. 459. Dian. *part*. 4. *tract*. 4. *resol*. 111. ubi qualiter teneatur restituere fructus, de quo adest etiam Bulla Pii V. de anno 1571. idem Dian. *d. tract. resol*. 220. *&c*. & *part*. 5. *tract*. 14. *resol*. 16. & *seqq. part*. 7. *tract*. 10. *resolut*. 24. ubi an possit excusari ob alias eleemosynas factas, & videtur affirmare, & *part*. 9. *tract*. 9 *resol*. 23. & 24. ubi an possit supplere recitando altera die officium omissum vel equivalentes preces fundendo, & alia, vide in §. *Compensatio n*. 27. 29

An autem degradatus ad effectum ut morti tradatur,

teneа-

teneatur interim recitare officium divinum, vide P. Manar. *Noct. melanc. Interrogat.* 108. *fol.* 177.

De hac materia vide Fagnan. *ſup. Decret. verb. Clericus quoad horas canonicas.*

An omittens per paucos dies poſſit excuſari à reſtitutione, & à peccato, vide Dian. *part.* 11. *tract.* 1. *reſol.* 7. *per tot.* & *d. part* 11. *tract.* 2. *reſol.* 44.

30 Clericus periurus in judicio, qualiter præter alias pœnas poſſit beneficiis privari, efficiatur inhabilis ad alia obtinenda, & quomodo hoc procedat, vel poſſit excuſari, vide Farinac. *quæſt.* 160. *num.* 191. & *ſeqq.* Card. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 291. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 3. &c. cum aliis per Pac Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 310. & *ſeqq. ad* 326. *fol.* 458. ubi plura ſummarim de more, Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 65. & *ſeqq.*

Item Clericus uſurarius efficitur infamis, repellitur ab obtinendo beneficio, & ſuſpenditur ab officio, & beneficio, text. & gloſ. *in cap. præterea de uſur.* Covar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* . . *et* 3. Diaz. *pract. crim. canon. cap.* 82. Peguer. *decis.* 31. *num.* 3. *et n.* 15.

31 Clericus ebrioſus ab officio, & beneficio ſuſpendi poteſt *cap. à crapula de vita, et honeſt. Cler.* & de jure antiquo capitali ſupplicio puniebatur, *cap. fin.* 35. *diſtinct.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 31. *num.* 7. *et dixi in* §. *Ebrietas num.* 6. Plura Fagnan. *in cap. a crapula de vit. et honeſt. Clericor. et in cap. ſi conſtiteris de accuſat. et in cap. audivimus de reliq. et vener. Sanct.*

De pœnis Clerici ebrioſi, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 404. *et* 405.

Qualiter puniatur frequentans popinas, & cauponas, vel tabernas præter neceſſitatem itineris, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 533. *per tot.* Peguer. *decis.* 44. *num.* 13. *etc. dixi in* §. *Caupones num.* 2. *in fine.*

Suſpenditur etiam ſi jactet, ſe carnaliter cognoviſſe virginem deinde nuptam, & in aliis caſibus arbitrio judicis, ut per Menoch. *de arbitr. caſ.* 331. *et* 332.

Plura de ſuſpenſione an, & quando, & in quibus caſibus incurratur, vel non, Dian. *part.* 5. *tract.* 10. *per tot.*

32 Clericus perſeverans in excommunicatione qualiter poſſit privari beneficio, vide §. *Excomunicatio num.* 17. *et nu.* 25. Menoch. *de arbitr. caſ.* 416. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 119. *per tot.* Mareſcot. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 60. & *ſeqq.*

Quòd Clericus non poſſit privari Beneficio, niſi in caſibus, aut ex delictis à jure expreſſis, Gloſſ. *in cap. fin. de jure patronat.* Rot. *decis.* 313 *num.* 12. *poſt ſecundum volum conſ.* Farinac. *et decis.* 717. *num.* 11. *part.* 4. *tom.* 3. *recent. et part.* 15. *decis.* 31. *num.* 10. *et ſeqq.* ubi etiam quòd non obſtante ſententia nulla, & injuſta privationis, debet manuteneri in poſſeſſione Beneficii, & *decis.* 45. ubi quòd privatio per ſimplex delictum non incurritur, nec ſufficit ſententia declaratoria delicti, ſed opus eſt expreſſa privatione.

Quòd condemnatus per ſententiam criminalem ad privationem Beneficii, non poſſit civiliter agere ad illius recuperationem, niſi prius ſententia criminali revocata in ipſo judicio criminali, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 236. *per tot.*

Item poteſt privari pro quocunque gravi delicto, veluti hæreſi, homicidio voluntario, ſimonia, falſitate, læſa Majeſtate, periurio, concubinatu, non reſidentia, & hujuſmodi, dummodo exprimatur in ſententia ubi privatio non eſt ipſo jure impoſita, ut latè explicat Mareſcott. *var. reſol. d. cap.* 35. *per tot.*

Qualiter turpiter, & ſcandaloſè vivens ſit privandus beneficio remota quacunque appellatione, idem Gratian. *cap.* 931. *num.* 16. &c.

An peccet mortaliter ludendo maximè ludis prohibitis, Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 183. ubi refert diverſas opiniones, vide in §. *Ludus num.* 1. idem Dian. *part.* 7. *tract.* 9. *reſol.* 3. & *ſeqq. part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 66. *verſ. quæro quartò.* Quòd ſit incapax beneficii, Aloyſ. Ricc. *prax. var. reſol. cap.* 119. *per tot.* Vide Emerix jun. *decis.* 1334. *n.* 5.

Item an mortaliter peccent Clerici incedentes per Civitatem perſonati, ſive larvati, vel ut vulgò dicitur maſchetati, negant aliqui, ſed communiter affirmant alii ad tradita per Dian. *part.* 10. *tractat.* 13. *reſolut.* 29.

33 Clericus concubinarius quibus pœnis afficiatur tam de jure Pontificio, quàm ex diſpoſitione Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. latè Menoch. *de Arbitr. caſ.* 418. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3971. ubi quòd præcedere debent tres monitiones, Panimol. *in ſua Iuca Conſtit.* 46. *per tot.* ubi plura de hac materia Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 76 & *ſeqq.* ubi qualiter privetur beneficiis trina monitione præcedente, & illo perſeverante, ac plenè concubinatu probato facit Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 147. *n.* 12. &c. Vide Bellegrand *in compendioſ. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæſt.* 4. *num.* 4. Fagnan. *in Indic. general. verb. Clericus quoad delicta & pænas.*

Qua pœna ſit puniendus Clericus ſtuprator, idem Menoch. *caſ.* 288 *n.* 7. & *ſeqq.*

Multa de Clerico fornicatore, qua pœna itidem puniatur, & an illius coitus cum ſoluta dicatur ſimplex fornicatio, inceſtus, vel adulterium, idem Menoch. *caſ.* 289. *num.* 4 & *ſeqq.* ubi quòd dicitur ſimplex fornicatio in Clerico ſæculari, in regulari verò inceſtus, & adulterium, & quòd ejus pœna eſt ſuſpenſio in foro fori, vel etiam depoſitio ſi ſit notorius, & ſcandaloſus fornicator, Dian. *part.* 5. *tractat.* 10. *reſolut.* 49. ubi an ſuſpenſio incurratur ipſo jure, & tenet quod non, ſaltem de conſuetudine. Vide Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 10. *quæſt.* 9. *n.* 6.

Et quando Clericus ob fornicationem, aut concubinatum deponi debeat, vel non, Duen. *reg.* 101. *per tot.*

An ſuſpenſus ab ordine cenſeatur etiam ſuſpenſus à beneficio horis dicendis, electione, & hujuſmodi, Boer. *conſil.* 21. *per tot.*

An ob crimen ſodomiticum efficiatur irregularis, & alia vide per Menoch. *de arbitr. caſ.* 286. *n.* 23. &c. & *in* §. *Sodomia num.* 10.

Quot peccata committat ſacris ordinibus initiatus exercendo actum venereum exteriorem, vide Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *reſol.* 12. *per tot.*

34 Clericus efficitur irregularis, ſi incipiat rixam, in qua ejus amici, & conſanguinei ſupervenientes occidant ſecum rixantem, cùm rixando det operam rei illicitæ, & cauſam homicidio, quod intellige ſi ipſe fuerit auctor rixæ Felic. *de Societ. cap.* 23. *n.* 25. ubi allegat. Jo: Andr. *in cap. Petrus de homicid.*

Quid ſi in bello juſto incitet alium ad aliquem determinatè occidendum an fiat irregularis, Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 98. ubi refert contrarias opiniones, & negativem probat.

An autem, & quando Clerici poſſint eſſe in bello, & quæ illis ſint licita, vel non, latè idem Dian. *part.* 6. *tractat.* 4. *reſol.* 33. & *ſeqq. per tot.* & *part.* 10. *tract.* 2. *per tot. vide in* §. *Irregularitas.* Vide Epiſc. Rocc. *cap.* 191. *num.* 34. *libr.* 2. Epiſc. Ricc *uſ. de Jurepatr. lib.* 7. *cap.* 5. *a n.* 26. Lott. *de re beneſic. libr.* 3. *quæſt.* 26. *n.* 7. & 87.

Quòd ſe ipſum vulnerans efficiatur excommunicatus, Menoch. *de Arbitr. caſ.* 284. *num.* 37. Sperel. *decis.* 45. *num.* 71. &c.

Quòd Clerici non poſſint effundere ſanguinem humanum, Tuſch. *litt. C. concl.* 382.

35 Clericus, niſi prius conſtet de delicto ab eo patrato, non poteſt carcerari, aliàs Prælatus decernens capturam incidit in excommunicationem, Clar. §. *fin. quæſt.* 28. *verſ. Quæro numquid*, ubi tamen dicit non ſervari de conſuetudine.

Et quòd non poſſit torqueri niſi ſit de delicto diffamatus, etiamſi mille alia inditia contra illum extarent, Diaz. *reg.* 125. *ſublimit.* 3.

Sed quòd de generali conſuetudine ſit ſublata dicta ſolemnitas diffamationis, & loco illius ſufficiant alia indicia, probat Sperel. *decis.* 38. *num.* 5. &c. Tuſch. *litt. C, concluſ.* 390.

36 Clericus poteſt à judice Eccleſiaſtico proceſſari, & inquiri, etiam de delictis commiſſis ante Clericatum, & ſic quando adhuc erat laicus ita ut judex ſæcularis poſt ſuſceptum habitum Clericalem, non poſſit in aliquo ſe ingerere, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 259. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 226. *num.* 20. &c. *vide in* §. *Delinquens num.* 4. & *in Pract.* §. *Delinquenti num.* 4. & *ſequentib.* Thom. Triviſan. *dec.* 48. *lib.* 2. Marcian. *diſputat. forenſ. cap.* 22. *n.* 8. &c. Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *reſol* 25. & 26. & *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 33. ubi firmat idem in novitio, latè Fontanel. *dec.* 311. & 312. Crivel. *dec.* 58. &c. Vide Ber-

Bertachin. *vot.* 62. *per tot.*

De clerico effecto post delictum, & præventam jurisdictionem, benè probat Valasc. *alleg.* 17. *per tot.*

Quid in civilibus, an effectus Clericus post obligationem, vel post litem sibi motam possit forum declinare, affirmativè respondet Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* aa a3. 38. & 78. ubi tamen refert alios contrarium tenentes, maximè in casu litis motæ ante Clericatum, excepta executione sententiæ, quæ spectat ad judicem Ecclesiasticum, latè Sanfelic. *decis.* 2. *num.* 12. & *seqq.* ubi quòd in civilibus quoad districtionem realem remanet competens judex laicus, & idem in criminalibus, secus autem quoad personam, nisi prævenerit secundùm aliquos, & alia ut ibi per eum.

Quòd Clericus effectus post delictum commissum, & post præventam jurisdictionem à judice sæculari non eximatur à jurisdictione laicali, sed adhuc possit puniri à dicto judice sæculari, per text. *in l. si quis, & l. ubi cœptum de judic. c. penult. de for. compet.* Jo. And. *in cap.* 1. *de oblig. ad ratiocin.* Bart. *in l.* 1. *ff. de pœn.* Thom. Trivis. *decis.* 48. *num.* 8. & 9. *lib.* 2. ubi etiam quòd hæc est quidem communis opinio, quæ & mihi arridet juxta ea, quæ dixi in §. *Delinquens num.* 4.

Quid in casu contrario, si tempore delicti erat Clericus, vide *inf. num.* 78.

37 Clericus conjugatus, qui non gestabat habitum, & tonsuram, potest post commissum delictum illum reassumere, & declinare forum judicis sæcularis, nisi hoc faciat in fraudem, Clar. §. *fin. quæst.* 36. *versic. Sed hic quæro, & versic. sæpè, &c. inf. num.* 73. &c. sequitur Dian. *resol. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *resol.* 79. & *part.* 4. *tractat.* 1. *resol.* 18. ubi idem in alio Clerico, *et resol.* 78. *vers. notandum ead. part.* 4.

Quòd qui post delictum suscipit ordines præsumatur in fraudem facere, & possit puniri facta degradatione, imò absolutè in prima tonsura, quia non est ordo Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 76. *n.* 35. &c. vide infra per discursum, *et in* §. *Delinquens num.* 4.

38 Clericus tenetur de redditibus Ecclesiæ dotare sorores pio modo, & quantitate eleemosynæ, Abb. & alii *in cap. provenit de arbitr.* Everard. *loc. ab aliment. ad dot. num.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 65. *n.* 14. *cap.* 552. *n.* 1. *et seqq.* facit Michalor. *de frat. part.* 2. *cap.* 10. *per tot.* Merlin. *dec.* 671. *n.* 37. *et seqq.* ubi ampliat etiam quoad spurias, non obstante Constitutione Pii Quinti contra illegitimos, Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 92. Ricc. *Collect.* 3372. ubi de filiabus, Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 75. *per tot.* ubi de sororibus, & filiabus etiam non legitimis, Addit. ad Sanfelic. *dec.* 384. *vers. finem.*

39 Clericus tenetur de redditibus Ecclesiæ præstare alimenta fratri laico, non tamen tenetur coarctare victum suum, ut illum alat, sed debent esse redditus sufficientes pro utroque, & probari paupertas fratris alendi, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 25. *num.* 11. *etc.* Gratian. *discept. forens. cap.* 552. *num.* 1. *et seqq. et cap.* 176. *per tot.*

Quòd possit etiam alere, & dotare filiam spuriam, vel incestuosam de patrimonialibus redditibus Ecclesiæ, dummodo id faciat moderatè, non obstante Bulla Pii V. contra naturales etiam legitimatos edita, quia illa non tollit beneficia juris communis, Navar. *tract. de spol. Cler.* §. 19. *num.* 9. Surd. *consil.* 509. *vol.* 4. Aloys. Ricc. *Prax. variar. resol. cap.* 32. *per tot. vide in* §. *Alimenta nu.* 12. Mastril. *decis.* 144. *per tot.* Lucidor. *de Illegit. Cleric. cap.* 29. *a n.* 20. De Luc. *de Testam. disc.* 54. *n.* 3. Altimar. *de Nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst.* 1. *num.* 67. *vers. Sacerdos fol.* 65. *et vers. quoad alimenta fol.* 86. *tom.* 8. Crescin. *in annot. ad decis.* 364. Pen., ubi alios cumulat.

40 Clerici non acquirunt dominium redditnum beneficiorum suorum, ad hoc ut de illis possint testari, disponere, & convertere in usus non pios, quacunque consuetudine non obstant , & contrafacientes peccant mortaliter, ac tenentur ad restitutionem, secundùm Navar. *de reddit. Eccles. num.* 24. *et* 27. Sylvest. *in sum. verb. Clericus num.* 14. Marta *de success. leg. part.* 3. *q.* 13. *art.* 5. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 854. *num.* 43. *et seqq. et num.* 58. *etc.* vide Tusch. *litt. C, conclus.* 396. *et* 397. *per tot. et litt. T. conclus.* 144. *et* 145. Dian. *part.* 6. *tract.* 11. *resol.* 39. ubi an peccent consanguinei, vel alii recipientes in usus profanos, & refert contrarias opiniones, sequendo negativam, dummodo non petant, nec ad donandum inducant, sed simpliciter oblata accepterot, aliàs peccarent, & latiùs *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 132. 133. *et* 134.

Possunt tamen ex hujusmodi redditibus solvere debita propria, hospites recipere, & dare suis consanguineis pauperibus, & indigentibus cùm illis in distribuendo competat electio, Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 10 *num.* 9. *et seqq.* ubi multis modificat dictam rigorosam opinionem Navar. & aliorum adde Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 92. *et tit.* 9. *quæst.* 12. *per tot.*

Quòd teneantur quicquid illis superest dispensare pauperibus pro eleemosyna, vel in alios pios usus, & non in prophanos usus consumere patrimonium Christi, sub pœna peccati mortalis, & licèt hic sit sermo durus, tamen omninò verus, Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 214. & latiùs *part.* 5. *tract.* 8. *resolut.* 27. *etc.* vide in §. *Divitiæ num.* 4. idem Dian. *part.* 7. *tract.* 10. *resol.* 53. *et tract.* 11. *resol.* 36. ubi quænam sit quantitas notabilis ad dictum effectum. De hac materia latiùs idem Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 132. *et seqq.*

Quòd stante consuetudine possint testari, etiam ad usus non pios, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 19. *nu.* 1. & *seqq. vol.* 2. & *decis.* 76. & 77. *vol.* 5. Ricc. *Collect.* 2718. vide Duran. *decis.* 304. *num.* 2. &c. & *dixi in* §. *Fructus num.* 38. Tusch. *litt. C, concl.* 397. & *litt. T, concl.* 145. *per tot.* Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 134. *et* 135. ubi quòd istud procedit in foro exteriori, secus autem in foro conscientiæ, nisi ex causa justæ remunerationis, vel ad pias causas, *et part.* 10. *tract.* 21. *resol.* 35. *et* 36.

Et contrarium, quòd imò habeant dominium hujusmodi fructuum, & reddituum beneficiorum possintque de illis disponere rejecta prædicta opinione tenent alii communiter Sot. *de just. et jur. lib.* 10. *quæst.* 4. *art.* 3. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 7. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 19. *n.* 1. *et seqq. volum.* 2. *et decis.* 174. *volum.* 5. ac alibi ut supra de consuetudine, Molin. *disputat.* 143. *et* 144. Intelligendo tamen ut prius debeant reparare Ecclesias, illas providere de omnibus necessariis ad cultum divinum, & detractis necessariis pro Rectore, quòd procedit tam in parochialibus, quàm in omnibus aliis Ecclesiis, in quibus quis habeat capellam, beneficium, vel canonicatum, nam semper omnes ad reparationem pro rata tenentur, ut per Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 10. *et seqq.*

An superiores Regularium, Episcopi, aliive Clerici possint validè, & licitè donare, de hac materia latè cum pluribus citatis Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 7. *num.* 78. & *seqq. per tot.* Valer. *de different. utriusque fori, verb. Testamentum differ.* 11. *per tot.* ubi latè sustinet non posse Clericos beneficiatos testari de fructibus suorum beneficiorum nisi in opera pia, &c. & an recipientes ab eis ex illicita donatione teneantur restituere, latè Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resolut.* 11. & *seqq.* ubi quoad restitutionem negativè resolvit, & ibidem *resol.* 132. & *seqq. vide in* §. *Episcopus num.* 55.

Quòd transmittant ad quoscunque hæredes canones ipsis viventibus decursos, Magon. *decis. Flor.* 70. *nu.* 22. *vide in* §. *Fructus n.* 38. *et* §. *Successor n.* 16. *etc.*

Quòd possint testari de fructibus rerum Ecclesiasticarum, Bellon. *consil.* 3. Clar. §. *Testamentum quæst.* 27. Ludovis. *decis.* 401. *per tot.* vide Sperel. *decis.* 82. *num.* 30. ubi de Bulla Urbani VIII. *in Bullar. tom.* 4. *fol.* 394. Paul. Christin. *dict. decis.* 19. *vol.* 2.

Quid in stipendiis pro præstatione suarum operarum acquisitis, Lanfranch. Zacch. *tractat. de Salar. & Merced. quæst.* 49. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tractat.* 4. *resolut.* 171. ubi quòd de istis, & hujusmodi quæsitis possunt liberè disponere.

Quòd possint disponere de eo, quòd lautiùs vivendo potuissent expendere pro suo usu, & familiæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 986. *n.* 21. Menoch. *de arbitr. cas.* 520. *n.* 8. Dian. *d. resol.* 171. *per tot.*

Quòd præsumantur consumpsisse redditus beneficii pro alimentis, & fructus proprii patrimonii, vel industriæ reservasse, & propterea valere donationem de illis, nisi probetur fuisse de bonis Ecclesiæ, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 385. *per tot, cap.* 880. *nu.* 21. *et seqq.*

et ſeqq. ſequntur pluribus aliis adductis Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 386. *num.* 9. *& ſeqq. et deciſ.* 440. *nu.* 20. *et ſeqq. in eadem cauſa*, *et part.* 10. *deciſ.* 308. *num.* 4. *etc.* ubi quòd ideò non intrat ſpolium, vide in *§. Spolium num.* 1. Ciarlin. *contr.* 16. *nu.* 13. *et ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 193. *num.* 9. *et* 10. *et num.* 5. ubi quòd poſſunt fructus Eccleſiæ pro victu conſumere, & patrimoniales, ſive alia lucra reſervare, de quo ſtatur illorum aſſertioni, ſi aliæ conjecturæ concurrant, aliàs ſecus, & an, & quando præſumantur acquiſiviſſe ex bonis propriis, vel Eccleſiæ, ita ut acquiſita efficiantur ſua propria, & hæredum, vel Eccleſiæ, *et de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 53. *per tot.* ubi octo caſus diſtinguit, vide Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 22. *per tot.* Rot. *deciſ.* 386. *per tot. et deciſ.* 440. *part.* 9. *recent. et part.* 10. *deciſ.* 308. vide in *§. Alimenta num.* 33. *et §. acquiſita n.* 8., ubi latiſſimè Creſcin. *in noviſſimis additionibus*. Caſtald. *conſult.* 234. *nu.* 12. *tom.* 2.

Quòd poſſint ſibi congrua alimenta, aliaque neceſſaria pro qualitate perſonæ, & beneficii, ſumere ex bonis Eccleſiæ, licèt habeant propriũ patrimoniũ, & illius fructus, ſcilicet patrimonii, in alios uſus ad libitum reſervare, pulchrè idem Menoch. *de arbit. caſ.* 520. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 12. *per tot.* Rot. *d. deciſ.* 386. *et* 440. *part.* 9.

Quid ſi obtinuerint licentiam à Summo Pontifice, an illa expiret per ejus obitum, & alia de hujuſmodi licentia, Ricc. *Collect.* 1711. *et* 3514. *vide in §. Licentia n.* 11. Ricc. *prax. var. reſolut. cap.* 386. *et* 387. ubi etiam ad quos pertineant bona Clericorum decedentium ab inteſtato, & abſque conſanguineis.

41 Clericus filiusfam. cùm pleno jure ſibi acquirat omnia, poteſt de quæſitis poſt Clericatum teſtari, non autem de quæſitis antea, in quibus patri reſpectu uſusfructus non poteſt præjudicare, Gratian. *d. ſcept. forenſ. cap.* 164. *per tot. et cap.* 576. *num.* 5. *et ſeqq.* Dian. *reſolut. moral. part.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 124. ubi quòd poteſt teſtari ſine conſenſu patris etiam de bonis adventitiis ante Clericatum acquiſitis per text. *in Auth. Presbyteros C. de Epiſc. et Cleric.* idem Dian. *part.* 7. *tractat.* 12. *reſol.* 2. ubi tamẽ quòd non poteſt præterire liberos, vel parentes, &c. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 304. *per tot.* ubi plura pro excluſione dictorum requiſitorum ad effectum annullandi teſtamentum à filiofam. Clerico conditum, recedendo à priùs deciſis, *& dec.* 392. *per tot. dict. part.* 17. ubi in eadem cauſa fuit iterum confirmata dicta *dec.* 304. ob non concurſum dictorum requiſitorum, & vide in *§. Filius n.* 61. Vide Bertachin. *vol.* 74. *n.* 8. Dominum meum Advocatum Cabrun. *lucubrat.* 2. *a n.* 1.

An autem clericatus liberet filium à patria poteſtate, Valaſc. *alleg.* 29. *per tot.*

Quòd clericus teſtando, & alium clericum inſtituendo, non teneatur ſervare ſolemnitates juris Civilis, ſed tantùm juris Canonici, ſecus autem ſi inſtituat hæredem laicum, idem Valaſc. *alleg.* 30. *per tot.*

Quòd imò clericus poſſit ut ſupra teſtari, licèt non habeat dicta requiſita Concilii reſolvit Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 979. *n.* 3. *&* 4. recedendo in eadem cauſa à priùs deciſis ut ſupra.

Quòd Clerici etiam primæ tonſuræ dummodo habeant tria requiſita Concilii, poſſint teſtari de bonis ſuis etiam adventitiis, & undequaq; quæſitis, etiam extra Clericatum, cùm in illis nihil quæratur patri, & ſint tanquam peculium quaſi caſtrenſe, idem Gratian. *deciſ.* 49. *n.* 41. *& ſeqq. & in Addit. n.* 9. *&c. vide in §. Peculium n.* 7. *&c.*

Sed quòd indiſtinctè omnes Clerici etiam filii familias primæ tonſuræ, & requiſita Concilii non habentes, gaudeant privilegio teſtandi de quibuſcunque bonis ad eos quomodulibet, aliàs tamen quàm intuitu Eccleſiæ ſpectantibus, rejectis, & poſtpoſitis multis Doctorum Comentationibus, & opinionibus reſolvit Rot. *in Romana teſtamenti* 13. *Junii* 1670. coram Bourlemont. *part.* 14. *recent. deciſ.* 533. *per text. in c. quia nos, de teſtam. & in Auth. Presbyteros C. de Epiſc. & Cler.*

Quòd Clerici in teſtando gaudere poſſint etiam privilegiis militum, cùm & ipſi militare dicantur, *gloſ. in leg. miles*, ubi etiam Jaſ. *num.* 51. *ff. de rei vind.* Alex. *in l. Centurio n.* 15. *ff. de vulg. & pupil.* Marta *vot. Piſ.* 242. *n.* 4.

42 Clerici ſi ſint ſocii etiam ſimpliciter, & non omnium bonorum cum aliis ſuis fratribus, tenentur illis communicare omnes redditus perceptos ex beneficio Eccleſiaſtico, intelligendo quatenus habeant illorum dominium juxta ſuperiùs dicta, aliàs quod illorum non eſt, non poſſunt communicare, Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 10. *n. pr. & per tot.* Fontanell. *deciſ.* 531. *&* 532. ubi de ingreſſo religionem.

43 Clerici ſi ſimul cum laicis delinquant, an tanquam digniores, & ne continentia cauſæ dividatur, trahant totam cauſam, etiam quoad laicos coram Epiſcopo, dixi in *§. Laicus n.* 3. ubi quòd non, tam de jure, quàm de conſuetudine, & obſervantia, & in *§. Cauſa n.* 13. latè Ciarlin. *contr.* 34. *n.* 13. *& ſeqq. per tot.* ubi diſtinguit inter cauſas dividuas, vel individuas tam civiles, quam criminales, & plura deducit ad comprobandum, ut unuſquiſque coram ſuo judice conveniatur, & verè ita ſervatur. Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 46. *n.* 9.

44 Clerici quamvis ſint exempti à juriſdictione ſæculari, & habeant requiſita, de quibus infra dicetur, tamen dicuntur de diſtrictu, territorio, juriſdictione, & populo Civitatis, ſive Principis ſæcularis, Surd. *deciſ.* 129. *per tot.* Tuſch. *litt. C. concluſ.* 383. *iuſ. n.* 45. *in fine* Ricc. *Collect.* 2419. ubi etiam quòd veniunt ſub nomine civium, & alia.

Et ideò ligantur diſpoſitione juris communis civilis, ubi jus canonicum contrarium non ſtatuit, propter expreſſam approbationem de illo factam à Papa, *in cap.* 1. *de juram. calum. cap.* 1. *de oper. nov. nunciat. cap. ut inquiſitionis de hæretic. in* 6. Quæ tamen approbatio non porrigitur ad leges poſtea latas, & multò minus ad ſtatuta, & ſic reſtringitur ad jus civile Romanorum, ut benè probat Rot. *in Bonon. ſucceſſionis de Zanis* 9. *Decembris* 1654. coram Bichio *§. bis, & aliis, &c. inter. conſult. forenſ.* Urceol. *c.* 30. *n.* 45. *&c.* Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 8. ubi quòd obligantur non vi coactiva, ſed directiva, & puniri debent a ſuis judicibus Eccleſiaſticis, *& part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 52. *verſ. ſuppono*, *& part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 12.

Facit in contrarium Sperel. *deciſ.* 10. *n.* 32. *&* 33. *& dec.* 132. *in fine*, ubi quòd leges Codicis *de Sacroſanct. Eccleſ. de Epiſcop. & Cleric.* ac ſimiles, quantumvis illis favorabiles, ſunt ipſo jure nullæ ob juriſdictionis defectum, ſed non recedas à Rot cum Sperel. in materia juriſdictionali ſemper audacter loquatur de more.

Imò idem Sperel. poſtpoſito ſemel juſdicendi ambitu *in deciſ.* 147. *n.* 5. *&c.* firmat, leges civiles, & imperiales, niſi manifeſtum contineant peccatum, eſſe approbatas ab Eccleſia Romana, & adinſtar canonum ſervandas, & obligare in conſcientia, tradit latè idem Sperel. *deciſ.* 162. *&* 163. *per tot.* cum declarationibus ibidem adductis, & dixi *in §. Lex n.* 6.

Quòd leges, & Conſtitutiones Juſtiniani ſupradictæ quatenus juſtæ dicantur meræ executiones canonum jam ante in Conciliis conſtitutorum, & valeant, Dian. *part. pr. tract.* 2. *reſol.* 105.

An autem, & quomodo Eccleſiæ dicantur eſſe in Territorio Principis ſæcularis, non autem de illius territorio, & quid hoc importet, vide Sperel. *deciſ.* 104. *n.* 47. *& ſeqq.*

45 Clerici, Eccleſiaſticæ perſonæ, & Eccleſiæ, non debent ſubire munera perſonalia laicalia, nec ſolvere collectas, vel aliud tributum, ſed ſunt immunes ab illis, etiam ſi vellent ſpontè ſolvere. Tenerentur tamen ſtante conſuetudine in contrarium, quæ valida reputatur, vel ſi acquirant bona jam allibrata in regiſtro Comunitatis, & ſolita collectari, cùm ad illos tranſeat cum onere ſuo, maximè ſi onus ſit certum, & invariabile, vel ſi tales immunes poſſideant de facto, & non de jure, vel ſi in eos fiat tranſlatio bonorum in fraudem Comunitatis, vel ſi in ipſa tranſlatione apponatur conditio, quòd bona tranſire debeant cum onere ſolvendi collectas, vel ſi jam collecta eſſet impoſita pro certis annis futuris, vel ſi Princeps imponat collectam Vaſſallis ſuis, & tales aliàs immunes teneant feudum ab eo, vel ſi vigore ſtatu-

ti

ti bona essent tributaria, & certum quid annuum solverent Comunitati, vel si agatur de Clericis conjugatis, sive negotiatoribus, vel de collecta imposita ratione belli, sive pestis imminentis, vel pro viis, & itineribus, sive pontibus aptandis, & manutenendis, vel pro redemptione ipsius Principis, sive aliorum captivorum, & generaliter pro causis pietatem, & publicam, ac communem omnium tam laicorum, quàm Ecclesiasticorum utilitatem, & commoditatem respicientibus, vel de collecta præterita à possessore non soluta, vel si bona ab Ecclesia iterùm revertantur ad laicos, cùm statim amittant privilegium, & reincidant in obligationem, ut latè omnia singillatim probat Petr. Duen. *reg.* 100. *per tot.* Tusch. *litt. O, concl.* 126. & *seqq. per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 203. *vol.* 1. & *dec.* 229. & 230. *vol.* 1. & *dec.* 269. *vol.* 1. & *dec.* 357. *vol.* 1. & *decis.* 17. *d. volum.* 2. ubi qualiter Clerici ab initio non fuerint exempti à jurisdictione sæculari, idem Christin. *decis.* 102. & 103. *volum.* 3. Giazarell. *decis.* 38. *n.* 11. ubi de refectione viarum, pontium, murorum, &c. latè Ægid. Thomat. *tract. de Collect. per tot.* dixi in §. *Ecclesia num.* 20. & Anton. Gob. *tractat. de aquis, quæst.* 29. *nu.* 9. & *seqq.* Francisc. de Angelis *in forens. Immunit. Eccles. Asylo post tract. de confess. opusc.* 3. *per tot.* ubi plura favore Ecclesiasticorum, Valasc. *alleg.* 28. ubi plura an, & quando Clerici habeant Immunitatem, ne cogantur solvere Regia tributa, vel non, Joan. Paul. Melii *observat.* 11. ubi plura de consuetudine, & observantia servanda favore Laicorum contra Ecclesiasticos, ut contribuere teneantur collectis, cæterisque oneribus, & *observat.* 24. *per tot.* Vide Domin. meum Advocatum Cabrun. *lucubrat.* 35. *a n.* 6. & *pluribus seqq.* Fagnan. *sup. Decretal. in Indic. general. verb. Clericus quoad exemptionem ab oneribus* Card. De Luc. *in Indic. general. verb. Clericus quoad exemptionem ab oneribus.*

Qualiter Ecclesiastici teneantur ad levandum salem pretio statuto si non vi coactiva Curiæ sæcularis, saltem vi directiva, & etiam compulsiva per suos superiores Ecclesiasticos, Joan. Paul. Melii *observat.* 111. *per tot.*

De hac materia pro Ecclesiasticis plenè Thom. del Bene *de immunit. Eccles. part.* 1. *cap.* 5. *per tot.* Flau. Poppei *tract. de libert. Eccl. per tot.* & *dixi in* §. *Ecclesia n.* 20. *in fine*, & § *Immunitas n.* 31.

Pro cautela Bartoli, declarandi bona tributaria, facit Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 373. *nu.* 8. ubi quòd quando onera fuerunt imposita super bonis, consentiente patre clericorum Laico, dum erat illorum dominus, & possessor, sicut ille remansit obligatus, ita & ejus filius, & hæres, ac bonorum possessor, licet aliàs uti clericus non teneretur.

Circa privilegium Apostolicum, ut possit per famam probari optimè Constantin. Cæsar. *specul. peregr. Quæst. quæst.* 50. *n.* 8. & *seqq.* ubi quòd non de omnibus privilegiis fit scriptura, nec est necesse quòd sint concessa per Bullam, vel Breve, sed sufficiunt verba, & oraculum vivæ vocis, quod eamdem vim obtinet, quàm aliæ Pontificiæ Constitutiones, ita ut puerile sit, & importunum post centum annos possessionis exquirere jussus, & approbationes Pontificis, & negativa non probatur per registrum Cancellariæ Apostolicæ, cùm potuerint esse concessa vivæ vocis oraculo, & probentur per famam, & usum, & alia ad rem in diversis tamen terminis vide *in* §. *Privilegium n.* 2.

Quòd ad reparationem, & aptationem viarum teneantur etiam Clerici, & Ecclesiasticæ personæ, ac omnes alii privilegiati etiam ob numerum duodecim filiorum, Amaya *in C. l.* 2. *tit.* 25. *de immunitate nemini* &c. Pacichel. *de distant. cap.* 6. *membr.* 9. *n.* 6. Pilaja *decis.* 11. *tom.* 2. *n.* 151. &c. Oliva *de foro Eccles. part.* 1. *cap.* 39. *n.* 27. Camarel. *de legat. lib.* 7. *v.* 43. *fol.* 550. Capon. *discept.* 102. *num.* 52. &c. Romaguer. in Addit. Conciol. *stat. Eugub. lib.* 1. *rub.* 56. *n.* 4. & 5. *dixi etiam in* §. *Via.* Dominus meus Advocatus Cabrun. *lucubrat.* 35. *n.* 19. & *seqq.* Fagnan. *in cap. non minus nu.* 41. *de Immunit. Eccles.* Card. De Luc. *de Regal. disc.* 59. *Relat. Cur. disc.* 38. & *Miscell. disc.* 3. & 4.

Sed vide Mandel. *cons.* 8. *per tot.* D. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 3. *per tot.* Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 17. & 58. Bardellon. *consil.* 115. *per tot. lib.* 2. Sperel. *decis.* 35. 36. 37. & 182. Rot. *in Albens. Gabellæ* 28. *Junii* 1630. *coram Merlino, de qua in part.* 6. *Noviss. decis.* 339. & inter impressas ejusdem Merlini mihi *decis.* 902. *per tot.* quæ est magistralis, famigerata, & passim approbata ubi *nu.* 56. firmatur rem transire ad Clericos, vel Ecclesias cum onere suo, tribus concurrentibus, nempè si onus sit reale, certum, & invariabile, quòd probat etiam Paul. Christin. *decis.* 19. *n.* 11. *volum.* 5. *vide in* §. *Ecclesia num.* 20. & §. *Gabella num.* 4. latè Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 34. *cum pluribus seqq.* ubi multos casus resolvit in hac materia ad favorem Ecclesiasticorum, & *resolut.* 132. & 133. *part.* 3. *tractat.* 1. *resolut.* 17. & *part.* 5. *tract.* 1. *resolut.* 11. Ciarlin. *controv.* 103. *per tot. contr.* 22. *per tot. contr.* 538. & 146. Fulgin. *de jur. Emphyt. tit. deelioram.* & *expens. q* 10. Ægid. Thomat. *d. tractat. de Collect. per tot.*

An possit per consuetudinem in aliquo, circa prædicta, & exemptionem fori Clericis, & Ecclesiasticis personis præjudicari, vide in §. *Consuetudo n.* 13. &c. & negativè omninò concludit Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 101. ac alibi sæpè, & dicit malè loquutum Nicodemum de Florentia *in Specul. Confess. cap.* 73. idem Dian. *part.* 7. *tractat.* 1. *resolut.* 18. & *seqq.* ubi an teneantur in subsidium patriæ, & ad onera communia, sive pro communi bono Reipublicæ. Dominus meus Advocatus Cabrun. *lucubrat.* 35. *n.* 17.

De hac materia videndus pro Ecclesiasticis, latissimè Sperel. *decis.* 35. 36. 37. & 182. *per tot.* ubi ferè in omnibus supra relatis limitationibus contrarium firmat, & præcipuè quoad consuetudinem etiam immemorabilem, se redimendó, quoad dictam consuetudinem, ab impugnationibus ex professo, Ansald. *tractat. de jurisd. part.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. *per tot.* & firmando bona transire cum onere suo tantùm concurrentibus requisitis, de quibus Rot. in supracitata magistrali decisione, & latiùs in Barchinonen. Exemptionis sub diebus 20. Junii 1636. & 13. Junii 1646. *part.* 7. *recent. decis.* 159. & *part.* 9. *decis.* 412. *per tot.* ubi etiam plenè Paul. Ruo. *in Annot per nu.* 133. quæ decisiones fuerunt iterùm confirmatæ *part.* 10. *recent. decis.* 56. *per tot.* & *decis.* 139. & *part.* 14. *decis.* 102. *per tot.*

Ad hoc ut bona transeant in Clericos, & Ecclesias cum oneribus suis indistinctè, multi Doctores tradiderunt cautelam, quòd mediante statuto, vel alia lege particulari, declarentur tributaria Communitatis, vel Principis sæcularis pro omnibus oneribus imponendis, nam tunc tanquam dictis oneribus affecta dum sunt in dominio sæcularium, transeunt cum illis posteà ad quoscunque pervenerint non secus, ac si essent alteri hypothecata; qua quidem cautela constat usos fuisse Dominos Florentinos ex his, quæ retuli in mea Pract. §. *Beni n.* 15. & §. *Donne n.* 28. & facit Bart. *in l. rescripto* §. *fin. ff. de muner.* & *honor.* illamque adhibuit Castr. in compilatione statutorum Florentinorum, prout ipse testatur *l. rei annonariæ nu.* 6. *C. sine cens. vel reliq. fund. compar. non poss.* Tusch. *litt. O, conclus.* 226. *n.* 37. & *seqq.* & *litt. S, conclus.* 609. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 223. *num.* 25. &c. *volum.* 1. ubi approbat dictam cautelam, & *decis.* 8. *n.* 4. *volum.* 2. & illam in effectu approbat etiam Pacif. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 4. *nu.* 525. Novar. *in Pragm. Regn. collect.* 58. Marta *vot. Pis.* 231. *n.* 5. ubi testatur ita bis fuisse resolutum in Congregatione Concilii, Sperel. *decis.* 35. & 36. *num.* 24. & *decis.* 121. *nu.* 134. ubi tamen quatenus respicit Ecclesiasticorum interesse, & privilegia, nititur illam prorsus subvertere, & eliminare, firmando, bona non obstantibus similibus cautelis, non transire cum dictis oneribus in Ecclesiasticos, nisi concurrentibus prædictis requisitis juxta opinionem Rot. in allegata decisione Albens. Gabellæ, sive onerum 28. Junii 1630. coram Merlino, declarando etiam quæ dicantur onera merè realia, quæ personalia, & quæ mixta, de quibus plenè Tusch. *litt. O, conclus.* 118. *cum pluribus seqq. per tot.* Hunc locum novissimè citat, & sequitur pluribus aliis additis Romaguer. in

Addit.

Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib. 1. rubr. 39. n. 4. & 6.* ubi quod statuentes Eugubini adhibuerunt dictam cautelam in eorum statutis, licèt à pluribus impugnetus, de qua videndi Balmasceda *de Collect. quæst. 18. n. 25.* Pilaja *decis. canon. 11. n. 148.* & Pignatel. *consul. canon. 54. n. 6. & seqq.* faciunt plura tradita pet Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. c. 43. n. 33. & seqq.* ubi quòd non est dubium posse quemlibet in traditione rei suæ prohibere expresè ne res sua transeat in Ecclesiam, Ecclesiasticasque personas, vel monasteria, unde tantò magis statuere, ut transeundo transeat cum onere suo, adde Gob. *consult. 40. per tot.*

Quòd bona laicalia quando perveniunt ad Clericos, vel ad Ecclesiam transeant omninò libera ab oneribus publicis, nisi talia onera sint infixa bonis propter bona, & sint certa, ac invariabilia, reprobata ac damnata penitus aliàs dicta Bartoli cautela, à qua & ipsum Bart. secessisse latè probat Paul. Rub. *in Annot. ad decis 412. per tot. part. 9. recent.* ubi etiam *n. 79. & seqq.* quòd quatenus jure permittente Clerici tenerentur ad Collectas, vel alia onera non possunt compelli pet judices laicos, sed tantùm per Ecclesiasticos, ad tradita pet Nat. *cons. 311. n. 4.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap. 250. n. 4. &c. part. 2.* Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect. 3. n. 46.* Bellet. *disquisit. Cler. part. 1. tit. de exempt. Cler. §. 2. n. 10.* Ciarlin. *contr. 103. per tot.*

De bonis patrimonialibus Clericorum, vide in §. *Bona n. 35.* Mart. *vot. 231.*

Quòd si donans, vel legans apposuit conditionem, ut Ecclesia solvat collectas, tunc teneatur, Corbul. *de caus. privat ob non solut. canon. ampliat. 8. n. 16.* Novat. *in Prag. Collect. 58.* ubi quòd alienans intelligitur alienare cum oneribus suis jus, quod ipse habet, & non plus potest, Marta *d. vot. 231. n. 7. &c.* Dominus meus Advocatus Cabrun. *lucubrat. 35. n. 16.*

Seclusa autem auctoritate Rotæ non desunt alii permulti validè probantes in multis aliis casibus, bona transire in Ecclesiasticos cum onere suo ut dixi supra, & videri potest penes Duen. *reg. 100. per tot.* Maccabr. *cons. 40. per tot.* Pacific. de Salv. *inspect. 3. c. 4. n. 525. &c.* Ansald. *tract. de jurisd. part. 5. tit. 3. c. 3. per tot.* ubi in specie, & ex professo contradicit, ac impugnat Sperel. *loc. cit.* & præcipuè *decis. 37. per tot.* dum vult, nec vigore immemorabilis consuetudinis, posse Ecclesiasticorũ bona collectari, quamvis posteà etiam idem Sperel. in in nova suarum decisionum impressione de anno 1666. *dec. 182. per tot.* reassumendo objectiones sibi ab Ansaldo factas, acerrimè suam opinionem defendat; quam etiam latè tuetur Rot. *in Barchinon. Exemptionis 13. Junii 1646.* coram Corrado *part. 9. recent. decis. 512. per tot.* ibidem Paul. Rub. *in Annot. per tot.*

Sed veritas est, quòd in Dominio Florentino non tantùm vigore consuetudinis, sive supra relatæ cautelæ, sed etiam vigore Privilegii Pontificii Leonis X. cujus copiam recordor in casu occurrenti cum Eminentissimo D. Cardinali Albizio de anno 1660. vidisse, & legisse in Archivio Magistratus Dominorum Novem Conservatorum Jurisdictionis, & Dominii Florentini, omnia bona, quæ ab anno 1516. citra transierunt, & transeunt in Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, indifferenter, prout alia laicorum collectantur, tam pro oneribus realibus, quàm mixtis, certis, vel incertis, variabilibus, vel invariabilibus, & testatur Ansald. *loc. cit. num. 207. & seqq.* Marta *vot. 231. nu. 5.* & in Regno Neapolitano Novat. *in Pragm. Collect. 58.* licèt Sperel. *dict. decis. 182. num. 56.* dicat procedere de facto; sed responderi potest, quòd imò procedit de jure stantibus prædictis, & maximè privilegio summi Pontificis cùm sufficiat de illo extare famam per effectum, & usum probatam, ad tradita in simili per Fagundez *de Præcep. Eccl. tract. 1. lib. 3. cap. 7. num. 17.* & Dian. *resol. moral part. 1. tract. 2. resol. 73. circa medium*, Rippol. *tract. de Regular. cap. 11. num. 14.* ubi docet possessionem, & usum antiquissimum probare concessionem privilegiorum Apostolicorum quicquid Dian. dicat esse absurdum, & non admittendum *part. 7. tract. 10. resolut. 3.* Et quòd privilegium Apostolicum possit per famam probari latè Rot. *part. 10. recent. decis. 538. per tot. & decis. 270. per tot.*

Sanfelic. *in Praxi sect. 24. n. 11. &c.* Marta *vot. Pis. 31. n. 14.*

Quòd ex sciantia, & tolerantia summi Pontificis inducatur tacitum privilegium ad favorem Principum sæcularium, habeat vim dispensationis, & excuset consuetudines contra Ecclesiasticam libertatem, maximè quando ex tolerantia potest argui approbatio, & quando cum immemorabili consuetudine concurrit fama privilegii Apostolici, habeat vim privilegii Papalis, & retardat etiam laicos capaces ad præscribendum jura adversus immunitatem Ecclesiasticam multis citatis, comprobat Cortiad. *decis. 7. num. 19. & seqq.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 43. num. 48. & seq.* ubi etiam de legibus Galliæ, Burgundiæ, Germaniæ, & Lusitaniæ prohibentibus bona immobilia transferri in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas ex privilegio Apostolico præsumpro per immemorabilis temporis cursum, & ob publicam utilitatem, cùm aliàs substantiæ laicorum non essent sufficientes ad onera supportanda, & sic deficerent tributa, sine quibus Respublica stare non potest, & alia plura notabilia ad rem pro justitia, & sustentatione hujusmodi legum, vide in §. *Statutum* prohibens alienari in *Forenses num. 8. cum addit.*

Quòd hujusmodi leges prohibentes transferri immobilia in Ecclesias, & personas Ecclesiasticas adsint etiam in Regnis Valentiæ, Lusitaniæ, Majoricatum, & aliis testatur Valer. *de differ. utriusque fori verb. Bona differ. 3. fol. 30.* ubi tamen probabiliter dubitat de illarum validitate, & quatenus sustineantur in foro fori non obligare in foro conscientiæ, sed posse illis non obstantibus Ecclesias quæcunque bona immobilia acquirere, & possidere, vide in §. *Lex, num. 24.* in his Addit.

Quid in colonis Clericorum, vel Ecclesiæ dixi *Colonus num. 19.*

Quòd bona patrimonialia Clericorum non sint immunia de veriori testatur Marta *vot. 231. num. 3. & vide in §. Bona, num. 35.*

Qualiter Clerici sint exempti à judicio sæculari, à muneribus personalibus, patrimonialibus, realibus, vel mixtis, à pedagiis, & gabellis, nisi tanta subsit necessitas, ut cum assensu Pontificis concurrere debeant in subsidium, & à legibus, ac statutis laicorum, & similibus, Pac. Jord. *Lucub. vol. 2. lib. 11. tit. 3. nu. 102. & seqq. ad 131. fol. 524* Tusch. *litt. O. conclus. 126. & seqq.* Diana *resolut. moral. part. 1. tract. 2. per tot. part. 3. tract. 1 part. 4. tract. 1. & par. 5. tract. 1. per tot.* Novar. *Collect. 57. & seqq.* Paul. Christ. *decis. Belgic. 229 & 230. per tot. vol. 1. & decis. 17. vol. 2.* ubi qualiter ab initio non fuerint exempti cum pluribus decisionibus seqq.

Quòd conventio consanguineorum Clericorum de solvendis collectis, & gabellis pro ipsis Clericis, non sit contra libertatem Ecclesiæ, (quicquid secus sit in statuto) & Episcopus illos excommunicans malè faciat, & teneatur actione injuriarum, *Mart. vot. Pis. 231. per tot.*

An autem Clerici dici possint, & revera sint Vassalli Principum sæcularium, in quorum Statibus degent, Diana *part. 5. tract. 2. resolut. 19.* ubi refert contrarias opiniones, & negativam de more amplectitur, vide *supra num. 44.* Vide Bellegrand. *rer. crimin. method. tract. 10. quæst. 3. n. 11.*

Clerici an arctentur gabella imposita super vino, car- 46
nibus, & similibus à Principe laico, sine consensu Sanctissimi, vel Episcopi, vide in §. *Gabella num. 4.*

An sint exempti à Gabellis non tantùm pro se, sed etiam pro familia, quam alere tenentur etiam si sint absentes Viv. *decis. 88. Ric. Prax. variar. resol. cap. 329.* Ciarlin. *contr. 156. & 187. num. 8. &c.*

Quid in Clericis primæ tonsuræ, in conjugatis, & alia plura an, & quando Clerici teneantur ad gabellas, vel non Guttier. *de Gabell. quæst. 44. 46. 91. 92. 93. 94. & 132.* Ciarlin. *contr. 22. 103. 138. 146. per tot.* ubi an teneantur saltem denunciare Gabellatio, sicut alii exempti, & si oriatur controversia ao spectet ad judicem Ecclesiasticum illam decidere. Quoad Clericos primæ tonsuræ vide Castald. *consult. 233. n. 9.* Quo verò ad Clericos conjugatos vide Bertachin. *vot. 92. n. 7.*

An arctentur gabella pro traspostatione, vel extra-
ctione

ctione fructuum suorum, & quid si essent negotiatores in odium mercaturæ illis prohibitæ, vide Rot. *part. 7. recent. decis.* 159. *& part. 9. decis.* 412 *per tot.* Guttierez *de Gabell. quæst.* 93. *per tot.* ubi plura de Clericis negotiatoribus, & quando dicantur tales, vel non, ut soluant gabellas, Sperell. *decis.* 12. 13. *&* 14. *per tot. decis.* 35. *nu.* 45. *& decis.* 94. *per tot.* ubi etiam an, & quando dicantur negotiatores, vel non, Ciarlin. *controvers.* 31. Dian. *resol. moral. part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 28. Pereyr. *de manu. reg. part.* 2. *cap.* 24. *num.* 35. *&* 36. *infr. num.* 77.

An possint vendere vinum, & similia ad minutum per famulos, vel familiares suos, an ob id dicantur negotiatores, & arctentur statutis laicalibus aliter disponentibus Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 52. *& part.* 5. *tract.* 1. *resolut.* 20. *&* 26. ubi quòd non tenentur ad gabellam pro extractione fructuum bonorum patrimonialium, ut alibi cariùs vendant; Sed contrarium probat D. Carol. de Graff. *de effect. Cleric. eff.* 3. *n.* 178. Navar. *in manual. c.* 27. *num.* 128. *& alii.* Vide Del Bene *de Immunit. Eccles. cap.* 5. *dub.* 3. *sect.* 5. *n.* 13. *tom.* 1. De Luc. *de Regal. disc.* 52. *&* 53. *n.* 10. *& Miscell. disc.* 6. *n.* 5.

An possint vendere vinum in propria domo, vel Monasterio per famulos, idem Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 26. ubi etiam de Regularibus, & refert contrarias opiniones, *& resol.* 27. ubi quando dicantur negotiatores, vel non, Novar. *Collect.* 130.

Plura autem de Clericis, & aliis personis Ecclesiasticis, an possint tenere macellum publicum ad vendendas carnes, & hujusmodi in præjudicium Communitatis laicorum; An possint pascere sua animalia pro macello in pascuis Universitatis; An Judex laicus sit competens quoad animalia Clericorum alios damnificantia; An arctentur statutis de mensuris, & ponderibus signandis, An vendendo panem, vinum, & hujusmodi personis sæcularibus subiiciantur judicibus laicis, & alia, latè Fontanel. *decis.* 510. *& seqq. usque ad* 519.

Quòd Clerici pro rebus prohibitis, quæ invehuntur; vel extrahuntur contra banna possint conveniri coram Judice sæculari, & ab eis per sæculares prohibitæ res, quæ inciderunt in commissum auferri, & ubicumque sint capi, quia eo ipso, quòd in commissum ceciderunt, à dominio Clericorum exierunt, *l. commissum, ff. de publican.* ac proinde si de ipsis rebus agatur civiliter coram Judice sæculari respondere debent, non verò si ad alias pœnas agatur, quia tunc coram Judice Ecclesiastico petendæ sunt Guttierez *Pract. c.* 38. *nu.* 23. Pereyra *de manu Reg. cap.* 38. *nu.* 15. *part.* 2. Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 34. *nu.* 14.

47 Clericum, vel aliam Ecclesiasticam personam percutiens, an & quando efficiatur excommunicatus, vel non, vide in §. *Excommunicatio, nu.* 1. *&c.*

48 Clerici possunt accusare de criminibus, pro quibus non veniat pœna sanguinis infligenda, aliàs secus, quia efficerentur irregulares, possent tamen ad effugiendam irregularitatem, protestari quòd non intendunt agere ad pœnam corporalem, Clar. §. *fin. quæst.* 14. *vers. dixi in primis*, Sperel. *decis.* 45. *nu.* 26. ubi loquitur coram Judice laico, etiam si certo sciant, vel credant, illum processurum ad pœnam sanguinis, de quo latiùs D. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 12. DD. communiter in *cap. Prælatis de homicid. in* 6. dixi in *Pract. in Præfat. num.* 8. *&* 9. Vide Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method. tract.* 1. *quæst.* 6. *nu.* 6. *& quæst.* 10. *n.* 2.

An autem sit necessaria licentia superioris, vide in §. *Religiosus, num.... & infra num.* 50. Sperel. *decis.* 50. *per tot.* ubi quòd potest Judex sæcularis absque incursu alicujus censuræ, Clericos, vel alias Ecclesiasticas personas volentes examinare, ac jurare facere, tam in causis civilibus, quàm in criminalibus, etiam sine licentia illorum superioris, quamvis ipsi Clerici malè faciant, & contraveniant se examinando coram Judice sæculari sine dicta licentia: non autem aliquo modo illos compellere, & quòd stante dicto voluntario examine, sunt validæ illorum depositiones, etiam sine licentia, & alia, ut latiùs ibi per eum, & Clar. *d. quæst.* 14. *vers. scias autem*, Aloys. Ricc. in *Prax. variar. resol. c.* 206. *&* 459. *per tot.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 3. *n.* 20. *&* 74. Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method. tract.* 4. *quæst.* 4. *& quæst.* 7.

Et quòd licèt Clericus revelare non possit delictum commissum, possit tamen revelare perpetrandum ad hoc ut illi obvietur, Menoch. *de arbitr. cas.* 180. *n.* 21.

Clerici an pro illorum bonis, juribus, vel offensis ipsis factis, habeant fori electionem, etiamsi sint actores contra laicos, vide Franch. *decis.* 597. & alios quos allegavi in §. *Ecclesia num.* 19. Ricc. *Collect.* 86. 2293. 2303. Novar. *de elect. for. sect.* 1. *quæst.* 1. Leoncil. *decis. Ferr.* 57. *num.* 18. ubi quòd non, sequuntur forum rei laici juxta *cap. si Clericus, & cap. cum sit de for. compet.* Marta *vot. Pis.* 209. 49

Affirmativam opinionem defendit de more Sperel. *decis.* 3. *num.* 21. *decis.* 49. *nu.* 28. *&c. & decis.* 98. *per tot.* ubi reprobat Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 15. diversimodè tenentem, & loquitur in civilibus, vide Ciarlin. *controv.* 52. *nu.* 1. *& seqq. & controv.* 272. *nu.* 61. *& seqq.* Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §. 5. *glos.* 1. *nu.* 87. *& seqq.* Sanfelic. *decis.* 358. *per tot. cum Addit.* ubi quòd tam in criminalibus, quàm in civilibus habent electionem fori, etiam cum vidua eamdem variationem, & electionem petente, cùm ipsi sint magis privilegiati, loquitur tamen de foro competenti etiam rei, vide in §. *Persona num.* 22.

Intellige, si agatur de re Ecclesiæ, vel patrimoniali ipsius Clerici, secùs si de re omninò profana, nisi etiam quoad profana adsit consuetudo ad favorem clericorum, licèt etiam in profana idem esse contendat idem Sperel. *decis.* 142. *& decis.* 143. *per tot.* Aloys. Ricc. *prax. var. resol. cap.* 147. *num.* 1. sed intellige omnia prout dixi in §. *Ecclesia num.* 19. & benè declarat Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 281. *fol.* 96. vide latè Tusch. *litt. S. concl.* 447. *per tot.* Dian. *part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 7. ubi indistinctè firmat Clericos habere electionem fori etiam agendo contra laicos, sive pro rebus Ecclesiæ, sive suis, & sive actione reali, sive personali, sed tu teneas ut supra, & in §. *Ecclesia n.* 19.

An Clerici volentes agere contra suos colonos pro ipsa terrarum locatione teneantur illos convenire in foro laico, videtur dicendum quòd sic, cùm non sit casus exceptus à regula, *cap. cum sit generale de for. compet.* & probat Marta *de jurisd. part.* 4. *cas.* 112. *num.* 2. nisi se obligaverint in forma Cameræ, vel aliàs se jurisdictioni Ecclesiasticæ supposuerint, refert Sperel. *decis.* 41. *num.* 29. ubi tamen *num.* 31. contrarium sequitur, & dicit fuisse declaratum à S. Congregat. vide Ciarlin. *controv.* 42. *num.* 1. *& seqq. et controv.* 171. *per tot.*

Clericus in causis criminalibus admittitur ad testificandum, ubi non est imponenda pœna sanguinis, aliàs autem abstinere debet à testificando, nam si ex suo testimonio sequatur mors, vel membri mutilatio efficeretur irregularis, neque hoc casu sibi prodesset protestatio, de qua *supra nu.* 48. Clar. §. *fin. quæst.* 24. *vers. ulterius quæro &c.* Mascard. *de probat. conclus.* 1356. *n.* 32. Guaz. *ad def. cap.* 2. *n.* 7. 8. latè D. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 10. *nu.* 14. *& per tot.* vide Sperel. *decis.* 50. *per tot.* Bellegrand. *in compendios. rer. criminal. method. tract.* 4. *quæst.* 4. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 3. *n.* 32. 50

Quòd testimonium Clerici prævaleat testimonio laicorum, ita ut quatuor Clerici prævaleant sex laicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 98. *num.* 5. *&* 6. Mascard. *de probat. concl.* 306. vide §. *Religiosus num.* 2. Quòd dictum Sacerdotis, & Religiosi habeat vim duorum testium, Urceol. *Consult.* 88. *num.* 19. *vol.* 2. Rot. *part.* 20. *recent. decis.* 276. *nu.* 18. *&c.* ubi quòd Sacerdos probat etiam si sit procurator, vel fuerit inducens, *& part.* 22. *decis.* 101. *num.* 16. ubi quòd habet vim duorum.

Multa an, & quando Clericus contra laicum, vel pro laico admittatur ad testificandum coram judice sæculari, tam in civilibus, quàm in criminalibus, tam cum licentia sui Superioris, quàm sine licentia; Et quid è contra, an laicus sit idoneus testis adversus Clericum, vel pro Clerico, Farinac. *qu.* 61. *opposit.* 12. *&* 13. *per tot.* Ricc. *Collect.* 597. cum aliis summarim per Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 589. *& seqq. fol.* 334. *& tit.* 19. *n.* 52. *et seqq. fol.* 381. ubi quòd licèt regulariter non cogatur Clericus testificari, tamen quandoque compellatur à judice Ecclesiastico, & præ-

f stito

ſtito juramento in manibus ipſius judicis Eccleſiaſtici. An autem poſſit torqueri, vide ibidem *num.* 183. *&c. fol.* 388. Vide Pellegrin. *loc. ſupra allegato.*

Quòd in civilibus poſſit Clericus examinari de licentia Epiſcopi, quam etſi non petierit valeat tamen illius teſtimonium, licèt non ſit ex omni parte perfectum, & poſſit Clericus à ſuo Ordinario caſtigari, Mart. Medic. *decif* 95. *nu.* 12. *& ſeqq.* Sanfelic. *decif.* 262. ubi idem in criminalibus Sperel. *decif.* 50. *per tot.* ubi loquitur etiam in criminalibus, & quòd ſtante dicta licentia, quæ tamen non ſolet concedi niſi ad defenſam, poteſt Clericus jurare in manibus judicis ſæcularis, niſi adſit conſuetudo in contrarium, & alia in hac materia vide in §. *Judex num.* .. *& §. Religioſus num.* 2. *ſupra num.* 48. Paul. Chriſtin. *decif. Belg.* 17. *num.* 9. *& ſeqq. vol.* 2. ubi qualiter poſſit cogi ferre teſtimonium, & jurare tacto pectore coram judice ſæculari Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method. tract.* 11. *quæſt.* 11. *n.* 6.

51 Clericus non poteſt ſine licentia Epiſcopi cogi per judicem laicum ad teſtificandum, & cùm talis licentia ſit quid facti, eſt probanda, nec ſufficit quòd Notarius dicat, talis Clericus examinatur de licentia; ſolet autem Epiſcopus facere præceptum Clerico examinando, ut compareat coram tali judice ad deponendam veritatem, Guaz. *ad def. cap.* 2. *per tot. & def.* 13. *cap.* 1. *num.* 8. *&c.* Paul. Chriſtin. *decif. Belg.* 17. *nu.* 10. *&c. vol.* 2. Aloyſ. Ricc. *prax. var. reſol. cap.* 459. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 261. *vide ſupra num.* 48. Bellegrand. *in compendioſ. rer. criminal. method. tract.* 4. *quæſt.* 4. *& quæſt.* 7.

Quando autem, & quomodo ſit concedenda hujuſmodi licentia, vel non ultra præcitatos, vide Thom. Trivif. *decif.* 30. *lib.* 2.

52 Clericus falſum teſtimonium perhibens coram judice laico, licèt ejus aures, & majeſtatem offendat, non poteſt ab illo puniri, ſed ab Eccleſiaſtico, juxta magis communem opinionem, ut per Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 261. *num.* 4. Vant. *de nullit. ex defect. juriſdict. nu.* 50. Afflict. *decif.* 230. Capyc. *decif.* 5. *num.* 13. Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 109. *& part.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 60. vide Ricc. *part.* 4. *decif.* 81. *per tot.* Paul. Rub. *in Annot. ad decif.* 412. *num.* 94. *& ſeqq. part.* 9. *recent.* Ricc. *prax. var. reſolut. cap.* 140. *nu.* 10. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *decif.* 408. *obſerv.* 1. ubi quòd ſi deponat falſum coram Judice Eccleſiaſtico non ſuo, venit ab eodem puniendus, Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 47. ubi tamen quòd ſi laicus falſum deponat coram Eccleſiaſtico, locus efficitur præventioni, Franc. *decif.* 722. *n.* 6. *& ſeqq.* Diana *d. reſolut.* 60. Ciarlin. *controv.* 48. *per tot.* ubi idem quoad ſubornantes, vel corrumpentes, aut mandantes, & licèt ſubornatio non habuerit effectum, & alia plura notabilia; ſed quoad ſubornatores contrarium vide per Bertazol. *conſ.* 72. *vol.* 1. Addit. ad Sanfelic. *loc. citat.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 5. *n.* 94.

Cognoſcit tamen judex laicus de falſitate Clerici, ad effectum expediendi proceſſum, & cauſam principalem, in qua fuit examinatus, Pac. Jordan *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 16. *fol.* 75. Dian. *d. reſolut.* 109. *in fine*, Paul. Chriſtin. *decif. Belg.* 76. *numer.* 8. *volum.* 1. Thom. Trivif. *decif.* 8. *per tot. lib.* 2. ubi videtur concludere, quòd judex ſæcularis habeat cognitionem, & judex Eccleſiaſticus executionem, & idem confirmat *decif.* 53. *numer.* 21. Sed non eſſe uſu receptum innuit Sanfelic. *in Praxi ſect.* 25. *num.* 9. ubi alia plura quando quis ſortiatur forum per offenſionem juriſdictionis alterius, in terminis *l. nullum C. de teſt.* quæ dat præventionem inter judicem ordinarium, & judicem offenſum, niſi alter haberet juriſdictionem cum clauſula abdicativa, vel privatim, de qua plura ibidem vide in §. *Teſtis num.* 35.

53 Clericus ſecundùm aliquos, & juxta practicam, Marant. *diſt.* 11. *num.* 61. de qua etiam Sanfelic. *in Prax. ſect.* 30. *num.* 11. *etc.* poteſt à judice ſæculari citari per proclama generale de omnibus prætendentibus intereſſe in cauſa, quaſi tunc comparendo, dicatur actor voluntarius, & non reus: hæc tamen citatio generalis eſt nullius momenti ubi conſtat de poſſeſſore, qui tanquam certus debet citari nominatim, & non per edictum, & dictam practicam reprobat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 138. *num.* 72. *etc.* Sperel. *decif.* 8. *num.* 37. vide Card. Tuſch. *litt. C, concluſ.* 239. *num.* 6. *et ſeqq. per tot. et concluſ.* 253. *num.* 5. Farinac. & Vulpin. *in ſuco quæſt.* 8. *num.* 29. *et* 87. Surd. *decif.* 26. *per tot.* ubi quòd licèt opinio ſit dubitsbilis de jure, tamen vigore hujuſmodi proclamatum generalium, ſæpiſſimè Clericorum cauſæ fuerunt cognitæ, & cognoſcuntur in Senatu Mantuano, & ſic coram laicis Judicibus, & ita etiam Florentiæ conſulviſſe Caſtr. prout ipſe Caſtr. teſtatur in *l. teſtamentu, num.* 7. *Cod. de teſtam.* vide Sanfelic. *decif.* 90. Barz. *decif. Bonon.* 106. Ricc. *Collect.* 2419. Peregrin. *decif.* 145. *num.* 12. *& ſeqq.* Leoncill. *decif. Ferr.* 57. *num.* 18. Thomat. *decif.* 89. Seraph. *decif.* 957. Guaz. *de confiſc. bon. concluſ.* 17. ubi qualiter teneantur comparere ad cridas per Fiſcum emiſſas, ſi ſint creditores in bonis confiſcatis, Maſtril. *decif.* 79. *per tot.* Sanfelic. *decif.* 187. *num.* 17. *decif.* 210. *et* 305. Pac. Jordan *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 44. & melius *numer.* 82. *et ſeqq. fol.* 80. ubi ſequitur dictam practicam cum tribus modificationibus, nempè ſi Clericus ſponté compareat, forum non declinet, & citatio non contineat clauſulas arctativas, & dixi in Practica § *Citazioni, nu.* 63. vide §. *Inventarium, nu.* 2. §. *Citatio, nu.* 29. facit Diana *part.* 8. *tract.* 5. *reſolut.* 44. ubi adducit multas rationes pro dicta practica, à qua tamen omninò recedit. Vide Creſcin. ad Abeccleſ. *obſervat. forenſ. part.* 1. *obſervat.* 186. *n.* 3. ubi alios modernos cumulat.

Qualiter autem poſſit Clericus puniri à Principe ſæculari, ſi ſalvamguardiam ab eo alicui conceſſam violaverit, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 338. *num.* 14. *et in* §. *Princeps, num.* ....

Plures caſus in quibus non poteſt Clericus declinare forum ſæculare, vide per Chriſtin. *decif.* 222. *et ſeqq. vol.* 5. alios allegavi in §. *Judex, n.* 31. & ſupra, ac infra per diſcurſum, Ricc. *Collect.* 53. *per tot.* Boer. *dec.* 69. *per tot. dec.* 114. *et* 300. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 1. *ſubſect.* 6. *interſect.* 1. *n.* 16. Palmnep. *alleg.* 80. *n.* 8. *tom.* 1. Creſcin. ad Abeccleſ. *in Indic. in fin. vol.*

Quòd quando Clericus fuit per Judicem ſæcularem in poſſeſſionem miſſus ſalvo jure tertii, poſſit pro recuperatione tenutæ conveniri coram Judice ſæculari, qui illam tenutam conceſſit, probat Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 48. *n.* 62. *& ſeqq.* quam opinionem Peregrin. ibi contentam ſequitur Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 497. Sed iſtos reprobant contrarium tenendo, ut nempè debeat conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 238. *nu.* 94. Marths *de juriſdict. part.* 4. *caſ.* 150. & Rovit. *decif.* 24. *per tot.* Quod procedit etiam in Salviano Rubeus *de Confuſſ. Jur. cap.* 22. *n.* 51.

Qualiter Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ poſſint trahi ad forum ſæculare per laicos ex remediis *l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. & l. comendat de fidejuſſ.* latè Fontanell. *decif.* 328. *& ſeqq.* cum aliis per me citatis in §. *Actor, num.* 11. *& ſeqq.*

De Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, an ligentur bannis, vel proclamatibus imponentibus perpetuum ſilentium negligentibus jura ſua deducere in termino aſſignato, latè Anton. Gob. *conſult.* 54. *per tot.*

An autem Clericus, qui contra laicum in judicio ſæculari obtinuit manutentionem in ſummariiſſimo poſſeſſorio, debeat in eodem expectare declarationem poſſeſſorii plenarii, vel poſſit forum declinare, & alia ad rem, Fontanell. *dec.* 333. *& ſeqq. & dec.* 340. *& ſeqq.* Pellegrin. *loc. ſupra allegat.*

An, & quando Clericus, qui venit ad concurſum bonorum communis debitoris coram Judice laico, & ſolutionem graduatoriam reportavit ſub cautione ſolita, poſſit coram eodem Judice conveniri avocatoria, & ad reſtituendum anterioribus, vel ſit conveniendus coram ſuo Judice Eccleſiaſtico, latè Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 42. *et ſeqq. per tot.* vide in §. *Citatio, num.* 29. *in fine.*

Clerici, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ ligantur edicto 54
Principis ſæcularis jubentis tempore penuriæ, vel peſtis victualia vendi, vel quid aliud fieri non ſolùm juſto, ſed etiam viliori pretio taxato, cùm fiat cauſa publicæ utilitatis principaliter, non tamen ad hoc cogi poſſunt per Judices ſæculares, ſed per Eccleſiaſticos, & in omnem caſum non parendo hujuſmodi edi-

ctis,

ctis, teneantur in conscientia restituere id quod ultra pretium taxatum receperint, Cabal. resolut. crim. cas. 9. per tot. Grat. discept. forens. cap. 149. num. 43. etc. Franch. decis. 9. per tot. Michael. Salon. de just. et jur. controvers. 9. et 10. per tot. Covar. variar. resolut. lib. 2. cap. 3. per tot. P. Steph. de Neapol. tract. de præcip. jur. et just. part. lib. 2. cap. 40. nu. 15. etc. Joseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. decis. 71. num. 8. Nec dissentit Sperel. alioquin acerrimus Ecclesiasticorum defensor decis. 12. nu. 57. et dec. 13. num. 10. ubi intelligit quòd teneantur non vi coactativa, sed directiva in foro conscientiæ, & non vi legis, sed rectæ rationis ita suadentis, dixi in mea Practica §. Grani, nu. 7. et §. Statuti, num. 14. Diana resolut. moral. part. 1. tract. 2. resol. 8. part. 4. tract. 1. resolut. 87. part. 5. tract. 1. resolut. 6. part. 7. tract. 10. resol. 2. ubi an subjiciantur tantùm vi directiva legibus sæcularibus, vide in §. Princeps, n. 31. Paul. Christin. dec. Belg. 203. n. 22. et seqq. vol. 1. et decis. 357. vol. 1. Ciarlin. controv. 31. ubi de extractionibus, vide in §. Banna, nu. 6. Fontanel. decis. 495. decis. 331. et seqq. et dec. 202. per tot. Vide Emeric. jun. decis. 1154. n. 1. et 2. et decis. 1222. per tot.

55 Clericus succedens laico, an ligetur instantia inchoata coram Judice sæculari, ita ut ex hujusmodi processu sine novo judicio possit contra illum ferri sententia, vide latè pro, & contra Gratian. discept. forens. cap. 16. per tot. Carol. de Grass. de effect. Cler. effect. 2. n. 282. et seqq. Boer. decis. 69. num. 32. et seqq. Balduc. tit. 3. decis. 29. a n. 35., ubi latè. Crescin. in rubr. Decretal. de Judic. quæst. 14. per tot.

Clericum hæredem laici conventum coram Judice sæculari pro executione sententiæ contra defunctum laicum latæ, si sit præscriptum jus exequendi, idest via executiva, vel perempta instantia, esse remittendum ad Judicem Ecclesiasticum, latè Constant. Cæsar. specul. peregrin. Quæst. quæst. 28. ubi tamen refert contrarium adversùs votum suum bis fuisse judicatum, vide in §. Instantia, n. 11. Cabal. cons. 91. lib. 2. ubi quòd executio est petenda coram Judice Ecclesiastico, Noguerol. alleg. 19. num. 127.

Quòd Clerici ligentur statutis laicorum in ordinatoriis judiciis, quia non respiciunt personas, sed causas; imò & Episcopi teneantur servare statuta Laicorum si sint bona, & æqua, Zuff. de legit. Process. lib. 3. qu. 207. per tot. vide in §. Statutum circa generalia, num. 12. Fontanel. decis. 495. decis. 331. et seqq. et decis. 202. per tot. Vide Balduc. tit. 3. decis. 29. n. 41.

Negativam opinionem, & remittendum esse ad forum Ecclesiasticum tenet Asin. in Prax. §. 2. cap. 12. n. 54. Rot. part. 9. recent. dec. 308. num. 13. Thomat. dec. 266. num. 5. Martha de jurisdict. part. 4. cas. 37. Ciarlin. controv. 160. num. 51. et seqq. Sperel. dec. 7. n. 3. etc. ubi plura, & distinguit quatuor casus Dian. resol. moral. part. 1. tract. 2. resolut. 24. et part. 3. tract. 1. resol 31. et part. 4. tract. 1. resol. 21. Marc. Anton. lib. 5. resol. 49. n. 2.

Affirmativam autem opinionem profitetur veriorem Surd. dec. 110. per tot. Paul. Christin. dec. Belg. 280. num. 22. vol. 1. et dec. 222. nu. 38. etc. vol. 5. Mastril. dec. 131. num. 21. etc. facit latè Sanfelic. dec. 2. vide in §. Instantia, nu. 11. Grass. loc. supr cit. Castil. part. 1. dec. 2. Corjolan. in Bulla Cœnæ, Excommun. 16. Grass. part. 1. dec. lib. 4. cap. 18. n. 128. Cevalos tract. de cognit. per viam violentiæ p. 2. quæst. 40. num. 9.

Quòd Clericus litigans in foro sæculari arctetur instantia præfixa à statuto laicorum, & aliis circa præparatoria, & ordinem judicii, Paul. Christin. dec. Belg. 203. nu. 27. et seqq. vol. 1. vide in §. Instantia, num. 5. Joseph. Ludovic. dec. Luc. 39. n. 4. etc. ubi quòd ligatur in ordinatoriis, non autem in decisoriis.

56 Clericus si fuerit tanquam auctor nominatus, vel laudatus in causa laicorum, an possit ex sua persona forum declinare, vide Marant. p. 6. membr. 5. nu. 10. ubi tenet quòd non, sed Additio firmat contrarium, Gramat. decis. 21. Capyc. dec. 87. Anna sing. 45. Novar. in Pragm. Reg. Neapol. Collect. 73. n. 9. Urceol. consult. forens. c. 44. nu. 36. et seqq. plures pro utraque parte allegat Mangil. de evict. q. 6. per tot. Paol. Christin. dec. Belg. 280. num. 17. et seqq. vol. 1. et dec. 19. num. 9. et seqq. vol. 2. et decis. 565. nu. 8. etc. d. vol. 2. et dec. 222. num. 8. et seqq. vol. 5. Ricc. Collect. 2419. vers. Auctor, Peregrin. dec. 60. num. 4. etc. Gamm. dec. 332. num. 3. Adde Thom. del Bene de immunit. Eccles. part. 2. c. 7. dubit. 11. sect. 3. per tot. ubi videtur transire cum relata distinctione, Fontanel. dec. 495. dec. 331. et seqq. et decis. 202. per tot.

Quod Clericus in auctorem laudatus à laico, si laicus nominans jus in re non habeat, & Clericus sit necessarius defensor, eo quia laicus nominans nullum jus in re habeat, possit, & debeat ex persona sua forum declinare, & ratione sui juris totam causam ad forum Ecclesiasticum trahere; secus autem si laicus illum nominans, jus habeat in re, & in illo judicium substantietur, ut quia sit conventus tanquam emptor, & possessor, quia tunc Clericus illius auctor superveniens ad defensionem, non potest judicium ex persona sua mutare, vel declinare, sed tenetur laicum in illo foro, ubi judicium cœptum fuit, defendere, sicuti pluribus relatis distinguit ex magis communi opinione Sperel. dec. 24. num. 1. & seqq. licèt secundum membrum hujusmodi distinctionis, dicat non transire sine difficultate, & nolit illud pro certo firmare, quoad se, cùm ut ego puto cognita illius veritate, non sit Clericis, quibus semper ex professo favere satagit, favorabile, sed pro Clericis comparentibus ante litem cœptam, latè Mangil. de evict. quæst. 6. per tot. ubi post relatas contrarias opiniones septem casus distinguit, adde Dian. part. 3. tract. 1. resolut. 22. & part. 4. tract. 1. resol. 25. Christin. d. dec. 280. n. 17. etc. & decis. 19. num. 9. & seqq. vol. 1. & dec. 565. num. 8. &c. vol. 2. Gamm. dec. 332. num. 3. Boer. dec. 69. num. 27. etc. Ciarlin. contr. 171. num. 22. & seqq.

Quòd Clericus comparens uti tertius in causa ad impediendam sententiæ executionem, vel spontè pro suo interesse veniens ad causam, non possit petere, nec obtinere remissionem ipsius causæ, Anna allegat. 76. Ricc. Collect. 106. Addit. ad Sanfel. dec. 419. observ. 7.

Clericus per reconventionem efficitur de foro sæculari, Marant. p. 4. dist. 6. num. 53. ubi limitat tribus modis, & n. 54. quòd potest condemnari in expensis si succumbat, Afflict. decis. 27. & decis. 173. cum Addit. Duen. reg. 102. per tot. Ricc. Collect. 2319. Franch. decis. 349. & decis. 376. Cabal. resol. crim. cas. 224. n. 32. Viv. decis. 49. nu. 6. tom. 1. Thess. Quæst. for. lib. 5. quæst. 98. Diana part. 4. tract. 1. resolut. 65. ubi pluribus modis limitat, & præcipuè si agatur de re diversa, criminali, spirituali, & hujusmodi, vide Sanfelic. dec. 184. per tot. & quæ dixi in §. Reconventio, n. 5. adde Farinac. quæst. 8. nu. 99. & seqq. Paul. Christin. dec. Belgic. 480. n. 7. et seqq. vol. 1. ubi pluribus modis ampliat, & limitat, & dec. 20. per tot. vol. 2. et dec. 222. n. 33. &c. vol. 5. idem Christin. ad leg. municip. tit. 1. art. 24. n. 7. et 8. ubi limitat non procedere in criminalibus, & quare dixi in §. Reconventio, nu. 1. Fontanel. decis. 309. et seqq. decis. 340. 343. et seqq. Caldas Pereyra quæst. forens. cap. 51. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 1. præmiss. 3. n. 38. 57

Sententia tamen est executioni demandanda per Judicem Ecclesiasticum, non per laicum, qui illam tulit, aliàs exequendo suam sententiam, sive in bonis, sive in persona esset excommunicatus, Guaz. ad defect. cap. 11. nu. 1. Franch. dec. 193. per tot. Tondut. de prævent. p. 2. cap. 58. num. 11. et seqq. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. libr. 13. tit. 8. nu. 91. et seqq. fol. 81. ubi pluribus modi declarat, facit supra num. 25. Diana resolut. moral. p. 3. tract. 1. resolut. 4. et p. 4. tract. 1. resolut. 3. et resolut. 65. in fine, Ciarlin. controv. 53. num. 31. et seqq.

Antequam tamen per actum positivum reconveniatur Clericus, potest ipse à conventione recedere, etiam in judiciis duplicibus, ut communi dividundo, & similibus, Marcian. disp. forens. cap. 73. per tot. Afflict. decis. 173. Paul. Christin. dec. Belgic. 280. n. 51. et in fine vol. 1. ubi dicit magnam esse dubitationem.

Secus autem postquam fuerit reconventus, ut probat Marcel. Cala tract. de modo articul. et proband. glos. 1. §. 1. n. 46. etc. fol. 15.

Clerici non possunt renunciare privilegio fori, etiam cum juramento, imò si contra se procedi permittant per Judices sæculares, non declinando jurisdictionem, possunt criminaliter puniri arbitrio Episcopi tanquam 58

cano-

canonum transgressores, Jas. in l. 1. n. 10. ff. si quis in jus voc. et in auth. statuimus, Cod. de Episc. et Cler. Natt. consf. 324. Petr. Cabal. resolut. crimin. casf. 225. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 190. num. 7. Menoch. de arbitr. casf. 430. Sperel. decis. 104. num. 85. Sanfelic. decis. 277. n. 5. et 6. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 1. et seqq. fol. 74. ubi firmat regulam, quòd Clerici tàm in causis civilibus, quàm criminalibus, à Judice Ecclesiastico, & non à sæculari judicari debent, quam 23. modis ampliat usque ad n. 48. & 13. modis limitat, & declarat usque ad num. 127. & vide Covar. pract. quæst. cap. 31. Farinac. de inquisit. quæst. 8. per tot. Tulch. litt. C. conclus. 385. 386 et 387. per tot. Paul. Christin. dec. Belg. 19. cum pluribus seqq. volum. 2. Bich. decis. 526. numer. 28. et seqq. et decis. 537. Pacion. de locat. cap. 39. num. 23. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst. 49. ubi an ex tacita confessione resultante ex factis non congruentibus ordini Clericali inducatur renunciatio privilegii Clericalis, Grivel. decis. 30. n. 13. Vide Emerix jun. decis. 908. n. 5. Fagnan. sup. Decret. in Indic. general. verb. Clericus quoad privilegium Fori, et Canonis Crescin. ad Abeccles. observat. forens. part. 2. observat. 29. n. 11. Idem Crescin. in rubr. Decretal. de Judic. quæst. 13. per tot.

Quòd eodem modo non possint se submittere Constitutionibus, & statutis laicalibus per pactum etiam juratum, quia leges municipales laicorum nullo modo possunt ligare Clericos, etiamsi juxta illorum formam contrahere profiteantur; quicquid aliàs simpliciter paciscendo, non facta mentione, nec habita relatione ad dictas Constitutiones laicales, obligentur servare pacta, latè probat Rota part. 9. recent. decis. 348. num. 19. et seqq. per tot. facit quod dixi in §. Obligatio, num. 32. in fine, Sperel. decis. 10. num. 13. Maria de jurisdict. part 4. cent. 1. casf. 61. nu. 13. Rot. part. 10. recent. decis. 343. nu. 24. et seqq. ubi tamen refert plures tenentes hujusmodi statuta tanquam licita, & honesta ligare etiam Clericos, sed illis reprobat, nisi Clerici sint hæredes laici executivè obligati, nam tunc possunt executivè conveniri coram suo Judice, & ut mutatur tantùm forum, & non via executiva.

Quòd Clerici non possint consentire in Judicem laicum etiam de consensu Episcopi, vide in cap. significasti 18. cum glos. de for. compet. Succin. reg. 80. ubi dat duodecim limitationes. Crescin. in rubr. Decretal. de Judic. quæst. 13. in resp. ad 3. argum. in fin.

Quòd processus coram Judice laico factus sit nullus, etiamsi non comparuerint ad declinandam jurisdictionem, cùm Judex laicus sit incapax dictæ jurisdictionis, Seraphio. decis. 957. n. 4. etc. Sanfelic. decis. 277. ubi quòd ideò Clerici non possunt à Judice laico contumaces reputari, & pro contumacia mulctari, & si quid fuerit executum pro pœna contumaciæ est restituendum. Crescin. ad Abeccles. observat. forens. part. 2. observat. 29. à n. 9.

An autem possint tacitè renunciare privilegio, contrahendo, vel delinquendo, vide Jas. in l. cum quid, num. 13. ff. si cert. pet. Cabal. d. ca. 225. Crescin. ad Abeccles. dict. observat. 29. n. 11. par. 2.

Quòd non possint præjudicare jurisdictioni sui Episcopi per suam confessionem, fatendo scilicet coram Judice sæculari se esse laicos, & non gaudere privilegio fori, si verè sint Clerici, & illo gaudeant, Sperel. decis. 133. num. 85. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 8. n. 9. Rot. part. 14. recent. decis. 425. ubi quòd quamvis non habeant requisita Concilii, sunt subjecti Episcopo, & exempti à Judice sæculari; quod ultimum apud me magnam paritur difficultatem, & in practica non servatur, vide infra num. 70. vers. Et quod. Sed Rota ibi loquitur retento themate delicti commissi tempore Clericatus, de quo dixi infra num. 78.

Qualiter constare debeat de dimissione habitus, prævia renunciatione Clericatus, & admissione facta per Episcopum (ut moris est in aliquibus locis) ad effectum se eximendi à jurisdictione Episcopi, Ricc. decis. 222. num. 1. part. 2. Rot. part. 24. recent. decis. 425. num. 4.

Et si distulerint allegare exceptionem fori, condemnari debent in expensis per Judicem Ecclesiasticum, Gratian. discept. forens. cap. 190. num. 38. Cassador. decis. 3. num. 5. Sperel. decis. 18. nu. 14. Pac. Jordan. loc. cit. num. 10. fol. 74. Bellamer. decis. 226. Capel. Tholos. decis. 165. Paul. Christin. decis. Belgic. 23. volum. 2. ubi à quo taxari, & exequi debeant, Conciol. ad statut. Eugub. lib. 2. rub. 18. num. 3. Vide Crescin. ad Abeccles. loc. cit. Carol. Ant. De Luc. in Prax. Judic. cap. 44. n. 4.

Possunt tamen se subiicere Judici sæculari ut arbitro, in civilibus, quamvis si postea nolint stare sententiæ non possint ab illo compelli, Diana resolut. moral. part. 1 tract. 2. resol. 106. vide in §. Compromissum, num. 15. Th. Trivis. decis. 17. ubi quando sententia à Judice sæculari inter personas Ecclesiasticas lata transeat in judicatum, nec possit impugnari coram Judice Ecclesiastico, etiam per viam restitutionis in integrum.

An Clericus recurrens ad Judices sæculares efficiatur excommunicatus, & ideò amittat beneficia jā obtenta, & efficiatur incapax ad alia, quid si fuerit absolutus, & alia, Merlin. decis. 136. per tot. & alibi ut infra n. 83. Vide Abeccles. & Crescin. observat. forens. part. 1. observat. 193. Bellegrand. in compendios. rer. crimin. method. tract. 8. quæst. 1. n. 7.

Clerici non ligantur statuto laicorum jubente fieri compromissum inter consanguineos, vel consortes litigantes, Alex. cons. 213. lib. 2. Marant. disput. 8. n. 9. Ciarlin. controv. 170. n. 40. &c. Carol. Ant. De Luc. in Prax. Judic. cap. 42. n. 6. 59

Contrarium videtur tenere Capyc. decis. 166. per tot. Ricc. Collect. decis. 171. part. 1. Thoro compend. dec. Neapol. verb. Clericus, Borell. de Comprom. §. 1. glos. 3. n. 224.

Intellige primam opinionem quatenus tibi placeat, quòd illi non possint compelli ad compromittendum, sed benè possint activè uti beneficio statuti, & petere compromissum, ut dixi in meis resolut. cap. 55. n. 3. & seqq. sequitur Urceol. consult. forens. cap. 44. n. 29. Sperel. dec. 10. n. 26. & 27. & decis. 11. n. 27. Diana resolut. moral. part. 3 tract. 1. resolut. 43. in fine, Carol. de Grass. de effect. Cler. effect. 20. n. 414. vide Ciarlin. dict. controv. 170.

Quòd non ligentur statuto, vel consuetudine laicorum tribuente fidem libris mercatorum, Leoncil. dec. Fer. 179. per tot. dixi in §. Liber, n. 5.

Clerici non ligantur statutis laicorum, quando sunt eis onerosa, & contra libertatem Ecclesiasticam, Auth. cassa ubi DD. C. de Sacrosanct. Eccl. §. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, ubi plenè DD. de constitut. cap. fin. de rebus Eccles. non alien. 96. distinct. cap. benè quidem. 16. quæst. ult. cap. laicis, & cap. non placuit, cum similibus, Angel. in summ. verb. Lex, §. 5. Sylvest. verb. Immunitas, Marant. disput. 8. nu. 2. Pac. Jordan. Lucub. vol. 2. lib. 11. tit. 3. nu. 129. &c. fol. 525. Merlin. dec. 901. ubi non ligantur etiamsi statuta possunt dici Papalia respectu confirmationis, quando de illis non est facta mentiò, Rot. par. 10. recent. decis. 231. per tot. & part. 12. decis. 52. nu. 7. & seqq. vide in §. Statutum generale, n. 11. Rot. d. part. 12. decis. 264. & part. 13. decis. 404. n. 16. ubi de statuto fœminarum exclusivo, latè Dian. part. 1. tract. 2. per tot. ubi multos casus particulares resolvit pro Ecclesiasticis, Ricc. Collect. decis. 171. part. 1. ubi ponit dictam regulam, quam multis modis limitat, & vide Paul. Christin decis. Belgic. 203. vol. 1. & decis. 154. n. 23. vol. 5. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 35. Cavalcam decis. 9. n. 79. & seqq. part. 2. Ceval. comm. opin. quæst. 142. Mascard. de gener. stat. interpr. conclus. 1. Menoch. cons. 800. Rosental. de feud. cap. 5. concl. 81. qui multas limitationes afferunt ob publicam utilitatem, ut inquit idem Christin. ad leg. municip. Mechlin. in prælud. num. 41. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. præmiss. 3. sub n. 38. Vide Card. De Luc. in Indic. general. verb. Clericus quoad exemptionem a foro, & jurisdictione laicali. 60

An Clerici ligentur statutis laicorum, Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. c. 10. num. 72. & seqq. ubi multos allegat, Oliva de for. Eccles. p. 1. qu. 7. num. 5. & seqq. & qu. 32. & seqq. Cyriac. controv. 140. Pereyra de manu Reg. part. 2. cap. 38. n. 28. & seqq. Bertachin. vot. 109. Balduc. tit. 3. decis. 16. nu. 3. Card. De Luc. in Indic. general. loc. cit.

Quid autem sit ob commune bonum, & publicam utilitatem sint condita hujusmodi statuta, contrarias opiniones refert Urceol. *Consult. for. cap.* 44. *n.* 28. *&c.* latè Sperel. *decis.* 10. *per tot.* ubi de more Ecclesiasticæ libertati, & Clericorum favendo, reprobatis aliorum etiam Ecclesiasticorum communibus traditionibus firmat non ligari, & latiùs idem Sperel. *decis.* 12. 13. & 14. *per tot.* ubi in terminis edicti prohibentis extractionem annonæ, & similium statutorum ob publicam, & promiscuam utilitatem, sive necessitatem, an ligent Clericos si non vi coactiva, saltem vi directiva, & in conscientia, & quid accedente Episcopi consensu, adde Dian. *part.* 1. *tract.* 10. *resolut.* 11. & *part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 14. *&c.* ubi semper pro immunitate, vide §. *Statutum circa generalia*, *n.* 11. *&c.*

Quando statuta laicorum dicantur esse contra immunitatem Ecclesiasticam, Diana *part.* 4. *tractat.* 1. *resolut.* 52. & 55. & *part.* 6. *tract.* 8. *resolut. pr.* ubi de pragmatica super taxatione cartæ, sive papyri signati, quòd non comprehendat personas Ecclesiasticas, & *resol.* 4. ubi de statuto prohibente extractionem, vel introductionem.

Quòd personæ Ecclesiasticæ non ligentur statutis, & consuetudinibus laicorum circa servitutes, & modum ædificandi inter vicinos, latè Sanfelic. 188. *per tot.*

61 Clerici minores ligantur statuto laicorum inducente certam solemnitatem in contractibus minorum, Surd. *cons.* 41. *&c. lib.* 1. Pic. *ad stat. Urb. glos.* 4. *in fine*, facit Gratian. *discept. forens. cap.* 576. *per tot.* vide in §. *Statutum requirens*, *n.* .... Vide Bettachin. *cit. vot.* 109.

Contrarium latè probat Sperel. *decis.* 10. *per tot.* inferendo ad alia plura similia statuta, vide Urceol. *consult. forens. cap.* 44. *n.* 28. *&c.* ubi intelligit quòd activè possint uti statuto tam ab initio, quàm ex post facto ad annullandum contractum sine solemnitatibus celebratum, non autem quòd possint illo arctari, & inviti compelli ad observantiam; imò secundùm aliorum opinionem indistinctè ligari dicto statuto, quando contrahunt cum laico de rebus temporalibus, ut ibidem per eum *n.* 35.

An ligentur statutis fœminarum exclusivis quatenus sibi præjudicialibus, vel illis juventur in favorabilibus, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. q.* 19. & dixi in §. *Statutum excludens*.

62 Clerici possunt activè uti statutis laicorum, quatenus illorum favorem respiciunt, non autem passivè compelli ad observantiam, Marant. *disput.* 8. *nu.* 14. & *seqq.* ubi plura de illorum privilegiis tam circa personam, quàm circa bona sequitur plures alios allegans Urceol. *d. cap.* 44. *n.* 31. & *seqq.* & *cap.* 50. *n.* 2. 11. & 12. Diana *p.* 3. *tr.* 1. *resol.* 43. latè Sperel. *decis.* 11. *per tot.* ubi *n.* 26. *&c.* limitat duobus modis, nempè quando statùta loqueretur per verba arctativa, & præceptiva, vel facerent expressam de Clericis mentionem, quia essent nulla ex defectu potestatis statuentium, vide supra *nu.* 58. & *in* §. *Statutum generale*, *nu.* 11. *&c.* Diana *p.* 3. *tract.* 1. *resol.* 13. Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 348. *n.* 29. & 30. ubi sequitur Sperellum, & latiùs *p.* 10. *dec.* 231. *per tot.* ubi benè istam conclusionem explicat ad favorem Clericorum, & *part.* 12. *decis.* 343. *n.* 36. *etc.* ubi quòd possunt uti similibus statutis per modum privilegii, Thomat. *dec.* 204. *n.* 64. *et seqq.* Rota post Urceol. *de transact. dec.* 19. *n.* 9. *et seqq.* Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 369. *n.* 13. *et seqq. et p.* 17. *dec.* 377. *et p.* 18. *dec.* 292. ubi quando non sit necessaria dicta declaratio in materia præscriptionis, de qua dixi in §. *Præscriptio*, *n.* 7. *in fine*, Raynald. *Syntax r. crim. cap.* 2. §. 4. *n.* 163. *et seqq.* Vide Ansald. *decis.* 67. *n.* 21. *et* 22. Palm. nep. *alleg.* 89. *n.* 24. *tom. pr. et decis.* 397. *n.* 14. *et decis.* 355. *n.* 11. *et* 12. *tom.* 4.

Si tamen Clerici nolint se subjicere alicui statuto laicorum, sed uti velint jure communi, non etiam possunt gaudere beneficio, & commodis ejusdem, vel etiam alterius diversi statuti laicorum, ut benè probat Ges. Spin. *cons.* 4. *nu.* 8. Franch. *decis.* 285. *per tot.* Sed vide Rot. *d. part.* 10. *decis.* 231. *per tot.* ubi contra, cum declarationibus tamen, de quibus ibidem *num.* 14. *et seqq.* Leoncil. *decis.* 15. *n.* 6.

Quòd Clerici possint uti statutis laicorum per modum privilegii in favorabilibus, & de illis expressam mentionem non facientibus, intellige quando Clerici ab initio contractus declarant se velle uti dictis statutis; secus autem si tunc dictam declarationem non fecerunt, sed id solùm allegant, quando vigore contractus conveniuntur, quia tunc non possunt illis uti, ut optimè distinguit Lamberteng. *de contract. glos.* 2. *n.* 58. *fol.* 169. & sequitur Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 52. *n.* 17. *et seqq.*

An possint uti statuto fœminarum exclusivo, Ciarlin. *controv.* 45. vide in §. *Statutum n.* 31. Surd. *cons.* 301. *n.* 14. Palm. nep. *decis.* 299. *a n.* 60. *tom.* 3.

Clerici ligantur circa ordinatoria judicii statutis laicorum, dum in foro sæculari litigant, Sperel. *decis.* 10. *n.* 22. *et seqq.* ubi limitat nisi statuta sint arctatoria, vide in §. *Instantia n.* ..... latiùs idem Sperel. *decis.* 135. *num.* 46. *etc. et num.* 106. *etc.* Asin. *in Prax.* §. *pr. cap.* 8. *n.* 6. *etc.* Leoncil. *decis. Ferr.* 15. *n.* 7. Thomat. *decis.* 6. *n.* 23. *et* 26. Balduc. *decis.* 29. *n.* 41. *tit.* 3. *de Legat.* 63

Clerici an possint conveniri jure congrui in re empta, disputat plenè ad partes Marant. *disput.* 8. *per tot.* ubi tandem negativè concludit, quando unus Clericus emit ab alio Clerico, aliàs autem secus, de quo latè etiam Franch. *decis.* 285. *per tot.* Sperel. *decis.* 8. *n.* 39. & *decis.* 11. *n.* 11. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 122. *fol.* 83. ubi quòd ratione juris congrui possunt conveniri coram Judice laico, allegat Marant. *ubi supra n.* 34. Farinac. *q.* 8. *num.* 124. Thom. Trivisan. *dec.* 34. *lib. pr.* Ricc. *Collect.* 6. vide Diana *part.* 3. *tract. pr. resolut.* 43. ubi quòd possunt Clerici activè uti hujusmodi statuto, non autem passivè conveniri, & *part.* 4. *tract. pr. resolut.* 111. ubi refert ita fuisse decisum per Rot. *in Romana domus de Senpuccis* 19. *Januarii* 1611. coram Coccino, dixi in §. *Jus congrui*, *n.* 4. & *in resolut. cap.* 68. ad de Guttier. *pract. quæst. lib.* 2. *quæst.* 156. Paul. Christin. *decis.* 57. *n.* 5. *vol.* 3. ubi concludunt Clericos tam vendentes, quàm ementes hujusmodi legibus ligari. Vide Balduc. *tit.* 2. *decis.* 12. *n.* 13. & 14. Rubeis *Consult. Jur. cap.* 22. *n.* 52. 64

Et posse conveniri coram Judice sæculari, quia emendo, consanguineos, & vicinos ad retrahendum provocant, ideò actores dicuntur, & retrahentes rei, nec possunt forum declinare, Giurb. *decis.* 25. *n.* 10. Trivisan. *d. decis.* 34. *per tot. lib. pr.* ubi tenet idem in aliis actionibus realibus.

Clerici non ligantur statutis, sive proclamatibus, 65
vel bannis Principum, & Magistratuum sæcularium prohibentibus delationem armorum, vel similia, ac ideò reperti cum armis, vel aliis rebus prohibitis non possunt illis spoliari à familia Judicis sæcularis, ut ea lucri faciant satellites, vel fisco sæculari applicent, juxta unam opinionem, quam ex defectu potestatis laicorum in Clericos, acerrimè pro Ecclesiasticis, contrariis respondendo, & illos reprobando tuetur, Sperel. *decis.* 12. *n.* 60. ubi testatur millies practicasse, (quòd tamen puto dictum per jactantiam) & latiùs *decis.* 123. *decis.* 124. *et decis.* 125. ubi ampliat etiamsi fuerint pluries cum armis capti, & Episcopus negligat illos punire, cùm negligentia Judicis Ecclesiastici non possit suppleri à Judice laico, sed benè è contra, ut firmat idem Sperel. *dec.* 126. *per tot.* Diana *part.* 3. *tract. pr. resolut.* 25. *et* 28. vide in §. *Actor*, *n.* 4. *in fine*, dictamque opinionem Clericis favorabilem sequi videntur Guaz. *ad def. def.* 20. *c.* 9. *n.* 11. Farinac. *q.* 108. *num.* 24. Gratian. *discept. forens. cap.* 440. *nu.* 5. Ugolin. *de off. et potest. Episc. c.* 13. §. 12. *n.* 2. Ciarlin. *controv.* 15. *nu.* 74. *et seqq.* Martha *de jurisdict. p.* 4. *cas.* 7. Bellet. *disquisit. Cler. tit. de favor. Cler.* §. 2. *n.* 38. Bonac. *de leg. disp.* 10. *q.* 2. §. *pr. nu.* 22. Genu. *Prax. Archiepisc. Neapol. c.* 92. *num.* 6. Diana *p. pr. tract.* 2. *resol.* 9. Barbos. *ad c. in audientia* 25. *nu.* 4. *de sentent. excom.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 265. *fol.* 540. Diana *p.* 3. *tract. pr. resolut.* 28. *p.* 4. *tract. pr. resol.* 19. *p.* 5. *tract. pr. resol.* 4. *et p.* 6. *tract. pr. resol.* 8. aliique relati per Sperel. *loc. cit.* ubi tamen *decis.* 123. *n.* 75. fatetur Clericos, si non coactiva, & vigore bannimentorum,

rùm, ſaltem vi directiva, & in conſcientia teneri propter bonum publicum, contravenienteſque peccare, & ab illorum Judice Eccleſiaſtico ex vi Canonum armorum delationem prohibentium eſſe puniandos, Conciol. *reſol. crim. verb. Judex reſol.* 2. *per tot.* ubi ſequitur primam opinionem. Contrariam autem ſequitur Anton. de Ballis *tract. variar lib.* 5. *tit. de Cleric. n.* 19. *fol.* 209. Poſth. *reſol.* 151. *n.* 13. Conciol. *in verb. Arma*, *reſol.* 24. *n.* 7. ubi tamen ipſe videtur tranſire cum Spercilo. Vide Dominum meum Advocatum Cabrun. *lucubrat.* 7. Bellegrand *in compendioſ. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæſt.* 7.

Contrariam nihilominus opinionem cum antiqui, tum moderni in magno numero ſectati fuerunt, nampè quòd Clerici ligentur hujuſmodi ſtatutis, & bannimentis ob publicam utilitatem, univerſaliſque quietis tranquilitatem editis, ac juri non tantùm civili, ſed etiam canonico conformibus, poſſintque cum armis reperti à familia Judicis ſæcularis illis ſpoliari, & ſibi ſatellites ea lucrari (prout generaliter in ſtatu Eccleſiaſtico vigore bannimentorum, & conſuetudinis arma birruariis applicantur,) vel ad fiſcum ſæcularem deferre, prout eſt de jure, & ſervatur in ſtatibus Etruriæ, ut dixi in mea Practica, *§. Armi*, *n.* 37. *&* *n.* 42. *& §. Delatori*, *n.* 5. Et hoc maximè pro tuenda juriſdictione Principis ſæcularis, quam aliàs, Clerici cum armis liberè vagantes non parum perturbarent, ac pro auferendo ipſis Clericis materiam delicti, nempè ipſa arma, quæ à Canonibus ſunt illis prohibita, & occaſionem delinquendi cum eis, & ſic pro obviando ſcandalis, & delictis futuris, quòd utique permiſſum eſt, ut etiam inferiùs dicetur, dummodò tamen in omnibus caſibus perſonæ Clericorum conſignentur ſuis Judicibus ordinariis Eccleſiaſticis, à quibus, & non à Judicibus ſæcularibus puniri debent, ut videri poteſt, Lopez. *in repet. c. per veſtras*, *§.* 1. *n.* 53. *de donat inter vir. & uxor.* Covar. *variar. reſol. lib.* 2. *c. fin. in fine*, & Pract. *quæſt. c.* 33. *num.* 7. Plac. *Epit. delic. c.* 8. *n.* 26. Clar. *§. fin. q.* 36. *n.* 26. Menoch. *de arbitr. caſ.* 394. *n.* 2. *& ſeqq.* Gutticrez. *Pract. Quæſt. l.* 1. *c.* 12. *nu.* 4. Vulpei. *de libert. Eccleſ. p.* 2. *n.* 56. *& ſeqq.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 9. *n.* 25. Rondin. *de Majeſt. Princip. p.* 2. *num.* 164. *inter tract. diverſ. tom* 16. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *c.* 3. *num* 23. *& lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 140. D. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 2. *nu.* 268. *&c. & effect.* 1. *n.* 862. Borell. *de magiſt. edict. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 12. *& lib.* 3. *c.* 17. *n.* 41. Gratian. *diſcept. for. cap.* 139. *nn.* 24. *&* 25. Cutell. *ad leg. Federici c.* 15. *not.* 17. *num.* 2. Naldus *in ſumm. verb. Eccleſia*, *num.* 1. Sancuca *in Opuſc. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 14. Zypæus *lib.* 2. *jur. Pontif. nov. tit. de foro compet. n.* 31. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 357. *nu.* 4. *vol.* 1. Anſald. *tract. de juriſdict. p.* 2. *tit.* 11. *c.* 22. *nn.* 62. *& ſeqq.* Pac. Jord. Epiſcopus ſibi contrarius *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 88. *fol.* 80. *& lib.* 14. *tit.* 52. *n.* 86. *fol.* 194. Daniel. de Nobil. *diſp.* 23. *n.* 23. *&c. fol.* 188. *& diſput.* 63. *per tot. fol.* 628. ubi multos allegat, & contrariis reſpondet, *& in Addit. ad d. diſp.* 63. *n.* 1. *&c. fol.* 255. Vulpin. *in Suco*, Farinac. *q.* 107. *nu.* 4. *fol.* 245. ubi intelligit Farinac. *ſtare pro hac parte*, & clarè idem Farinac. *q.* 8. *num.* 96. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 76. *n.* 5. Novar. *Collect. ſuper Pragm. Regn. tit. de Cleric. Pragm.* 7. *Collect.* 6. *n. pr. & mihi Collect.* 62. ubi etiam quod neque poteſt de illis dari licentia ab Epiſcopo, Ambroſin. *de Immunit. Eccleſ. c.* 18. *n.* 36. Pereyr. *de manu Reg. p.* 2. *c.* 43. Tapia *ad Conſtit. Regn. lib.* 5. *tit. de Arm. port. & extract.* 2. *n.* 22. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *q.* 3. *n.* 158. Mauſon. *de contraban. q.* 8. *nu.* 11. *&* 12. Peguer. *deciſ.* 56. *n.* 14. *&c.* Graff. *deciſ. aur. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 18. *nn.* 558. Fragoſ. *tract. de regim. Reipubl. Criſt. p. pr. lib.* 2. *diſp.* 4. *tit. de leg. ſæcul. §.* 3. *nu.* 307. Coriolan. *ad Bull. Cœn. Domini*, *Excommunic.* 20. aliique plurimi ab iſtis relati, quos non pigeat videre, antequam Eccleſiaſtici damnent aſſertionem per me factam in Practica *§. Armi*, *n.* 30. & facit quod dixi in §. *Judex n.* 28. ubi an poſſit Judex ſæcularis, facere auferre arma, vel ſimilia prohibita, delatoribus in loco Immuni, vel Eccleſia, quod dubium affirmativè reſolvit Aloyſ. Ricc. *prax. variar. reſolut. cap.* 26. *per*

tot. & ita ſcio quandoque practicatum Florentiæ, Fontanel. *deciſ.* 495. *n.* 4. *& ſeqq. per tot.* ubi etiam an bona Clericorum exiſtentia penes perſonas laicas, poſſint arreſtari per Judicem ſæcularem ad effectum ſibi ſatisfaciendi de pœnis per Clericos incurſis, contrafaciendo bannimentis ſæcularibus, prout factum fuit, & declaratum fieri potuiſſe juxta doctrinas ibi citatas; quas tamen ipſe non approbat. Vide Arias de Meſa *variar. reſolut. lib.* 3. *c.* 35. *nu.* 14. *& ſeqq.* ubi pluribus citatis defendit leges laicales prohibentes arma Clericis, cùm in hoc dicantur adjuvare canones idem vetantes, & alios citavi in *§. Arma*, *n.* 17. *cum Addit.* Vide Domin. meum Advocat. Cabrun. & Bellegrand. *loc. ſupra cit.*

Clerici poſſunt abſque metu excommunicationis 66
capi, & carcerari per familiam Judicis ſæcularis, ubi agitur de obviando delicto futuro, & de proximo committendo, dummodò ad ſuum Judicem Eccleſiaſticum ducantur, ut per Duen. *reg.* 99. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 43. *fol.* 518. & latiùs *vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 105. *& ſeqq. fol.* 82. ubi etiam ponunt alios caſus, in quibus Clerici poſſunt carcerari à curia ſæculari, veluti ſi impediant juriſdictionem laicalem, quæ alio modo defendi non poſſit, Diana *p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 79. vide §. *Delinquens*, *n.* 2. *in fine*, Sanfelic. *deciſ.* 143. *per tot.* ubi quòd poſſunt carcerari ante oſtenſionem Bullarum Clericatus etiam ſi obiter à teſtibus fuerint nominati Clerici, non reddi a ſufficienti ratione, Vivi. *com. opin.* 405. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de cleric. nu.* 34. *& ſeqq.* Ciarlin. *cap.* 20. *n.* 69. Pignatell. *tom.* 5. *conſult.* 5. *& tom.* 7. *conſult.* 32. *nu.* 41. Del Benc *de Immunit. tom.* 1. *cap.* 2. *dub.* 4. *ſect.* 17. *num.* 27. *& cap.* 6. *dub.* 1. *nu.* 9. Bellegrand. *in compendioſ. rer. crimin. method. tract.* 7. *quæſt.* 2. *n.* 5. *& tract.* 8. *qu.* 5. *n.* 7.

Quòd non poſſint Clerici carcerari à Judice ſæculari, niſi carcerentur, vel detineantur ad effectum ut ad ſuos Judices Eccleſiaſticos ducantur, vel ad obviandum delicto committendo, ſive etiam commiſſo, ſi ſint de fuga ſuſpecti, & ad ſuos Judices quamprimum ducantur, vel mittantur, nam his caſibus poteſt Judex laicus ſine metu cenſurarum illos prehendi facere, cum dolo, & animo juriſdictionem in eos exercendi non agat, ut benè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 180. *n.* 16. *&c.* Duen. & Jordan. *loc. cit.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 2. *§.* 2. *cap.* 2. *nu.* 12. *&c. & l.* 3. *§.* 7. *c.* 6. *nu.* 14. 15. *& §.* 10. *c.* 3. *num.* 9. Daniel. de Nobil. *diſp.* 64. *n.* 60. *& per tot.* & in Addit. Clar. *§. fin. quæſt.* 28. *n.* 6. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 9. *n.* 17. Farinac. & Vulpin. *in ſuco q.* 8. *n.* 34. *&* 113. *&c.* Sperel *deciſ.* 124. *nu.* 46. *&c.* ubi tamen dictam concluſionem modificat, & intelligendam dicit, quando Clerici repeciuntur in fragranti, & actuali delicto nondum planè conſummato, ne illud perficiant, & ſic ad illud evitandum, vide Diana *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 10. *&* 11. *part.* 4. *tract. pr. reſolut.* 85. *& part.* 5. *tract. pr. reſol.* 22. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 3. *n.* 89. Domin. meum Advocatum Cabrun. *lucubrat.* 7.

Quòd ubi periculum eſt in mora, poſſit per Judicem ſæcularem fieri ſequeſtrum, & captura contra Clericos, ad effectum reponendi coram ſuo Judice Eccleſiaſtico, Abb. *in cap. cum non ab homine de jud. & in cap. lator de pign.* cum aliis per Borgn. *dec.* 1. *n.* 38. *& dec.* 3. *n.* 26.

Quòd inventi de nocte cum armis poſſint carcerari abſq; peccato, & abſq; incurſu excommunicationis, Sayr. *deciſ.* 45. *de ſenten. excommunic.* Novar. *in Prag. Regn. Collect.* 60. *num* 2. Vide Dominum meum Advocatum Cabrunum *lucubrat.* 7. *n.* 2. Fagundez *in Decalog. tom.* 2. *libr.* 8. *cap.* 18. *num.* 24. *in fin.* Oliva de For. Eccleſ. *part.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 9. *in fin.*

Clerici, cujus expenſis ſint remittendi ad ſuum Judi- 67
cem, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 228. *n.* 8. *&* 23. ubi quòd ſuis expenſis, & latiùs de hac materia, cujus expenſis ſit facienda remiſſio Clerici unà cum actis, & proceſſu, vide Sperel. *deciſ.* 18. *per tot.* ubi in multis loquitur contra communem practicam, & uſum, cùm per Curiam Eccleſiaſticam paſſim ſolvantur proceſſus, quorum expenſas, & alias poſtea repetunt rigorosè ab

Ipsis carceratis, & inquisitis, ut pluries Florentiæ practicatum vidi *infra num.* 70.

68 Clerici capti à familia Judicis sæcularis, possunt impunè eximi ab illius manibus, quòd ast notandum in statu Ecclesiastico, ubi vigore Bullæ Sixti V. eximentes captos à Birruariis incidunt in pœnam criminis læsæ majestatis, Guaz. *ad def. cap.* 2. *n.* 2. *&c.* ubi allegat Duen. *reg.* 281, *limit.* 2. & alios, vide Sperel. *dec.* 225. *n.* 79.

Intellige in casibus non permissis, & vide in mea Practica *§. Resistenza*, *num.* 1. *&* *n.* 3. & in hoc opere *§. Carceratus num.* . . .

69 Clerici in prima tonsura, vel in minoribus constituti, non gaudent privilegio fori, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inserviant, vel in Seminario, seu alia schola, vel Universitata de licentia Episcopi, quasi in via ad majores ordines suscipiendos versentur, Concil. Trident. *sess.* 23. *c.* 6. *de reformat.* Petr. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 224. *nu.* 4. *& per tot.* ubi etiam quòd sufficit si habeant pensionem, *& cas.* 225. Guaz. *def.* an. *cap.* 9. *num.* 31. Gratian. *discept. forens. cap.* 440. *n.* 7. *etc.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 9. *fol.* 315. Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 76. *nu.* 38. *et seqq.* latè Sanfelic. *dec.* 352. cum Addit. Novar. *in Pragm. collect.* 59. *per tot.* Sperel. *dec.* 26. *per tot.* Tusch. *lit. C. conclus.* 385. *et* 386. ubi quando & in quibus casibus possint conveniri coram Judice sæculari, Mastril *decis.* 113. *per tot.* ubi plura, & quòd ideò ad hunc effectum non potest Clericatus probari præsumptionibus, ut aliàs de jure, sed plenè cum dictis requisitis, Valasc. *allegat.* 10. *cum pluribus seqq.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 304. *num.* 1. *& seqq.* ubi quòd non gaudent privilegio Clericali ordinati ab alio, quàm suo Episcopo, sine litteris dimissoriis, cum sint ipso jure in perpetuum suspensi, *et decis.* 392. *num.* 1. *et seqq.* in eadem causa ubi fuit confirmata prima decisio pro exclusione privilegii, ex quo litteræ primæ tonsuræ non erant formiter recognitæ cum citationa partis, nec emanatæ à suo Episcopo, vel cum ejus licentia extra Diœcesim, non erat probata delatio habitus & tonsuræ, nec servitium Ecclesiæ de mandato Episcopi, itaut nec supplere potuerit quasi possessio Clericatus, officium Protonotariatus, & hujusmodi, quæ fuerunt relicta ad effectum, nec gauderet privilegio fori, & testandi Clericis filiisfamilias habentibus dicta requisita concesso, ut dixi supra *num.* 41. *& in §. Episcopus*, *nu.* 23. *in fine*, licèt postea *part.* 18. *decis.* 10. *& decis.* 279. fuerit revocata præcedens decisio cum aliis, quoad ordinatos ab alieno Episcopo, ut intelligantur suspensi salvo fori privilegio: & ad defensionam jurisdictionis sæcularis, & exclusionem prætansi, & allegati Clericatus ex defectu probationis, & requisitorum necessariorum, plenè Fajard. *allegat. fisc.* 4. *& 5. per tot.* ubi oppositionibus Ordinarii pro Clericatu satisfacit, & dixi in *§. Privilegium*, *num.* 33. Hect. Felician. *alleg.* 37. *num.* 2. *part.* 2. Fagundez *loc. cit. n.* 20. Cabrun. *loc. cit. n.* 13.

An autem suscipientes primam tonsuram, & ordines minores solùm causa, & animo evadendi forum sæculare, vel non confirmati peccent mortaliter, contrarias opiniones, negativam amplectendo refert Diana *part.* 10. *tract.* 16. *resolut.* 61. *per tot.*

An ordinati ab alio, quàm suo Episcopo sine litteris dimissoriis gaudeant privilegio Clericali, Aloys. Ricc. *prax. var. resolut. cap.* 436. ubi pro & contra, & videtur affirmativè concludere si Episcopus ratam habuit ordinationem.

Quòd nulliter promoti ad primam tonsuram non gaudeant privilegio fori, secus in aliis ordinibus, qui imprimunt characterem, Sanfelic. *decis.* 2. *num.* 29. *&* 30. *& decis.* 7. *num.* 8.

Quòd Clerici cuicunque Ecclesiæ serviant, etiam sibi non designatæ gaudeant privilegio, servitium tamen debeat esse frequens saltem per mensem ante delictum, & idem de vestibus, & tonsura, ac in exercitio sui ordinis, ita ut manus Procuratoris Fiscalis, vel simile non sufficiat, Sanfelic. *decis.* 247. *per tot.*

Quando inserviunt Ecclesiæ, puro semper servire dici posse de mandato Episcopi, cum in Constitutionibus generalibus hoc Episcopi mandent, & probat Sperel. *decis.* 26. *num.* 31. Diana *resolut. moral. part.* 5. *tract.* 2. *resolut.* 34. ubi quòd sufficit oretenus, sed servitium debet esse spirituale, & non temporale, nec sufficit bis, vel ter, sed cum perseverantia pro majori parte temporis, & saltem per mensem ante delictum, *et part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 2. ubi quò sufficit servitium generale, & etiam sine mandato Episcopi, *et resolut.* 18. *in fine eadem part.* 4.

An Clericus habens pensionem, ex eo solo gaudeat privilegio fori, quamvis non doceat de aliis requisitis, Tondut. *tract. de pens. cap.* 33. *per tot.*

Quòd sufficiat servire Ecclesiæ, etiamsi non constet de mandato Episcopi, dummodò servitium sit in spiritualibus, hoc est in exercitio sui ordinis cum frequentia, latè probat, & judicatum testatur contrariis respondendo, Sanfelic. *decis.* 247. *per tot. &* 352 *in addit. vers. illud autem*, ubi quòd ut servitium sit de mandato Episcopi hodie non servatur, & alia ad rem plures in id utrobique allegans.

Et quamvis Thom. del Bene *de immunit. Ecclesiæ cap.* 4. *dubit.* 8. *per tot. fol. mihi* 145. *&c.* contrarium defendat plures adducens pro sua opinione, quòd non sufficiat servire Ecclesiæ, nisi sit de mandato Episcopi, & in scriptis, tamen cum pluries tempore meo Florentiæ fuerit allegatus, non fuit attentus, sed aliorum opinio favore Clericorum servata constito aliàs legitimè de servitio, cum ut dixi præsumatur semper de mandato Episcopi illis in collatione ordinis injuncto.

Hanc partem etiam favore Clericorum tanquam veriorem, & praxi Tribunalium receptam post plures hincinde relatos, sequitur, ac decisum, & declaratum à Sacra Congregatione Concilii, testatur Quesad. *controvers. forens. cap.* 50. *& ultim. num.* 36. *& seqq. per tot.* & loquitur in Clericis conjugatis, qui gaudent privilegio fori, si retineant requisita Concilii, nempè habitum, tonsuram, matrimonium cum unica, & virgina, inserviantq; Ecclesiæ in spiritualibus præsenti, repetito cursu temporis, cumulativè, ut *n.* 15. *ibidem*, & ago latiùs in hoc *§. num.* 73. *& seqq.* Vela *Dissert. jur. controv.* 45. *per tot.* ubi plenè.

Quod etiam Vicarius Episcopi possit deputare Clericis dictum servitium, imò nullam deputationem esse necessariam, sed sufficere servitium cum aliis requisitis, Ricc. *part.* 4. *decis.* 111. *num.* 5. Dian. *part.* 9. *tract.* 6. *resol.* 6.

Quoad beneficium, intellige si constet de possessione, cùm solus titulus non sufficiat, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13. *num.* 144. *fol.* 364. Clar. *§. fin. qu.* 36. Farinac. *quæst.* 8. *num.* 45. Mastril. *decis.* 113. *num.* 5. Sanfelic. *decis.* 260. ubi quòd debet probari possessio cum perceptione fructuum, nec sufficiunt Bullæ Beneficii absque bullis ordinum, vel saltem primæ tonsuræ, & quid si bullæ essent de falso suspectæ.

Quòd in possessione de recenti sit ostendendus etiam titulus beneficii, secus autem in longa possessione, cùm tunc titulus præsumatur, idem Sanfelic. *decis.* 349. *num.* 25.

Imò solum titulum sufficere, probant Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 1224. Covar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 16. Bonac. *de legibus, disput.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. *§.* 4. *num.* 12. Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 29. ubi alios citat, Ricc. *prax. var. resolut. cap.* 142. *&* 251. ubi sequitur primam opinionem.

Quòd sufficiat habere pensionem, Sperel. *decis.* 66. *nu.* 31. *& seqq. & decis.* 132. *num.* 11. *&* 34. Diana *loc. citat. resol.* 30. ubi refert opiniones hincinde, & videtur concordare cum Beller. & aliis, ut procedat quando pensio excedit ducatos 60. auri, vel ast loco tituli, aliàs secus, vide in *§. Pensio num.* 21.

Quòd etiam sufficiat habere coadiutoriam à Papa concessam; quid si haberent de facto beneficium, quod de jure non poterant obtinere; vel non essent legitimè ordinati, & alia, Dian. *part.* 3. *tractat.* 1. *resol.* 62. *&* 63. *& par.* 4. *resolut.* 26. vide in *§. Episcopus*, *nu.* 23.

Quòd sufficiat habere institutionem à Vicario, cum & ipse possit beneficia conferre, Sanfelic. *decis.* 3. *per tot.* vide in *§. Vicarius.*

Item sufficit possidere beneficium in comendam, de quo latè Sanfelic. *decis.* 352. *supra nu.* 27. Novar. *Collect.* 59.

Quic-

Quicquid eſſet ante diſpoſitionem Concil. Trident. hodie dictos Clericos non beneficiatos non gaudere privilegio fori, niſi habeant tria requiſita copulativè, nempè habitum, tonſuram, & ſervitium, qualiter dicatur de illis conſtare, omittendo habitum, ſuſpendi, non autem amitti privilegium, & ideò illo reaſſumpto recuperari, ſufficere ſervitium, vel in ſtudio verſari publico, etiam abſque mandato, vel licentia Epiſcopi, & alia latè Sanſelic. *deciſ.* 352. *cum Addit.* Sperel. *deciſ.* 26. *per tot.* Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *reſolut.* 28. *cum pluribus ſeqq.* ubi multos caſus dubitabiles in hac materia reſolvit, *& part.* 3. *tractat.* 2. *reſolut.* 62. *&* 63. *part.* 4. *tractat.* 1. *reſolut.* 2. *et reſolut.* 88. 89. 91. *et* 93.

An autem Clerici ſalvatici, ideſt inſervientes, & verè aſtricti alicui Eccleſiæ, licèt tonſuram non habeant, privilegio fori, & canonis gaudeant, vel non, & alia Ricc. *in prax. for. Eccl. tom.* 4. *reſolut.* 223. *et ſeqq. ad* 231. Diana *part.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 69. ubi refert contrarias opiniones, facit quod dixi in §. *Monachus, num.* 11.

Quòd Clericus in minoribus habens beneficium gaudeat privilegio fori, etiamſi non deferat habitum, & tonſuram, Diana *part.* 4. *tractat.* 1. *reſolut.* 89. Sanſelic. *deciſ.* 352. *cum Addit.*

Quòd inſervientes Eccleſiæ cum habitu Clericali, etiam ſi nondum ſint ordinati, ſed ordinandi, gaudeant privilegio fori, latè probat Diana *part.* 6. *tract.* 2. *reſolut.* 63. *per tot.* ubi tamen refert alios contrarium tenentes, & tandem meliori juditio, & Sacræ Congregationi ſe remittit, ac loquitur in terminis juris communis, ſecus fortè ſentiens attenta prædicta diſpoſitione Concilii.

70 Clericus à Judice laico carceratus, qualiter ſit ad ſuum Ordinarium remittendus, una cum omnibus quæſtionibus ſuper Clericatu, ſuper privilegio fori, ſuper veſtibus, ſuper validitate ordinum, quæ ad ipſum Ordinarium & non ad Judicem laicum ſpectant decidendæ, vide latè Sperel. *deciſ.* 17. *per tot.* ubi omnia dubia reſolvit ad ſavorem Judicum Eccleſiaſticorum, prout ſui perpetui moris eſſe dignoſcitur, adde Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 125. *&c.* Ciarlin. *controverſ.* 20. *per tot.* Maſtril. *deciſ.* 113. Fajard. *alleg. Fiſcal.* 4. *&* 5. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de Clericis, num* 2. *& ſeqq. num.* 27. *& ſeqq. & num.* 56. ubi quòd ſi Judex Eccleſiaſticus inhibeat antequam ſæcularis cognoſcat, non poterit ſæcularis etiam quæſtionem facti cognoſcere, Petr. Gerard. *ſingul.* 96. Covar. *de ſponſalib. cap.* 8. §. 12. *n.* 4. Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 25. *ſublimit.* 2.

Florentiæ quando quis in proceſſu obiter nominatur Clericus, ſolet ſic nominato aſſignari brevis terminus puta quinque dierum ad docendum de debitis requiſitis pro plena Judicis ſæcularis inſtructione, & cognitione quoad merum factum, cum comminatione, quòd aliàs habebitur pro laico, & contra eum tanquam laicum procedetur ad ulteriora, ut fuit dictum, & ſervatum per Magiſtratum DD. Octo Balliæ ſub die 15. Octobris 1678. in cauſa contra Zanobium Guadagnum, & alios.

Infra quantum tempus ſit facienda dicta remiſſio, vide in §. *Dictia num.* ..

Debet etiam citari fiſcus laicus, & cæteri intereſſe habentes in diſcuſſione tam probatoria, quàm deciſoria dictorum dubiorum, ad Curiam Eccleſiaſticam ſpectantium, ut benè probat idem Sperel. *deciſ.* 17. *n.* 12. *&c.*

Si agatur de Vaſſallo alicujus Baronia, an ſit remittendus ad ipſum Baronem, ut ille cognoſcat articulum remiſſionis faciendæ ad Judicem Eccleſiaſticum, vel potius ſit de directo remittendus ad dictum Judicem Eccleſiaſticum, & non ad Baronem, Sanſelic. *deciſ.* 20. *per tot.*

Et quòd Clericus ſit remittendus cum proteſtatione, animo repetendi, quatenus gaudere non debeat (abſque citatione inſtigatoris, & dicta proteſtatione non obſtante, imò etiam ante remiſſionem, poſſit Epiſcopus, ſi velit, ſuum Clericum etiam requiſita neceſſaria non habentem, & ſic privilegio non gaudentem, repetere, & tantò magis retinere, illumque punire, probat Sperel. *d. deciſ.* 17. *num.* 31. *& ſeqq.* ubi quòd Judex laicus, non facta dicta proteſtatione, videtur juri ſuo renunciaſſe, *& deciſ.* 132. *num.* 20. *& deciſ.* 133. *num.* 84. *&* 85. ubi intelligit, & loquitur quando Epiſcopus prævenit, vide in §. *Epiſcopus, num.* 37. *& ſupra num.* 58. *verſ. Quod non poſſint.*

Ideo ſatius eſt pro Curia ſæculari (quando de jure fieri poteſt) pendente diſcuſſione Clericos in ſuis carceribus retinere, de quo ſtatim ſubiiciam *num.* 71.

Quòd Clericus non poſſit à Curia ſæculari proceſſari etiam animo remittendi proceſſum ad Judicem Eccleſiaſticum, niſi quatenus ſit neceſſarium ad procedendum contra laicos, qui ſimul deliquerint, vel quando non eſſet aditus ad Prælatum, Dian. *reſol. moral. part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 52. *& part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 42.

Quòd remiſſio ſit facienda ad Ordinarium loci commiſſi delicti, niſi Ordinarius originis, vel domicilii prævenerit in procedendo, quo caſu ad illum eſt facienda remiſſio, ſicut etiam quando fuit captus extra locum delicti, vide Sperel. *d. deciſ.* 17. *num.* 24. *&c.* Franc. *dec.* 143. *per tot.*

Intellige omnia prædicta dummodò præſentetur Bullæ Clericatus cum aliis requiſitis, ita ut non ſufficiat ſi quis à teſtibus obiter non reddita ſufficienti ratione nominetur Clericus, nec communis exiſtimatio, nec Clericatus poſſeſſio, aliàs poteſt capi à judice laico, & ita non obſervando ſequerentur abſurda, de quibus Sanſelic. *deciſ.* 37. *per tot.*

Clericus in dubio nemo præſumitur, ſed laicus, cùm qualitas Clericatus non inſit à natura, & ideò ab allegante probanda, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 122. *nu.* 2. Sanſelic. *deciſ.* 143. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13. *num.* 130. *&c. fol.* 363. ubi plura qualiter probetur, *& nu.* 160. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 20. 45. 92. & alibi ſæpè Boet. *deciſ.* 171. *per tot.* Tuſch. *litt.* C. *concluſ.* 387. Graſſ. *de effect. Cler. in præl ud. n.* 203. *& ſeqq.* Rota *part.* 10. *recent. deciſ.* 357. *num.* 2. *&c.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 302. *et ſeqq.* ubi plura de probatione Clericatus, & modis illum probandi, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 425. *per tot.* Sanſelic. *deciſ.* 7. ubi quòd non ſufficit producere Bullam beneficii cum poſſeſſione, non conſtito de Clericatu, vel tonſura, niſi haberet annexum ordinem ſacrum, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 304. *&* 392. ubi plura de probatione Clericatus, & quæ requirantur, ut dicatur ſufficienter probatus, & pro illius excluſione, & latè Valaſc. *allegat.* 19. *cum plur. ſeqq.* & præcipuè *alleg.* 22. Capyc. Latr. *deciſ.* 173. De probatione Clericatus plura ſcribunt Emerix jun. *deciſ.* 987. *num.* 1. *& deciſ.* 1076. *num.* 1. Caprar. *deciſ.* 92. *n.* 1. *& deciſ.* 144. *num.* 5. *part.* 1. *& deciſ.* 461. *n.* 1. *part.* 2. Fagnan. *in cap. licet univerſis n.* 16. *de Teſt.*, ubi quod poteſt probari per unicum teſtem Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 29. Card. De Luc. *in Indic. general. verb. Clericatus.* 75

De cognitione clericatus, adde Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 28. Capyc. Latr. *loc. cit.*

Quòd ad declinandum forum ſæculare ſufficit poſſeſſio, vel quaſi clericatus, donec contrarium probetur quicquid aliqui ſentiant, Dian. *part.* 3. *tractat.* 1. *reſolut.* 48. ubi etiam quòd tonſura poteſt probari per teſtes, etiam unicum.

Qualiter ex notorietate, & aliis modis inducatur ſcientia Clericatus, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 283. *nu.* 5. *&c.* ubi tamen in aliis terminis.

Qualiter probetur per literas patentes, ac etiam per teſtes de publica voce, & fama, Coccin. *deciſ.* 87. 127. 145. 164. 300. 428. *&* 458. Boer. *deciſ.* 171. *nu.* 13. *& ſeqq.* vide Sanſelic. *deciſ.* 143. *per tot. & deciſ.* 260. De Luc. *de Regul. diſc.* 60. *n.* 3. *&* 10. ubi diſtinguitur.

Cognitio autem an Clericus ſit talis, ut gaudeat privilegio fori, vel non, ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum, ſicut etiam ſi dubitetur de ſufficientia habitus; ſed interim in cujus carceribus ſit detinendus, & cuſtodiendus Clericus, an ſcilicet in Carceribus, & ad nutum judicis ſæcularis, vel Eccleſiaſtici, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 190. *num.* 13. *&c.* Cartar. *de interrog. reis lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 214. *num.* 31. *& ſeqq* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 23. *&c. fol.* 75. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 76. *num.* 30. *& ſeqq.* ubi diſtinguit quatuor caſus Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 27. *cum pluribus ſeqq. & part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 10. *& reſol.* 15. *&* 63. *& part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 5. Ciarlin. *contr. for.*

cap. 20. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 2. *num.* 30. *&* *decis.* 3. *&* 4. ubi an semel remissus sit iterum remittendus, si inquiratur de alio delicto, an ab hujusmodi declarationibus detur appellatio, & alia; *& decis.* 388. ubi si causa pendet coram laico, ab eo retinetur, donec decidatur articulus ab Ecclesiastico De Luc. *de Jurisdict. disc.* 64. *n.* 2. *& annot. ad Concil. disc.* 24. *n.* 46.

Si dubitetur tantum de qualitate, & sufficientia habitus, quòd hujusmodi cognitio spectet ad judicem laicum, & non ad Ecclesiasticum, tenet Clar. *§. fin. quæst.* 36. *vers. dixi Clericum, &c. in fine*, Mascard. *de probat. concl.* 961. *n.* 4. Pereyra *de manu Reg. part.* 2. *c.* 44. Gilvel. *dec. Dolan.* 3?. Christin. *decis. Belgic.* 56. *n.* 6. *&c. vol.* 1. Jo. Gall. *Quæst. Paris.* 43.

Sed contrarium tenent alii ad tradita per Sperel. *decis.* 17. *n.* 43. *et decis.* 133. *nu.* 41. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 37. *num.* 34. *fol.* 456. Dian. *dicta part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 10. 15. *et* 63. ubi etiam qualis debeat esse habitus, & quod pendet à consuetudine ita ut si videatur à populo, Clericus reputetur, idem Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 5. Sanfelic. *decis.* 13. *num.* 8. *etc.* ubi quòd habitus est continuò deferendus.

Quoad merum factum, & ad sui instructionem, potest etiam Judex laicus de Clericatu cognoscere. & interim pendente discussione, reum in suis carceribus detinere, maximè si carceratus, non sit in quasi possessione Clericatus, sed repertus in habitu laicali, Bald. *in l. si qua per calumniam C. de Episc. & Cler.* Petr. de Urias *ad Rit. magn. Cur. Vicar. Neap. rit.* 235. *num.* 140. *etc.* Mastril. *decis.* 113. *num.* 20. ubi ad effectum remittendi, & Sanfelic. *decis.* 260. ubi de falsitate Bullarum, *& decis.* 321. *nu.* 10. *& decis.* 388. *cum Addit.* Balthas. Thomas. *tract.* 7. *tit.* 19. *ampliat.* 339. *fol.* 440. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13. *num.* 81. *& seqq. fol.* 360. *et tit.* 37. *nu.* 36. *fol.* 456. *& vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 25. *fol.* 75. Franch. *decis.* 189. *decis.* 439. *num.* 8. *& decis.* 551. *nu.* 13. *&c.* Ricc. *Collect.* 2419. vide Ciarlin. *controvers.* 20. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 2. *num.* 30. *decis.* 3. *&* 4. *in princip. & decis.* 7. ubi quòd coram judice laico sunt producendæ Bullæ ordinum, & beneficii, aliàs potest saltem per modum causæ pronunciare declinatoriam non competere. Sed Sperel. *decis.* 17. *per tot.* Ecclesiasticis de more favendo, contrarium in prædictis probare contendit, & millies (jactando) practicasse testatur, & latiùs *decis.* 132. *&* 133. ubi tamen non videtur dissentire quando fuerunt capti in habitu laicali, quod admittit etiam Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 27. *vers. nota verò, & par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 15. Christin. *dicta decis.* 56. *num.* 9. *&c.* Capel. Tholos. *quæst.* 144. ubi quòd Clericus præventus in habitu laicali, non est remittendus ad Ecclesiasticum forum, loquitur tamen de conjugato, & idem *quæst.* 253.

Quòd judex laicus possit summaria informatione cognoscere de clericatu ad effectum remittendi ad judicem Ecclesiasticum, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 17. *num.* 10. *volum.* 2. Ricc. *Collect.* 2419. Sanfelic. *decis.* 7. *num.* 4. *& seqq. decis.* 10. *& decis.* 260. *per tot.*

Quòd exceptio Clericatus ad declinandum forum, possit opponi per alium, & sic per tertiam personam, vel per procuratorem, maximè si ita etiam servetur de consuetudine, cùm sit de jure, vide Guid. Pap. *decis.* 338. *&* 454. Ricc. *Collect.* 2419. Franch. *decis.* 329. *per tot. & decis.* 688. Joseph. Mele in Addit. ad Giazarell. *decis.* 16. *num.* 26. *&c.* Ausmin. Tepat. *var. sentent. tit.* 132. *cap.* 10. Mastrill. *decis.* 113. *num.* 8. Sanfelic. *decis.* 277. & ita pluries servatum vidi, ac ipse servavi in Curia Dominorum Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ, licèt quandoque fuerit de hoc hæsitatum; Et in specie me proponente dictum in causa Bargæ contra Jacobum Laurentii Grigo de mense Februarii 1672.

An autem teneatur comparere, vel mittere ad allegandum suum privilegium, vide in §. *Privilegium*, *n.* 27. Ricc. *Collect.* 2419. ubi quòd si distulerit debet in expensis condemnari suprà *nu.* 58. *& §. Citatio n.* 29.

An ut Clericus in minoribus gaudeat privilegio fori, opus sit ut tempore delicti, vel saltem capturæ reperiatur in habitu, & tonsura, dic quòd non si alias erat solitus deferre, Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 18. ubi alia notabilia pro Clericis.

An autem exemptio Clericorum à sæculari jurisdictione sit de jure divino, vel humano, & positivo; dic in temporalibus esse de jure humano Pontificio, in spiritualibus verò de jure divino, & propterea non posse illi per leges sæculares in aliquo derogari, sed tantùm per Pontificias, vel per consuetudinem, non in universali tamen, sed in particulari circa aliquas personas, vel casus tantùm, sicuti ad plures notabiles decisiones inferendo benè probat Covar. *Pract. q. cap.* 31. *per tot.* Franch. *decis.* 691. Guaz. *def.* 1. *cap.* 29. *&c.* Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 5. Sperel. *decis.* 37. *&* 182. ubi quòd juxta magis veram, & communem opinionem est de jure divino, vide Dian. *resol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 1. *& seqq. p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 1. *&* 10. ubi etiam an operetur tolerantia Papæ, & *p.* 5. *tract.* 1. *resol.* 21. ubi plura Mastril. *decis.* 159.

De omnibus sub hoc numero contentis, & de aliis pluribus quæstionibus in materia jurisdictionali, & contentionum, ac competentiarum inter judices Ecclesiasticos, & sæculares, & ad quem spectet cognitio, & declaratio, latè videndus Cortiada *decis.* 2. *cum multis seqq.* ubi plurimos in quolibet articulo de more allegat, & quid servetur in Regnis Coronæ Aragonum. An Judex sæcularis possit cognoscere de clericatu ad effectum remittendi, Castelval. *de judic. tit.* 1. *disput.* 2. *anni* 866. Jul. Cappon. *tom.* 5. *discept.* 401. *conclus.* 3. *num.* 1. *&c.* aliique plures citati à Castejon. *Alphabet. juridic. verb. Jurisdictio sæcularis*, *n.* 169.

Clericus non conjugatus licèt non incedat in habitu, 72
& tonsura, gaudet privilegio fori, juxta *c. si judex, de sent. excom. in* 6. nisi fuerit ter monitus à suo superiore, & neglexerit, Clar. *§. fin. q.* 36. *versic. hæc autem, &c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 190. *per tot.*

Intellige tamen ante dispositionem Concilii Tridentini de qua supra *num.* 69. Sperell. *decis.* 26. *nu.* 1. *& seqq.* Et de intelligentia *d. cap. si judex*, latè idem Sperel. *decis.* 132. *&* 133. *per tot.* secus autem hodie, attento Concilio ut supra.

Quòd Clericus ob non delationem habitus Clericalis possit quidem amittere privilegium fori, non autem cætera Clericorum privilegia, ad quæ retinenda gestatio habitus à Concilio non requiritur, Squillant. *de privil. Cleric. cap.* 8. Barbos. *de jur. Eccl. lib.* 1. *§.* 2. *cap.* 39. *nu.* 15. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 404. *nu.* 17. *& nu.* 18. Rot. coram Em. Otthobo. *decis.* 149. *n.* 18.

Clerici etiam conjugati, si incedant in habitu, & 73
tonsura, abstinendo se principaliter à negotiationibus à quibus Clerici communiter tenentur abstinere, gaudent de jure privilegio fori, & canonis, Clar. *dict. quæst.* 36. *vers. Quæro an Clericus, etc.* Guazz. *ad def. cap.* 3. *num.* 1. *etc.* Tusch. *litt. C, conclus.* 395. *per tot.* *supra nu.* 37. vide Ciarlin. *contr.* 53. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 425. Sanfel. *decis.* 13. *&* 14. *per tot.*

Quòd Clericus conjugatus nullo alio privilegio clericali gaudere possit, quàm Canonis, *si quis suadente*, 17. *q.* 4. & fori; in reliquis autem reputetur laicus merus, & in specie non gaudeat Beneficio, *cap. Odoardus*, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 207. *num.* 1. Valasc. *allegat.* 47. *&* 48. & dixi supra *num.* 19.

Plura de Clericis conjugatis, quando gaudeant privilegio fori, & Canonis, vel non latè Valasc. *allegat.* 39. *cum pluribus seqq.* latiùs Thom. del Bene *de immun. Eccles. p.* 1. *cap* 4. *dub.* 10. *per tot.* Berrachin. *vot.* 92. *a.* 7. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 46. *num.* 13. Fagnan. *sup. Decret. in Indic. general. verb. Clericus conjugatus* Card. De Luc. *in Indic. general. verb. Clerici conjugati.*

Quòd Clerici Græci licèt conjugati gaudeant privilegiis aliorum Clericorum non conjugatorum, cùm id sit eis permissum, Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de Clericis*, *num.* 47.

Hoc tamen verum esse potest de jure communi tantùm, & ante dispositionem Concilii, de qua supra *nu.* 69. nam post Concilium Tridentinum, Clerici conjugati non gaudent dicto privilegio fori, & canonis, nisi alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi serviant, & Clericali habitu, ac tonsura utantur, & non sint bigami, ut disponit idem Concil. *sess.* 23. *cap.* 6. *in fin.* Sanfelic. *decis.* 13. *et* 14. *per tot.* ubi etiam quòd non sunt remittendi ad judicem Ecclesiasticum, nisi ulteriùs doceant se cum unica, & virgine contraxisse,

No-

Novar. *in pragm. Regn. Collect. 56. per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. volum. 2. lib. 9. tit. 1. num. 449. fol.* 188. Sperel. *decis. 26. num. 3. &c. decis. 132. n. 26.* Marcian. *dispnt. forenſ. cap. 22. num. 2. etc.* Ricc. *Collect.* 308. *et* 2420. obi plura de iſtis Clericis ſalvaticis, & in *prax. var. reſol. cap. 172. et 391. per tot.* Ciarlin. *contr. 53. per tot.* & fuit reſolutum me proponente per Magiſtratum DD. Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ ſub die 30. Auguſti *1672. in* cauſa contra D. Laurentium Sanctum Sangiorgium Phyſicum Communitatis Marradii, ad effectum cognoſcendi an eſſet remittendus ad judicem Eccleſiaſticum, vel non juxta ea, quæ dixi ſupra *nu. 71.* prout ipſe inſtabat, ſed non obtinuit, quia non conſtabat de Clericatu, neque de requiſitis, & quia iſta materia clericorum conjugatorum in praxi Florentiæ eſt penè incognita.

Quòd, ut Clericus conjugatus gaudeat privilegio fori, plura copulativè requirantur, primò, quòd habitum, & tonſuram congruenter, prout moris fuerit in Regione, quoad alios Clericos non conjugatos, deſerat; ſecundo, quòd non ſit bigamus; tertiò, quòd noo ſe ingerat in negotiis ſæcularibus. Qualis autem ſit hujuſmodi decens habitus, & quòd tale privilegium ſuffragetur tantùm pro delictis, & cauſis criminalibus, non autem pro cauſis civilibus ſæcularibus, pro quibus Clerici conjugati nullo potiuntur privilegio, ſed conveniendi ſunt coram judice laico, & pro executione ſententiæ poſſunt realiter, & perſonaliter adſtringi, ut benè probat Covarru. *Pract. quæſt. cap. 31. num. 7.* Farinac. *quæſt. 8. num. 6. et ſeqq.* ubi etiam Vulpin. *in ſuo*, Sanfelic. *decis. 14 num. 2.* & latiùs *decis. 330. per tot.* Addit. ad eumdem Sanfelic. *decis. 352. verſic. Clerici conjugati*, Novar. *in Pragm. Regn. Collect. 56.* Scacc. *de jud cap. 11. num. 20. et ſeqq.* Marcian. *diſputat. forenſ. cap. 22. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 2. lib. 10. tit. 37. num. 17. et ſeqq. ad 26. fol. 454.* Bonacin. *de Cenſur. diſputat. 1. quæſt. 16. punct. 3.* Tuſch. *litt. C, concluſ. 395. infra num. 74. in fine*, Ricc. *Prax. var. reſol. cap. 390. et 391. per tot.* ubi quòd ideò tenentur etiam ad collectas.

Quartò juxta Concilium, ultra prædicta, requiritur etiam ſervitium Eccleſiæ, ut notat idem Jordan. *dict. volum. 2. lib. 11. titul. 3. nu. 25. fol. 517. et dixi ſupra*, Novarr. *d. Collect. 56. num. 4.* ubi quòd ſervitium debet eſſe continuum.

Quòd ſi tempore delicti habebat omnia dicta requiſita, licèt poſteà efficiatur bigamus contrahendo aliud matrimonium, gaudeat privilegio fori, cùm attendatur tempus delicti, Dian. *part. 4. tract. 1. reſol. 6. in fin. infra n. 78.*

De Clericis Græcis, qui poſt contractum matrimonium aſſumunt ordines an gaudeant privilegio fori, idem Dian. *p. 5. tract. 1. reſol. 25.*

In caſibus autem in quibus Clericus conjugatus gauderet privilegio fori, gauderet etiam illius uxor, non verò concubina, Sanfelic. *decis. 14. n. 1. & ſeqq.* Pac. Jordan. *loc. cit. num. 104. et 105. fol. 524.* Dian. *par. 3. tract. 1. reſol. 45.* ubi tamèn refert alios contrarium ſenentes, ſed iterùm hanc opinionem probat *par. 4. tract. 1. reſoln. 41.* ubi ampliat etiam mortuo viro ſi maneat in viduitate, latiùs *part. 6. tract. 8. reſol. 6.* ubi quòd gaudet etiam exemptione gabellarum, *& per tot. 8. tract. 7. reſol. 23. per tot.*

Quòd filii Clericorum legitimè ante Clericatum ſuſcepti gaudeant privilegio fori, durante vita patris, Dian. *par. 4. tract. 1. reſol. 111.* ubi refert fuiſſe declaratum à S. Congregatione 18. Martii 1631.

Sed contrarium uſum receptum, cùm ſint verè laici, & conſequenter foro laicali ſubjecti, teſtatur Bonac. *de Cenſ. diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punct. 3. n. 8. in fin.*

74 Clericus conjugatus, licèt habeat omnia prædicta requiſita de jure gaudet tantùm privilegio Canonis, & fori, in reliquis autem habetur tanquam ſimplex laicus, nulloque alio privilegio Clericali fruitur, & conſequenter eſt incapax beneficii Eccleſiaſtici, Pac. Jordan. *lib. 10. tit. 13. n. 15. fol. 355.* Vide Cabrun. *lucubrat. 1.*

Et ſi quod beneficium antea obtinuerit, illud ſtatim ipſo jure amittit per contractum matrimonii, idem Jordan. *lib. 10. tit. 23. per tot. fol. 410.* Tuſch. *litt. C, concln. 392.* Sanfelic. *decis. 15. per tot.* ubi etiam quòd amittit privilegium fori, licèt fuerit nulliter contractum, opus tamen eſt ſeotentia declaratoria per judicem Eccleſiaſticum proferenda.

Nec gaudet pro cauſis civilibus, ut dixi ſupra proximè, & probat Sanfelic. *decis. 14. num. 2. & decis. 352. in Add. verſ. Clerici conjugati.*

Sed contra quòd concurrentibus aliis ſupradictis requiſitis gaudeat privilegio fori etiam in civilibus probant Cevallos *tract. de cognit. per mod. violent. part. 2. quæſt. 73. num. 4.* Duard. *in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 15. quæſt. 4. concluſ. 3. num. 12.* Ricc. *part. 4. decis. 320. num. 5. & Collect.* 308. Martha *de juriſdict. part. 1. Cent 2. caſ. 159. nu. 5.* Dian *reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 50. & part. 4. tract. 1. reſol. 78.* Ciarlin. *controv. 53. num. 34.* ubi de veriori, & probabiliori, ac magis recepta opinione à Sacra Congregatione.

Clericus, qui unicam tantùm uxorem, & virginem 75
duxit, adeò quòd non poſſit dici bigamus, illa mortua recuperat omnia privilegia Clericis non conjugatis competentia, Ciarlin. *contr. forenſ. cap. 53. nu. 20. & ſeqq.* Clar. *§. fin. q. 36. verſic. unum ſcias, etc.* Sanfelic. *decis. 14. num. 1. & ſeqq.* ubi intelligit ſi incedat in habitu, & tonſura, ac Eccleſiæ ab Epiſcopo deputatæ ſerviat, doceatque ſe contraxiſſe cum unica, & virgine, alias ſecus. Vide Cabrun. *lucubrat. 1. n. 6.*

Aliqua de bigamia Dian. *part. 7. tract. 12. reſol. 19. & 20.* & latè Ugolin. cum aliis ab eo citatis *tract. de Irregularit. cap. 56. per tot.* Vide Emerix. jun. *decis. 334. num. 1.*

Quid autem ſit bigamia, quotuplex, & quomodo reddat inhabilem ad ordioes, & beneficia, vide Pac. Jordan. *Lucub. volum. 2. lib. 10. tit. 24. per tot. fol. 412.* ubi etiam quòd bigamus eſt omni privilegio nudatus, vide Ugolin. *loc. cit.*

An judex laicus poſſit cognoſcere de bigamia ad fundandam ſuam juriſdictionem, negativè reſolvit Dian. *p. 4. tract. 1. reſol. 71.* ubi tamen pro affirmativa allegat Pereyr. *de mann reg. p. 2. cap. 24. num. 3.*

Clericus dimiſſo habitu, & tonſura, immiſcens ſe 76
enormitatibus, & atrocioribus delictis, ipſo jure fori privilegium amittit etiam nulla monitione præcedente, Clar. *§. fin. quæſt. 36. verſic. Quæro modo etc.* Capyc. *decis. 171. per tot.* Franc. *decis. 463. per tot.* Guazz. *def. 20. cap. 9. num. 37.* Farinac. *de inquiſit. q. 8. nu. 54.* Graff. *decis. part. 1. lib. 4. cap. 20. n. 151.* Coriolan. *in Bull. Cœnæ Excomm. 19. caſ. 3.* Dian. *part. 10. tract. 12. reſol. 4. verſic. tertiò licet*, ubi hanc partem ſequitur Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effect. 5. num. 889. & ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *prax. var. reſolut. cap. 172. num. 2.* Sanfelic. *decis. 13. per tot.* ubi intelligit in ſimplici Clerico in ſacris non conſtituto, vel conjugato, ſecus autem in aliis ſacris ordinibus initiatis, in quibus monitio, & degradatio requiritur.

Quòd in Clericis ſacris ordinibus initiatis, vel beneficiatis requiratur trina monitio, & perſeverantia, vide Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ. 62 nu. 8. &c.* Sperel. *decis. 26. per tot. & decis. 132. num. 68. &c.* Dian. *reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 23. & reſol. 129. per tot.* ubi contrariis reſpondet, & loquitur in Religioſo profeſſo, qui etſi ſacris ordinibus non initiatus, cum ſit ſervitio Eccleſiæ, & Religionis adſtrictus gaudet eodem privilegio, ſicut Clericus, nec illud amittit licèt à Religione apoſtataverit, niſi in caſibus, in quibus privantur etiam Clerici in Sacris conſtituti, *vide in §. Monachus num. 11.*

Tria potiſſimè requiri ad hoc, ut Clericus ſe immiſcens enormitatibus, amittat privilegia Clericalia, primò quod non uoicum delictum enorme, ſed plura enormia patraverit delicta, ſecundò, ut in ipſis enormitatibus deprehendatur, tertiò quòd præceſſerit trina monitio, Sperel. *decis. 132. num. 65. & ſeqq. per tot.* Thom. Triviſ. *decis. 48. lib. 2.* Covar. *Pract. q. cap. 32.* Farinac. *q. 8. num. 60.* Dian. *loc. citat.* vide Sanfelic. *decis. 13. per tot.* ubi plura, *& decis. 14. per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 37. n. 27. & ſeqq. fol. 456.* ubi quòd tunc erit locus præventioni inter judicem ſæcularem, & Eccleſiaſticum, &c.

Clericus ſacris ordinibus initiatus, ſi relinquat habi- 77
tum Clericalem, & vivat tanquam laicus, dicitur Apoſtata, re ipſa amittit privilegium ordinis, efficitur infa-

famis, excommunicari potest, & ad reassumendum habitum, ac clericaliter vivendum compelli, & si duxerit uxorem efficitur de hæresi suspectus, ac potest ab Inquisitore hæreticæ pravitatis puniri, & alia, vide per Menoch. *de arbitr. cas.* 546. *num.* 47. *& seqq.* Dian. *art.* 4. *tract.* 7. *resol.* 5. vide in §. *Uxor nu.* 6. Constant. Cæsar. *specul. Peregrin. quæst. quæst.* 14. *per tot.* ubi an Clericus effectus miles ipso jure amittat privilegium, & vacet Beneficium; si posteà reassumat habitum an dicatur taliter præventa causa, & persona à judice sæculari, ut sit deneganda remissio ad forum Ecclesiasticum, & facit Franciscus de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 49. *et* 50. ubi plura ad favorem Clericorum, sed nonnulla contra aliorum communes traditiones Carol. Marant. *contr. part.* 5. *respons.* 50. ubi plura an Clericus habitum dimittere valeat, & sæculari militiæ se adscribere, & si de facto id egerit an sit pro Clerico habendus, si ipse Clericum agere nolit, qualiter amittat Beneficium, an efficiatur irregularis, & Apostata, & alia ad rem.

Quòd judex laicus non possit cognoscere de crimine Apostasiæ, cùm non sit distinctum ab hæresi, licèt alii contra Dian. *pars.* 4. *tract.* 1. *resol.* 12. vide Thom. Trivis. *decis.* 48. ubi videtur velle, ut sit locus præventioni, sed postea contrarium concludere, facit latè Sanfelic. *decis.* 13. *et* 14.

Quòd effectus miles, & arma exercens amittat ipso jure privilegia Clericalia, *cap. quisquis* 34. *dist. cap.* 1. *de Bigam. in* 6. Sperel. *decis.* 132. *n.* 36. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 37. *n.* 30. & latiùs *volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *nu.* 48. *& seqq. fol.* 78. Thomat. *decis.* 18. *n.* 25. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 355. *nu.* 9. *etc.* ubi quòd Clericus factus miles sæculi desinit esse miles Dei; redeundo tamen ad primum statum Clericale recuperat sua privilegia, quæ erant suspensa, & non deperdita, & an, & quando versando in bello incurrat irregularitatem, vel non, *vide in §. Irregularitas*. Episc. Rocc. *cap.* 191. *n.* 28. *et* 34. *tom.* 2.

Quòd factus negotiator non amittat immunitatem à gabellis sæcularibus, nisi præcedente trina monitione, & pro illarum exactione conveniri debeat coram judice Ecclesiastico, quicquid alii contrarium teneant, Dian. *p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 41. *&* 46. *p.* 3. *tract.* 1. *resol.* 44. *supra n.* 45. *&* 46. *& num.* 6. idem Dian. *p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 28.

Quando Clericus dicatur incorrigibilis ad effectum, ut à judice laico possit coerceri, Sperel. *decis.* 125. *n.* 35. *& seqq. per tot* ubi ponit plura ad hoc requisita, de quibus supra *n.* 76. in §. *Monachus n.* 11.

Quid si Clericus delinquat in officio sæculari sibi à Principe concesso, an possit per judicem laicum puniri, negativè respondet Dian. *p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 18. *& p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 39. vide *in §. Æquitas n.* 4. Paul. Christin. *decis.* 222. *n.* 37. *vol.* 5. Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 391. *&* 413. ubi quòd nec potest ad officium sæculare assumi.

78 Clericus simplex quamvis dimisso habitu, & tonsura efficiatur laicus, & ducat uxorem, non potest puniri à Judice sæculari pro delictis commissis tempore, quo erat Clericus, & gaudebat privilegio fori, cùm ad fundandam jurisdictionem attendatur tempus delicti, Gratian. *discept. forens. cap.* 226. *nu.* 1. *per tot.* Thom. Trivis. *decis.* 28. *lib.* 2. Rot. *part.* 54. *recent. decis.* 425. *per tot.* Cabal. *resolut. crim. cas.* 147. *n.* 10. *etc.* Dian. *resol. moral. part.* 3. *tract. pr. resol.* 34. ubi firmat idem in novitio, & similibus à Religione dimissis, *et par.* 4. *tract. pr. resol.* 6. *et resol.* 27. ubi quòd non amittit dictum privilegium etiam si duxerit viduam, & sic factus sit bigamus, & quòd non efficiatur bigamus si fœminam prius à se cognitam ducat in uxorem supra *num.* 73. Giurb. *consil.* 15. Sanfelic. *decis.* 218. Marcian. *disput. forens. cap.* 22. *per tot.* ubi etiam quid in civilibus, si tempore obligationis erat Clericus, & tempore solutionis factus laicus, & firmat coram judice sæculari conveniendum esse. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect. pr. subsect.* 2. *n.* 17.

Quòd postquam Clericus fuit remissus ad judicem Ecclesiasticum non possit revocari à Judice Laico, licèt accusatione pendente tonsuram, & habitum dimittat, vel fiat bigamus, ex quibus causis amittit privilegium fori, nec possit judex Laicus reassumere cognitionem delicti, nam remissio, quæ habuit effectum non potest revocari, & perdit privilegium respectu tantùm delictorum posteà commissorum, Capel. Tholos. *decis.* 377. cum aliis per Valasc. *alleg.* 23. *per tot.*

Intellige prædicta quando Judex Ecclesiasticus prævenit, & post præventionem Clericus uxorem duxit, juxta Franch. *decis.* 417. *per tot.* & in his terminis, non tamen facta hujusmodi distinctione, fuit judicatum per Magistratum Dominorum Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ, cum voto D. Julii Parasacchi Auditoris Militarium Legionum S. C. S. sub die 21. Junii 1666. in Causa contra Franciscum Joachini Cartegni Malingambi Fivizzanensem Agri Lunensis, patrocinante D. Jo. Baptista Manzio illius concive; & iterum me proponente de mense Februarii 1662. in causa Bargæ contra Jacobum Laurentii Grigo, ut in filcia Negotiorum dicti Magistratus n. 224.

Et quòd quando judex laicus prævenit in captura personæ in statu laicali repertæ, licèt tempore delicti fuerit Clericus non teneatur remittere ad judicem Ecclesiasticum, decisum testatur Sanfelic. *d. decis.* 218. *num.* 11.

Quid in casu contrario si tempore delicti erat laicus, & postea factus Clericus, vide supra *n.* 36.

Clericus retinens habitum, & tonsuram quantumcunque enormia delicta committat non efficitur de foro sæculari, Boss. *de for. compet. n.* 134. Abb. & alii communiter in *cap. perpendimus de sentent. excommun.* Clar. §. *final. quæst.* 36. *vers. Cæterum si Clericus n.* 24. ubi tamen quod si sit seditiosus potest expelli de loco, vide Dian. *part.* 4. *tract. pr. resol.* 81. ubi allegat plures tenentes posse Clericum seditiosum, & quietis publicæ turbatorem expelli de Regno auctoritate laicali, licèt ipse dicat non licere, sed recurrendum esse ad superiores Ecclesiasticos, qui etiam non possint id facere sine causæ cognitione, vide §. *Princeps n.* 26. *in fin.* 79

Clericus assassinus potest puniri à judice laico, sicut etiam verè incorrigibilis præcedente tamen declaratione, & degradatione facienda ab Ecclesiastico, Clar. §. *fin. q.* 36. *versic. Item quæro, versic. successivè, & versic. scias autem*, Franch. *decis.* 176. *n.* 2. Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *resolut.* 51. *& part.* 7. *tract.* 1. *resolut.* 11. *per tot.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de restitut. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 8. 9. 34. *& seqq.* ubi etiam de Clerico sodomita, & quid si esset notoriè talis. 80

Quod Clericus assassinus possit puniri à Judice sæculari, quia eò ipso quòd tale crimen committit, amittit privilegium Clericale, intellige cumulativè cum Judice Ecclesiastico, quia est locus præventionis, & constito prius illum esse talem ex probabilibus argumentis, vel ex sententia Judicis Ecclesiastici, vel ex imputati confessione, vel ex notorietate facti declarata; item intellige præcedente declaratoria Judicis Ecclesiastici super dicta qualitate assassinii, licèt in Hispania, Regno Neapolitano, ac alibi, si Clericus repetiatur in fortiis Curiæ sæcularis procedatur absque dicta declaratione, & uno, ac eodem tempore declaretur assassinus, & condemnetur, item præcedente actuali degradatione, si mors occidendi fuerit sequuta, ac data incorrigibilitate secundùm aliquos, licèt verius sit etiam effectu non sequuto, & incorrigibilitate non expectata, vel saltem arbitrio Judicis irrare pœnam mortis ordinariam, de quibus omnibus Farinacc. *quæst.* 8. *n.* 85. *&* 86. *quæst.* 123. *n.* 62. *& seqq.* Fajard. *allegat. fisc.* 5. *n.* 29. *&c.* Fermosin. *fiscal. allegat.* 5. *n.* 25. *part.* 2. Oliva *de foro Ecclesiastico part.* 2. *quæst.* 14. *num.* 6. *& seqq.* Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 1. n. 710. *& seq.* Bobadil. *in Politic. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 58. *etc. tom. pr.* Thom. del Bene *de immunit. Eccles. cap.* 6. *dubit.* 5. *sect.* 2. *num.* 4. *et seqq.* Canrera *quæst. crim. tit. de homicid. cap.* 7. *n.* 46. Cened. *Pract. quæst. canon. q.* 15. Avend. *de exequend. mandat. Reg. par.* 1. *cap.* 22. Mar. Ital. *de Immunit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. §. 5. *n.* 151. Cortiada *decis.* 34. *n.* 10. *et seqq.* aliique plures recentissimè citati per Raynald. *Syntax. rer. crim. c.* 7. §. 1. *n.* 388. *et seqq.* ubi etiam *n.* 218. *et seqq. per tot.* An

Cle-

Clericus assassinus carceratus à familia Judicis Ecclesiastici sit Curiæ sæculari tradendus, an debeat condemnari ad mortem naturalem, in quibus carceribus sit interim custodiendus, de forma degradationis actualis, aliaque plura ad rem notabilia.

De dictis, & aliis casibus, in quibus Clericus efficitur de foro sæculari, vide Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *nu.* 48. *et seqq. fol.* 78. Sperel. *decis.* 225. *et decis.* 132. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 13. 14. *et* 15. *per tot.* Vide Fagnan. *supr. Decretal. in Indic. general. verb. Clericus quo ad degradationem, & traditionem Curiæ sæculari, & verb. Clericus incorrigibilis.*

Debet tamen esse confessus, vel convictus, aliàs privilegio fori non est privandus, Placa *Epitom. delict. cap.* 29. *nu.* 27. & alii relati per Sanfelic. *decis.* 537. *n.* 3. *versic. sed contra.*

Qualiter autem possit Clericus deponi, & degradari, quomodo fiat degradatio, quotuplex sit, & quinam effectus ex ea resultent, Menoch. *de Arbitr. c.* 415. *per tot.* Pac. Jordan. *ubi supra n.* 69. *&c. fol.* 79. Farinacc. *quæst.* 8. *nu.* *& quæst.* 189. §. 2. *per tot.* Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *resol.* 50. 51. *&* 52.

An propter crimen læsæ Majestatis sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus, Dian. *part.* 3. *tractat.* 1. *resol.* 16. *& resol.* 30. ubi quòd aliàs non potest à judice sæculari puniri, & latiùs *part.* 7. *tract.* 5. *resol.* 10. *&* 11. Ricc. *Collect.* 2062. *ubi vide, & infra n.* 85.

Quòd Clericus crimine falsæ monetæ culpabilis repertus sit tradendus Curiæ sæculari puniendus vigore Bullæ Urbani VIII. idibus Novembris 1627. vide Ricc. *Collect.* 3312. *et* 4198 *inf. n.* 85.

An autem in his, & similibus casibus judex laicus possit, & debet punire ex eodem processu à Curia Ecclesiastica compilato, vel novum instruere, Sanfelic. *decis.* 139. ubi quòd ex eodem; nisi eo benè examinato inveniat defectus, quos supplere teneretur.

Et quòd degradatus, & Curiæ sæculari traditus pro delictis enormibus, & pœnam mortis merentibus, licèt Ecclesiasticus judex juxta solitum intercedat, & protestetur, ut citra pœnam mortis puniatur, tamen per judicem laicum sit pœna ultimi supplicii afficiendus, Franch. *decis.* 571. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 239. *& decis.* 402. *n.* 3. *&* 4. Cartar. *decis. Farinac. quæst.* 289. §. 1. *&c.* vide in §. *Hæresis n.* 8.

Et ita semel ego practicatum vidi per Magistratum Dominorum Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ de mense Octobris anni 1665. in persona cujusdam Jacobi Ippoliti Cancelli, qui etiam fuit flammis combustus ex causa de qua apparet in filzia Negotiorum dicti Magistratus sub n. 364. & dixi in mea Practica *in Indice verb. Eretici*, cùm jam opus esset impressum, *vide in* §. *Sacerdos nu.* 2. & Sanfel. *dict. decis.* 239. *per tot.* ubi latè, & ponit etiam exempla, & formulas actorum faciendorum.

Aliàs tamen fuisse Romæ servatum, quòd post abjurationem, transmittantur ad triremes, refert Sperel. *decis.* 38. *n.* 24. *in fine*, & vide Farinacc. *de hæres. quæst.* 193. *nu.* 39. Diana *resolut. moral. part.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 11. *&* 12. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *de Sacrific. Miss. num.* 5. *&c. fol.* 281. ubi de Constitutione Pauli IV. Clem. VIII. & Urbani VIII. & in quibus casibus nulla sint misericordia digni, sed ultimo supplicio afficiendi, nempè celebrando non ordinati, prout fecerat dictus Jacobus Cancellus, vel abutendo Sacramentis, negando Sanctissimam Trinitatem, Divinitatem D. N. J. C. aut conceptionem illius de Spiritu Sancto, vel mortem ipsius, ut nos redimeret, vel Virginitatem Beatissimæ Virginis Mariæ, vel confessiones Sacramentales audiendo non adhuc promoti ad Sacerdotium, prout in dictis Constitutionibus, & hujusmodi casus non misericordia dignos, refert etiam Vulpio. *in suco*, Farinac. *d. quæst.* 193. §. 5. *in fine*, Sanfelic. *decis.* 239. *per tot.*

Quòd Clerici ex delictis gravibus possint condemnari ad triremes, an autem transmitti ad Regias triremes, an prius actualiter, vel saltem verbaliter degradari, & alia vide per Aloys. Ricc. *prax. var. resol.* 104. *per tot.*

81 Clerici & aliæ personæ Ecclesiasticæ gaudent immunitate Ecclesiastica pro delictis à Bulla Gregoriana non exceptuatis, ut *dixi in* §. *Immunitas nu.* 18. *&* 20. ubi tamen retuli plures contrarium tenentes.

Ita ut etiam dum sunt induti cotta, & stola extra Ecclesiam præcedente Cruce ad deferendum defunctum, vel si deferrent Oleum Sanctum, vel Sanctissimam Eucharistiam ad infirmum, non possint capi à satellitibus de mandato, & licentia Episcopi, & si fuerint capti non tenentur respondere, sed nullitatem capturæ obiicere, quia eadem reverentia, quæ debetur Ecclesiæ, multò magis debetur Sacerdotibus divina, & Ecclesiastica ministrantibus, ac ita fuisse Romæ decisum de anno 1614. refert Locatel. *de tortur. inspect.* 5. *nu.* 164. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 25. *in fine.*

82 Clerici, vel alii Religiosi sacris ordinibus initiati, an possint cum dispensatione Papæ matrimonium contrahere, latè Dian. *resol. moral. part.* 8. *tract.* 1. *resol.* 72. *& seqq.* ubi refert contrarias opiniones, & affirmativam amplectitur, quam etiam aliquibus exemplis singularibus confirmat, vide in §. *Papa n.* 4. Merlin. *decis.* 460. *n.* 26. ubi intelligit concurrentibus gravissimis causis, publica utilitate, & solùm inter Principes, & Primates, & ad tradita per Sanch. *de matrim. lib.* 8. *n.* 8. *q.* 8. *n.* 2. *&c.* Rota in Venusina legati 28. Junii 1623. coram Decano.

83 Clerici an possint, vel debeant recurrere ad judices seculares pro obtinenda, vel tuenda possessione, vide in §. *Judex n.* 30. §. *Possessio n.* 5. Merlin. *dec.* 136. 904. 905. *&* 907. *per tot.* ubi plura generaliter de clericis recurrentibus ad secularia tribunalia. Bellegrand. *in compendios. rer. criminalium method. tract.* 8. *quæst.* 1. *n.* 7. Abeccles. & Crescin. *observat. for. part.* 1. *observat.* 193.

84 Clerici qualiter militare dicantur, & ideò in illorum testamentis gaudeant privilegio militum, ac possint jure militari testari sine solemnitatibus juris civilis, licèt etiam non desint contrarium tenentes, Abb. *in cap. in præsentia de probat.* Vasqu. *de success. creat. lib.* 3. §. 22. *limitat.* 17. *nu.* 37. *&* 84. Grass. *de effect. Cleric. effect.* 19. *n.* 14. *& effect.* 63. Joseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *dec.* 45. *num.* 28. *&* 29. facit quod dixi in §. *Advocatus n.* 14. *&* §. *Doctor. n.* 15 Sed vide Palm. nep. *alleg.* 153. *n.* 141. *tom.* 2.

85 Clerici non debent degradari, nec Curiæ seculari tradi, nisi pro criminibus à jure canonico expressis, nempè.

Pro crimine hæresis juxta *cap. ad abolendam* §. *Præsenti de hæret. cap.* 1. *& cap. super eod. de hæret. in* 6.

Pro falsificatione litterarum Apostolicarum, *cap. ad Falsariorum de crim. fals.* Thom. Trivis. *decis.* 9. *n.* 4. *lib.* 2. Fagnan. *supr. Decretal. in Indic. general. verb. falsarius.*

Pro crimine insidiarum contra Episcopum, *c. si quis Sacerdotum* 11. *q.* 1.

Pro incorrigibilitate, *cap. cum. non. ab homine de jud.*

Pro assassinio, *cap.* 1. *de homicid. in* 6.

Pro crimine nefando ex Constit. Pii V.

Pro celebratione Missarum ab illis, qui non sunt Presbyteri ex Constit. Clem. VIII. & dixi supra num. 80. prout hæc omnia probat aliis citatis Cocein. *dec.* 351. *per tot.* quæ est in Lucana Jurispatronatus 8. Junii 1607.

Adde pro crimine falsæ monetæ vigore Bullæ Urbani VIII. ut notavi supra *num.* 80. licèt in terminis juris communis, & non facta mentione dictæ Bullæ contrarium firmet Ant. Gob. *tract. de monet. qu.* 21. *n.* 35. ex Farin. *quæst.* 115. *n.* 34. Ansald. *de jurisdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 4. *n.* 38. *&c.*

An pro homicidio, & pro quibus criminibus possint Clerici degradari, Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect.* 1. *n.* 836. *& seqq.* Sanfelic. *dec.* 139. ubi refert, monachum pro homicidio in Ecclesia tempore celebrationis divinorum officiorum commisso, fuisse degradatum, Curiæ seculari traditum, & ultimo supplicio affectum. Vide Bellegrand. *in compendios. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæst.* 4. *n.* 12.

Licèt autem inter prædicta crimina non numeretur cri-

crimen læsæ majestatis humanæ, & potiùs ab eo videantur exempti Clerici versus Principes sæculares, nec subjscere pœnis, de quibus in *l. quisquis Cod. ad l. Jul. Majestat.* & dixi *in §. Filius n. 38. & §. Fiscus n. 7.* ut colligitur ex supracitata decisionn Coccini. Caveant tamen omninò Clerici, aliique quoquomodo exempti, vel privilegiati ab hujusmodi pessimo crimine, imò à sola cogitatione, ne ultra pœnas, quas à suis judicibus competentibus imponendas lucrent, illis etiam contingat de facto, quod putent non esse permissum de jure, cùm in atrocissimis delictis quandoque jus sit jura non servare, & leges alìàs honestas, & sanctas transgredi; prout evenisse creditur in casu supra relatæ decisionis Coccini, sicuti constat ex illius lectura, quamvis sententia fuerit declarata nulla, & injusta, sed fortè postquam jam fuerat executioni demandata, facit Hieron. Tort. in suo consilio in favorem Florentinorum edito, qui Archiepiscopum seditiosum suspenderunt, habetur inter consilia Ant. de Butr. ult. Bald. *consil.* 24. *vol.* 4. ut refert Boer. *in tract. de seditiosis §. 6. num.* 1. *sup. n.* 80. *versic. an propter*, latè Cabed. *decis.* 82. *& 83. p.* 3.

Quòd Clerici in proprium Episcopum seditiosi, depositi tradantur Curiæ sæculari, idem Boer. *d. tract.* §. 7. *n.* 57. Bellegrand. *in compendios. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæst.* 4. *n.* 12.

Quòd Clerici, & personæ Ecclesiasticæ habeant regulam pro se, ut non possint pœna mortis naturalis affici pro quocunque crimine, etiam gravi, exceptis casibus in jure expressis, qui sunt, hæresis, falsificatio litterarum Apostolicarum, insidiæ, & conspiratio contra proprium Episcopum, assassinium, incorrigibilitas, sodomia, celebratio Missæ, aut confessionis sacramentalis auditio a non promotis ad Præsbyteratum, & falsa moneta, latè Fagnan. *in cap. cum non ab homine extr. de judic. n.* 50. *& seqq.* & novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. *§.* 14. *num.* 20. *& seqq. per tot.* ubi etiam quid in crimine læsæ Majestatis, & concludit ut supra quicquid aliqui contrarium asserant, quod potest verificari de facto, ut annui, ut idem Raynald. *cap.* 2. *§.* 1. *nu.* 76. *& seqq.* & latiùs *cap.* 5. *§.* 1. *ad* 1. *n.* 143. *& seqq. per tot.* ubi an pro crimine falsæ monetæ.

86 Clerici, sive Sacerdotes abutentes rebus sacris, vel Sacramentalibus, & hujusmodi ad cultum divinum dicatis pro committendis sortilegiis, incantationibus, veneficiis, maleficiis, & similibus, qualiter sint ab Episcopis, vel Inquisitoribus Sancti officii puniendi, Farinac. *q.* 20. *num.* 92. *& seqq.* Martin. del Rio *disquisit. Magic. lib.* 5. *sect.* 16. *rol.* 2. *&* 3. *fol. mihi* 720. ubi alia plura generaliter de pœnis, & suppliciis maleficiorum. Vide Bellegrand. *in compendios. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæst.* 4. *n.* 12.

87 Clerici in conflictu belli dimicantes qualiter efficiantur irregulares, sive bellum sit justum, sive injustum, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 459. *per tot.* & dixi in §. *Irregularitas n.* 5. Rot. *decis.* 44. *n.* 5. *part.* 2. *recent.*

An efficiantur irregulares si occidant bannitum, & possint processari à sua Curia Ecclesiastica, an consequi præmium per bannimenta sæcularia promissum, an ipsi si essent banniti possint impunè occidi vigore dictorum bannimentorum sæcularium, & alia ad rem, latè Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 2. §. 4. *n.* 161. *& seqq. per tot.* vide in §. *Præmium per tot.*

88 Clericus beneficiatus an per matrimonium invalidè contractum amittat ipso jure beneficium, Sanfelic. *decis.* 15. ubi post relatas aliquorum opiniones, rationes, & distinctiones concludit esse in foro receptum, & à Rota Romana approbatum indistinctè vacare beneficium ipso jure, sive scienter, sive ignoranter, sive bona, sive mala fide fuerit matrimonium nulliter contractum, Farinac. *decis.* 8. post consilia collecta de anno 1606. opus tamen esse sententia declaratoria facti, nisi sit omninò notorium, & ipsam declaratoriam retrotrahi ad tempus matrimonii contracti, ac esse ferendam à judice Ecclesiastico, qua lata amittere privilegium fori: & quando factum est notorium illa non expectata posse judicem laicum contra hujusmodi clericum delinquentem, qui per matrimonium licèt nullum amisit ipso jure beneficium, & privilegium fori procedere, quamvis de hoc fuerint variæ opiniones, & tandem fuerit resolutum, articulum utrum vacaverit beneficium remitti ad Judicem Ecclesiasticum.

Clerici in oneribus, & donativis, vel tributis, quibus ob publicam utilitatem, vel communem tenen- 89
tur concurrere cum Laicis, possunt cogi à Judice sæculari ad solutionem, etiam personaliter secundùm gloss. *in cap. Princeps* 23. *quæst.* 5. Bald. *in l. de his C. de Episc. & Cleric.* ubi tamen in his bonis tantum, Ægid. Thomat. *tract. de collect. fol.* 185. ubi etiam in antecedentibus, & seqq. plura de hac materia, an saltem sint vocandi in impositione cum aliis per Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de Cleric. num.* 50. *& seqq.* ubi quòd securior videtur opinio Abb. *in cap. non minus de immunit. Eccles. num.* 6. Duen. *reg.* 100. *n.* 16. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 8. *n.* 9. & aliorum tenentium, ut per Ecclesiasticum Judicem sint compellendi, & quòd ita servatur in Regno, Siciliæ, in quo vadunt Commissarii ad exigendum cum litteris Prælatorum, & materiam examinat Purpurat. *consil.* 335. *&* 485. Valasc. *allegat.* 28. *per tot.*

De Clericis plura notabilia tradit Thoro *compend. decis. Neap. part.* 1. *&* 3. *verb. Clericus*, & novissimè, ac latè Com. August. Fontan. *in sua Bibliothec. verb. Clericus par.* 4. *fol.* 244. *&c.* Latissimè Fagnan. *sup. Decretales prout in Indic. general.* Card. De Luc. *in Indic. general.* Pignatel. *in consult. canonic.* Palm. Mans. Emerix Capiar. Bertachin. Episcop. Piton. Altimat. *de Nullit. prout. in Indic. general.* & alii moderni.

Quòd Clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ cogi possint per Judices sæculares reparare ædes, quas habent in Civitate ruinam minantes, ne publicus aspectus deformetur, Valasc. *allegat.* 50. *per tot.*

Clerici seditiosi, turbatores Civitatis, etiam in Sa- 90
cris constituti possunt secundùm aliquos expelli à Civitate per Principem, vel Magistratum Laicum, licèt alii intelligant cum licentia Pontificis, vel eorum Prælati, Anton. de Ballis *loc. supra cit. n.* 44. ubi distinguit, quòd aut dimisso habitu perseverant in seditione, & tunc quia amittunt privilegium possunt expelli sine alia licentia, aut retinent habitum, & tunc cùm non amittant privilegium opus est licentia Prælati, vide supra *n.* 79. *& in §. Princeps n.* 26. *& §. Exilium n.* 12.

Clerici qualiter sub excommunicationis pœna non possint Judicis, vel Præsidis laici munus exercere, *cap. Clericus, ne Cler. vel Monach.* Carol. Anton. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Judex cap.* 2. *fol.* 205. ubi benè declarat hanc materiam, & quod acta sint valida, nisi pars opponat de dicta excommunicatione, vel nisi fuerint denunciati, &c.

Recurrentes ad Judices laicos, vel tribunalia sæcularia, quas pœnas incurrant, dixi in §. *Possessio n.* 5. Et quomodo hoc intelligatur, & quando possint, ac debeant excusari, plenè Quesad. Pilo *contr. forens. c.* 35. *per tot.*

Clericus in minoribus captus sine habitu, & ton- 91
sura pro delicto, si postea aufugiat, & iterùm capiatur cum habitu, & tonsura, an gaudeat privilegio clericali, disputat hincindè Cabedus *decis.* 58. *part.* 1. quam decisionem examinat, & impugnat Valasc. *allegat.* 46. ubi videtur distinguere duo delicta, ut pro primo, pro quo fuit captus sine habitu, & tonsura non gaudeat, sed tantùm pro secundo delicto fugæ, facit quòd dixi in §. *Carceratus. num.* 29. *& §. Immunitas n.* 15.

Nec alias negotiationes possunt exercere, ut benè declarat idem Thesaur. *d. tract. verb. Negotiatio fol.* 246. ubi tamen non loquitur de excommunicatione, sed de peccato mortali, &c. *supra n.* 6.

An possint tutelas, vel curas acceptare, & admi- 92
nistrare, idem Thesaur. *d. tract. verb. Tutelæ fol.* 348. plenè Vela *diss.* 40. 43. 44. *et* 45. *per tot. vol.* 2. ubi etiam an pro redditione rationum, & tutelari debito possint coram Judice sæculari conveniri, &c. *addit. ad decis.* 20. Rovir.

An sint capaces succedendi in feudo, & alia ad rem,
D. Lelius Boscol. *respons.* 5. *post part.* 2. Jo: Torre *de* 93
suc-

ſucceſſ. in Majorat. et Primog. Ital. fol. 453. vide in §. *Primogenitura n.* 11. & in Indiee generali ejuſdem Torre *verb. Clericus*. Catol. Ant. De Luc. *de Lin. legal. art.* 4. *n.* 15. *part.* 1.

94 Clerieus licèt non poſſit alienare patrimonium, & penſionem, ad quorum titulum eſt ordinatus, poteſt tamen obligare commoditatem fructuum ex illis percipiendam Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 561. *n.* 4. Maximè ſi habet aliunde, unde vivat *ibidem n.* 5.

95 Donatio Cletici eomprehendens bona ipſius patrimonii eſt nulla abſque licentia Otdinarii Rot. *loc. cit. deciſ.* 441. *n.* 4.

96 Conceſſio in emphyteuſim ſacta de bonis patrimonii eſt nulla abſque licenria ordinarii, etiamſi reſervetur eanon fructibus bonotum eorteſpondens Rot. *loc. cit. deciſ.* 441. *n.* 5.

97 Cletiei teoenrur res ſuas noo vendere ultta juſtum pretium Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 574. *n.* 4.

98 Cletici pro proptiis bonis tenentur ſolvere decimas Gloſſ. *in cap. laicus* 16. *quæſt.* 1. Monet. *de decim. cap.* 5. *n.* 6. *& ſeqq.* De Luc. *de Decim. diſc.* 2. *a n.* 5. Ninot. *deciſ.* 31. *n.* 15. Anſald. *deciſ.* 78. *n.* 38.

99 Clericus ut dignoſeatut, an per aſſumptionem officii tepugnantis eum ſtatu cletieali, habeat animum dimittendi cletieatum, requirirur trina monitio, ſeu ſuperiotis interdictum, quo Penſionarius inſtrueretut Rot. *recent. part.* 16. *deeiſ.* 279. *n.* 4. *part.* 19. *deeiſ.* 172. *n.* 11. Caprat. *deciſ.* 109. *n.* 24. *part. pr.*

100 Clerici an excludanrur contemplata agnatione; Vide Celſ. *deeiſ.* 341. Rot. *rec. part.* 12. *deciſ.* 433. *& ſeq.* Rox. *de Incomp. part.* 7. *cap.* 5. *n.* 87. Carol. Ant. De Luc. *de Lin. leg. part.* 2. *artic.* 65. *n.* 9.

101 Cleticus ſueeedit de Jure Neapolitano agnato decedenti, ſi hæres inſtiturus repudiat Catol. Ant. De Lue. *de Lin. legal. part. pr. art.* 3. *n.* 41.

102 Clericus an ſueeedat in majoratu? Et quid ſi hac Lege majoratus ſit inſtitutus Carol. Ant. De Luc. *de Lin. legal. part. pr. art.* 8. *n.* 70.

103 Clericus poteſt proeeſſari ab Epiſcopo ſtantibus inditiis, etiamſi pro illo delicto fuiſſet aceuſatus, & proceſſatus Laieus in cutia laica Bertaehin. *vot.* 21. *n.* 4.

Judex captutans Clericum, antequam conſtet de cotpore delicti permanentis plenè, & evidenrer, inci-
104 dit io exeommunieationem Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 3. *quæſt.* 26. *n.* 7. *& tract.* 7. *quæſt.* 2. *n.* 3. *&* 4.

105 Clericus torqueri poteſt ad purgandam inhabilitatem, ſicut & varius, & vacillans Bellegrand. *in compend. rer. crimin. meth. tract.* 9. *q.* 2. *n.* 8. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 2. *ſubſect.* 10. *num.* 14. Itèm ad purganda graviora inditia Bellegrand. *ibidem quæſt.* 4. *num.* 16.

106 Clerici an eondemnentur ad triremes Carol. Ant. De Lue. *in Prax. criminal. cap.* 30. *n.* 5.

107 Clericus ligatur contractu, & quaſi cōtractu ſui Auctoris ideſt judicio Balduc. *de legat. tit.* 3. *deeiſ.* 29. *n.* 40.

108 Clerici hæreditas an potiatur privilegio Fori an ſit exempta Rube. *de confuſ. jur. cap.* 4. *n.* 11. *&* 12.

109 Clerici defuncti bona vacantia an ſpectent ad Fiſcum, vel Curiam Epiſcopalem, vel an Epiſeopus ea poſſit diſpenſare Rube. *de confuſ. jur. cap.* 3. *num.* 142. 146. *&* 151.

110 Clerieus hæres convenirl debet in loco defuncti, ſed coram ſuo Judice Rubeus *de confuſ. jur. cap.* 3. *num.* 77.

111 Cletieus privilegium Fori non communicat hæredi Rube. *de confuſ. jur. cap.* 3. *n.* 78.

112 Cleticus coadjutor lucratur dignitatem coadjuti mortui Rube. *de confuſ. jur. cap.* 3. *n.* 13.

113 Clerieorum appellatione veniunt Regulares Epiſcop. Roec. *ſeelect. diſput. jur. cap.* 170. *n.* 8. *tom.* 2.

114 Cleticus non tenetur vitam cælibem agere, ſed prò ejus arbitrio Cletieatui valet renuntiare, & Uxorem dueere abſque Apoſtolica diſpenſatione Roec. *cap.* 594. *n.* 96. *tom.* 2.

115 Cleticos ſalvaticos creare poteſt Vicatius eapitularis Pellegrin. *in Prax. Vic. part. pr. ſect.* 4. *ſubſect.* 2. *n.* 66. ubi deſetibitur etiam eorum officium.

116 Vicarius debet eſſe Clericus Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 54. *nu.* 4. Pellegrin. *in prax. Vicar. p. p. in monit. generalib. pro Epiſcop. n.* 4.

Non tamen poteſt eſſe Clerieus conjugarus licèt cum unica, & Virgine Pellegtin. *loc. cit.*

An nomine Saeetdotis compræhendantur etiam Cletiei inſetioris ordinis Illuſtriſs. D. Epiſcop. Piron. *de jurepatronat. allegat.* 17. *nu.* 3. *tom.* 1. *& allegat.* 33. *num.* 3. *&* 11. *eod. tom.* 1. 117

Clericus in paritate gradus præfertur Laico Piton. *loc. cit. allegat.* 31. *n.* 6. *tom. p.* & Clerieus dieitur major Laieo *idem ubi ſupra allegat.* 32. *num.* 7. & an in quacumque materia, etiàm prophana Clericus ſit præferendus Laieo *loc. cit. n.* 8. *& ſeqq.* ubi plura de hae materia. 118

Clericus poteſt etiam inter vivos de fructibus Ecceleſiaſticis diſponere Rot. poſt Piton. *allegat.* 48. *nu.* 37. *tom.* 1. *de jure patronat.* 119

Clerieus poteſt à Debitore exigere intereſſe cambiorum, licèt uti negotiator valeat criminaliter puniri Palma Nep. *deciſ.* 97. *n.* 23. *tom.* 1. 120

Clericorum Patrimonia quando redeant ad aſſignantem, vel donantem, vel tranſmittantur ad hæredes Palm. Nep. *allegat.* 30. *n.* 39. *&* 40. *tom.* 1. 121

Clerieus in Minoribus poteſt legitimare Filium per ſubſequens Matrimonium Palm. Nep. *allegat.* 213. *n.* 29. *tom.* 3. 122

Clerici hæreditati jaeenti Curator debet dari per Judicem Eccleſiaſticum Palm. Nepos *allegat.* 301. *nu.* 22. *tom.* 4. 123

Clerieus etiam in caſu, quo poteſt eonveniri coram Judice Laico, adhuc executio contrà eum debet relaxari à Judice Eccleſiaſtico Palm. Nep. *loc. cit. n.* 23. 124

Clerieus eomparens in judicio laicali tenetur ſtare ſententiæ latæ à Judice Laieo Palm. *ibid. n.* 24. 125

Clerieus poſt factam petitionem non poteſt ab ea secedere, & ſic eludere reeonventionem Palm. Nep. *allegat.* 303. *n.* 29. *tom.* 3. 126

Contractus factus à Minore Clerieo abſque ſolemnitatibus Statutariis, valet Mantiſſ. ad De Lue. *deciſ.* 10. *n.* 12. *lib.* 9. *vol.* 3. 127

Nec illarum defectum poteſt opponere per modum privilegii, ſi à prineipio contractus, & re integra voluntatem non declaraverit *ibidem n.* 13.

An Clerieus poſſit per modum privilegii uti Statuto Laieali, vide Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ. pr. &* 2. *lib.* 14. *& deciſ.* 7. *num.* 15. *lib.* 16. *vol.* 4. *& deciſ.* 7. *eod. lib.* 16. *& eod. vol.* 4. & eamd. Mantiſſ. *in Indic. verb. Clericus quoad Statuta Laicalia vol.* 2.

Clerici ſub obtentu immunitatis, & exemptionis non habent facultatem invadendi bona Laicorum, & lædendi juſtitiam commutativam Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 2. *n.* 2. *lib.* 4. *vol.* 3. 128

Clèrici appellatione Civium in favorabilibus continentur Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 26. *n.* 9. *lib.* 9. *vol.* 1. 129

§. CODICILLUS. XIX

CODicillus eſt ultima voluntas minùs ſolemnis, & abſque hæredis inſtitutione de eo quód quis poſt mortem ſuam fieri velit coram quinque teſtibus declarata, ſic nuncupatus à parva cedula, ſive codice, in quo fieri ſolet, & duobus modis fieri poteſt, aut cum teſtamento, ut quando quis facit teſtamentum, & codieillum, vel ante teſtamentum, vel poſt teſtamentum, vel in ipſo teſtamento, aut ab inteſtato ut quando quis nullo condito teſtamento facit codicillum, cujus executio tunc pertinet ad legitimos hæredes ab inteſtato venientes, & fieri poteſt in ſcriptis, & ſine ſcriptis, quomodo differat à teſtamento, quæ ſequirat, & alia, vide text. gloſ. & DD. *Inſtit. tit. de codicill. C. eod. & ff. de jur. codicil.* Tuſch. *lit. C. concluſ.* 404. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 32. *vol.* 4. Vaſqu. *de ſucceſſ. p.* 2. §. 30. *per tot.* ubi plura de codicillis, Atiſm. Tepat. *var. ſent. tit.* 596. *per tot.* Martha *de ſucceſſ. leg. p.* 4. *q.* 20. *per tot.* 1

Qualiter poſſit codicillus probari, & per quot teſtes, Maſeard. *de probat. concl.* 308.

Codicillus dieitur pars teſtamenti, & ab eo robur recipit, venit ad illud contiovativè, & continet omnem modum, conditionem, & qualitates expreſſas in illo, cùm per codicillum non recedatur à diſpoſitione teſtamentaria, niſi in his, quæ expreſsè refor- 2

man-

mantur, maximè si adsit clausula, *addendo*, vel *minuendo*, Gratian. *discept. forens. cap.* 571. *nu.* 25. & *seqq.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 160. *n.* 10. & *seqq.* Et quod dicatur pars testamenti Rot. coram Ansald. *decis.* 14. *n.* 38.

Quòd sit uti ancilla testamenti, illique famuletur, Magon. *decis. Flor.* 4. *n.* 35.

Quòd non deroget voluntati testatoris, nisi quatenus sit contrarius testamento, nec revocet fideicommissum in testamento ordinatum, Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 347. *per tot.* ubi quod disposita in testamento non censentur revocata in codicillis, nisi verba codicillorum id de necessitate importent.

3 Codicillus non potest hæreditatem adimere uni ex filiis æqualiter cum aliis instituto, ita ut nec ademptio obliquetur, latè Gratian. *disceptat. forens. cap.* 902. *per tot.* ubi respondet multis objectis Magon. *decis. Flor.* 4. *per tot.* & *decis. Lucen.* 32. *nu.* 28. &c. vide Vasquez *de success.* §. 25. *per tot. part.* 1. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 13. *nu.* 4. &c. *lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 5. Codicillis non potest directò hæreditas dari, neque adimi Rocc. *cap.* 35. *n.* 50. *tom.* 1. Quod intellige, & limita, ut *n.* 51. & *seqq.* Emerix jun. *decis.* 1093. *n.* 7. Card. De Luc. *de Testam. disc.* 10. *n.* 6. *disc.* 20. *n.* 2. *de Legat. disc.* 52. *n.* 11.

Quòd in codicillis possit per fideicommissum, & verbis obliquis adimi hæreditas, imò etiam si testator usus fuerit verbis directis obliquentur ad sustinendam ademptionem, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 4. *num.* 5. & *seqq.* ubi etiam, quòd in codicillis potest Trebellianica prohiberi Menoch. *consil.* 942. *n.* 4.

Quòd in codicillis non possit dari hæreditas, etiam inter liberos, Altograd. *consil.* 78. *n.* 33. *lib.* 1. & *consil.* 96. *n.* 7. *lib.* 2. *vide in* §. *Hæreditas n.* Tusch. *litt. C. concl.* 406. *per tot.* Neque relinqui legitima, cum requirat titulum institutionis, Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 1. *n.* 11.

Quòd in codicillis neque possit dari, vel adimi substitutus, quicquid aliqui contrarium senserint, Magon. *decis. Flor.* 4. *n.* 6. 27. 28. 34. & *per tot.* ubi etiam *n.* 36. quòd conditio apposita institutioni in testamento factæ, non potest removeri in codicillis, vide Tusch. *dict. concl.* 406. Vasquez *de success.* §. 25. *per tot. part.* 1. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 19.

4 Codicillus si contineat hæredis institutionem, sustinetur in vim testamenti imperfecti inter liberos, licèt à testatore fuerit nuncupatus codicillus, maximè stante clausula, quòd si non valet uti codicillus, valeat jure cujuslibet alterius ultimæ voluntatis, Montan, *de tut. cap.* 10. *n.* 20. vide Tusch. *dict. concl.* 406. *per tot.* Paul Christin. *decis.* 32. *n.* 2. *vol.* 4. ubi quòd institutio facta in codicillis trahitur ad fideicommissum, juxta glos. in *in l. verbis civilibus ff. de vulgar.* & *pupill.* Alex. *consil.* 194. *vol.* 7.

Quòd codicillus continens directam hæredis institutionem, & alias testamenti solemnitates licèt nominetur codicillus à testatore, valeat tanquam testamentum, & omne aliud præcedens testamentum tollat & annullet, quamvis non contineat clausulam, *cassans*, & *irritans*, &c. *per text. in l. non codicillum* 14. *C. de testam.* §. *posteriore*, & §. *sed* & *si quis Instit. quib. mod. test. infir.* Altogr. *consil.* 96. *n.* 8. & 9. *lib.* 2. Cavaler. *decis.* 394. *per tot.*

Et è contra deficiente hæredis institutione, testamentum sustinetur tanquam codicillus, licèt à testatore, & Notario fuerit appellatum testamentum, & adhibiti septem testes, Magon. *decis. Lucen.* 32. *num.* 16. & *seqq. cum Addit.*

5 Codicillus tanquam imperfectum testamentum tollit primum perfectum præcedens favore venientium ab intestato, quando in illo fuerant instituti extranei, secus si venientes ab intestato, *leg. hac consultissima* §. *si quis autem Cod. de testament.* ubi Jas. & alii relati per Magon. *decis. Flor.* 4. *n.* 12. *vide in* §. *Testamentum n.* 44. & *seqq.*

Quòd largo modo codicillus dicatur testamentum, idem Magon. *decis. Luc.* 32. *nu.* 19. & *seqq.* Palm. nep. *decis.* 100. *nu.* 22. *tom.* 1. & *decis.* 491. *num.* 39. *tom.* 5.

6 Codicillus primò factus non tollitur per alium codicillum subsequentum, neque per alıud testamentum sequens, nisi expressè dicatur §. *non autem Instit. de codicill.* Cepol. *caut.* 87. Oinot. *Instit. eodem n.* 17. & *seqq.* Martha *de success. leg. part.* 4. *qu.* 18. *art.* 10. *n.* 96. & *q.* 20. *art.* 2. *n.* 22. ubi etiam nisi secundus esset directè contrarius primo, quia tunc ultimus attenderetur.

Qualiter codicilli revocentur expressè, & tacitè, Tusch. *litt. C. concl.* 408. Merlin. *decis.* 237. & *dec.* 258. in eadem causa.

Et si aliquis possit cum pluribus Codicillis decedere, tamen quando ultimus est contrarius prioribus, illos tollit, textus est in *l.* 3. *C. de Codicill* Rocc. *disp. cap.* 42. *n.* 2 & *seqq. lib.* 1. Rot. *decis.* 207. *num.* 28. & 29. coram Bicch. & *decis.* 16. *nu.* 8. *part.* 17. *rec.* Palm. Nep. *decis.* 491. *n.* 6. *tom.* 5.

Codicillus potest etiam inter absentes per epistolam, vel aliam scripturam privatam quinque testibus munitam celebrari, ut docet Genu. *de scriptur. privat. lib.* 3. *quæst.* 24. *per tot. fol.* 141. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 1. *tit.* 11. *per tot.* 7

Codicillus non rumpitur nativitate posthumi, licèt rumpatur testamentum, nisi sit ab illo dependens, *l. ab intest. ff. de jur. codicil. lib.* 1. *C. eod.* Oinot. *Instit. de codicil. nu.* 13. &c. Pract. Papp. *libel. pro leg. rei sing. glos. Nec. valet* &c. *et glos. seqq. cum Addit.* 8

Codicillus factus coram Parocho, & testibus, ut fidem faciat debent illi testes examinari, & deponere de tenore coram judice competenti, qui qualis sit, & alia ad rem, Honded. *consil.* 26. *nu.* 9. *lib.* 2. Covar. *pract. quæst. cap.* 8. *nu.* 1. Tiraquel. *de pia caus. privil.* 149. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 961. Thomar. *decis.* 138. *n.* 13. *et seqq. vide in* §. *Testamentum n.* 23. ubi plura, & plures allegavi. 9

Alia *vide in* §. *Clausula codicillaris.*

De Codicillis, & clausula codicillari notant plura remissivè Ægid. de Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Codicilli*, & novissimè Com. August. Fontan. *in Bibliothec. leg. part.* 4. *fol.* 256. *etc.* Card. De Luc. *in Indice general. verb. Codicill.* Emerix. Rocc. Mans. & Palm. prout *in Indic.* 10

An autem hæreditas in testamanto data, possit in codicillis adimi, quando quis dicatur codicillari, vel testari, & alia ad rem, Jo: Torre *tract. de success. in majorat.* & *Primog. Ital. p.* 2. *q.* 8. & alibi de codicillis, prout in Indice generali, *verb. Codicilli in fin.* 3. *par.* 11

Codicilli etiam multò post testamentum facti dicuntur pars testamenti, & censentur unica dispositio, & si testamentum non valet ut testamentum, sustinetur ut codicillus, Cyriac. *contr.* 412. *n.* 28. sed vide eumdem *contr.* 444. *n.* 141. &c. ubi videtur sibi contrarius. 12

De clausula codicillari quid operetur, Cyriac. *contr.* 262. *n.* 73. & *seqq.* ac alibi sæpè, & ego dixi plura in §. *Clausula n.* 1. & *seqq.* ubi etiam latè Crescin. *in novissimis additionibus.*

Codicilli dicuntur una, & eadem res cum Testamento quoad ea, quæ juris sunt, non quoad ea, quæ sunt facti Palm. Nep. *allegat.* 31. *n.* 21. *tom.* 1. & *allegat.* 32. *n.* 15. 72. & 73. *eod. tom.* 1. & *allegat.* 368. *n.* 38. *tom.* 4. & *decis.* 491. *n.* 20. & 21. *tom.* 5. 13

Codicilli ferè semper non in singulari numero, sed in plurali denominari solent Palm. Nep. *allegat.* 31. *n.* 33. *tom.* 1. 14

Codicilli trahuntur ad mentem Testamenti, & contentorum in eo Palm. Nep. *allegat.* 32. *n.* 14. *tom. p.* & codicillaris dispositio declaratur a dispositis in Testamentis Palm. Nep. *d. allegat.* 32. *n.* 17. & Codicillus deservit ad interpretationem Testamenti Idem *allegat.* 369. *n.* 61. *tom.* 4. 15

Codicillus, quod mutaverit Testamentum debet ab asserente probari & probatio debet esse concludens, aliàs æquivoca non relevat Palm. Nep. *allegat.* 389. *n.* 21. & 22. & Codicillus dicitur mutasse Testamentum respectu eorum, quæ expressè scripta leguntur *ibid. n.* 23. & codicillus non revocat Testamentum, nisi in iis, quæ expressè revocantur Palm. Nep. *decis.* 428. *n.* 14. 16

Codicillus ultimus confirmans Testamentum in omnibus suis partibus, tollit priorem Codicillum revocantem aliquid dispositum in Testamento Palm. Nep. *decis.* 491. *n.* 7. 17

Codi-

18 Codicillus ab inteſtato confirmatus, ita ut quocumque modo valere debeat, etiam nullo condito teſtamento, aut irrito facto, vel revocato, ſubſtinetur Palm. Nep. *deciſ.* 491. *n.* 15. *tom.* 5. ſecus ſi eſſet confirmativus Teſtamenti, aut ipſe in Teſtamento confirmatus *ibid. n.* 16 vel non eſſet adjecta clauſula ut quocumque modo valeat, aut jure cujuſcumque ultimæ voluntatis *ibid. n.* 17.

19 Codicillus an cenſeatur revocatus vel confirmatus, confirmato, aut revocato Teſtamento Palm. Nep. *deciſ.* 491. *n.* 8. 9. & 14. *tom.* 5.

20 In Codicillis cenſetur repetitus ordo præſcriptus in Teſtamento Palm. Nep. *deciſ.* 447. *n.* 8. & 9. *tom.* 5.

21 Codicillus quandò reddatur ſuſpectus Caprat. *dec.* 258. *n.* 10. *p.* 5.

22 Codicilli ut ſint validi, & probent, requiritur, quod Notarius fuerit de eis rogatus coram ſufficienti numero Teſtium, & eorum nomina deſcripſerit Caprat. *deciſ.* 186. *n.* 6. *p.* 5.

23 Codicilli minus legitimè, & cum minori numero Teſtium confecti non ſubſtinentur, nec ex eis ullum fideicommiſſum extare poteſt Caprat. *deciſ.* 592. *nu.* 2. *p.* 1.

24 Per ſubſequentes Codicillos nunquam cenſetur receſſum à diſpoſitis in Teſtamento Caprat. *deciſ.* 486. *n.* 3. *p.* 2. nec cenſetur receſſum à fideicommiſſo generaliter inſtituto in Teſtamento, quamvis in Codicillis fuerit factum particulare fideicommiſſum *ibid. n.* 4. & ſi Teſtator in fine Codicilli confirmavit in reliquis diſpoſita in Teſtamento, cenſetur voluiſſe recedere à fideicommiſſo, ſed tantum in partibus incompatibilibus, & in reliquis confirmaſſe *ibid. n.* 8. de compatibilitate autem, & quomodò ſuccedatur, vide *ibid. n.* 5. 7. & 9.

25 Statutum enuncians Codicillos intelligitur tantum de ſucceſſionibus jure particulari, & obliquo, non autem univerſali, & directo De Luc. *de Regal. diſc.* 83. *n.* 7.

26 Agnoſcens hæreditatem ex Teſtamento, quod detegatur invalidum, an recurri valeat ad Codicillos De Luc. *in conflict. obſerv.* 76.

27 Codicilli contra hæredem, & ab eò cauſam habentes probant identitatem bonorum Emerix jun. *deciſ.* 218. *n.* 3.

28 Codicilli in priori Teſtamento conditi, licèt fuerint revocati, ſi tamen noviſſimo Teſtamento fuerint confirmati, exequi debent ex actu confirmante, non autem confirmato Rocc. *cap.* 42. *n.* 1. *tom.* 1.

29 Codicillorum confirmatio eſt reſtringenda quo ad ea, quæ illis non ſunt contraria, inſpecta priori voluntate Rocc. *loc. cit. n.* 2.

30 Codicillos inter primos, & ſecundos quando adſit incompatibilitas Rocc. *loc. cit. n.* 3.

31 Codicillorum obſervantia à Teſtatore demandata intelligenda in iiſdumtaxat partibus, in quibus cum poſterioribus repugnantiam non habent, ſecùs autem in ea parte, in qua adinvicem adverſantur, in iſta enim attenditur poſterior diſpoſitio Rocc. *dict. c.* 42. *num.* 10.

§. COITUS XX.

1 Coitus cum meretrice etiam nupta non punitur in foro contentioſo tam ex parte viri, quàm ex parte meretricis, ſed tantùm in foro conſcientiæ pœna peccati mortalis, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 32. & *caſ.* 123. *per tot.* ubi etiam ſubjungit quænam dicatur meretrix, quòd latiùs explicat Menoch. *de arbitr. caſ.* 535. *n.* 2. & *ſeqq.* ubi plura curioſa de meretricum fraudibus.

Quòd coitus uxorati cum ſoluta etiam de jure civili, & in foro temporali ſit criminaliter punibilis, ſi non pœna ordinaria adulterii, ſaltem extraordinariè, vel pro ſtupro, Farinac. *q.* 138. *n.* 21. *in fine*, & alii plures, quos refert, & ſequitur Ciarlin. *contr.* 33. *n.* 76. & *ſeqq. vide in* §. *Adulterium n.* 4. ubi qualiter coitus uxorati cum meretrice nupta licèt reſpecto viri non ſit punibilis, puniatur tamen reſpecto mulieris, ne ex delicto ſuo veniam conſequatur, de quo Sanfelic. *deciſ.* 266. & 341. *per tot.* & dixi in §. *Meretrix.*

Quòd coitus uxorati etiam cum ſoluta, ſi ſit per annos continuatus cum ſcandalo, & malo exemplo populi, ſit punibilis pœna arbitraria ſaltem tanquam res mali exempli auctoritate ejuſdem Caballi caſ. 214. me proponente tenuit Magiſtratus DD. Octo Baliæ Florentiæ de anno 1675. in cauſa Curiæ Sancti Joannis contra quandam Eliſabeth Ippolyti, & alios in filcia Proceſſum 645. n. 126.

Quinam coitus ſint de jure punibiles, vel non, latè Tuſch. *litt. C. concluſ.* 413. *per tot.* Ariſm. Tepat. *var. ſent. tit.* 311. &c. ubi plura notabilia.

2 Coitus adhibitus cum violentia etiam cum meretrice ſoluta, vel nupta, eſt arbitrio judicis punibilis, cùm nec meretrices poſſint ad peccatum compelli, Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 189. *per tot.* ubi etiam refert contrarium tenentes, ſed hæc eſt verior opinio, prout aliis relatis dixi in mea Practica §. *Violenza n.* 5. ubi plura de violentia maximè vigore legis Municipalis Status Etruriæ, & de jure communi, vide in §. *Vis*, §. *Raptus*, & §. *Meretrix.*

3 Coitus cum muliere carcerata ſive honeſta, ſive meretrice etiam conſentiente, & ſine vi, ratione loci punitur arbitrio judicis, gravius tamen ſi cum honeſta, quàm ſi cum meretrice; ſicut è contra habitus per carceratum cum uxore, vel ancilla cuſtodis, propter violationem loci, & aliis de cauſis, punitur itidem arbitrio judicis, quicquid tenuerit Boer. *deciſ.* 317. vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 292. *per tot.* Petr. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 283. *per tot.* Guazz. *deſ.* 6. *cap.* 1. *n.* 58. Farinace. *quæſt.* 31. *num.* 114. & *ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 217. *n.* 21. & *ſeqq. vol.* 5. ubi videtur concludere, quod ſi mulier fuerit meretrix, & vis non adhibita, nullatenus puniatur etiam in cuſtode, ad tradita per Boer. *deciſ.* 317. & Farinac. *loc. cit.* Otter. *de official. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 10. & *ſeqq.* Carpzuv. *Pract. crim. quæſt.* 69. *num.* 24. & *ſeqq.* Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 127. &c. Mathæu. Sanz. *de re crimin. contr.* 51. *n.* 21. & *ſeqq.* Pegaſ. *de ordinat. Reg. Portugal. lib.* 1. *tit.* 3. §. 4. *gloſ.* 6. Fragoſ. *de Regimin. Reipubl. Chriſtian. part.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 13. §. 13. *nu.* 408. &c. Abavo *de reat. quæſt.* 7. *n.* 166. & *in Prax. crim.* §. *Raptus num.* 26. Ant. Faber. *in C. lib.* 9. *tit.* 4. *definit.* 2. Mura *deciſ.* 36. & noviſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 7. *ad* 9. *per tot.* ubi plures alios allegat; & totam materiam per diſtinctionem octo caſuum benè declarat, & *cap.* 4. §. 1. *ad* 4. *n.* 85. & *ſeqq.*

Quid in judice coeunte cum muliere carcerata, vel coram eo litigante, vide in §. *Judex n.* 52. & §. *Officialis n.* 10. latè Maſtrill. *deciſ.* 191. *per tot.*

4 Coitus Judæi, ſive alterius Sectæ Infidelium, at etiam Cathecumeni cum muliere Chriſtiana, vel Chriſtiani cum Judæa, vel alia infideli muliere, ſcienter commiſſus ſub velamine matrimonii, vel etiam ſine velamine matrimonii, ſi alter illorum ſit alio matrimonio copulatus, ita ut dicatur adulterinus, punitur pœnà mortis; ſi verò coeuntes ſint hincinde ſoluti, pœna extraordinaria judicis arbitriu, etiamſi mulier cognita ſit meretrix propter violationem Chriſtianæ Religionis, ut benè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 290. *per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 4. *nu.* 6. &c. & *caſ.* 112. *per tot.* Farinac. *de delict. car. q.* 139. *per tot.* Boer. *deciſ.* 316. P. Manat. *Noct. melanc. Interrog.* 200. §. 6. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 43. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 3910. vide in §. *Judæus n.* 8. &c. §. *Statutum puniens n.* & in Pract. §. *Ebrei n.* 19. & 20. Guttierez *in prax quæſt.* 24. *per tot.* Marthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 56. ubi tamen infideli ad fidem converſo, fuit uterque abſolutus, cùm ageretur de ſimplici coitu inter ſolutos, & cum muliercula meretrice. Vide Bellegrand. *in compendioſ. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæſt.* 9. *n.* 7.

An autem dicta circumſtantia ſit neceſſariò in cõfeſſione exprimenda diverſas opiniones refert Dian. *part.* 3. *tractat.* 4. *reſolut.* 138. ubi ipſe affirmativam ſequitur, quia mutat ſpeciem, & *part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 3. ubi quòd etiam negativa eſt probabilis, ſed probabilior affirmativa.

5 Coitus cum ancilla propria, punitur arbitrio judicis extra ordinem quando non fuit ab alio cognita, nam ſi ſit ab alio cognita, quo ad dominum non punitur,

Gramat. *decis. ult. n. 7.* Clar. *§. Fornicatio versic. mulieris*, Menoch. *de arbitr. cas. 293. per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 958. num. 13. etc.* Thes. *decis. 3. num. 3.* Marcian. *disp. forens. cap. 29. num. 17. etc.* vide in §. *Stuprum num.* & in Pract. *§. Stupro num. 6. & 18.*

6 Coitus cum virgine immatura, & non viripotente, etiam nulla vi, vel raptu adhibito, punitur secundum multos pœna mortis, vel veriùs secundùm alios arbitrio judicis; si verò intervenit raptus, vis, & corruptio, punitur absque dubio pœna mortis naturalis, latè Menoch. *de Arbitr. cap. 294. per tot.* Cabal. *resolut. crimin. cas. 20. per tot.* Farinac. *q. 147. §. Stuprum*, Thes. *decis. 3.* Ricc. *Prax. var. resol. cap. 398.* Card. Tusch. *litt. S. conclus. 709. & 710.* Joseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis. 52. nu. 11. & per tot.* dixi in mea Pract. §. *Stupro n. 4.*

De coitu cum fœmina dormiente, quodnam peccatum luxuriæ contineat, vide Dian. *part. 9. tract. 9. resol. 2. per tot.* ubi an præter malitiam ordinariam juxta conditionem mulieris, contineat etiam raptum formalem, & alia.

7 Coitus contra naturam humanæ societatis dicitur illa, qui cum propria matre, vel alia ascendente, committitur, sicut è contra cum filia, vel alia descendente; contra naturam sexus, qui committitur inter masculos; contra naturam generis humani cum brutis, contra naturam usus ipsius sexus, quando masculus cum fœmina præpollera venere, & in vase prænaturali coit; contra naturam naturæ ipsius sexus quando duæ mulieres simul actum venereum faciant fricando, & se corrumpendo, & contra naturam coitus quando quis se propriis manibus polluit, qui quidem coitus sapiunt sodomiam, & quibus pœnis afficiantur, latè declarat Menoch. *de arbitr. cas. 286. per tot.* Cabal. *resol. crimin. cas. 26. per tot.* Card. Tusch. *litt. S, conclus. 316.* Farinacc. *quæst. 148.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 3. cap. 17. & 18. cum pluribus seqq.* Peguer. *decis. 7.* Joseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis. 52. nu. 34.* vide in §. *Sodomia num.* & dixi in Pract. §. *Sodomia num. 8. & seqq.* Joseph. Ludovic. *decis. Lucens. 17. num. 22. etc.*

De coitu inter hermaphroditos an sapiat sodomiam, & sit punibilis, vide Zacch. *quæst. Med. legal. lib. 7. quæst. 8. tit. 1. fol mihi 491.* & latiùs Matthæu. Sanz. *de re crim. controv. 48. num. 21. & seqq. & num. 40. & seqq.* ubi quòd non, circumscriptis aliis prohibitionibus contra Zacch. *loc. cit.* & vide in §. *Matrimonium num 37.*

Quòd coitus mulierum inter se, maximè alio instrumento non adhibito, non sit tam grave, & contra naturam delictum, prout masculorum inter se, & ideo non eadem pœna mortis, sed mitiùs sit puniendum, Gomez. Leon. *decis. Hispalen. 37. per tot.* ubi plura considerantur ad diminutionem dicti delicti, ex quibus revocata prima sententia mortis, fuerunt illæ mulieres flagellis, & exilio punitæ. Sed de gravitate dicti criminis, & ejus pœna, Boer. *decis. 316. nu. 14.* Vide Pegueram *decis. 72. ferè per tot.*

De coitu cum muliere mortua, quòd non contineat in se aliam malitiam, quàm pollutionis factæ adjutorio illius cadaveris tanquam si esset facta pollutio mediante alio instrumento inanimato, vel statua, sive pictura; ita ut sufficiat in confessione dicere se pollutionem commisisse, nisi fiat cum alio affectu fornicario, vel adulterino, quia tunc ille affectus deberet explicari, licèt etiam alii sentiant esse bestialitatem, vide Dian. *part. 9. tract. 9. resol. 1. per tot. & par. 11. tract. 5. resol. 46. versic. ex his*, ubi infert hujusmodi coitum non præstare causam divortii secundùm unam opinionem.

Qualiter dictus coitus cum muliere mortua habitus, sit puniendus in foro externo graviter pro injuria, & violentia cadaveri illata, Boer. *decis. 316. num. 10. & seqq.* ubi etiam de coitu cum brutis qualiter puniatur etiamsi non fuerit perfectus, quando deventum fuit ad actus proximos, & alia.

8 Coitus incestuosus dicitur committi inter ascendentes, & descendentes simul coeuntes, vel inter privignum, & novercam, vel cum concubina patris, vel inter socrum, & nurum, sive inter generum, & socrum, sive inter fratres, & sorores, vel consobrinos, & consobrinas, sive cum filia fratris, vel sororis, vel cum amita, sive matertera, vel cum uxore fratris, & sic cum cognata, vel quando quis coivit cum duabus sororibus, sive cum matre, & filia, sive cum moniali Deo dicata, sive cum filia spirituali mediante baptismo, vel confessione, sive cum comatre, & in summa de jure canonico inter conjunctos usque ad quartum gradum inclusivè, & inter quos etiam ob solam publicam honestatem matrimonium contrahi prohibetur, ut latè declarat Menoch. *de arbitr. cas. 502. per tot.* Cabal. *resol. crim. cas. 200. per tot.* Clar. & Bajard. in §. *Incestus*, Card. Tusch. *lit. I. conclus. 69.* Farinac. *qu. 149.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 57. per tot.* Conciol. & Romaguci. *ad stat. Eugub. lib. 4. rubr. 23. per tot.*

Quòd committatur etiam à Sacerdote cum muliere soluta, Paul. Christin. *decis. Belgic. 161. vol. 1.* licèt alii contra, ut dixi in §. *Fornicatio*.

Coitus incestuosus commissus per modum fornicationis, & sine colore matrimonii, de jure civili punitur pœna mortis, cùm sit delictum adulterio gravius, interdum tamen mitiori pœna, quando non est inter ascendentes, & descendentes, prout diversimodè juxta facti, & personarum qualitatem quandoque fuisse judicatum, testatur Menoch. *d. cas. 502. num. 31. et seqq. ad 40.* Clar. §. *Incestus versic. sed quæro*, Boss. *tit. de coit. damn. nu. 4.* Thes. *decis. 100.* Nec etiam dicta pœna ordinaria locum haberet quando ambo incestum committentes ignorarent sanguinis conjunctionem, vel aliam qualitatem, quæ incestum facit, sed tunc puniuntur pœna arbitraria, cùm dederint operam rei illicitæ, nisi mulier esset publica meretrix, quia tunc cessaret omnis pœna, ex quo coitus cum illa est in foro fori impunibilis, ut declarat Menoch. *d. cas. 502. n. 42. & seqq.* vide Cabal. Farinac. & alios supracitatos, Ricc. *Collect. 151. 4221. & 1869.* & dixi in §. *Incestus num. 1. &c.* ubi qualiter puniatur in statu Ecclesiastico vigore Bullæ Sixti V. 9

Coitus incestuosus scienter, & dolosè commissus in colore, & figura matrimonii, punitur variis pœnis de jure civili, nam dissolvi debet matrimonium, annullantur donationes, confiscantur ipso jure bona, *ne* dos ipsa, contrahentes privantur dignitatibus, & exilio plectuntur, privantur facultate testandi, illorum filii sunt incapaces bonorum paternorum, nec possunt legitimari, si sit cum noverca potest committens exhæredari, & privatur feudo, quæ quidem pœnæ procedunt etiam in incestibus à jure canonico inductis; cessarent tamen quando sponsalia tantummodò de futuro essent contracta, vel inter minores, si deindè facti majores recesserint à nuptiis, vel ex justa ignorantia, & errore probabili, quis dicatur error justus, & quæ probabilis ignorantia, & alia ad rem, vide per Menoc. *d. cas. 502. num. 46. & seqq. ad 97.* Farinac. Cabal. cum aliis supracitatis dixi in §. *Incestus*. 10

Quòd imò pœnæ inductæ à jure civili pro incestu procedant tantùm in casibus, in quibus de jure civili committitur incestus, & non porrigantur ad casus incestuosos à jure canonico inductos, & sic cessare pœnam mortis ubi de jure civili non est incestus, quicquid aliqui dixerint, probat, & de veriori testatur Sanfelic. *decis. 417. per tot.* cum Addit. ubi etiam si sit duplicatus incestus, & cum stupro.

Quoad confiscationem bonorum, vide in §. *Confiscatio*, ubi quòd hodiè est sublata, exceptis casibus, de quibus ibidem.

Coitus, sive copula carnalis non potest directè probari etiam si testes dicerent se vidisse membrum in vulva, quia potest esse quòd non fuerit emissum semen, per quod fit vera conjunctio; Sed probatur ad quemcunque effectum per visum, vel auditum signorum proximorum ipsi copulæ in loco congruo, & opportuno, & per alia adminicula, de quibus Lab. *alleg. 54. per tot.* Seraph. *decis. 893. per tot. vide in §. Stuprum num. 2. & 3.* Mascard. *de probat. concl 59. & seqq. & concl. 312. & 452.* Tusch. *lit. A. conclus. 223. & litt. C. conclus. 105. & 414.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. 18. art. 4. nu. 9. &c.* Rot. *part. 9. recent. decis. 163. & part. 10. decis. 19. per tot.* ubi de probatione copulæ ad effectum confirmationis, vel dissolutionis Sponsalium 11

falium ob fornicationem sponsæ p. 12. *decis.* 51. & 275. *nu.* 12. & *seqq.* ubi de coitu adhibito cum sorore uxoris ante contractum matrimonium, qui reddit nuptias incestuosas, & filios incapaces successionis, ut dixi in *§. Affinitas num.* 2. & *§. Successio num.* 4. De probatione copulæ vide Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 13.

Sed stante ignorantia dicti impedimenti saltem in uno ex coeuntibus, cessare pœnas ordinarias incestus, & filios non esse incestuosos, sed naturales, & successibiles, Rot. *in eadem causa d. part.* 12. *decis.* 325. *nu.* 7. & *seqq.* vide in *§. Filiatio*.

De probatione adulterii ex inditiis ad effectum separationis thori, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 357. *per tot.* vide in *§. Adulterium n.* 6.

Quòd copula præsumatur per cohabitationem concludenter probatam, quæ tamen præsumptio cessaret stante minori ætate sponsæ, Castr. *consil.* 277. *num.* 5. *lib.* 1. Garzia, Cardin. Millin. *in decis.* 329. *n.* 7. &c.

Quòd autem depositio testis de copula de visu per foramen ostii factum pro aditu gattorum, sit multum inverisimilis, & non probet stantibus etiam aliis defectibus in persona testis, idem Card. Millin. *decis.* 376. *num.* 6. 7. & 8. & alia plura de probatione copulæ, vide per Seraph. *decis.* 893. *per tot.*

Qualiter copula probetur conjecturis, veluti jacendo in eodem lecto, vel in eadem domo (attenta tamen qualitate personarum) & per alios actus proximos, qui possunt probari per testes singulares, Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de copula carnali resol.* 50. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 537. *num.* 57. & *seqq.* ubi quòd probatur per testes singulares, & domesticos, intelligendo quando aliquis non est puniendus.

12 Coitus impotentia, probatur per confessionem viri in sui præjudicium, qualiter ad dissolvendum matrimonium ex hac causa requiritur triennalis experientia, nisi statim per inspectionem constet de vitio, & impotentia, ac alia, Mascard. *de probat. concl.* 311. & latiùs *concl.* 888. *per tot.* vide in *§. Matrimonium n.* 19. ubi plures allegavi.

13 Coitus cum sorore uxoris suæ per errorem in conditione personæ, non obligat ad legitimam uxorem dimittendam, sicuti videmus quòd cognoscens conjugatam credens illam esse solutam non committit adulterium, text. & glos. *in cap. in lectum* 34. *qu.* 2. Mascott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 127. *num.* 4. &c. ubi plura an, & quando error in qualitate personæ, in quam delinquitur, excuset à delicto vel non, & distinguit, nam aut qualitas, in qua erratur est illa, quæ facit esse delictum, & qua cessante nullum esset delictum, & tunc error excusat; aut qualitas non est illa, quæ inducit delictum, nec facit illud cessare, & error nihil operatur; aut qualitas alterat speciem delicti, & facit illud de uno in aliud trânsire, & tunc error in qualitate benè operatur, intelligendo quoad secundum casum, ut declarat ibidem *n.* 10. &c. facit quod dixi *in §. Homicidium n.* 17.

14 Coitus cum moniali est sacrilegium, imò etiam adulterium spirituale, quia sponsa Christi violatur, & incestus, quia Deus est omnium pater; punitur pœna excommunicationis, & aliis pœnis spiritualibus, ac etiam capitalibus quoad masculos, & quoad ipsas moniales se violari permittentes pœna perpetui carceris: est crimen mixti fori quoad laicos, & alia plura de hac materia Ascan. Tamburin. *in suo celeberrimo tract. de jure Abbatissar. & Monial. disp.* 11. *per tot.* dixi in *§. Sacrilegium num* 4. ubi plura, & plures allegavi. Et quid servetur in delictis mixti fori alibi adnotavi, & præcipuè in *§. Adulterium*, & *§. Concubina*.

Quòd coitus cum moniali ultra adulterium, sacrilegium, & incestum ut supra contineat etiam stuprum, quia violatur virgo honestè vivens: quoad laicos sit delictum mixti fori, & puniatur pœna mortis naturalis, & alia ad rem, Cabal. *resolut. crim. cas.* 200. *num.* 71. & *seqq.* ubi refert tempore suo, & eo Judice cum alio delegato fuisse ex hac causa quemdam Medicum de Doctis à Burgo S. Sepulchri decapitatum, & bona ejus omnia confiscata ex lege particulari in dominio Florentino vigente: de hac materia coitus cum Moniali, vide etiam Farinac. *quæst.* 146. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 20. Clar. cum Bajard. *in §. Fornicatio nu.* 17. & novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. *§.* 14. *per tot.* ubi ampliat etiam si Monialis fuisset antea ab alio deflorata, & corrupta, quid pro simplici ingressu Monasterii cum scalis, vel perforato pariete, & non aliter consummato delicto ex pœnitentia, vel alia causa, quid servandum contra personas Ecclesiasticas in hac, vel simili materia gravi delinquentes, & alia plura scitu digna, de quibus ego dixi alibi in locis opportunis, *vide in §. Monasterium num.* 20. De pœna coitus cum Tertiaria vide Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 9. *n.* 5.

Coitus cum muliere pulchra, vel cum juvene pulcro, licèt sit delictum, & peccatum, tamen dicitur quodammodò minus, quàm cum turpi, *in §. ex maleficiis Institut. de act.* Petra ad Capyc. *decis.* 44. Addit. ad Jason. Sanfelic. *decis.* 337. *versic. secundo* &c. ubi alia plura ad excusationem mulieris adulteræ cum pulcro juvene, veluti si maritus malè olebat, si non reddebat debitum, & hujusmodi, sed nimis laxatis habenis judicio meo, vide in *§. Adulterium*. 15

Alia de delictis carnis, vide in *§. Adulterium*, *§. Concubina*, *§. Fornicatio*, *§. Sodomia*, & *§. Stuprum*.

Quid si coitus esset cum puella in Monasterio pro educatione retenta, & nondum professa dixi in *§. Sacrilegium num.* 4. 16

Quòd osculans Monialem extraordinariè puniatur, Farinac. *d. qu.* 146. *num.* 33. Decian. *d. cap.* 20. *n.* 16. Raynal. *loc. cit. num.* 18. 17

Coitus contra naturam quando dicatur committi Peguer. *decis.* 72. *ferè per tot.* 18

Coitus illicitus non præsumitur, ubi potest esse licitus Menoc. *de Præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 54. *a n.* 20. *usque ad n.* 31. Spad. *cons.* 86. *n.* 24. *libr.* 3. 19

Coitus primus inter conjuges non est gratuitus, quia statim post consensum mutuum de præsenti tenetur reddere debitum Fagnan. *in cap. ex publico nu.* 5. *de convers. conjugator.* 20

Coeundi potentia anticipat pubertatem Panormit. *in cap. a nobis n.* 3. *not.* 2. *de Despons. Impub.* Pen. *decis.* 1616. *n.* 14. 21

De Coitu cum bruto, item de coitu cum incubo, vel succubo, Vide Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract.* 10. *quæst.* 10. 22

§. COLLATIO XXI.

Collatio bonorum quid sit, quo jure inducta, an & quando habeat locum, vel non, quid inter succedentes diverso jure, inter quas personas procedat, quæ requirantur ut procedat, quòd habeat locū tantùm inter descendentes succedentes suis ascendentibus, non verò inter ascendentes, vel collaterales, sive extraneos, vide Jas. & alios *in auth. quod locum C. de collat.* Bertachin. *in Repert. verb. Collatio*, Pract. Papp. *libell. pro hæred. divis. glos.* 1. *n.* 9. &c. & latè Michalor. cum aliis per eum citatis *tract. de fratr. p.* 1. *cap.* 12. 13. 14. 15. & 16. *per tot.* Altimir. Tepat. *var. sent. tit.* 642. *per tot.* plenè Thomat. *decis.* 50. *per tot.* & *decis.* 223. Seraphin. *dec.* 1392. *decis.* 568. & *decis.* 845. Urceol *consult. forens. cap.* 40. *num.* 1. & *seqq.* ubi plura de modo collationis dotium faciendæ inter sorores simul succedentes, Peregrin. *decis.* 62. & 63. *per tot. decis.* 104. *num.* 13. latè Tusch. *litt. C. conclus.* 424. *cum pluribus seqq.* Merlin. *decis.* 586. ubi inter fratres diversi matrimonii, Paul. Christin. *decis.* 2. *volum.* 4. & *decis.* 198. *volum.* 5. Fachin. *controv. jur. lib.* 5. *cap.* 77. & *seqq. ad* 83. idem Christin. *decis.* 198. *per tot. volum.* 1. & *ad leg. Municip. tit.* 16. *art.* 3. *etc.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 377. 378. *et* 379. *in eadem causa*, *et part.* 18. *decis.* 482. *et* 620. *et part.* 19. *decis.* 341. & post Urceol. *de transact. decis.* 75. Gabriel Vasquez. *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 7. §. 5. *per tot. fol. mihi* 328. ubi plura de collatione quo ad forum conscientiæ. Palm. nep. *alleg.* 33. *et alleg.* 34. *tom.* 1. Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr.* 6. *decis.* 11. *decis.* 12. *et decis.* 13. *vol.* 2. & latissimè Brunemann. *sup. ff. et Cod.* 1

Prædictis adde Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *gloss.* 3. *tit.* 4. *fol.* 294. *et gloss.* 6. *fol.* 298. ubi plenè de materia collationis inter hæredes, Cyriac. *contr.* 565. *num.*

13. *et seqq.* Leon. *tom.* 2. *decis.* 164.

An autem in collatione veniant etiam fructus rei quæ confertur, vide Paul. Christin. *decis. Belg.* 178. *volum.* 1. ubi negativè fuit resolutum.

Qualiter filius volens succedere parentibus, tàm ex testamento, quàm ab intestato teneatur fratribus cohæredibus ea omnia conferre, quæ sibi à dictis parentibus fuerunt donata, etiam contemplatione matrimonii, nisi fuerit prohibita collatio, cum id totum pendeat à voluntate parentum, latè Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 389. *per tot.* facit quod dixi in *§. Donatio num.* 19. *et seqq.* & dicta decisio fuit magistraliter confirmata sub die 18. Junii 1668. coram Bevilaqua, facit Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 137. *num.* 11. *et par.* 14. *decis.* 3. *per tot.* & *decis.* 417. *per tot.* ubi quòd primogenitura non confertur, nec imputatur, etiam quoad pretium sed ea detracta, omnes in aliis bonis paternis unà cum primogenito æqualiter succedunt.

Collatio bonorum datur in donatione, & differt ab imputatione, & est rei propriæ in commune luctum ab hærede facienda, ut collata inter hæredes dividantur Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *num.* 1379. *et* 1380. *tom.* 5.

Collatio bonorum an fieri debeat ab emancipato Altimar. *de Nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst.* 1. *n.* 87. *vers. et collatio cum seqq. tom.* 8.

Donatio contemplatione matrimonii an conferatur De Luc. *de Donat. in Summ. n.* 74.

Collatio Dotis fieri debet per filiam De Luc. *de hæred. disc.* 31. *n.* 7. Quod tamen intellige ut *ibidem nu.* 50. *et seqq.* Et vide Brunnemann. *supr. ff. in Indic. verb. collatio, et sup. Cod. pariter in Indic. verb. collatio.*

Collatio an sit facienda a primogenito secundogenitis de impenso a Patre pro titulo, seu dignitate Card. De Luc. *de Feud. disc.* 9. *n.* 17. Brunnemann. *sup. ff. lib.* 37. *tit.* 6. *leg.* 1. *n.* 17. *et* 25.

Nepotes cum patruis succedentes avo accepta patris conferre tenentur Brunnemann. *sup. ff. lib.* 37. *tit.* 6. *leg.* 1. *n.* 8.

Collationis forma in quibus consistat Brunnemann. *sup. ff. libr.* 37. *tit.* 6. *leg.* 1. *n.* 11.

Non conferuntur sumptus studiorum, nec adventitia, nec dona baptismalia, nec quæ pater præcipua reliquit, nec consumpta, nec expensæ nuptiales, nec actio injuriarum, nec pecuniæ dotalis usuræ Brunnemann. *sup. ff. libr.* 37. *tit.* 6. *leg.* 1. *et tit.* 7. *leg.* 1.

Actiones natæ conferuntur Brunnemann. *sup. ff. libr.* 37. *tit.* 6. *leg.* 1. *n.* 27.

Quæ non transferuntur in hæredem, non conferuntur Brunnemann. *supr. ff. libr.* 37. *tit.* 6. *leg.* 1. *n.* 28.

Collatio a patre prohiberi potest Brunnemann. *supr. ff. libr.* 37. *tit.* 6. *leg.* 10. *n.* 3.

Diverso Jure succedentes an conferant Brunnemann. *supr. ff. libr.* 37. *tit.* 7. *leg.* 6. *n.* 1. *et* 2.

Res ipsa, & non æstimatio est conferenda Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 6. *tit.* 20. *leg.* 5. *n.* 3.

Collatio in divisione hæreditatis omissa potest officio Judicis fieri Brunnemann. *supr. Cod. lib.* 6. *tit.* 20. *leg.* 8. *n.* 3.

Collatio locum non habet, nisi inter Descendentes. Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 6. *tit.* 20. *l.* 9. *n.* 5.

Quæ in Codicillis relicta sunt in collatione non veniunt. Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 6. *tit.* 20. *l.* 10. *n.* 1.

Collatio proprie eorum bonorum est, quæ sunt conferentis propria. Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 6. *tit.* 20. *l.* 2. *n.* 4.

a Collatio beneficii Ecclesiastici facta digno, prætermisso digniore, admittit appellationem, & potest per superiorem mediante novo examine irrita, & nulla declarari, Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* Gratian *discept. forens. cap.* 211. *n.* 30. &c. *vide in §. Episcopus n.* *§. Electio num.* 5.

Collatio Beneficii probatur ex libro, ubi registrari solet Altimar. *de Nullit. rubr.* 7. *quæst.* 4. *n.* 12. *tom.* 1.

Collatio beneficii non ex incertitudine vitietur Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæst.* 8. *n.* 164. *tom.* 3. Lara *de Anniverf. libr.* 1. *cap.* 10. *n.* 20.

Collatio beneficii nulliter facta necesse habet, ut iterum confirmetur, aliàs nihil operabitur Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 36. *n.* 250. *tom.* 6.

Collatio beneficii non est actus ordinis, sed jurisdictionis Fagnan. *in cap. vel non est compos. num.* 24. *de Temp. Ordin.*

Collatio beneficiorum alia est necessaria, alia est voluntaria Fagnan. *in cap. ex frequentibus num.* 3. *de Instit.*

Collatio Parochialis est debita magis idoneo prælecto Fagnan. *in cap. ex frequentibus n.* 7. *de Instit.*

Collatio, quando constat, quod spectat ad alterum, non suffragatur Episcopo juris assistentia super collatione Beneficiorum Caprar. *decis.* 82. *n.* 26. *part. pr.*

Collatio Præbendarum, & Canonicatuum Cathedralis, de jure debet esse simultanea inter Episcopum, & Capitulum Caprar. *decis.* 495. *n.* 2. *p.* 2.

Collatio Canonicatuum, & Præbendarum potest esse solius Capituli, vel vigore immemorabilis, vel centenariæ. Caprar. *d. decis.* 495. *n.* 5. *et* 6., Vel etiam vigore Quadragenariæ, versante solùm quæstione circa tituli necessitatem, in qua hinc inde opiniones allegantur. *ibid. n.* 7. 8. & 9.

Collatio Dignitatis in Cathedrali reservatur Episcopo, & Collatio Præbendæ, ei, ad quem de jure pertinet. Caprar. *d. decis.* 495. *n.* 22.

Collationes probant Beneficium esse in statu collativo. Caprar. *decis.* 79. *n.* 20. *part. pr.*

Plura de collatione beneficii Ecclesiastici, & Jurispatronatus, Tusch. *lit. C concl.* 419. *et seqq. usq. ad concl.* 447. Ricc. *Coll.* 1374. & alibi pluries prout in ejus *Rep. verb. Collatio*, Coccin. & alii passim *in Rep. verb. Collatio*, & præsertim in Decisionibus Canonicis Diversorum, Mascar. *de probat. concl.* 173. & *seqq.* & *concl.* 313. & *seqq* Thomat. *decis.* 300. *per tot.* Marescot. *var. resol. lib.* 1. *c.* 55. Bertachin. *in Repert. verb. Collatio.* Lara *lib.* 2. *de anniversf. cap.* 10. Et plura cumulant Pen. *in decis. tom.* 1. & 2. Spad. *in cons. tom.* 2. & 3. Fagnan. *supr. Decr.* De Luc. *in Indic. general.* Emerix Caprar. Piron. ignatel. & alii moderni.

De nullitate, & invaliditate collationis beneficiorum vide Spad. *cons.* 16. *n.* 10. *cons.* 45. *n.* 9. *cons.* 20. *num.* 2. *cons.* 116. *n.* 4. & 5. *tom.* 3.

De collatione beneficii eadem die facta ab Ordinario, & à Papa, quæ sit præferenda, vide in *§. Gratia n.* 14.

De collatione bonorum, & beneficiorum multa exhibet Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Collatio*, & de istis, ac aliis collationibus, Com. August. Fontan. *in Bibliothec. leg. part.* 4. *verb. Collatio fol.* 261. &c. b

De collatione bonorum plura notant De Luc. *in Indic. gener.* Mans. Palm. Brunnem.

De collatione ordinum & primæ tonsuræ latè Card. De Luc. *in Indic. general.*

§. COLLECTA XXII.

COllecta dicitur onus extraordinarium, quod imponitur personæ pro rebus, nec habet certam, ordinariam, & determinatam præstationem, sed pro necessitatibus temporum variatur, quandoque magna, quandoque parva, & quandoque nulla imponitur, & est vel personalis, ut quando imponitur personæ, vel realis quando imponitur super certis bonis allibratis, vel mixta quando ratione bonorum, & personæ, ut colligitur ex traditis per Card. Tusch. *lit. C. concl.* 447. *cum tribus seqq.* ubi plura, quid sit collecta, à quibus, & in quo loco solui debeat, quot sint illius species, quomodo, & super quibus imponatur, per quos, & quibus imponi possit, & alia ut ibi per eum, & *lit. O. conclus.* 118. *cum pluribus seqq.* ubi quòd omnia onera vel sunt realia, vel personalia, vel mixta, quæ dicantur talia, à quibus, & in quo loco solui debeant, vel non, & alia, adde Paul. Christin. *decis.* 18. & *seqq. vol.* 1. & *decis.* 39. *cum pluribus seqq. d. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 1950. Atismin. Tepat. *var. sent. tit.* 584. & 585. *per tot.* ubi plura notabilia de collectis, & tributis, Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *rub.* 39. *per tot.* & *rub.* 40. alia vide in hoc Opere §. *Universitas n.* 17. Et collecta, quæ imponitur personis pro rebus est munus patrimoniale Fagnan. *in cap. licet n.* 19. *de Censib.* Et an collecta sit munus extraordinarium, & an ex statuto inferiorum possit fieri ordinarium Fagnan. *ibid. n.* 30. a

Collecta certa, & perpetua, an dicatur onus reale, b
vel

vel mixtum, & an cum bonis ad Clericos tranſeat, vide Sperel. *deciſ.* 36. *per tot.* & *deciſ.* 182. ubi ſe redimit ab impugnationibus Anſald. *de juriſd. part.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. & *per tot.* circa conſuetudinem immemorabilem ſtatus Florentini, & *deciſ.* 35. declarat quæ ſint onera realia, quæ perſonalia, & quæ mixta, ad effectum, ut tranſeant, vel non tranſeant unà cum bonis in Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, & *deciſ.* 37. an in his operetur conſuetudo immemorabilis, ubi latè firmat quòd non, ſed impugnatur validè ab Anſald. *loc. cit.* & quamvis ab eo ſe redimat ut ſupra, an tamen benè in omnibus, & per omnia, aliis decidendum relinquo, & quid ſervetur, ac quibus fundamentis dixi *in* §. *Clericus num.* 45. latè Tuſch. *litt. O, concluſ.* 126. & *ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 229. *num.* 56. & *per tot.* & *deciſ.* 230. *per tot. vol.* 1. & *deciſ.* 102. *vol.* 3. *deciſ.* 39. *cum pluribus ſeqq. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 265. & 504. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de melioram. et expenſ. quæſt.* 10.

3 Collecta, & gabella poteſt imponi pro induſtria, & artificio, ſicuti pro negotiatione, & mercimonio, & ſuper fructibus partis colonicæ, ut latè probat Menoch. *de arbitr. cap.* 562. *num.* 41. *etc.*

An autem poſſit imponi colonis partiariis perſonarum Eccleſiaſticarum, dixi *in* §. *Colonus num...*

Et quando Communitas ſit manutenenda, vel non in quaſi poſſeſſione exigendi collectas, vide Ciarlin. *controv.* 132. *per tot.*

4 Collecta an poſſit imponi forenſibus pro bonis, & cenſibus poſſeſſis in territorio collectare volentium, vide Guidopap. *deciſ.* 7. Boer. *deciſ.* 260. *n.* 11. Mangil. *de imput. quæſt.* 81. *nu.* 43. *et ſeqq.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 29. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 66. *num.* 2. *et* 9. Sperel. *deciſ.* 35. *num.* 17. dixi *in* §. *Forenſis nu.* 5. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 229. *vol.* 1. *et deciſ.* 40. *et* 41. *vol.* 5. Ricc. *Collect.* 1876. ubi pluribus modis ampliat, & limitat, Cabed. *deciſ.* 91. *per tot.* Romaguer. *loc. ſup. cit.* Vide Card. De Luc. *de Regal. diſc.* 77. *n.* 2. *diſc.* 83. *ſub n.* 9. *diſc.* 84. *n.* 7. *diſc.* 92. *n.* 2. *et* 3. *de Decimis diſc.* 5. *n.* 12. *et* 13., ubi etiam quid ſervetur de conſuetudine.

Et quod collecta realis ſolvatur a forenſibus. Idem Card. De Luc. *de Regal. diſc.* 189. *n.* 9. *de Decim. diſc.* 5. *n.* 12 *et* 13.

An autem valeat pactum in contractu cenſus appoſitum, quòd à venditore cenſus ſolvatur collecta ſuper cenſu impoſita, vel imponenda, latè Urceol. *conſult. forenſ. in cap.* 35. *per tot.* ubi videtur firmare quod valeat dictum pactum ſtante juramento, & aliqua alia juſta recompenſatione, ut quia emptor contentus ſit minori annno redditu, puta ſex, vel ſeptem pro centenario, ſi in loco poſſet aliàs exigere ad rationem octo, vel novem pro centenario, & vide *in* §. *Pactum num.* 25. Noguerol. *allegat.* 2. *nu.* 52. & 53. Sanfelic. *deciſ.* 121. ubi contrarium concludit quando eſſet taxatum pretium cenſus, ut non poſſit certam ſummam excedere, ne aliàs fiat fraus legi.

5 Collecta an ſit ſolvenda pro bonis ſitis extra territorium collectare volentis per cives ſubjectos, & ſic an cives poſſint collectari pro bonis alibi ſitis, vide Guidopap. *deciſ.* 5. *per tot.* Tuſch. *litt. O, concluſ.* 132. *per tot. cum aliis antecedentibus,* & *ſequentibus,* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 39. *num.* 21. &c. *vol.* 5. ubi diſtinguit Mangil. *de imput. quæſt.* 81. *num.* 42. & *ſeqq.*

6 Collecta qualiter non ſit ſolvenda ab habente duodecim filios, *vide* §. *Pater num...* & §. *Privilegium nu.*.

7 Collecta an ſit ſolvenda à locatore, vel à conductore, vide Boſſ. *tit. de Princip.* & *ejus Privil. n.* 120. & *ſeqq.* Franch. *deciſ.* 107. *num.* 5. &c. vide in §. *Conductor. n.* 27. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 99. *volum.* 5. Ciarlin. *controv.* 209. *num.* 36. &c. Carroc. *de locat.* & *conduct. par.* 4. *tit. de collect. num.* 4. 5.

An à legatario alimentorum ex certo fundo, Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 91. ubi quod non.

8 Collecta impoſita pendente tempore retrahendi, vel ex pacto, vel vigore ſtatuti, ſi fiat retractus, eſt ſolvenda ab illo, qui poſſidebat tempore impoſitionis, & non à retrahente, *l. quæro, ff. de uſur. leg. ſi pendentes* §. *ſi quid ff. de uſufr.* Bart. *in leg. neque ff. de impenſ. in reb. dot. fac.* Tiraquel. *de retract. convent.* §. *fin. n.* 84.

9 Collecta jam deſtinata, licèt non impoſita, nec denunciata, ſi interim vendatur fundus, & poſteà diſtribuatur per æs, & libram, an ſit ſolvenda ab emptore, vel à venditore, pulchrè pro emptore contra venditorem conſuluit videndus Natt. *conſ.* 71. *per tot.* motus præcipuè quia ſit inſpicienda origo temporis, quo debitum fuit contractum, ſequitur Paul. Chriſtin. *deciſ.* 18. *num.* 19. *vol.* 5.

An, & quomodo emptor, vel alius ſucceſſor ſingularis poſſit ratione hypothecæ conveniri pro oneribus, & collectis præteritis, & ipſe recuperare à venditore, vel aliis, latè Tuſch. *litt. O, concluſ.* 130. *per tot.*

10 Collecta eſt ſolvenda à poſſeſſore qui percipit fructus, & ideò à venditore cenſus, & uſufructuario, ſicut etiam pro rata à penſionario, Gratian. *deciſ.* 20. *per tot. ſupra n.* 4. Ciarlin. *contr.* 201. *n.* 41. *et contr.* 209. *nu.* 35. ubi quòd eſt ſolvenda ab uſufructuario, & plura ad excuſationem penſionarii, ne teneatur ad collectas, vide *in* §. *Uſusfructus n...* Card. de Luc. *de Regul. diſc.* 92. *n.* 10. & 11.

An ſit ſolvenda ab emphyteuta Eccleſiæ, vide *in* §. *Emphyteuta num.* 36. & plenè Ciarlin. *contr.* 129. *per tot.* Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de melioram. et expenſ. quæſt.* 10. ubi etiam de emphyteuta privati. Vide Illuſtriſſ. D. Epiſc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 57. *num.* 14. *et* 64. *tom.* 2.

Quod ſit ſolvenda à marito pro bonis dotalibus, Tuſch. *litt. O, concluſ.* 122. *per tot.* Ciarlin. *controver.* 209. *n.* 33. *etc.*

11 Collecta evitari poteſt renunciando rei pro qua imponitur, ſi ratione rei tantùm, & non perſonæ imponatur, Bart. *in l. is cum quo ff. de acq. plu. arcend.* Gratian. *dec.* 87. *in Addit. num.* 3.

12 Collecta non poteſt imponi populis ſub protectione receptis, niſi ſpecialis acceſſerit obligatio, quia jus protectionis, juriſdictionem, poſſeſſionem, vel dominium non tribuit, Bart. *conſ.* 59. Gayl. *pract. obſerv. lib.* 2. *obſervat.* 54. Rot. per Farinac. *deciſ.* 146. *num.* 9. & 10. Vide Pen. *deciſ.* 195. *n.* 9. & 12.

13 Collecta non poteſt imponi ſuper bonis donatis à patre filio ſuo, ut ad ſacros ordines promoveatur tàm de jure divino, quàm poſitivo, non obſtante contraria conſuetudine, quæ eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam, Thomat. *deciſ.* 86. *per tot. vide ſupra num.* 2. & quæ latiùs dixi plures allegando *in* §. *Clericus num.* 45.

Collectam imponentes Eccleſiis, vel Clericis excommunicati ſunt, etiamſi Imperiali, vel Regali præfulgeant dignitate Fagnan. *in cap. non minus n.* 3. *de Immunit. Eccleſ.*

Et an impoſitæ per Principem tempore penuriæ afficiant Eccleſiaſticos De Luc. *miſcell. diſc.* 6. *n.* 18. Et quid dicendum pro refectione viarum, & pontium De Luc. *de Regal. diſc.* 58. 59. & 139. *n.* 1.

Et collectam pro ſubſidio laicorum imponere non poteſt Epiſcopus ſine conſenſu Cleri, nec ſufficit conſenſus Capituli Fagnan. *in cap. non minus n.* 23. & 24. *de Immunit. Eccleſ.*, ubi etiam latè an, & quando Clericis imponi poſſit collecta; Et an ſubditis per Epiſcopum imponi poſſit De Luc. *miſcell. diſc.* 7. *num.* 18. Et quando per Clerum De Luc. *de Benefic. diſc.* 87. *n.* 3.

14 Collectæ habent tacitam hypothecam contra omnia bona debitoris, & præſertim contra ea, ex quibus ſunt ſolvendæ, etiamſi à tertio poſſideantur, & cum privilegio prælationis, exceptis quibuſdam caſibus, ut explicat Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 18. & *ſeqq. per tot.* dixi *in* §. *Hypotheca num.* 27. & 28. & §. *Decima nu.* 2. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de melioram.* & *expenſ. quæſt.* 10. *num.* 30. & *ſeqq.*

Alia plura notabilia de collectis, earum impoſitione, & privilegiis, latè Bertachin. *in Repert. verb. Collecta,* Card. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 447. & *ſeqq.* & præcipuè Ægid. Thomat. *in tract. de Collectis per tot.* ubi qualiter ſint ab omnibus ſolvendæ, etiam Eccleſiaſticis, Principibus, Regibus, Summo Pontifice, & hujuſmodi, cùm pro illis omnia prædia ſint uſque ab initio tacitè hypothecata, & cum tali onere ad quoſcunque tranſeant, intelligendo tamen quoad Eccleſiaſticos, ut dixi *in* §. *Clericus num.* 45. & *ſupra num.* 2. & *in* §. *Eccleſia num.* 20.

15 Collecta quando eſt imponenda debet attendi valor fructuum prædiorum, ita ut dominus fundi ſterilia non ſit ad ſolutionem cogendus eo modo, quo ſi fundus eſ-

sit fertilis, & imposita ad reprimendas inundationes, non afficiat bona sterilia ob dictas inundationes cùm æquitas non patiatur ad solutionem teneri eos, qui beneficiis collectæ non gaudent, Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 300. *per tot.*

16 De collectis vide Balmasedam, qui de illis tractatum edidit, ut refert cum aliis Castejon. *in alphabet. jurid. verb. Collecta, & verb. Tributum*, & alios, qui de collectis varia scripserunt indicat novissimè Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *verb. Collecta fol.* 263. *&c.* aliqua etiam notat Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. *&* 3. *in verb. Collecta*, Cyriac. *contr.* 154. *&* 155. Philip. Pascal. *de vir. patr. potest. par.* 4. *cap.* 4. *nu.* 37. *& seqq. per tot.* Franch. *decis.* 56. Spad. *in cons.* Fagnan. *sup. Decret.* De Luc. *in Indic. general.* Mans. Gatt. Episc. Rocc. & alii moderni.

17 Collectæ solutio ad effectum obligandi unum territorium pro alio probari debet per scripturas, & libros, non autem per testes Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 577. *n.* 18.

18 Collecta imposita super bonis stabilibus non solvitur à Colonis pro prædiis Dominorum Spad. *cons.* 163. *nu.* 5. *tom.* 3.

19 Collecta imposita, & publicata, antequam bona perveniant ad Ecclesiam, potest ab illa exigi Spad. *cons.* 136. *n.* 15. *tom.* 3.

20 Collecta imposita pro custodia Principis non spectat ad Clericos Spad. *cons.* 137. *n.* 6. *tom.* 3.

21 Collecta succedit loco oneris, pro quo imponitur, illiusque naturam assumit, & ideo qui non tenetur ad tale onus, neque tenetur ad illam Spad. *cons.* 130. *n.* 2. *&* 44. *tom.* 1.

22 Collecta regulariter solvi debet à Domino, & possessore prædiorum, super quibus imponitur, & non à colonis Spad. *cons.* 130. *n.* 14. *tom.* 1.

23 Collecta quando dicatur imposità super fructibus, & quando super bonis, seu prædiis, latè Spad. *cons.* 130. *à n.* 10. *& seqq. tom.* 1.

24 Collecta differt à Gabella & quare Spad. *cons.* 130. *n.* 26. *tom.* 1.

25 Collecta personalis distinguitur à reali Card. De Luc. *de Decim. disc.* 5. *n.* 12. *et* 13. *de Regal. disc.* 180. *n.* 9.

26 Collecta est remedium subsidiarium in Principe, seu Republica Card. De Luc. *de Benefic. disc.* 88. *sub n.* 7.

27 In hac materia non attenditur observantia præterita, sed ab ea recedendum est concurrente injustitia De Luc. *de Regal. disc.* 102. *n.* 15.

28 Collectæ reputantur stabilia ad aliquos juris effectus De Luc. *de Regal. disc.* 43. *sub n.* 5.

29 Collectæ, quæ imponuntur à Principe superiori, reputantur regalia, non verò quæ imponuntur ab inferiori De Luc. *de Regal. disc.* 43. *n.* 7.

30 Collecta est onus mixtum Cabrun. *Lucubrat.* 35. *n.* 5. Gob. *consult. decis.* 2. *n.* 25.

31 Collectæ sunt privilegiatæ, & exiguntur manu Regia, & præferuntur cuicumque Creditori Caprar. *decis.* 635. *n.* 5. *part.* 2.

32 De collectis in genere, collectæ à quibus, & contra quos imponi valeant, & collectæ quoad bona super quibus imponuntur, & debeantur Em. Card. De Luc. *in Indic. general. verb. collecta.*

§. COLONUS XXIII.

1 COlonus in venditione fructuum tenetur præferre dominum offerentem justum pretium, Bart. *in l.* 5. *in fine, C. de metallar. lib.* 11. Marant. *disput.* 8. *nu.* 32. Caroc. *de locat. et conduct. part.* 3. *quæst.* 2. *fol. mihi* 254. Boer. *decis.* 107. *num.* 2. Merlin. *de pign. lib.* 4. *qu.* 45. *num.* 34. Conciol. *ad statut. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 30. *num.* 5. *et rubr.* 40. ubi tamen, quod qui mutavit semen, vel pecuniam pro semine, vel ad effectum producendi fructus præfertur non tantùm creditoribus, sed & ipsi domino fundi. Et an creditor seminis, vel pecuniæ ad illud comparandum præferri debeat locatori prædii, vide Episc. Rocc. *select. disput. Jur. cap.* 72. *à num.* 1. *cum seqq. tom.* 1.

Intellige dummodò dominus solvat quantum ab alio reperitur, quamvis justum excedat pretium, si tamen dimidiam non transcendat, & probetur fructus fuisse verè recollectos in prædio domini, ut declarat Gratian. *decis.* 77. *per tot.* vide Caroc. *loc. cit.* ubi tenet pro justo pretio.

Præfertur etiam dominus in hujusmodi fructibus omnibus creditoribus etiam anterioribus ipsius coloni, de quo vide Gratian. *discept. forens. cap.* 25. *et cap.* 249. *per tot.* & dixi *in §. Dominus num....*

Coloni adscriptitii, aut tales, quibus possit per dominum imperari, non sunt idonei testes pro illo, inquilini verò, & partiarii admittuntur tàm super proprietate fundi, quàm super possessione, Gratian. *discept. forens. cap.* 293. *num.* 4. *&* 5. Magon. *decis. Flor.* 135. *num.* 4. *& seqq.* latè Farinac. *quæst.* 55. *inspect.* 4. *per tot.* Gabriel. *de test. conclus.* 10. *num.* 58. *&c.* cum aliis per Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 262. *&c. fol.* 317. ubi paucis de more multa complectitur, Mascard. *de probat. conclus.* 320. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 474. *num.* 6. ubi quod creditur etiam ipsi colono partiario asserenti se tulisse, vel dedisse partem fructuum collectorum ipsi domino, quod intelligendum puto, si talis depositio tendat ad favorem domini contra tertiùm ad probandam ipsius domini possessionem, secus si contra dominum, cùm nemo possit esse testis in causa propria. Latè Palm. nep. *alleg.* 35. *num.* 34. *&* 35. *& alleg.* 36. *n.* 17. *&* 18. *tom.* 1. 2

Plura de diversis speciebus colonorum, & eorum differentiis, Paul. Christin. *decis.* 86. *& seqq. vol.* 5. Caroc. *de locat. & conduct. prout in Reper. eod. verb. Colonus*, & Bertachin. *in suo Repert. verb. Colonus per tot.* Brunnemann. *sup. Cod. in Indic. vol.* 2.

Colonus, qui res domini in prædio consistentes celat animo sibi appropriandi, furtum committit, *leg. idem est* 46. ubi Gloss. & DD. *ff. pro socio*, Cabal. *resol. crim. cas.* 136. *num.* 17. Gratian. *discept. forens. cap.* 948. *n.* 48. Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 62. *num.* 4. Sanfelic. *decis.* 38. *n.* 6. *&* 7. Vide Brunnemann. *in alleg. text.* 3

Hunc locum refert, & sequitur alios adducens Romaguer. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 6. *rub.* 41. *num.* 3. *& seqq.* ubi etiam qualiter contra eum detur domino juramentum in litem, &c.

Quid autem si fructus communes sibi usurpet, *vide in §. Furtum num.* 3. *§. Socius num....* & in Pract. *§. Furto num.* 21. *&c.*

Quod non possit sine licentia domini facere recollectam, & triturare granum, vel blada, ut dominus volens possit assistere pro suo interesse, vide Franch. *decis.* 217. *per tot.* & dixi in Practica *§. Lavoratori num.* 9. Cartar. *decis.* 33. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 388.

Colonus partiarius, qui promisit benè, & fideliter se habere in cultura prædii, vel stante statuto hoc disponente, si accusetur à domino de mala cultura, tenetur ipse probare se benè versatum, nam domino sufficit probasse lapsum temporis, secus tamen cessante dicta promissione, vel statuto, quia tunc domino alleganti incumberet onus probandi, Alex. *cons.* 79. *lib.* 4. *& consil.* 129. *lib.* 2. Magon. *decis. Flor.* 101. *per tot.* facit Altograd. *cons.* 21. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 1. & dixi *in §. Conductor num....* Tusch. *litt. C, concl.* 466. *num.* 10. *& per tot.* ubi qualiter teneatur bona laborare, & dimittere, & quando possit expelli, vel non ob non solutionem, vel deteriorationem, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 467. 4

De omnibus in hoc numero contentis, Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 39. *num.* 8. *& seqq.*

Quod teneatur dividere fructus pro medietate cum domino, nisi aliter fuerit conventum, Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 426. *num.* 1. *&c.*

Colonus, sive partiarius, sive nummis conducens possessionem, si illam tenuerit per 30. vel 40. annos, solvendo annuatim uniformiter eamdem pensionem, & velit continuare in solutione ejusdem mercedis, non potest expelli, cum dicatur præscripsisse jus perpetuæ coloniæ, intelligendo tamen si concurrat aliud requisitum, nempè quod solverit ex dicta causa coloniæ perpetuæ, quia tunc solùm incipit possidere, & præscribere, aliàs præsumitur soluisse ex tacita, & præsumpta reconductione quolibet anno facta, & non præscribit jus coloniæ, ut declarat Magon. *decis. Flor.* 2. *num.* 1. *& seqq.* Afflict. & Ursill. *decis.* 365. *nu.* 13. *&c.* dixi *in §. Venditio num....* Peregr. *decis.* 52. *per tot. & decis.* 96. *num.* 6. Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 219. *num.* 17. *&c.* Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 506. *nu.* 22. *et seqq.* 5

Co-

6 Colonus partiarius (cessante pacto, vel consuetudine) non potest de massa communi deducere expensas seminis, nec alias factas gratia recolligendorum, & conservandorum fructuum, cùm teneatur ipse semen ponere de proprio, & alias impensas necessarias faceae, & domino medietatem fructuum ab omni impensa liberam tradere, nisi ut dixi aliter sit conventum, vel servetur de consuetudine, Bart. & Jas. *in leg. fructus, ff. solut. matrim.* Tiraquell. *de retract. consang.* §. 15. *gloss.* 1. *num.* 19. Menoch. *de arbitr. cas.* 258. *num.* 38. Surd. *decis.* 201. *per tot.* ubi quod de jure locator non tenetur tradere conductori semina pro agro seminando, vide in §. *Conductor num.* 18. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 371. *per tot.* ubi plura notabilia circa colonos partiarios, ad quæ teneantur, vel non, tàm durante colonia, quàm ea finita, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 108. *per tot.* Romaguer. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 39. *num.* 12. *et seqq.* ubi pluries me citat in hoc loco.

Quod colonus partiarius teneatur de suò seminare, & alias expensas facere, imò etiam ducere partem fructuum domino propriis vecturis, soluta tamen gabella, si quæ debeatur per ipsum dominum, Bald. *in l. accepiam, C. de usur. q.* 15. Tusch. *litt.* C, *conclus.* 465. *per tot.* Tepat. *loc. cit.*

Quod colonus teneatur suis sumptibus deferre fructus ad domum domini, nisi esset diversi territorii, vel nisi se aliter haberet consuetudo regionis, vel pactum, Petr. de Ubald. *tract. de duob fratr. par.* 6. *q.* 14. Alexan. Trombett. *tract. de societ. cap.* 8. *num.* 89. 90. *et* 91. Card. De Luc. *de Regal. disc.* 146. *à num.* 2. *cum seqq.*

Qualiter teneatur mundare fossata, & quæ, Joseph. Ludov. *decis. Perus.* 24. *nu.* 9. *etc.* Bart. *cons.* 193. *vol.* 1. Tepat. *ubi supra.*

7 Colonus partiarius non tenetur persoverare in conductione, quando res conducta fuit alienata, Surd. *decis.* 52. *per tot.* Mangil. *de evict. quæst.* 147 *nu.* 20. *etc.* *vide in* §. *Conductor num.* 12. *et* §. *Emptor num.* 42.

An, & quando successor teneatur stare colono, vel non, Arismin. Tepat. *var. sement. tit.* 372. *per tot.* & dixi *in* §. *Successor num.* 14. Vide Pen. *decis.* 18., ubi Crescin. *in annot.* Spad. *cons.* 265. *per tot. tom.* 2. Surd. & Hodiern. *decis.* 40. *decis.* 225 *decis.* 264. *et decis.* 265. Gob. *consult. decis.* 105 *per tot.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 39. *a n.* 200. *tom.* 6. Card. de Luc. *de Locat. disc.* 16. *n.* 2.

8 Colonus solvens collectas repetit à domino, quia non colonus, sed dominus ad illas tenetur, Nati. *cons.* 109. *num.* 5. *lib.* 2. Rot *part.* 2. *divers. decis.* 161. *num.* 11. *etc.* Menoch. *de arbitr cas.* 562. *num.* 50. *etc.* ubi quòd verum est in collectis, quæ pro prædiis imponuntur, secus si pro fructibus imponerentur, quia tunc pro sua rata tenetur etiam colonus, Ciarl. *controv. forens. cap.* 209. 37. 39. Vide Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 11. *tit.* 47. *leg.* 4. *n.* 4.

Quod colonus non teneatur ad onera pro rebus indicta, nisi imponantur pro rata fructuum puta decima, vel duodecima, Peregrin. *de fideicomm. art.* 50. *num.* 18.

9 Coloni Ecclesiæ sive Clericorum, an sint immunes à collectis, & similibus oneribus ratione partiæ colonicæ, vide hincinde latè per Thes. *decis.* 116. *per tot.* Dian. *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 19. 23. *et* 24. Ciarlin. *controv.* 22. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 182. *in fine*, ubi quod non tenentur pro prædiis, sed pro fructibus, Pacion. *de locato, & conduct. cap.* 27. *num.* 127. *& seqq.* Joan. Paul. Melii. *observat.* 111. *n.* 5. *& seqq.* ubi quod ab oneribus merè personalibus procul omni dubio non eximuntur, & latè Flav. Poppei *tract. de liber Eccles. cap.* 23. *per tot.* ubi concludit colonos Ecclesiasticorum ratione suarum personarum, & bonorum propriorum posse gravari à Principe laico, quia nullum præjudicium Ecclesiæ infertur, secus autem ratione bonorum Ecclesiæ, quæ colunt, ut latè ibi declarat, adde latè Fontanel. *decis.* 307. *& seqq.* Ant. Gob. *Consult.* 2. *et* 3. *per tot.*

Quod pro parte, quam Ecclesiæ præstare tenentur, sint immunes coloni à collectis, gabellis, decimis & similibus oneribus, secus autem pro parte illis tangente communem opinionem dicit, & latè probat Menoch. *de arbitr. cas.* 562. *nu.* 35. *& seqq. ad* 57. Decian. *cons.* 5. *n.* 4. *vol.* 3. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de meliorам. & expens. quæst.* 10. *num.* 47. Cacher. *decis.* 83. *per tot.* & pro hac opinione ultra undecim fundamenta, & 34. Doctores illam uti communem amplectentes allegat Sperel. *decis.* 41. *n.* 1. *et seqq. ad* 45. quibus tamen omnibus satisfacere satagit, contrariumque ut sui moris est probare contendit, adducendo 38. Doctores, & plures rationes, de quibus ibi per eum, sed incassum, & contra communem observantiam; & juxta prædictam distinctionem fuisse decisum, testatur Paul. Christin. *decis. Belgic.* 229. *num.* 17. *et* 18. *volum.* 1. *et decis.* 103. *vol.* 3. *et decis.* 41. *n.* 12. *et seqq. vol.* 5. *et decis.* 99. *num.* 5. *etc. vol.* 5. ubi de decimis Borgn. Cavalc. *decis.* 44. *num.* 97. *etc.* Martha *vot. Pis.* 66. ubi de colonis, & livellariis Camaldulensium, ut non gaudeant privilegio exemptionis decimarum dictis Camaldulensibus concesso.

Coloni partiarii tàm Ecclesiæ, quàm Clericorum, 10
& Regularium etiam respectu bonorum patrimonialium ipsorum Clericorum, sunt immunes à collectis cæterisque omnibus oneribus laicalibus, reprobato Thess. & aliis, latè probat Sperel. *d. decis.* 41. *per tot.* quòd ampliat non obstante quavis consuetudine contraria, & alia opinione probabili, idem Sperel. *decis.* 42. *per tot.* ubi etiam dat plures alias ampliationes; limitat tamen non procedere in colonis Clericorum non habentium requisita Concilii Trident. *sess.* 23. *cap* 6. *de reform.* nec quoad onera respectu bonorum, quæ dicti coloni proprio nomine possiderent independenter à bonis Clericorum, nec quoad onera quæ super fructibus realiter imponi possunt, & revera imponuntur postquam à solo sunt separati, & dictam materiam ad favorem dictorum colonorum latè prosequitur inferendo ad plura onera specialia, quibus gravari non posse contendit, idem Sperel. *dec.* 43. *et dec.* 44. *per tot.*

Sed omnis hæc disputatio judicio meo cessat in statu Florentino per ea, quæ dixi *in* §. *Clericus num.* 45. *vers sed veritas est*, vide Dian. *resol. moral. part.* 3. *tractat.* 1. *resol.* 19. 23. *et* 24. Paul. Christin. *decis. Belgic* 203. *num* 16. *et seqq. vol.* 1. *dec.* 41. *nu.* 12. *et seqq. vol.* 5. Ciarlin. *controv.* 22. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 66. & alios supracitatos.

De hac materia vide infra *in fine hujus* §. & De Luc. *de Regal. disc.* 1. *n.* 31. Miscel. *disc.* 6. *n.* 10. *in Summ. n.* 42. *de Regal disc.* 53.

Coloni Mensæ Episcopalis durante colonia, non 11
modò sunt exempti ab oneribus, sed etiam privilegio fori gaudent, secundùm Sperel. *decis.* 42. *num.* 21. *etc.* ubi dicit sic fuisse resolutum à Sacra Congregatione super controversiis jurisdictionalibus sub die 13. Augusti 1629. ac alibi, de quibus tamen resolutionibus non sine ratione dubitat, Ciarlin. *controv. forens. cap.* 186. *num.* 49. *et per tot. et controv.* 20. *num.* 36. clarè ubique, ac sincerè sentiens colonos, & rusticos Episcoporum, ac alios etiam similes illis servientes, & Episcoporum expensis viventes longè tamen ab illorum personis, de jure nullo privilegio potiri, & respondet rationibus Sperelli, licèt etiam idem Sperel. *loc. cit. in Addit. de anno* 1666. dicat perperam dubitato Ciarlinum: alias declarationes ad favorem dictorum colonorum, & similium tàm quoad criminalia, quàm quoad civilia, vide apud Diana *resol. moral. par.* 6. *tract.* 2. *resol.* 4. Sed possunt applicari eædem responsiones, quas Ciarlinus adducit contra Sperellum.

An coloni Ecclesiæ, sive Clericorum gaudeant privilegio fori disputat Thes. *dec.* 22. ubi concludit pro opinione negativa, quam tamen limitat in servis perpetuis Ecclesiæ, in familia Episcopi, in Terris Ecclesiæ, quando haberent generalem administrationem rerum Ecclesiæ, vel essent illius liberti, vel in loco ubi etiam jurisdictio temporalis pertinet ad Ecclesiam, quando Clericus, vel Ecclesia veniret ad illorum defensionem, vel quando convenirentur pro rebus, quas tenent ab Ecclesia, (quæ limitatio non fuit approbata à Senatu,) vel quando aliàs dominus impediretur uti servitio coloni, famuli, vel servi sui, nam his casibus etiam ipsi gauderent privilegio fori ex persona domini, ut latè Thess. declarat etiam Menoch. *de arbitr. cas.* 562. *num.* 2. *et seqq. ad* 17. vide Sperel. *dec.*

41. *num.* 29. *et seqq. et dec.* 128. *nu.* 33. *etc.* facit quòd dixi *in §. Clericus n.* 49. *et §. Ecclesia nu.* 19. Ciarlin. *controv.* 52. *per tot. et contr.* 63. *nu.* 22. *et seqq.* ubi quòd personæ colonorum Ecclesiæ sunt sub jurisdictione laicorum, & illorum statutis ligantur, & puniri, ac mulctari possunt in iis, quæ non attingunt bona Ecclesiæ, cùm Thess. & Menoch. in effectu convenit Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 106. *et* 107. *fol.* 924. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de for. compet. resol.* 1. Farinac. *quæst.* 8. *sub num.* 46. Bonacin. *de Censur. disp.* 1. *quæst.* 16. *punct.* 3. *n.* 7. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 203. *num.* 19. *et seqq. volum.* 1. *et decis.* 41. *num.* 20. *vol.* 5. *et decis.* 223. *num.* 1. *etc. d. vol.* 5. *et ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 15. *nu.* 5. Ciarlin. *in locis citatis, et contr.* 186. *per tot.* ubi in fortioribus terminis de Colonis Episcoporum, & Ecclesiarum idem firmat per plura fundamenta.

22 Coloni non suo nomine, sed nomine domini possidant, ut latè declarat Thomat. *dec.* 30. *n.* 16. *et seqq.*

Quòd inter colonum, & dominum, dicatur contracta societas, & inter eos detur actio pro socio, & non ex locato, & conducto, finiatur morte alterius, ita ut colonus ut socius non teneatur domino, nisi in quantum facere potest, & alia plura de colonis, & laboratoribus circa culturam prædiorum, & hujusmodi, Conciol. & ubi pluries me citat, sicut & Pacion. *de locat.* & alios modernos Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *rub.* 39. *per tot.*

Quòd palea veniat appellatione fructuum, sicut & fœnum, sicque dividenda inter dominum, & colonum ad instar aliorum fructuum, nec possit ultimo anno asportari per colonum à prædio, licèt primo anno colonus paleam non reperisset, sed de suo aluisset animalia, & stercorasset, Pacion. *de locat. cap.* 5. *nu.* 36. *& seqq.* Romaguer. *ubi supra rubr.* 45.

Qualiter ipsius domini possessionem intervertere dicantur, quomodo sint socii, & dividant fructus, ac alia, Tusch. *litt. C. conclus.* 462. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 3302. Rot. *par.* 6. *recent. decis.* 139. Et coloni bona ab aliis recognoscendo non possunt possessionem locatoris intervertere Palm. nep. *alleg.* 20. *n.* 8. *tom.* 1.

An teneantur dare partem domino arborum siccarum, & caducarum, Alex. *in l. divortio, §. si fundum, ff. solut. matr.* Gratian. *decis.* 218. Ricc. *Collect.* 2745.

23 Coloni agrorum Regularium, an gaudeant privilegio non solvendi decimas, sicut Regulares ipsi eorum Domini, & alia circa privilegia Regularium non solvendi decimas, latè Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *resolut.* 51. *& 52. per tot.* Mart. *vot. Pis.* 66 *per tot.* ubi etiam da livellariis, & quod non gaudeant dicto privilegio. De Luc. *de Decim. disc.* 2. *sub num.* 30. *& de Regal. disc.* 53.

Quòd ubi privilegium est reale eximat nedum bona, sed etiam illorum colonos, & conductores, Gloss. *in Clem.* 1. ubi Imol. *num.* 14. *de decim.* Menoch. *cons.* 286. *num.* 8. Cyriac. *contr.* 141. *num.* 2. Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 23. *n.* 6. *& par.* 9. *recent. dec.* 59. *n.* 1. *&c.*

Quòd coloni privilegiatorum à decimarum solutione, teneantur ad decimas pro illorum portionibus, *cap. licèt iis de decim.* ubi Anchar. *num.* 3. Abb. *nu.* 2. Cancer. *var. resolut. par.* 1. *cap.* 23. *num.* 4. Barbos. *de jur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 26. *§.* 3. *num.* 19. 39. *&c.* Seraphin. *dec.* 287. *nu.* 2. *&c.* quos sequitur Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 245. *n.* 11. ubi loquitur de simpliciter privilegiatis, Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 25. *num.* 14. ubi quòd tenentur etiam ad alias impositiones, & gabellas pro parte sua.

24 Colonus repetit sumptus, quos in re conducta fecit duraturos, etiamsi formam agri mutaverit, puta vineam plantando ultra pacta conventa, non tamen fructus vineæ à se positæ suos fecit, sed illos compensat cum sumptibus prædictis, *leg. colonus* 61. ubi Castr. *ff. locat. leg. dominus* 55. *ff. eod.* Garz. *de expens. cap.* 24. *num.* 16. Castr. *cons.* 270. *in fine*, Leotard. *de usur. q.* 13. *n.* 28. *& seqq.* ubi benè declarat, vide *in §. Conductor num.* 27. *§. Expensæ nu.* 8. *& seqq.* latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. *per tot.* ubi plura ad rem, & in specie de fossatis, & similibus. Vide De Luc. *Conflict. observat.* 230.

25 Coloni dum sunt in exercitio agriculturæ non possunt capi pro debito, *Auth. agricultores, Cod. quæ res pign. oblig. poss.* Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 61 *num.* 10. *&c.* ubi tamen quod istud de facto non servatur, maximè si non insistunt de facto culturæ dum capiuntur, dixi *in §. Rustici n.* 4. ubi plura, & plures allegavi, & in Practica *§. Contadini*, ubi etiam de legibus Municipalibus Florentinis. Brunemann. *in dict. authentic. agricultores.*

Non etiam possunt gravari in instrumentis rusticalibus, Merlin. *loc. cit.* & dixi in locis citatis, *& in §. Executio num.* 3. Brunnemann. *loc. cit.* Crescin. ad Abecclos. 119. *à n.* 14. *part.* 1.

De colonia aliqua notat Thoro *Compend. decis. Neapol. par.* 1. *verb. Colono*, & plura Com. August. Fontan. *in Bibliothec. legal. par.* 4. *verb. Colonus fol.* 267. *&c.* Antun. *lib.* 1. *de donat. præl.ud.* 2. *§.* 2. Menoch *de recap. poss. remed.* 10. Covarr. *cap. quamvis part.* 2. *§.* 1. *n.* 3 *de pactis in* 6. Brunnemann. *sup. Cod. in Indic. verb. colonus in fin.* 2. *vol.* De Luc. *in Indic. general. verb. colonus* Palm. nep. & alii moderni. 26

An coloni recentiti, vel liberti 40. annis possint præscribere libertatem Brunneman. *Cod. libr.* 7. *tit.* 38. *leg.* 1. *n.* 2., ubi etiam an non immemoriali præscriptione se subtrahere possint sub *n.* 4. 27

Coloni à pensitatione erant liberi, sed certo fundo adscripti Brunnemann. *C. libr.* 11. *tit.* 47. *leg.* 4. *n.* 2. 18

Per Colonum Domino præjudicari non potest Brunnemanus *supr. C. libr.* 11. *tit.* 47. *leg.* 17. *n.* 3. 19

Quando inter Dominum, & Colonum, vel Emphyteutam lis est super libertate prædii, Colonus cum satisdatione admittitur ad perceptionem fructuum Brunnemann. *sup. C. libr.* 11. *tit.* 47. *leg.* 20. *n.* 2. 20

Coloni censiti regulariter tributum personale, seu capitationem solvunt Brunnemann. *dict. libr.* 11. *tit.* 48. *leg. unic.* 21

Coloni censibus adscripti Dominum in Judicio in causa civili convenire nequeunt Brunnemann. *dict. libr.* 11. *tit.* 49. *leg.* 2. *n.* 1. 22

Dominus fugitivos Colonos cupiendi facultatem habet Brunnemann. *dict. libr.* 11. *tit.* 47. *leg.* 14. *n.* 5., ubi *n. n seqq.* hoc ampliatur, & limitatur. 23

Colonus expensas pro recollectione fructuum compensat cum ejus portione colonica De Luc. *de Decim. disc.* 18. *sub n.* 18. 24

Colonus vassalus non potest deserere culturam bonorum Domini in proprio Territorio, & accedere ad Collendum Territoria aliena De Luc. *Miscell. Eccles. disc.* 7. *sub n.* 17. 25

Colonus dicitur Conductor agri, seu Prædii rustici, Inquilinus autem Urbani De Luc. *de servit. disc.* 82. *n.* 2. & quid differat ab Inquilino De Luc. *de Locato in Summ. n.* 4. 26

Dans Frumentum Colono quando possit agere contra dominum fundi Betrachin. *Vot.* 45. *n.* 3. 27

Colonus, aut similis possidens alieno nomine potest ad declinandum Judicium Dominum nominare non solum in Juditio petitorio, sed etiam in possessorio Rot. *in decis. recoll.* per Palmam Nepotem *decis.* 332. *n.* 13. *vol.* 4. 28

Debet autem Nominatio fieri ante litem contestatam Rot. *ibid. n.* 14.

Colonus nominans debet denunciare Domino directo, ut compareat Rot. *ubi supra num.* 19.

Colonus proprio facto præjudicare, non potest domino, nisi probetur ejus scientia, & acquiescentia Rot. *in Decis. recoll.* per Palmam Nepotem *Decis.* 344. *n.* 12. 13. 15. *& Decis.* 345. *n.* 17. *tom.* 4. 29

Colonis deponentibus de qualitate, & statu prædii, sicuti etiam de fructibus credendum est Rot. *ubi supra decis.* 394. *n.* 6. *tom.* 4. 30

Quandoquidem *n.* 9. *&* 10. fuit facta mentio de illa Conclusione an Coloni Ecclesiæ, sive Clericorum sint immunes à Collectis, & similibus oneribus, ideirco sequens consilium de hac materia pertractans annectere decrevimus. 31

Adsit Deus.

NObilia quidam Feudatarius ex investitura, seu inveterata consuetudine jus sibi prætendit competere

petere consequendi ex Colonis prædiorum, intra ejus Feudom existentium Carregium unum per eos propriis Bobus, & sumptibus præstandum, & etiam ex Colono prædii Juris Ecclesiæ Parochialis pro vehendis ejus vinis, aliisque rebus ad ejus Palatium in Civitate Parmæ. Hinc dubitari contingit, an hujusmodi prætensio quoad Colonum prædii Parochialis sit Juri consona.

Conclusivè procedendo omisso allegationum apparatu, sed sola veritate inspecta Juri consona censenda non est, siquidem hujusmodi carregia, seu onera habentia animi, vel corporis solicitudinem annexa cum sumptu dicuntur mixta *c. 1. de mun. & on.* Abbas *in c. non minus n. 17. in fin. de immunit.* Sperel. *decis. 41. n. 49.* prout talia etiam dicuntur ex quo imponuntur personis habita tamen ratione patrimonii Anguis. *cons. 53. sub n. 1. lib. 3.* & in terminis, quod inservire propriis expensis, cum propriis Bestiis sit onus mixtum, reale, & personale Sperel. *dict. decis. 41. nu. 32.*, & dicuntur Perengariæ Abb. *dict. nu. 17. in fin.* Sperel. *ibid. n. 48.*

Ad hujusmodi impositionem requiritur persona pro forma, & res pro materia, nec sufficit personam esse in Principis jurisdictione subiectam nisi etiam sit res ità ut forma possit applicari materiæ ad constituendum hoc totum idest onus mixtum Corn. *cons. 199. n. 6. lib. 1.* Sperell. *dict. decis. 41. sub n. 53.* unde prædia Clericorum cum sint extra jurisdictionem Principis onerum sunt incapacia, & impositio sustineri nequit Sperell. *ibid. n. 54.*, nec ab Ecclesia præstanda est Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 6. sub n. 5.* ubi de vera sententia & id procedit etiam quoad Boves cum sint pars fundi Sperell. *decis. 41. n. 61.* & in casu, de quo agitur, sint proprii Rectoris Ecclesiæ nec in illis possint gravari Coloni, quin per indirectum graventur etiam Domini; Leo *in thesau. for. Eccl. part. 1. cap. 14. nu. 32.* Sperell. *decis. 42. n. 1. & 2.* cum Coloni Clericorum sint exempti à Jurisdictione Sæculari si quid eis præcipiendum est ratione bonorum Ecclesiæ Ciarlin. *contr. for. cap. 63. n. 15.* quid quid sit ratione onerum onere personali, adeoque Colonus Prædii Ecclesiæ Parocchialis ab hujusmodi oneribus mixtis immunis est Antonell. *de reg. Eccl. lib. 4. cap. 7. n. 1.* Beller. *disqu. Cleric. de exemp. Cler. sed n. 1.* quaque consuetudine non obstante Leo *in thesau. for. Eccl. part. 1. cap. 14. n. 32.* Sperell. *decis. 42. n. 1. et 2.*

Etenim cum immunitas Ecclesiastica sit ex veriori opinione de jura Divino Sperell. *decis. 37. n. 1.* Galess. *ex Const. Urbani VIII. n. 116.* ubi infinitos DD. congerit, quæ opinio est cannonizata per Sacros canones *in dict. constit. in nec non reliqua* Galles. *ibid. n. 170.*

Nec juvari potest Feudatarium, quod prædium Ecclesiæ fuerit laicale, & translatum in Ecclesiam Parochialem retineat onus carreggiorum. Quoniam bona translata in Ecclesias retinent onus, & obbligationem faciendi carreggia, & solvendi tributa, quatenus à Principe tale onus priùs impositum fuit expresso pacto inter ipsum & privatos inito, vel ea peculiari Dominio illius prædii ità in privatos transtulerit tali pensione, censu, seu onere reservato de quibus hic nullatenus constat, non autem si egisset ex sola vi regiæ potestatis, & jurisdictionis, hæc enim tunc expirat cum bona ad Ecclesiam perveniunt, & res devenit ad statum, qui incapax est illius subjectionis tributi erga Principem Laicum, quod secus est in pactis, & conventionibus per vim contractus initis, quia jus illius transit, & continuat, in quibusque personis modoquoque exemptis, & privilegiatis Rot. coram Merlin. *d. decis. 902. n. 64.*

Unde si bona ex quibus tributa per legem impetrata à subditis solvebantur postea ad alios possessores, ac Dominos, à Principis potestate exemptos, deveniant, immunia sunt, multo màgis à Feudatariis potestate omninò onere illo, seu obbligatione pariter eximi ea oportet Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 6. n. 4.* & Mart. *de Jurisdic. part. 4. cons. 525. n. 2.*

Ecclesia tenetur ad onera imposita prædiis antequam hæc transeant in Ecclesiam quando copulativè hæc concurrunt, scilicet onera sint vera, realia ipsis fundis infixa imposita sint bonis propter bona, quod sint perpetua, & invariabilia Layman. *d. n. 4.* Merlin. *decis. 902. num. 55. & 56.*, & coram Pennia *in Brondusina Gabellæ decis. 1079. n. 18. secundum impress. Lugduni*, & hanc doctissimam decisionem secuta fuit pluries Congregatio in controversiis Jurisdict. Galles. *ad d. Const. Urb. VIII. n. 127.*

Quando tamen talia onera imponuntur tantum ratione personæ propter bona, cum non inhæreant bonis, sed ratione personarum potissimè imponantur consequenter imponi non possunt nisi subjectis & incolis, ideo ad ea clerici non tenentur Laym. *d. n. 4.* Rot. *d. decis. 1079.* coram Pennia *n. 20.*

Dispositio enim legis desinit obligare, quando devenit in casum in quo incipere non potest ubi est eadem ratio non perseverandi, quæ erat non incipiendi Laymann. *ut sup. n. 4.*

Nec Feudatarium juvat quod Rector per suum Colonum ad ejus Palatium per annos plures hujusmodi carreggia præstiterit, quoniam præterquamquod id ex urbanitate præstitum fuit nullatenus præjudicat, cum non possit Rector libertatis Ecclesiæ privilegium tollere, siquidem non est personale beneficium, sed ipsi ordini Ecclesiastico, & ipsis bonis Ecclesiarum concessum, cui gesta privatorum non possunt præjudicare, & hoc in casu opus fuisset assensu Summi Pontificis Rot. cor. Merlin. *decis. 902. in c. quamquam de cens. in sext.*, & per Concil. Trident. *sess. 25. cap. 20. de refor.* & per Rot. *decis. 10. nu. 2. de consuetud. in antiquis*, & coram Merlin. *decis. 902.*, proinde contraria consuetudo valere non potest ex parte subjecti, & objecti quia nequeunt voluntates, & actiones humanæ licet tempore, vel numero multiplicentur contra Christi voluntatem prævalere adeo ut consuetudo proveniens iniqua sit uti rationi contraria *cap. ult. de consuet.* Sperell. *decis. 37. n. 28.* etiam si sit immemorabilis, quia sine ratione & Juri Divino contraria Rot. *d. decis. 10. de consuet* Sperell. *ibid. n. 29.*

Ex parte subjecti quià immunitas ex juribus adductis est de jure Divino, & Laicus omninò incapax hujus Jurisdictionis, & immemorabilis nihil operatur Sperell. *ibid. n. 30.*

Hæc indubitata redduntur etiamsi immunitas esset de Jure Ecclesiastico (quod non admittitur) ex Constit. Urban. VIII. incipiente Romanus Pontifex apud Galles *de restit. in integr. tom. 5. Bullarii in ordine constit. 270.* ubi damnantur quotque, & qualiacumque Sedi Apostolicæ Juris dictioni, Immunitati Ecclesiæ, vel Personis Ecclesiasticis eorumque civibus, bonis, & fructibus quomodocumque præjudicialia cum omnibus inde seqq. Galles. *d. consult. nu. 147.*, quandoquidem præjudicialia quæque libertatem, immunitatem Ecclesiasticam respicientia, sive Ecclesiasticorum, sive Ecclesiarum bona, jura, vel fructus respiciant, non possunt dici convalidata, per lapsum temporis immemorabilis Galles. *ibid. n. 148.*

Quapropter ex lapsu temporis immemorabilis juncta scientia & patientia Papæ ubi agitur de præjudicialibus Ecclesiæ nullius beneplaciti præsumptio, vel aliqua bona fides, possessio, aut præscriptio induci potest prout legitur *in 4. par. dict. constit. sub n. 3. & 9. & ibi* Galles. *n. 154.*

Consuetudo enim Ecclesiis onerosa caret ratione ex notatis *in cap. 1. de his quæ fiunt à major. part.* Galles. *ut supra n. 155.*

Neque hodie habet locum limitatio quod immemorabilis cum fama constanti Privilegii Papæ juvet, & excuset à pœnis, & præsumi faciat justum titulum in his quorum quis citrà privilegium Papæ non esset capax, quià hæc consuetudo explosa remanet per *d. constit. Urb.* Galles. *ibid. n. 163.*

Urbana itaque consuetudo in præjudicialibus Ecclesiæ improbat, & annullat consuetudines, & præscriptiones, quamvis immemorabiles, & cum prætensa fama Privilegii Apostolici nisi de ipsis privilegiis constet in scriptis, & registrata reperiatur in litteris Apostolicis, aut exhibeantur originalia vel eorum legitima transumpta ut ad litteram exprimitur *nu. 56. et seqq.* & modernus Rector quatenus per Colonum Carreggia præstitisset, non indè tamen privatus censendus est sua immunitate ab oneribus, quæ de jure sibi competit Rot. *dict. decis. 902. n. 78.*

§. COM-

§. COMMISSIO. XXIV.

1 Commissio avocatoria causæ non ligat judicem ignorantem, nec impedit processum ad ulteriora cum validitate actorum, nisi illi fuerit notificata, vel nisi contineat decretum irritans, vel clausulam *metu proprio*, Gratian. *discept. forens. cap.* 628. *num.* 17. vide in §. *Acta num.* 11. & §. *Causa num.* 10. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 91. *n.* 4. ubi quod ignorantia excusaret quidem à pœna, sed non impediret attentatorum revocationem, vide *part.* 12. *decis.* 123. & Emin. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 8. *sub num.* 25.

An autem, & quando commissio causæ, vel negotii extrajudicialis transeat ad successorem judicis, sive ordinarii, sive delegati, latè Menoch. *de arbit. lib.* 1. *qu.* 68. *per totum.*

Plura de commissione causarum, quid operetur, & alia tradunt passim Auctores, & præcipuè de Decisionibus Canonicis, & Sacræ Rotæ Romanæ, ut constat *in Repert. verb. Commissio.*

2 Commissarius causæ debet animadvertere, ne ullo modò excedat fines sui mandati, & commissionis, cùm non possit aliquid facere ultra specialiter concessa in litteris commissorialibus, latè Guaaain. *deff.* 13. *cap.* 1. & 2. *per tot.* vide *in §. Judex num....*

3 Commissarii si habeant plurea causas, vel negotia eodem tempore, an possint ab unoquoque, vel à singulis tantùm exigere, quantùm ab uno solo possent, si pro eo solùm negotium facerent, Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 77. facit quòd dixi *in §. Expensæ n.* 21.

Et cursor portans communem commissionem non 4 potest ab unoquoque habere integrum salarium, Bellamer. *decis.* 485. *de confess.* ubi se fundat in confessione debitoris qualificata, ut debeat in totum recipi.

5 Plura de commissione, & Commissario ad examinandum testes, Arism. Tepat. *var. sent. tit.* 198. *per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Commissio.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *n.* 89.

6 De commissis, & pœnis fraudantium gabellas, idem Tepat. *var. sentent. tit.* 368. dixi *in §. Bannu num.* 6. *§. Confiscatio n.* 10. & *§. Gabella n.* 25. Vide Dominum meum Advocatum Cabrun. *Lucubrat.* 34. *n.* 20. & 21. & *ibidem n.* 27. & 28. Episc. Rocc. *cap.* 75. *à nu.* 3. *tom.* 1. & *cap.* 197. *n.* 29. *tom.* 2.

7 De commissis, & caducitate rei emphyteuticæ, idem Tepat. *d. tract. tit.* 377. dixi *in §. Dominus*, & *§. Emphyteuta.*

8 Item de commissoria lege, & ejus pactis, idem Tepat. *tit.* 412. & 413. dixi *in §. Pactum num.* 9. Vide Episc. Rocc. *select. disp. cap.* 62. *n.* 3. *tom.* 1.

9 Commissio causæ facta Vicario Episcopi, vel alterius personæ sub nomine dignitatis non transit in successorem, nisi delegans habuerit respectum ad tribunal, ut quia sit directa Episcopo, vel ejus Vicario, sicut etiam transit in successorem quando dignitas, sub cujus nomine fuit facta, per se subsistit, ut benè probat Marescot. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 7. *per tot.* vide alios *in §. Vicarius.* Vide Palm. nep. *alleg.* 211. *nu.* 36. *tom.* 3. & Rubeum *de Confus. Jur. cap.* 8. *n.* 23. & 24.

10 Plura de commissione jurisdictionis, & causarum, Altimar. *tract. de nullis.* Capuc. *in Praxi tom.* 1. *part.* 3. *cap.* 3. aliique relati à Com. August. Fontan. *in Bibliotb. legal. par.* 4. *verb. Commissio fol.* 274. ubi indicat etiam auctores tractantes de aliis Commissariis, de commissis ob fraudem gabellæ, vel datii, ob non solutum canonem, de lege commissoria, & hujusmodi, de quibus etiam remissivè Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Commissa, &c.* Plura etiam scribunt Pellegrin. *in Prax. Vicar.* Abeccles. & Crescin. *in observat. forens.* Card. De Luc. *in Indic. general. verb. commissio*, ubi de commissionibus in genere, de commissionibus appellationis, & de commissionibus avocatoriæ Emeritx jun.

11 Commissiones omnes, & ordinationes Principum, debent quoad fieri potest restringi, & ad terminos juris reduci, cùm omnia Principum mandata sint intelligenda cum justitia, nec præsumatur illis placere, nisi quòd justum, & verum est secundùm justitiam fori, & poli, & quando vellent excedere intelligendi sunt in modico, nec est statim parendum ubi mandat contra jus, sed ad illos recurrendum expectando secundam jussionem, ut hæc omnia pluribus exornat Cyriac. *contr.* 59. *per tot.* vide *in §. Princeps num....*

12 Commissio nil aliud est, nisi decretum de citando Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr.* 8. *decis.* 16. *n.* 3. *vol.* 4.

13 Commissio, ut jurisdictionem tribuat, debet præsentari citata parte Mantiss. *loc. cit. decis.* 27. *n.* 1.

14 Commissio efficitur communis, & inter partes vim legis habet Mantiss. *ibidem n.* 3.

15 Commissio Signaturæ Justitiæ deservit loco libelli Rot. coram Ansald. *decis.* 5. *n.* 7.

16 Commissio an tribuat jurisdictionem Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judicial. cap.* 4. *n.* 5.

17 Commissio Citationes debet apparere ex Actis, prout etiam executio Palma nepos *alleg.* 246. *n.* 7. *tom.* 3.

18 Commissio ubi deficit, deficit etiam legitima lis Caprara *decis.* 63. *n.* 5. *part.* 1.

19 Commissio Nova requiritur, quando est nova Causa, & Personæ sunt mutatæ *dicta decis.* 63. *n.* 9.

20 Commissio operari non potest reviviscentiam antiquæ litis, nec ad illam retrotrahi in præjuditium Juris medio tempore alteri quæsiti ex provisione Apostolica Caprara *decis.* 161. *n* 11. *part.* 1.

21 Commissio Jactationis Jactationum, si est principaliter super possessorio, non censetur comprehendere petitorium, nec titulum, quamvis contineat Clausulas *una cum omnibus*, & *singulis incidentibus &c.* Caprara *decis.* 97. *n.* 8. *part.* 1. intellige tamen, *ut ibidem n.* 10.

22 Commissio restitutionis in integrum instaurat primam litem, & reponit instantiam in eodem statu in quo erat ante rem Judicatam Rot. *recen. decis.* 466. *n.* 28. *part.* 19. *tom.* 2. & vide *decis.* 440. *n.* 3. 4. 5. *ead. part.* 19. *tom.* 2.

23 Instantiæ quando per Impetrationem novæ commissionis non dicatur renunciatum Rot. *recen. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 466. *n.* 46.

24 Secunda Commissio tamquam inducens novam Instantiam importat renunciationem præcedentis Rot. *dicta decis.* 466. *n.* 54. *part.* 19. *tom.* 2., Quod tamen declara ut *n.* 55.

25 Commissio facta ab habente duplicem dignitatem censetur facta nomine ejus dignitatis, quæ facit actum valere Fagnan. *in c. ex parte n.* 38. *de Arbitr. lib.* 1.

26 In commissionibus Causarum, quando in supplicatione non exprimitur articulus certus Juris, jubetur addi Clausula *dummodo non agatur de interpretatione Decretorum Concilii* Fagnan. *in c. quoniam num.* 39. *de constit. lib.* 1.

27 Commissio Papæ præsumitur conformis Libello Fagnan. *in c. constitutus n.* 16. *de Filiis Præsbyterorum lib.* 1.

28 Commissatius Cruciatæ, non est constitutus Judex, sed executor Fagnan. *in c. studuisti n.* 39. *de Off. legati lib.* 1.

29 Commissarii ad testes examinandos an subdelegare possint Fagnan. *in c. Venerabili n.* 9. *de testibus lib.* 2.

30 Commissarius tenetur non modò ostendere litteras suæ Commissionis, sed etiam illarum copiam parti dimittere Fagnan. *in c. cum in Jure n.* 23. *de Off. Deleg.* De Luc. *Miscell. disc.* 21. *n.* 7.

31 Commissarii non ad placitum partis, sed ex Judicis officio constituuntur Brunneman. *super ff. lib.* 5. *tit.* 1. *l.* 47. *n.* 1., Limita ut *ibid. n.* 2.

32 Commissarii hodie raro ad definiendam causam, sed tantum ad referendum, & tentandam transactionem constituuntur Bruneman. *ibid. n.* 3.

33 Commissarii, seu executores testamentarii desumunt eorum facultates à verbis testamenti Balduc. *de legat. decis.* 55. *n.* 1.

34 Commissarius Judex, seu Delegatus non potest procedere, nisi statutis temporibus, & diebus. De Luc. *de Jud. disc.* 3. *sub n.* 23.

35 Commissarius Apostolicos, quas causas privativè cognoscat De Luc. *Miscell. disc.* 1. *n.* 62. & 65.

36 De Commissario Cameræ Vide De Luc. *in Indice verb. Cameræ Commissarius*, de Commissario Fabricæ S. Petri Vide eundem De Luc. *in Indice Verbo Commissarius*, & *verb. Fabrica S. Petri*, alia plura de Commissariis vide eundem De Luc. *ubi supra Verbo Commissarius.*

§. COMMODATUM. XXV.

1 COmmodatum eſt rei ad certum uſum gratuita conceſſio, ut eadem ſpecies, & non alia ejuſdem generis finito tempore reddatur, Gloſſ. *in c. un. ext. eod.* ex quo duæ oriuntur actiones, directa ſcilicet, quæ commodanti competit contra commodatarium ad rem ipſam in ſpecie non deteriorem reddendam ſi extat, vel ejus æſtimationem ſi dolo, vel culpa commodatarii non extet, vel etiam ad intereſſe deteriorationis; non autem teneatur commodatarius ad caſum fortuitum, niſi ipſius culpa præceſſerit, vel fuerit in mora reſtituendi, vel ita convenerit; & contraria quæ ipſi commodatario adverſus commodantem ad diverſa competere poteſt, nempè ad expenſas magnas in re factas, ut patiatur uti in eum uſum, ad quem commodavit, ad damna, quæ ex re vitioſa ſcienter commodata commodatarius paſſus eſt, & ad alia, ut benè probat Oinot. *in §. ſequens Inſtit. de act. num.* 18. *& ſeqq. ad* 30. Soac. *Inſtit. quib. mod. re contr. oblig. §. Item in cui, & §. Commodata eod. tit. fol.* 189. *& in §. Sequens n.* 6. *& ſeqq. Inſtit. de act. fol.* 242. *&* 243. aliique Interpretes in locis citatis, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 31. *num.* 1. *&c. volum.* 3. ubi plura de omnibus prædictis, an commodatarius poſſit uti compenſatione, & alia de hac materia P. Steph. de Neapol. *tract. de reſtit. lib.* 2. *cap.* 26. *per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 363. *per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Commodatarius, Commodans, & Commodatum.* Quid ſit commodatum vide Roſignuol. *in Prax. Theol. legal. contract.* 9. *tit. de commod. per tot.* Hermoſill. *gloſſ.* 1. *&* 2. *l.* 1. *tit.* 2. *part.* 5. Verd. *Inſtit. lib.* 3. *n.* 657. *cum ſeqq.* Leotard. *de uſur. quæſt.* 34. *n.* 8. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 1. 2. *&* 3. *tom.* 4.

Quid ſit commodatum, quomodo differat ab aliis contractibus, de illius cauſis, effectibus, & actionibus directis, atque contrariis, ad quid, & ex qua culpa teneatur commodatarius, vel alius poſſeſſor rei alienæ, an de leviſſima, & alia de hoc contractu, Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 12. *per tot. fol. mihi* 571. *& ſeqq.* latè Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 2. *leg.* 1. *gloſſ.* 1. *&c. fol.* 175. *&c.* ubi plura de commodato, quid ſit, à quibus fieri poſſit, vel non, quot modis fiat, ad quid teneatur commodatarius, an de caſu fortuito, de incendio, furto, & hujuſmodi, ſi res fuit pluribus commodata, an teneatur in ſolidum, quid in hæredibus, ad quid teneatur commodans, an & quando poſſit revocare commodatum, vel non, & alia de materia uſque *ad fol.* 212. ubi etiam an commodatarius poſſit uti retentione in re commodata, & de eadem materia commodata magiſtraliter tractat D. Gregor. Roſignol. *in Noviſſ. ſua Praxi Theolog. legal. contract.* 9. *tit. de commodat. per tot. à fol.* 433. *ad fol.* 460. & alios Auctores materiam commodati tractantes indicant Caſteion. *in Alphabet. jurid. verb. Commodatum*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliotb. legal. par.* 4. *eod. verb. fol.* 275. Cancer. *var. reſol. par.* 3. *cap.* 8. Altimar. *loc. ſupra citat. dict. quæſt.* 22. *per tot.*

2 Commodatum ad libitum commodantis revocari non poteſt, quia ad certum, & deſtinatum uſum fit, unde tacitè continet tempus, donec commodatarius ad uſum deſtinatum uſus fuerit, ſecus autem in precario, Menoch. *de arbitr. caſ.* 23. *per tot.* Altimar. *de nullit. contract. rub.* 1. *part.* 4. *quæſt.* 39. *nu.* 36. *tom.* 6. Staiban. *de Intereſſ. libr.* 2. *tit.* 12. *quæſt.* 1. Pichard. *§. item is Inſtit. tit. quibus mod. re num.* 32. Mantic. *de tacit. libr.* 9. *tit.* 1.

Et idem eſt in mutuo ut dixi *in §. Mutuum num.*..

Quod commodatum non poſſit intempeſtivè revocari, & alia in materia commodati, vide per Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 9. *tit.* 1. *per tot.* Staiban. *de Intereſſe lib.* 2. *titul.* 12. *quæſt.* 1. *per tot.* ubi etiam quomodo commodatarius teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis poſt moram, vel ſi aliter uſus fuerit re, quàm à domino fuerit conceſſa, vel non ſincerè, & bona fide, ſed modum, & finem, quo res fuit commodata transgrediendo ita ut his caſibus competat etiam actio furti, ut ibidem probat ſub *n.* 54. *&c.* & intereſſe poſſit probari per juramentum in litem *nu.* 51. *& ſeqq.* facit quod dixi *in §. Conductor n.* 8. *&c.* & in Pract. *§. Furto n.* 11. *& n.* 44. *&c.* Et quod committatur furtum Vide Leotard. *de Uſur. quæſt.* 34. *nu.* 6. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 19. *tom.* 4.

3 Commodans equum, vel aliam rem, an teneatur illam deterioratam ſibi redditam recipere, ita ut non recipiando teneatur ipſe ad periculum interitus, vel an recipiendo videatur detrimentum remittere, vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 193. *num.* 3. *vol.* 2. ubi concludit cautiùs eſſe illam recipere cùm proteſtatione detrimenti, & periculi, *vide in §. Conductor n.* 19. *& §. Locatio n.* 18.

An commodans equum eunti ad juſtum bellum, illo interfecto poſſit alium petere, vel æſtimationem, Paul. Chriſtin. *dec.* 85. *n.* 15. *vol.* 5. ubi videtur negativè concludere, cùm recipiens uſus fuerit ad modum deſtinatum, Sebaſt. Medic. *de caſ. fort. par.* 2. *q.* 19. *n.* 56.

Quòd commodanti poſſit deferri juramentum etiam affectionis contra commodatarium non reſtituentem rem commodatam, licèt alleget amiſſionem, ſi illam non probet, *leg. in actionib. ff. de in lit. jurand. & leg.* 3. *§. in hac actione*, ubi Caſtr. *ff. commodat.* Plot. *in l. ſi quando, Cod. unde vi §.* 19. *n.* 1. Leoneil. *dec. Ferr.* 130. *per tot.* Vide Leotard. *de Uſur. quæſt.* 34. *n.* 5. Altimar. *loc. cit. n.*

4 Commodatum præſumitur factum rogitu, & ad requiſitionem commodatarii, ſi aliud in contrarium non appareat, & ideò ſi pereat tenetur commodatarius nedum de dolo, ſed etiam de culpa levi, & leviſſima, dicta requiſitione probata, Barr. & Caſtr. *in leg. ut certo §. interdum, ff. commodat.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 327. *per tot.* ubi de modo probandi commodatum, vel aliud creditum per cautelas, de quibus dixi *in §. Cautela n.* 5. vide *in §. Contractus num.* 41. *§. Depoſitum num.* 17. *§. Conductor num.* 29. latè Sebaſt. Medic. *de caſ. fort. part.* 2. *quæſt.* 16. *n.* 49. *& ſeqq. ad* 61. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 93. *tom.* 4.

Utrùm autem commodatarius dubius, an commodatum ſua culpa perierit teneatur ad reſtitutionem, contrarias opiniones, negativam ſequendo, ac idem eſſe in depoſitario, refert Dian. *reſol. moral. par.* 3. *tract.* 6. *reſolut.* 49. *per tot.*

5 Commodatarius ſi aliter, vel ad alium uſum re commodata utatur, quàm commodata fuit, moram re ipſa committit, & furti tenetur, *leg. ſi ut certò, §. quinimò, ff. commodati, leg. qui jumenta* 40. *ff. de furt. §. Furtum, & §. Placuit inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Valer. Max. *c.* 2. *lib.* 8. Boniſac. *de furt. §.* 8. *n.* 3. Leotard. *de uſur. q.* 34. *n.* 6. *& q.* 82. *n.* 32. dixi *in §. Conductor num.* 39. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 22. *n.* 19. *tom.* 4.

6 Commodatum eſt contractus bonæ fidei, & ſive fiat ad uſum, ſive ſimplicem pompam, ſi non reddatur, committitur mora, & ex mora debentur uſuræ de jure civili, ſecus autem de jure canonico, ſecundùm quod ob ſolam moram non eſt licitum aliquid ultra ſortem recipere, ſed tamen loco uſurarum debetur id, quod verè intereſt ex mora commiſſa, ut latè declarat Leotard. *de uſur. q.* 34. *per tot.* ubi etiam an pro pecunia commodata ad pompam, vel alium ſimilem uſum abſque translatione dominii, aliquid paciſci, & capere liceat, & videtur concludere affirmativè, cùm tunc non ſit mutuum, & etiam egrediatur fines commodati, & potius dicatur locatio, ex qua certa, & honeſta merces recipi poteſt, Bald. *in leg. ſi navis, ff. de rei vindic.* Roman. *conſil.* 500. *& conſil.* 520. Caroc. *de locat. & conduct. tit. de uſur. quæſt.* 4. *nu.* 5. Ugolin. *& de uſur. cap.* 6. *n.* 1. *&c.* & bene probat Leotard. *d. cap.* 34. *n.* 8. *& ſeqq.* ubi etiam contrariis ſatisfacit, *& n.* 17. notat eos, qui ſcienter pecunias locant, vel commodant ad oſtentationem, & deceptionem aliorum illicitè agere, & non minus quàm proxeneta, vel alio modo auxilium ſcienter præſtans furi, furti teneri, & hoc caſu illicitam eſſe omnem mercedis pactionem, quia delictorum turpis, & fœda eſt omnis ſocietas; juxta *l.* 3. *& l.* 53. *ff. pro ſocio.* Quod ſit contractus bonæ Fidei Altimar. *loc. cit. nu.* 22.

7 Commodatarius ſi aliquid ex re commodata lucrifecerit, an illud commodanti reſtituere teneatur, dic quod

quod sic si agatur de re locari solita, vel de accessione illi facta, ne ex alieno lucrum sentiat, & idem si agatur de pecunia vel frumento, & valor aliquo modo crescat, videtur pariter commodanti restituendum; si verò ex pecunia commodata merces emit, & lucrum fecit, non tenetur de jure canonico dare commodanti, quicquid secus esset de jure civili, cum id sit abrogatum, Leorard. *de usur. quæst.* 34. *nu.* 20. & 21. & facit latè *quæst.* 96. *per tot.* vide quæ dixi *in* §. *Administrator n.* 14.

8 Commodare solitus, non potest cogi ad commodandum ulterius, quæ quia sunt facultatis non præscribuntur, nisi probetur servitus ax antiquissimo tempore, Martha *vot. Pis.* 229. *per tot.* ubi quod hebræi soliti commodare lectos Gubernatori, non possunt cogi ad continuandum. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 22. *n.* 61. *tom.* 4.

9 Cur dicatur commodatum, ejus accidentalia quæ, est magis voluntatis, & officii, quam necessitatis. Altimar. *de nullit. loc. supra cit. n.* 15. 16. & 17.

10 Commodatum dividitur in tres species, aliud contrahitur gratia recipientis tantum, aliud gratia mandantis tantum, aliud gratia utriusque Altimar. *loc. cit. n.* 130. *cum seqq.*

11 Commodatum, & mutuum restitui debet in eodem loco, in quo fuit acceptum Azor. *Instit. moral. p.* 3. *lib.* 4. *tit. de restit.* Scaccia *de Commercio* §. 2. *glos.* 5. *n nu.* 194. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *q.* 47. *n.* 505. *tom.* 7.

12 Commodatarius de quibus teneatur Altimar. *de nul. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 22. *n.* 72. & *plur. seqq.* ubi etiam *n.* 99. an teneatur de Furto facto in re commodata.

13 Duo Commodatarii qualiter teneantur Altimar. *d. q.* 22. *n.* 159. & *seqq.* Bruneman. *fff. lib.* 13. *tit.* 6. *l.* 5. *n n.* 21. & *l.* 7. *n.* 1.

14 Commodatarius tenetur facere expensas in re commodata, quæ necessariò, & naturali ratione fieri debent Altimar. *ubi supra n.* 136. Brunnemann. *fff. lib.* 13. *tit.* 6. *l.* 18. *n.* 3.

15 Commodatarius si amittat rem, & æstimationem Domino solvat, si res postea ad Dominum perveniat, Domino est electio aut retinere rem, aut restituere pretium Altimar *ubi supra n.* 138.

16 Commodatarius debet restituere accessiones, & fructus Altimar ibid. *n.* 147. 148.

17 Commodatarius quando possit retinere Commodatum ratione pignoris *ubi supra n.* 149.

18 Non potest proponi quæstio Dominii commodanti, etiam Prædoni, & Furi *ubi supra n.* 153. & 154.

19 Commodatarius tenetur restituere lucrum factum ex re commodata *ubi supra n.* 163. & 164. Bruneman. *fff. lib.* 13. *tit.* 6. *l.* 13. *n.* 8.

20 Commodans invitus quando cogatur recipere rem commodatam *ubi supra n.* 117. & 118.

21 Commodans debet revellare Commodatario Vitium rei Commodatæ, quando sciat *ubi supra n nu.* 126.

22 Sponsus Sponsæ ornamenta transmittens non videtur donasse, sed commodasse Bruneman. *ff. lib.* 13. *tit.* 6. *l.* 5. *n.* 19.

23 Commodatum non transfert Possessionem in Commodatarium Bruneman. *fff. lib.* 13. *tit.* 6. *l.* 1. *nu.* 4.

De Commodato plura scribunt Bruneman. *sup. ff.* Altimar *de nullit.* & alii moderni.

§. COMPARATIO. XXVI.

1 COmparatio litterarum fit in subsidium deficientibus aliis probationibus, & facit semiplenam probationem, Afflict. *decis.* 181. *nu.* 7. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 333. *num.* 3. &c. Joseph Ludovic. *decis. Perus.* 7. ubi plura de hac materia Rot. *part.* 16. *decis.* 328. ubi quod de bono, & dilucidatione potest fieri comparatio, etiam post recognitionem testium. Ansald. *decis.* 8. *n.* 27. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 49. *n.* 3. *part.* 2.

Quòd comparatio litterarum faciat regulariter tantùm semiplenam probationem, in cujus supplementum ad faciendam plenam probationem defertur juramentum, nisi agatur de causa magni ponderis arbitrio judicis æstimanda, in qua etiam admitteretur juramentum si plusquam semiplenè fuisset probatum, & quando cum comparatione adesset unus testis de visu plenam faceret probationem absque juramento, Scacc. *de judic. cap.* 11. *n.* 999. & *seqq.* Thess. *quæst. forens. lib.* 2. *cap.* 24. *per totum*, Genu. *de script. privat. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 65. & *seqq. ad* 84. *fol.* 83. ubi etiam quod dicta comparatio in præjudicium tertii, nec semiplenam facit probationem, quod ego intelligo quando scriptura caret requisitis, *l. scriptura*, *C. qui pot.* &c. nam si illis sit munita, vel aliter certa, & recognoscatur per comparationem, probat ut supra etiam in præjudicium tertii, videndus Scacc. *d. cap.* 11. *n.* 1027 quicquid illum indebitè videatur reprehendere, Genu. *d. num.* 84. ubi posteà *n. seqq.* & præcipuè *n.* 173. hoc idem ipse comprobat, vide latè Mascard. *de probat. concl.* 330. & 331. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 8. *nu.* 2808. & *seqq. ad* 2910. Bertachin. *in Repert. verb. Comparatio.* Ridolph. *in praxi part.* 1. *cap.* 2. *num.* 141. De Luca *de Judic. disc.* 29. *n.* 38. Crescin. *ubi supra n.* 7.

Comparatio litterarum, cùm ut dixi fiat in subsidium, debet illam petens jurare, se non habere alias probationes hac una excepta, Menoch. *de arbitr. cas.* 114. *n.* 34. & 35. Genu. *de script. privat. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 56. &c. ubi quòd alià comparatio esset ipso jure nulla, & secundùm aliquos sert etiam necessarium juramentum calumniæ, ut ibidem *nu.* 59. vide in §. *Juramentum num..* latè Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 333. *num.* 2. & *seqq. per tot.* Costa *de remed. subsid. remed.* 7. *per tot.* ubi plenè de requisitis, & probatione comparationis litterarum, & Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 368. *per tot.* 2

Comparatio litterarum quandoque facit de se plenam probationem, ut si scripturæ comparatæ fuerint per omnia similes repertæ, si ultra illam adesset subscriptio testium, qui suas subscriptiones recognoscerent, vel si scriptura esset à partibus, & testibus subscripta, nam tunc sola recognitio per comparationem sufficeret, sicut etiam quando scribentes omnes, & subscribentes essent mortui, vel si conventum esset inter partes quod sola comparatio sufficiat, quando adessent testes asserentes se vidisse scribere, licèt non sint ipsi subscripti, quando adessent alia veritatis adminicula, & ubi essemus in casibus, in quibus admittuntur testes asserentes habere notam manum alterius, licèt illum scribere non viderint, latè Genu. *d. tract. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 85. & *seqq. ad* 98. *fol.* 85. ubi citat Mascard. *de probat. conclus.* 330. *n.* 20. &c. Cabal. *cons.* 150. Scacc. & alios plures, facit quod dixi *in* §. *Scriptura num.* & §. *Testis num.* 3

Quod comparatio litterarum faciat plenam probationem quando fuit à peritis pluribus concorditer facta, vel etiam separatim, quia in hac materia plures semiplenæ probationes conjunguntur ad faciendam plenam probationem, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 787. *num.* 28. *et seqq.*

Ad hoc autem, ut comparatio plenam faciat fidem in dictis casibus, debet fieri non tantùm ad scripturam, & subscriptionem partium, sed etiam ad singulas ipsorum testium subscriptiones, Genu. *dict. qu.* 1. *n.* 164. *et* 165. *fol.* 90. *ubi num.* 171. ampliat etiam si negetur ab omnibus, nam adhuc facta comparatione, plena resultat probatio, idem Genu. *dict. lib.* 2. *quæst.* 3. *n.* 83. & 84. *fol.* 103.

Quod comparatio sufficiat, quando recognitio alio modo fieri non potest ob temporis antiquitatem, Menoch. *de arbitr. cas.* 114. *n.* 34. Buratt. *decis.* 292. *n.* 58. Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 199. *num.* 18. & *part.* 2. *decis.* 251. *n.* 9.

Comparatio ut fieri possit ad effectum recognitionis requiritur quod scriptura, ex qua est sumenda, sit omninò certa, & indubitata illius, de cujus scripturæ recognitione agitur, quia si talis non esset, non posset ex illa haberi certitudo alterius scripturæ, de qua dubitatur, ac debet esse talis, ut aliàs de se probaret in judicio, pulchrè Duran. *decis.* 363. *n.* 10. & *decis.* 376. *n.* 6. *in eadem causa*, Menoch. *de arbitr. cas.* 114. *n.* 29. Genu. *de script. privat. lib.* 2. *quæst.* 1. *nu.* 28. &c. *fol.* 80. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 421. *fol.* 417. Caball. *cons.* 150. *num.* 5. &c. *lib.* 1. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 159. *nu.* 10. &c. Guazz. *def.* 20. *cap.* 23. *per tot.* ubi quomodo sit facien- 4

cienda recognitio scripturæ penès eum repertæ.

Quod quis possit compelli ad scribendum pro comparatione facienda Magon. *decis. Luc.* 17. *nu.* 2. *&c.* ubi tamen *n.* 5. limitat dummodò scriptura recognoscenda per comparationem non sit informis, & sine testium annotatione, quia tunc non potest compelli ad scribendum, si spontè nolit scribere, ut ibidem *num.* 23. *&c.*

Quod imo semper quis possit compelli ad scribendum pro comparatione facienda, videtur firmare Menoch. *de arbitr. cas.* 114. *num.* 12. *&* 13. Genu. *de script. privat. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 30. *fol.* 80.

5 Comparatio litterarum potest fieri ab ipso judice, vel ejus mandato saltem per duos peritos si haberi possunt, qui jurent illam rectè facere, assumptis aliis scripturis certis illius, qui dicitur scripsisse, inspiciendo singulas litteras, sive elementa, & eorum tractus, signa, stylum, & similia, posteà referendo ipsi judici sensum suum de similitudine, vel deformitate characteris, ut benè declarat Menoch. *de arbitr. d. cas.* 114. *n.* 26. *& seqq.* Genu. *de script. privat. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 62. *fol.* 83.

Ex forma dicti juramenti erit, quòd periti jurent accedere ad comparationem, & illam facere non lucri causa, nec inimicitiis, odio, vel gratia aliqua moti, & posteà non erit necessarium aliud juramentum in relatione, quicquid in aliis peritis, Genu. *d. quæst.* 1. *n.* 60. *&c.* ubi sequitur Menoch. supra relatum, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 333. *n.* 4. *& seqq.*

Quòd comparatio sit facienda per judicem adhibitis peritis scriptoribus neutri parti suspectis, qui unà secum videant scripturas, inter quas fit comparatio, & præstito illis juramento partibus præsentibus, vel legitimè citatis, non de veritate, sed de credulitate, si omnes litteras esse similes convenerint, erit approbanda scriptura negata, aliàs secus, Genu. *d. quæst.* 1. *lib.* 2. *n.* 39. *& seqq. ad* 55. *fol.* 82.

6 Comparatio litterarum, qua forma sit facienda, latè tradit Menoch. *de arbitr. cas.* 114. *per tot.* ubi undecim casus distinguit Gratian. *discept. forens. c.* 973. *n.* 49. *&c.* Duran. *decis.* 363. *n.* 1. *& decis.* 329. *num.* 10. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 424. *fol.* 417. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 333. *per tot.* Joseph. Ludovic. *decis. Perusia.* 7. *per tot.* Ansald. *decis.* 8. *n.* 3. Caprara *decis.* 361. *nu.* 7. *&* 8. *part.* 2. *& decis.* 57. *n.* 4. *part.* 1.

De hac materia comparationis litterarum plenè Doctores *in l. admonendi*, *C. de fid. instr. & in l. admonendi*, ubi Jas. *de jurejur.* Pract. Papp. *for. oppon. contr. instr. gloss. & maximè*, *&c.* Marescott. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 79. Farinac. *in fragm. part.* 1. *litt. C. nu.* Pac. Jordan. *ubi supra nu.* 420. *& seqq.* Menoch. Genu. & alii supracitati, Tusch. *lit. C. conclus.* 483. *& seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 333. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sentent. tit.* 226. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 330. *&* 331. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 8. *nu.* 2808. *& seqq. ad* 2910. Card. De Luc. *In Indice Generali Verbo* Comparatio *Litterarum* Crescen. ad Abecclesiam *in Indice verbo recognitio.*

Quòd sit multum fallax, & periculosa, Menoch. *dict. cas.* 114. *nu* 14. *&* 15. Duran. *decis.* 363. *nu.* 3. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 466. *num.* 10. *&* 11. ubi quod ideò fit tantùm in subsidium quando deficit alia probatio, *& part.* 14. *decis.* 97. *num.* 7. ubi quod injunctis aliis facit aliqualem probationem Ridulph. *in praxi part.* 1. *cap.* 2. *n.* 141. Ansald. *in Addi. ad decis.* 2. *nu.* 32. *& seqq.* Caprara *decis.* 561. *nu.* 7. *part.* 2.

7 Comparatio litterarum admittitur solùm in illis casibus, in quibus facta potest aliquem veritatis effectum producere, unde si quis haberet alias probationes, vel ubi scriptura alio respectu fidem non mereretur, seu esset inefficax, informis, absque testibus, & ab ipso scribente negata, non esset admittenda comparatio, quia etiam facta non revelaret, sed debet probari per testes, qui viderint illam scribere, Cavalc. *decis.* 27. *lib.* 2. *num.* 16. *& decis.* 34. *lib.* 5. cum aliis per Genu. *de script. privat. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 35. *& seqq. ad* 39. *fol.* 81.

8 Comparatio nullam fidem facit, ubi adsunt testes, qui dicunt oppositum, cùm potiùs standum sit testibus, quàm comparationi, quæ est multùm fallax, & periculosa, Genu. *de script. privat. lib.* 2. *quæst.* 3. *n.* 48. *fol.* 101.

Comparatio litterarum non est facienda, & facta non relevat, ubi negotium excedit libram auri, quæ secundum hodiernum valorem constat ex scutis 96. *vol.* 107. *vel* 120. ut dixi in § *Scriptura n...* nec ubi criminaliter ageretur: an autem faciat saltem inditium ad torturam, vide Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 251. Farinac. *in fragm. par.* 1. *n.* 446. *&c.* cum aliis per Genu. *de script. privat. lib.* 2. *quæst.* 1. *nu.* 98. *& seqq. ad* 120. ubi etiam quod in hujusmodi comparatione semper est necessaria citatio partis, de primo dicto, idem Genu. *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 61. *& seqq.* latè Thom. Trivis. *decis.* 52. *per tot. lib.* 2. ubi quod in criminalibus non facit plenam probationem, præsertim contra reum de famoso libello inquisitum. De Luc. *de Testamentis disc.* 6. *sub n.* 14. ubi dicit quod hæc recognitio facilius admittitur, ubi agitur de modica re. 9

10 Comparatio litterarum, an habeat locum in libro rationum, & epistolis missivis, an in testamento paterno per simplicem schedulam inter liberos confecto, & alia plura de litterarum comparatione, vide per Thess. *quæst. forens. c.* 24. *per tot. lib.* 1. Alex. Trentacinq. *var. resolut. cap.* 7. *per tot.* Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 483. *cum duab. seqq.* Genu. *dict. lib.* 2. *qu.* ferè *per tot. ubi n.* 133. notat comparationem esse faciendam coram judice, qui debet judicare, nec posse alteri delegari, & quod sicuti quando adest in omnibus similitudo litterarum plenè probat, ita è converso, si in aliquibus tantùm adsit similitudo nullam fidem facit.

11 Comparatio in litteris cambii plenam facit fidem, & quando fit per testes, sufficit, quod dicant habere notam manum, debent tamen exhiberi in totum inspiciendæ, & non sola subscriptio, Genu. *de script. priv. tit. de litt. Camb. post quæst.* 6. *in not. in princ. fol.* 161. vide in §. *Scriptura nu...* §. *Litteræ n... &* §. *Testis n...* Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2364.

12 Comparatio litterarum in libello famoso facit judicium, Franc. Marc. *decis.* 730. *par.* 2. sicut etiam in litteris missivis sufficit, Ursil. *in decis.* 181. & quando sufficiat ad condemnandum, Anna *sing.* 374. Novat. *in Prag. Regn. Neap. Collect.* 94. *n.* 1. *&* 2. Costa *de remed. subsid. remed.* 7. Ansald. *cons.* 125. *nu.* 44. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 28. *n.* 67. *&* 68. ubi quod comparatio litterarum, concurrentibus maximè aliis adminiculis, ac ipsius judicis inspectione, si pro ejusdem scriptoris scripturæ habeantur, facit plenam probationem etiam in criminalibus, saltem arbitrio ipsius judicis per doctrinam Gramat. *decis.* 34. *n.* 15. *&* 16. & aliorum ibi citatorum, ac ita fuisse decisum testatur.

Contrarium autem firmat Ludovic. Bell. *cons.* 127. *per tot.* quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores.

13 Comparatio litterarum, quam probationem facit in criminalibus, Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1020. *& seqq.* ubi quod facit semiplenam probationem, & indicium ad torturam, saltem contra personam malæ famæ, & generaliter de probatione resultante ex comparatione litterarum, & quomodo facienda, latè idem Scacc. *loc. cit. à n.* 999. *et seqq. ad* 1031. Cresp. de Valdaur. *observ.* 27. *per tot.* plenè Anton. Gob. *consult.* 35. *et* 36. & alii citati per Com. August. Fontana *in sua Bibliothec. legal. part.* 4. *verb. Comparatio fol.* 278. *etc.*

14 Comparatio litterarum tanquam multum fallax, & in qua possunt committi fraudes, non admittitur in probanda schedula testamentaria secreta, nec in aliis testamentariis dispositionibus, nec ad probandam schedulam testamenti inter liberos, quando sunt facta legata pinguia extraneis, & alia ad rem, notat Cyriac. *contr.* 444. *n.* 81. *et seqq. per tot.*

15 Comparatio scripturæ est apta ad convincendum de falso testes deponentes vidisse scribere De Luca *de testa. disc.* 6. *sub n.* 8.

16 Comparatio quid differat a depositione testium habentium notam manum De Luca *de testam. d. disc.* 6. *n.* 8.

27 Comparatio aliter facta, quàm sit præscriptom *in auth. de Instrum. et dote cauta* est ipso jura nulla Abbas Castald. *consult.* 221. *n.* 5.

§. COMPENSATIO XXVII.

1 COmpensatio est debiti, & crediti hincinde cōfusio, præsupponit tamē debitum, & creditum hincinde proveniens ex personis ipsorumet creditoria, & debitoris, & non aliorum, & ideò non haber locū contra eum, vel pro eo, qoi repræsentat duas personas, videlicet qui esset creditor nomine proprio, & debitor nomine hæreditario, vel creditor ex persona, & debitor nomine societatis, vel è contra, & in similibus plures personas repræsentantibua, Cavaler. *decis.* 38. *num.* 4. *&* 5. Nnvar. apud Ricc. *Collect.* 2885. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 62. *& seqq. & part.* 3. *cap.* 6. *§.* 1. *num.* 14. *& seqq.* ubi plura ad hoc propositum, *& part.* 2. *cap.* 22. *num.* 97. *& seqq.* Trombett. *de societ. cap.* 5. *num.* 18. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 38. *num.* 6. *&* 8. Gratian. *discept. forens. cap.* 948. *nu.* 1. *& seqq.* Rot. post Merlin. *de pign. decis.* 47. *nu.* 11. Urceol. *consult. forens. cap.* 89. *num.* 21. *vol.* 2. ubi vide *num.* 59. *& seqq.* ut procedat tantùm in hærede beneficiato, cùm hæres incautua non possit duas repræsentare personas, licèt posteà admittat etiam in hærede incauto, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 19. *num.* 23. ubi quod non admittitur inter debita diversarum personarum, nec de credito particulari ad debitum sociale, Rot. *part.* 12. *decis.* 258. *num.* 9. ubi de hærede beneficiato, ut supra, Altograd. pulchrè *consil.* 59. *num.* 30. *&c. lib.* 1. obi etiam *num.* 35. quod compensatio non edmittitur, prout oec retantio in legitima, de debito filii etiam liqnido, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 20. *n.* 10. Quid sit compensatio Card. De Luc. *de Creditor. disc.* 47. *n.* 5. *disc.* 49. *n.* 4. Mans. *consult.* 409. *n.* 12. *consult.* 465. *n.* 25. *consult.* 466. *num.* 2. Car. Ant. De Luc. *de plural. homin. leg. cap.* 7. Palm. nep. *alleg.* 114. *n.* 21. *lib.* 2. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 13. *num.* 2. Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 45. *n.* 1. *& seqq. tom.* 7.

Quod non detur compensatio cum debito alieno, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 114. *num.* 20. *&c.* Salgad. 3. *part. Labyrint. cap.* 6. *§. unic. num.* 14. 16.

Qood possit opponi à debitore debitoris convento à creditore creditoris, vide in §. *Debitor. num.* 66. & Magon. *decis. Flor.* 94. *num.* 8. *& per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 247. *n.* 33. Altimar. *dict. quæst.* 45. *sub n.* 1.

Quid sit compensatio, & an dicatur retentio, Tusch. *litt. C, concl.* 487. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 38. *vol.* 3. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 160. *per tot.* ubi plura. Altimar. *dict. q.* 45. *per tot.* Bersan. *in tract. de Compensat.*

41 Compensatio admittitur etiam adversus creditum pensionis, non tamen pro alimentis reservatæ, vel quando agitur de alimentis præteritis, nisi obster turpitas, & illiquiditas crediti volentis compensare, Bich. *decis.* 23. *per tot.* Ciarlin. *controv.* 36. *n.* 30.

Multa notabilia de compensationibus decisivè tradit Thoro *compend. decis. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *in verb. Compensatio*, Ramon. *consil.* 36. *per tot.* cum plena Annot. Moderni Jacob. Balduc. *& in decis.* 20. apud eundem Balduc. ubi quòd procedit etiam de credito, & debito ex diversis causis, & diversis libris procedente, maximè inter Mercatores, & ipso jure absque ulla oppositione, posito aliquo partis præjudicio, Anton. Gob. *consult.* 130. *per tot.* ubi an intret compensatio ad excludendum creditorem creditoris agentem contra nomen sibi obligatum, &c. vide in §. *Creditor n.* 34. Andreol. *controv.* 219. *per tot.* & alia remissivè Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Compensatio*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 280. *&c.* qui indicant multos Auctores materiam tractantes, vide in §. *Exceptio n.* 63. *§. Retentio, & in primis Addit. fol.* 645. *&c.* Brunemann. *ff. & C. tit. de compen.* Bersan. *eod tract.* De Luc. *In Indice verb. compensatio*. Altimar. *de nullit. d. q.* 45. *per tot. & alibi* sæpè Mansi Palma Emerix Caprara, & alii moderni.

Sed quòd etiam creditum in litem deductum si aliquid sit clarum possit in compensationem deduci, *l. in compensatione*, ubi Bart. Bald. & alii *ff. de compens.* Bich. *decis.* 55. *n.* 23. in eadem causa, ubi fuit revocata dicta decisio, quæ tamen postea fuit confirmata, & revocata dicta secunda per eumdem Bich. *dec.* 91. *per tot.*

Materiam compensationis, quid sit, quare introducta, ejus effectus, quæ debita possint, vel non compensari, & alia ad rem benè, & magistraliter explicat Oinot. in §. *Bonæ fidei Instit. de act. num.* 1. *& seqq. fol.* 495. Cigala, Jason. & alii Interpretes *in d. §. bonæ fidei Instit. de act.* Petr. da Onnate *de contract. tom.* 1. *tract.* 3. *d. disput.* 8. *sect.* 7. *&* 8. *per tot. fol.* 281. Gibal. *de univers. negot. tom* 2. *lib.* 5. *c.* 2. *art.* 8. *&* 9. *fol.* 397. ubi etiam plura de compensatione occulta, an, quando, & cum quibus conditionibus sit licita, vel non de qua materia compensationis occultæ quo ad forum conscientiæ plenè P. Zamoran. *tract. de compensat. per tot.* Altimar. & alii *supra citati.*

42 Compensatio in foro exteriori non admittitur in pluribus casibus, & præcipuè de non liquido ad liquidum, in deposito, de specie ad speciem, in decimis, nec ubi quis rem habuit ex dolo, veluti furto, & hujusmodi, ut dictum fuit in hoc §. In foro autem animæ, & conscientiæ admittitur, & procedit etiam de non liquido ad liquidum, dummodò certum sit debitum, quia coram Deo omnia sunt liquida, sicut etiam procedit in deposito, de specie ad speciem, in decimis, in furtis si fur verè ac certè sciat tantundem sibi à derubato deberi, & in similibus casibus, si non ante factum, saltem post factum, quia licèt non sit permissum via iniqua, & dolosa sibi satisfacere, & non sit bona excusatio coram Deo deliquisse in proximum, eo quia pariter inter se priùs deliquerat, tamen post factum tolleratur saltem compensatio etiam in delictis ex traditis per Valer. *de different. utriusque fori verb. Compensatio per tot. fol.* 61. *&c. vide in §. Monitorium num.* 5. ubi an possit impediri per Monitorium, &c.

43 Compensatio non fit de specie, ad quantitatem, etiam in ultimis voluntatibus, veluti quando debitum est in quantitate legatum verò in specie, nec quando debitum est purum, legatum autem conditionale, vel in diem, vel habens admixtum favorem alterius personæ, ut bene probat Cabal. *cons. dec.* 115. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 32. *n.* 11. *& seqq. vide supra num.* 18. *& in §. Debitor n.* 59. *& §. Legatum n.* 32.

Compensatio alimentorum cum servitiis, qualiter fiat tantummodò pro rata servitiorum, & non pro tota summa Calvin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 62. *per tot. dixi in §. Alimenta n.* 6. 44

Compensatio non habet locum pro indebito soluto, quia est facienda repetitio via ordinaria, & per tres conformes, Burat. *decis.* 277. *n.* 10. Urceol. *consult. forens.* 89. *n.* 19. *vol.* 2. *dixi in §. Solutio n.* 61. *vers. quod indebitum.* Bersan. *de compen. cap.* 2. *q.* 2. *n.* 23. Altimar *supra n.* 206. 45

Intellige in foro externo, nam in foro conscientiæ licita est hujusmodi tacita compensatio, etiam pro indebito soluto, ut benè probat Zamoran. *tract. de compens. disput.* 4. *cap.* 21. *§.* 2. *per tot.*

Compensatio qualiter habeat locum in restitutione famæ post illatam utrimque injustè infamiam, ita ut si quis alium injustè infamavit, qui illum antea vicissim infamaverat, non teneatur ad restitutionem famæ, si ille alteri restituere nolit, sed tunc possit compensari unum debitum cum alio, etiam illo invito, servata tamen æqualitate quantum fieri possit, Sot. *de just. lib.* 4. *quæst.* 6. *art.* 3. *ad* 4. Molin. *de just. tom.* 5. *disp.* 49. *n.* 2. Less. *de just. lib.* 2. *cap.* 11. *dubit.* 25. *nu.* 133. *& seqq.* Zamoran. *d. tract. disp.* 10. *cap.* 1. *per tot.* ubi latè comprobat, & declarat, licèt referat Cajet. 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. contrarium tenentem vide in §. *Fama n.* 4. *vers. quod si infamator* dummodò non reddatur maledictum pro maledicto. 46

Compensatio occulta an, & quomodo sit permissa, maximè in foro conscientiæ, accipiendo occultè propria auctoritate rem suam extantem in propria specie penes alium, vel aliam rem æquivalentem ex bonis debitoris, quando non superest creditori aliud remedium consequendi suum, plenè P. Zamoran. *tractat. de compensat. disput.* 1. *&* 2. *per tot.* ubi affirmativam probat concurrentibus infrascriptis conditionibus, quas singillatim examinat *in disput. seq. cum resolut.* plurium dubiorum circa unamquamque conditionem. 47

Prima conditio requisita ad dictam occultam compensationem licitam; est quòd nequeat creditor alia via suum creditum commodè recuperare.

Secunda, quòd creditum sit certum, & liquidum, circa quòd plures cadunt, & non resolvuntur difficultates.

Tertia, ut creditum, pro quo intenditur compensatio sit ex justitia, circa quam pariter plures occurrunt difficultates, an sufficiat ex gratitudine, & hujusmodi.

Quarta, quòd creditum, vel debitum, pro quo fit compensatio sit actu debitum, & non in sola potentia, vel spe in futurum.

Quinta, ut id, quòd accipitur in compensationem sit debitoris ipsius compensantis, & non alterius.

Sexta, ut compensatio fiat sine injuria, vel gravamine alterius, qui non sit debitor.

Septima, ut compensatio ita fiat, ut ex illa non sequatur alicui tertio damnum, veluti si ei imputaretur furtum, aut ea de causa puniretur.

Octava, ut compensatio fiat in re usu consumptibili, ejusdemque speciei, cum ea, quæ debebatur.

Nona, ut compensatio non fiat in deposito, quoad forum externum, secus in foro conscientiæ, ut dixi supra num. 26.

Decima, ut compensatio fiat sine vi, quæ moraliter possit esse occasio scandali, rixarum, tumultus, &c.

Undecima, ut compensans eo meliori modo, quo possit consulat saluti spirituali ejus, à quo compensationem recepit, ipsum eruendo à conscientia erronea, qua fortè crederet se adhuc teneri debito; ac etiam ipsius indemnitati, ne iterato solvat, vide in §. *Famulus num.* 11. ubi breviùs hæc requisita compilantur. De hac late P. Molin. *tract.* 2. *disput.* 690. *& seq.* Dian. *tom.* 6. *tract.* 3. *resolut.* 147. *& resol.* 166. *& tract.* 7. *resolut.* 134.

De

De materia compenſationis occultæ vide Plures
D.D. quos refert, & ſequitur Altimar *de nullit. rubr.*
1. *part.* 5. *q.* 45. *a n.* 53. & *a n.* 240. *tom.* 7.
48 Compenſatio crediti dotalis, an, & quatenus opponi,
& dari poſſit cum rebus amotis, vel pretio rerum amota-
rum à vidua poſt mortem viri, dumodò tamen amotio
ſit certa, & liquida, ſaltem in ſubſtantia, vel per inſtru-
mentum publicum, vel per confeſſionem, vel per rem
judicatam, itaut nō ſufficiat præſumptio, quòd jocalia,
& alia muliebria ſint penes uxorem, niſi probetur illorū
exiſtentia apud uxorem de tempore proximo mortis
viri, ut teneatur ad illorum reſtitutionem, nam hu-
juſmodi exiſtentia non probata præſumuntur potiùs
perveniſſe ad hæredes viri ad excludendam occulta-
tionem, & delictum uxoris, & alia ad rem, plenè Ro-
ta *part.* 18. *recent. deciſ.* 194. 245. *et* 378. *per tot. dixi*
in verbo Mobilia n. 8. Hunc locum citat, & ſequitur Al-
timar. *de Nullit. rubr.* 1. *p.* 5. *q.* 45. *n.* 209. *tom.* 7.
Per compenſationem legitimè factam transfertur
49 Dominium rei Guttier. *de compenſat. tom.* 3. *q.* 5. Al-
timar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *q.* 45. *ſub n.* 2. *tom.* 7.
50 Duplex eſt compenſatio, naturalis, & Civilis Alti-
mar. *ubi ſupra n.* 3.
51 De compenſationis origine vetuſtiſſima Guttier. *q.*
1. *n.* 50. *lib.* 1. *de Compen.*
52 Compenſatio ſemper admittitur, niſi ſit expreſsè
prohibita Fachin. *conſ.* 3. *num.* 2. *lib.* 3. Menoch. *conſ.*
521. *n.* 43. Palma *conſult.* 79. *n.* 1. Altimar. *loc. cit. n.*
32. *et n n.* 160.
53 Effectus præcipuus compenſationis eſt, ut lites com-
peſcat Guttier. *q.* 3. *num.* 45. *lib.* 1. Altimar. *ubi ſupra*
num. 33.
54 Ut ſit locus compenſationi, neceſſe eſt, quod non
ſit aliud remedium Guttier. *tom.* 3. *q.* 15. 16. Manſ.
conſult. 409. *nu.* 20. Altimar. *n.* 33.
55 In dubio potius præſumitur compenſatio, quam do-
natio Cabed. *deciſ.* 117. *part.* 1. Altimar. *n.* 34.
Compenſatio an ſit exceptio, actio, vel defenſio,
56 plures DD. relati per Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.*
5. *q.* 45. *n.* 83. *et ſeqq. tom.* 7.
57 Admittitur compenſatio in omnibus actionibus, tam
bonæ fidei, quam stricti Juris Guttier. *q.* 1. *n.* 34. *lib.*
5. *et alibi* Donell. *comment. Jur. Civil. lib.* 16. *cap.*
15. Altimar. *n.* 99.
Verum ut detur compenſatio cum ſe ipſo, requiri-
58 tur bona fides De Luc. *de Credit. diſc.* 48. *n.* 5. *diſc.*
49. *n. pariter* 5. *et diſc.* 50. *n. pariter* 5. Altimar. *num.*
100. Circumſtantiæ excludentes compenſationem cum
ſe ipſo habentur apud De Luc. *de Credit. diſc.* 46. *n.*
13. *et diſc.* 47. *ex n.* 14.
Compenſatio admittitur exiſtente pignore apud Cre-
59 ditorem, quod ab eo diſtrahi poſſet, dicitur inducta
ipſo Jure compenſatio ad evitandam pignoris diſtra-
ctionem Berſan. *de compenſat. cap.* 1. *q.* 6. *num.* 36. *et*
cap. 2. *q.* 33. *n.* 6. Altimar. *n.* 108.
Compenſantur ipſo jure fructus ex pignore percepti
60 cum uſuris, quæ tempore perceptionis fructuum ma-
turatæ ſunt favore pignoratarii, ſed reliquum cedit
in compenſationem ſortis Altimar. *ubi ſupra nu.* 109.
et n. 296., ubi plura de hac materia.
Compenſantur expenſæ factæ in fructibus colligen-
61 dis cum ipſis fructibus Berſan. *de compenſ. cap.* 1. *q.*
6 *n.* 4. *et cap.* 2. *q.* 19. Altimar. *n.* 110.
62 Fit compenſatio, ubi agitur ſola facti veritate inſpe-
cta De Luca *de cred. diſc.* 47. *nu.* 1. Berſan. *cap.* 2. *q.*
41. *n.* 11. Altimar. *n.* 111.
63 Compenſatio ex æquitate Introducta eſt *l. etiam ſi*
ff. de compenſ. l. neque ſcriptura Cod. eodem tit. de
Compenſ., ubi Scribentes communiter, nam illa lites
compeſcit, dirimit inanes circuitus, & fit per pauciora,
quod fieri deberet per plura cum maximo damno, &
incomodo debitorum. Brunnemann. *in d. l. etiam ſi*
n. 1. *de Compen.* Berſan. *d. q.* 1. *n.* 26. Altimar. *n.* 114.
64 Debitori magis intereſt compenſare, quam ſolvere
Melius *obſer.* 149. *n.* 21. Saminiat. *controv.* 32. *n.* 28.,
& ſic melius eſt incumbere rei, quàm actioni *l. minus*
ff. de regul. Jur. & meliùs rem habere, quàm petere
Barboſ. *axiom.* 146. *n.* 2. Altimar. *n.* 115., & qui com-
penſat, utitur in alium eo Jure, quo alius erga ſe uti-
tur Altimar. *n.* 116.
De Æquitate admittitur compenſatio quamvis aliàs
non admitteretur De Luc. *de Regal. diſc.* 106. *nu.* 4. 65
Altimar. *n.* 118.
Ubi non admittitur compenſatio, de æquitate datur 66
retentio De Luc. *de Jud. diſc.* 41. *n.* 9. *de Cred. diſc.*
60. *n.* 8. Altimar. *n.* 118. ubi de differentia inter utram-
que, & *n.* 385. *et ſeqq.*
Agenti remedio reſtitutionis in Integrum non obii- 67
citur compenſatio Urceol. *conſult.* 79. *nu.* 20. Bimius
conſ. 319. *n.* 29. *vol.* 4. Altimar. *ubi ſupra a n.* 119. ubi
hoc declaratur.
Cum Eccleſia dicatur mater æquitatis, contra eam
admittitur compenſatio Niger. *de exceptio cap.* 13. *§.* 68
10. *n.* 4. Altimar. *ſupra a n.* 122. ubi hoc ampliatur,
limitatur, & declaratur.
Compenſatio de incertis non datur Manſ. *conſult.* 69
616. *n.* 25. *et conſult.* 637. *n.* 3. Urceol. *conſult.* 87. *num.*
53. Altimar. *n.* 145.
Compenſatio non datur in debitis alternativis Gut- 70
tier. *de Compenſ. lib.* 1. *q.* 1. *n n.* 9. Altimar. *ubi ſupra.*
Opus eſt quod Creditum compenſandum exiſtat de 71
tempore compenſationis Manſ. *conſult.* 74. *nu.* 7. *lib.* 1.
Altimar. *n.* 146. ubi hoc declaratur.
Compenſatio non datur in ſpolio Guttier. *lib.* 1. *q.* 72
5. *n.* 61. *et q.* 6. *n.* 64. *lib.* 5. Altimar. *n.* 149 ſed quod
detur ad evitandam pœnam ſpolii Altimar. *num.* 150.
et in Add. ad Rovit. *conſ.* 60. *n.* 10. *lib.* 1.
Compenſatio non datur cum credito prius exiſtente
tempore obligationis, nam videtur renunciaſſe com-
penſationi Caſtill. *deciſ.* 181. *n.* 5. *et* 6. Altimar. *nu.* 73
151. De Luc. *de Credit. diſc.* 163. *n.* 6. *de Dot. diſc.*
59. *n.* 3., ſed quod intret retentio De Luc. *diſc.* 163.
num. 7.
Ad hoc ut intret compenſatio, requiritur, quod 74
debitum ſit purum Vveſſembecc. *in tit. ff. de Compenſ.*
n. 7. Altimar. *loc. cit. a n.* 140.
Compenſatio admittitur, etiam ſtante clauſula *pa-* 75
rato judicato De Luc. *de Regal. diſc.* 106. *nu.* 4. Alti-
mar. *n.* 139.
Compenſatio an cum indebitè ſoluto procedat, idem 76
Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 2. *n.* 76. *t.* 3.
Compenſatio poteſt opponi in compromiſſo Alti- 77
mar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 28. *n.* 380. *to.* 4.
Compenſatio non intrat ante liquidationem Ca- 78
prara *deciſ.* 166. *n.* 11. *part.* 2. & vide *deciſ.* 548. *n.* 7.
part. 2. & Roccam *cap.* 155. *n.* 9. *tom.* 2.
Compenſatio non oppoſita in Judicio facit arguere 79
inſubſiſtentiam crediti Caprar. *deciſ.* 7. *n.* 14. *part.* 1.
Compenſatio contra patrimonium decocti debito- 80
ris non eſt admittenda Rocca *cap.* 147. *n.* 17. *tom.* 2.
In compenſatione ſportulæ ſolvi non debent Cre- 81
ſcin. ad Abeecleſ. *obſerv. forenſ. part.* 1. *obſervat.* 21.
num. 13.
An compenſatio detur in retractu Altimar. *de nul-* 82
lit. rubr. 1. *part.* 5. *quæſt.* 45. *n.* 197. *tom.* 7.
Compenſatio an detur in debito voluntario, Idem 83
Altimar. *loc. ſupra adduct. n.* 198.
Compenſatio an poſſit opponi ab illo, qui tenetur 84
ad factum Idem Altimar. *ubi ſupra n.* 204.
Compenſatio an fiat, ubi ſolutio non admittitur 85
Altimar. *loc. ſupra adduct. n.* 210.
Compenſatio an fiat de re mea ad alteram rem 86
meam Altimar. *loc. relat. n.* 211. *et* 212.
Ex pluribus creditis quale debeat Creditor compen- 87
ſare Altimar. *ubi ſupra n.* 224.
Compenſatio an fiat cum bonis per fideicommiſ- 88
ſum reſtituendis Altimar. *loc. ſupra citato n.* 233.
Compenſatio occulta an fieri poſſit in re aliena, 89
quæ extat penes debitorem Altimar. *de Nullit. rubr.*
1. *part.* 5. *quæſt.* 45. *n.* 21. *tom.* 7.
Maritus creditor ex cauſa expenſarum, & melio- 90
rationum in fundo dotali an compenſet fructus do-
tales cum expenſis, & melioramentis factis in fundo
dotali Altimar. *ſupra num.* 243., Et quando maritus
compenſet fructus *ibidem n.* 249. *et n.* 254.
Fructus an, & quando compenſentur cum expenſis,
& meliorationibus *ibidem n.* 244. *et pluribus ſeqq.*
Compenſatio dum locum non habet, actio competit
pro melioramentis Altimar. *ubi ſupra n.* 238.
Compenſatio ob melioramenta fit a die oppoſitio-
nis, *ibidem n.* 345.
Quando non datur compenſatio, an detur abraſio in
uti-

utilibus melioramentis, *ibidem n.* 350..

Fructus an compensentur cum melioramentis, reciso contractu remedio *l.* 2. *C. de rescind. vend.* Altim. *supra n.* 379.

Compensatio quando locum habeat in conductore
91 Altimar. *n.* 354. *et seqq.*

Quando filius etiam sine mandato patris possit com-
92 pensare proprium debitum cum debito patris Altimar. *loc. supra relato n.* 383.

§. COMPROMISSUM XXVIII.

1 COmpromissum cùm sit quædam transactio, & compositio inter partes, maximè si fiat non in arbitrum, sed in arbitratorem, tollit facultatem redeundi ad judicem, & coram illo causam prosequendi, sed est expectandum laudum, ex quo oritur novatio extinctiva, etiam quoad primos fidejussores, Gratian. *discept. forens. cap.* 557. *n.* 20. *et seqq. ad* 34. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 117. *fol.* 71.

Quòd compromissum voluntarium non retardet executionem præsertim obligationis Cameralis, secus autem si sit necessarium vigore statuti factum, Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 121. *num.* 89. *et seqq.*

Quid sit compromissum, & ejus natura, Tusch. *litt. C. conclus.* 497. & alia plura latè Marc. Ant. Blanc. *in suo tract. de compromiss. per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Compromissum per tot.* Novar. *in Prag. Regn. Collect.* 19. *et* 20. *per tot.* Latissimè Altimar. *de Nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 28. *per tot. tom.* 4.

Continet in se tacitam conditionem ut in eo deducta censeantur apposita quatenus laudum sequatur Alex. *cons.* 21. *vol.* 1. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 171. *num.* 1.

Quando dicatur purum, vel conditionale, Tusch. *loc. cit. concl.* 521

Quòd resolvatur per comparitionem utriusque partis post compromissum coram judice ordinario, ita ut videatur ab illo recessum, perinde ac si nunquam fuisset factum, cùm etiam facto compromisso partes non prohibeantur adire judicem ordinarium, *l. litigatores, l. non distinguemus, §. summa, et l. si quis rem ff. de arbit.* Bart. *in l. qui fide n.* 3. *ff. de transact.* Bald. *cons.* 342. *n.* 1. *et seqq. lib.* 3. ubi benè distinguit Lancellot. *de attent. p.* 2. *c.* 15. *n.* 6. & Tondut. *de prævent. p.* 2. *c.* 4. *per tot.* Pac. Jordan. *loc. cit. nu.* 146. *etc. fol.* 73. Rota *p.* 12. *recent. decis.* 127. *num.* 2. *etc.* Cavaler. *decis.* 300. *mihi pagina prima*, ubi fuit conclusum pro validitate carcerationis factæ vigore mandati, super quo, & omnibus aliis differentiis erat factum compromissum, vide Tusch. *litt. C. concl.* 524. *per tot.* ubi an pendente compromisso possit agi via ordinaria. Altimar. *de Nullit. part.* 2. *rubr.* 1. *quæst.* 28. *n.* 295. *tom.* 4. Ursell. *conclus.* 133. *nu.* 97. Onnat. *disput.* 95. *sect.* 3. *de compromiss. n.* 18.

Et qualiter pendente compromisso non currant fatalia coram judice, Gratian. *decis.* 173. *per tot.* Tusch. *loc. citat. conclus.* 525. ubi quando compromissum suspendat instantiam, vel non, Leoncil. *decis.* 75. *nu.* 5. ubi quòd suspendit jurisdictionem.

An si pendente uno compromisso fiat aliud, secundum tollat primum, & quomodo, Tusch. *loc. cit. conclus.* 527.

Compromisso pendente, an & quando committantur attentata, & arbitri possint illa revocare, & an possit dimissis arbitris recurri ad judicem ordinarium per unam partem soluta pœna, vel per ambas partes absque solutione pœnæ, plenè Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 15. *per tot.* Vide Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *quæst.* 45. *n.* 160. *tom.* 1.

2 Compromissum æquiparatur transactioni, & est nullum si fiat calumniosè super re clara, & non dubia, latè Magon. *decis. Flor.* 85. *per tot. vide in §. Transactio num.* Vide Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 16. *tom.* 1. Emerix. jun. *decis.* 100. *n.* 5.

Est etiam nullum quando non fit ad evitandum odia litium, sed in fraudem petitur, cùm ab omni dispositione excludatur quod in fraudem factum est, Afflict. *decis.* 84. Joseph. Felin. *in Margarit. var. conclus. verb. Compromissum* 2. Vide Altimar. *loc. supra citat. rubr.* 9. *quæst.* 16. *tom.* 1.

Compromissum fieri non potest super testamento, & re liquida, nisi habens instrumentum, vel rem liquidam consentiat, cùm tunc videatur favori suo renuntiare, Magon. *decis. Flor.* 119. *n.* 1. Capyc. *decis.* 48. *per tot. vide in §. Statutum de compromissis nu...* Joseph. Ludovic. *decis. Luc.* 26. *per tot.* Altimar. *loc. adduct. quæst.* 16. *tom.* 1. 3

Quòd non comprehendat res jam per sententiam decisas, nisi expresse fuerit renunciatum sententiæ, Surd. *decis.* 185. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 226. *num.* 14. Altograd. *cons.* 21. *n.* 5. *lib.* 1. *et cons.* 102. *num.* 43. *lib.* 2. Ricc. *Collect.* 3622. De Luc. *de judic. disc.* 11. *nu.* 27. *et num.* 29. ubi quod non potest fieri super re judicata, & quando secus. Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *quæst.* 16. *tom.* 1.

Quòd censeatur comprehendere tantùm id, quod inter partes erat controversum, & non alia diversa, ita ut laudum postea corruat ex defectu potestatis, nisi fiat pro bono pacis, & quomodo intelligatur hoc bonum pacis ad effectum sustinendi laudum, vide latè Altograd. *dict. cons.* 102. *num.* 42. *et seqq. per tot. lib.* 2. *& dixi in §. Laudum nu.* 12. Altimar. *de nullit. part.* 2. *rubr.* 1. *quæst.* 28. *n.* 119. *tom.* 4.

Ad quæ extendatur compromissum generale, vel non, qualiter interpretandum, & hujusmodi, Tusch. *litt. C. conclus.* 519. *& seqq.* Martha *vot. Pis.* 223. *nu.* 10. *& seqq.* ubi plura pro comprehensione omnium excogitabilium, Urceol. *Consult. for. cap.* 99. *per tot. vol.* 2. ubi de transactione generali vide in §. *Transactio num...* Altimar. *loc. cit. n.* 120.

Compromissum super testamento vel dependentibus 4
ab eo fieri non potest, nisi visis, & consideratis verbis ipsius testamenti etiam si apponatur juramentum, quia non ob id censetur derogatum *l. de his ff. de transact.* Magon. *dec. Flor.* 119. *num.* 4. *et* 5. vide in §. *Renunciatio num.* 11. *&* 13. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 84. *volum.* 1. ubi tamen quòd sciens satis dicitur vidisse oculis intellectus, & sic data scientia contentorum in testamento cessare dispositionem *d. l. de his*, quod latiùs comprobat etiam Merlin. *decis.* 226. Fusar. *de substitut. quæst.* 594. *per tot.* vide in *§. Transactio nu.* 6. ubi quando non sufficiat videre verba, sed opus sit illa intelligere ad Rot. *part.* 13. *decis.* 491. *num.* 11. Altimar. *loc. supra citat. n.* 208.

Et si fuerit latum laudum cum clausula, *juxta tenorem testamenti*, perinde est ac si fuerit facta individua, & singularis expressio verborum omnium testamenti cum omnibus suis qualitatibus, ut probat Martha *vot. Pis.* 223. *n.* 1. *&c.*

Compromissum debet præcedere laudum, cùm om- 5
nis potestas arbitri ex illo pendeat, præsumeretur tamen ubi laudum esset præsentibus partibus, & non contradicentibus latum, Gratian. *decis.* 64. *nu.* 6. *& seqq.* vide in §. *Laudum num.* 4. *&* 5. Rota *part.* 9. *recent. decis.* 307. *num.* 5. *&c.* ubi quòd si non appareat compromissum, non potest sustineri laudum, *& part.* 13. *decis.* 235. *n.* 9. *& seqq.* ubi etiam de beneplacito Apostolico necessario, si agatur de jurisdictione Ecclesiastica, Martha *vot. Pis.* 163. *n.* 1. *&c.* ubi quòd laudum non probat, & est nullum si non constat de compromisso. Altimar. *de nullit. part.* 2. *rubr.* 1. *q.* 28. *num.* 36. *tom.* 4.

Quòd tota vis compromissi pendeat à conventione partium, ita ut si dictum fuerit, quod causa remanente indecisa, partes remaneant in eodem statu, & terminis, in quibus erant ante compromissum, non attendantur testes, nec alia acta coram arbitris facta, licet aliàs cessante dicto pacto quandoque essent attendenda, Cavaler. *decis.* 327. *n.* 2. Altimar. *loc. cit. n.* 39.

Quòd compromissum verbo fieri non possit in arbitros, sed requirat scripturam, licèt in arbitratores valeat sine scriptura, Jodoch. *pract. civil. c.* 204. *num.* 4. Imò quo etiam ad arbitros valere sine scriptura videtur tenere Magon. *decis. Flor.* 119. *num.* 1.

Qualiter autem inducatur tacitum compromissum, & non minus facto quam verbis possit probari, si partes præsentes nullo alio facto compromisso, petant ferri laudum, nam qui vult consequens, censetur velle omne necessarium antecedens, Anchar. *cons.* 361. Alex. *cons.* 84. *lib.* 5. Tusch. *litt. C. concl.* 513. *per tot.* Franc. Maur. *decis.* 440. Afflict. *decis.* 117. Viti *decis.* 131.

No-

Novar. in Pragm. Reg. Collect. 19. num. 32. & Collect. 20. n. 1. Gratian. deciſ. 64. Altimar. de nullit. part. 2. rubr. 1. quæſt. 28. n. 14. tom. 4.

Et quòd poſſit probari per teſtes etiam mediatores, idem Tuſch. loc. cit. concl. 530. Altimar. loc. cit. n. 15.

Quòd præſumatur compromiſſum ubi laudum præſentibus, & non contradicentibus partis latum apparet, Cacheran. conſ. feud. 5. num. 49. Maſcard. de probat. concluſ. 336. ubi intelligit de laudo antiquo ſaltem per decennium, Bertachin. in Repert. verb. Compromiſſum in principio.

6 Compromiſſum in quo datur facultas arbitris generalibus eligendi tertium, non videtur ſuſtineri, quia in illo tertio aſſumendo, poſſent arbitri diſſentire, & ſic compromiſſum ſine effectu remanere, l. item ſi unus §. ſi in duos ff. de arbit. Cavaler. deciſ. 327. n. 5. vide Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 7. n. 63. & ſeqq. fol. 67. ubi plura de electione tertii, & quomodo poſſit ſuſtineri compromiſſum, ſi tertius eligendus ſit perſona certa de conſenſu partium, vide latè Tuſch. lit. C. concl. 508. per tot. Merlin. deciſ. 753. per tot. ubi etiam quid ſi unus ex arbitris mortuus ſit. Vide Altimar. de nullit. rubr. 9. quæſt. 51. n. 29. tom. 1. & par. 2. rubr. 1. quæſt. 28. n. 307. tom. 4.

Si tertius electus, ab utroque arbitro diſcordet, an illius ſententia prævaleat, vide Gabriel. com. concluſ. tit. de arbitr. concluſ. 1. relatum à Jordan. loc. cit. num. 68. dixi in §. Periti num... Sanfelic. in Praxi ſect. 41. num. 19. &c. ubi quòd tertius non poteſt procedere, niſi priùs conſtito de diſcordia aliorum. Altimar. dict. quæſt. 28. n. 316.

7 Compromiſſum poteſt generaliter fieri de quacunque re, & cauſa, quæ non ſit ſpecialiter prohibita compromitti, prout regulariter prohibetur in cauſis criminalibus, matrimonialibus, ſpiritualibus, irrogantibus infamiam, & ſimilibus, Specul. tit. de arbitr. §. 3. cum aliis per Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 7. num 45. & ſeqq. fol. 65. Tuſch. lit. C. concl. 498. et ſeqq. ubi latè quæ poſſint compromitti, & quæ non, ut ſemel laudata, qui poſſint compromittere, vel non, in quas perſonas compromitti, & hujuſmodi, Novar. in Pragm. Regn. Collect. 19. per tot. In quibus cauſis fieri poſſit compromiſſum, vide Carol. Ant. De Luc. in Prax. Judic. cap. 51. Brunnemann. ſup. ff. in Indic. verb. compromiſſum Altimar. de nullit. part. 2. rubr. 1. quæſt. 28. n n. 104. tom. 4. & ibidem a n. 213. et n. 295. Fagnan. in Indic. generul. verb. Compromiſſum De Luc. in Indic. gen verb. compromiſſum.

Quòd non poſſit fieri compromiſſum de feudo in arbitrum, neque in arbitratorem ſine Domini conſenſu, Cacheran. conſ. Feudal. 16. nn. 4. & ſeqq. infra nu. 14. & ſeqq. Vide Brunnemano. loc. cit. Altimar. de nullit. rubr. 9. quæſt. 16. num. 27. tom. 1.

Item nec in cauſis criminalibus, & quid ſi eſſent civiliter intentatæ, Afflict. deciſ. 84. Joſeph. Feliu. in Margarit. var. concl. verb. Compromiſſum 2. Vide Altimar. loc. adduct. rubr 9. quæſt. 8. num. 68. tom. 1. & part. 2. rubr. 1. quæſt. 28. a n. 104. tom. 4.

8 Compromiſſum factum ſub certa forma pronunciandi eſt nullum, cùm arbitri poteſtas debeat eſſe libera, aliàs non diceretur arbiter, ſed merus executor, Rom. conſ. 141. & 175. Petr. Cabal. reſol. crim. caſ. 286. nu. 17. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 7. num. 61. fol. 66. ubi quòd non poteſt fieri compromiſſum ut feratur certa ſententia, Tuſch. litt. C. concluſ. 528. n. 4. &c. concluſ. 529. ubi quando compromiſſum ſit nullum in totum, vel in parte. Altimar. de nullit. par. 2. rubr. 1. quæſt. 28. n. 38. n. 39. et n. 260. tom. 4.

9 Compromiſſum non habet effectum, & nihil operatur antequam fuerit acceptatum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 516. n. 27. et ſeqq. Gabriel. com. concl. tit. de arbitr. lib. 2. concl. 2. per tot.

Et ideò tempus ad laudandum aſſignatum, non currit, niſi à die acceptationis, ut dixi in §. Laudum nu. 3. Tuſch. litt. C. concluſ. 515. & ſeqq. ubi quando compromiſſi tempus currere incipiat, an currat tempore feriato &c.

Quo ad obligationem tamen attenditur tempus compromiſſi, idem Tuſch. loc. cit. concl. 517. per tot.

Quando fuit factum præſentibus arbitris, & acceptantibus, ſtatim currere incipit dies compromiſſi, Boer. dec. 283. n. 1. etc. ubi etiam latè quanto tempore duret tam in arbitro, quàm in arbitratore, ſi tempus præfixum non habeat.

Compromiſſum ex forma ſtatuti, poteſt de jure peti 10
etiam poſt litem conteſtatam, dummodò antequam fiat publicatio in cauſa, niſi aliud tempus fuerit à ſtatuto aſſignatum, intra quod poſſit, vel debeat peti, Jaſ. in l. 1. in 4. not. ff. de tranſact. Capyc. deciſ. 48. nu. 5. vide in §. Statutum de compromiſſis num.... Ricc. Collect. 79. ubi plura Scaglion. in Pragmat. Regni tit. de comprom. fol. mihi 106. & ſeqq. ubi plura de hac materia Sanfelic. in Praxi ſect. 41. per tot.

Compromiſſum debet fieri vigore ſtatuti, ſuper arti- 11
culo, an cauſa ſit compromiſſibilis, vel ne, quando per unam ex partibus negatur conſanguinitas, vel affinitas, vel quid aliud, quod poſſit eſſe cauſa compromittendi, & id per articulum facti, & non juris, ad tradita per Bart. & Fulgoſ. in l. pen. circa finem Cod. de pact. Capyc. deciſ. 7. num. 1. et 2. Thomat. deciſ. 6. et deciſ. 47. ubi plura de compromiſſo vigore ſtatuti fiendo inter conjunctos in quæſtionibus facti, & juris dubii, non autem juris clari, in dubio pronunciandum eſſe pro compromiſſo tanquam favorabili, & alia Sanfelic. in praxi ſect. 41. num. 6. etc.

Compromiſſum fieri non poteſt in judicem ordina- 12
rium tanquam in arbitrum, ſed benè tanquam in arbitratorem, & amicabilem compoſitorem, Vant. de nullit. ex defect. juriſdict. num. 174. quamvia de jure canonico poſſit utroque modo fieri, ut ibidem Ricc. Collect. 1003. ubi ponit quatuor limitationes, et Collect. 1480. Novar. in Prag. Reg. Neap. Collect. 151. Emerix. jun. deciſ. 793. n. 2. et deciſ. 894. ſub n. 1.

Non etiam fieri poſſe in Religioſum profeſſum ſine licentia ſuperioris, vide Gratian. deciſ. 64. num. 8. et ſeqq.

Compromiſſum factum in arbitratorem habentem 13
intereſſe in cauſa, eſt nullum, ſicut etiam ſi eſſet factum per metum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 586. n. 55. et ſeqq.

Quòd in re ſua, ſive in totum, ſive pro parte nullus arbiter eſſe poſſit, l. pen. et l. ne quis ff. de arbit. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 13. tit. 7. nu. 44. fol. 64.

Compromiſſum fieri non poteſt ſuper rebus prohibi- 14
tis alienari, quia non poſſunt alienare, nec etiam compromittere valent, cùm ex compromiſſo poſſit ſequi alienatio, Rom. conſ. 369. n. 18. Pic. ad ſtat. urb. gloſ. 7. num 55. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 379. n. 10. et cap. 586. n. 12. Montan. de tut. cap. 33. num. 127. et ſeqq. fol. 145. vide in §. Statutum n. 9. Merlin. deciſ. 205. per tot. Fuſar. de ſubſtit. qu. 708. per tot. ubi limitat non procedere in compromiſſo neceſſario inf. nu. 20. Altimar. de nullit. part. 2. rubr. 1. q. 28. num. 342. tom. 4.

Quòd imò valeat cùm poſſit eſſe, quod per laudum non ſequatur alienatio, ut quia fortè laudabitur, rem debere remanere penes alienare prohibitum, & ſic ejus validitas, vel invaliditas pendeat à futuro eventu, Capyc. deciſ. 93. n. 4. Blanc. de compromiſſ. quæſt. 4. Cephal. conſ. 772. n. 2. lib. 5.

Quòd etiam minor, & pupillus cogatur ad compromittendum vigore ſtatuti, & quando non poſſit trahere cauſam ad tribunal Principis vigore l. un. C. quando Imper. inter pupil. et vid. Sed potiùs ſit compellendus ad compromiſſum vigore dicti ſtatuti, Ciarlin. controv. 102. per tot. vide in §. Minor. n 31. §. Statutum de comprom. n. 9. Sanfelic. in Praxi ſect. 41. n. 7. Altimar. de nullit. par. 2. rubr. 1. quæſt. 28. n. 22. tom. 4., ubi quod ſtatutum de compromiſſo comprehendit etiam minores & pupillos.

Compromiſſum factum de rebus Eccleſiaſticis, vel 15
ubi adeſt Clericus reus, in laicum dicitur nullum, tamquam factum in non habentem juriſdictionem, & qualiter poſſit ſuſtineri de conſenſu Epiſcopi, vel Vicarii tam ab initio, quàm poſt laudum ſequutum, latè Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 379. per tot. cap. 674. n. 13. & cap. 732. n. 16. etc. Cavaler. deciſ. 329. n. 4. Tuſch. litt. C. concl. 505. per tot. Altimar. loc. ſupra cit. a num. 346.

Qualiter hujuſmodi compromiſſum de bonis Eccleſiaſticis, vel etiam de actione, & jure ad illa competente, factum in laicum ſit nullum, ita ut non obſtan-

te juramento, possit ab ipso Rectore compromittente, tam per viam actionis, quàm acceptionis impugnari, nec valeat in ejus præjudicium, cùm sit ipso jure nullum, nec possit pœna adjecta exigi, latè, & pulchrè Altograd. *cons.* 17. *per tot. lib.* 1. ubi omnibus objectis satisfacit. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *quæst.* 7. *n.* 40. *tom.* 1.

Quòd imò compromissum factum de re spirituali, vel quasi in laicum tanquam arbitrum, & arbitratorem, sit validum, cùm etiam laici possint esse arbitratores in spiritualibus, vel quasi, Rom. *cons.* 173. Gratian. *cons.* 87. *nu.* 10. *lib.* 1. cum aliis quos refert, & sequitur Cavaler. *decis.* 118. *n.* 1. Tusch. *d. conclus.* 505. *num.* 12. *etc. vide in §. Clericus n.* 58. *in fine*, *§. Sententia*, *n.* 5. *& §. Judex n.* 30. *et* 31. Altimar. *d. quæst.* 28. *nu.* 348. *tom.* 4. De his omnibus vide Fagnan. *in cap. contingit & tot. tit. de Arbitr.*

Valeret etiam, si cum laico eligatur Clericus, quia ipse trahit, & non trahitur, Sperel. *decis.* 8. *n.* 49. *vide in §. Laudum n.* 7. Tusch. *d. concl.* 505. *num.* 2. Vide Altimar. *dict. rubr.* 2. *quæst.* 7. *n.* 40. *tom.* 1. *& d. quæst.* 28. *n.* 349. *tom.* 4.

Quod Clerici possunt compromittere in arbitrum laicum, non autem consentire in judicem sæcularem, quia judex habet jurisdictionem, quam non habet arbiter, Rota post Merlin. *de pig. decis.* 90. *n.* 25 *&* 26. facit quod dixi in §. *Clericus num.* 58. Thom. Trivis. *decis.* 17. *per tot.* ubi quando sit valida sententia judicis laici inter personas Ecclesiasticas, & non possit impugnari.

16 Compromissum factum cum potestate prorogandi toties quoties voluerit arbiter, non durat post binam prorogationem, Alex. post Bart. *in l. qui bona §. fin. ff. de dam. infect.* Afflict. *decis.* 46. Rom. *cons.* 504. Addit. ad Pract. Papp. *for. comprom. glos. infra duos menses, &c.* Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 38. *tom.* 1. *& par.* 2. *rub.* 1. *quæst.* 28. *n.* 40. *tom.* 4.

Contrarium tenet Marant. *part.* 6. *tit. de compromiss. n.* 4. Vide Altimar. *dict. part.* 2. *rubr. pr. quæst.* 28. *a nu.* 40. *tom.* 4.

Debet autem prorogatio fieri, durante adhuc tempore compromissi, nam post illud expiratum non potest prorogari, *leg. ejus qui ff. si cert. pet.* Cavaler. *decis.* 327. *n.* 3. Altimar. *d. quæst.* 28. *n.* 44.

Et hujusmodi prorogatio fieri potest etiam per epistolam, vel nuncium, dummodò ipsis partibus intimetur, aliàs sententia esset nulla, licèt dictum fuerit, quòd fieri possit partibus absentibus, & ignorantibus, & licèt ipsæ partes renunciaverint dictæ intimationi, Genu. *de script. privat. lib.* 3. *quæst.* 27. *fol.* 137. ubi etiam quòd ipsum compromissum per epistolam fieri potest, Sanfelic. *in Praxi sect.* 41. *n.* 21. *etc.* Altimar. *dict. quæst.* 28. *n.* 45.

An autem facta prorogatione dicatur idem compromissum, quid illud importet, quomodo fiat prorogatio, & alia Tusch. *litt. C. conclus.* 518. *per tot.* Altim. *loc. cit. quæst.* 28. *n.* 46. Saminiat. *controvers.* 80. *n.* 5.

Quòd mensura temporis prorogati non possit esse major, quàm mensura temporis principalis, Cæpol. *in repert. l. si fugitivi C. de ser. fugit. nu.* 45. Ciroc. *discep.* 25. *nu.* 46. Jovi. *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 22. *§.* 13. *n.* 31. *vers. notandum* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 38. *n.* 2. *tom.* 1. *& par.* 2. *rubr.* 1. *quæst.* 28. *n.* 47. *tom.* 4.

17 Compromissa fieri solent sub pœna, & pœna potest exigi, Gratian. *discept. forens. cap.* 929. *nu.* 18. vide in *§. Pœna num.* 3. Altimar. *de nullit. dict. quæst.* 28. *num.* 99.

De diversis compromissorum pactis, & formulis, & quid opereatur, Tusch. *litt. C. conclus.* 511. *&* 512. *per tot.* Altimar. *de nullit. dict. quæst.* 28. *per tot. & alibi in eodem tractata.*

Quando tamen pœna esset adjecta compromisso ipso jure nullo, nō habita in specie consideratione nullitatis, non est locus pœnæ, cùm hujusmodi promissio sub pœn habeat tacitam conditionem, si justè, & validè laudatum fuerit, & non incidat in pœnam, qui ex causa justa non paret laudo, prout nec potest exigi quando accessit actui à jure reprobato, ut benè probat videndus Altograd. *consil.* 27. *n.* 39. *& seqq. ad* 48. *lib. pr.* Martha *vot. Pis.* 7. *per tot.* ubi latè probat pœnam non posse exigi, cùm promissio intelligatur si arbiter justè fuerit arbitratus, aliàs obstat exceptio doli, quid si pœna esset applicanda fisco, & alia ad rem. Vide Altimar. *dict. q.* 28. *n.* 100.

In contrarium, quòd pœna ob contraventionem debeatur, non obstante nullitate, & injustitia laudi, vide per Bardellon. *cons.* 171. *n.* 8. *&* 9. *lib.* 2.

Quando compromittens dicatur contravenire, ut incidat in pœnam, Tusch. *litt. C. concl.* 526. *per tot.*

Compromittentes possunt petere reductionem ad arbitrium boni viri, etiamsi illi cum juramento renuntiaverint, quando laudum fuit dolosum, vel cum magna læsione, nam juramentum, vel pœna, intelligitur sub illa conditione si laudum fuerit æquum & sine magna læsione, Pract. Papp. *for. comprom. glos. Nec reductio peti num.* 3. *cum Addit.* Gabriel. *com. concl. tit. de arbitr. conclus.* 3. Jas. *in l. quidam cum filium num.* 21. *ff. de verb. oblig.* Marant. *par.* 6. *art.* 2. Duen. *reg.* 36. *verb. Affinis*, Gratian. *discept. for. cap.* 148. *n.* 15. *&c* Altograd. *cons.* 102. *n* 28. *lib* 2. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 97. *& seqq. fol.* 69. vide *in §. Laudum num.*.. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de arbitr. conclus.* 3. Merlin. *decis.* 753. *n.* 10. Altimar. *dict. quæst.* 28. *nu.* 82. *cum seqq.* Donad. *de renunciat. cap.* 20. 18

Cautelas plures, ut non possit peti reductio ad arbitrium boni viri, docet Cæpol. *caut.* 199. & facit Gratian. *discept. forens. cap.* 767. *nu.* 68. Joseph. Ludov. *dec. Luc.* 27. *per tot.* ubi quòd omnes sunt periculosæ, & nulla potest dari cautela, quæ impediat recursum stante magna læsione arbitrio judicis æstimanda, & an pendente recursu, possit laudum executioni mandari. Altimar. *dict. quæst.* 28. *a num.* 82. Urceol *de Transact. quæst.* 3.

Et quòd non obstante renuntiatione reductionis ad arbitrium boni viri sub quacunque verborum formula, non impediatur recursus contra laudum, Cavaler. *decis.* 292. *n.* 6. & dixi *in meis resol. cap.* 55. *n.* 46. *&c.* Joseph. Ludovic. *d. decis.* 27.

An compromittens, qui in laudo succubuit possit redire ad judicem appellationis, Paul. Christin. *dec.* 210. *n.* 18. *& seqq. vol.* 5. ubi quòd non prohibetur si pœnam solvat, nisi adsit clausula, *toties quoties*, vel nisi laudum fuerit emologatum expresſè, vel tacitè, vel simus in arbitratore. Vide Altimar. *dict. q.* 28. *n.* 82.

Compromissum finitur pluribus modis, nempè lata sententia super omnibus in eo contentis per lapsum temporis, per mortem arbitri, vel alterius ex compromittentibus, nisi expresſè actum fuerit de hæredibus, & per justam excusationem arbitro supervenientem, putà inimicitiæ, infamiæ, occupationis, adversæ valetudinis, absentiæ, Clericatus, Monachatus, banni, & similium, per voluntarium partium consensum expressum, vel tacitum, sublata obligatione, de qua erat quæstio, commissa semel pœna, & similibus modis, Specul. *tit. de arbitr. §.* 5. Pract. Papp. *for. comprom. glos. ult.* Pac. Jord. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 131. *& seqq. fol.* 72. latè Tusch. *litt. C. conclus.* 531. *per tot.* Sebast. Medic. *tract. mors omnia solvit*, *part.* 2. *n.* 63. Conciol. cum Romagner. *ad stat. Engub. lib.* 2. *rub.* 27. *per tot.* ubi plura, & plures allegant. Altimar *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 28. *n.* 281. *cum sequent. tom.* 4. 19

Qualiter expiret propter dignitatem supervenientem in arbitro, & an transeat in successorem quando fuit factum sub nomine officii, & dignitatis, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 373. *per tot.* Cacheran. *cons. feud.* 20. *n.* 3 ubi quòd factum sub nomine dignitatis transit in successorem, nisi in eum cadat diffidentia. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part* 2. *quæst.* 28. *n.* 288. *tom.* 4. Fagnan. *in cap. ex parte n.* 44. *de Arbitr.*

Qualiter annulletur per mortem sive naturalem, sive civilem alterius ex compromittentibus, nec transeat ad hæredes, etiamsi jam in causa sit conclusum, quia arbitrium est stricti juris, & non extendibile, nisi expresſè dictum sit pro se, & hæredibus, & sic ab utraque parte sit facta mentio hæredum, vel nisi jam sit lata sententia, quia tunc ejus effectus transiret ad hæredes, vel nisi agatur de compromisso ab Universita-

ſitate, vel à Prælato ſub nomine dignitatis facto, quia tunc etiam mortuis compromittentibus, tranſiret ad ſucceſſores, benè probat Duen. *reg.* 528. *per tot.* vide Tuſch. *d. concluſ.* 531. *n.* 11. *& ſeqq.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Luc.* 37. *per tot.* ubi qualiter expiret per mortem unius ex arbitris, vel ex compromitentibus, niſi hoc ultimo caſu ſit facta mentio hæredum, Cacheran. *d. conſ.* 20. *n. pr. &c.* Altimar. *dict. quæſt.* 28. *a n.* 281. *cum ſeqq. tom.* 4.

Alia ad hanc materiam vide *in §. Arbiter*, *§. Laudum*, *& §. Statutum de compromiſſis*, & dixi *in reſolut. cap.* 55. *&* 57. *per tot.* latè Marc. Ant. Blanc. *tract. de comprom.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 85. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi ſect.* 41. *per tot.* Ciarlin. *controv.* 170. *per tot.* ubi plura ad evitandum compromiſsū à ſtatuto ordinatum, & Novar. *in Prag. Reg. Neapol. Collect.* 19. ubi plura notabilia de hac materia, *& Collect.* 20. Altimar. *loc. ſupra citat. a n.* 281. *cum plurib. ſeq.* Fagnan. *ſup. Decret. in cap. ex parte de Arbitr.* De Luc. *in Indic. general. verb. compromiſſ.*

20 Compromiſſum fieri non poteſt de rebus fideicommiſſis in præjudicium vocatorum, nec laudum indè ſequutum illis præjudicat, niſi conſenſum præſtiterint, vel niſi eſſet factum de mandato judicis, vel vigore ſtatuti, vel niſi eſſet mota lis, & adverſarius poſſideret, vel niſi vocati eſſent hæredes compromittentis cum declarationibus, de quibus Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 563. *per tot. & quæſt.* 597. facit quod dixi in §. *Hæres n.* 16. *& §. Tranſactio n.* 10. *ſupra num.* 14. Altimar. *de nullit. dict. q.* 28. *n.* 24. *& n.* 231. ubi plures modernos adducit.

21 Compromiſſum vigore ſtatuti fieri debet inter actorem, & auctorem à reo nominatum & laudatum ſi ſit conſanguineus dicti actoris, quia auctor per nominationem ſit dominus litis, Bart. *in l.* 2. *Cod. ubi in rem act.* Marant. *in prax. part.* 6. *membr.* 6. *princip.* Muſcatel. *in prax. part.* 3. *gloſ. nominct. n.* 24. Joſeph. Felin. *in Margarit. var. concluſ. verb. Compromiſſum* 3. *vide in §. Statutum de compromiſſis n.* 7. ubi referuntur contrariæ opiniones. Vide Jovi. *de ſolem. gloſſ.* 22. §. 12. *n.* 6. Calà *de reſtit. in integr. quæſt.* 19. *n.* 29. Altimar. *de null. part.* 2. *rubr. pr. q.* 28. *n.* 232. *tom.* 4.

Et ſi conſanguineus cedat jura ſua extraneo contra conſanguineum, ceſſionarius non poteſt vigore dicti ſtatuti compelli ad compromittendum ubi ceſſio proceſſit ex cauſa oneroſa, ſecus autem ſi ex cauſa lucrativa obtinuerit ceſſionem, Carpan. *ad Stat. Mediolan. tom. pr. cap.* 115. *nn.* 80. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 6. *quæſt.* 11. *n.* 47. *vide in d. §. Statutum num.* 7. ubi alio modo diſtinguitur, an agatur utili actione nomine proprio, vel directa nomine cedentis. Jovi. *loc. ſupra adduct. n.* 20. Altimar. *loc. cit. n.* 234. Borrell. *de compromiſſ. §. pr. gloſſ.* 3. *n.* 303.

22 Compromiſſum ſi ſemel factum expiravit, an poſſint partes compelli ad iterum compromittendum, dic, quòd ſi ſumus in compromiſſo neceſſario vigore legis, vel ſtatuti, poſſunt compelli ad iterùm compromittendum; ſi verò in compromiſſo voluntario ex diſpoſitione hominis ſufficit ſemel fuiſſe compromiſſum, Hypolit. *ſing.* 371. Donat. Anton. de Marin. *lib.* 1. *reſolut.* 65. *in fine*, Sanfelic. *in Praxi ſect.* 41. *nu.* 17. *dixi in meis reſolut. cap.* 55. *num.* 23. *& ſeqq.* ubi meliùs declaravi, & in hoc Opere *§. Statutum de compromiſſis nu.* 2. Vide Altimar. *de Nullit. part.* 2. *rubr. pr. quæſt.* 28. *a n.* 50. *tom.* 4.

23 De compromiſſis multa deciſivè notat Thoro *compend. deciſ. Neap. part. pr.* 2. *&* 3. *in verb. Compromiſſum*, & alla remiſſivè Ægid. Caſtejon. *in Alphab. jurid. verb. Arbiter*, & Coin. Auguſt. Fontan. *in Bibliotb. legal. part.* 4. *verb. Compromiſſum fol.* 283. *&c.* ut indicat Auctores materiam compromiſſorum tractantes. Borell. *de Compromiſſis* Onnat. *de contract. tit. de Compromiſſis* Altimar. *in tract. de nullit. part.* 2. *rubr. pr. quæſt.* 28. *per tot. tom.* 4. *& alibi ſæpe.* Brunnemann. Fagnan. De Luc. Palm. Manſ. & alii moderni.

24 Compromiſſum non poteſt fieri ſuper eo, quod jam fuit deciſum per ſententiam in judicatum tranſactam, nec in quæſtione clara, & ſuper liquido, ita ut non poſſit fingi lis ubi non adeſt, Cyriac. *controv.* 350. *num.* 11. *& ſeqq.* Vide ſupra *n.* 2. *&* 3. ubi etiam in noviſſimis additionibus Creſcini.

25 Compromiſſa ad ſimilitudinem Judiciorum redacta ſunt Brunnemann. *ſup. C. lib.* 3. *tit.* 13. *leg.* 3. *pag.* 196. *n.* 5. Et compromiſſa Judiciorum vim habent Brunnemann *loc. ſupra cit. n.* 6.

26 Compromiſſa ſunt frequentiſſima, & utiliſſima Brunnemann. *ſup. ff. libr.* 4. *tit.* 8. *leg.* 9. *n.* 5.

27 Compromiſſum an peti poſſit inter conjunctos in quarto, vel quinto gradu Carol. Ant. DeLuc. *in Prax. Judic. cap.* 21.

28 Compromiſſum an peti poſſit per Curatorem hæreditatis jacentis Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n.* 10. *& de pluralit. homin. legal. cap.* 138. *n.* 4.

29 Compromiſſum firmatum juramento non ſubjacet ſtatuto laicali Emerix jun. *deciſ.* 793. *n.* 4.

30 Compromiſſarius in dubio an cenſeatur pronunciaſſe ut arbiter, an ut arbitrator Fagnan. *ſup. Decret. in cap. contingit n.* 36. *de arbitr.*

31 Compromittentes in arbitrum, vel arbitratorem de Jure canonico poſſunt ſe Juramento obſtringere ad obſervantiam arbitrii, vel arbitramenti, & hoc Jus canonicum ſervari debet etiam in foro civili Fagnan. *in cap. non ſine n.* 18. *&* 19. *de arbitr.* Et an per juramentum compromiſſum fiat irrevocabile De Luc. *de Judic. diſc.* 11. *n.* 26.

32 Compromiſſum initum contra legis prohibitionem eſt irritum, quamvis Lex non procedat ulterius ad irritationem actus Fagnan. *ſup. Decretal. in cap. contingit. n.* 2. *de Arbitr.*

33 Compromiſſum ab initio eſt voluntatis, poſt factum verò eſt neceſſitatis Fagnan. *in cap. cum tempore n.* 13. *de Arbitr.*

34 Compromiſſum an requirat conſenſum ſingulorum, vel ſufficiat in communi Fagnan. *ſup. Decretal. in c. licet vitanda n.* 68. *de Elect.*

35 In bonis, ſeù juribus eccleſiæ non poteſt fieri ſine ſolemnitatibus De Luc. *de Juriſdict. diſc.* 7. *nu.* 11. *de Præem. diſc.* 4. *n.* 19. Fallit, ubi ageretur de compromiſſo facto per duas eccleſias, Idem De Luc. *d. diſc.* 4. *n.* 19. An & quando cadat ſub prohibitione *Extravag. Ambitioſæ* De Luc. *de Alienat. diſc. pr. n.* 43. *diſc.* 21. *per tot. de Juriſdict. diſc.* 7. *nu.* 11. *de Præem. diſc.* 4. *n.* 19.

36 Compromiſſum ſtatutarium eſſet abolendum, & de ratione De Luc. *de Judic. diſc.* 11. *n.* 4. 5. *&* 11.

37 Compromiſſum petendum eſt ante litis conteſtationem De Luc. *de Judic. diſc.* 11. *n.* 3. *in fine.*

38 Compromiſſum an afficiat ſucceſſores, qui jure ſuo independenter veniant De Luc. *de judic. diſc.* 11. *n.* 35.

39 Compromiſſum ſuper re immobili ad pupillum ſpectante fieri non poteſt abſque ſolemnitatibus in illorum alienationibus præſcriptis Altimar. *de Nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæſt. pr. ſect. pr. n.* 561. *tom.* 8. Et Compromiſſum fieri debet per pupillum, quando adeſt ſtatutum, & quommodò Altimar. *loc. cit.* Et quommodò fieri debeat a minore Altimar. *loc. cit. n.* 561. *cum ſeqq.*

40 Compromittentes ſi ſint diverſi fori, reductio ad derſus laudum coram quo Judice petenda Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæſt.* 19. *tom. pr.*

41 Compromiſſum metu factum an ſit nullum Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 14. *n.* 666. *tom.* 3. Et in carceribus factum num ipſo Jure nullum dicatur Altimar. *dict. quæſt.* 14. *n.* 382.

42 Ex compromiſſo nudo pacto non oritur actio Gutierez *libr. pr. de jurament.* 3. *p. cap.* 14. *n. pr.* Onnat. *diſput.* 93. *ſect.* 2. *n.* 38. *de Compromiſſ.* Altimar. *de nullit. part.* 2. *rubr. pr. quæſt.* 28. *n.* 92. *tom.* 4.

43 An Laudum poſſit exequi in parte favorabili, & appellari in odioſa, & præjudiciali Altimar. *loc. cit. n.* 133.

44 Compromiſſum peti non poteſt, ſi non fiat ad evitanda odia litium, ſed in fraudem petitur Altimar. *loc. ſupra adduct. n.* 288.

45 Compromiſſum verbo fieri non poteſt in arbitros, ſed requiritur ſcriptura, licèt in arbitratores ſecus Altimar. *loc. adduct. n.* 250. ubi etiam refert Doctores pro contraria opinione.

46 Regularitèr nemo compellitur compromittere Borrell. *in ſumm. deciſ. tit.* 63. *n.* 229. Baron. *de Effect. minor. ætat. circ. contract. effect.* 19. *n.* 25. *cum ſeqq.* Jovi. *de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ.* 22. *§.* 12.

n. 14. Afflict. *decis.* 149. *n.* 5. Leon. *decis.* 154. Ciroc. *anscept.* 36. *n.* 35. Rot. *recent. part.* 12. *decis.* 163. *n.* 3. Altimar. *loc. supra relat. n.* 135. ubi *n. seq.* refert nonnullas limitationes Caprar. *decis.* 130. *n.* 1. & 2. *part.* 1.

47 Compromissum ordinatum a testatore, & injunctum hæredi dicitur necessarium Jovi. *ubi supra gloss.* 22. §. 13. *num.* 26. Pigant. *ad Statut. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 91. *n.* 53.

3 Conditio est implenda in forma specifica, Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. pr. Prælud. 2. §. 2. n. 55. et seqq. Larrea alleg. 9. num. 13. et alleg. 40. num. 26. Cyriac. contr. 424. num. 10. et seqq. Gamm. decis. 45. et 126. Carol. Tap. decis. 47. Trentacinq. de substit. in præfat. num. 18. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 43. nu. 6. et seqq. Cancer. lib. 1. cap. 1. num. 64. et seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 185. per tot. Hermosil. ad l. 5. tit. 4. part. 5. glos. pr. n. 8. et seqq. & alii plures ab istis citati, & non per æquipollens cùm inducat formam præcisam, Surd. decis. 202. per tot. Menoch. lib. 4. præsumpt. 185. Gratian. discept. forens. cap. 786. num. 14. Altograd. cons. 9. num. 53. & 54. et cons. 46. num. 4. lib. 1. Magon. decis. Flor. 10. nu. 49. Tusch. litt. C. concl. 594. et 595. ubi qualiter sit implenda per veritatem, non per fictionem, & in totum, ac in forma specifica, Fusar. de substit. quæst. 454. per tot. et 463. Rot. part. 13. recent. decis. 54. num. 39. etc. ubi quòd procedit præsertim quando in eventu non purificatæ conditionis est facta alia particularis provisio, et part. 14. decis. 275. nu. 4. et seqq. per tot. Brunnemann. sup. ff. libr. 35. tit. 1. leg. 44. n. 4. Quod limitatur, ut nu. 5. Episc. Rocc. cap. 25. a num. 2. tom. 1. Palm. nep. alleg. 42. n. 2. tom. pr. et decis. 288. a nu. 3. tom. 3. Altimar. loc. cit. 41.

Quòd sit implenda in forma specifica, & si in minimo deficiat, perindè sit ac si in totum deficeret, intelligitur de conditionibus voluntariis extrinsecis, & se ipsas tantum respicientibus, secus autem in intrinsecis, causam ipsam, cui adiectæ sunt respicientibus, nam in istis tanquam ad determinatum effectum appositis inspicitur qua mente, & ratione fuerint appositæ, & ideò quomodocunque effectus, mensque apponentis resultet, sufficit, ut dicantur impletæ, & possunt dividi, ut benè declarat Fabric. Pontirol. in Respons. pro Mambellis n. 30. et seqq. Cæsenæ impresso de anno 1654. ex doctrina Salyc. in l. pen. nu. 3. vers. ex bis patet C. de impub. et al. substit. Alex. cons. 93. n. 9. et seqq. lib. 3. et aliorum, Fusar. de substit. q. 64. num. 27. et seqq.

Quòd conditio possit impleri per æquipollens etiam diversum, quando resultat idem effectus, Soc. jun. cons. 206. n. 13. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 11. num. 46. Manric. de tacit. lib. 14. tit. 43. n. 10. Burat. decis. 910. n. 2. Duran. dec. 286. nu. 2. Rot. par. 12. recen. decis. 235. n. 2. Fusar. de subst. q. 463. & q. 64. num. 29. etc. Vide Altimar. ubi supra n. 43. Episc. Rocc. loc. supra citat. et cap. 194. n. 143. et 148. tom. 2. Palm. nep. alleg. 240. n. 59. tom. 3. Dominus Advocat. Cabrun. lucubr. 26. n. 29.

Qualiter in conditionibus nudum factum inspiciatur ad exclusionem substituti, nisi testator aliquam aliam qualitatem exoptaverit, Rota par. 14. recent. decis. 203. nu. 9. et 10. Cyriac. controv. jur. 478. num. 85. et controv. 511. num. 72. et 81.

4 Conditiones intrinsecæ, necessariæ, vel quæ ex lege, vel natura rei tacitè insunt, non reddunt propriè actum conditionalem, nec transmissionem impediunt, etiamsi fuerint expressæ à testatore, nisi aliter constet de ejus voluntate, & quomodo de illa constare dicatur, latè Altograd. cons. 87. nu. 74. et seqq. per tot. lib. 2. Marcian. disp. 70. n. 13. et seqq. Pacif. de Salvian. Inspect. 3. cap. 2. nu. 974. etc. Maria de success. leg. part. 4. q. 28. art. 7. num. 33. et seqq. Sperel. dec. 170. nu. 48. et seqq. idem Altogr. cons. 9. nu. 18. et 19. cons. 46. n. 18. et seqq. cons. 54. num. 23. et nu. 121. et 122. lib. pr. ubi quòd non reddunt actum conditionalem quoad transmissionem, sed benè quoad ortum obligationis, & actionis, vide Tusch. litt. C, concl. 590. per tot. Ricc. Collect. 2222. Rot. part. 9. recent. decis. 210. num. 18. et seqq. Vide Pen. decis. 14. nu. 5. Brunnemann. sup. ff. libr. 35. tit. pr. leg. 99. a n. 1. Episcop. Piton. de Jurepatr. alleg. 100. n. 241. tom. 2.

Quòd conditio omninò extritura non habeatur pro conditione, nec reddat actum conditionalem, maximè si sit apposita executioni, & non obligationi, l. si pupillus §. 1. ff. de novat. cum aliis per Rot. part. 10. recent. dec. 43. num. 21. etc.

Quòd conditio, vel onus solvendi debita testatoris, cùm de jure insit hæredi, non reddat institutionem, nec dispositionem conditionalem, nec ideò suspendat acquisitionem hæreditatis, Rot. part. 12. recent. decis. 270. n. 4. et seqq. Rota coram sa: me: Greg. 15. decis. 307. n. 21. et par. 3. Recen. dec. 483. n. 2.

Conditiones plures copulativè adiectæ nō possunt dividi, sed in totum debent impleri, cùm sint individuæ, & actum individuum faciant, ac censeantur ita adiectæ ad minuendum gravamen, pulchrè Altograd. cons. 83. n. 2. etc. et cons. 84. n. 1. lib. 2. vide Urceol. consult. forens. cap. 54. n. 51. et seqq. vol. 2. ubi quando non requiratur omnium concursus, & latè Fusar. de substit. q. 455. per tot. Sanfelic. decis. 198. ubi de conditionibus, si hæres institutus sine liberis, vel ab intestato decesserit, an intelligantur alternativè, vel conjunctivè. Palm. nep. alleg. 208. nu. 12. tom. 3. Dom. meus Advocat. Cabrun. lucubr. 26. n. 30. et lucubr. 49. nu. 50. Sed vide Palm. nep. decis. 449. n. 6. tom. 5. De Luc. de Fideicommiss. disc. 88. n. 4. et disc. 520. a nu. 2. disc. 248. n. 5. et disc. 261. a n. 2. 5

Quòd hujusmodi conditiones plures copulativè appositæ, debeant omnes verificari in tempore mortis, ita ut si tunc defecerint, non habeantur amplius in consideratione, cùm jam effectum suum momento consumpserint, idem Altograd. cons. 60. n. 24. et seqq. lib. pr. intellige quando respiciunt tempus mortis.

Quòd conditio sit individua, & non purificetur, nisi in totum impleatur, & si in minimo deficiat, tota corruat, idem Altograd. cons. 90. n. 33. lib. pr. Tusch. litt. C, conclus. 595. per tot. vide Urceol. loc. supr. cit.

Quòd conditio sub duplici eventu concepta non dicatur purificata, nisi doceatur alterum ex dictis casibus evenisse, Rot. part. 14. recent. decis. 54. n. pr. & seq. Vide Fagnan. in cap. prudentes num. 14. de Donat. Episc. Rocc. cap. 34. n. 8. et 10.

Conditio respiciens plures personas, debet in omnibus verificari, unde relictum uxori casu quo non possit vivere cum hæredibus, erit præstandum, si unus illorum dividat, & discedat ab aliis; ille tamen, qui dedit causam divisioni tenetur ad interesse aliorum, maximè stante eorum protestatione, Gratian. discept. forens. cap. 493. nu. 2. etc. facit Urceol. loc. sup. cit. Fusar. de substit. q. 454. num. 3. et seqq. Urceol. de transact. q. 100. num. 36. Onnate de contract. tom. pr. tract. 4. disp. 13. sect. pr. 6

De conditione respiciente plures, ut debeat in omnibus verificari, quando constat sic esse de voluntate testatoris, vel agitur de re individua, aliàs autem secus, quia pluralitas potest resolvi in suas singularitates, & pœna, vel legatum deberi pro virili, ut benè explicat Bich. decis. 89. nu. 25. et seqq. ubi plura de conditione nubendi in certo loco sub certa pœna alteri applicanda, ut sit valida, & dixi in §. Legatum n. 113. idem Bich. decis. 498. ubi quando conditio respiciens plures personas debeat in omnibus, vel sufficiat in uno verificari, & sic pluralitas resolvatur in suas singularitates, Rot. part. 16. recent. decis. 125. & part. 17. decis. 89. n. 15. & decis. 97. per tot. & part. 15. dec. pr. per tot. part. 17. decis. 126. vide in §. Pluralitas n. 4. & §. Substitutio num. 8. & 22.

Quòd dicta conditio sit difficilis probationis, Natt. cons. 379. cum aliis per Magon. decis. Flor. 83. in fine, facit Menoch. lib. 4. præsumpt. 123. per tot. vide in §. Legatum n....

Quòd conditio duobus apposita in eadem oratione copulatis censeatur utrique apposita, etiamsi illa uni tantùm congruat juxta text. in l. mulieri, & Titio 73. ff. de condit. et demonstrat. Rot. par. 13. recent. decis. 406. num. 12. &c.

Conditio habetur pro impleta, quando implementum impeditur per eum, cui erat implenda, Gratian. discept. forens. cap. 786. num. 6. cap. 851. n. 3. Magon. decis. Flor. 144. num. 2. et num. 5. latè Ger. Spin. cons. 61. per tot. Menoch. lib. 4. præsumpt. 183. per tot. ubi latè quando conditio sit habenda pro impleta, facit quòd dixi in §. Exceptio num.... Tusch. litt. C. concl. 596. etc. Thomat. decis. 201. num. 36. Pacif. de Salvian. inspect. 3. cap. 2. num. 992. et seqq. ubi limitat quando constaret testatorem voluisse verè conditionem impleri, nam tunc non sufficeret haberi pro impleta, & alia plura, quando conditio habeatur pro impleta, vel non Fusar. de substit. q. 454. per tot. Portugal. lib. 1. Prælud. 2. §. 2. n. 39. et seqq. & alios plures citatos in §. Facultas n. 2. in Addit. 7

Quòd

Quòd habeatur pro impleta, quando non stat per debentem implere, quominus impleatur, l. quibus ff. de condit. et demonstr. Rot. part. 9. recent. decis. 14. nu. 38. et part. 13. decis. 461. nu. 25. Vide Episc. Roccam cap. 141. n. 4. tom. 2. Palm. nep. alleg. 4. n. 32. tom. 1. et alleg. 108. n. 3. tom. 2.

Quòd dicta conclusio procedat etiam in dispositione statuti, latè Rot. part. 12. divers. decis. 92. num. 1. & seqq. ad 9.

Non impleta conditione contractum resolvi, Cavaler. decis. 199. & decis. 541.

Quid sit conditio, & quomodo differat à modo, vide Genu. de verb. enunc. lib. 3. q. 6. num. 8. & seqq. ad 35. fol. 68. & 69. dixi in §. Modus, & alibi. Pen. decis. 920. n. 17. & decis. 1362. nu. 4. Palm. nep. alleg. 4. nu. 34. & 35. & alleg. 5. n. 51. & 52. tom. pr. & alleg. 238. 239. & 240. tom. 3. & alleg. 331. 338. & 370. tom. 4. Altimar. dict. sect. 3. an. 1.

Qualiter autem conditio habeatur pro defecta quando stat per implere debentem, vel per casum in ejus persona contingentem quominus impleatur, exceptis tamen aliquibus casibus, latè Marcian. disput. forens. cap. 69. per tot. Peregrin. de fideicomm. art. 16. n. 138. & seqq. Fusat. de substit. quæst. 454.

Quòd conditio mixta impedita per casum contin-
7 gentem in persona ejus, eum quo adimpleri debet, faciat deficere contractum, & relictum juxta notata in l. pr. C. de instit. & substit. & in l. si pater C. eod. refert. Mangil. de evict. q. 140. num. 17. Sanfelic. decis. 203. ubi plura quando conditio mixta, vel potestativa defecta casu, vel facto tertii faciat deficere legatum, vel non, facit Marta vot. Pis. 28. n. 15. &c. vide in §. Legatum nu. 6. ubi benè distinguitur circa conditionem dependentem à facto, vel non facto tertii.

8 Conditio non momentanea, & quæ una vice impleatur, sed successiva, vel habens tractum successivum, eo ipso quod est incœpta, habetur pro impleta, & non impedit transmissionem, Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 20. num. 6. cum aliis per Gratian. decis. 153. num. 20. & 21. Surd. decis. 303. num. 7. &c. vide in §. Legatum num...,

9 Conditio est propriè de futuro, nam si sit collata in tempus præsens, vel præteritum, tunc dicitur impropriè conditio, & quamvis actum non suspendat, illum tamen reddit incertum, ita ut antequam detur actio debeat purificari, & ejus existentia probari, aliàs si sit falsa vitiat actum, quia causam finalem importat, §. Conditiones Instit. de verb. oblig. & in terminis legati his verbis concepti, lego tibi centum illos aureos, quos Titius Sejo legavit, vel per Titium ordinatos, quòd importet conditionem, quatenus appareat de legato, vel ordinatione Titii, probat Surd. decis. 337. per tot. lib. 2. & in aliis terminis Franch. decis. 438. per tot. Rot. part. 12. recent. decis. 320. nu. 13. &c. Marescott. var. resol. 10. lib. 1. cap. 14. nu. 4. & libr. 2. cap. pr. n. 141. Vide Fagnan. in cap. si conditiones n. 16. de condit. app. Rocc. cap. 134. n. 11. libr. 2.

10 Conditio apposita alicui dispositioni tanquam implenda in futurum, si tempore actus celebrati ignorantibus contrahentibus jam sit impleta dispositio redditur pura, maximè in actibus reiterabilibus, quia hujusmodi conditio de futuro jam impleta respectu ignorantium reputatur pro implenda, & dicitur tunc impleri, quando contrahentibus incipit constare de implemento, intelligendo quando qui conditionem apposuit, respexit solùm ad implementum, & non ad modum, & tempus implendi, ac concurrente legis præsumptione, quod idem fuisset dicturus etiam si implementum jam extitisse sciverit, Magon. decis. Flor. 8. num. 28. & seqq. per tot. Franch. decis. 113. per tot. Gratian. decis. 213. in Addit. n. 5. &c. facit latè Altograd. cons. 84. per tot. lib. 2. ubi quando conditio jam impleta dicatur impossibilis, vel non, & an vitiet, sive vitietur, Ludovis. decis. 126. num. 8. ubi qualiter propter ignorantiam contrahentium in stipulationibus admittatur conditio de præsenti, & de præterito.

11 Conditio mixta, si casu, fortuna, vel morte alterius deficiat, facit etiam deficere dispositum sub illa, cùm solùm habeatur respectus ad exitum, l. legatum Cod. de condit. inter. pulchrè Magon. decis. Flor. 144. numer. pr. & seqq. Duran. tract. de condit. & mod. imposs. part. 2. cap. 3. num. 71. & 72. facit Oinot. in §. sub conditione Instit. de verb. oblig. fol. 277.

Quid si conditio pendeat ex facto, vel non facto tertii, vide in §. Legatum num. 6. vers. An autem, latè Marcian. discept. forens. cap. 96. num. 31. & seqq. Peregrin. de fideicomm. art. 16. per tot. Fusar. de substitut. quæst. 454. per tot. ubi plura quando ex defectu conditionis, deficiat dispositio, quando, & à quibus conditio possit, vel debeat impleri, vel habeatur pro impleta, vel non, & bene Sanfelic. decis. 203. per tot. Vide Bardellon. cons. 61. à n. 51. libr. 1. Rot. coram Dunoz. jun. decis. 882. n. 3. & 4.

Conditio est triplex, nempè possibilis, necessaria, & 12
impossibilis, quæ dicitur vel de natura, vel de facto, vel de jure, vel ob perplexitatem, ut benè declarat Duran. d. part. pr. cap. 2. per tot. De pluribus conditionum speciebus Tusch. litt. C. conclus. 578. & seqq. Paul. Christin. decis. 13. num. 2. etc. vol. 4. ubi de potestativis, casualibus, & mixtis, de quibus etiam Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 2. per tot. ubi an appositæ in legitima vitientur, sive potius nullum reddant testamentum.

An autem conditio pendens à voluntate Principis habeatur pro impossibili, dic quòd si non solet concedere habetur pro impossibili; si verò agatur de re vel dispensatione, quam solet de facili concedere, tunc habetur pro possibili, & imputatur ei, qui non impetravit, Marta vot. Pis. 50. n. 18. & seqq. dixi in §. Factum num. 2. §. Impossibilitas num. 1. §. Legatum num. 13.

Conditio impossibilis aliquo ex prædictis modis adje- 13
cta in contractibus tam bonæ fidei, quàm stricti juris, illos vitiat, adjecta verò in ultimis voluntatibus, habetur pro non scripta, & illas non vitiat regulariter, ut latè declarat videndus Duran. d. tract. part. 2. cap. 1. per tot. ad num. 116. ubi etiam quid si fuerit apposita scienter, vel ignoranter, & quid præsumendum, Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. fin. num. 96. & seqq. Cer. Spin. cons. 12. num. 27. & seq. Tusch. litt. C. conclus. 591. Paul. Christin. decis. Belg. 10. nu. 2. &c. vol. 3. ubi qualiter reperi possit omne datum ob causam de jure impossibilem, Altograd. cons. 77. num. 15. & seqq. lib. 2. ubi quòd in ultimis voluntatibus præsumitur scienter apposita, & ideò reiicitur, adde Dian. part. 8. tract. 6. resol. 85. ubi quòd hoc procedit etiam in foro conscientiæ, nisi plenè constet de voluntate disponentis voluisse scilicet sic suspendere, & impedire dispositionem, & loquitur in donatione causa mortis, licèt idem sit etiam in aliis speciebus ultimæ voluntatis inf. num. 15. Amaya observ. lib. 2. cap. 11. & 12. per tot. ubi plura de conditione impossibili testamento adjecta. Vide Fagnan. in cap. nos quidem n. 24. & 27. de Testam. & in cap. si conditiones à num. 1. de condit. app. Palm. nep. alleg. 167. n. 69. tom. 2. & alleg. 370. n. 98. tom. 4. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 13. sect. 3. à nu. 251. tom. 3.

Quòd idem sit in gratia Principis, ut non vitietur per conditionem impossibilem, Rom. cons. 548. nn. 5. &c. Addit. ad Sanfelic. decis. 403. obser. 20.

Quòd impossibilis ex perplexitate, & contrarietate verborum vitiet etiam ultimas voluntates, Duran. dict. tract. part. 3. cap. 10. per tot. ubi in novem capitibus antecedentibus examinat alias novem difficultates, in quibus impossibilitas videtur vitiare ultimas voluntates Altimar. loc. supra adducto nu. 269.

Si tamen perplexitas esset dissolubilis non vitiaret, sed reiiceretur, ut per Altograd. cons. 77. num. 34. lib. 1. Rota in noviss. decis. 333. in impres. anni 1548.

Et quando perplexitas non vitiet, vide Duen. reg. 114. per tot.

Quòd conditiones captatoriæ influant in dispositionem, ejusque substantiam inficiant, & ideò differant ab aliis conditionibus turpibus, & à lege probatis, quæ possunt separari, & rejici absque eo quod vitient ultimas voluntates ut supra, istæ verò captatoriæ ratione prædicta semper vitient, & annullent quamlibet dispositionem cum illis conceptam, quando dicantur tales & alia, Seraph. dec. 359. & 363. dixi in §. Testamentum num. 12. &c.

Conditio pro parte possibilis, & pro parte impossibi- 14
lis an habeatur pro non scripta in ultimis voluntatibus, & an vitiet contractus, vide Duran. tract. de condit. & mod.

mod. imposs. part. 2. cap. 2. num. 71. & seqq. ubi etiam quid in sententia, rescriptis, & similibus, Ger. Spin. cons. 12. num. 33. &c. Pac. de Salvian. Inspect. 3. cap. 2. num. 1003. ubi quòd si fuerint impleta pro parte possibili, dicitur illi plenè satisfactum, & potest statim relictum peti Altimar. loc. præallegat. n. 299.

15 Conditio impossibilis de natura, vel de facto scienter apposita in testamento, vel legato, non reiicitur in foro conscientiæ, nec in foro exteriori, sed vitiat dispositionem, quasi tunc videatur deesse voluntas testatoris, & ob id nec legatarius petere, nec hæres solvere tenetur: Impossibilis verò de jure, & turpis, ac contra bonos mores indistinctè rejicitur contra voluntatem testatoris in utroque foro, & tuta conscientia petitur legatum, ut benè concordando opiniones probat Duran. d. tract. part. 3. cap. 1. num. 2. & seqq. ad 9. et part. 2. cap. 1. num. 57. et seqq. ubi multos contrarium sentientes allegat, ipse tamen nu. 59. tenet ut supra facit Surd. decis. 68. per tot. ubi quòd intelligitur de impossibilitate, quæ aliunde proveniat, quàm ex captatoria dispositione, quia illa semper est nulla, vide in §. Testamentum num. 12. & 13. P. Stephan. de Neapol. tract. de restit. lib. 2. cap. 17. per tot. Altimar loc. citat. n. 284.

Quòd conditio impossibilis rejiciatur ab ultima voluntate, intellige quando erat talis tempore testamenti, secus si ex post facto, ut quia deficiat (omnis enim conditio defecta efficitur impossibilis) cùm tunc faciat etiam deficere relictum, l. 1. & l. legatum C. de condit. inser. Duran. d. tract. part. 3. cap. 1. num. 1. & cap. 2. per tot. ubi quòd intelligitur de impossibili de futuro, secus si de præterito, vel de præsenti.

Multa de hujusmodi conditionibus impossibilibus ex eo, quod jam fuerint impletæ, vel defectæ, quæ cùm non sunt reiterabiles dicuntur fieri impossibiles, an, & quando vitient ultimas voluntates, vel potius reiiciantur, & pro non scriptis habeantur, quid stante scientia, vel ignorantia implementi, vel deficientiæ in ipso testatore illas apponente, vide latè per Altograd. cons. 84. per tot. lib. 2.

Quòd conditio impossibilis ultimæ voluntati adjecta habeatur pro non apposita, licèt secus sit in contractibus, quia tunc vitiat actum, intelligendo quando testator sciebat eam conditionem esse impossibilem, secus si ignorabat, vel credebat esse possibilem, Pacif. de Salvian. Inspect. 3. cap. 2. num. 1001. & seqq.

16 Conditio impossibilis scienter, & consulto apposita non vitiat ultimas voluntates, ignoranter verò apposita, non minus vitiat testamentum, quàm contractum, in dubio tamen scienter appositam censeri, Castr. & alii communiter in l. obtinuit ff. de condit. & demonstr. Crass. de success. §. Legatum quæst. 49. num. 2. & alii relati per Duran. de condit. & mod. imposs. part. 2. cap. 1. num. 57. ubi tandem num. 59. contrarium firmat ut dixi supra num. 15.

Quòd licèt conditio impossibilis regulariter non vitiet, sed vitietur, tamen si testator putavit illam esse possibilem omninò testamentum vitiet, quia in his, quæ pendent à voluntate, attenditur potius opinio, quàm veritas, Altograd. cons. 78. num. 29. lib. 1. infr. num. 23. Rot. coram Pen. decis. 294. n. 14., ubi Crescin. in annotation. sub lit. E.

17 Conditio impossibilis adjecta in donationibus causa mortis, habetur pro non scripta, & non vitiat hujusmodi donationem, l. quæ sub conditione §. & in mortis ff. de condit. instit. ut latè contra Alex. in l. impossibilis ff. de verb. oblig. in princip. probat Duran. dict. tract. part. 4. cap. 5. per tot. Ger. Spin. cons. 12. n. 31. Dian. part. 8. tract. 6. resol. 85. ubi quod istud procedit etiam in foro conscientiæ, nisi aliter plenè constet de voluntate disponentis.

An revocetur donatio, si conditio ei apposita, quæ sit à jure reprobata, non fuerit adimpleta, maximè si expressè fuerit dictum, quod non impleta conditione donatio resolvatur, Paul. Christin. decis. 191. num. 21. &c. vol. 4. ubi quòd non, licèt alii contra.

De conditione impossibili & de omnibus contentis sub hoc num. & aliis quinque num. antecedentibus & num. subsequenti latè Altimar. loc. cit.

18 Conditio impossibilis quocunque modo, in matrimonio rejicitur, & pro non seripta habetur, matrimonio puro, & valido remanente propter illius favorem, cap. fin. in 2. part. de condit. apposit. latè Duran. dict. part. 4. cap. 6. per tot. ubi etiam in quinque capitibus antecedentibus, & in septimo sequente, examinat alios sex casus, in quibus conditio impossibilis videtur haberi pro non scripta etiam in contractibus, & illos non vitiare contra regulam text. in l. non solum ff. de oblig. & act. & dixi supra num. 13. & in §. Modus num...

Et quòd quælibet dispositio, sive per modum conditionis, vel modi, vel qualitatis, libertatem matrimonii impediens, vel restringens, rejiciatur tanquam impossibilis, inhonesta, & contra bonos mores, Altograd. cons. 77. num. 16. lib. 2.

Quòd si plenè constet de voluntate contrahentium, noluisse scilicet obligari, nec contrahere, nisi posita conditione etiam impossibili per eos adiecta, sit nullum matrimonium ex defectu consensus in utroque foro, secus autem in dubio, & sic dispositionem dict. cap. fin. de condit. apposit. procedere tantùm in dubio favore matrimonii, Dian. part. 8. tract. 6. resol. 85. vers. hinc obiter.

De conditione impossibili in materia matrimonii vide Fagnan. in cap. si conditiones de condit. app. & in cap. quicumque cod. tit. & in cap. cum in ecclesiis num. 10. & 14. de major. & obedien. Altimar. ubi supra nu. 307. & 308.

Conditiones quantumvis leves, impertinentes, & inutiles, vel derisoriæ, debent observari, & impleri, ut ultima dispositio, & contractus sortiantur effectum, sufficit enim non esse turpes, nec impossibiles de jure, cùm aliàs non requirant causam, sed sola voluntas opponentis attendatur, Duran. tract. de condit. & mod. imposs. part. 2. cap. 4. per tot. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 13. sect. 3. n. 367. tom. 3. 19

Quòd sit valida conditio à facto tertii dependens, l. si ita fuerit ff. de manum. Rot. part. 12. recent. decis. 170. num. 28. vide in §. Legatum nu. 6. supra nu. 11.

Conditio maximè voluntaria an possit extendi de uno casu ad alium ex identitate rationis, & præsumpta mente testatoris, latè Fusar. de substitut. quæst. 460. n. 6. &c. cum aliis per Sperel. decis. 144. num. 24. & seqq. Urceol. Consult. 96. per tot. vol. 2. Rot. part. 13. recent. decis. 154. num. 8. & seqq. & decis. 406. num. 7. &c. Roec. Episc. cap. 25. à nu. 4. libr. 1. Palm. nep. alleg. 19. n. 24 tom. 1. 20

Conditio, modus, vel qualitas adiecta in institutione an videaur repetita in substitutione, Gratian. discept. forens. cap. 603. num. 7. per tot. ubi etiam nu. 19. &c. an extendatur de casu ad casum saltem favore piæ causæ, vide Fusar. de substit. q. 449. per tot. ubi plures casus distinguit. 21

Quòd censeatur repetita Altograd. cons. 87. num. 59. &c. lib. 2. & vide latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 178. per tot. Sperel. decis. 152. num. 2. & num. 61. & seqq. Marta vot. 28. Paul. Christin. decis. Belgic. 13. in fine vol. 4. Gam. decis. Lusit. 224 &c. Peregrin. de fideicomm. art. 16. per tot. ubi plura de repetitione conditionis facit quod dixi in §. Qualitas num...

An adjecta institutioni dicatur repetita in prælegato, & è contra, Menoch. lib. 4. præsumpt. 179. per tot. Bertachin. in repet. verb. Conditio.

Quòd stante diversitate rationis, conditio apposita in institutione nunquam intelligatur repatita in substitutione, Rot. part. 13. recent. decis. 245. num. 13. &c.

An, & quando conditio censeatur repetita vide Rocc. cap. 76. num. 6. & in Indic. verb. repetitio tom. 1. Palm. nep. alleg. 275. cap. 7. n. 38. & 65. tom. 3. & alleg. 389. n. 52. tom. 4. & decis. 105. n. 2. tom. 2. De Luc. de Fideicommiss. disc. 220. n. 4. & disc. 148. n. 6. & in summ. à num. 166.

An autem conditio, vel modus, sive qualitas à testatore requisita in hærede, debeat de necessitate verificari de tempore relatæ successionis, vel aditionis, vel sufficiat si postea superveniat, & non admittatur substitutus, donec possibilis est eventus conditionis, vel modi, sive qualitatis à testatore in hærede requisitæ, Rot. part. 4. recent. decis. 43. per tot. & decis. 103. n. 11. et seqq.

Conditio adjecta in primo legato, an videatur repetita in secundo, Pract. Papp. libell. pro leg. rei sing. glos. 5. num. 166. per tot. latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 180. per tot. Magon. decis. Flor. 84. per tot. vide in §. Qualitas, num... Sanfelic. decis. 202. num. 5. etc. 22

An

An adjecta diſpoſitioni antecedenti, cenſeatur repetita in ſubſequenti, Cavaler. deciſ. 561. num. 2. latè Peregrin. de fideicomm. art. 16. per tot. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 410.

De conditionibus, & qualitatibus appoſitis in primo teſtamento, an videantur repetitæ in ſecundo, vel in codicillis poſtea factis, latè Menoch. lib. 4. præſumpt. 176. et 177 per tot. & dixi in §. Qualitas num... Rot. part. 14. recent. deciſ. 130. num. 7. et ſeqq. per tot. ubi quòd conditio viduitatis uxori appoſita in teſtamento, non cenſetur repetita in codicillis poſtea factis, ſed conſulto ommiſſa, ſi non fuit expreſſa.

Quòd conditio in fine alicujus diſpoſitionis poſita qualificet totam diſpoſitionem, maximè ubi non adeſt ratio diverſitatis, & eadem oratione concepta eſt Merlin. deciſ. 887. num. 2. etc. vide in §. Clauſula num. 49. §. Qualitas num. 9. §. Repetitio num. 2.

23 Conditio adjecta legato, ſi vivente teſtatore purificata fuerit, an faciat legatum caducum, quaſi ſortiatur effectum in tempore non permiſſo, cum legata debeantur ab hærede, & viventis non detur hæreditas, & quaſi conditio impoſſibilis, quam poſſibilem teſtator exiſtimabat, vitiet legatum, vide Magon. deciſ. Luc. 28. per tot. facit quod dixi in §. Legatum num.... §. Modus num... et §. Teſtator num...

Quòd impoſſibilis conditio, quam poſſibilem teſtator putabat vitiet ultimam diſpoſitionem, Duran. tract. de condit. et mod. impoſſ. part. 3. cap. 7. nu. 13. part. 2. cap. pr. num. 50. et ſeqq. et num. 62. etc. et part. 4. cap. 3. in fine, & dixi ſupra num. 16. in fine, ubi etiam Creſcin. in noviſſimis additionibus.

Quid ſi conditio, vel modus legato adjectus, fuerit à teſtatore revocatus, an ipſum quoque legatum præſumatur revocatum, Menoch. lib. 4. præſumpt. 169. per tot.

24 Conditio, an ſufficiat quòd impleatur ab hærede illius, cui fuit appoſita, vel ſit per ipſummet inſtitutum implenda, vide in §. Facultas num...

25 Conditio importata per relativum quis, vel qui, dicitur tacita, & non expreſſa, ac ideò eſt minoris potentiæ, nec habetur pro conditione, nec actum conditionalem facit, nec de illius verificatione ita curandum eſt ſicut de expreſſa, Magon. deciſ. Luc. 27. nu. 38. & ſeqq. vide in §. Relativum num...

Multa de conditione reſultante ex participio quod reſolvitur in relativum, an reddat actum conditionalem, & an ſtet reſtrictivè, vel potius demonſtrativè, vide per Altograd. conſ. 52. n. 19. & ſeqq. lib. 1. Surd. deciſ. 337. in princ. lib. 2.

26 Conditio inducitur per relativum junctum verbo futuri temporis, Altograd. conſ. 77. num. 31. lib. 2. Caſtr. in l. Si ſtibus qui mens 6. ff. leg. pr.

An, & quando, & per quas diſtinctiones inducatur conditio, vide plura in §. Dictio nu... Tuſch. litt. C. concluſ. 583. & ſeqq. Rot. part. 10. recent. deciſ. 320. num. 1. & ſeqq. ubi qualiter inducatur per adverbia, quando, quandocunque, & ſimilia, & part. 12. deciſ. 107. n. 1. &c.

Quòd inducatur conditio per adjectivum relatum ad actum in futurum expediendum, item per quæcumque verba, diſpoſitionem in aliquem futurum eventum ſuſpendentia, item per verba diſpoſitiva expectantia actum ulterius voluntatis in futurum, & in ſimilibus caſibus, de quibus Altograd. conſ. 100. num. 25. & ſeqq. lib. 2. Get. Spin. conſ. 61. per tot. Tuſch. loc. cit.

Qualiter inducatur per ablativum abſolutum, dixi in meis reſolut. cap. 74. n. 10. & vide ſupra in §. Ablativus. Altimar. dict. ſect. 3. a n. 10.

Qualiter per appoſitionem diei certæ, vel incertæ, vide in §. Dies n. 8. & 9.

De triginta modis, vel dictionibus, ex quibus inducitur conditio, & diſpoſitio conditionalis, vide Galganet. in tract. de condit. & demonſtrat. part. 1. cap. 89. per tot. Plura Altimar. dict. ſect. 3. a nu. 1. cum ſeqq.

27 Conditio adjecta ſive in contractibus, ſive in ultimis voluntatibus, an, & quando retrotrahatur, vide in §. Hypotheca num. 37. &c. & in reſol. cap. 23. per tot. Caldas Pereyra quæſt. forenſ. cap. 24. per tot. ubi de ratione differentiæ, quare potius in contractibus conditio retrotrahatur, quàm in legatis, Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 2. n. 4. &c. Vide Epiſc. Rocc. cap. 62. n. 28. Palm. nep. alleg. 184. n. 35. & 36. tom. 2. et deciſ. 203. nu. 3. et 4. tom. 3. et deciſ. 382. n. 14. et 15. tom. 4.

Quid in gratia Principis text. in cap. ſi pro te de reſcript. in 6. Addit. ad Sanfelic. deciſ. 403. obſeru. 20. ubi quòd non retrotrahitur, vide in §. Gratia.

Quomodo poſſit retrotrahi in venditione, Altograd. conſ. 13. per tot. lib. 1. ubi pulchrè de retrotractione conditionis quando ſit permiſſa, vel non, & conſ. 33. n. 15. et ſeqq. lib. 1. latè Rot. p. 12. recent. dec. 129. n. 31. et ſeq. per tot.

Qualiter conditionis purificatio retrotrahatur, & perinde ſit, ac ſi actus conditionalis fuiſſet purus ab initio, idem Altograd. conſ. 54. n. 24. etc. et nu. 100. et 124. lib. 1. Sperel. deciſ. 71. n. 31. ubi quod caſualis, & mixta retrotrahitur, non autem poteſtativa, Tuſch. litt. C. concl. 599. et 600. per tot. Dian. part. 8. tract. 7. reſol. 9. verſ. multo minus, ubi etiam quòd in præjudicium tertii non retrotrahitur, Gutierez. de Gabel. quæſt. 8. n. 9. ubi quòd poteſtativa non retrotrahitur, Pacif. de Salvian. inſpect. 3. cap. 2. n. 508. et 509. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 612. per tot.

An autem, & quando conditio adjecta ſive in ultimis voluntatibus, ſive in contractibus, impediat tranſmiſſionem ad hæredes honorati, ſive ſtipulatoris, Marcian. diſp. forenſ. cap. 12. per tot. vide §. Legatum n. 109. etc. §. Fideicommiſſum n. 27.

Conditio, quæ ſemel defecit, non poteſt amplius impleri, unde facto legato mulieri, ſi Titio nupſerit, vel monaſterium ingrediatur, illud amittit, ſi ſtatim interpellata non adimpleat, quamvis poſtea pœniteret, & vellet adimplere, imò hujuſmodi conditio debet impleri intra triennium poſt pubertatem, quamvis mulier non fuit interpellata, Gratian. diſcept. for. cap. 137. per tot. et cap. 254. per tot. Ger. Spin. conſ. 61. per tot. ubi quòd puella inſtituta ſub conditione nubendi alicui, tenetur ipſa mediantibus parentibus, & amicis interpellare eum, cui nubere juſſu fuit, aliàs non dicitur impleta conditio, ſed potius ejus culpa defecta, vide in §. Legatum n... Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 73. per tot. Sanfelic. deciſ. 289. per tot. Altimar. loc. cit. n. 351. 28

Quòd mulier inhabilis ad matrimonium ob defectum ætatis poſſit aſpirare ad relictum ſub dicta conditione, quæ purificationem non aſſumit, niſi ad impoſſibile reducatur, & idem eſſe in ſimilibus caſibus, Rot. part. 14. recent. deciſ. 43. per tot. Sanfelic. d. deciſ. 289.

Conditio ut ſucceſſor teneatur matrimonium contrahere cum perſona talis familiæ, vel cum certa, & definita perſona, eſt valida, & non reprobatur; habetur tamen pro impleta, ſi illa recuſet, vel alteri nubat poſtquam fuit requiſita, ſi verò ab alio tertio impedimentum proveniat, habetur pro defecta, ſi ille tertius ſit ſolvendo, aliàs habetur pro impleta, ſicut etiam quando potuit juſtè impedire, prout patet, ut latè declarat Duran. tract. de condit. & mod. impoſſ. part. 2. cap. 3. nu. 52. & ſeqq. per tot. Get. Spin. conſ. 61. per tot. vide in §. Matrimonium n. 13. §. Pœn. num. 12. §. Obligatio num.... & §. Statutum excludens num.... Rot. part. 13. recent. deciſ. 321. per tot. ubi plura ad excluſionem pœnæ, ob non contractum matrimonium juxta diſpoſitionem teſtatoris, & latè Sanfelic. deciſ. 289. per tot. Altimar. de nullit. rubr. 5. quæſt. 13. ſect. 3. num. 318. tom. 3. 29

Intellige dummodò dicta conditio poſſit honeſtè impleri & quando dicatur non poſſe honeſtè impleri, & aliu, vide per Rot. in Venuſina Legati 28. Junii 1623. coram Coccino, penes Paul. Zacch. Quæſt. Medic. legal. tom. 2. deciſ. 53. nu. 43. & ſeqq. ubi etiam n. 57. &c. quis debeat interpellare, & vide latè Sanfelic. deciſ. 289. per tot. Menoch. lib. 4. præſumpt. 283. n. 25. & ſeqq. per tot. ubi quando dicta conditio habeatur pro impleta Boſſ. de matrim. cap. 11. nu. 463. & ſeqq. Altimar. loc. ſupra citato.

Quòd conditio ſi nupſerit tali, vel de conſilio talis, ſit licita, honeſta, & poſſibilis, etiam ſi eſſet obtinenda diſpenſatio propter gradum prohibitum, quan-

quando sumus in casu de facili dispensabili, cùm per hujusmodi conditionem invitetur hæres, vel legataria ad nuptias sub spe lucri, quòd est omninò permissum, & illa non impleta non debeatur relictum, late probat Martha *vot. Pis. 50. per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 3. part. 4. & 5. fol. 327.* ubi plura de conditione si nupserit tali, ac de conditione nubendi de consensu, licentia, vel consilio talis, & alia, Cabed. *decis. 31. per tot. part. 2.* ubi plura an apponi possit conditio in donatione, vel legato de nubendo fœminæ à donatore nominandæ etiam indotatæ. Fulgos. *cons. 65. n. 6.* Altimar. *loc. supra adducto a n. 318.*

De conditione si contraxerit matrimonium cum una ex filiabus talis N. ut dicatur impleta an sufficiat unam tantùm fuisse requisitam, quæ recusavit, vel etiam utraque, sive aliæ sint requirendæ, vide Marescot. *var. resol. lib. 1. c. 44. per tot.* ubi post plura argumenta hinc indè deducta concludit sufficere unam fuisse requisitam.

Quod Papa possit hujusmodi dispositionibus, & conditionibus derogare, ita ut absque caducitatis, vel pœnæ incursu possit hæres, vel legataria cui voluerit se nubere, Rot. *part. 12. recent. decis.* 408. *et part. 13. decis.* 185. in eadem causa, & idem puto licere aliis supremis Principibus in eorum statibus, & subditis per ea, quæ dixi *in §. Princeps.* Altimar. *dict. quæst. 13. sect. 3. n. 354.*

30 Conditio nubendi arbitrio parentum, fratrum, tutorum, vel aliorum, si apponatur per modum præcepti, tanquam libertati matrimoniali contraria reiicitur, si verò per modum requisitionis consilii, est valida, & illo requisito dicitur impleta, nisi in dicta requisitione versaretur magnum periculum impediendi matrimonium, quia tunc esset reiicienda, Duen. *reg.* 112. & Duran. *tract. de condit. et mod. imposs. part. 2. cap. 3. n. 74. et seqq.* Rot. pluribus aliis citatis *part. 10. rec. decis. 93. n. 8. et seqq.* ubi Papa hujusmodi conditioni derogavit, Marcian. *disput. for. c. 77. nu. 3. etc.* Paul. Christin. *decis. 124. an. 39. etc. vol. 3.* vide R.cc. *Collect.* 1351. ubi quòd reiicitur, & tamen secus est si fuerit dictum, *si matrimonium cum tali contraxerit*, quia illa conditio valet, & ea non impleta non debetur legatum; pro impleta tamen habetur si per legatariam non steterit, Marescot. *var. resol. lib. 1. c. 73.* Rot. coram Pen. *decis. 920. n. 9. & decis. 966. nu. 15.* ubi Crescin. *in annotationibus citò Deo dante imprimendis* Altimar. *de nullit. rubr. 1. q. 13. sect. 3. a n. 169. tom. 3.*

31 Conditio quòd quis excludatur ab hæreditate, si vitam sacerdotalem, vel religiosam elegerit, est valida, & per talem electionem dicitur statim purificata, non expectata morte naturali, Gratian. *discept. for. cap. 986. nu. 1. & seqq.* latè Duran. *d. tract. part. 2. cap. 3. n. 31. & seqq.* ubi infert ad multa notabilia, Molin. *de Primog. lib. 2. cap. 52. num. 54.* Menoch. *cons. 1127. nu. 57.* Castil. *contr. tom. 5. cap. 99.* Rot. *part. 9. recent. decis. 407. n. 35. &c.* ubi quòd censetur adjecta non in odium cælibatus, sed pro conservatione familiæ, & ideò sustinetur, Sanfelic. *decis.* 193. ubi quòd sustinetur ad servandam voluntatem testatoris, qui potest ad libitum disponere de bonis suis, maximè si in tali casu fuerit relicta certa quantitas, cùm possit peti supplementum legitimæ; loquitur tamen de certo monasterio, & religione, & non in universali, & dicta conditio apposita uni filio non extenditur ad alium, qui religionem profiteretur, sicut etiam si fuerit filius tantùm exclusus sub dicta conditione, non censetur exclusum Monasterium quòd poterit ex se petere, & adire, & tanquam sit loco filii, venientes ab intestato excludere, idem Sanfelic. *decis.* 594. vide *in §. Monasterium n. 7.*

Quòd sit valida, & servanda quando testator ita disposuit non in odium religionis, sed pro conservanda sua agnatione, & familia, Altograd. *cons. 95. nu. 93. &c. lib. 2.* ubi quòd ita servatur in Gallia, ut Religiosi omnes à successione excludantur de consuetudine, vide *in §. Monasterium n. 9. in fine*, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. pr. Prælud. 2. §. 2. num. 89. & seqq.* Covas. *lib. pr. var. cap. 19. n. 10.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. d. præsumpt. 83. nu. 18. & seqq.* Narbon. *de ætat. quæst. 72. in fine.* Ex quo infertur, quòd instituens Majoratum, vel Primogenituram potest etiam prohibere, ne Monachus, vel Sacerdos, sive Monialis succedat, & valida erit conditio, Cabed. *decis. 133. n. 6. part. 1.* Caldas Pereyra *tract. de nominat. q. 6. n. 12.* Covar. *lib. 1. var. cap. 10. nu. 11.* Grass. *de success. §. fideicommissum q. 40. nu. 2.* Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 13. nu. 99. & lib. 2. c. 10. num. 81. & seqq.* Castil. *lib. 3. contr. cap. 12. n. 36. & seqq.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 2. nu. 34.* quos cum aliis refert, & sequitur Portugal. *loc. cit. n. 90. & 91.* Sed quid dicendum in foro conscientiæ, vide *in §. Testator, nu. 28. in addit.*

Quòd conditio prædicta tanquam turpis, & retrahens à vita religiosa reiiciatur, & habeatur pro non scripta, firma remanente Institutione pura, & libera, & tantò magis si non contineat certam religionem, vel monasterium dumtaxat, sed omnem religionem indefinitè; posse tamen sustineri si esset de certo Monasterio, cum remaneat libertas profitendi in aliis, vel si expressè, vel tacitè appareat, exclusionem religionis, & religiosorum esse factam causa conservandæ agnationis, & familiæ, & non in odium religionis, benè probat, & distinguit, opiniones ita concordando, Rot. *part. 13. recent. decis. 245. per tot.*

An dicta conditio, quòd si hæres efficiatur Sacerdos, teneatur post mortem hæreditatem alteri restituere, extendatur ad alium casum, si decesserit sine liberis, quamvis factus non fuerit sacerdos, extant opiniones contrariæ inter Doctores, ut per Menoch. *de arbit. cas.* 509. ubi ipse hoc totum judicis arbitrio remittit, qui considerabit, an verisimile sit testatorem considerasse solùm defectum filiorum, vide *in §. Substitutio* 2.... Alex. *cons. 100. vol. 4.* Dec. *cons. 227. col. pen. & fin* ubi quòd sic, & sequitur Martha *de success. leg. part. 4. quæst. 58. art. 8. n. 22.*

Alia plura circa has conditiones habentur apud Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 13. sect. 3. a nu. 191. tom. 3.*

Conditio quæ impedit vitam religiosam, vel à vita 32
contemplativa retrahit, reprobatur tam in virginibus, quàm in viduis apposita, intelligendo quando ad id principaliter tendit in odium religionis, aliàs secus juxta prædicta unde conditio illa, *si religionem non ingrediatur*, principaliter apposita causa conservandi familiam valet, & est servanda, Duran. *d. tract. par. 2. cap. 3. n. 17. & n. 31. & seqq.* ubi ad multa infert vide Tusch. *litt. C. conclus. 592. per tot.* Dian. *par. 3. tract. 5. resol. 57* ubi quid in foro conscientiæ.

An autem conditio, ut mulier habeat majorem dotem si matrimonium contrahat, & minorem si monasterium ingrediatur dicatur removere ab ingressu Religionis, & à vita contemplativa, ita ut sit reiicienda, & debeatur dos in majori quantitate destinata, etiamsi monasterium ingrediatur, latè Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 6. per tot.* ubi concludit dictam conditionem isto casu sustineri, & esse servandam, quicquid nonnulli senserint, & dixi *in §. Legatum* num. 47.

Conditio avertens à procreandis liberis reputatur 33
de jure impossibilis, & reiicitur in ultimis voluntatibus, ut si dictum fuerit quod filia, vel filius non sit hæres, si decesserit cum liberis, Duran. *dict. tract. part. 2. cap. 3. num. 84. & 85.* Altimar. *loc. supra adducto num.* 219.

Sicut etiam viceversa conditio, quæ invitat ad procreationem filiorum posset esse turpis, ut si sit adjecta sacerdoti, de quo vide *in §. Substitutio, num....* Paleot. *de noth. cap. 28. in fine*, Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 22. n. 18.* ubi quod tunc habetur pro pura. Altimar. *ubi supra n.* 220.

Conditio non nubendi adjecta hæredi, vel legata- 34
rio, si generaliter inducat viduitatem respectu temporis, personarum, & locorum non valet, sed tanquam turpis, & inhonesta reiicitur, si verò non inducat ita generaliter viduitatem, sed specialiter tantùm respectu alicujus temporis, vel loci, vel personarum, valet, & est servanda, Gratian. *discept. for. cap. 863. per tot. infr. nu. 36.* Tusch. *litt. C. conclus. 592. per tot.* Paul. Christin. *decis. 124. n. 39. & seqq. vol. 3.* vide latè Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 12.

11. tit. 19. per tot. & Epiſc. Rocc. *cap. 22. num. 18. lib. 1.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæſt. 13. ſect. 3. n. 183. & ſeqq. tom. 3.*

De hujuimodi conditione, *ſi non nupſerit*, quòd reprobetur in virgine, non autem in vidua, & alia multa de illius natura, & effectibus, vide per Duran. *d. tract. part. 2. cap. 3. n. 18. & ſeqq.* dixi *in §. Mulier n. 28.* Chriſtin. *d. deciſ. 124. n. 40. vol. 3.* ubi refert alios caſus, in qoibus ſuſtinetur. Gratian. *deciſ. 287. n. 13.* Altimar. *loc. ſupra adducto.*

Quòd dicta conditio, *ſi non nupſerit*, reiiciatus in virgine, & quamvis nupſerit debeatur legatum, poſſitque retineri etiam in foro conſcientiæ, idem Duran. *d. tract. part. 3. cap. 1. n. 8. & 9.* vide *in §. Mulier n. 28.* Dian. *part. 3. tract. 5. reſol. 57.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſt. lib. 2. cap. 17. n. 6.*

Et ideò etiamſi teſtator inſtituat puellam, & eam fideicommiſſo gravet, *ſi non nupſerit*, debetur fideicommiſſum licèt puella nubat, quia hujuſmodi conditio eſt in jure reprobata, ut eſt caſus *in l. quoties ff. de condit. & demonſtrat.* ubi DD. Menoch. *conſ. 254. nu. 2.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 448.*

De indicata conditione, *ſi non nupſerit*, latè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. Prælud. 2. §. 2. num. 68. & ſeqq.* ubi firmat plures concluſiones quando reiiciatur, vel non, Narbon. *de ætat. quæſt. 72.* Capyc. Latro *conſult. 149.* Gabriel. Pereyr. *deciſ. 115.* Arias de Meſa *lib. 3. var. cap. 30.* Creſp. *obſervat. 91. n. 34. & ſeqq.* Galganet. *de condit. 5. part. cap. 10.* Altimar. *loc. præalleg. a n. 183.*

Quòd dicta conditio non nubendi etiam in virgine ſuſtineatur favore libertatis, & piæ cauſæ ſubſtitutæ, probat Portugal. *loc. cit. n. 93.* Tiraquel. *de pia cauſa privileg. 18.* Mantic. *de conject. lib. 11. tit. 18. nu. 19. & tit. 59. n. 11.*

Quòd valeat conditio nubendi cum certo genere perſonarum, ſub pœna amiſſionis legati, nec poſſit dici pœnalis, niſi quoad legitimam, & alia, Jo. Torre *de ſucceſſ. in Majorat. & Primog. Ital. part. 2. q. 49. per tot.* vide *in §. Præceptum nu. 20.* Vide Epiſc. Rocc. *cap. 104. a n. 118. libr. 2.*

35 Conditio non nubendi, & quælibet alia à liberis procreandis avertens, vel à religione retrahens, appoſita in contractibus, illos vitiat, quamvis impleatur, Duran. *d. tract. part. 2. cap. 3. n. 88 & 89.*

36 Conditio omnis, ſive modus, vel qualitas impediens libertatem matrimonii, aut illi moram nectens, dicitur de jure impoſſibilis, & adjecta legato, ſive inſtitutioni, habetur pro non ſcripta, & diſpoſitio nihilominus valet, etiamſi generale non afferat impedimentum, ſed reſpectu certi temporis tantùm, ſive loci, vel perſonarum, ut late probat Altograd. *conſ. 77. per tot. lib. 2. ſupra n. 34. & num. 18.* vide Tuſch. *litt. C. concluſ. 592. per tot.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 93. per tot.* dixi *in §. Matrimonium nu. 13.* Sanfelin. *deciſ. 289.*

Si tamen conditione matrimonii impeditiva defecta, vocetur pia cauſa, non reiicitur dicta conditio, Socin. *reg. 382. privil. 25.* Gratian. *deciſ. 187. n. 13. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 124. n. 40. vol. 3.* Rot. *part. 10. recent. deciſ 93. n. 12. &c.* ubi quod poteſt procedere ſi agatur de lucro, ſecus autem ſi de pœna, quæ eſt à jure improbata, ut ibidem declarat.

Sicut etiam conditio, vel qualitas *ſi nupta non erit* adjecta legato, vel inſtitutioni, non reiicitur, ſed valett, & ſuſtinetur etiam in virgine, ſi ſit reſtricta ad tempus mortis teſtatoris, ut quia dixerit; *lego centum Titiæ ſi nupta non erit tempore mortis meæ*, nam hoc caſu, nec tantillum quidem retrahit à nuptiis, ſi enim verificetur tempore mortis teſtatoris, debetur legatum, nec requirit poſtea perſeverantiam, & vivo teſtatore ignoratur, ſecus autem ſi non ſit relata ad tempus mortis teſtatoris, ſed ad alia tempora, quibus ſucceſſivè poſt ejus obitum ſit deferenda hæreditas per fideicommiſſum, cùm iſto caſu ſit retractiva a matrimonio ſub ſpe conſequendi hæreditatem, vel fideicommiſſum, & ideò reiicienda, ut latè declarat Altograd. cum multis ab eo relatis *d. conſ. 77. num. 32. et ſeqq. lib. 2.* facit *ſupra num. 34.*

Et in omnem caſum, ſtante ætate minori, ceſſante dolo & culpa non obſervantis conditiones hujuſmodi, eſſet locus reſtitutioni in integrum, etiamſi conditio eſſet talis, quæ reſtaurari non poſſit, & tranſgreſſio conſiſteret in committendo, ut eſt conditio non nubendi, ſi fuerint ſequutæ nuptiæ, nam licet reſtitutio concedi nequeat adverſus matrimonium contractum, tamen concedi poterit adverſus damnum, & privationem ex nuptiis cauſatam, ad hoc ut talis conditio habeatur pro impleta, cùm pœna privationis non ſit irroganda ſine culpa, ut ratiocinatur idem Altograd. *d. conſ. 77. n. 48. et ſeqq. per tot. lib. 2.*

Conditio, *ſi puella efficiatur monialis*, quòd valeat, 37
dixi *§. Subſtitutio num.... et §. Pater num....*

Et dicitur ſtatim purificata per ingreſſum monaſterii, & profeſſionem ſubſequutam, non expectata illius morte naturali, niſi per teſtatorem eſſent appoſita verba naturalitatem denotantia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 481. per tot.*

De conditione, *ſi ingrediatur monaſterium*, an dicatur impleta per ſimplicem ingreſſum ante profeſſionem, & quando novitius habeatur pro profeſſo, licèt moriatur intra annum probationis, idem Gratian. *deciſ. 35. per tot.* Surd. *deciſ. 303.* & vide in §. *Monaſterium num....*

Quando relinqueretur monaſterio, *ut aliquam recipiat in monialem*, non valet hujuſmodi conditio tanquam turpis, & ſimoniaca, ſed reiicitur, & legatum efficitur purum, Magon. *deciſ. Luc. 28 n. 6. et 7.* vide Duran. *tract. de condit. et modo impoſſ. part. 2. c. 3. nu. 51.* ubi quatuor opiniones refert, *et part. 3. cap. 9. n. 7.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæſt. 13. ſect. 3. nu 213. tom. 3.*

Contrarium probat Gratian. *diſcept. 254. num. 29. et 30.* dixi *in reſol. c. 72. in fine.*

Conditio, *caſtè, et honeſtè vivendi*, ex præſumpta 38
mente teſtatoris ſemper intelligitur appoſita uxori, cui aliquid per maritum relinquitur; qua non adimpleta amittit legatum, ut dixi *in §. Legatum num. 29. et §. Uxor num. 24. etc.* vide latè Surd. *de aliment. tit. 7. q. 23. et ſeqq.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 59. n. 31. etc.*

Et muliere ſemel inhoneſtè agente, amittitur legatum, nec recuperatur etiamſi deindè honeſtè vivat, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 187. nu. 12.* Dian. *part. 10. tract. 13. reſol. 8. in fine.*

Quòd mulier patiendo ſe oſculari, amittat legatum ſub dicta conditione relictum, Menoch. *lib. 5. præſumpt. 42. num. 38.* Dian. *part. 10. tract. 13. reſol. 9. per tot.* ubi etiam de amplexibus, & aliis tactibus impudicis, & refert contrarias opiniones, & videtur diſtinguere an ſemel tantùm, vel plures, vel an agatur de foro externo, vel de foro conſcientiæ, & iterum idem Dian. *d. part. 10. tract. 15. reſol. 21.*

An autem illud amittat per tranſitum ad ſecunda vota, dixi in *§. Legatum num. 29. inf. num. 39. et 40.*

Quid ſi dictum fuerit, *donec in viduitate vixerit*, quomodo tunc reſolvatur, & alia, vide in mea *reſol. cap. 38. num. 16. et ſeqq. et in §. Legatum nu. 30. infra num. 69.*

Et quod conditio viduitatis paſſim permittatur a lege, quidquid ſit in conditione virginitatis Palm. *nep. alleg. 251. n. 7. tom. 3.*

Quòd conditio *caſtè, et honeſtè vivendi*, in legato appoſita non debeat intelligi de toto vitæ curſu, ſed de tempore arbitrio prudentis ſufficiente, quale eſt decem annorum, ita ut ſi fœmina caſtè vixerit per decennium, licet poſtea fornicetur debeatur adhuc ei legatum ſub tali conditione relictum, Dian. *part. 5. tract. 14. reſol. 84. verſ. notandum*, ubi citat Homobon. *reſponſ. 44.* Sed ego ut verum fatear valde de hoc dubito.

An legatum ſub dicta conditione relictum poſſit in conſcientia exigi, & retineri, ſi fœmina occultè fornicata fuerit, vel ſemel tantùm, Dian. *part. 10. tract. 13. reſol. 8. per tot.* ubi refert contrarias opiniones in utroque capite, & ambas probabiles dicit, licèt ipſe negativam amplectatur in primo caſu, & in ſecundo videatur cum affirmativa ultimo loco relata tranſire, & iterùm Dian. *d. part. 10. tract. 15. reſol. 21.* Leoncill. *deciſ. Ferr. 88.*

Conditio, *viduitatis*, appoſita per uxorem marito 39
in legato illi facto eſt obſervanda, eodem modo prout

quando est apposita per virum uxori, cùm in utroque vigeat eadem ratio, Petr. Cabal. *consil.* 1, *lib.* 2, Ricc. *Collect.* 1927. Franch. *decis.* 174. Duran. *tract. de condit. et mod. imposs. part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 21. ubi tamen quòd apposita viro, qui nunquam fuit uxoratus, est reprobata, & reiicitur, sicut quando adiicitur virgini, ut dixi in sup. *num.* 34.

Quòd conditio, *viduitatis*, tanquam mulieri onerosa, contra publicam utilitatem, & libertatem matrimonii, nunquam tacitè intelligatur, nisi sit expressa, nec veniat subconditione, *permanendi in domo testatoris*, vel *castè*, *et honestè vivendi*, præcipuè quando non adsunt filii primi matrimonii, quorum favore posset censeri apposita, quicquid aliqui contrarium tenuerint benè probat Altogr. *consil.* 63, *num.* 6. *et seqq. lib.* 1, vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 95, *per tot.* ubi etiam si extent filii, & dixi in §. *Legatum n.* 29. *et* 30. Diana *part.* 10. *tract.* 13. *resolut.* 9. *versic. notandum*, ubi loquitur etiamsi extent filii, & quòd patitur conditioni viduitatis expressæ, non contrariatur per religionis ingressum, & professionem, & ideò non ammitti legatum, cùm tunc magis dicatur impleta voluntas testatoris, Bald. *in l. Deo nobis colum.* 5. *Cod. de Episcop. et Cleric.* quem refert, & sequitur Bertachin. *in repert. verb. Castitas*.

Quòd dicta conditio viduitatis apposita in testamento, non censeatur repetita in codicillis, Rot. *part.* 24. *recent. decis.* 130. *n.* 7. *etc. supra n.* 22. Cyriac. *controv.* 43. *num.* 62. Peregrin. *de fideicom. art.* 16. *n.* 38.

Quod ubi conditio viduitatis non fuit apposita, censeantur remissæ pœnæ secundarum nuptiarum, Rot. *part.* 14. *recentior. decis.* 502. *n.* 10. vide in §. *Uxor num.* 24.

Plura de conditione viduitatis tradit Card. de Luc. *in Indic. general. verb. conditio quoad nuptius, et viduitatem*.

40 Conditio, *de habitando cum hæredibus defuncti*, est implenda per legatarium, cui fuit apposita, non obstante quòd videatur restringere hominis libertatem, contra tex. *in l. Titio centum* §. 2. *ff. de condit. et demonstrat.* Pract. Papp. *act. qua ux. ag. ad dot. et usufr. glos. ultima*, ubi respondet *d. l. Titio centum*.

Ubi enim aliquid conditionale deducitur in judicium, debet liquidari purificatio conditionis, Magon. *decis. Flor.* 84. *n.* 1. *etc.* Sanfelic. *decis.* 203. ubi de legato alimentorum facto uxori in domo testatoria, an & quando illud consequatur extra domum.

Quod dicta conditio, *permanendi in domo viri*, adjecta uxori legatariæ, vel hæredi, intelligatur, & suppleatur secundùm aliquos, scilicet *in actu*, *et vita viduili*, sed contrarium esse verius, nempe dictam conditionem, non inducere conditionem viduitatis, nisi sit expressa, etiam si addita fuerint verba, *castè*, *et honestè*, ideòque mulierem consequi legatum, vel hæreditatem, etiamsi transierit ad secundas nuptias, cùm etiam secundo nubens dicatur castè, & honestè vivere, & sufficiat illam servare conditionem prout fortè, permanendo in domo viri etiam nupta, vel ostendendo, quòd per eam non steterit, sed fuerit expulsa, vel impedita à novo marito, latè probat Altograd. *consil.* 63. *per tot. lib.* 1. loquitur tamen quando ex primo viro non adsunt filii, nam illis extantibus fatetur importare viduitatem.

Quòd uxor, cui factum est legatum, etiam à marito sub conditione castè, & honestè vivendi, illud consequatur, licet transeat ad secundas nuptias, cùm hoc modo dicatur castitatem, & honestatem servare, (quicquid alii quoad maritum legantem contrarium sentiant) probat Martha *de success. legal. part.* 4. *q.* 18. *art.* 2. *num.* 72. *& seqq. ad* 78. ubi alia plura de interpretatione legatorum uxori factorum.

Quòd verba, *castè*, *& honestè*, importent honestatem conjugii, & debeatur legatum mulieri etiamsi nupserit, nisi sit factum à marito uxori, quia tunc intelliguntur de viduitate, Castr. *consil.* 11. *in fine lib.* 2. Tusch. *litt. C*, *conclus.* 109. *& concl.* 374. *& litt. L*, *conclus.* 104 vide latè Christin. *decis.* 131. *num.* 25. *& seqq. per tot. vol.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 23. *per tot. & seqq.* Peregrin. *decis.* 41, Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 31. *& seqq.* ubi quòd idem est si fuerit apposita à filio, ut intelligatur de viduitate.

Conditio, *de morando in certo loco*, adjecta per modum obligationis ad nullius particulare commodum, est ipso jure nulla, adjecta verò per modum conditionis tenet, & est servanda, *l. Titio centum* §. 2. *ff. de condit. & demonstr.* Pract. Papp. *act. ad dot. & usumfr. glos. ultim.* Barr. *in l. qui concubinam* §. *uxori ff. de legat.* 3. Capyc. *decis.* 135. *per tot.* Ger. Spin. *consil.* 26. *num.* 27. *& seqq.* Altograd. *consil.* 63. *num.* 22. *&* 23. *lib.* 2. vide in §. *Pactum num.* 22. *& in meis resolut. cap.* 72. *num.* 23. *&* 24. latè Gizzarel. & Addent. *decis.* 19. *per tot.* ubi magistraliter de hac materia, Caldas Pereyra *consil.* 53. *per tot.* Azeved. *in l.* 11. *num.* 22. *& seqq. tit.* 6. *lib.* 1. Recopilat. Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 7. *num.* 2. *&c.* Amaya *leg.* 1. *observat. cap.* 6. *num.* 22. Quesad. *quæst. jur. cap.* 8. Antunez. Portugal. *de donat. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 2. *nu.* 94. *& seqq.* ubi benè declarat *d. l. Titio centum*, Jo. Torre *d. tract. p.* 2. *q.* 52. *per tot.* 41

Quòd dicta conditio sit inhonesta in ultimis voluntatibus, habeatur pro non adjecta, & reiiciatur, Magon. *decis. Flor.* 144. *num.* 13. *& seqq.* vide Gizzarel. & Addent. *d. decis.* 19. *per tot.*

Intellige ut supra per modum obligationis, secus si per modum conditionis, nam causativè tenet, ut dixi *in dict. cap.* 72. *num.* 24. facit quod dixi in §. *Habitatio num.* 6. vide Peregrin. *de fideicomm. art.* 16. *num.* 147. *& seqq.*

Conditio, sufficit quòd semel extiterit, etiamsi per momentum tantùm duraverit, nec est curandum de successu postquam emolumentum fuit quæsitum, Altograd. *consil.* 77. *nu.* 35. *& seqq. lib.* 2. latè Tusch. *litt. C*, *concl.* 598 *per tot.* Urceol. *Consultat.* 82. *num.* 74. *vol.* 2. Ludovis. *decis.* 5. *nu.* 10. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 90. *num.* 6. *&c.* ubi de conditione supervivenriæ, quæ verificatur, etiam in hora, ad effectum transmissionis ad hæredes, ubi non requiritur tractus successivus, quicquid aliàs non dicatur verè superstes ille, qui statim perit, & rursus in eadem causa, & *part.* 13. *decis.* 195. ubi fuit confirmata prima decisio, cum aliquali differentia inter conditionem supervivent iæ, quæ videtur durationem importare *infra num.* 79. & vide *d. part.* 13. *decis.* 530. *per tot.* Et vide Rot. coram Pen. *decis.* 301. Card. de Luc. *de Feud. disc.* 57. *num.* 6. *&* 11. *de Fideicomm. disc.* 44. *nu.* 14. *de Donat. disc.* 4. *n.* 17. *de Dot. disc.* 27. *n.* 2. *de Benefic. disc.* 116. *n.* 3. 42

Quòd non requiratur perseverantia, sed sufficiat semel conditionem esse impleram, nisi aliter testator disposuerit, Gratian. *discept. forens. c.* 137. *nu.* 7. *&c.* Tusch. *loc. cit.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 98. *nu.* 5. *& seqq.* ubi quando secus, & *decis.* 530. *per tot.*

Quando tamen habet causam successivam, & non momentaneam, requiritur perseverantia, ut benè probat idem Altograd. *consil.* 101. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 2. Tusch. *loc. citat.* Ricc. *Collect.* 2222. Marcian. *disput. forens. cap.* 62. *num.* 11. *&c.* ubi de conditione si ingrediatur monasterium. De Luc. *de Benefic. disc.* 90. *nu.* 46. *de Fideicommiss. disc.* 44. *n.* 16. *de Dot. dict. disc.* 27. *n.* 17. *de Pens. disc.* 81. *sub n.* 25.

Conditio, *si preces veritate nitantur*, semper intelligitur in omni dispositione etiam jurata, & facta motu proprio, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 508. *n.* 1. 20. 22. *&* 24. 43

Et est probanda ab eo, qui vult uti rescripto, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 182. *n.* 7.

Conditio assumendi arma, & nomen testatoris, an sit implenda per hæredem dixi in §. *Gravatus n.* 17. & latè Fusar. *de substitut. quæst.* 447. *per tot. et quæst.* 465. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 103. *per tot.* ubi quando est à duobus apposita incompatibiliter, tenetur gravatus emolumentum ab una proveniens dimittere. Sed vide aliam decisionem in eadem causa emanatam *d. par.* 14. *decis.* 194. ubi ex aliis fundamentis fuit prima revocata. De hac conditione vide Card. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 154. *n.* 15. *de Legat. disc.* 29. *n.* 6. *de Regul. disc.* 34. *n.* 9. 44

Conditio, *si sine liberis*, tacitè subintelligitur à lege in omnibus descendentibus testatoris gravatis per fideicommissum alteri restituere, quasi plus dictum, & minus scriptum præsumatur ex pietatis conjectura, juxta text. *in l. cum avus ff. de condit. & demonstrat. l. cùm acutissimi Cod. de fideicomm. & l. generaliter* §. 45

cum

cùm autem Cod. de institut. & substit. latissimè explicat Joseph. de Rustic. *in Commentar. ad dict. l. cum avus,* Fusar. plenè *tractat. de substitut. quæst.* 363. *per tot. cum aliquibus seqq.* Altograd. *consil.* 45. *num.* 4. *lib. pr.* Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 89. *per tot.* Merlin. *decis.* 864. *num.* 4. *&c.* Ricc. *Collect.* 335. Marcian. *disput.* 87. *nu.* 35. *& seqq.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 419. *nu.* 28. Tusch. *litt. S. concl.* 843. *per tot.* Gabriel. *comm. concl. tit. de fideicomm. conclus.* 2. Paul. Christin. *decis.* 54. *sub num. pr.* ubi quod subintelligitur tàm in prima, quàm in secunda substitutione, *& decis.* 45. *num.* 2. *etc. volum.* 4. Cabal. *consil.* 48. *num.* 7. *& seqq. lib. pr.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 132. ubi an, & quando conditio expresse à testatore faciet cessare tacitam à lege subintellectam, vel simul concurrant, ita ut provisio hominis non tollat provisionem legis, & alia ad rem, ut substitutio non transeat ad aliam lineam transversalem vocatam donec adsunt filii, vel alii descendentes, etiam ex fœminis ipsius testatoris, Rot. *part.* 18. *decis.* 170. *& part.* 18. *decis.* 633. ubi plura pro exclusione repetitionis dictæ conditionis, *& decis.* 684. *num.* 7. *&* 8. *vide in §. Repetitio num.* 2. Palm. nep. *alleg.* 100. *n.* 4. *& seqq. tom. pr. & alleg.* 291. *n.* 58. *tom.* 3. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 74. *n.* 2.

Quod conditio, *si liberos non habuerit*, sit eadem cum conditione, *si sine liberis*, & referatur ad tempus mortis, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 2. *num.* 124. *& seqq. per tot.* ubi quando subintelligatur, vel non, & quid operetur tam expressa, quàm tacitè subintellecta, quòd subintelligatur etiam in substitutionibus factis in donationibus, vel aliis contractibus, aliaque plura de dicta conditione, *si sine liberis*, de qua etiam multa Jo. Torre *tract. de success. in Majorat. Primog. Italiæ*, in diversis locis indicatis in ejus Repertorio generali *in fine p.* 3. *in verb. Conditio si sine filiis*, Mans. *Consult.* 260. *lib.* 3. ubi plenè, an dicta conditio per existentiam fœminarum dicatur defecta, vel purificata ad exclusionem, vel admissionem substituti, & alibi sæpè. Vide Rot. coram Pen. *decis.* 471. *tom. pr.*

Quòd conditio, *si sine filiis*, *&c.* intelligatur purificata adveniente ætate, in qua filii amplius procreari non possunt vel alio impedimento perpetuo, quamvis quoad executionem attendatur tempus mortis, Quesad. Pilo *contr. forens. c.* 49. *n.* 30. *& seqq.*

An autem, & quando dicta conditio expresse in persona filii censeatur repetita, vel non in persona nepotis, vel pronepotis substituti, Gamm. *decis. Lusit.* 224. *per tot.* Martha *de success. legal. part.* 2. *quæst.* 4. *art.* 9. *num.* 29. *&c.*

Plura de dicta conditione expressa, vel tacita, & quando una differat ab alia, idem Martha *d. tract. in variis locis*, prout in ejus *repert. verb. Conditio*, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 308. *num.* 15. *& seqq.* ubi quòd tacite nihil differt ab expressa, Fusar. *quæst.* 393. *n.* 5.

Quòd dicta conditio, *si sine liberis*, licèt non expressa subintelligatur à lege, operetur eundem effectum ac si fuerit expressa, & excludat substitutum etiam in testamento matris, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 305. *&* 306. *per tot.* ubi aliquibus modis limitat, & inserit duas decisiones Rotæ Romanæ, in quibus fuit tentum, hujusmodi conditionem tacitam non sufficere, ut substitutus excludatur per monasterium, sed debere esse expressam ut monasterium loco filii succedens admittatur, vide in §. *Substitutio num.* 42. *& §. Monasterium n.* 11. *&c. infra n.* 54.

Quæ sit differentia inter dictam conditionem expressam, vel tacitam, Marescott. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 2. *&c.* sed non differat probat Fusar. *de substit. q.* 393. *num.* 5. *& quæst.* 399. & illum sequitur Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 308. *num.* 18. *&* 21.

Quòd conditio, *si sine liberis*, censeatur repetita in omnibus descendentibus, ubi concurrunt aliquæ conjecturæ, nisi sit restrictivè ad aliquam personam apposita, Gabriel. *de fideicomm. conclus.* 8. *n.* 6. Thes. *decis.* 270. *n.* 29. Martha *vot. Pis.* 210. *n.* 29.

46 Conditio prædicta, *si sine liberis*, suppletur per legem, etiam quando amicus est institutus, & gravatus post mortem alteri restituere, juxta multorum opinionem, quos allegat D. Carol. de Grass. *tractat. de effect. amicit. nu.* 218. ubi tamen ipse contrarium firmat, vide Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 89. *num.* 65. Altograd. *consil.* 45. *num.* 12. *lib. pr.* ubi non videtur dissentire à prima opinione; Sed non subintelligi in amico gravato, quicquid aliqui malè contrarium senserint firmat Fusar. *de substit. q.* 395.

Conditio, *si sine liberis*, quamvis juxta communem 47
scribentium scholam, non subintelligatur in transversalibus, vel aliis extraneis gravatis, sed tantùm in descendentibus, Gabriel. *comm. conclus. tit. de fideicomm. concl.* 2. *nu.* 34. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 23. Odd. *de compend. part.* 4. *quæst.* 1. *art.* 4. *num.* 3. Intrigliol. *de substitut. cent.* 3. *quæst.* 50. *num.* 3. Fusar. *eod. tractat. quæst.* 394. Rustic. *in d. l. cum avus lib.* 2. *cap.* 9. *ff. de condit. & demonstrat.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 170. *num.* 7. *& seqq. part.* 18. *decis.* 633. *per tot.* ubi quòd non subintelligitur in testamento fratris alium fratrem instituentis. Palm. nep. *alleg.* 100. *n.* 7. *tom.* 1. *et alleg.* 291. *nu.* 55. *&* 66. *tom.* 3. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 115. *n.* 3. *&* 7. *disc.* 241. *n.* 4.

Tamen quãdoque potest subintelligi, & suppleri etiã in transversalibus, quãdo ex conjecturis apparet de mente testatoris ita disponere volentis, cùm hæc materia sit tote conjecturalis, graviores tamen, & urgentiores, ac ex ipso testamento, & illius verbis desumptę requiruntur in isto casu, Petr. Bim. *consil.* 285. *n.* 9. *lib.* 3. Bardellon. *consil.* 16. *nu.* 20. *&c. lib.* 1. Martha *de success. legal. part.* 1. *quæst.* 2. *art.* 2. *n.* 29. cum aliis quos refert, & sequitur Altograd. *consil.* 45. *nu.* 5. *& seqq. per tot. lib.* 1. ubi latè perpendit septem conjecturas, ex quibus in casu suo sustinet subintelligi dictam conditionem, *si sine liberis*, etiam in transversalibus, nempè prædilectionem transversalis instituti, quam ex diversis elicit, quòd testator non haberet ipse filios, sed loco filiorum teneret, & diligeret institutum, imperitiam notarii, qui dictam conditionem exprimere omisit & similes, asserendo ita fuisse judicatum à Rot. Florent. pro D. Marchionissa Francisca uxore D. Marchionis Gabrielis Riccardi Florentini sub die 4. Junii 1635. prout in libro Mot. dicti anni. Rot. *in decis. recollect.* per Palm. nep. *decis.* 195. *n.* 47. *tom.* 2.

Quòd debeat subintelligi etiam in transversalibus quando ex serie testamenti, & aliis conjecturis, apparet quòd si testator fuisset de hoc casu interrogatus, ita respondisset idem Altograd. *d. consil.* 45. *nu.* 42. *lib. pr.*

Quòd regulariter dicta conditio non subintelligatur etiam *in* uxore, nec in fratribus etiam consanguineis, nec in ascendentibus institutis, & gravatis ut supra: quid si simul essent instituti aliqui filii testatoris, & gravati, an tunc dicta conditio subintelligatur quoad omnes, vel nullos, vel filios tantùm, & alia, Fusar. *de substitit. quæst.* 396. *& seqq.*

Conditio, *si sine liberis*, habet locum tantùm quan- 48
do filii succedunt patri gravato, aliàs secùs, Cavaler. *decis.* 269. *n.* 4. vide in §. *Substitutio num.* 46. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 39. *& decis.* 309. ubi quod expressè à testatore exclusus reputari debet ac si natus non fuisset, nec comprehenditur sub dicta conditione.

An, & quando intelligitur etiam de fœminis, vide in §. *Substitutio num.* 47. Menoch. *consil.* 95. *&* 150. Soccin. jun. *consil.* 581. *n.* 84. *& seqq. lib.* 2. cum aliis per Christin. *decis. Belg.* 267. *in fine vol.* 1. Merlin. *decis.* 686. *n.* 13. ubi quòd veniunt etiam fœminæ, Ricc. *Collect.* 2221. 3094. *&* 3592. ubi plura notabilia, & *Collect.* 335. Peregrin. *decis.* 55. ubi quando non veniant fœminæ, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 139. *&* 188. *n.* 6. *decis.* 437. *n.* 1. *& seqq. d. part.* 9. *et part.* 10. *decis.* 60. *per tot.* ubi pro fœminis *et par.* 12. *decis.* 330. ubi contra fœminas, Marescott. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 11. ubi latè, & magistraliter plures conjecturas adducit contra fœminas, & illas declarat Fusar. *de substit. quæst.* 402. *per tot.* Giurb. *decis.* 32. *per tot.* Marta *vot. Pis.* 71. Vide Rotam Romanam coram Pen. *decis.* 471. *tom.* 1.

Conditio, *si sine liberis*, quando est expressa de- 49
ficit per solam existentiam filiorum, etiamsi non sint hæredes; quando verò est tacita, & à lege subintellecta, requiritur quòd filii sint hæredes, ut possint excludere substitutum, Fusar. *de substitut. quæst.* 421, *n.* 23.

n. 23. *et seqq.* ubi latè declarat quando filii positi in conditione debeant esse hæredes patris, ut substitutum excludant, vel non, & *quæst.* 422. ubi etiam de præteritis, vel exhæredatis, & hujusmodi, vide Rot. *part* 13. *recent. decis.* 98. *per tot. et decis.* 290. *n.* 12. ubi quod sola existentia filiorum sufficit, etiam si succedere non possint, cùm adhuc faciat deficere conditionem vocationis, & non sint filii qui excludant substitutum, sed defectus conditionis, & *part.* 14. *decis.* 144. Altograd. *consil.* 45. *n.* 94. *et* 95. Ger. Spin. *consil.* 65. *n.* 19. *et seqq.* ubi etiam adducit aliam differentiam inter expressam, & tacitam conditionem prædictam, *vide in §. Substitutio n.* 46. *etc.*

Quòd sive tacita, sive expressa expiret per existentiam filiorum, & evanescat relictum, idem Altogr. *cons.* 96. *n.* 26. *et* 27. *lib.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 72. *per tot.* ubi ampliat etiamsi postea dicti filii sine filiis decedant, nisi aliter appareat de mente testatoris, *vide in §. Substitutio n.* 32. Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 22. *n.* 2. *et seqq. per tot.* ubi quando contra.

50 Conditio, *si sine liberis*, non potest dici impleta, nisi post obitum illius, cui fuit adjecta, ita ut non possit dici purificatum fideicommissum, cum eo quod deficiat spes suscipiendæ prolis, sed expectandus sit obitus gravati sub dicta conditione, quicquid secus sit de alia simili conditione, *si filius habuerit*, *vel non habuerit*, quæ purificatur statim ac constat de impotentia generandi, Fusar. *de substitut. quæst.* 415. *num.* 2. quem refert, & sequitur Rot. in Bononien. fideicommissi de Buccaferris 24. Maii 1655. coram Zarate, penes Zacch. *Quæst. Medic. legal. tom.* 2. *decis.* 98. *n.* 8. *et seqq.* vide Tusch. *litt. C. conclus.* 597. Gamm. *dec.* 160. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 358. *per tot.* ubi benè declarat, & quæ sit differentia si sit apposita in Primogenitura, majoratu, vel fideicommisso, *et part.* 14. *decis.* 194. *num.* 4. *et seqq.* Sanfelic. *decis.* 87. *n.* 6. *et seqq.* Portugal. *loc. citat.* §. 2. *num.* 523. *et seqq. et n.* 132. *etc.*

51 Conditio, *si sine liberis*, verificatur etiam in illo, qui liberos habere non potest, Roland. *de dot. quæst.* 303. *n.* 20. *et quæst.* 106. *nu.* 34. Altograd. *consil.* 76. *num.* 16. *lib.* 1. ubi quòd ideò non impedit quin valeat substitutio pupillaris comprehensa in compendiosa, *vide in §. Substitutio n.*

Item verificatur dicta conditio, & fit locus substitutis, licèt gravatus filios habuerit, qui ante illum decesserint, *leg. ex facto*, *§. si quis*, *ff. ad Trebell.* Sanfelic. *decis.* 279. *n.* 12.

Quòd dicta conditio expressa à testatore in compendiosa referatur etiam ad casum incapacitatis, magis communem opinionem, licèt contrariam veriorem dicit Rot. *par.* 1. *divers. decis.* 267. *per tot.*

Quòd referatur ad tempus, quo filius post pubertatem obierit, Altograd. *consil.* 78. *n.* 10. *lib.* 2. Ger. Spin. *cons.* 84. *n.* 4.

52 Conditio, *si sine liberis*, adjecta substitutioni duobus, vel pluribus factæ, an verificatur altero illorum sine prole decedente quo ad ejus portionem, vel requiratur mors omnium sine filiis, latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 186. *per tot.* ubi plures casus distinguit Peregr. *de fideicom. art.* 13. *per tot.* Ger. Spin. *consil.* 86. & 87. *per tot. vide §. Substitutio n.* 22. latè Urceol. *Consult. forens. cap.* 58. *num.* 6. *et seqq. per tot. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 437. *per tot. et p.* 12. *decis.* 318. *n.* 11. *et seqq. et p.* 13. *decis.* 88. *num.* 21. *et seqq.* ubi benè declarat, & *decis.* 188. *nu.* 3. *et seqq.*

Et an dicta conditio dicatur verificata vel defecta, ut substitutioni locus sit, vel non, si aliqui ex institutis decesserint cum filiis, aliqui verò sine filiis, cùm tunc non videatur conditio in totum impleta, vide latè Fabric. Pontirol. in ejus elegantissimo Respons. sive tractat. pro Mambellis Cæsenæ impresso de anno 1645. *n.* 1. *et seqq. ad* 71. ubi quòd stante substitutione fideicommissaria à pluribus inter se reciprocè vocatis, relicta sub conditione collectivè concepta (si omnes absque filiis moriantur) locus est substitutioni, si in ultimo decedente verificetur conditio, licèt in aliis defecerit, & hoc ex benignitate, & verisimili mente testatoris, quidquid aliter videatur exigere rigor juris, cùm verè, & formaliter, non possit dici conditio in omnibus impleta, allegat Cravett. *consil.* 109. *n.* 2. &c. Socc. sen. *consil.* 94. *nu.* 4. *lib.* 4. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 17. Rot. *p.* 1. *divers. decis.* 804. *per tot.* & *p.* 1. *rec. dec.* 145. *n.* 2. & 3. ac alios vide *in §. Fideicommissum n.* 7. & *§. Substitutio nu.* 22. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 588. *n.* 3. & *seqq.*

Conditio, *si sine liberis*, non subintelligitur etiam in descendentibus, quando per dictiones taxativas, vel aliter constat de contraria mente testatoris, ut benè declarat Magon. *decis. Florent.* 52. *per tot.* Marta *vot. Pisan.* 210. *nu.* 29. Bairel. *de ultim. volunt. decis.* 11. *per tot.* ubi quòd ex conjecturis receditur à dispositione dictæ *legis cum avus*, quia una præsumptio tollit aliam, & debilior cedit fortiori. 53

Non tamen sufficere dictum fuisse, *durante vita*, *ad vitam*, sed opus esse taxativa expressa ad excludendam dispositionem *d. l. cum avus*, imò nec per taxativam excludi secundùm multos ostendit Altograd. *consil.* 45. *n.* 68. & *seqq. ad* 77. *lib.* 1. ubi etiam quòd non operatur taxativa quando circumstantiis, & non substantiæ relicti fuit apposita, & *n.* 76. declarat quando operetur taxativa virtualis, licèt non expressa,

Et quòd imò verba restrictiva, & limitativa tollant dispositionem *d. l. cum avus*, licèt non adsit taxativa expressa, relata Magon. & aliis latiùs probat idem Altograd. *consil.* 61. *per tot. lib.* 1. Ger. Spin. *concl.* 65. *n.* 14. Fusar. *de substit. q.* 363. *n.* 108. quos cum aliis sequitur Rot. *p.* 14. *recent. decis.* 406. *nu.* 16. *et* 17. ubi quòd cessat præsumptio ex dictis legibus desumpta quando ex conjecturis constat de contraria voluntate testatoris.

Conditio, *si sine liberis*, an dicatur extitisse, vel expirasse ad favorem, vel exclusionem substituti, quando hæres gravatus ingressus fuit religionem, latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 83. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 815. *nu.* 22. & *seqq.* Fusar. *de substitut. quæst.* 429. *per tot. et q.* 430. *per tot.* vide supra *n.* 45. *in fine*, *et in §. Substitutio n.* 42. *et §. Monasterium n.* 11. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 243. *vol.* 1. *et decis.* 218. *per tot. vol.* 4. Marescot. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 22. Vide Rot. coram Pen. *decis.* 698. *et decis.* 739. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 66. *nu.* 4. *et seq. et disc.* 138. *n.* 4. 54

Quid si fuerit adjecta pluribus, inter quos adsit Sacerdos, vel Monachus, in quibus verificari non potest, vide Peregrin. *de fideicomm. art.* 28. *nu.* 38. *et seqq.* dixi in *§. Substitutio nu.* 51. *et §. Monasterium num.* 11. *etc. supra n.* 51. *et* 52.

Quod dicta conditio deficiat, & resolvatur, si illi, quibus est apposita efficiantur Sacerdotes, & sic remaneat purificatum fideicommissum, de quo illi possint disponere, cùm amplius non subsit spes legitimæ prolis, Merlin. *dec.* 460. *nu.* 20. *etc.* Peregrin. *de fideicom. art.* 28. *n.* 83. Mantic. *de conject. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 23. vide ultra citatos Ricc. *Collect.* 2222. Fusar. *de substit. q.* 431. *per tot.* ubi refert octo diversas opiniones, & declarat distinguendo.

Conditio, *si sine liberis*, non subintelligitur in descendentibus honoratis, & non gravatis, sed tantùm in gravatis, de quo vide Altograd. cum aliis per eum citatis *consil.* 60. *n.* 75. *etc. lib.* 1. 55

Nec etiam subintelligitur quando esset contra voluntatem testatoris, vel aliquod resultaret absurdum circa ab eo disposita, idem Altograd. *consil.* 61. *n.* 39. *et n.* 48. *lib.* 1.

Conditio, *si sine liberis*, non subintelligitur à lege, quando apparet testatorem cogitasse de liberis gravati, nec tamen illos substituit, vel in conditione posuit, cùm tunc dicatur, illos consultò omisisse, Soccin. *in l. cum avus n.* 78. *et consil.* 191. *nu.* 1. *et* 2. *lib.* 2. Curt. jun. *consil.* 33. *n.* 5. cum aliis per Altograd. *consil.* 45. *num.* 38. *lib.* 1. ubi tamen *n. seqq.* ostendit genericam cogitationem filiorum gravati non sufficere ad tollendam dispositionem *d. l. cum avus*, quando ex aliis conjecturis non constat de voluntate testatoris voluisse dictam suppletionem conditionis excludere, & aliàs responsiones adducit. 56

Quòd sufficiat cogitatio de filiis gravati in genere, Ger. Spin. *consil.* 65. & 66. *per tot.*

Et

Et quòd ex conjecturis recedatur à dicta diſpoſitione *leg. cum avus*, latè probat idem Altograd. *conſil.* 61. *per tot. lib.* 1. *ubi n.* 13. *& ſeqq.* inter alias pluribus relatis admittit prædictam conjecturam cogitationis filiorum gravati, & ex quibus ad hunc effectum eliciatur.

57 Conditio, *ſi ſine liberis*, non ſubintelligitur quando factæ fuerunt plures ſubſtitutiones, & in aliquibus fuit expreſſa dicta conditio, in aliis verò non, nam præſumitur quòd ſicuti teſtator in aliquibus eam expreſſit, ita etiam in aliis expreſſiſſet, ſi illam intelligi voluiſſet, pulchrè Altog. *conſ.* 61. *n.* 17. *lib.* 1. *& nu.* 66. Ger. Spin. *conſ.* 65. *n.* 10. *& ſeqq.* Rot. *part.* 11. *rec. deciſ.* 326. *n.* 27. Cabal. *conſil.* 48. *lib.* 1. *num.* 13. *& ſeqq.* ubi quòd non ſubintelligitur ſecundùm aliquos quando eſt ſubſtituta pia cauſa, vel Eccleſia, licèt concludat contrarium eſſe verius, & magis communiter receptum.

58 Conditio prædicta, *ſi ſine liberis*, non ſubintelligatur in relictis, vel legatis particularibus, in quibus quis ſit gravatus alteri reſtituere, Alber. *in l. cum acutiſſimi C. de fideicomm.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *nu.* 184. cum aliis per Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 393. *n.* 9. *&* 10. Altograd. *conſil.* 45. *n.* 64. *&* 65. ubi tamen *n.* 66. *&* 67. contrarium verius eſſe oſtendit, & Fuſar. *loc. cit. n.* 8.

59 Conditio, *ſi ſine liberis*, licèt ſubintelligatur in ſubſtitutione fideicommiſſaria, non tamen ſubintelligitur in ſubſtitutione vulgari expreſſa, nec in compendioſa, quando venit caſus vulgaris, nam tunc non intrat diſpoſitio dictæ *leg. cum avus*, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 31. *n.* 71. *quæſt.* 58. *per tot. quæſt.* 238. *n.* 4. *& quæſt.* 252 *n.* 1. *& ſeqq.* Altograd. *conſil.* 45. *nu.* 86. *&c. lib.* 1. ubi vide *nu.* 90. 91. *&* 91. Peregr. *de fideicom. art.* 34. *n.* 95. *& ſeqq.* Serap. *deciſ.* 1216.

Quòd dicta conditio ſubintelligatur in ſubſtitutione pupillari, Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 136. *per tot.*

Item in ſubſtitutione directa militari, idem Fuſar. *quæſt.* 226.

60 Conditio, *ſi ſine liberis*, non ſubintelligitur in fœminis, quando illis ſunt ſubſtituti agnati, quia aliàs bona non conſervarentur in agnatione ad quam dicitur proſpexiſſe teſtator dum agnatos ſubſtituit, Altograd. *conſil.* 61. *n.* 40. *lib.* 1. *& n.* 44. Ger. Spin. *conſil.* 65. *n.* 13. *&c.* ubi etiam quòd dicta conditio expreſſa in præcedenti ſubſtitutione, non cenſetur repetita in ſequenti.

61 Conditio, *ſi ſine liberis*, an præſumatur extitiſſe, vel ſit probanda à fideicommiſſario agente ad fideicommiſſum, dixi in *§. Fideicommiſſum num.* 52. *& §. Mors n.* 12. vide Maſcard. *de probat. concl.* 343. *n.* 8. *&c.* ubi quòd præſumitur extitiſſe, & ſic gravatum deceſſiſſe ſine filiis, etiam ſi quandoque illos habuerit, niſi contrarium probetur per Doctrinam Caſtr. *conſil.* 282. *nu.* 5. *lib.* 1. Rimin. ſen. *conſil.* 127. *num.* 25. Sed tu non recedas à diſtinctione in locis citatis firmata, quam etiam pluribus citatis, & latè declarando approbat Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 436. *per tot.*

62 Conditio, *ſi ſine liberis*, an dicatur expiraſſe per exiſtentiam filiorum naturalium, quid ſi fuerint legitimati reſcripto Principis, vel per ſubſequens matrimonium, & an per exiſtentiam fœminarum, ita ut iſti omnes ſubſtitutum excludant, vel non, latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 308. 309. 310. *&* 311. *per tot. volum.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 78. 79. *& ſeqq.* Fachin. *lib.* 4. *contr.* 52. *& ſeqq.* & alii plures per eos citati dixi in §. *Filiatio n.* 11. *§. Subſtitutio num.* 44. *& ſeqq. & §. Legitimatio*, in quibus locis plures alios allegavi idem Chriſtin. *deciſ.* 46. *vol.* 4. Ricc. *Collect.* 335. 2221. *&c.* 3064. 3330. *et* 3591. in quibus locis vide plura notabilia de hac materia, & plenius Fuſar. *de ſubſtit. q.* 405. cum multis ſequentibus, & præcedentibus, in quibus omnia diligenter explicat, & de filiis natis ex matrimonio clandeſtino, vel putativo, de conſanguineis tantùm, vel uterinis tantùm, de ſpiritualibus, de nepotibus, & hujuſmodi.

De legitimatis etiam per ſubſequens matrimonium quando non faciant deficere dictam conditionem, neque ſubſtitutum excludant, Ciarlin. *contr.* 111. *per tot.*

Quòd filii naturales non faciant deficere dictam conditionem, quia appellatione filiorum legitimorum, & naturalium non includuntur, Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 406. *num.* 38. ſecus tamen ſi fuerint legitimati à Principe, quia tunc faciunt deficere dictam conditionem, niſi adſit clauſula ſine præjuditio venientium ab inteſtato, vel alia ſimilis, per quam reſervantur jura aliis ſucceſſoribus, vel ſubſtitutis, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 325. *n.* 2. *& ſeqq.*

Conditio, *ſi ſine liberis*, an ſubintelligatur in donatione cauſa mortis facta filio à patre cum onere poſt mortem alteri reſtituendi, vel quando agitur de fideicommiſſo in contractu inter vivos facto, vide Caſtr. *in l. ſi cui ff. de donat. cauſ. mort.* Socin. *in l. cum avus quæſt.* 8. *ff. de condition. & demonſtrat.* Gomez *var. reſolut. tom.* 1. *cap.* 5. *nu.* 44. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 45. *num.* 2. *verſic. hæc quidem vol.* 4. ubi refert contrarias opiniones, & videtur affirmativæ adhærere, facit idem Chriſtin. *deciſ.* 191. *n.* 19. *vol.* 4. 63

Condirio, *ſi ſine liberis*, non dicitur defecta per exiſtentiam filiorum ſuſceptorum à patre bannito poſt condemnationem, quia condemnatus dicitur alius, & novus homo, ac alia vita vivere, & ideò filii ex eo nati poſt dictam condemnationem non faciunt deficere conditionem ſubſtitutionis, *l. ex facto §. ex facto ubi DD. ff. ad Trebel.* Alba *conſil.* 106. *n.* 25. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 31. *nu.* 39. *&c.* facit quod dixi in *§. Bannitus n.* 19. vide in *§. Subſtitutio n.* 46. Quòd deficiant latè Ruſtic. *ad l. cum avus ff. de condit. & demonſtrat. lib.* 5. *cap.* 10. *per tot.* ubi qualiter banniti filii, qui poſſint impune offendi non faciant deficere dictam condirionem. 64

Quòd cùm banniti noſtri temporis non æquiparentur deportatis prout loquitur textus allegatus, & ideò illorum filii jura filiationis non amittant, & faciant deficere dictam conditionem ex quo matrimonium ſubſiſtit, nec diſſolvitur, atque ſuccedant, Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 103. ubi de veriori, ſed poſſunt opiniones concordari, ut dixi *in §. Subſtitutio n.* 46. vide Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 433. *&* 424. ubi videtur concludare, ut filii etiam banniti faciant deficere conditionem prædictam, & ſubſtitutum excludant, mortuo illorum patre gravato non bannito, ſicut etiam filii nati ex patre gravato, & bannito, etiam poſt bannum pariter faciunt eandem conditionem deficere & ſubſtitutum excludunt, ut ibidem declarat, & ſe remittit ad Ruſtic. *d. lib.* 5. *cap.* 11. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 6. *& tit.* 7. *& alios.*

Conditio, *ſi ſine liberis*, an dicatur defecta, ſive verificata in materia ſubſtitutionis, per filios natos in ſexto, vel octavo menſe, ſive aliter mõſtruoſos, & nõ vitales, vide Franch. March. *deciſ.* 169. Rota in Ferrarien. ſocietatis 20. Decembris 1599. coram Merlino, & in Traviſina juriſpatronatus 27. Junii 1607. coram Marcomontio *in rec. part.* 2. *deciſ.* 207. prout refert Ricc. *Collect.* 4056. *et* 335. *in fine*, ubi quòd ſi perfectè vivi nati non fuerint filii non excludunt ſubſtitutum ad Maynard. *deciſ.* 77. *lib.* 5. vide in *§. Filius num.* 5. Fuſar. *de ſubſtitut. qu.* 418. 419. *et* 420. ubi etiam de poſthumis, de ſectis ex ventre matris, & hujuſmodi. 65

Conditio, *ſi hæres ſine hærede deceſſerit*, intelligitur tantùm de liberis, & deſcendentibus, non autem de hæredibus extraneis, & quare benè declarat Peregrin. *deciſ.* 101. *num.* 2. & dixi alios allegando in §. *Subſtitutio num.* 50. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 209 *n.* 14. *etc.* ubi quando ſecus, Gabr. *conſ.* 132. *nu.* 28. *lib.* 1. Rota *cor.* Pen. *dec.* 48. *n.* 7. 66

Qualiter conditio, *ſi ſine filiis*, *etc.* expiret mortuo gravatò cum filiis, quicquid poſtea de illis contingat, Oldrad. *conſil.* 11. Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 480. *per tot.* dixi in §. *Subſtitutio n.* 32. ubi videas.

Conditio, *ſi ſine liberis*, deficit per exiſtentiam filiorum, etiamſi ſint Religioſi, vel ſaltem ſuſpenditur purificatio fideicommiſſi donec naturaliter vivunt, Dec. *conſil.* 82. *n.* 10. *et ſeqq. lib.* 4. Rot. *part.* 3. *recent. deciſ.* 451. *n.* 1. *etc. part.* 10. *deciſ.* 163. *num.* 3. *etc. par.* 13. *deciſ.* 98. vide in *§. Monaſterium num.* 11. *et ſeqq.* §. *Subſtitutio n.* 51. latè Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 428. *per tot. cum duabus ſeqq.* 67

Deficit etiam per exiſtentiam unius tantùm filii, licèt in plurali numero ſit concepta, niſi ſit expreſſa de plu-

ribus, ut latè probat Fusar. *de substit. qu.* 401. dixi in §. *Substitutio num.* 45.

Qualiter deficiat per existentiam nepotum, Fusar. *de substitut. quæst.* 413. dixi in §. *Substitutio num.* 47. *et num.* 48.

Quid si filii statim post gravatum decesserint, vel in eodem conflictu an deficiat conditio, idem Fusar. *qu.* 416. *per tot. et* 417.

Conditio *si sine filiis* an deficiat ob existentiam filii insuccessibilis De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 65. *n.* 3. *et seq.*

Conditio *si sine filiis* an subintelligatur in Transmissario De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 98. *n.* 28. *et seqq.*

Conditio *si sine filiis* non est aliud nisi qualitas quædam, quæ principali dispositioni accedit Palm. nep. *decis.* 404. *n.* 4. *tom.* 5.

Conditio *si sine filiis* uti omninò eventualis est incerta Palm. nep. *decis.* 424. *n.* 2. *tom.* 5.

Conditio *si nullus masculus* est diversa a conditione *si sine filiis*, & est indeterminatè accipienda Palm. nep. *decis.* 449. *n.* 58. *tom.* 5.

Conditio *si sine filiis* dicitur continere plura tempora, & ideò continet substitutionem compendiosam Palm. nep. *alleg.* 389. *n.* 7. *tom.* 4.

Conditio *si sine filiis et descendentibus* est apposita ad exclusionem substituti, & est unica, & non duplex conditio Palm. nep. *decis.* 175. *n.* 5. *tom.* 2.

Plura de conditione *si sine filiis* vide Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *in Indic. vol.* 2. *et* 4.

68 Conditio in contractibus adjecta illorum executioni, non reddit contractum conditionalem, neque illum suspendit; in ultimis voluntatibus non refert an executioni, vel dispositioni sit adjecta, semper enim tunc reddit dispositionem conditionalem donec conditio perfectè impleatur, *l. ex his ff. quand. dies leg. ced.* Bart. *in l.* 1. *nu.* 3. *ff. de condit. et demonstrat.* Ludovis. *decis.* 117. *n.* 3. ubi Beltram. *litt.* A. Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 3. Leoncil. *decis. Ferr.* 38. *n.* 9. *et decis.* 66. *num.* 4. vide in §. *Contractus n.* 4. *etc.* Vide supra *in hoc* §. *sub n.* 2., ubi etiam Crescin. *in novissimis additionibus.*

Quod ubi conditio non respicit dispositionem actus, sed tantum illius executionem non inducat formam, nec annullet actum, Dec. *nu.* 7. & Cagnol. *n.* 27. *in l. actus legitimi ff. de reg. jur.* cum aliis per Gizzarel. *decis.* 11. *num.* 23. Sanfelic. *decis.* 203. *num.* 17. *et seqq.*

69 Conditio habet oculos retrò, ac respicit tempus dispositionis, & ideò adjecta institutioni hæredis, & sic in hæreditatibus si non servetur facit esse locum restitutioni unà cum fructibus perceptis, & percipiendis etiam in foro conscientiæ absque alia judicis declaratione; si verò conditio, vel modus fuerit relicto particulari, vel legato adjecta cum verbis temporalitatem denotantibus, ut *donec*, & *quousque*, tunc non debetur restitutio rei, nec fructuum, nisi à die inobservantiæ, Peregrin. *de fideic. art.* 12. *num.* 122. *& seqq.* Beltram. ad Ludovis. *dec.* 187. Sanchez. *de matrimon lib.* 7. *disp.* 91. Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.* 19. *nu.* 22. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 21. Leoncil. *decis. Ferr.* 188. *per tot.* ubi de conditione viduaIiter, & castè vivendi, & in §. *Cautio num* 11. Vide etiam supra *in hoc* §. *sub nu.* 38., ubi etiam Crescin. *in novissimis additionibus.*

An autem, & quando conditio retrotrahatur ad initium, & diem contractus, etiam si illa pendente fuerit alteri jus quæsitum, vide Mangil. *de evict. quæst.* 36. *&* 37. *per tot.* dixi plures allegando in §. *Hypotheca nu.* 37. *& num.* 38.

70 Conditio, quod bona donata non possint confiscari ob delictum, tanquam inutilis, imò turpissima, & invitans ad delinquendum, est omninò rejicienda, & non attendenda, Bald. *in l.* 1. *in* 2. *lect. num.* 43. *ff. de rer divis.* & alii, quos refert, & sequitur Gizzarel. *decis.* 22. *num.* 32. *& seqq.* ubi etiam non obstante clausula, *non aliter, nec alio modo*, quæ solet resolvere contractum ex defectu voluntatis secundùm aliquos, ut dixi in §. *Clausula num.* 59. cùm verius sit non resolvere ex defectu voluntatis, nec hujusmodi protestationem prodesse quidquam, quando fuit de facto cogitatum, vel tendit ad lædendum, & circumveniendum partem, imò magis augere suspicionem, & fraudem.

Quando autem possit valere donatio facta in casu, vel sub conditione delicti dixi in §. *Donatio n.* 12. *& n.* 41. *et* §. *fideicommissum n.* 19. §. *Confiscatio n.* 16. *caut.* 2.

71 Plura notabilia de conditionibus in genere, de conditionibus appositis tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus, & legatis, vel fideicommissis, quid operentur, quando rejiciantur, vel non, & alie de hac materia Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 349. *per tot. et titul.* 616. *et* 617. *et* 618. *per tot.* Duran. *tractat. de condit. et mod. impos. per tot.* & alii passim.

72 Conditione pendente non est licita pœnitentia, nec recessus à contractu conditionali, *l. hæc venditio in princ. ff. de contrab. empt. l.* 3. *cum glos. ff. de serv.* Alex. *consil.* 40. *num.* 2. *lib.* 5. intelligendo quando aliàs contractus est de se validus, secus autem si sit invalidus, & sit celebratus sub conditione dispensationis, nam tunc illa pendente locus est pœnitentiæ, itaut etiam obtenta requiratur novus consensus, Ludovis. *dec.* 410. *per tot.* vide in §. *Contractus n.* 4. §. *Sponsalia nu.* 2. Seraph *decis.* 838. *num.* 11. *etc. decis.* 1137. *n.* 4.

73 Conditio *mortis*, regulariter non verificatur in morte civili, sed expectanda est mors naturalis, nisi idem resultaret effectus ex morte civili, qui resultat ex naturali, Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 194. *num.* 5. Surd. *cons.* 90. *n.* 35. Fusar. *quæst.* 430. *n.* 14.

Verificatur tamen in morte violenta, nisi procedat ex facto, vel culpa vocati, quia tunc ille esset privandus bonis, sed cui tunc sint applicanda, & alia, vide Fusar. *de substit. q.* 441. *&* 443. *per tot.* dixi in §. *Mors n.* 1. *& seqq.* §. *Bannitus n.* 31. §. *Homicidium n.* 12.

74 Conditio apposita alicui si decesserit, *sine testamento*, evanescit, & substitutus excluditur condito testamento, intelligendo dummodo testamentum conditum sit validum, itaut non sufficiat sustineri per clausulam codicillarem, cùm codicillus non sit propriè testamentum, & conditio debeat impleri in forma specifica; item dummodo habuerit effectum per aditionem hæreditatis, non fuerit ruptum, vel irritum factum, & aliis modis, prout explicat Fusar. *de subst. q.* 444. *per tot.*

75 Conditio si deficiat in primo gradu substitutionis vulgaris an omnes sequentes gradus substitutionum excludantur, vide Fusar. *de substitut. quæst.* 456. *per tot.* ubi distinguit tres casus, & benè declarat dixi in §. *Substitutio num.* 34. *& seqq.* ubi plura, & plures allegavi, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 154. *per tot.* facit Martha *vot. Pis.* 28. *n.* 8. *& seqq.*

76 Conditiones appositæ in instrumento pacis, ut non possit delinquens transire ante domum offensi, stare, vel redire in aliquo loco non tenent, sed rejiciuntur firma manente pace, nisi fuerint appositæ à superiore, quando illis contraventum dicatur, quid in foro honoris *da Cavalieri*, & alia Guaz. *de pace, &c. part.* 1. *qu.* 62. *per tot.* Card. Tusch. *litt.* P, *conclus.* 191. Vulpel. *de pace quæst.* 55. Vivi. *opin.* 574. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 401. *versicul. sed an &c.* & in Praxi *sect.* 27. *nu.* 31. Farinacc. *quæst.* 107. *n.* 262. *& seqq.* Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 58. *num.* 19. *& qu.* 66. *num.* 21. *&c.* Mastrill. *decis.* 38. *per tot.* ubi de nullitate pacti, quod pacem obtinens non possit ingredi Civitatem, & pacem suffragari ad gaudendum beneficio Indulti, ac ad alios effectus, etiam dicto pacto, vel aliis similibus conditionibus non servatis, nisi ut dixi fuerint appositæ à Principe, vel Superiore, Conciol. *resol. crim. verb. Pax, resol.* 9. Gizzarel. *decis.* 11. *per tot. cum Addit.* Pollen. *sing.* 370. Gamma *decis. Lusitan.* 63. *decis.* 368. Cabed. *decis. part.* 2. *Arest.* 69. Alvarez Pegas *ad ordinat. Portugal. lib.* 1. *tit.* 3. §. 9. *glos.* 23. *num.* 5. Cortiad. *decis.* 35. *num.* 97. *et seqq.* & alios plures novissimè relatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 8. §. 3. *à num.* 51. *et seqq. ad num.* 94. ubi distinguendo plures casus benè totam materiam declarat, & dissidentes opiniones conciliat, an, & quando conditio, vel pactum conditionale admittatur in pace, & in substantia convenit ipse, & alii cum distinctione per me in hac conclusione firmata, illam pluribus de more exornando.

77 Conditiones, *si non vixerit*, vel, *si prædecesserit*, & similes appositæ in substitutionibus, quid importent, quomodo interpretari debeant, an restringantur ad tempus mortis testatoris, & alia plura notabilia circa dictas conditiones, latè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 43. *et decis.* 527. *per tot.*

Con.

78 Conditio ſi hæres deceſſerit *cum filiis*, evaneſcit illo decedente, *ſine filiis*, adeò ut omnis ſubſtitutio facta in dicto caſu decedentiæ, *cum filiis*, habeatur pro non facta, & bona remaneant ſub libera diſpoſitione talis hæredis ſine filiis defuncti, quia non poteſt extendi de caſu ad caſum, & quando ſecus, latè Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 114. *num.* 10. *et ſeqq. per tot. vide in §. Fideicommiſſum numer.* 8. *et §. Subſtitutio num.* 32.

79 Conditio, *ſupervixerit*, alicujus appoſita ſubſtitutioni facit eam deficere, ſi ille, qui debebat ſupervivere prædeceſſit, cum in conditionibus voluntariis attendatur nudum factum, & non inveſtigetur ratio motiva teſtatoris, nec fiat extenſio etiam ex identitate rationis, ut latè in caſu notabili, & de facili contingibili reſolvit Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 154. *per tot.* ubi etiam qualiter defecta conditione, & caducata ſubſtitutione in primo gradu ob prædeceſſum primi ſubſtituti ante gravatum, non poſſit ſequens gradus ſubſtitutorum admitti, etiam ſi agatur de pia cauſa ſubſtituta, cujus favore permittitur extenſio de perſona ad perſonam, non autem conditionis de caſu ad caſum, vide in §. *Subſtitutio & ſupra n.* 42.

Quòd diſpoſitio bonorum facta, etiam per donationem inter vivos ad favorem proximiorum de familia ſub verbis conditionalibus, veluti, *ſupervivente ipſo donatore*, & ſic in caſu, & ſub conditione, *ſuperviv\-entiæ*, extinguatur, & pro non facta habeatur, deficiente dicta conditione, & non eveniente caſu, vivente donatore, ſed poſt illius prædeceſſum, latè Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 279. *per tot.* ubi benè declarat, & ſatisfacit objectis per rationes prædictas, & ſimiles, & rurſus in eadem cauſa *d. part.* 13. *deciſ.* 406. *per tot.* ubi fuit confirmata prima deciſio, & reſolutum donationem remanſiſſe liberam, & tranſmiſſibilem ad quoſcunque hæredes donatarii, vide ſupra *n.* 42.

80 Conditio negative concepta nunquam poteſt dici purificata, niſi eadem conditio reducatur ad impoſſibile, & ſic donec poteſt verificari, non eſt locus ſubſtituto, ut in pluribus caſibus exemplificat Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 43. *per tot. et deciſ.* 194. *num.* 1. *et ſeqq. text. in §. ſi quis ita ſtipuletur Inſtit. de verb. oblig.* Antunez. Portugal. *loc. cit.* §. 2. *n.* 169. *et* 170. De conditione negativè concepta vide Palm. nep. *alleg.* 208. *n.* 55. *tom.* 3. *et alleg.* 390. *n.* 5. *tom.* 4. *et alleg.* 119. *n.* 2. *et* 34. *et alleg.* 122. *n.* 6. *et* 7. *tom.* 2.

Quòd ſat ſit, quandocunque poſſe conditionem impleri, ita ut ea purificata perindè ſit ac ſi ab initio fuiſſet purè relictum, quia idem eſt judicium puri, & purificati, *l. fin.* §. 2. ubi Angel. & Alexand. *ff. de vulg. et pupill.* Gratian. *diſcept.* 274. *n.* 17. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 181. *n.* 7.

81 Conditio deficientiæ lineæ alicujus, ne dicatur purificata ſufficit exiſtentia unius de dicta linea, etiam ſi ſuccedere non valeat, quia non incapacitas ſupervivientis, ſed defectus conditionis eſt qui ſubſtitutum excludit, ut benè probat Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 194. *n.* 2. & *ſeqq.* vide ſupra *num.* 49. Rot. *d. part.* 14. *deciſ.* 437. ubi ex aliis rationibus fuit receſſum à dicta prima deciſione in eadem cauſa emanata.

82 De variis, ac diverſis conditionibus, ac illarum effectibus nonnulla tradit Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *et* 3. *verb. Conditio*, Jo: Torre *tract. de ſucceſſ. in Majorat. et Primog. Ital. in diverſis locis*, prout in ejus repertorio generali *verb. Conditio in fine* 3. *part.* & plura remiſſivè Caſtejon. *in Alphabet. juridic. verb. Conditio*, *Conditionalia*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *eodem verb. fol.* 298. *etc.* ubi etiam de variis conditionibus, (prout ſunt actiones) ad diverſa competentibus Fagnan. *ſup. Decretal. in Indic. gener.* Brunnemann. *ſup. ff. et Cod. in Indic. gener.* Card. De Luc. *pariter in Indic. general.* Altimar. *in tract. de nullit. præſertim tom.* 3. Carol. Ant. De Luc. Emerix Caprar. Manſ. Palm. Pignatell. & alii moderni.

83 Conditio mortis, an verificetur in caſu non exiſtentiæ, vel non nativitatis, plura hinc inde, concordando opiniones cum diſtinctione Jo. Torre *tractat. de ſucceſſ. in Majorat. et Primog. Ital. part.* 2. *quæſt.* 13. & dixi ego plures allegando in §. *Subſtitutio num.* 49. quibus addi poteſt modernus Balduc. in Annot. ad Ramon. *conſil.* 29. *etc.*

84 Conditiones plures adjectæ ſubſtitutioni, qualiter debeant omnes verificari, ut ſit locus ſubſtitutioni, Ramon. *conſil.* 28. cum plena Annot. Jacob. Balduc. *per tot. et in conſi. ſeqq.*

85 Conditio intelligitur de perſonis ſupra vocatis Palm. nep. *deciſ.* 263. *n.* 42. *tom.* 3.

86 Conditio ſemper benignius interpretatur, quando agitur de favore deſcendentium ad excluſionem tranſverſalium Palm. nep. *deciſ.* 264. *n.* 14. *tom.* 3.

87 Conditione ſemel acceptata, non poteſt amplius ab ea reſiliri Rot. coram Caprar. *deciſ.* 732. *n.* 7. *part.* 2.

88 Conditione ſub una ademptum, cenſetur ſub contraria conceſſum Epiſc. Rocc. *cap.* 22. *n.* 26. *tom.* 1.

89 Conditio expreſſa magis operatur, quàm tacita ad impediendam obligationis nativitatem Epiſc. Rocc. *cap.* 101. *n.* 23 *tom.* 2.

90 Conditionem poteſtativam hærede negligente adimplere poteſt à Judice præfigi terminus Epiſc. Rocc. *cap.* 141. *n.* 6. *tom.* 2.

91 Conditio concepta in numero ſingulari, ut puta ſi ſine filio deceſſerit, verificatur in plurali, ſi mors evenit, pluribus relictis filiis Epiſc. Rocc. *cap.* 119. *n.* 44. *tom.* 2.

92 Conditio, quæ non poteſt impleri de Jure, ſufficit, ut impleatur de Facto Fagnan. *in cap. litteræ quas nu.* 51. *de matrim. contract. contr. interd. Eccleſ.*

93 Conditione purificata perinde eſt ac ſi diſpoſitio ab initio fuiſſet pura Fagnan. *in cap. mandato num.* 70. *de ſimon.*

94 Conditio habitationis eſt modalis Card. De Luc. *de Legat. diſc.* 29. *n.* 6.

95 Conditionem an importet Gerundium Card. De Luc. *de Legat. diſc.* 41. *n.* 5. *de ſervit. diſc.* 49. *ex n.* 4.

96 Sub conditione fieri non poſſunt, quæ purè fieri prohibentur Palm. nep. *alleg.* 370. *n.* 17. *tom.* 4.

97 Conditio ex æquitate impleri poteſt ex poſt, quando res eſt integra Palm. nep. *alleg.* 368. *n.* 56. *tom.* 4.

98 Conditio intrinſeca quæ dicatur, & quæ extrinſeca Abeceleſ. *obſer.* 25. *n.* 2. *tom.* 5., ubi Creſcin.

99 De ſententia conditionali plura Abecel. & Creſcin. *obſervat. forenſ. part.* 1. *obſervat.* 25.

100 In terminis ſtatuti rejicientis exceptiones executio retardatur per exceptionem illam, quod inſtrumentum contineat debitum conditionale, vel in diem, quando dies, vel conditio non evenit Creſcin. ad Abeceleſ. *obſervat.* 118. *n.* 9. *part.* 1.

101 Conditio appoſita in fundatione beneficii, quod ad illud præſentari debeat ſacerdos, ſeu clericus ex tali deſcendentia ſubſtinetur, & obſervari debet Caprar. *deciſ.* 575. *n.* 2. *part.* 2.

Conditio impoſſibilis an vitiet beneficii eccleſiaſtici fundationem Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 13. *ſect.* 3. *n.* 306. *tom.* 3.

Conditio adjecta in fundatione Juriſpatronatus cum conſenſu Ordinarii eſt ſervanda, etiam quod ſit Juri contraria De Luc. *de Beneſ. diſc.* 62. *n.* 3. *de Jurepatr. diſc.* 68. *n.* 9. & 10. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 48. *num.* 54. *tom.* 1.

Alia plura circa conditiones, quæ apponi poſſunt in fundatione, vel in præſentatione vide Eumdem De Luc. *in Indic. general. verb. Conditio* Piton. *de Jurepatr. pariter in Indic. general.*

102 In conditionalibus ſolum factum attenditur Piton. *de Jurepatr. alleg.* 56. *n.* 70. *tom.* 2.

Conditio nudo facto impleri poteſt, & de ratione Card. De Luc. *de fideicommiſſ. diſc.* 37. *n.* 5. & *diſc.* 554. *n.* 8. & 9.

103 Conditionalis pars declarat partem diſpoſitivam Piton. *de Jurepatr. alleg.* 42. *nu.* 33. *tom.* 1. & de parte conditionali vide Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. *in Indic. vol.* 2.

104 Conditio alia eſt ſuſpenſiva, alia reſolutiva Cyriac. *contr.* 239. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 13. *ſect.* 3. *n.* 34. *tom.* 3.

105 Conditio reſolutiva idem operatur in caſu reſoluto, quod ſuſpenſiva in caſu ſuſpenſo Anſald. *deciſ.* 98. *n.* 9. ſuſpenſiva nullum jus aut titulum producit, donec fuerit purificata Anſald. *dict. deciſ.* 98. *n.* 8.

Conditio reſolutiva non poteſt habere locum ex facto, vel non facto tertiæ perſonæ Anſald. *deciſ.* 32. *n.* 51.

Conditio reſolutiva actum non ſuſpendit, ſed illum reſolvit, ſi non adimpleatur Palm. nep. *alleg.* 184. *nu.* 38. *tom.* 2.

Con-

Conditio resolutiva dicitur, quæ respicit resolutionem contractus jam perfecti Palm. nep. *alleg.* 240. *n.* 1. *tom.* 3.

Conditio resolutiva non differt à modo Palm. *loc. cit. n.* 2.

Conditio suspensiva est, quando conditio adimplenda est ante contractus perfectionem Palm. nep. *decis.* 452. *n.* 16. *tom.* 3.

Conditio suspensiva an importetur per clausulam *non aliter* Palm. nep. *alleg.* 204. *n.* 6. & 7. *tom.* 3.

Conditio suspensiva non præsumitur inducta propter præceptum reinvestiendi quando sequeretur absurdum Palm. nep. *alleg.* 331. *n.* 14. *tom.* 4. ubi etiam latè an onus investiendi importet conditionem, vel modum.

Conditio suspensiva datur in hæreditate, non resolutiva Palm. nep. *alleg.* 331. *nu.* 16., sed contra *nu.* 17. *tom.* 4.

206 Conditio quando dicatur resolutiva Juris licèt quoad effectum sit suspensiva Palm. nep. *alleg.* 369. *num.* 21. *tom.* 4

Conditio suspensiva facit contractum imperfectum, non autem resolutiva Card. De Luc. *de Regul. disc.* 24. *n. fin.*

De differentiis inter suspensivam, & resolutivam, Idem De Luc. *de Donat. disc.* 12. *ex nu.* 3. *de success. disc.* 21. *n.* 8. *Annot. ad disc.* 1. *de Feud. n.* 4. *de Regul. disc.* 24. *in fin.*

Conditio quando differat à pœna Palm. nep. *decis.* 457. *n.* 54. *tom.* 5. De Luc. *de Emphyt. disc.* 26. *ex n.* 8.

Conditio quando potius dici valeat, quàm pœna Card. De Luc. *de success. disc.* 21. *nu.* 8. Palm. nep. *alleg.* 368. *n.* 3. & 12. *tom.* 4. & *decis.* 369. *nu.* 25. & 26. *eod. tom.* 4.

207 An, & quando conditio sit resolutiva ex nunc, & ab initio, vel ex tunc, & de effectibus exinde resultantibus De Luc. *de Alienat. disc.* 69. *n.* 12.

208 De conditione casuali, potestativa, & mixta plura tradunt Palm. nep. *alleg.* 369. *à n.* 35. *tom.* 4. & *alleg.* 360. *à n.* 13. *eod. tom.* 4. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *qu.* 13. *sect.* 3. *à num.* 65. *tom.* 3. Card. De Luc. *in Indic. general.*

209 Conditionis natura est, ut adimpleatur ante exequutionem, non sic modus Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 13. *sect.* 3. *n.* 31. *tom.* 3.

210 Conditionis implementum non requirit interpellationem, secùs modus Altimar. *loc. supra adduct. n.* 32.

211 In dubio præsumitur potius modus, quàm conditio Casanat. *cons.* 9. *n.* 14. Antunez *de Donat. libr.* 1. *pr&l.* 2. §. 1. *n.* 52. Altimar. *supra n.* 33.

212 Conditione non observata contractus est nullus Parlador *rer. quotid. differ.* 147. *n.* 7. Altimar. *supra n.* 36.

Conditio si non verificetur, actus non attenditur Cutel. *de Donat. tract.* 2. *disc.* 1. *spec.* 7. *n.* 6. Altimar. *num.* 38.

213 Conditio suspendit actum, & nihil ponit in esse, & ex eo nullum dominium transferrur Altimar. *n.* 40.

Quod procedit tam in conditione expressa quam in tacita Altimar. *n.* 46. De Luc. *de Regul. disc.* 24. *in fin.*

Quod tamen intellige, ut declarat Altimar. *loc. adduct. n.* 47.

214 An dies incerta pro conditione habeatur, latè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 13. *sect.* 3. *nu.* 49. & *seqq. tom.* 3. De Luc. *de Legat. disc.* 59. *n.* 7.

215 An spes futuræ obligationis ex contractu conditionali transeat ad hæredes Rodoet. ad De Marin. *cap.* 86. Mansrell. ad Capyc. Latr. *decis.* 2. Altimar. *ubi supra n.* 57.

An Jus implendæ conditionis transeat ad hæredes Altimar. *loc. adduct. n.* 59. *cum seqq.*

216 Legatum si nupserit, vel pro maritagio cum nupserit, & similiter, an sit conditionale Altimar. *loc. cit. n.* 341. *cum seqq.*

217 Conditio alternativa quando resolvatur in copulativam, vel è contra De Luc. *de Fideicomm. disc.* 88. *n.* 4. & 5.

218 Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet Palm. *nep. alleg.* 263. *n.* 14. *tom.* 3. & *decis. tom.* 1. *decis.* 59. *n.* 28.

219 Conditionis deterioris non debet esse magis dilectus Palm. nep. *alleg.* 119. *n.* 17. *tom.* 2.

220 Conditio possidentis potior est in pari causa Card. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 175. *n.* 11.

Conditio ex lege dicitur remedium subsidiarium Palm. nep. *alleg.* 44. *n.* 34. *tom.* 1.

Conditiones, quibus prætendimus; adversarium aliquid debere, dare, vel facere, sunt actiones in personas Palm. nep. *alleg.* 24. *n.* 19. *tom.* 1.

De Conditionibus, prout sunt actiones, ad diversa competentibus plura scribunt Brunneman. *sup. ff.* & *Cod. in Indic. general.* Pellegrin. *in Prax. Vicar.* Card. De Luc. *in Indic. gen.*

§. CONDUCTOR. XXXIV.

Conductor ante finitum tempus locationis sibi factæ non potest expelli, nisi in quatuor casibus, nempè 1
si non solvat pensionem, si locator postea indigeat re ad proprios usus, ob refectionem ipsius rei, & ob malum usum, Pract. Papp. *libell. ad sict. præst. glos.* 1. *nu.* 6. &c. Staiban. *de Interess. lib.* 2. *tit.* 10. *q.* 1. *num.* 37. & *seqq.* Mart. Medic. *Exam.* 28. *per tot.* ubi addit casum inobservantiæ pactorum, Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 32. & *seqq.* Paul. Christin. *decis.* 115. *per tot. vol.* 3. latè Fontan. *dec.* 261. *per tot.* ubi etiam quòd pactum de expellendo conductorem pro usu proprio locatoris, non operatur ultra jus commune ut pro libito voluntatis possit expelli, sed tantùm ex causa necessaria superveniente, Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 17. *à n.* 196. *cum plur. seqq. tom.* 4. & *rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 39. *n.* 152. *tom.* 6. Card. de Luc. *de Locat. disc.* 45. Castald. *consult.* 145. Manfrell. ad Latr. *decis.* 194. *à n.* 10.

Non etiam procedit dicta facultas in locatione ad longum tempus, Cabed. *dec.* 92. *p.* 1. Altimar. *loc. cit. num.* 209.

Dicta tamen facultas expellendi pro usu proprio locatoria tanquam privilegium personale non transit ad successorem, Gratian. *discept. forens. cap.* 117. *n.* 18. Nec habet locum, si necessitas usus proprii adetat tempore locationis, vel ei fuerit renunciatum, vel si locator se obligavit in forma Cameræ manutenere conductorem durante locatione, Ridolphin. *loc. cit. n.* 34. &c. Altimar. *ubi supra n.* 210.

Conductor ante finitum tempus potest recedere, vel 2
expelli propter causam necessariam de novo supervenientem, quo casu resolvitur contractus, pulchrè Gratian. *disceptat. forens. cap.* 534. *num.* 48. & *seqq. cum Addit. in fine tomi*, & melius *cap.* 740. *per tot.* ubi respondet omnibus, quæ in contrarium adducebantur in decis. Buratt. sub die 15. Januarii 1618. latè Mart. Medic. *d. Exam.* 28. *n.* 16. & *seqq. ad* 38. ubi ponit 13. requisita ad hoc ut ista conclusio procedat, adde Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 67. ubi quando possit recedere ante tempus Mangil. *de evict. q.* 150. *num.* 16. & *seqq.* Casat. *Quæst. quæst.* 37. 38. & 39. Pacion. *de locat. cap.* 46. *num.* 27. & *cap.* 60. *num.* 10. Altimar. *loc. supra adducto n.* 216. *cum seqq.* & *rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 39. *n.* 159. *tom.* 6.

An conductor possit recedere à contractu ante finitum tempus, dic generaliter, quod si superveniat impedimentum in usu rei, quod procedat à re ipsa, vel ex parte locatoris, qui rem non tradat, vel patientiam non præstet, sive aliter ex parte sua non adimpleat, potest conductor ante tempus recedere, sive impediatur in totum, sive in parte, & sive ab ipso locatore, sive ab alio in ejus odium, & non potest locator moram purgare, nisi re integra, & per paucos dies; si autem impedimentum procedat à persona, & facto ipsius conductoria, tunc ei non permittitur à contractu ante tempus recedere, ut exemplificando in pluribus casibus benè declarat Pacion. *de locat. cap.* 60. *per tot.* & faciunt notata in §. *Locatio n.* 31.

Quid autem si conductor fuerit impeditus uti re conducta, & nolit à contractu recedere, quæ alia remedia illi competant, idem Pacion. *d. tract. cap.* 28. *per tot.* ubi quod agit ad totale interesse, & alia remediis experitur, de quibus ibidem, & dixi infra *à n.* 41. & *seqq.* Vide Episc. Rocc. *disput. Jur. cap.* 120. *nu.* 21. & 22. *cap.* 121. *à n.* 16. & *cap.* 122. *à n.* 1. *tom.* 2.

Quòd conductor ob necessitatem supervenientem puta malorum spirituum in domo existentium, vel quid simile phantasticum possit deserere habitationem, &

con-

conſignando claves domino à locatione recedere, atque à ſolutione penſionis liberari, Covar. *var. reſol. lib.* 4. *cap.* 6. *per tot.* latè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 112. *num.* 2 & 3. ubi etiam de peſte, & refert ſuiſſe aliquando diverſimodè judicatum Joſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.* 6. *num.* 22. Vallaſch. *de jur. Emphyt. quæſt.* 22. *num.* 6. & *ſeqq.* ubi pulchrè, & de cauſis hujuſmodi ſpirituum, cum pluribus exemplis, ſequitur Mart. Medic. *d. Exam.* 28. *num.* 37. & ita in facto conſultus, ex tempore reſpondi Florentiæ 29. Octobris 1666. Altimar. *loc. cit. quæſt.* 17. *n.* 216. *cum ſeqq.* & *dict. qu.* 39. *n.* 196.

Quòd conductor non poſſit recedere à contractu invito locatore etiam ſi pars bonorum fuerit evicta ſine culpa locatoris, ſed tantùm petere remiſſionem pro rata, Tuſch. *litt. C, concluſ.* 620. Contra quando pluſes res una mercede pro omnibus fuerunt locatæ, Mangil. *de evict. quæſt.* 149. *num.* 21.

Conductor poteſt à locatione recedere perempta una ex pluribus rebus conductis Palm. nep. *alleg.* 319. *n.* 9. *tom.* 4. ſed contra *ibidem n.* 10. & 11. & vide eumdem *alleg.* 340. *n.* 6. & *alleg.* 341. *n.* 5. *tom.* 4. Et ſemper poteſt recedere, quando res non eſt tradita, nec merces non eſt declarata Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 17. *n.* 92. *tom.* 4.

3 Conductor ſi incipiat abeſſe, poſt longã morã arbitrio judicis æſtimandam, poteſt locator rem ſuam ingredi, & ſi adſit ſuſpicio, dictum conductorem invecta clam exportaſſe à domo, poteſt judex quovis tẽpore arbitrio ſuo ingrediendi facultatem locatori concedere, Menoch. *de arbitr. caſ.* 79. qui licèt in fine quo ad ultimum dictum relinquat cogitandum, illud tamen puto veriſſimum, & pluries ſervatum vidi, ac ipſe ſervavi, cum aſſiſtentia tamen alicujus executoris, vel teſtium, ne res ſi quæ conductoris eſſent in domo, poſſint occultari, quod & ipſimet locatores pro ſua innocentia, & ut veritas eluceſcat procurare ſolent; vide in §. *Locatio num.* 25.

Quòd mortuo conductore durante tempore conductionis, conductio tranſeat ad hæredes §. *fin. Inſtit. de loc.* & *conduct. l. viam veritatis* C. *eod. tit.* Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 34. *num.* 9. *et per tot.* ubi etiam an, & quando hæres teneatur ad damna, *vide in* §. *Hæres*, *et* §. *Locatio*.

4 Conductor prædii urbani ſi perſeveret in re conducta finito tempore, poteſt à locatore expelli, ſi verò ſit conductor prædii ruſtici, tenetur locator præſtare patientiam per alium annum, quia in prædio urbano non procedit tacita reconductio, niſi pro tempore, quo quis habitavit in ruſtico verò ad annum, etſi prima locatio fuerit pro majori tempore, niſi natura fructuum percipiendorum aliter ſuadeat in utroque, Pract. Papp. *libell. ad fict. præſtat. gloſ.* 1. *num.* 8. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 534. *num.* 13. *et deciſ.* 519. *per tot.* Mantic. *de tacit.* & *ambig. lib.* 5. *tit.* 15. *per tot.* Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 85. *num.* 6. *et ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 373. Mart. Medic. *Examin.* 59. *per tot. cum Addit.* & dixi in meis reſol. *cap.* 1. *num.* 22. *et per tot.* in quibus locis plenè habetur an, quando, & quomodo procedat tacita reconductio, vel relocatio, ſive non, adde Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 45. *et ſeqq. vide in* §. *Locatio nu.* 4. Merlin. *deciſ.* 379. *num.* 7. *etc.* Ricc. *Collect.* 408. 1543. 2627. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 63. *et part.* 10. *deciſ.* 335. *per tot. part.* 12. *deciſ.* 421. *num.* 8. ubi quòd in prædiis urbanis ceſſat præſumptio relocationis.

5 Conductor finito tempore debet notificare domino ſe velle recedere, aliàs donec notificet tenetur ſolvere penſionem, Jaſ. *in l. ſi ex legati n.* 14. *ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. ſumma*, §. *et ſic*, *ff. de cond. indeb.* Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 2. *et per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 506. *nu.* 3. *et* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 354. *num.* 20. *et ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 431. *num.* 1. *etc.* ubi tamen quòd cenſetur diſdicta locatio ob variationem, & mutationem contractus, & ſic ubi conſtat de contraria mente contrahentium, non procedit tacita relocatio. Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 20. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 17. *a n.* 231. *tom.* 4.

Quòd de rigore juris communis non ſit neceſſaria diſdicta locationis, ſed ea finita conductor poſſit relinquere rem conductam abſque aliqua proteſtatione, denunciatione, vel diſdicta, licèt de æquitate non debeat omninò tacere, ſed ſe aliquo modo declarare, Pacion. *de locat. cap.* 64. *n.* 120. *et ſeqq.* Carol. Ant. de Luca ad Gratian. *diſcept.* 354. *n* 4. & alii relati per Romaguer. in addit. ad Conciol. *ſtat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 44. *n.* 2. *et ſeqq.* ubi tamen remittit ad videndum DD. hic per me citatos.

Qualiter ob non diſdictam factam in tempore convento, & per ſolutionem futurarum penſionum dicatur renovata conductio, quomodo ſit facienda hujuſmodi diſdicta, & alia de reconductione, tacita, Marta *vot. Piſ.* 35. *per tot.*

Ex quibus tacitè conductio cenſeatur renovata. Palm. nep. *deciſ.* 156. *n.* 7. *tom.* 2.

Quòd ſi conductor finito tempore remaneat in poſſeſſione rei de conſenſu locatoris, cenſeatur tacitè reconduxiſſe pro ſequenti tempore ſub eiſdem pignoribus, & hypothecis ab ipſo conductore in contractu principali conſtitutis, quæ poterunt exerceri etiam contra tertios poſſeſſores; ſi verò contra voluntatem locatoris perſeveret, tenetur non ex locato, ſed conditione ſine cauſa, ne locupletetur cum aliena jactura, quæ non datur contra tertios poſſeſſores, Magon. *deciſ. Florent.* 140. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 38. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 85. Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *tit.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 144. & *ſeqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 45. & *ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 116. *per tot. volum.* 3. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 335.

Et quanti temporis perſeverantia requiratur, ut conductor dicatur tacitè reconduxiſſe, remittitur arbitrio judicis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 506. dixi alios allegans in meis reſol. *cap.* 1. *n.* 4.

Non poteſt tamen pro penſionibus tacitæ reconductionis executivè conveniri vigore primi inſtrumenti locationis ad certum tempus factæ, Mangil. *de evict. q.* 182. *n.* 28. *et* 29. vide in §. *Contractus n.* 50. Vide Palm. nep. *alleg.* 320. *n.* 14. *tom.* 4., ubi alii moderni referuntur.

Et fidejuſſores, qui pro conductore interceſſerant, finito tempore remanent liberati in futurum, itaut non teneantur ad penſiones poſtea decurſas, niſi illorum novus, & expreſſus conſenſus interveniat in ipſa tacita reconductione, *leg. item quæritur* §. *qui impleto ff. locat.* Catoc. *de locat. quæſt.* 22. *num.* 4. Maur. *de fidejuſſ. par.* 2. *ſect.* 5. *cap.* 2. *num.* 9. *etc.* Mart. Medic. *Exam.* 59. *num.* 3. & *ſeqq.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 39. *nu.* 11. &c. cum aliis citatis in meis reſolut. *cap.* 30. *per tot.* ubi plura Paul. Chriſtin. *deciſ.* 114. *num.* 1. *vol.* 3. vide in §. *Fidejuſſor. n.* 46. *et* §. *Locatio num.* 4.

Non enim tenetur fidejuſſores pro tempore prorogato, quando interceſſerunt in contractu habente tempus limitatum, niſi tamen facultas prorogandi ſit in eodem contractu conceſſa, nam tunc fidejuſſores ſimpliciter intercedendo, & aliter ſuam obligationem non limitando, intelliguntur totum contractum approbare, & ſic etiam facultatem prorogandi, teneanturque etiam pro tempore prorogato abſque novo illorum conſenſu, ſicuti poſt nonnullos in contrarium adductos, egregiè tuetur Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 34. *per tot.* Tenentur etiam quando incœperunt ſolvere, Martha *vot. Piſ.* 103. *per tot.* ubi etiam de aliis rationibus, ob quas tenentur.

6 Conductor, qui tempore conductionis integram penſionem pro toto tempore ſolvit, non poteſt ullo modo expelli, etiam in caſibus exceptuatis, Pract. Papp. *libel. ad fict. præſt. gloſ.* 1. *n.* 9.

Et ſi impeditur uti re conducta repetit per actionem ex conducto, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 376. *n.* 21. *etc.* Surd. *conſ.* 400. *n.* 8.

Non etiam poteſt expelli, pro uſu proprio, & privato locatoris, quando fecit ſibi promittere non expulſionem, dummodo non procedat ex culpa ſua, Gratian. *deciſ.* 119. *in Addit.* Caſtill. *lib.* 8. *cap.* 38. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 17. *n.* 214. *tom.* 4.

7 Conductor, ut poſſit expelli per malum uſum, quæ requirantur, vide Alex. *conſil.* 11. *lib.* 5. ubi quòd malus uſus concernere debet perpetuam rei deteriorationem, & non fructuum, ac ſuperinde eſt facienda diſcuſſio, & ferenda ſententia, Addit. ad Pract. Papp. *libel.*

libel. ad fict. præst. glos. Investivit, verb. male versatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 142. *per tot.* Mart. Medic. *Examin.* 28. *nu.* 42. *et seqq.* vide in §. *Emphyteusis n.* Verd. *Instit. libr.* 3. *tit. de locat. n.* 2126. *et* 2129. Antonell. *de temp. leg. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 1. Altimar. *ubi supra n.* 217. *et part.* 4. *rubr.* 1. *quæst.* 39. *n.* 153. *tom.* 6.

An per deteriorationem unius partis cadat à tota, vide Magon. *dec. Flor.* 19. *n.* 8. *et in fin.*

Quòd deterioratio debeat esse in notabili quantitate, & cum dolo, ac respiciens perpetuam rei deteriorationem Magon. *decis. Flor.* 22. *nu.* 6. Mart. Medic. *decis.* 46. *nu.* 6. *et seqq. et decis.* 47. *per tot. cum Addit.*

Quanta debeat esse hujusmodi deterioratio notabilis, remittitur arbitrio judicis, & tria concurrere debent, primò deterioratio in ipsa proprietate, non autem in fructibus, secundò dolus malus, lata, vel levis culpa, non autem levissima, tertiò, quòd sit notabilis, modica enim non habetur in consideratione, Menoch. *de arbitr. cas.* 78. *per tot.* adde Leoncill. *decis. Ferr.* 77. ubi de incisione arborum.

Quod reducendo cellam ad stabulum, malè tractando vineam, & campos, non solùm possit ante tempus expelli, sed etiam teneatur ad damna, & interesse, Mart. Medic. *decis.* 46. *per tot. cum Addit. et decis.* 47. *per tot.* Tusch. *litt. C, conclus.* 623. *per tot.* ubi generaliter quòd non possit abuti re sibi locata.

Quamvis expulsus ex causa mali usus non perdit meliorament a si quæ fecit in re, *l. colonus locat.* Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 279. *num.* 11. vide Seraph. *decis.* 546. Cavalcan. *dec.* 76 *n.* 6. *et seqq. p.* 2.

8 Conductor non potest prædia restipulare, hoc est duobus annis continuis serere frumento, maximè ultimo anno, quo non debet fundum exfructuare in præjudicium domini, vel successoris, qui tanto minores fructus sequenti anno perciperet, & in summa nihil facere quod possit nocere finita locatione, ut seminando totum prædium, vel vites putando cum pluribus capitibus ad uvam ut dicitur, quia hoc modo plurium annorum fructus perciperet, imò nec percipit fructus pendentes, sed debet reddere prædium in eodem statu quo recepit, nisi aliter servetur de consuetudine in specie probata, Surd. *decis.* 131. *per tot.* Ludovic. *decis. Perus.* 62. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 149. *num.* 2. *etc.* Mart. Medic. *decis.* 46. *num.* 7. *et seqq.* ubi quod ex dictis causis potest expelli ante tempus, & tenetur ad damna, & interesse, Franch. *decis.* 96. ubi de conductore molendini, qui in fine conductionis, remissa civibus parte mercedis, moleret frumenta satis ultra necessarium usum, in fraudem successoris conductoris, cui propterea tenetur ad interesse, exemplo prædictorum, & usufructuarii, vel similium, qui immaturos fructus colligerent in fraudem alterius, vide Tusch. *d. conclus.* 623. *per tot.* Marcell. Cala *de mod. art. et prob.* §. 2. *glos.* 22. *num.* 117. *et seq.* Ricc. *Collect.* 2033. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 107. *per tot.* ubi de conductore, qui contra formam pacti seminavit ultimo anno, ut omne satum cedat locatori, nec possit repetere expensas pro cultura factas, licèt ex abundanti æquitate fuerint refectæ expensæ seminis, messis, & conducturæ ad Urbem.

9 Conductor si accusetur de mala versatione in re conducta, an teneatur ipse docere se benè versatum, vel potiùs incumbat domino contraria probatio, vide in §. *Colonus num.* Altograd. *consil.* 21. *nu.* 13. *etc. lib.* 1. ubi quòd satis est locatori allegare instrumentum locationis, ex quo constet de obligatione implendi, ut conductor teneatur docere de implemento suæ obligationis.

Quòd conductor non possit incidere arbores, vide in §. *Arbor. num.* 8.

10 Conductor non solvens tempore convento efficit locationem invalidam, jus suum amittit, potest expelli, nec admittitur purgatio moræ stante juramento, Mohed. *decis.* 1. *de locat. et conduct.* Gratian. *discept. forens. cap.* 19. *num.* 7. *et per tot. et cap.* 515. *per tot.* ubi respondet multis contrariis, & loquitur de conductore non adimplente contenta in instrumento locationis, maximè si adesset clausula, *non aliter, etc.* vide Mart. Medic. *Exam.* 28. *n.* 2. *et seqq.* cum aliis per me cit. in resol. *c.* 1. *n.* 1. Vide Caprat. *decis.* 349. *n.* 7. *et* 8. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 17. *n.* 220. *tom.* 4. *et dict. quæst.* 39. *n.* 156. *tom.* 6.

In contrarium facit Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 90. *num.* 2. *et decis.* 277. *per tot.* Ludovis. *dec.* 68. *in fin.* ubi quod *l. si quis major. C. de transact.* rarissimè in practica locum habet, & requirit dolum, à quo quælibet causa etiam injusta excusat, & in dubio pro exclusione illius judicandum, *vide in §. Dispositio n. et §. Promissio n.*

Conductor si expellatur culpa sua, quia non solvit affictum, tenetur solvere pro toto tempore, quo conduxerat, licèt locator eandem rem æquè benè alteri locaverit, & sic isto casu locator habebit duplicem affictum, secundùm Paul. de Castr. in *l. diem functo in fin. ff. de off. assess.* vide tamen eundem, ac Jas. *ibidem num.* 33. *etc.* & Alex. *nu.* 11. *etc.* qui contrarium affirmant quoad duplicem affictum. 11

Conductor licèt possit regulariter ab emptore expelli, ut dixi in §. *Emptor num.* 42. tamen si sub hypotheca bonorum locatoris, & in specie rei locatæ, fecerit sibi promittere, quod non expelletur ante tempus, poterit impedire effectum alienationis, & ne expellatur ante tempus, Capyc. *decis.* 182. *num.* 4. Franch. *decis.* 302. Duen. *reg.* 240. *per tot.* Rot. post Pacific. de Salvian. *decis.* 164. Negus. *de pign. part.* 2. *membr.* 1. *nu.* 5. *ubi num.* 7. quod tali casu potest emptor solvere interesse, vel pœnam conductori, illam si fuit stipulatus, & eum expellere, vide Paul. Christin. *decis.* 115. *nu.* 16. *etc. volum.* 3. Peregrin. *decis.* 136. *per tot.* Mangil. *de evict. q.* 147. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 366. *cum Add.* ubi quod sufficit etiam hypotheca generalis, latè Vivi. *comm. opin.* 127. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 37. *num.* 22. *cap.* 520. *num.* 2. *et* 3. & meliùs *decis.* 99. *per tot.* ubi etiam *num.* 2. quòd conductor ad longum tempus, sive ad vitam non potest expelli, Ludov. *decis.* 68. ubi Beltram. in Addit. Cavaler. *decis.* 612. *nu.* 11. *et per tot.* Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 5. *titul.* 10. *num.* 14. *etc.* Tusch. *litt. C. concl.* 605. *num.* 5. *etc.* vide Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 84. *et seqq.* ubi quòd si adsit tantùm hypotheca generalis, potest expelli soluto sibi interesse, secus autem stante hypotheca speciali rei locatæ, vel juramento de non contraveniendo, Mangil. *loc. cit. nu.* 22. *et* 23. Vide Rot. coram Pen. *decis.* 18. Altimar. *dict. quæst.* 39. *num.* 177. *tom.* 6. 12

Ampliatur dicta conclusio quamvis successor singularis locatoris indigeret re locata pro usu suo, Surd. *consil.* 103. *num.* 10. Beltram. ad Ludovis. *d. dec.* 68. *n.* 20. Mangil. *de evict. d. q.* 147. *n.* 2. *etc.*

Quòd nec etiam possit expelli stante juramento locatoris de non contraveniendo, cùm contineat clausulam omni meliori modo, sub qua venit hypotheca ad effectum sustinendi locationem, vide Surd. *decis.* 225. *per tot.* Mangil. *d. q.* 147. *num.* 3. *et seqq.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 366. ubi alia plura notabilia quando conductor non possit expelli, Seraph. *de privil. juram. privil.* 158. *n.* 2. Negus. *loc. cit. nu.* 9. Gratian. *discept. forens. cap.* 37. *num.* 22. *&c. & cap.* 520. *num.* 2. *&c.* Cavaler. *decis.* 612. & 618. Thomat. *decis.* 30. *nu.* 25. ubi quòd stante obligatione Camerali, & juramento, non poterit venditor præjudicare conductori, quin possit perseverare in sua conductione, resolvitur tamen hypotheca conductoris per dationem in solutum factam anteriori creditori.

Sed quoad juramentum contrarium latè probat, & decisum testatur Vivius *com. opin.* 127. *in verb. Conductor num.* 10. *et seqq.*

In omnibus autem casibus, in quibus conductor posset ab emptore expelli, habet actionem ad interesse contra venditorem, qui rem locatam non reservato ipsius conductoris jure alienavit, hocque per juramentum in litem probari, tradit Staiban. *de Interess. lib.* 2. *tit.* 10. *quæst.* 1. *num.* 77. *& seqq. et num.* 180. *& seqq.* ubi etiam *num.* 49. *& seqq. ad* 116. generaliter tractat quando conductor possit expelli à successore locatoris tam universali, quàm singulari, & latè Ridolphin. *d. cap.* 13. *nu.* 84. *& seqq. ad* 97. ubi ponit regulam quod conductor possit ab emptore expelli, sed illam octo modis limitat, & aliis, remissivè ad Soccin. *reg.* 387. & Duen. *reg.* 240. Sanfelic. *decis.* 366. *cum Addit.*

An autem pactum de non expellendo inter venditorem, & emptorem factum prosit conductori, Paul. Christin. *decis.* 114. *num.* 3. ubi quòd non, sed conductor

ductor expulſus habebit actionem ad intereſſe contra locatorem, & locator contra emptorem, quia pactum non operatur ultra paciſcentes; ſed ego dubito, & puto quod conductor habeat exceptionem ex dicto pacto ad circuitus vitandos, & facit quod dixi in *§. Stipulatio n. 12.*

Quòd pro anno incæpto non poſſit conductor expelli, & quare, Cephal, *conſil.* 181. *in fine lib.* 2. Franc. Marc. *deciſ.* 196. Borgn, Cavalc. *deciſ.* 44. *num.* 23. *vide in §. Succeſſor.*

13 Conductor rerum Fiſcalium, vel Eccleſiæ, non poteſt expelli ab emptore, vel alio ſingulari ſucceſſore, Duen. *reg.* 240. *limit.* 8. & 9. Magon. *deciſ. Lucen.* 11. *n.* 1. ubi Addit. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 357. *num.* 37. *et n.* 44. Sanſelic. *deciſ.* 309. *nu.* 1. Surd. *conſ.* 400. *num.* 8.

Quòd reddituum Regalium conductor unius anni pinguis poſſit compelli ad conducendum pro altero anno ſterili, ob defectum conductorum, Gutticrez. *de Gabell. q.* 140. *n.* 1. *&c.*

14 Conductor non poteſt compelli à ſucceſſore ſingulari locatoris ad continuandum in locationem, ut contrariorum ſit eadem diſciplina, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 606. *n.* 13. *& ſeqq.* Surd. *deciſ.* 264. *num.* 19. *&c.* Staiban. *de Intereſſ, lib.* 2. *tit.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 79. & 80. vide in *§. Succeſſor num.* 14. Pac. de Salvian. *Inſpect.* 4. *cap.* 1. *nu.* 12. & *n.* 40. *&c.* Addit. ad Sanſelic. *deciſ.* 366. *verſic. Ampliatur etiam*, Marta *vot. Piſ.* 287. *num.* 8.

Conductor quando expelli valeat a ſucceſſore ſingulari Rot. *in deciſ. recollect. per* Palm. nep. *deciſ.* 67. *per tot. tom.* 1. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 18.

15 Conductor negans dominium locatoris cadit à commodo contractus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 515. *num.* 30. Ricc. *Collect.* 195. 3841. ubi quòd non poteſt referre quæſtionem dominii locatori, de quo latè Addit. ad Sanſelic. *deciſ.* 371. & dixi in *§. Locatio num.* 25. Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 254. *part.* 56. *deciſion.* 97. *num.* 10. *& ſeqq.* ubi quòd conductor poteſt juſta de cauſa ſuperveniente reſtitutionem locatori denegare, per textus in *l. ſi quis rem D. de acquir. poſſ.* Menoch. *de recuper. remed.* 11. *num.* 42. cum aliis ibi citatis, & plenè de omnibus prædictis, & aliis ad rem, Pacion. *de locat. cap.* 65. *per tot.*

An, & quando poſſit reſtricare quæſtionem dominii proprii, vel alieni, ſive poſſeſſionis ipſi locatori agenti pro recuperatione rei locatæ, plenè Spetel. *deciſ.* 500. *num.* 1. *et ſeqq.* Tuſch. *lit. C. concluſ.* 608. 619. *&c.* Ant. Fabr. *in ſuo C. tit. de locat. & conduct. definit.* 10. Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 11. *nu.* 42. & *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 118. *per tot. vol.* 3. Merl. *deciſ.* 376. Vide Caprac. *deciſ.* 224. *n.* 24. *part.* 2.

Quòd conductor, vel ſimilia habens cauſam ab agente debeat priùs rem, & poſſeſſionem reſtituere, & poſtea de proprietate litigare, *l. ſi quis conductionis C. locat.* Rot. *part.* 8. *recent. deciſ.* 222. & 297. & *par.* 9. *deciſ.* 57. *nu.* 1. *&c.* & *deciſ.* 89. *d. p.* 9. & *p.* 10. *deciſ.* 165. *n.* 7. Borgn. *deciſ.* 44. *n.* 106. Add. ad Sanſelic. *deciſ.* 371. ubi plura Vivi. *com. opin.* 134. & 135. ubi intelligit ſi locator probet poſſeſſionem tempore locationis, & niſi conductor ipſe offerat ſe paratum probare quod rem à ſe ipſo poſſeſſam conduxerit. Anſald. *deciſ.* 92. *n.* 18.

Quòd conductor non habeat dominium, neque poſſeſſionem, ſed nudam detentionem, Tuſch. *litt. C. concl.* 604.

Quando poſſit dici præſcripſiſſe jus coloniæ in re conducta, *vide in §. Colonus n.* Et quando rem ipſam conductam, Tuſch. *litt. C. concluſ.* 622.

Quòd conductor ſolvens locatori non domino, ſed prædoni liberetur, nec poſſit conveniri à vero domino etiam antequam ſolverit, dummodo ſemper verſetur in bona fide, aliàs ſecus, *l. ſi urbana*, ubi Jaſon. *not.* 3. *ff. de condit. indeb.* Abb. *conſil.* 16. Tuſch. *litt. C, concluſ.* 618. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 64. *n.* 3. *& ſeqq.* ubi quòd verum eſt ſi ſolvens conduxit ab ipſo prædone, & quoad fructus à conductore retractos, & conſumptos, non autem quoad pendentes, contra quos poteſt vetus dominus jura ſua experiri, & exequi.

16 Conducens ſcienter à non domino, tenetur ad reſtitutionem fructuum vero domino rei conductæ, non autem ad penſiones locatori etiam prædoni ſolutas, quomodo iſtud intelligatur, & alia, vide per Ger. Spin. *conſil.* 36. *per tot.* ubi aſſerit etiam ita fuiſſe judicatum per Magiſtratum Supremum Conſiliatiorum, & per Rot. Florent. vide Tuſch. *d. concl.* 618. *per tot.* Pacion. *de locat. cap.* 36. *n.* 40. *& ſeqq.* ubi quòd merces rei locatæ rectè ſolvitur locatori, etiam mero prædoni, ita ut nec ex locatione prædonis quæratur actio vero domino, niſi ſit perſona privilegiata, cui quæri poſſit ex contractu alterius, ut miles, Eccleſia, minor, & hujuſmodi.

Quod conducens ſcienter à non domino non habeat regreſſum contra locatorem, etiamſi promiſerit facere uti, & frui contra omnes, &c. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 115. *n.* 15. *vol.* 3.

17 Conductor quamvis in re conducta habeat ſolam detentationem, tamen ut in ea defendatur poteſt impetrare judicis officium, & eſt manutenendus in ſua poſſeſſione, vel detentatione, Cavaler. *deciſ.* 182. *per tot.* ubi etiam ex quibus probetur dicta poſſeſſio, & quod non impeditur per actus turbativos locatoris, facit Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 356. *per tot.* Thomat. *deciſ.* 30. & *deciſ.* 122. ubi plura qualiter non poſſideat ſibi, ſed locatori, & non dicatur poſſidere, ſed eſſe in poſſeſſione, &c. Fontanel. *deciſ.* 536. & 537. ubi quæ remedia poſſeſſoria competant.

Qualiter autem poſſit conductor ſe tueri adverſus locatorem exceptione rei non traditæ, *vide in §. Locator num.*

18 Conductor tenetur de ſuo ponere ſemina, nec poteſt illa prætendere à locatore, niſi aliter fuerit conventum, vel jam ſint deſtinata, & alia, vide per Surd. *deciſ.* 201. *per tot.* dixi in *§. Colonus nu.* 6. & *§. Locans n.* Ridolph. *in prax. p.* 2. *cap.* 13. *nu.* 70. *&c.* Thomat. *deciſ.* 270. *n.* 8. & 13.

19 Conductor tenetur reſtituere rem conductam in ſtatu, & qualitate prout eam recepit, & ſi fuerit deteriorata culpa ſua, tenetur illam reſtaurare, & ad priſtinum ſtatum reducere, ita ut donec illam reſtauraverit non teneatur locator recipere ſine detrimenti, & jacturæ pretio, cùm res non dicatur reddita, quando deterior redditur, & interim periculum rei ſpectet ad ipſum conductorem, & teneatur ad reficiendum quicquid detrimenti, & jacturæ acciderit, imò ad omne intereſſe, & lucrum quod percipi potuiſſet, ſi res fuiſſet in priſtinum ſtatum reſtituta, ut latè probat Altograd. *conſil.* 21. *n.* 9. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. dixi in meis reſol. *cap.* 1. *n.* 8. ubi quòd interim tenetur ad penſionem, donec reſtituat rem in priſtino bonitatis ſtatu, vide in *§. Commodatum n.* 1. & 3. Leoncill. *deciſ. Ferr.* 78. *n.* 3.

Qualiter ſit compellendus conductor etiam per carcerationem ad reſtitutionem rei finita locatione, Tuſch. *litt. C. concluſ.* 619. *per tot. infr. nu.* 45. ubi quando excuſetur à reſtitutione rei.

An denegans reſtituere teneatur ad damna, & intereſſe, quando poſſit retinere pro expenſis factis, & alia, Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 68. *per tot.*

Quòd conductor poſſit uti retentione rei conductæ pro melioramentis in ea factis, & quando ſecus, & alia, Benintend. *deciſ. Bonon.* 77. *nu.* 10. *&c.* Borg. *deciſ.* 44. *n.* 46. *&c.* Giurb. *deciſ.* 63. *n.* 9. *& ſeqq.* ubi etiam pro damnis, & intereſſe ſi probentur, Addit. ad Sanſelic. *deciſ.* 366. *in fine*, ubi etiam pro expenſis, inter quas connumerantur ſemina, & hujuſmodi *infr. nu.* 27. Hermoſill. *in l.* 9. *gloſſ.* 3. 4. *tit.* 2. *part.* 5. Pacion. *de Locat. cap.* 42. Altimar. *de null. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 17. *n.* 224. *tom.* 4.

20 Conductor poteſt eſſe ſocius locatoris in re conducta ad aliquod negotium peragendum, & tenetur uti arbitrio boni viri, ac reddere rationem de omnibus ab eo adminiſtratis, quam ſi rectè non reddiderit, ut cuncta poſſit benè diſpungi, & calculari, poteſt contra eum in litem jurari quo ad liquidationem loceri, Altograd. *d. conſil.* 21. *n.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. *vide in §. Adminiſtrator num.* ....

21 Conductor gabellæ non poteſt plus debito exigere, aliàs punitur arbitrio judicis, & tenetur exacta reſtituere in foro conſcientiæ, imò dicitur excommunicatus, niſi exigeret nomine Principis, & credat ſe juſtè

justè exigere, Menoch. *de arbitr. cas.* 443. *per tot. vide in* §. *Gabella n.....*

Plura de conductoribus gabellarum, & rerum fiscalium, latè Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *per totum*, Guttierez *de Gabella quæst.* 133. 134. 140. 135. & alibi sæpè.

An conductores vectigalium ob damnum immodicum absolvatur à pensione, vel non, Menoch. *de arbitr. cas.* 76. & 77. *n.* 80. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. cap.* 3. *n.* 23. & *seqq.* Paul. Christin. *decis.* 104. *n.* 5. *vol.* 3. Rota *part.* 13. *recent. decis.* 130. *per tot.* ubi qualiter ex causa belli sit minuendus affictus gabellarum, & quando dicatur adesse bellum, vel timor.

Conductor vectigalium non est admittendus ad iterandam conductionem, nisi prius soluto reliquatu antecedentis administrationis Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr.* 15. *decis.* 34. *n.* 48. *vol.* 4.

22 Conductor tenutæ, tenetur ad custodiam sylvæ, non autem potest illam incidere, nisi aliter actum fuerit, & tenetur denunciare domino damnum, quòd ab aliis infertur in sylva, aliàs conveniri potest ad omnia damna, & interesse, sicut si se obligaverit ad meliorandum, & non melioravit, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 241. *per tot.* Et de conductore sylvæ, vel lacus quos fructus percipiat, Gratian. *discept. forens. cap.* 703. *per tot.*

23 Conductor nemoris, oliveti, & similium rerum non serentinm fructus quolibet anno, qualiter teneatur tantùm solvere in fine biennii, vel quinquenii quando fructus percipiuntur, & qualiter censeatur actum inter contrahentes, ac plura alia curiosa, & scitu digna de natura olivetorum, de modo colligendi olivas, ut quolibet anno ferant fructum, ac unde procedat defectus, pulchrè ex Plinio, & aliis docet Altograd. *consil.* 20. *per tot. lib.* 1. *vide in* §. *Emphyteusis n.* 51. §. *Annus n.* 4.

24 Conducens domum ad pensionem nulla certa quantitate expressa, intelligitur conduxisse pro eadem summa qua erat solita locari, Rota *part.* 2. *divers. decis.* 88. *per tot.* ubi respondet pluribus objectis, & multifariam declarat, de quo DD. *in l. exceptio, C. locat. vide in* §. *Locatio n.* 2. *infr. n.* 40. Tusch. *litt. C, conclus.* 612. & 613. ubi ad quam ratam, & quando ad nullam pensionem teneatur.

Quòd procedit etiam in Doctore reconducto ad legendum in Accademia, qui censetur sub eodem salario reconductus, & quid si factus fuerit doctior, Menoch. *de arbitr. cas.* 159. *per tot. vide in* §. *Salarium. n.* 24.

Quòd conductor cessante pactu, vel consuetudine non teneatur anticipatè solvere, sed tantùm in fine termini, sive anni, *l. ædem*, ubi Gloss. & DD. *C. locat.* Tusch. *litt. C. conclus.* 609. *litt. P, concl.* 273.

25 Condnctor quilibet potest de jure sublocare, dummodò sublocet æquè idoneo, & ad eundem usum, *l. domo, C. locat.* & *l. si cui ff. eod.* latè Caroc. *tract. de locat. & conduct. par.* 2. *tit. de sublocat. q.* 1. *et seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 547. *num.* 51. *etc.* Tusch. *litt. C. conclus.* 621. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 97. *et seqq. infr. n.* 45. *et* 49. Guttierez *de Gabell. q.* 134. *n.* 10. *q.* 153. *n.* 13. Rota post Pacif. de Salvian. *decis.* 200. Sanfelic. *decis.* 356. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 18. *nu.* 71. *tom.* 4.

Et si conventum fuerit, quòd non possit sublocare sine consensu domini, non potest dominus sine causa hujusmodi consensum denegare, Cavaler. *decis.* 286. *n.* 4. *et decis.* 309. *n.* 2. Ridolphin. *loc. cit. n.* 100.

Et in dubio censetur sublocare cum eisdem pactis, quibus ipse conduxit, Rota *part.* 2. *divers. decis.* 322. *per totum.*

Stante pacto, ut conductor non possit sublocare, potest tamen sibi socium assumere, Ripol. *var. resolut. cap.* 12. *n.* 312. & 313. ubi etiam an locator habeat actionem contra dictum socium assumptum, & remissivè ad eum, ad Sanfelic. *decis.* 356. *infrà n.* 49.

Limita principalem conclusionem stante statuto Florentino *lib.* 4. *rubr.* 25. cujus vigore conductor terræ, vel domus prohibetur alteri locare sine licentia domini sub pœna lib. 50. parvorum, & nullitatis locationis, quæ in contrarium fieret, Tusch. *d. conclus.* 621. *n.* 17. Idem vigore statuti Lucensis, de quo Joseph. Ludovis. *decis. Luc.* 57. *per tot.*

Posset tamen fortè hujusmodi statutum recipere interpretationem, prout pactum, cùm videatur valere argumentum de pacto ad statutum, ut per Everard. *loc. à pact. ad stat.*

Limita aliis modis per Tusch. *d. concl.* 621. *n.* 13. & *seqq. per tot.* Sanfelic. *decis.* 356 *cum Addit.*

Quòd conductor possit alteri locare, non obstante statuto id prohibente, quando in instrumento locationis adest clausula, *pro se, & suis, &c.* Rota Avenion. *divers. decis.* 68. Paul. Christin. *decis.* 113. *n.* 6. *in fine vol.* 3.

Quòd sicuti conductor non potest sublocare, nisi æquè id idoneo, ita etiam nec possit recipere in domo personas minùs honestas, & laudabiles, veluti meretrices, Caroc. *de locat. par.* 2. *q.* 1. *n.* 5. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 356. ubi multa de meretricibus, quæ tales dicantur, & possint expelli, vel non.

De hac materia sublocationis vide Card. De Luc. *de Locat. disc.* 20. *a n.* 7. & *in summ. n.* 7.

26 Conductor si sublocet rem alteri, & efficiatur fallitus, fugitivus, vel non solvendo, potest primus locator agere pro pensione conventa contra subconductorem, qui eam integram solvere tenetur juxta pacta cum primo locatore inita, etiam si ipse pro minori quantitate subconduxerit, præstita sibi cautione quòd pro tali pensione non molestabitur à sublocatore, vel cessis illi actionibus ad repetendum id plus, quod solverit ultra ab eo promissa, ut colligitur ex traditis per Petr. de Ubald. *tract. de societ. par.* 11. *q.* 13. & Caroc. *de locat. & conduct. par.* 2. *tit. de sublocat. q.* 11. *per tot. sol. mihi* 100. ubi testator ita passim practicari, & ego consulvi, & obtinui de anno 1661. pro Communitate Castricarii, & Terræ Solis contra subconductorem Molendini Montecchii dictæ Communitatis, aliàs enim esset aperta via fraudibus contra locatores, ut patet.

Sed quod imò subconductor, qui conduxit pro minori quantitate, quàm conduxerat primus, non teneatur solvere primo locatori illud plus pro quo locaverat primo conductori posteà sublocanti pro minori mercede, sed tantùm summam, ab eo conventam, licèt minorem, vel etiam nullam, si tale jus gratis illi fuerit concessum, nec bona secundi conductoris sint primo locatori obligata, nisi pro pensione conventa cum sublocatore, & pro remanentâ summa debeat primus locator agere contra primum conductorem, cum quo contraxit, & non contra subconductorem, cùm quo nihil egit, benè juribus, rationibus, & auctoritatibus demonstrat Staiban. *tract. de Interesse lib.* 2. *tit.* 10. *q.* 1. *nn.* 169. & *seqq. ad* 176. ubi tamen nullam facit mentionem de supradicta auctoritate Caroc. cujus opinionem in suis terminis, quando scilicet primus conductor non est solvendo, vel adest suspicio collusionis, & fraudis, adhuc subsistere posse arbitror, ex rationibus adductis *in d. meo cons.* penès me manuscripto, juxta quod fuit judicatum non solùm in foro Terræ Solis, sed etiam Florentiæ approbatum per Magistratum DD. Novem Conservatorum Jurisdictionis, & dominii Florentini cum voto Illustrissimi D. Senatoris, & Auditoris Christofori Mertii Medices, cujus jam nota est auctoritas in judicando; quamvis fundatè, & juridicè loquatur etiam Staiban. *loc. cit.* qui tamen in dicta causa non fuit allegatus, & loquitur secluso dolo, fraude, vel collusione, & fugaà Caroc. & me præcipuè considerata cum Staiban. videtur concordare Paul. Christin. *ad leg. Munic. tit.* 8. *art.* 7. *per tot.* & *art.* 10. *n.* 3. ubi distinguit, ut vera sit opinio stante bona fide, secus autem stante dolo, fraude, vel collusione, ut supra.

Qualiter autem locator primus recipiendo partem solutionis à secundo conductore non amittat jus, & actionem sibi competentem adversus primum conductorem, cum receptio novæ obligationis non inducat liberationem debitoris non concurrentibus requisitis delegationis, & novationis, Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 355. *n.* 15. & *seqq.*

Quòd communitas in subsidium possit agere contra

tra ſecundum conductorem, vel emptorem datiorum titulum habentem à priori, qui fugit, vel factus eſt non ſolvendo, per text. *in l. 1. cum l. ſeq. ff. de inſtit. act.* Gutierez *de gabel. q. 134. n. 9. &c.*

Si conductor vectigalium poſteà admittat ſocium, an iſte teneatur Communitati, vel Principi Domino, Salgad. *Labyr. creditor. part. 2. cap. 26. num. 74. & ſeqq.* ubi videtur negativè concludere, niſi intercedat pactum infrà *n. 49.*

27 Conductor poteſt repetere expenſas utiles, & neceſſarias in re conducta factas, vel illas cum penſione compenſare, ut dixi *in §. Expenſæ num. 8. &c. in reſol. cap. 97. per tot. infr. n. 35. ſup. nu. 19.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 219. n. 25. &c.* ubi quando pro illis habeat retentionem, vel non, & alia plura de hujuſmodi expenſis eadem Rota *d. part. 10. deciſ. 225. nu. 31. & ſeqq.* & benè Coccin. *deciſ. 489. per tot.* vide in §. *Colonus n. 14.* Adde Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 2. quæſt. 17. n. 276. tom. 4.*

Quod conductori, & ejus hæredi detur retentio pro melioramentis, & expenſis utilibus in re factis, Rota *par. 14. deciſ. 25.*

Quas expenſas teneatur facere de proprio, & quas poſſit repetere, vide Menoch. *de arbitr. caſ. 215. per tot.* ubi quatuor ſpecies expenſarum diſtinguit, *& in d. reſolut. 97. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 118. nu. 3. &c. vol. 3.* Borgn. *deciſ. 444. n. 49. &c. ubi vide latè per tot.*

Quòd non teneatur ad collectas, ſed dominus, & ſi quid ſolverit poſſit imputare in penſionem domino ſolvendam, Guidopap. *deciſ. 444. nu. 3.* Franch. *deciſ. 107. n. 5. &c.* vide *in §. Collecta n. 7.* Tuſch. *litt. C. concluſ. 617. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 104. num. 3. &c. vol. 3.* ubi etiam quid in colono, *& deciſ. 99. n. 7. &c. vol. 5.* Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de meliorament. & expenſ. quæſt. 10.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 300. n. pr.* ubi quòd tenetur ad gabellam ratione fructuum impoſitam, & non ad eam propter bona perſonis infixam,

28 Conductor conducendo rem propriam, an perdat illius dominium, vel poſſeſſionem. latè Pract. Papp. *Libel. ad fict. præſtat. gloſ. ſuper ſolutionem n. 7.* Altograd. *conſ. 4. n. 75. lib. 2.* ubi adducit tria requiſita neceſſaria, adhoc ut recognoſcens ab alio rem propriam ſibi præjudicet, & dixi in Reſponſo pro D. Bartholomæo de Violanis penès me, &c. vide Tuſch. *litt. C. concluſ. 624. per tot.* Leoncil. *deciſ. Ferr. 64.* Viv. *comm. opin. 134. & 135.* Pacion. *de locat. c. 65. n. 87. & ſeqq.* Rot. *par. 18. recent. deciſ. 328.* Altimar. *de nullit. loc. ſupra adduct. n. 90.*

Quod ſi conductor emat rem conductam, non cenſeatur à locatione recedere, reſoluta venditione, quia per ſecundum actum nullum non tollitur primus validus, Surd. *deciſ. 51.* cum aliis per Giurb. *dec. 63. n. pr. & ſeqq. ubi n. 5.* limitat niſi conductio in fraudem fuiſſet facta, & loquitur ſi vigore venditionis vellet alter retrahere, nam poteſt conductor velle in conductione perſeverare, niſi ut dixi ſit facta in fraudem.

Quòd conductio rei propriæ ſit nulla, *l. 2. C. locat.* Rot. *par. 13. recent. deciſ. 474. n. 2.* Vide Altimar. *ubi ſupra* Et quod conductio rei propriæ non præſumatur Anſald. *deciſ. 92. n. 13.*

29 Conductor, cùm non teneatur de leviſſima culpa, non tenetur de incendio facto in domo conducta, quòd licet præſumatur ortum ex culpa habitantium, tamen intelligitur de leviſſima, Afflict. *deciſ. 57. cum Addit.* not. Felic. *tract. de ſociet. c. 21. n. 47.* Gayl. *obſerv. 21. per tot. lib. pr.* latè Grat. *diſcept. forenſ. c. 354. per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 111. per tot.* Menoch. *de arb. caſ. 390. n. 8. & ſeqq.* Mynſing. *obſerv. 88.* Card. Tuſch. *litt. I. concl. 61. per tot.* Farinac. *de var. crim. quæſt. 110. num. 20. & ſeqq. per tot.* Bardellon. *conſ. 117. per tot.* ubi quod teneatur ſaltem civiliter ſi aliis ſublocavit, Caroc. *de locat. tit. de incend. ruin. & naufr. part. 2.* Ludov. *deciſ. Peruſ. 25.* Fachin. *contr. jur. lib. pr. cap. 78.* ubi contra conductorem, & illum ſequitur Coſta *tract. de ratione ratæ q. 5. n. 9.* Ricc. *Collect. 2123.* Ludov. *dec. 528. per tot.* ubi quòd ſi conductor utatur ad alium uſum, quàm deſtinatum dicitur in culpa, & tenetur de incendio, ſicut etiam tenetur ſi conveniatur actione, *l. Aquiliæ* in qua venit etiam culpa leviſſima in committendo, & alia notabilia de hac materia contra conductorem, *vide in §. Incendium n. 1. & §. Vicinus, & in Pract. §. Incendio n. 4. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ. 894. per tot.* Berlich. *in concl. practicab. cent. 4. concl. 25. per tot.* Diana *par. 9. tract. 7. reſol. 31. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 112. num. 4. &c. vol. 3. & ad leg. municip. tit. 8. art. 12. num. 3.* Vide Card. De Luc. *de Locat. diſc. 7. cum ſeqq.*

Verùm quia Doctores in hac materia quandoque ſcripſerunt pro conductore, & quandoque pro locatore, & ſic diverſimodè, prout patet ex ſupracitatis, exiſtimo poſſe adhiberi diſtinctionem, & cautelam in agendo, nam ſi locator directe agat ad emendationem damni, tenetur ipſe probare culpam conductoris, ſi verò agat ad relaxationem rei locatæ melioratæ potiùs, quàm deterioratæ, prout tenetur conductor reſtituere, tunc conductor excipiens de incendio, debet probare illud eveniſſe abſque ſua culpa, cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis, quod eſt multùm notandum in practica, & poteſt etiam deſervire pro concordia opinionum, ut benè probant Rota per Ludoviſ. *deciſ. 278. per tot* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 13. nu. 168. fol. 209.* vide Dian. & alios ſupracitatos, & iſtam diſtinctionem approbat Rot. *par. 12. recent. deciſ. 159. num. 12. & ſeqq.*

Quòd conductor regulariter teneatur tantùm de dolo, lata, & levi culpa, non autem de leviſſima, niſi quandoque ratione circumſtantiarum, & pactionum, vel naturæ rei, & officii, vel ſi utatur ad diverſum uſum, latè Dian. *par. 9. tract. 7. reſol. 30.* vide *in §. Depoſitum num. 3. 12. & 17.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 109. vol. 3.* ubi generaliter ad quæ teneatur conductor, latè Caroc. *de locat. & conduct. par. 4. quæſt. 1. & ſeqq.* Cala *de mod. art. & prob. §. 2. gloſ. un. nu. 1345. &c.* ubi quando conductor teneatur etiam ſine culpa. De qua culpa teneatur Conductor vide De Luc. *de Loc. diſc. 7. n. 4. diſc. 11. a n. 4. in ſumm. n. 15. & 26.*

Conductor tenetur denunciare domino, vel eo abſente illius conjunctis, & amicis incendium vicinum domui conductæ, ſicut & quando domus ad truncandum ignem eſſet demolienda, vel aliud periculum, & damnum ſupereſſet, aliàs tenetur ipſe ad emendationem omnium, niſi tamen talia ita ex improviſo evenirent, ut denunciari non poſſent, vel quia non profuiſſet ob impotentiam evitandi damna, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 354. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ. 137. n. 19. &c.* facit quod dixi *in §. Debitor. nu. ... & §. Solutio num. ...* vide Leoncil. *deciſ. Ferr. 7. & acc. 77.* Marc. *tot. Piſ. 1. num. 13. &c.* ubi quod aliàs non fit remiſſio penſionis, Rot. *par. 15. recent. deciſ. 129.* ubi quando non poterat evitari periculum, non eſt neceſſaria denunciatio, *& par. 16. deciſ. 403. num. 25. & ſeqq.* ubi de conductore animalium, ut teneatur intimare illorum mortem domino tempore congruo, & convento, ut verificare poſſit an caſu, vel culpa conductoris fuerit ſequuta, aliàs non debeatur ei reſtaurum, & quando teneatur conductor denunciare, vel non locatori damnum imminens, vide Pacion. *de locat. c. 29. n. 17. & ſeqq. & cap. 46. num. 101. & ſeqq.* 30

Conductor non denuncians damna imminentia, licèt ad illa teneatur ut ſupra, tamen ſi res fuerit combuſta, vel chaſmate perierit, ſive inundata, vel per hoſtes occupata fuerit, ita ut illius uſus haberi non poſſit, liberatur ipſo facto abſque alia denunciatione à ſolutione penſionis futuræ, Gratian. *d. cap. 354. n. 29. cap. 354. n. 37. & cap. 557. n. 62.* Quamvis aliàs ut poſſit petere remiſſionem penſionis, teneatur denunciare locatori caſum propter quem illam prætendit, Theſſ. *deciſ. 108. num 1.* Gratian. *ubi ſup.* & dixi *in reſol. cap. 97. n. 18.* 31

Conductor timens damnum propter domum vicini ruinoſam, vel ruinam minantem, debet denunciare domino ſi ſit præſens, ſi verò ſit abſens, tenetur ipſe petere cautionem de damno infecto, aliàs poteſt ex conducto conveniri ad omne damnum, Gratian. *d. cap. 354. num. 8. & 19.* Alex. *in l. in provinciali §. ſi ego n. 9. ff. de nov. oper. nunciat.* Caſtr. *in l. ſi Filiusfamilias 21. ff. de damn. infect.* 32

Conductor ſciens ſtatum, & conditionem rei ſibi locatæ, ſi ſpecialiter ſuper ea non convenerit, ſibi præju- 33

dicat, & imputare debet, Gratian. *disceptat. forens. cap. 989. nu. 7. & seqq.* ubi de puteo malæ qualitatis, & quòd ubi non adest culpa locatoris, cessat interesse conductoris, dixi *in resol. c. 97. num. 8. & seqq.* ubi de conducente rem inundationi aquarum suppositam, quod teneatur ad reparationem, & non possit remissionem mercedis obtinere, ex traditis per Thess. *quæst. forens. lib. 2. cap. 47.* adde Paul. Christin. *decis. 113. num. 4. &c. vol. 3.* Vide infra *in hoc §. in novissimis additionibus* Crescin.

34 Conductor, sicuti ob sterilitatem, alio non obstante, potest petere remissionem pensionis, juxta tradita in §. *Remissio per tot.* latè Tusch. *lit. C, conclus. 615. & 616. per tot.* Viv. *comm. opin. 130. & 131.*

An è contra ob magnam, & insolitam ubertatem, teneatur illam augere, vide in *§. Locatio num. 15.* Tusch. *lit. C, concl. 614.* Paul. Christin. *decis. 132. n. pr.* Gomez. *var. resol. tom. pr. cap. 13. num. 19.* Vasq. *contr. illustr. cap. 54. num. 10.* Franc. Marc. *decis. 210. part. 2.* Caroc. *de locat. tit. de remiss. merced. nu. 28.* Borgn. *decis. 15. num. 33. de contract.* Roland. *cons. 86.* Thess. *decis. 108.* ex quibus constat valde controversam esse quæstionem, Vivi. *comm. opin. 132.* ubi quando teneatur augere pensionem.

35 Conductor Molendini propter destructionem Clusæ, potest prætendere remissionem affictus, ut dixi *in §. Remissio num.* & *§. Periculum num.*

Et quamvis sit obligatus illam de proprio manutenere, non tenetur ad refectionem de novo, quando esset totaliter destructa, cùm id eveniat casu fortuito adeò insolito, ut de illo non teneatur, quamvis in se susceperit casus fortuitos, & quia hujusmodi impensa est magna, ac respicit perpetuam rei utilitatem duraturam ultra tempus conductionis, ad quam non tenetur conductor, sed locator, Rota per Buratt. in Ferrarien. affictus 26. November. 1616. penes Gratian. *discept. forens. cap. 557. num. 63. & seqq.* & latè dixi *in resol. cap. 97. per tot.* Tusch. *lit. F. concl. 430. per tot.*

Et quod conductor Molendini promittens suo risico, & periculo clusam manutenere, non teneatur de ruina, quæ contingit vi fluminis, & impetu aquarum insolito etiam si suscepisset in se omne periculum, Barbos. *de appellat. verb signific. appellat. 199. in fine*, & alios citavi *in dict. resol. 97. nu. 5. & 6.* vide Tusch. *d. conclus. 430. per tot.*

Si tamen conductor Molendini sit in culpa, non manutenendo prout promisit, tenetur de ruina, Rota in Lucana Molendini 18. Decembris 1617. coram Coccino penès Zacch. *Quæst. Medic. legal. tom. 2. decis. 42. per tot.* Tusch. *dict. conclus. 430. num. 45. &c.*

36 Conductor licèt in se suscipiat omne periculum, & promittat pensionem omni exceptione remota, suo risico, & periculo, si non fecit expressam mentionem casus fortuiti, non tenetur de illo Boss. *tit. de remiss. merced. num. 57.* nisi adesset juramentum, quod habet vim expressi secundùm Everard. *in loc. à vi, & energ. jur. num. 34.* de quo tamen vide in *§. Casus num. 1. &c. §. Periculum num....* latè Caroc. *de locat. & conduct. part. 4. tit. de casibus per tot. fol. 175.*

Et quamvis etiam fecisset mentionem expressam casuum fortuitorum, non tenetur de insolitis, de quibus non fuit verisimiliter cogitatum, *l. Fistulas, §. Frumenta, ff. contrah. empt.* Bart. *in l. Scio, §. Medico num. 4. ff. de annu. leg.* Boss. *ubi supra nu. 58 & 59.* Gratian. *discept. forens. cap. 195. num. 8. & 9.* Rot. in Ferrarien. affictus 26. Novembr. 1616. coram Buratto, ubi loquitur etiam stante juramento, & ubi dictum esset de casu cogitato, & non cogitato, nam casus insolitus semper censetur exceptus, ut dixi *in resolut. cap. 97. n. 6.* adde Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 8. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas. 80. per tot.* Episc. Rocc. *cap. 120. n. 23 & 24. libr. 2.*

Ad quæ teneatur conductor, vel non versus locatorem, Tusch. *lit. C. conclus. 606. & 607. per tot.* Paul. Christin. *decis. 109. &c. vol. 3.* latè Caroc. *de locat. & conduct. part. 4. quæst. 1. cum pluribus seqq. per tot. fol. 170. etc.* Mart. *vot. Pis. 1. per tot.* Viv. *comm. opin. 129. per tot.* ubi qualiter non teneatur de casu fortuito maximè insolito, etiam si in se suscepisset. Vide Caprar. *decis. 180.* Episc. Rocc. *cap. 97. & cap. 120.* Balduc. *lib. 2. decis. 35. n. 55.*

Conductores plures simul ejusdem rei, tenentur singuli pro rata tantùm, licet inter se essent socii pro disparibus partibus, quod non tenetur scire locator in sui præjudicium, sed ejus respectu semper partes reputantur æquales, & pluribus simpliciter obligatis in eodem contractu, quilibet tenetur pro virili tantùm, adeò quod si solverit solidum, posset pro parte alios tangente tanquam indebitum repetere, nec posset agi ad solidum ex eo, quòd commodum ad unum tantùm pervenerit, latè Gratian. *discep. forens. cap. 320. num. 40. & seqq. cap. 547. num. 23. cap. 682. per tot. & cap. 705.* vide *in §. Locatio nu. 3. & §. Obligatio n.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 13. num. 103. etc.* ubi quod non teneantur in solidum, nisi ita se expressè obligaverint, Paul. Christin. *decis. 114. num. 4. vol. 3.* ubi etiam quomodo consulatur ei qui in solidum solvit. 37

Conducens equum ad vecturam, eo sibi derubato, non tenetur probare, quod id evenerit sine culpa sua, sed tantùm quod armigeri illum abstulerunt; nisi fecisset iter insolitum, vel per vias insolitas, Gratian. *discept. forens. cap. 677. num. 13. &c.* vide *in §. Animalia num.* & *§. Commodatum nu. 1. &c.* Caroc. *de locat. & conduct. part. 4. quæst. 4. fol. 173.* Bertach. *in Repert. verb. Conductor.* 38

Sicut etiam non tenetur quando fuit derubatus à famulo misso à locatore pro equo reconducendo, licèt conductor ultra locum conventum illo usus fuerit, Magon. *decis. Flor. 56. per tot.* sibi enim imputare debet locator, qui malorum ministrorum opera utitur, Magon. *loc. cit. num. 6. &c.* vide *in §. Electio num.* & *§. Periculum num. 2.* Diana *part. 9. tractat. 7. resol. 30. vers. finem*, Paul. Christin. *ad l. municip. tit. 8. art. 15. num. 9.*

Non etiam tenetur conductor si equus incidat in repentinum morbum, & relictus in aliquo hospitio cum ordine, ut diligenter curetur, ibi moriatur, quia non tenetur de levissima culpa, & tantò minus de casu, vel vitio naturali, Bald. *cons. 22. lib. 3.* Viv. *comm. opin. 128. in verb. Conductor.*

Conductor equi, si illo utatur ultra locum destinatum, & conventum, non solùm tenetur ad damna locatoris, sed etiam ad pœnam, quod tamen procedit ubi probabiliter credebat voluntati locatoris non contravenire, sed potius illi rem gratam facere, ut quia equus erat solitus locari à caupone, qui ideò contristari solet quando illum retinet otiosum in stabulo, maximè accedente consensu famuli missi pro equo reconducendo, benè Magon. *dict. decis. 56. n. 1. & seqq. per tot.* Joseph. Ludovis. *dec. Luc. 10. per tot.* Diana *part. 9. tract. 7. resol. 30. vers. finem*, vide *in §. Commodatum num. 5.* 39

Plures, ac ferè omnes quæstiones contingibiles circa mortem equi, vel muli conducti in itinere sequutam, latè resolvit videndus Fontanell. *decis. 533. 534. 535. 536. 537. & 538. per tot.*

Quod conducens equum teneatur de damno, si illum fustibus occiderit, secus si calcaribus, vel flagello percusserit, *l. 1. C. de cur. pub. etc. lib. 12.* Paul. Christin. *decis. 156. num. 10. &c. vol. 5.*

Quod equus non præsumatur culpa conductoris mortuus, sed morbo naturali, nisi contrarium à locatore probetur, Ricc. *Collect. 3767.*

Non tamen relevatur conductor probando simpliciter equum mortuum, quem ipse equitabat, nisi etiam probet de identitate equi conducti, Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 3.* Vivi. *comm. opin. 128.*

Conducens equum nulla mercede conventa, censetur conduxisse pro solita mercede juxta generalem loci consuetudinem, Rot. *part. 2. divers. decis. 87. num. 13. etc.* facit quod dixi *supra num. 24.* 40

Conductor si prohibeatur à locatore uti de re conducta potest contra illum agere ad interesse, *l. si in lege, §. colonus, ff. locat. l. si fundus, ff. eod.* cum aliis per Surd. *decis. 131. num. 1.* Ricc. *Collect. 3580.* ubi quod non tenetur solvere pensionem, Rot. post Pacif. de Salvian. *decis. 285. n. 5.* ubi quòd potest agere ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, vide Joseph. Feliv. *in Margarit. var. concl. verb. Conductor.*, Rota *part. 13. recent. decis. 130. per tot.* ubi qualiter ex defectu non implementi, vel rei non traditæ habeat retentionem, vide in *§. Locatio num. 17.* 41

Rota

Rota *dict. part.* 13. *deciſ.* 177. *in eadem cauſa*, *et deciſ.* 271. *nu.* 14. *etc.* Vide Pen. *deciſ.* 139., ubi Creſcin. *in addition.* Rocc. Epiſc. *cap.* 120. 121. *et* 122. *libr.* 2.

Quid autem ſi impediatur à tertio abſque culpa locatoria, vide Batt. *in l. ſi uno* §. *fin. in fine ff. locat.* Florian. *in leg. quæſitum*, *ff. de uſufruct.* Ludoviſ. *deciſ.* 235. Franch. *deciſ.* 451. *et* 419. ubi quòd non poteſt petere ſubrogationem tantumdem temporis, quo fuit impeditus, cùm anni ſint diverſi, ſed agere ad intereſſe, ac etiam retinere, donec ſibi præſtetur cautio de illo ſolvendo, & facit quod dixi *in reſol. cap.* 97. *n.* 3. Leotard. *de uſur. quæſt.* 90. *num.* 11.

Si impediatur facto proprio, vel facto Principis non debet imputari locatori, nec poteſt ſe excuſare ab affictu, Afflict. *deciſ.* 54. Maſtrill. *deciſ.* 299. Ricc. *Collect.* 3580. Vide Pen. & Creſcin. *loc. ſupra citata.*

Quod conductor impeditus facto tertii, non teneatur ſolvere mercedem, notificato tamen impedimento locatori, Pariſ. *conſil.* 100. *nu.* 44. *vol.* 4. Soccin. jun. *conſil.* 120. *n.* 2. *vol.* 3. Sebaſt. Medic. *de cuſ. fort. part.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 22. Mangil. *de evict. quæſt.* 149. *n.* 26. *et ſeqq.* ubi qualiter evictare à tertio, poſſit agere ad intereſſe contra locatorem. Vide Rot. coram Pen. *loc. præallegat.*

42 Conductor novus præfertur antiquo etiam offerenti eamdem penſionem, niſi eſſemus in primo conductore fiſci, Reipublicæ, vel Eccleſiæ, qui eſſet præferendus novo, *l. congruit*, *C. de locat. præd. lib.* 12. ubi Bart. & alii Paul. Chriſtin. *deciſ.* 97. *num.* 26. *etc. vol.* 5. & *ad leg. Municip. tit.* 8. *art.* 8. Guttierez *de Gabell. quæſt.* 140. *num.* 2. &c. Sanfelic. *deciſ.* 9. & *deciſ.* 300. ubi an novus conductor teneatur intimare diſceſſum antiquo, & quid ſi antiquus prætendat reconduxiſſe, Afflict. & Urſil. *deciſ.* 238. *per tot.* & dictas limitationes ſaltem de æquitate probat Ridolphin *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *nu.* 42. &c. vide Marta *vot. Piſ.* 35. *num.* 10. &c. Franch. *deciſ* 406. *per tot.* ubi poſt multa hincinde dicit fuiſſe deciſum ad favorem Eccleſiæ, ut poſſit, cui velit locare, cùm *d. l. congruit* loquatur in prædiis fiſcalibus, & non de bonis Eccleſiæ, de quibus etiam ſi expreſsè loqueretur, non procederet per *auth. caſſa*, *et irrita*, *C. de Sacroſan. Eccleſ.* hancque opinionem, diſpoſitionem ſcilicet *d. l. congruit*, *et in l. ſeqq.* procedere limitativè tantùm in caſu ſpeciali conductoris prædiorum fiſcalium, & non in aliis, quicquid plures aliter tenuerint, & quandoque fuerit obſervatum, latè probat Gizzarel. cum Addent. *deciſ.* 5. *per tot.* cum pluribus per eos citatis, ubi *num.* 26. 27. *et* 28. quod imò in Regno, nea ſervatur in gabellis, quæ auferuntur primis gabellariis, niſi plus aliis offerant, quod & ego alibi obſervatum vidi, & paſſim obſervari puto, cùm finito tempore locationum, iterum ſubhaſtentur, & plus offerenti concedantur, facit quod dixi in Pract. §. *Oblatori num.* 6. & in hoc opere §. *Locatio num.* 8. *et* §. *Subbaſtatio*, Franch. Gizzarel. & alios referendo ſequitur licèt ſub dubio Rota, *par.* 10. *recent. deciſ.* 219. *nu.* 22. *et ſeqq.* & abſolutè illos ſequitur Sanſelic. *deciſ.* 109. *per tot.* Epiſc. Rocc. *cap.* 67. *n.* 33. & vide eumdem *cap.* 125. *n n.* 1.

Plura de prælatione inter conductorem antiquum, & novum, ac inter plures conductores ejuſdem rei Marcel. Marcian. *Oper. legal. except. forenſ. Exercit. cap.* 14. *per tot. fol.* 88. *etc.* Carol. Tap. *deciſ.* 59. *per tot.* Gob. *conſult.* 59. plenè Vela *Diſſert.* 52. 13. *et* 14. *per tot. vol.* 1. *et* 19. *etc.*

Florentiæ tamen per uſum luſtri conductor acquirit jus intraturæ, cujus effectus eſt, ut ſi ſolvat penſionem, non poſſit expelli ratione prioritatis quæſitæ, Magon. *dec. Florent.* 112. *per tot.*

Quod audio ſervari tantùm in apothecis, banchis, magazenis, & ſimilibus favore negotiationis, non autem in domibus, nec prædiis.

Quid ſit hujuſmodi jus intraturæ, an cedi, vel renunciari poſſit, & alia, Caſtr. *conſ.* 313. *et* 243. *lib.* 1. Rom. *conſ.* 151. Tuſch. *lit. I. concluſ.* 341.

Romæ quæ privilegia habeant Inquilini, latè Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 52. *et ſeqq. ad* 70.

Quando conductor poſſit cogi reconducere favore fiſci, Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 5. Ant. Nigr. *de ſubſtit. part.* 1. *cap.* 7. §. 9. *num.* 6. ubi quod cogitat ſi non reperiatur conductor, & fuit ſuperlueratus, per *l. cotem*, §. *maximos*, *ff. de publ. et veſtig.*

43 Conductor, an & quando per longiſſimum tempus poſſit prætendere præſcripſiſſe jus perpetuæ coloniæ, latè Peregr. *dec.* 52. & dixi *in* §. *Colonus num.* 5. ubi alios allegavi.

44 Conductores plures ejuſdem rei ex diverſis inſtrumentis, vel locationibus, etiam cum hypotheca pro obſervatione contractus, veluti quando quis locavit primò uni, & poſteà alteri, quis ſit præferendus, an primus, vel ſecundus; dic quod preferri debet ille, qui reperitur in poſſeſſione, vel detentione rei, & habet ejuſdem rei retentionem, licèt ſit titulo poſterior per rationem text. *in l. quoties*, *C. de rei vindic.* Alex. *conſ.* 222. *num.* 3. *l b.* 5. Marth. *vot. Piſ.* 35. *nu.* 13. *etc.* cum aliis per Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 356. *per tot.* ubi benè declarat, & contrariis reſpondet, facit quod dixi *in* §. *Donatio num.* 64. §. *Emptio num.* 43. vide latè Giurb. *deciſ.* 59. *per tot.*

Quod imò primus conductor, maximè ſi habeat hypothecam ſit præferendus ſecundo etiam habenti poſſeſſionem, *et dict. l. quoties*, non procedere in locationibus, Gamm. *deciſ. Luſit.* 130. *per tot.*

45 Conductor ſublocans rem conductam alteri cum conſenſu domini, non liberatur ipſe à contentis in contractu locationis, *l. nemo prohibetur* 5. *C. de locat.* & *conduct.* intelligendo pro tempore, quo ipſe conduxit, ſecus autem illo finito, & ab eo facta diſdicta, nam tunc in futurum remanet liberatus, nec poteſt contra eum penſio pretendi, etiam ſi rem liberam, & vacuam cum conſignatione clavium non reſtituerit, quia hoc procedit ex facto locatoris, qui ſublocationi conſenſum præſtitit, & ideò in poſterum recognoſcere debet ſubconductorem, & contra illum actiones pro penſione dirigere, ut benè reſolvit Rota in Romana locationis 10. Martii 1656. *par.* 12. *recent. deciſ.* 147. *per tot.* ubi etiam ſi diſdicta fuerit facta ante tempus conventum, quia eo magis arctat, & ligat, cum plus temporis locatori tribuat ad deliberandum de alio conductore, vide ſupra *num.* 25. & 26.

Si tamen conductor ita ſublocaverit de conſenſu locatoris, ut primus contractus fuerit reſolutus, primus conductor remanet liberatus, & ſubconductor efficitur ipſe principalis, & tenetur ad affictus, pro quibus primus conductor non poteſt moleſtari, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 362. *num.* 12. & *ſeqq. per tot.* ubi ex pluribus arguit hujuſmodi novationem.

An autem ſubconductor ſolvens conductori mercedem liberetur, ita ut non poſſit moleſtari à primo locatore: liberari annuit text. *in l. ſolutum*, §. *ſolutum*, *ff. de pign. act.* aliique plures relati in Addit. ad Sanfelic. *dec.* 356. *verſ. ult.*

Qualiter conductor negans rem conductam reſtituere committat ſpolium, niſi incontinenti doceat de mutatæ poſſeſſionis titulo, Giurb. *deciſ.* 69. *nu.* 22. &c. Addit. ad Sanſelic. *deciſ.* 371. ubi qualiter ſit compellendus ad reſtitutionem, dixi *in* §. *Locatio num.* 25. Rot. coram Pen. *deciſ.* 139. *ſub n.* 6.

46 Conductio, & locatio quid ſit, & alias plures quæſtiones, vide per Vinc. Caroc. in ſuo uberrimo tractatu de hac materia edito, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 370. & *ſeq.* Bertachin. *in Repert. verb. Conductor.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 17. *per tot. tom.* 4.

47 Conductor, vel affictuarius bonorum Eccleſiæ qualiter teneatur ſolvere datia, & gabellas pro ſuis fructibus recollectis, Borgn. Cavalc. *deciſ.* 44. *num.* 97. &c. dixi *in* §. *Colonus num.* 9. &c. ubi vide, & plures alios allegavi, Guttierez. *de Gabell. quæſt.* 44. *num.* 12. &c.

48 Conductio viliori pretio facta ob anticipatam ſolutionem, qualiter ſit illicita, & uſuraria, & idem è contra ſi ob dilatam ſolutionem major penſio exigatur, intelligendo tamen in utroque caſu, quando pretium excedit latitudinem juſti, Cavalcan. *deciſ.* 32. *nu.* 67. *lib.* 2. Navar. *de uſur. num.* 26. & *ſeqq.* Molin. *diſput.* 501. *num.* 6. &c. Ugolin. *de uſur. cap.* 54. *num.* 1. &c. Maſtril. *deciſ.* 106. ubi plura qualiter uſura committatur in contractu locationis, ſtante enormi, vel enormiſſima læſione, Leotard. *de uſur. quæſt.* 8. *num.* 21. & *ſeqq.* vide in §. *Venditio num.* 48. ubi plura, & plurea allegavi in terminis emptionis, & venditionis, cui proxima eſt, & eiſdem regulis conſiſtit conductio, & locatio, & *in* §. *Uſura per tot.* §. *Locatio num.* 24. ubi

ubi contra, &c. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 58. ubi quod usura non committitur in locatione, sed stante læsione agitur remedio, *l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* & *decis.* 164. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio ex aliis rationibus, & correspectivitate pactorum, & onerum, quæ sunt consideranda ad constituendum justum rei valorem, & *decis.* 252. &c. *part.* 13. ubi quando cadat usura etiam in locatione.

Quod in locatione non cadat usura quando non habet mutuum admixtum, Leotard. *de usur. quæst.* 8. *nu.* 25. Merlin. *decis.* 161. *num. pr.* & *seqq.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 74. *num.* 9. & 10.

49 Conductor potest in re conducta sibi socium assumere, etiam inscio, & non consentiente locatore tam post contractum, quam ante, societatem ineundo super futura conductione, intelligendo quantum ad interesse conductoris, & socii assumpti, sed non quoad locatorem, & socium conductoris in contractu non nominatum, inter quos non oritur actio locati, & conducti, nisi interveniat consensus locatoris, vel nisi ab initio fuerit suscepta conductio pro se, & sociis, vel pro se, & personis nominandis, & ideò ut locator habeat personalem actionem contra hujusmodi socium conductoris, vel subconductorem debet consentire illius admissioni, vel pacisci cum conductore, ut non possit alium admittere, nisi se obliget ad favorem ipsius locatoris, ut probat Rota in Roman. prætensæ societatis 22. Junii 1645. coram Otthobono, & habetur post Merlin. *de pign. decis.* 99. *n.* 31. & *seqq.* vide *sup. num.* 25. 26. & 45. Pacion. *de locat. c.* 32. *per tot.* & *c.* 61. *n.* 7. & *seqq.* ubi etiam an mortuo uno ex sociis, sicuti finitur societas, ut dixi *in* §. *Societas n.* 41. duret conductio, vel finiatur, & distinguit.

50 Conductor non facit fructus suos, nisi solutis affictibus; intelligendo quando non fuit habita fides de pensione, nam si locator habuerit fidem de pensione, conductor dicitur de consensu domini illos percipere, & suos facit Gloss. & Bart. *in leg. si servus* 63. §. *Colonus, ff. de fruct.* Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 34. *n.* 5. & *seqq.* ubi etiam quod damna contingentia post mortem conductoris, non spectant ad ejus hæredem, qui vigore contractus coactus fuit perseverare in conductione, sed ad hæreditatem, quando illam adivit cum beneficio inventarii, & rationem reddit, ut dixi *in* §. *Hæres.*

51 Conductor ubi non apparet, vel se absentavit, nec soluit, potest domus conducta aperiri à locatore, & masseritiæ describi coram vicinis, vel Notario, sive Cancellario, si petatur à Rectore Civitatis, an debeat expectari per biennium, & alia, text. *in* §. *cum domini* 58. ubi Bart. & alii *ff. de locat.* & *conduct.* dixi *in* §. *Locatio.* Quæ sunt notanda, quia ut inquit Bart. *loc. cit.* sæpè contingunt in practica, etiam nostris temporibus, sicuti pluries hujusmodi instantias fieri, & exaudiri vidi in Magistratu DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ.

52 De variis conductoribus ultra tractatus ordinarios, Caroc. Pacion. & aliorum, vide Thoro *compend. decis. Neap. par.* 1. 2. *et* 3. *verb. Conductor,* & Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. par.* 4. *eod. verb. fol.* 300. ubi indicat Auctores materiam tractantes, inter quos non deseras Cancer. *var. resol. par.* 1. *cap.* 14. *per tot.* Altimar. *de nullit. contract. rub. pr. part.* 2. *quæst.* 17. *tom.* 4. Card. De Luc. *in Indic. general. verb. conductor* ubi de Conductore in genere, de conductore appaltus, & vectigalium, de conductore quoad pensiones, eorumque defalcum, & remissionem Mans. & Palm. Emerix & Caprar.

53 Conductor ex eredito superveniente potest retinere rem conductam Menoch. *de recup. possess. remed.* 11. *n.* 42. & 43 Caroc. *de Locat. p.* 6. *rem.* 14. *n.* 21. Lepid. *decis.* 7. *vers. non obstat* Pacion. *de Locat. cap.* 42. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 45. *n.* 518. *tom.* 7.

54 Conductio, si sit facta pro se, & sociis, intelligitur de præsentibus, & non de futuris Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 25. *n.* 556. *tom.* 4.

55 Conductor non tenetur augere mercedem statutam in locatione facta ad corpus, si reperiatur corpus continere quid ultra mensuram expressam Altimar. *dict. quæst.* 17. *n.* 34. *tom.* 4.

56 Conductor Arbores Fructiferas, & Vetustiores incidere potest per subrogationem aliarum Emerix Junior *decis.* 1235. *n.* 3.

57 Conductor promittens restituere gregem, seu Massariam pecudum potius melioratam, quam deterioratam non sufficit, quod probet pecudes periisse, sed debet probare quod perierint absque illius culpa, & negligentia Emerix Junior *decis.* 995. *n.* 1. & *per tot.* & *decis.* 1043. *per tot.* Et qui se adstrinxit ad restituendum rem potius melioratam, quam deterioratam tenetur ad omnem diligentiam, quam faceret providus Pater familias idem Emerix *dicta decis.* 995. *n.* 5. Et loco demortuarū sua culpa, tenetur ad illarū æstimationem idem *decis.* 1043. *n.* 3. & 4. & non statur dicto illius circa probationem morbi dictarum pecudum *ibid. n.* 5.

58 Conductor, ut sit locus defalco debet interpellare locatorem de casu contingenti Caprara *decis.* 180. *n.* 16. *part.* 1. & conductor si in Calculis concorditer factis cum locatore, & in aliis subsequentibus solutionibus nihil de Damno, aut Defalchi pretensione opposuit, hoc inservit pro interpretanda exclusione exceptionis Defalchi *ibid. n.* 17.

59 Conductori imputandum est si conducere voluit nulla adhibita promissione libertatis, & immunitatis tenutæ à transitu Caprara *decis.* 180. *n.* 21.

Conductori imputandum est, qui scivit naturam rei conductæ, & periculum Inundationis Fluminis, cui tenuta erat exposita ob illius vicinitatem, si sibi de ea non cavit Caprara *d. decis.* 180. *num.* 18. Et conductor sciens tenutam esse subjectam inundationi Fluminis, & renuncians defalco ex causa Inundationis, quamvis excessivæ, nequit petere Defalchum, cum sub hoc pacto veniant casus insoliti, & plusquam insoliti Caprara *decis.* 216. *nu.* 15. & 16. *part.* 1., ubi latè de hac materia.

Conductor sibi imputare debet, si clarius sibi non providit, ut poterat previdere Caprara *d. decis.* 216. *n.* 13. & dicitur omisisse ex consulto, ex quo sibi utilius videretur, *ibid. n.* 14.

60 Conductori spectant fructus rei conductæ, & locatori ad formam Instrumenti locationis remanet solum actio ad pensionem, seu affictus conventos Caprara *decis.* 635. *n.* 1. *part.* 2. & per Creditorem locatoris sequestrari non possunt fructus ad conductorem spectantes *ibid. n.* 2.

61 Conductori, vel tempore declaratæ Caducitatis, vel executionis factæ, debentur bona, quæ in Commissum inciderunt, non autem ei, qui erat conductor, tempore, quo pœna Caducitatis fuit commissa Episcopus Rocca *disput. Jur. cap.* 87. *n.* 19. *lib.* 1.

62 Conductor faciendo actus præjudiciales non præjudicat domino Rot. *decis.* 244. *nu.* 6 *part.* 4. *recen.* Et *in decis. recol. per* Palm. nepot. *decis.* 28. *n.* 46. *tom.* 1. Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr.* 7. *decis.* 28. *nu.* 15. & 16. *vol.* 1. Idem Card. De Luc. *de Regal. disc.* 46. *n.* 16. *disc.* 52. *n.* 4. *disc.* 68. *n.* 4. *disc.* 82. *sub nu.* 4. & *disc.* 110. *n.* 4.

63 Conductor rei emphyteuticæ potest à Domino directo expelli, consolidato utili Dominio cum directo Rot. *in decis. recol. per* Pal. nepot. *decis.* 65. *n.* 14. *tom.* 1.

64 Conductori non competit prælatio in Concessione Emphyteutica Rot. *in dictis decis. recol.* per Pal. nepot. *decis.* 67. *n.* 19. *tom.* 1. Et an antiquus prælationem habeat adversus novum De Luc. *de servit. disc.* 109. *n.* 9. *Conflict. observat.* 227.

65 Conductio ultra triennium facta ab Ecclesia est nulla, eo modo, quo esset locatio ab eadem facta ultra dictum tempus De Luc. *de Alienatio. disc. pr. num.* 33. *in fin.*

66 In fine Conductionis, non potest fieri præjudicium novo conductori De Luca *de regal. disc.* 78. *n.* 2. *et* 3. ubi declaratur, *et disc.* 79. *n.* 2.

67 Conductor vicem gerere dicitur Administratoris in casu Infortunii, in quo convenerit non teneri, nisi ad id quod percepit, deductis expensis De Luca *de Regal. disc.* 64. *n.* 3.

68 Fructus an portare teneatur conductor ad Domum Domini De Luca *de Regal. disc.* 146. *n.* 3. & quando observantia accipiendi fructus in ipsis bonis præjudicet, idem *ibid. n.* 5.

69 Conductor Laicus bonorum Ecclesiasticorum pro fructibus non gaudet exemptione dictis bonis competente De Luca *de Regal. disc.* 53. *n.* 5. & *seq.* ubi declaratur, nisi onus, sive gabella sit talis, ut dicta bona

pro

pro majori penſione locanda eſſent. De Luc. *dic. diſc.* 53. *ſub n.* 5. 6.

70 Conductor à locatore ſolitis Emolumentis privari non poteſt, cui ſufficit per ſe non ſtare De Luc. *de Regal. diſc.* 124. *in fin.*

71 Conducens hominem operarium ad laborandum in vinea ſua, & ei dixit dabo tibi, quod juſtum erit, non dicitur conductio, ſed contractus innominatus Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 17. *n.* 106. & 207. *tom.* 4.

72 Conductor cenſetur remiſiſſe locatori implementum, quando diù tacuit, & poſſedit Palm. nep. *alleg.* 319. *n.* 7. *tom.* 4.

73 Conductor impeditus in uſu rei commodatæ habet electionem agendi, vel ad diminutionem penſionis, vel ad reſciſſionem contractus Palm. nep. *alleg.* 331. *n.* 6. *tom.* 4.

74 Conductor locatorem damna cauſantem facto ſuo, quando poſſit ad intereſſe convenire De Luc. *de Regal. diſc.* 64. *n.* 6. *diſc.* 86. *n.* 2., ubi latè diſtinguitur, & *diſc.* 159. *per tot.*, Et an habeat actionem adverſus locatorem poſt ejus jus ſpiratum De Luc. *de Penſ. diſc.* 69. *n.* 8.

75 Conductor ſucceſſori præjudicare non poteſt Card. De Luc. *de Regal. diſc.* 78. *n.* 2. *de Regul. diſc.* 79. *nu.* 2. *diſc.* 89. *ſub n.* 8. & *diſc.* 133. *ſub n.* 3.

76 In dubio pro conductore contra locatorem eſt reſpondendum De Luc. *de Locat. diſc.* 16. *n.* 7.

77 Conductor an teneatur continuare in locatione rei paſſæ ruinam, & refectæ per locatorem De Luc. *de Locat. diſc.* 14. *à n.* 2. & *diſc.* 15. *ex n.* 2., Et an conductor cogere poſſit locatorem ad reficiendam domum combuſtam De Luc. *dict. diſc.* 14. *n.* 2.

78 Conductor Domus, qui eam non habitat, an dicatur inquilinus De Luc. *de ſervit. diſc.* 82. *n.* 2. & *ſeqq.* Et an conductor Apothecæ, ſeu magazeni dicatur inquilinus, idem De Luc. *dict. diſc.* 82. *n.* 9.

79 Inter duos Conductores inſimul contendentes de aſſitu, & poſſeſſione rei conductæ an executivè, vel ordinariè ſit agendum Card. De Luc. *de Locat. diſc.* 29. *num.* 7.

§. CONFESSIO. XXXV.

1 CONfeſſio alia eſt judicialis, alia extrajudicialis, qualiter autem, & in quibus conveniant, & differant inter ſe hujuſmodi confeſſiones, aliaque plura de ſingulis illarum effectibus, Specul. *tit. de confeſſ.* §. 3. Farinac. *q.* 81. ubi pleniſſimè de confeſſione judiciali, *et q.* 82. de confeſſione extrajudiciali, de utraque ſummatim Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 2. *et ſeqq. ad* 44. *fol.* 246. Sanfel. *in Praxi ſect.* 34. *per tot.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect. pr. ſubſect.* 5. *n.* 7.

Plura de confeſſis, & confeſſione in genere, item de confeſſione judiciali, extrajudiciali, item de confeſſione facta in ultima voluntate vel in criminalibus, vel in tormentis, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 193. *et ſeqq. ad* 197. *et tit.* 297. *per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 344. *cum pluribus ſeqq.* Bertachin. *in Repert. verb. Confeſſio.* Card. de Luc. *in Indic. verb. confeſſio.* Altimar. *de nullit.* Bellegrand. *in compendioſ. rer. crim. meth. in Indic.*

2 Confeſſio extrajudicialis qualiter ſit probanda, ut poſſit ſuos producere effectus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 144. *num.* 51. *cap.* 753. *cap.* 677. *num.* 51. & *cap.* 909. *num.* 1. *etc.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 5. *à n.* 740. *tom.* 3.

Quod ſit probanda per teſtes conteſtes de verbis, loco, & tempore, Merlin. *deciſ.* 170. *num.* 3. *&c. deciſ.* 340. Rota *par.* 6. *recent. deciſ.* 214. *num.* 12. *et deciſ.* 144. *num.* 15. Thomat. *deciſ.* 121. *nu.* 5. *&c. par.* 23. *deciſ.* 482. *num.* 5. *et per tot.* Rota in Romana filiationis 1. Julii 1639. coram Carillo *nu.* 13. penès Zacch. *Quæſt. Medic. legal. deciſ.* 81. vide Maſcard. *de prob. concluſ.* 350. *per tot.* An per teſtes ſingulares, Gratian. *deciſ.* 139. *per tot.* Jordan. *ubi ſup. num.* 181. Tuſch. *litt. C. concl.* 638. *num.* 48. *et ſeqq.* Diana *par.* 4. *tract.* 6. *reſol.* 11. Franch. *deciſ.* 105. *nu.* 21. Mart. *vot.* 117. *n.* 6. Poſth. *reſol.* 52. *à n.* 5. Rot. *deciſ.* 51. *n.* 19. *et deciſ.* 93. *n.* 4. coram Priolo *et in recent. part.* 52. *deciſ.* 362. *n.* 8. & coram Caprar. *deciſ.* 753. *num.* 13. *part.* 2. Cabrun. *lucubrat.* 11. *n.* 16. Urceol. *de tranſac. quæſt.* 58. *n.* 42. De Luc. *de Credit. diſc.* 79. *à nu.* 3. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 118. Altimar. *loc. cit.* Et nullo modo probatur ex teſte ſingulari, maximè de auditu ex fortuito Caprar. *deciſ.* 183. *n.* 6. *et* 7. *part.* 1.

Quòd poſſit probari per teſtes ſingulares de diverſis confeſſionibus deponentes, concurrentibus aliis adminiculis, Merlin. *deciſ.* 376. *num.* 5. *etc.* vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 379. Creſcin. ad Pen. *dict. deciſ.* 118. Altimar. *loc. cit. n.* 743.

Ut autem intrent adminicula requiritur alicujus probationis fundamentalis ſubſiſtentia, quam ipſa coadiuvent, Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 482. *num.* 1. *etc.* Idem Creſcin. ad Pen. *cit. deciſ.* 118.

Quid ſi ſit facta in inſtrumento per verba enunciativa ad favorem tertii abſentis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 49. *num.* 21. *cap.* 151. *num.* 13. *et cap.* 739. *per tot.* Altimar. *loc. ſupr. allegat. n.* 741.

Quod proſit, & ille tertius abſens poſſit ſe in illa fundare, & agere, Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *q.* 2. *n.* 19. *et ſeqq.*

Confeſſio extra judicium facta parte abſente, probat tantum ſemiplenè, parte verò præſente, & acceptante, plenè prob. DD. *in l. admonendi, ff. de jurejur.* Afflict. *deciſ.* 12. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 677. *nu.* 51. *&c.* 890. *num.* 20. *&c.* Leoncil. *deciſ. Ferr* 49. *nu.* 3. & *ſeqq.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 9. *per tot.* Gabriel. *comm. concl. lib.* 1. *tit. de confeſſ. concl.* 2. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 15. *fol.* 247. latè Tuſch. *litt. C. concluſ.* 637. & 638. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1104. 2203. & alibi prout *in Repert. verb. Confeſſio,* Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 236. *n.* 5. ubi quod præſente parte, & acceptata probat non ſolùm contra confitentem, ſed etiam contra ejus hæredes, & ſucceſſores Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt. pr. num.* 740. *tom.* 3. 3

Quod confeſſio facta ad obligandum, vel etiam ad liberandum requirat præſentiam partis, ſecus autem ſi ad probandum tantùm, & ideò confeſſio de actu præterito dicatur facta ad probandum, & probet etiam facta parte abſente, Rota in ſelect. per Farinac. *par.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 398. & *deciſ.* 433. *in eadem cauſa*, ubi placuit prima deciſio; Et qualiter confeſſio tendens ad liberandum afficiat, vel ne confitentem, etiam parte abſente, Franciſ. de Angelis *tract. de confeſſ. quæſt.* 8. *limit.* 8 *per tot.* quem ſemper adeas in hac materia confeſſionis Altimar. *loc. adduct. num.* 741. Urceol. *de Tranſact quæſt.* 58. *n.* 62.

Quod confeſſio extrajudicialis ſit ſaltem per duos conteſtes probanda, & facta ſine animo deliberato fatendi veritatem non noceat confitenti, cùm ad unum effectum emiſſa, non operetur quo ad alium diverſum effectum, Bich *deciſ.* 378. *num.* 6. & *ſeqq.*

In foro Eccleſiaſtico, vel etiam in foro civili inter laicos Eccleſiæ ſubjectos probat omni caſu, idem Gratian. *c.* 395. *num.* 31. *cap.* 869. *num.* 30. & *cap.* 951. *num.* 28. & tantò magis ſi eſſet geminata, & adminiculata, ut *in d. cap.* 395. *num.* 35. & 36. vide Farinac. *q.* 82. *&c.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 346. & *ſeqq.* ubi plenè, & *concluſ.* 481. ubi quod probat debitum, etiam abſente parte. Altimar. *loc. præallegat. n.* 741.

Quòd de jure canonico probet in civilibus, Rota *in Noviſſ. part.* 7. *deciſ.* 12. *num.* 14. *&c.* & *part.* 9. *recent. deciſ.* 320. *num.* 10 *vol.* 2. & *par.* 11. *deciſ.* 63. *per tot.* ubi benè declarat, vide Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 21. *num.* 7. & *ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 170. *nu.* 3. & *deciſ.* 340. *num.* 1. *&c.* Sperel. *deciſ.* 169. *num.* 59. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 109. *n.* 3. *&c. vol.* 4. Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæſt. pr. n.* 22. & *ſeqq.* ubi etiam quod probat quando eſt facta in publico inſtrumento, vel libello, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 191. *n.* 1. *&c.* ubi quod de jure canonico plenè probat, maximè facta parte præſente, ſi ſit legitimè probata, & *par.* 13. *deciſ.* 372. *nu.* 5. *&c.* ubi quod de æquitate canonica plenè probat contra confitentem, etiam ſi teſtes non conveniant in formalitate verborum, dummodò in ſubſtantia concordent, & maximè ſi ſit aliundè adminiculata. Altimar. *ubi ſupra dict. n.* 741. Creſcin. ad Pen. *dict. deciſ.* 118.

Item confeſſio extrajudicialis ſi ſit geminata plenè pro-

probat, quasi tunc habeat vim judicialis confessionis, Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 105. *nu.* 2. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *nu.* 140. *fol.* 256. ubi contra in criminibus, Tusch. *d. conclus.* 638. *num.* 37. & *seqq.* Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 243. *num.* 6. Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 9. *num.* 18. & *seqq.* ubi plura de confessione extrajudiciali, Rot. per Farinac *decis.* 228. *per tot.* Gabr. *comm. concl. lib. pr. tit. de confess. conclus.* 3. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 138. *num.* 3. Altimar. *dict. quæst.* 1. *n.* 741.

Item si tendat ad liberandum, valet etiam parte absente, Magon. *decis. Flor.* 135. *num.* 13. vide Thess. *decis.* 109. *per tot.* Tusch. *d. conclus.* 638. *num.* 107. & *seqq.* Vivi. *d. comm. opin.* 138. *num.* 4. ubi concludit contrarium esse verius.

Item si sit pro exoneratione conscientiæ, probat etiam pro absente in præjudicium ipsius confitentis, non autem tertii, nisi sit valde adminiculata, Mascard. *de probat. conclus.* 347. *num.* 99. *conclus.* 539. *num.* 25. *etc.* Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *n.* 270. *etc.* Salgad. *Labyr. creditor. par.* 3. *cap.* 13. *nu.* 20. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst. pr. n.* 741. *tom.* 3.

Quod facta absente parte regulariter non probet, Soccin. *reg.* 89. ubi decem, & octo modis limitat Duen. *reg.* 119. & 120. *per tot.* vide plenè Tusch. *litt. C*, *conclus.* 637. & 638. *per tot.* Marcian. *disp.* 52. *num.* 14. & *seqq.* Gabriel. *comm. concl. lib.* 1. *tit. de test. concl.* 1. *per tot.* ubi etiam quid si sit facta in judicio, & latè declarat per plures ampliationes, & 23. limitationes.

Et quod possit revocari antequam fuerit acceptata, secus autem posteà Genu. *de script. privat. lib.* 5. *tit. de scartafac. num.* 6. 17. & 24. *fol.* 287. Altimar. *ubi supra dict. n.* 741.

Quòd facta in instrumento, etiam parte absente probationem inducat contra confitentem, Gamm. *decis. Lusit.* 336. *n.* 6. Mascard. *de probat. conclus.* 360. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 224. & *seqq.* ubi latè declarat Altimar. *dict. n.* 741.

Item facta parte absente in causis fiscalibus plenè probat ad favorem fisci, Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 38 Altimar. *loc. præalleg. n.* 741.

Plura de confessione facta in judicio, an & qualiter probet, & præjudicet, Mascard. *de probat. concl.* 348. Abeecles. *observat.* 45. *part.* 1., ubi latè Crescin.

4 Confessio extrajudicialis in criminalibus facit indicium ad torturam, & quandoque etiam ad condemnandum, Diaz. *reg.* 125. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 14. & *seqq.* & *cas.* 331. Clar. §. *fin. q.* 21. *verb. Confessio*, Cabal. *cas.* 81. Farinac. *q.* 82. *reg.* 2. *per tot.* Pac. Jord. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 13. *fol.* 247. Mascard. *de probat. concl.* 349. *et seqq.* Peguer. *decis.* 27. *n.* 3. *etc.* Guazz. *deff.* 32 *cap.* 33. *et* 34. *per tot.* ubi dat plures defensiones ad tollendum hujusmodi indicium, vide in mea Pract. §. *Confessione num.* 1. Tusch. *litt. C*, *conclus.* 640. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2120. Dian. *part.* 4. *tract.* 6 *resol* 12. ubi ponit plura requisita, nempè ut sit verisimilis, seriò, & non per jocum, vel ex iracundia facta, specialis cum loco, & tempore, ac legitimè probata, & alia de hujusmodi confessione, ex Menoch. & Farinac. & alius Vivi. *comm. opin.* 138. *nu.* 5. *etc.* ubi quod debet probari per duos testes idoneos, & contestes de loco, & tempore, ac esse verisimilia, Conciol. *resol. crim. verb. Confessio resol.* 12. & 13. *per tot.* & quod ex confessione extrajudiciali revocata, non possit deveniri ad torturam, Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *q.* 190. *num.* 18.

Quod facta in epistola plenè probet, nisi mittens illam revocaverit, vel mortuus sit antequam fuerit præsentata, Genu. *de script. privat. lib.* 3. *tit. de lit. amat. num.* 17. & 18. *fol.* 167.

Et quòd quamvis delictum non esset verum possit confitens puniri de jactatione extrajudicali, & gloriatione arbitrio judicis, Menoch. *dict. cas.* 331. Diaz. *dict. reg.* 125. *limit.* 6.

5 Confessio resultans ex narratis in precibus Principi porrectis, nõ afficit confitentem, sed tantùm facit indicium ad torturam, nisi fuerit obtentum, vel nisi reprobaretur rescriptum, & contra illud feratur sententia, vel quia Princeps noluerit gratiam concedere, vide Mascard. *de probat. conclus.* 368. Capyc. *decis.* 71. Guazz. *deff.* 32. *cap.* 15. Gratian. *discept. forens. cap.* 502. *nu.* 5. *cap.* 586. *num.* 4. & *alibi*, latè Conciol. *verb. Confessio resol.* 9. *per tot.* ubi quod non nocet, maxime si supplicatio fiat ad cautelam pro se eximendo a molestiis, vel cum similibus clausulis præservativis, & si Princeps noluit facere gratiam, & alia ad rem, latè Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *q. pr. per tot.* ubi variam de confessione facta in libello, positionibus, & exceptionibus Abeecles. & Crescin. *observat.* 4. *part. pr.* vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 39. *n.* 55. *tom.* 6. Urceol. *de Transact. quæst.* 57. *n.* 19. & 20. Rocc. *cap.* 116. *n.* 20. & *cap.* 169. *n.* 19. & 20.

Quòd hujusmodi confessio præjudicet, quamvis rescriptum esset subreptitium, & nullum, nec possit revocari, vel impugnari ab hæredibus confitentis, Gratian. *dict. cap.* 586. *num.* 41. & 42. *cap.* 674. *num.* 11. *cap.* 734. *num.* 45. *cap.* 789. *num.* 2. & *cap.* 857. *num. pr. etc.* Altimar. *ubi supra n.* 56. *et* 57. ubi latè.

Si tamen constet de errore potest revocari, & non præjudicat, etiam si emanasset in facto proprio, & deliberatè, ac etiam si fuisset jurata, & acceptata, & licèt Princeps benignè rescripserit, cùm probato errore rescriptum remaneat subreptitium, & nullum, latè Altograd. *cons.* 28. *n.* 12 *et seqq. lib.* 2.

Quòd dicta confessio noceat plus quam facta in judicio, cùm sit facta Principi, à quo omnis jurisdictio, & judicii calor fluit, & refluit, Magon. *decis. Flor.* 77. *n.* 13. *et seqq.* ubi loquitur in civilibus, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 266. *n.* 4. Capyc. *decis.* 71. ubi quando probet etiam in alio judicio, & inter alias personas. Et de hujusmodi confessione, vide Gabriel. *comm. concl. tit. de confess. concl.* 4. Farinac. *quæst.* 5. *num.* 25. *et seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *n.* 118. *fol.* 254. Merlin. *decis.* 776. *num.* 6. ubi quòd plenè probat contra supplicantem, *l. cum precum*, *C. de libert. caus. leg.* idem Merlin. *decis.* 830. *num. pr.* Ansald. *decis. S. R. R. decis.* 19. *n. pr.* Altimar. *loc. alleg. n.* 56.

Quando autem aliqua declaratio facta in memoriali, vel precibus non præjudicet declaranti, tanquam non deliberata, sed resolvatur in simplicem velleitatem, seu propositum quod non obligat, Rota *par.* 11. *recent. decis.* 17. *per tot.*

Intellige omnia prædicta si preces non negentur, & probentur factæ, & porrectæ à supplicante, aliàs tanquam actus extrajudicialis, aliquam fidem non merentur Seraphin. *decis.* 560. *nu.* 1. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 86. *n.* 34. *&c.*

Quid autem è contra, an confessio Principis probet contra ipsum, & suos hæredes, & quomodo, Mascard. *de probat. concl.* 376. *per tot*

Confessio etiam judicialis, sive extrajudicialis, sed jurata, vel facta parte præsente, quibus casibus solet plenè probare si sit incidenter, & propter aliud, vel ad alium finem emissa, cùm non dicatur procedere ex libera voluntate confitentis, non probat, nec potest ex illa quis damnari, pulchrè Surd. *decis.* 250. *n.* 6. & *seqq. per tot.* & *decis.* 309. *per tot.* ubi tamen contrarium firmat concurrentibus aliis conjecturis, vide latè Farinac. *q.* 91. *n.* 219. & *seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *n.* 183. & *seqq. fol.* 259. Mascard. *de probat. conclus.* 383. Cassador. *decis.* 690. & *seqq. de Confess.* ubi quod confessio regulariter nocet confitenti, quam tamen regulam multis modis limitat, ut ibi latè per eum *infr. n.* 47. Francisc. de Angelis *d. tract. lib.* 1. *q.* 6. *nu.* 27. ubi etiam quod non probant testes dicentes audivisse in actu confessionis alicujus, & *lib.* 2. *quæst.* 42. *num.* 4. & *seqq.* ubi quod dicta cautela reperta penès carceratum non probat delictum, &c. Vide Caprar. *decis.* 396. *n.* 17. *part.* 1. ubi quod confessio emissa ad alium effectum non præjudicat. 6

Cartula itaque reperta, in qua quis peccata sua descripsit pro facienda confessione sacramentali, nihil officit confitenti in foro externo, Ricc. *decis.* 172. *part. p.* Pac. Jordan. *loc. cit. num.* 120. *fol.* 254. *infr. num.* 63.

An judicialis præsumatur facta parte absente, & in libello quando probet, & alia, Capell. Tholos. *qu.* 350. & 352. Gabriel. *comm. conclus. lib. pr. tit. de confess. conclus.* 1. & *seqq. per tot.*

Confessio emanata in instrumento, vel alio actu nullo, dicitur vera, & valida quando nullitas proce- 7

dit

dit ob defectum ſolemnitatum, ſecus autem ſi ex errore, vel falſitate cauſæ, Gabriel. *commun. concl. tit. de clauſ. concl. fin. n.* 12. Pac. Jord. *ubi ſupra nu.* 116. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 643. 653. *per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 357. & 358. facit latè Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 63. *per tot.* & *par.* 13. *deciſ.* 305. *n.* 6. & 7. *infr. nu.* 13. Martha *vot. Piſ.* 188. *num.* 8. & *ſeqq.* ubi contra quando ſtatutum annullat contractum, inſtrumentum, & ſcripturas, quia tunc ex illis non probatur confeſſio. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæſt.* 14. *nn.* 73. & *ſeqq. tom. pr.* & *rubr. pr. part.* 4. *quæſt.* 39. *n.* 59. *tom.* 6.

An autem ex confeſſione debiti incidenter inter alias perſonas, etiam in inſtrumento facta probetur debitum, ita ut extraneus, qui inſtrumento non interfuit poſſit ex illa agere, & debitum petere contra confitentem, vel alios, Cenc. *de cenſib. quæſt.* 98. *n.* 77. Giurb. *deciſ.* 62. *n.* 29. Surd. *deciſ.* 250. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *n.* 224. Cancer. *var. reſol. par. pr. cap.* 11. *n.* 28. & *par.* 3. *c. pr. n.* 296. &c.

8 Confeſſio dubia interpretari debet ad favorem confitentis, ut minùs ei noceat tam in civilibus, quàm in criminalibus, niſi agatur cum homine malæ famæ, vel de re de ſui natura mala, vel in foro poli, Farinac. *quæſt.* 81. *nu.* 35. & *ſeqq.* Pac. Jordan. *d. tit.* 16. *n.* 134. & *n.* 142. & *ſeqq. fol.* 256. Pen. *deciſ.* 600. & *deciſ.* 1313. Card. De Luc. *de Judic. diſc.* 23. *n.* 4.

Quod confeſſio dubia poſſit declarari, Tuſch. *litt. C. concluſ.* 672.

Qualiter ſit in mitiorem partem interpretanda, Tuſch. *litt. C, concl.* 683.

9 Confeſſio dotis facta à marito conſtante matrimonio, an intelligatur facta animo donandi, vel ſub ſpe illius conſequendæ, diſputat Aret *in* §. *fuerat. Inſtit. de n.* [illegible] ubi etiam Jaſ. *n.* 93. dicit intelligi ſub ſpe numerationis, ſed quod ſit donatio, quæ morte confirmatur, nec incipiat vim habere, niſi poſt mortem, Bellon. *conſil.* 47. & 48. vide latè Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 12. *per tot.* ubi quando confeſſio facta ante matrimonium, quàm illo conſtante dicatur animo donandi, vel non in præjudicium ipſius confitentis, & hæredum, Mart. Medic. *Exam.* 51. & *deciſ.* 80. *per tot. cum Addit.* & *deciſ.* 81. & 82. *per tot. cum Addit.* ubi quod non præjudicat creditoribus, Ger. Spin. *conſ.* 24. *nn.* 18. *et ſeqq.* Beltram. ad Ludovil. *deciſ.* 67. *nu.* 14. Tuſch. *litt. C. concl.* 657. *cum pluribus ant cedentibus*, & *ſeqq.* & *litt. D, concluſ.* 748. & *ſeqq.* Diana *par.* 8. *tractat.* 6. *reſol.* 113. Peregrin. *deciſ.* 141. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 32. *per tot.* & *par.* 12. *dec.* 126. *per tot.* ubi plenè pro detegenda ſimulatione confeſſionis ex conjecturis, ita ut dos confeſſata, in fraudem prohibitæ donationis, non poſſit à muliere repeti contra hæredes mariti confitentis defuncti, & rurſus in eadem cauſa Rot. *d. part.* 12. *deciſ.* 296. *per tot.* ubi fuit confirmata prima deciſio, ita ut tunc dicta confeſſio uti ſimulata non etiam noceat marito confitenti, nec ejus hæredibus. Vide Anſald. *deciſ.* 19. *n.* 4. & *dec.* 14. *n.* 13.

Quod confeſſio dotis duplici juramento promiſſorio, & obligatorio vallata, & aliquo concurrente adminiculo, (quicquid ſit quoad creditores) benè probet numerationem, & præjudicet marito, ac illius hæredibus, etiam nulla præcedente dotis promiſſione, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 36. *per tot.* & vide Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. pr. qu.* 8. *limit.* 6. & *lib.* 3. *quæſt.* 10. *per tot.* ubi inferit dictas duas deciſiones per me citatas *part.* 12. *recent. deciſ.* 126. & 296. Vide De Luc. *de Dot. diſc.* 72. *à n.* 7.

De confeſſione dotis, & ejus effectibus plenè Boſſ. *tract. de dot. cap.* 10. *n.* 11. & *ſeqq. per tot.*

10 Confeſſio dotis facta à marito poſt commiſſum delictum, præſumitur in fraudem fiſci etiam ſi appareat de antecedenti promiſſione, & fiſco non præjudicat, pulchrè Surd. *deciſ.* 116. *per tot.* niſi tamen concurrat veriſimilitudo, idem Surd. *dec.* 325. *n.* 6. alios allegavi in Pract. §. *Confiſcatione n.* 15. §. *Donatione n.* 9. & in hoc Opere §. *Donatio num.* ... Fajard. *allegat.* 28. *à n.* 27. *ad* 36., *et à n.* 40. *ad* 45.

Quod uxor per ſolam confeſſionem de dote receptam à marito factam ante delictum poſſit illam à fiſco repetere abſque eo quod aliter conſtet de numeratione, quando præceſſit promiſſio, vel lapſa ſunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, vel aliæ adſunt conjecturæ, D. Fulv. Majoran. *in Op. prax. crim. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 73. *etc.*

Quod fiſcus non teneatur ex bonis confiſcatis reſtituere dotem uxori delinquentis, niſi conſtet de dote verè tradita, & numerata, & non ſimpliciter confeſſata in quocunque inſtrumento, *l. ſi quis poſt hæc, C. de bon. proſcript. et l. pr. C. de dot. caut. non nu.* cum aliis per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *c.* 26. *nn.* 7. *et ſeqq.* ubi vide, & Guaz. *de confiſc. concl.* 13. *limit.* 31. *n.* 5. Maſin. *eod. tract. quæſt.* 31. Farinac. *q.* 25. *n.* 120. & alios ab iſtis citatos. Poſſe tamen probari ex conjecturis, ut in aliis caſibus.

Confeſſio dotis facta à marito conſtante matrimonio non præjudicat futuris creditoribus tanquam fraudoloſa, & ſimulata, niſi liquidè conſtet illam fuiſſe ſolutam, & cum non habeat vim niſi poſt mortem, creditores facti in vita mariti ſunt anteriores, Pract. Pap. *libel. quo ux. agit. ad dot. et uſufr gloſſ. dedit, et tradidit n.* 4. Bellon. *conſil.* 47. *et* 48. latè Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 13. *per tot.* Paul. Chriſtin. *dec.* 50. *et* 51. *volum.* 6. Merlin. *dec.* 419. *per tot. et dec.* 652. *n.* 2. *deciſ.* 718. *per tot* Cabal. *conſ. deciſ.* 65. *nu.* 6. *et ſeqq. lib.* 2. ubi tamen quod tanquam donatio confirmatur morte viri, & talis confirmatio retrotrahitur ad tempus factæ donationis, ſaltem quoad fructus, vel præcedente dotis promiſſione, vel lapſu temporis, ſive aliis conjecturis quia tunc nocet omnibus, & vide Franciſc. de Angelis *d. tract. qu.* 8. *limit.* 6. *et lib.* 3. *q.* 10. *per tot.* 11

Non etiam ſuffragatur dicta confeſſio de dote recepta, ad effectum illam recuperandi ex bonis fideicommiſſarii, & ſic in præjudicium fideicommiſſariorum, Peregrin. *conſ.* 53. *n.* 7. *lib.* 5. & *de fideicom. art.* 42. *n.* 83. Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 632. *n.* 23. *et qu.* 622. *n.* 27. Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 285. *nn.* 23. *etc.* Roland. *conſ.* 85. *n.* 26. *lib. pr.*

Niſi concurrant urgentes conjecturæ, de quibus infra Rot. *part.* 11. *deciſ.* 40. *n.* 4

Statutum Florentinum *lib.* 2. *rubr.* 61. diſponit idem in dote confeſſata, prout in ſoluta, & numerata, Card. Tuſch. *litt. D. concl.* 784. *n.* 148. *et* 158.

Si creditores nitantur ſola confeſſione, præſertim mulier pariter in confeſſione ſe fundans, Magon. *dec. Flor.* 68. *n.* 12. Menoch. *d. præſumpt.* 13. *n.* 12. *etc. vide in* §. *Creditor n.* 3. Paul. Chriſtin. *dec.* 51. *n.* 5. *etc. volum.* 6

Item nocet dicta confeſſio, & probat quando lapſa ſunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 362. *nn.* 16. *cap.* 693. *n.* 11. Menoch. *dict. præſumpt.* 13. *nn.* 14. Rot. *par.* 2. *diverſ. deciſ.* 102. *num.* 16. Vivi. *comm. opin.* 148. ubi quanto tempore duret, Duran. *deciſ.* 428. *n.* 3. *et deciſ.* 409. *num.* 16. vide *in* §. *Creditor num.* .... ubi de reſtitutione in integrum contra hujuſmodi lapſum temporis.

Item nocet quando conſtat de parte ſoluta, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 362. *n.* 18. Duran. *d. deciſ.* 409. *n.* 21. *et deciſ.* 428. *n.* 4. Merlin. *deciſ.* 652. *n.* 9. *etc. et dec.* 718. *nn.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 212 *n.* 11. *dec.* 82. *n.* 22. *etc. dec.* 124. *num.* 11. *etc. dec.* 148. *n.* 7. *et ſeqq. et par.* 12. *dec.* 32. *n.* 9. *etc. par.* 14. *dec.* 214. *n.* 9. *etc.*

Item præjudicat quando conſtat de præcedente dotis promiſſione ante matrimonium, quia confeſſio poſteà emiſſa, etiam poſtquam maritus bona ſua aliis hypothecavit, nocet creditoribus, qui medio tempore jus acquiſiverunt, ideſt poſt promiſſionem dotis, & ante confeſſionem, cùm talis confeſſio recipiat fomentum ex præcedente promiſſione, & ad illam retrotrahatur hypotheca tàm expreſſa, quàm tacita, Bellon. *conſ.* 3. Afflict. *deciſ.* 402. Magon. *dec. Flor.* 68. *nu.* 10. Buratt. *dec.* 156. *in fine*, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 13. *n.* 21. *etc.* ubi intelligitur, niſi tempore confeſſionis magnum appareret æs alienum, Duran. *dict. deciſ.* 409. *n.* 6. *etc. et dec.* 428. *n. pr.* Altograd. *conſ.* 33. *n.* 6. *et ſeqq. per tot. lib. pr.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 342. *n.* 2. *et ſeqq. et par.* 12. *deciſ.* 80. *n. pr. et deciſ.* 126. *n.* 20. *etc. part.* 13. *deciſ.* 482. *nu.* 3.

nu. 3 et seqq. vide in §. Hypothecα nu. infr. num. 12. Tuseh. lit. D. concl. 751. et 760. per tot. Merlin. decis. 419. n. 3. ubi quod secus est si promissio facta fuerit constante matrimonio, et decis. 718. num. 1. etc. vide Rot. part. 9. recent. decis. 403. per tot. et decis. 426. et par. 10. dec. 21. n. 5. et seqq. dec. 30. n. 17. et seqq. decis. 82. n. 27. ubi quod etiam sine promissione sufficiunt aliæ conjecturæ, et decis. 148. De Luc. de Dot. disc. 72. n. 10. disc. 74. n. 2. et disc. 159. n. 43. et seqq.

Quòd præcedens promissio absque aliis adminiculis non sufficiat quando de illa constat ex sola privata scriptura, & quare, Rot. par. 10. recent. decis. 141. n. 4. De Luc. de Dot. disc. 159. nu. 44. et disc. 74. n. 3.

Sicut etiam non operatur quando eodem tempore fit promissio & confessio, & quare, Rot. part. 12. recent. decis. 126. n. 20. et decis. 296.

Item quando confessio non fuit facta ad favorem uxoris, sed tertii probat veram, & realem solutionem, Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 8. n. 8. Duran. decis. 428. n. 2. et decis. 409. n. 15. Altograd. d. consil. 33. n. 7. lib. pr. Merlin. decis. 652. n. 8. Rot. part. 9. recent. dec. 483. n. 28.

Quòd imò confessio facta etiam matri, vel fratri uxoris numerationem non probet juxta opinionem, quam Rot. servat, Buratt. decis. 108. n. 3. decis. 612. n. 2. Rot. par. 10. recent. decis. 170. n. 2. et 3. Joseph. Ludovic. decis. Perus. 66. n. 21. ubi quod est valdè suspecta, Thomat. dec. 99. n. 35. et 56. ubi quod non præjudicat creditoribus, etiam si sit facta socero, cognato, vel alteri extraneo.

Sed quòd facta favore soceri absente uxore, etiam nulla præcedente promissione probet, etiam contra tertium, si aliæ fortiores concurrant conjecturæ, Rot. par. 14. recent. decis. 214. n. 5. & seqq.

In stante diuturna præstatione alimentorum, dos præsumitur soluta, Duran. d. dec. 409. num. 22. ubi quod hæc conjectura solet potissimum à Doctoribus considerari, intelligendo tamen, prout infr. nu. 15. Merlin. dec. 652. nu. 10 & seqq. & decis. 718. nu. 4. etc. Rot. par. 9. recent. dec. 293. n. 14. et dec. 403. n. 7. et dec. 426. n. 7. etc. dec. 483. n. 29. par. 10. dec. 21. n. 10.

Item stante consuetudine, quod mulieres non soleant duci indotatæ, Duran. d. dec. 409. n. 23. Merlin. dec. 718. n. 6. Rot. par. 9. recent. d. dec. 293. n. 13. et dec. 403. n. 7. dec. 426. n. 5. dec. 483. n. 30.

Item quando creditores faterentur in positionibus, dotem fuisse numeratam, vel quando haberent solam actionem personalem, Menoch. lib. 3. præsumpt. 13. n. 17. etc. vide in §. Creditor n.....

Item quando confessio esset de re immobili etiam æstimata, Menoch. d. præsumpt. 13. n. 25. Boss. de dot. cap. 10. n. 189.

Item quod noceat creditoribus causatis post confessionem, nisi aliundè fraudis suspicio probetur, Menoch. dict. præsumpt. 13. n. 28. Altograd. cons. 33. n. pr. et seqq. lib. 1.

Quod quando est verisimilis, probet contra hæredes, & creditores etiam quoad extradotalia, Urceol. consult. forens. cap. 29. n. pr. etc. et cap. 39. n. 12. etc. de hac, et aliis pluribus vide De Luc. dict. disc. 159. de dote.

Item si pater dotem promittens erat dives, & filia unica, Merlin. decis. 718. n. 7. et 8.

Item plenè probat contra hæredes confitentis, Surd. dec. 72. n. 9. dec. 105. n. 7. Merlin. dec. 869. num. 4. Rot. par. 10. recent. dec. 82. n. 31. etc. decis. 124. n. 4. etc. decis. 148. n. 32. et seqq.

De materia confessionis dotis quando præjudicet, vel non creditoribus, & hæredibus, quomodo prædicta intelligantur, & alia, vide latè Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. & 13. per tot. Scapuc. de Salvian. lib. pr. qu. 11. Ludovis. decis. 62. & 67. cum Addit. Buratt. decis. 108. Duran. decis. 337. 409. & 428. Mohed. decis. 2. de confess. Fontanel. de pact. nupt. lib. 2. claus. 14. gloss. un. Merlin. de pign. lib. 3. tit. 2. quæst. 58. Gait. de credit. cap. 2. n. 529. & c. 4. tit. pr. quæst. 11. nu. 1715. cum multis seqq. ubi plenè Magon. dec. Flor. 68. Gratian. decis. 103. & decis. 237. Marescot. var. resol. cap. 8. Joseph. Ludovis. decis. Perus. 66. per tot. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 16. n. 121. & seqq. fol. 225. Ricc. Collect. 920. 3595. 3543. Peregr. decis. 141. Ludovis. decis. 67. 188. 173. &c. Rot. in Romana dotis 2. Martii 1635. coram Dunozetto in Noviss. par. 7. decis. 24. & in alia causa par. 10. recent. decis. 82. n. 17. & seqq. ubi etiam si non constet de promissione, & decis. 124. per tot. d. par. 10. & dec. 148. per tot. par. 11. dec. 217. Tuseh. lit. C. concl. 667. & 668. per tot. & litt. D. conclus. 748. & seqq. & plenè Camill. Borell. summ. decis. tom. 2. tit. 3. de Confess. nu. 204. & seqq. ubi facit 32. conclusiones, Mascard. de probat. conclus. 362. 363. 566. per tot. Paul. Christin. dec. 50. & 51. vol. 6. Merlin. dec. 652. ubi considerat quinque conjecturas solutionis, & decis. 718. per tot. infr. nu 32. De hac materia dotis confessatæ plura Card. De Luc. in Indic. general. verb. Dos confessata Altimar. de nullit. in Indic. tom. 5. Ansald. decis. 40. nu. 20. & decis. 80. n. 37 Idem Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 5. quæst. 47. n. 457. tom. 7.

An autem, & quando confessio dotis probet illius numerationem, vel non in præjudicium legitimæ filiorum, & aliorum creditorum, Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 17. per tot.

12 Confessio residui dotis probat solutionem totius dotis, & promissio præcedens tollit suspicionem fraudis, quæ promissio si non præcedat, præsumitur confessio in fraudem, nec futuris præjudicat creditoribus, maximè si concurrant conjecturæ, ita ut non obstet lapsus temporis, opponendæ exceptionis, imò etiam præcedente dicta promissione, potest dari de simulatione, si ex aliis contrariis, & urgentioribus conjecturæ detegatur, Buratt. decis. 108. per tot. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. ult. gloss. un. n. 31. & seqq. ad 60. ubi etiam censeatur facta in præjudicium filiorum primi matrimonii, Altograd. in Addit. ad cons. 33. sub n. 9. et 11. lib. pr.

13 Confessio facta cum juramento uxori per maritum ex alia causa quam dotis, nisi constet summam confessatam provenisse ex bonis uxoris, censetur donatio, quæ confirmatur morte, & tunc tantùm incipit vim habere quoad dominium, licèt quoad fructus retrotrahatur ad tempus factæ confessionis, & non nocet creditoribus, Pract. Papp. libel. quo ex ux. ag. ad dot. & usumfr. gloss. dedit, et tradidit n. 5. Bellon. cons. 47. n. 6. et cons. 48. n. pr.

14 Confessio de dotis augumento, non nocet creditoribus, etiam præsumatur in eorum fraudem, intelligendo de tunc temporis existentibus, in quorum præjudicium non retrotrahitur illa confessio ad tempus matrimonii, secus quo ad causatos post confessionem, ut videtur sentire Menoch. lib. 3. præsumpt. 13. n. 28. Roland. cons. 74. n. 11. lib. 4.

15 Confessio dotis facta in testamento non præjudicat creditoribus, leg. cum quis decedens, §. Codicillis, ff. de leg. 2. Sed tantùm operatur legati, vel fideicommissi petitionem, l. Lucius, §. quisquis, ff. de leg. 2. nisi esset jurata, ut in d. §. Codicillis, & auth. quod obtinet, Cod. de probat. Rom. consil. 445. n. 9. Card. Seraph. decis. 471. nu. 2. & 3. Rot. par. 2. divers. decis. 155. per tot. ubi quod talis confessio probat quando est adminiculata, & adducit sex adminicula, & benè declarat, quod adminiculum alimentationis, ut procedat, debet probari quod maritus alimentaverit uxorem tanquam dotatam, & sic cum illa qualitate dotationis, aliàs simplex alimentatio, quæ potuit procedere ex affectione conjugali, vel animo repetendi, non arguit dotem fuisse solutam, ut in d. decis. nu. 9. et seqq. Vide Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. pr. n. 526. tom. 3.

Quando confessio dotis facta in testamento, præjudicet creditoribus mariti, pulchrè Bardellon. consil. 196. per tot. lib. 2.

Quod præcedente promissione, probetur solutio dotis ex hujusmodi confessione, sicuti ex agnitione debiti per solutionem partis illius, Cavaler. dec. 451. Mart. Medic. decis. 81. per tot. cum Addit.

Et generaliter quando confessio facta in testamento probet debitum, vide Surd. dec. 250. per tot. Mascard. de probat. conclus. 359. ubi quod regulariter non probat,

bat, sed tantùm habet vim legati, quid istud importet, adde Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 16. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 14. gloss. un. par. 2. latè Vela Dissert. 42. per tot. vol. 2.

16 Confessio dotis simpliciter facta in testamento, (quamvis testator non fuerit ulteriùs progressus legando) probat, & facit dotem deberi jure legati, etiam aliter non docto de numeratione, vel solutione, Seraph. decis. 487. Gratian. discept. forens. cap. 690. nu. 4. & cap. 823. num. 1. &c. Altograd. cons. 53. n. 5. lib. 2. Surd. decis. 250. & 283. per tot. Mart. Medic. decis. 80. per tot. cum Addit. vide in §. Testator num. 2. &c. Rota p. 9. recent. decis. 403. nu. 8. Mascard. de probat. conclus. 359.

Si tamen confessio esset relativa ad aliquod instrumentum, non deberetur, nisi quatenus in eo appareret, Cravet. cons. 956. Fontanell. de pact. nupt. claus. 14. gloss. pr. par. pr. num. 27. et 28. Rot. par. 10. recent. decis. 318. num. 51. De Luc. de dot. disc. 75. per tot.

17 Confessio dotis facta uxori juveni, vel nobili à marito sene, vel ignobili, dicitur facta animo donandi, statim valet tanquam recompensativa, nec admittit exceptionem non numeratæ dotis, Clar. §. donatio quæst. 9. Gratian. disceptat. forens. cap. 498. nu. 26. et seqq. Menoch. lib. 3. præsumpt. 12. num. 4. etc. et n. 11. etc. ubi vide, et in §. Donatio num.... Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 1. n. 564. tom. 3.

Egregia enim mulieris forma, ætasque juvenilis satis opulenta dos dicitur juxta illud Ovidii, Dos est sua forma puellis, de quo Tiraquell. de leg. connub. leg. 2. n. 38. et 39. Menoch. lib. 3. præsumpt. 6. nu. 68.

Hujusmodi tamen dos cum propriè non sit talia, non habet veræ dotis privilegia, arg. l. assiduis, C. qui por. in pign. hab. Rom. cons. 445. Curt. jun. cons. 6. nu. 20. vide in §. Dos num....

18 Confessio facta in testamento, illo revocato, censetur revocata, nisi fuerit acceptata à parte præsente, vel notario pro ea stipulante, nam tunc transit in contractum, nec potest revocari, Surd. decis. 127. num. 14. et seqq. Gratian. discept. forens. cap. 116. nu. 53. cap. 586. num. 6. et 7. et cap. 751. num. 5. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 48. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 16. num. 64. etc. fol. 251. Martha de success. legal. part. 4. q. 4. artic. 2. per tot. Istè Urceol. consult. forens. cap. 21. per tot. Marcian. disp. 61. n. 13. etc. & vide in §. Contractus n. 12. latè Tusch. litt. C. conclus. 639. per tot. Castil. contr. jur. lib. 5. cap. 111. nu. 2. et seqq. Redenasch. cons. 93. Urceol. in Append. ad d. cap. 21. in fine 2. vol. Gamm. dec. Lusit. 339. et 381. Altimar. præallegat. quæst. pr. n. 532.

De confessione facta in testamento quando conferat ad probationem debiti confessati, vel ad inducendum legatum, aut donationem, an & quando præjudicet legitimæ filiorum, an afficiat hæredes, an possit revocari, sive revocata censeatur ex revocatione testamenti, & aliis ad rem, plenè Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst. 4. per tot. Rot. part. 15. recent. decis. 345. num. 10. et seqq. Vide Caprar. decis. 174. num. 8. part. pr.

Qualiter confessio emanata in testamento revocato sit attendenda quando importat recognitionem bonæ fidei, & exonerationem conscientiæ, & saltem præbeat magnum veritatis adminiculum, maximè si sit verisimilis, & aliundè roborata, Rot. part. 9. recent. decis. 384. num. 12. & seqq. & par. 11. decis. 63.

Quòd aliàs regulariter revocato testamento non operetur confessio dotis in eo emanata, Surd. consil. 169. Fontanell. de pact. nupt. claus. 14. gloss. 1. part. 12. nu. 3. et seqq. Rot. par. 10. recent. decis. 113. nu. 12. vide Mart. de success. legal. part. 4. q. 4. art. 2. per tot. Rot. post Merlin. de legit. decis. 148. ubi quando sit attendenda etiam revocato testamento.

An autem confessio debiti facta in testamento probet contra ipsum testatorem superviventem, licèt sit facta in absentia partis, vide Mascard. de probat. conclus. 359. Card. Tusch. litt. C. concl. 649. cum aliis per Genu. de verb. enunc. lib. 2. quæst. 21. nu. 14. fol. 51. Tusch. d. concl. 739. latè Rot. par. 11. recent. decis. 63. per tot. ubi plura ad sustinendam confessionem in vim probationis debiti contra testatorem, & illius hæredes, etiam dicto testamento revocato, quando dicta confessio est ad favorem piæ causæ, & in exonerationem conscientiæ, attenta æquitate canonica, quæ in causis piis in utroque foro servari debet, & habetur ista decisio post Salgad. Labyr. creditor. dec. 20. vide Fusar. de substit. quæst. 501. per tot. ubi an, & quando fideicommissum probetur per confessionem hæredis quomodocunque emanatam.

Quod confessio debiti facta in testamento valeat saltem in vim legati, quando non habet relationem ad aliam scripturam nullam, Martha vot. Pis. 123. n. 5. &c. Altograd. cons. 44. nu. 7. etc. lib. 2. Tusch. loc. cit. Cutell. de donat. tom. 2. discurs. 1. special. 17. nu. 27. Urceol. in Append. supracit. in fin. ubi quòd ideò est revocabilis, vide Rot. d. decis. 63. part. 11. recen. ubi quando non sit revocabilis juxta prædicta, Gamm. dec. Lusit. 293.

Confessio facta in testamento de centum sibi debitis à Titio, non nocet hæredi, si possit probare quod plus debeat, l. rationes C. de probat. nisi esset jurata, cùm tunc testator videatur velle eam valere omni meliori modo, & reliquum remittere, Bart. in l. ex hac scriptura ff. de donat. Everard. loc. à vi, & energ. juram. num. 27. facit quòd dixi in §. Creditor num..... & §. Testator num..... Paul. Christin. decis. 184. num. 2. &c. vol. 5. Ricc. Collect. 3393. & 3527. Altimar. de nullit. rubr. pr. quæst. pr. n. 535. tom. 3. 19

Quòd si adsit dictio taxativa tantùm videatur reliquum remissum præcipuè stante juramento, nisi probetur error testatoris, Genu. de verb. enunc. lib. 2. quæst. 22. per tot. fol. 52.

Et an dicta confessio possit revocari per hæredem docendo de errore, vide Surd. decis. 130. per tot. Hodiern. ad Surd. cit. decis. et infra in novissimis additionibus Crescin.

Confessio mulieris, vel minoris de recepto est nulla non servatis solemnitatibus statuti, ita ut si relativè ad primum chirographum nullum iterùm approbetur in testamento, cùm præsupposito validitatis non noceat, quicquid secus sit si simpliciter dispositivè, & non relativè iterùm emittatur, ut latè probat Altograd. consil. 44. per tot. lib. 2. vide in §. Obligatio num. 4. Urceol. Consult. forens. cap. 63. per tot. volum. 2. Gratian. discept. 669. num. 6. discept. 761. num. 19. & discept. 724. num. 3. Thomat. decis. 196. nu. 16. & seqq. dec. 292. num. 15. Vide De Luc. de Judic. disc. 23. num. 17., & seq. Vide Altimar. de nullit. rub. 11. quæst. 6. a num. 62. tom. 2. ubi de confessione minoris, & rubr. pr. part. 4. quæst. 38. num. 399. vers. mulieris confessio cum seqq. tom. 6., ubi de confessione mulieris & minoris Caprar. decis. 158. n. 15. part. pr. & decis. 611. num. 8. part. 2. ubi de confessione mulieris. 20

Quòd confessio mulieris, vel minoris etiam sine solemnitatibus statuti valeat, & probet quando est adminiculata, Seraphin. decis. 617. num. 51. decis. 1134. num. 3. decis. 1443.

Non tamen nocet facta à muliere non informata, idem Seraph. decis. 1453.

Nec probat ad favorem viri, licet jurata, & facta positionibus, quandiu uxor est in potestate viri detenta, nisi fuerit posita in loco plenæ libertatis ad ejus voluntatem indagandam, idem Seraph. dec. 873. n. 5.

De confessione minoris in criminalibus, Joseph. Ludovic. decis. Luc. 17. per tot. & plures allegavi in §. Minor num. pr. &c. ubi vide Mascard. de prob. conclus. 371. per tot. Latè Jovius de solemnit. gloss. 10. §. 1. à n. 28. Altimar. dict. quæst. 38. n. 452.

Confessio novi actus non inductiva, sed præcedentis actus validi declarativa, etiam facta à minore, vel muliere sine solemnitatibus statutariis, plenè probat contra confitentem, etiamsi colligatur ex verbis enunciativis principaliter tamen, & propter se prolatis, ut multorum auctoritate, docet Altograd. cons. 5. num. 4. & seqq. lib. pr. vide in §. Statutum nu. Altimar. dict. quæst. 38. n. 399. vers. verum confessio. 21

De Confessione pupilli, vel minoris sine tutoris, vel Curatoris auctoritate an, & quando probet, & sit valida, vel non, Mascard. de probat. concl. 371. per tot.

Confessio eorum, quæ pendent à juris dispositione, non attenditur si sit erronea, cùm confessio circa ea, quæ juris sunt confitenti non præjudicet; ut si quis fateatur beneficium esse Ecclesiasticum, & constet de 22

con-

contrario, vel usumfructuarium esse hæredem universalem, & proprietarium non dato cohærede, vel fideicommissarium, & similia, si postea ita non esse reperiatur ex juris dispositione *l. si post divisionem Cod. de jur. fact. ignor.* Soc. sen. *consil.* 102. *nu.* 3. *lib. pr.* Menoch. *cons.* 91. *numer.* 39. Cravet. *cons.* 29. *num.* 2. & *cons.* 48. *num.* 7. Rot. *part.* 2. *diversf. decis.* 311. *nu.* 1. Altograd *consil.* 104. *num.* 66. *lib.* 2. & *consil.* 60. *num.* 97. & 98. *lib. pr.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 2. *num.* 14. ubi concordantes allegat Fusar. *de substit. quæst.* 501. *num.* 4. &c. ubi videtur distinguere an sit facta à jurisperito, vel ab ignaro. Rot. coram Bicc. *dec.* 449. De Luc. *de Judic. disc.* 23. *n.* 5. *de Jurisdic. disc.* 12. *num.* 23.

23 Confessio debet esse de his, quæ pendet à voluntate, facto, & potestate confitentis, alioquin non suffragatur, si veritas sit in contrarium, interim tamen donec probetur ipsa veritas, statur confessioni in præjudicium confitentis, Farinac. *quæst.* 81. *num.* 63. cum aliis per Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit* 16. *num.* 53. & *seqq. fol.* 250. De Luc. *de Præem. disc.* 7. *n.* 19.

24 Confessio ut afficiat confitentem, qui possit puniri pœna ordinaria delicti, debet consistere in facto, & non in jure, nam confitens aliquid consistens in jure, sibi non præjudicat quoad pœnam ordinariam, nisi aliter verificetur hujusmodi confessio per peritos, latè Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 180. *per tot.* Farinac. *quæst.* 81. *num.* 63. Rot. *part.* 2. *diversf. decis.* 311. *nu.* 1. Pac. Jordan. *ubi supra n.* 55. *vide in §. Positio num.* & §. *Testis num.*

25 Confessio de credulitate, vel per verbum *credit* ita præjudicat sicut confessio de veritate, maximè in facto proprio, imò etiam in alieno, nisi præmittatur negativa, Soccin. *reg.* 94. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *n.* 73. *fol.* 252. facit quod dixi in §. *Testis num.*

Quòd confessio in positionibus præjudicet confitenti respectu personæ tantùm interrogantis, & probet semiplenè, & alia, Coccin. *decis.* 170. *vide in §. Positio.*

26 Confessio sanat multas nullitates, nempè ineptitudinem libelli, vel inquisitionis, & secundùm aliquos defectum indiciorum, quæ necessariò præcedere debent, quod tamen non est verum, nec sequendum, sed vide *infra n.* 47. & *in §. Inquisitio num.* 15. Vide infra *in hoc §. in novissimis additionibus* Crescin.

Sanat etiam nullitatem capturæ, & processus ob non servatum ordinem, & operatur quòd confessus possit condemnari perempta instantia, & sine processu ad pœnam extraordinariam, nisi tamen ageretur de confessione in tormentis, vel metu tormentorum, nam ista nihil supplet, de quibus, & aliis ad hoc propositum vide Farinac. *quæst.* 81. *nu.* 67. & *seqq.* Pac. Jordan. *loc. sup. cit. num.* 75. & *seqq. fol.* 252. cum aliis per eos allegatis plenè Tusch. *litt.* C, *concl.* 641. *per tot.* ubi quòd confessio judicialis probat, & operatur multa, de quibus ibidem Leoncil. *decis. Ferr.* 64. *num.* 46. & *dec.* 66. *num.* 11. & *decis.* 84. *num.* 9. *etc.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 54. *num.* 5. & *seqq.* Salgad. 4. *part. de Reg. cap.* 8. *à n.* 211., & *cap.* 13. *n.* 71.

27 Confessio de centum facta pluries diversis vicibus, & temporibus, an semper intelligatur de eisdem centum, vel aliis, ita ut multiplicentur, vel non summæ, & obligationes, Pract. Papp. *libel. pro leg. rei sing. glos.* 1. *in fine*, Menoch. *de arbitr. cas.* 213. *per tot.* Altograd. *cons.* 24. *nu.* 42. & *seqq. lib.* 1. ubi quòd ea pluralitate scripturarum non inducitur, pluralitas rerum, summarum, aut solutionum, si aliæ demonstrationes identitatem suadeant, etiamsi adesset aliqua diversitas summarum, vel temporis cùm potius error præsumatur, vide latè Tusch. *litt.* O. *conclus.* 31. *per tot.* Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 291. *n.* 5. & *seqq.*

28 Confessio de recepto facta diversis temporibus, & de diversa quantitate, licèt causa sit eadem, intelligitur de duabus distinctis quantitatibus, cùm alias una confessio esset superflua, & nihil operaretur ex quo per aliam jam erat probata solutio, quòd intellige in dubio, non autem ubi extant conjecturæ, ex quibus dignoscitur unam summam fuisse in alia comprehensam, nec quando secunda apocha fuit facta ad majorem cautelam, & ad confirmandam primam confessionem, maximè si hujusmodi duæ apochæ non sunt ejusdem speciei, sed diversæ, ut si prima erat privata, & secunda fuit publica, quæ ideò non videtur otiosa, sed addit efficaciam probationis, & non probat duas summas, fuisse solutas, sed unam tantùm, licet in hac materia non possit dari certa regula, sed recurrendum sit ad conjecturas, quarum multas latè examinat Duran. *dec.* 309. *per tot.* ubi inter alios citat Menoch. *de arbitr. d. cas.* 213. qui undecim casus distinguit, & declarat Cravet. *cons.* 208. *et* 282. Alex. *cons.* 4. *lib.* 1. Addit. ad Afflict. *decis.* 198. Paul. Christin. *decis.* 57. *num.* 29. *vol.* 5. ubi quòd confessio facta in diversis scripturis, intelligitur de diversis summis.

Et quod ubi plures apparent apochæ uno tempore pro pari summa, præsumatur una sola quantitas, Zas. *in l. si pluribus §. si eadem num.* 17. *de leg.* 1. Genu. *de script. priv. lib.* 5. *tit. de notabil. in mater. lib. rat. in rat. in fine fol.* 284. fecit quod dixi in §. *Legatum num....*

An autem, & quando confessio de recepto probet verè, & plenè receptionem, & numerationem, latè Mascard. *de probat. concl.* 361. *per tot.*

Confessio Advocati, vel Procuratoris facta positio- 29
nibus, vel aliter in judicio qualiter præjudicet domino, & quod possit illam revocare, Pract. Papp. *for. posit. glos.* 3. *cum Addit.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 3. *num.* 8. & 9. *cap.* 468. *num.* 81. & 82. *cap.* 491. *num.* 17. & 18. Magon. *decis. Luc.* 13. *num.* 9. &c. Rot. per Farinac. *decis.* 239. *num.* 10. &c. Ludovis. *decis.* 407. 460. 462. 596. & *alibi*, Seraph. *decis.* 634. & 674. Sanfelic. *in Praxi sect.* 54. *num.* 18. & *seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *nu.* 212. &c. *fol.* 126. & *tit.* 16. *num.* 153. & *seqq. fol.* 257. & *num.* 250. & *seqq. fol.* 264. Mascard. *de prob. concl.* 369. & *concl.* 381. Tusch. *lit.* A, *conclus.* 231. *litt.* C, *conclus.* 664. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 193. *n.* 2. *volum.* 2. Ricc. *Collect.* 2460. &c. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 398. *num.* 18. &c. ubi quòd potest revocari, etiam non docto de errore, latè Michalor. *de posit. cap.* 65. *per tot.* Francis. de Angelis *tract. de confess. libr.* 3. *quæst.* 1. *per tot.* Adde Em. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 23. *n.* 29. Pen. *decis.* 351. ubi Crescin. *in annot.* Caprar. *decis.* 602. *n.* 9. *part.* 2. Bellegrand. *in comp. rer. criminal. method. tract.* 7. *quæst.* 5. *n.* 21.

In terminis Statuti Florentini confessionem procuratoris præjudicare domino vigore illius Gratian. *discept. forens. cap.* 873. *num.* 4. & *seqq.*

Et generaliter quando confessio procuratoris, vel institoris noceat domino, vel non, idem Gratian. *cap.* 677. *n.* 43. & *seqq.* & *decis.* 19. *nu.* 14. *et seqq.* Magon. *decis. Luc.* 5. *num.* 25. *cum Addit.* Duran. *decis.* 368. *n.* 43. *et* 44. ubi quòd regulariter nocet etiam si desierint esse tales, facit quod dixi in §. *Societas num.* 25. §. *Dominas nu.* 32. vide Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 172. *n.* 8. & *seqq.* Mascard. *de probat. conclus.* 369. *per tot.*

An confessio debitoris principalis noceat fidejussori, vide Surd. *decis.* 218. *per tot.* Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin.

An, & quando confessio procuratoris de recepto præjudicet domino, vel non, Marescott. *variur. resolut. lib.* 2. *cap.* 93. *per tot.* ubi plures casus distinguit, vide in §. *Procurator num.* 6. Plura de hac materia confessionis Procuratoris vide apud Altimar. *de nullit. in Indic. tom.* 5. Card. De Luc. *de Judic. disc.* 23. *nu.* 29. *de Regal. disc.* 47. *n.* 5. *de Feud. disc.* 123. *n.* 14.

Confessio tutoris non præjudicat pupillo quando 30
tendit ad inducendam obligationem, quando verò esset ad liberandum, seu ad probationem præjudicaret, *l. si certum §. sed an, & ipsis ff. de confess.* Alex. *cons.* 76. *lib.* 6. Natt. *consil.* 543. *num.* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 716. *num.* 24. Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 9. *num.* 113. & *seqq.* Genu. *de script. privat. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 180. *fol.* 19. Surd. *decis.* 229. *nu.* 23. & *seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 153. & *seqq. fol.* 257. Card. Tusch. *litt.* C, *conclus.* 669. *per tot.* Leoncil. *decis. Ferrar.* 63. *num.* 9. & *seqq.* Thomat. *decis.* 156. *nu.* 23. & *seqq.* Ludovis. *decis.* 506. Francis. de Angelis *d. tract. lib.* 2. *quæst.* 12. *per tot.* vide idem in curatore, intelligendo de confessione extrajudiciali, secus autem in judiciali per modum contentiosæ jurisdictionis jubente judice facta, vel si tendat ad exonerationem conscientiæ patris defuncti, nam his

ca-

caſibus præjudicaret, & pluribus aliis modis declarat.

Quòd imò confeſsio tutoris, & ſimilium etiam de recepto, in actu voluntario, non præjudicet pupillo, vel minori niſi conſtet de numeratione, Rot. *part. 2. diverſ. deciſ. 177. num. 1.* cum aliis per Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 766. num. 36. & cap. 878. num. 3. &c.* vide Franc. Vivi. *commun. opin.* 143. Maſeard. *de probat. concl.* 370. Surd. *dict. deciſ. 229. nu. 24. & ſeqq.* Mart. Medic. *deciſ. 68. per totam cum Addit.* & latius *Exam. 43. et deciſ. 72. per tot. cum Addit.* Rot. *part. 6. recent. deciſ. 33. num. 12. et part. 13. deciſ. 153. num. 16. etc.* ubi quòd facta in inventario legitimè confecto habet vim actus judiciarii, & præjudicat, vide in §. *Solutio num.* 40. Add. Vel. *diſſert. 38. n. 71., et 72.*

Quòd præjudicet quando emanata circa actum ab ipſo tutore geſtum, & tendit ad liberandum videtur admittere, Rot. *d. deciſ. 177. num. 1. et ſeqq.* ubi etiam quid ſi ſit jurata, & adminiculata.

Quòd concurrentibus aliis adminiculis probet contra pupillos, Rot. *in Romana, ſeu Furſen. hæreditatis 30. Aprilis 1635. coram Buccabella in Noviſſ. part. 7. deciſ. 39. n. pr. et ſeqq.* & idem tenet Rot. *d. deciſ. 177. n. 4. et ſeqq. part. 2. diverſ.* Rot. *part. 6. rec. deciſ. 333. n. 2. part. 13. deciſ. 283. n. 3. et ſeqq. et deciſ. 303. n. 9.* ubi quòd confeſsio ſolemnitatibus deſtituta minori ſolet obeſſe, quoties ex adminiculis fulcita eſt, *et part. 14. deciſ. 90.*

Et generaliter quando confeſsio unius proſit, vel noceat alteri, Tuſch. *litt. C, concl. 662. cum pluribus ſeqq.* Ricc. *Collect.* 176. Eſcobar. *de Purit. 2. part. quæſt. 6. §. pr., et ſeq.*

An confeſsio criminoſi probet contra ſocium criminis, Tuſch. *litt. C. concluſ. 684. et 685. vide in §. Socius n.*

31 Confeſsio cedentis, vel ejus procuratoris poſt ceſſionem factam non præjudicat ceſſionario, *l. ſi partem §. fin. quemad. ſervit. amit.* Afflict. *deciſ. 163. n. 5.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 20. n. 29. cap. 287. n. 12. cap. 783. nu. 15. etc.* Maſeard. *de probat. concluſ. 374. per tot.* ubi declarat, & limitat Salgad. plures allegans *Labyr. credit. part. pr. c. 27. n. 63.* ubi de confeſsione receptionis debiti, quæ non nocet ceſſionario, niſi alitèr de vera ſolutione appareat, etiamſi ſimus in caſu quo cedens poſſit per veram ſolutionem ſibi factam liberare debitorem ſolventem juxta ea, quæ dixi in §. *Ceſſio nu. 28. &c.* Magon. *deciſ. Flor. 535. n. 12. etc.* ubi quòd confeſsio dicentis jam eſt annus quod recepi pecuniam ab aliquo ſub obligatione bonorum, vel ceſſiſſe jura ſua alteri, vel alteri vendidiſſe, poſtquam aliis hypothecavit, ceſſit, vel vendidit, non probat retrò in præjudicium illorum, qui ante emanatam hujuſmodi confeſsionem ab eo jura acquiſiverunt, Surd. *deciſ. 256. nu. 9.* Gregor. *deciſ. 311. n. 13. Addit. n. 20.* Rot. *part. 11. recent. deciſ. 294. n. 10.* latè Gait. *de credit. cap. 2. tit. 3. nu. 420. & ſeqq.* Maur. *de ſolut. cap. 5. n. 33. et ſeqq.* & meliùs Olea *de ceſſ. jur. tit. 8. q. 2. per tot.* ubi benè diſtinguit, & declarat *ut infra n. 65.*

Et quando confeſsio præjudicet tertio, vide Surd. *dec. 325. per tot.*

Quòd confeſsio cedentis noceat ceſſionario, ſi ſit judicialis, Aleiat. *reſponſ.* 376. Menoch. *de arbitr. caſ. 473. n. 11.* Capell. Tholoſ. *q. 119.* ubi diſtinguit, & declarat, an, & quando confeſsio cedentis poſt ceſſionem noceat ceſſionario, vel non, juxta ea, quæ dixi in §. *Ceſſio nu 37. etc.* ſed meliùs vide Cephal. *conſ. 21. n. pr. etc. lib. pr.* & alios, quos refert, & ſequitur Farinac. *quæſt. 60. n. 352. et ſeqq.* ubi quòd (quicquid alii ſentiant) veriſſima eſt opinio, ut confeſsio cedentis etiam poſt ceſſionem noceat ceſſionario, quando ceſſio eſt ad commodum cedentis, vel cedens tenetur de evictione, & eſt ſolvendo, cùm tunc contra eum retorqueatur, & maximè ſi ſit judicialis, vel aliter adminiculata, ut latiùs declaravi *infra n. 65.* Leo. *Dec. 19. Libr. pr.* Vide Caprar. *deciſ. 494. nu. 14. part. 2.* Balduc. *tit. 3. deciſ. 12. num. 3. et 4.*

An autem proſit ceſſionario, idem Menoch. *d. caſ. 473. per tot.* ubi quod non, vide in §. *Ceſſio n. 28. et §. Teſtis num.*

Quando confeſsio actoris noceat ſucceſſori, vel non, latè Tuſch. *litt. C. concl. 663. per tot.* Gait. *de credit. cap. 2. tit. 3. n. 420. et ſeqq. nu. 504. et ſeqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 3. cap. 6. §. pr. nu. 31 et ſeqq.* ubi quòd præcedens nocet, non autem ſubſequens. Vid. *Add. ad Molin. libr. 3. cap. 8. n. 3. verſ. Sexto.*

32 Confeſsio debitoris decocti ad favorem unius creditoris non nocet aliis creditoribus venientibus ad concurſum illius bonorum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 391. n. 12. cap. 489. n. 22. cap. 537. nu. 11. & c. 768. n. 7. & 8.* ubi generaliter de contractu geſto in limine decoctionis, quòd non valeat in præjudicium aliorum, Gait. *de credit. cap. 2. tit. 8. n. 2409.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 3. cap. 13. n. 17. et ſeqq.* Rot. *part. 13. recentior. deciſ. 308. n. 10. et 11. vide in §. Contractus nu. 33.* Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcen.

Quòd confeſsio debitoris ad favorem unius non probet in præjudicium alterius, niſi aliter conſtet de ipſo debito vel niſi emanaverit ante obligationem contractam ad favorem illius tertii, Bart. *in l. ſi ſuperatus ff. de pign.* Maſeard. *de probat. concluſ.* 372. Caballin. *Milleloq.* 663. Thomat. *deciſ. 202. num. 30. et ſeqq.* Genu. *de ſcript. privat. lib. 2. quæſt. pr. n. 18. et n. 19. ſol. 79.*

Noceret tamen de dote recepta quando præceſſit promiſſio, vel aliæ adſint conjecturæ dotis ſolutæ, & retrotrahitur ad diem promiſſionis, Urceol. *in Append. ad cap. pr. nu. 27. in fine poſt volum. 2.* Suar. *conſil. ſup. n. 11.* Mareſcot. *var. reſolut. lib. pr. cap. 8. num. 9. etc.* Coccin. *deciſ. 499. n. 3.* Rot. *part. 6. recent. deciſ. 335. n. 2. part. 7. deciſ. 24. n. 19. par. 11. dec. 217. n. 5. et ſeqq.* Salgad. *ubi ſupra num. 21. et ſeqq.* Rot. poſt illum *deciſ. 3. n. pr. etc.*

33 Confeſsio debiti præjudicat confitenti, & illius hæredibus, maximè lapſo biennio, & qualiter etiam præjudicet creditoribus poſterioribus, maximè concurrentibus adminiculis veræ numerationis, Altograd. *conſ. 18. n. 33. et ſeqq. lib. 1.*

Non autem præjudicat aliis non hæredibus, ſed ex jure proprio, & ex propria perſona venientibus, idem Altogr. *conſ. 104. n. 67. lib. 2.*

Qualiter confeſsio de recepto in aliis contractibus, præter mutuum, & dotem, probet ipſo jure numerationem, præcipuè ceſſante ſuſpicione fraudis, & concurrentibus conjecturis, quarum multas cumulat idem Altograd *conſ. 19. n. 3. et ſeqq. per tot. lib. 1.* ubi de cenſu vitalitio, &c. plenè Tuſch. *litt. C. concluſ. 655. et ſeqq. vide in §. Exceptio n. 43. et ſeqq.*

Quòd ubi confeſsio eſt aliis fulcita adminiculis plenè probet, etiam ad commodum, & beneficium ipſius confitentis, Rota *part. 14. recent. deciſ. 191. nu. 6. &c.*

34 Confeſsio Rectoris, an, & quando præjudicet Eccleſiæ, vel ſucceſſori, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 674. n. 18. etc. et cap. 796. num. 5. 15. et 19.* Tuſch. *litt. 6. concluſ. 669. per tot.* Ricc. *Collect.* 3132. Rot. *in Mutinen. bonorum 7. Junii* 1641. coram Veroſpio *part. 9. recent. deciſ. 27. per tot. part. 23. deciſ. 440. num. 19.* ubi quòd non præjudicat Eccleſiæ, nec ſucceſſoribus Eccleſiæ nomine agentibus, Noguerol. *allegat. 27. à n. 32.*

De confeſsione Prælati, Rectoris, vel alteriùs adminiſtratoris, an, & quando præjudicet Eccleſiæ illiuſque ſucceſſoribus, vel non, plenè Franciſ. de Angelis *dict. tract. lib. 3. quæſt. 2. per tot.* Bich. *dec. 328. n. 17.* ubi quòd voluntaria non nocet, *et deciſ. 464. n. 14.* ubi præjudicat in actu à ſe geſto, & Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 375. Barboſ. *cap. 54. nu. 20. et 21. de Elect.*

Quòd præjudicet Eccleſiæ, & ſucceſſori, quando eſt facta in judicio, præcipuè ſi habeat aſſiſtentiam, ſive præſumptionem juris pro ſe, Rot. *part. 2. diverſ. deciſ. 141. n. 4. et 6. et deciſ. 266. nu. 5.* vide Rot. *d. deciſ. 27. part. 9. recent.* Maſeard. *de probat. concluſ. 367. per tot.* ubi plura de confeſsione Prælati an, & quando præjudicet Eccleſiæ, vel non.

Quòd probet, & præjudicet ſucceſſoribus, Rot. in Florentina Decimarum 29. Januarii 1635. coram Veroſpio in *Noviſs. part. 7. deciſ. 12. n. 12. et per tot. et part. 13. deciſ. 397. n. 3.* ubi quod ſi ſit aliis adminiculis fulcita plenè probat.

Quòd

Quòd confessio Episcopi, vel alterius Prælati, si detegatur erronea non sit apta, nec ipsi confitenti, nec successoribus præjudicare, imò omnis confessio Episcopi voluntaria, nulloque jure cogente emissa nihil præjudicii Ecclesiæ, vel successoribus afferat, ne per viam indirectam concedatur id quod directè fieri prohibetur, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 115. *n.* 52. *et seqq.*

Plura, an, & quando confessio antecessorum præjudicet successoribus, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *n.* 144. *et seqq. fol.* 257. *vide in* §. *Prælatus n.* Add. ad Molin. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 3. *vers. sexto.* Rota coram Ansald. *decis.* 14. *nu.* 8. Plura De Luc. *in Indic. general. verb. confessio.*

Et quando confessio unius prosit, vel noceat alteri, Tusch. *litt. C. conclus.* 662. *per tot.* Ricc. *Collect.* 176. ubi ponit plures casus, in quibus confessio unius alteri non nocet; *Plur. relat per* Castejon. Alphab. Jurid. *verb. confessio judicialis, vel extrajudicialis n.* 9.

35 Confessio propria non potest revocari, & judicialis, ac jurata quamvis per verbum *credo* magis præjudicat, ita ut habeatur pro condemnatione, & sententia, & partes judicis in confessum non sunt nisi in exequendo, Magon. *decis. Flor.* 88. *n.* 1. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 677. *n.* 4. ubi etiam *n.* 43. quòd præpositi quando est verisimilis nocet domino, *inf. nu.* 49. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. pr. art.* 17. *n. pr. etc.* ubi intelligit de confessione judiciali, & facta ab initio, secus si præcedente libello, quia tunc requiritur sententia. Abecclef. & Crescin. *observat. forens. part. pr. observat.* 45. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 39. *n.* 60. *tom.* 6.

An, & quando confessio habeatur pro judicato, vel non, latè Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de confess. fol.* 2. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 54. *per tot.* Abecclef. & Crescin. *loc. præallegat.*

Habet vim publici instrumenti, & idem operatur, imò dicitur efficacior probatio, ita ut statuto requirente præsentationem instrumenti ad probandum debitum, dicatur satisfactum per confessionem partis Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 98. *per tot.* Joseph. Ludovic. *decis. Luc.* 5. *n.* 50. *etc.*

Quòd superet omne genus probationis etiam per instrumenta; & testes, Menoch. *de arbitr. cas.* 526. *n.* 13. *etc.* Gratian. *discept. forens. cap.* 981. *n.* 34. *et c.* 728. *n. pr. etc.* ubi de saldo computo, quod habet vim confessionis, & omnia illius privilegia, *cap.* 665. *n.* 55. *cap.* 789. *num.* 5. ubi quòd ideò error est probandus ab allegante per apertissimas probationes, ac per testes optimæ conditionis, ita ut etiam hæc qualitas testium sit articulanda, & probanda, *cap.* 870. *n.* 2. *et cap.* 890. *nn.* 26. Tusch. *litt. C. conclus.* 645. *et seqq.* ubi plura de efficacia propriæ confessionis, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 80. *n.* 28. *etc.* ubi quòd nocet etiam successoribus, Pæn. *decis.* 92. *n.* 9. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 532. *n.* 6. *et seqq.* ubi qualiter superet omnem probationem, nec admittat nisi exactissimam probationem contrariam, Deluc. *de cred. in summ. ex n.* 6. *et de Iudic. ex n.* 71. Cels. *decis.* 48. *n.* 12. Caprar. *decis.* 158. *n.* 57. *part. pr.* Crescin. ad Abecclef. *dict. observat.* 45.

Quòd confessio facta in scriptis præsumatur magis deliberata, sicut etiam confessio geminata ex intervallo, & excludat exceptionem non numeratæ pecuniæ, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 61. *per tot.*

Quid operetur geminatio verborum, vide in §. *Geminatio n...*

Et de confessione geminata, plura Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *n.* 139. *et seqq. fol.* 256. Crescin. ad Abecclef. *dict. observat.* 45. *part. pr.* Caprar. *decis.* 619. *n.* 12. *part.* 2. *decis.* 698. *nn.* 13. *ead. part.* 2. *decis.* 611. *nu.* 9. *ead. part.* 2. Ansald. *decis.* 59. *n.* 3.

Et quod regulariter de jure non admittatur probatio per testes contra propriam confessionem, Duran. *decis.* 337. *n.* 41. ubi allegat Rom. *consil.* 191. *in fine*, & Marant. *de confess. n.* 21. Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 247. *n.* 12. *et seqq.* ubi quòd confessio prævalet testibus, etiamsi forent mille.

Si tamen confessio non versetur circa factum proprium, sed alienum, super quo error cadere potest, succurritur confitenti, vel ejus successori, ut possit etiam per testes de illo docere, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 105. *n.* 9. *et* 10. Thom. Trivis. *decis.* 5. *per tot.* ubi an, & quando admittatur probatio contra propriam confessionem, vel non.

Quòd valeat confessio inter patrem, & filium quando est verisimilis, & adminiculata (quicquid aliàs non subsistat ob suspicionem prohibitæ donationis) & æquè præjudicet confitentibus, ac habentibus causam ab eis, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 335. *n.* 1. *&c.* Dec. *cons.* 96. *n.* 3.

Confessio debiti etiam judicialis, & geminata cum 36
susceptione termini ad solvendum, constito de errore non valet, nec afficit, Gratian. *discept. forens. cap.* 501. *per tot. cap.* 706. *n.* 58. *cap.* 718. *n.* 15. *facit in cap.* 662. *n.* 8. *& seqq.* ubi quando confessio noceat hæredibus, & singularibus successoribus, *et cap.* 912. *n.* 14. *cap.* 951. *nu.* 22. *&* 26. Mascard. *de probat. conclus.* 378. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 54. *n.* 35. *& seqq. per tot.* De confessione erronea vide infra *n.* 48. et pariter infra in *novissimis addit.* Crescin. Altimat. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 9. *a n.* 62. *tom.* 3. *& in Indic. tom.* 6.

Quòd confessio, etiam erronea non possit revocari post sententiam, vel post transactionem, quando non fuit appellatum, nec ubi processit ex certa scientia, vel calumniosè petitur revocari, nec ubi est jus tertio quæsitum, nec post conclusum in causa, nec ubi confessio fuit verisimilis, & adminiculata, nec ubi præcessit extrajudicialis confessio, & in similibus casibus, de quibus Francisc. de Angelis *de confess. lib.* 3. *qu.* 22. *per tot.* ubi colligit 14. casus, in quibus confessio erronea non revocatur.

Plura de confessione debiti facta in judicio, quid operetur, Conciol. cum Romag. *ad statut. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 16. *per tot.* Abecclef. & Crescin. *observat. forens. part.* 1. *observat.* 45.

Quod suscipiens terminum ad solvendum dicatur ratificare, & approbare debitum, *l. ad solutionem C. de re jud.* Rom. *cons.* 9. *in fine.*

Fallit tamen in duobus casibus, ut sit terminus fuerit susceptus per errorem, & ex falsa causa, ita ut allegans hujusmodi ratificationem debeat probare scientiam veritati causæ, vel ubicunque præsumitur alia causa, quam approbationis, ut si quis reperiatur obligatus in instrumento guarantigiato, vel obligatione camerali, quo casu etiam sequuta solutione, non inducitur ratificatio debiti, ita ut posset solutum repeti, sed præsumitur solvisse metu mandati, pulchrè Duran. *decis.* 373. *n.* 16. *& seqq.*

Confessio falsa, & erronea, veritatis substantiam 37
non mutat, potest semper revocari etiam si sit jurata, & à parte acceptata constito de errore, qui dicitur probatur statim quod apparet rem aliter se habere, Alexand. *cons.* 74. *n.* 69. *& seqq. lib.* 2. *& cons.* 104. *nu.* 63. *etc. lib.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 378. *et* 384. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 2. *tit. de confess. resol.* 1. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 54. Pac. Jord. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *n.* 258. *et seqq. per tot. fol.* 265. *infr. nu.* 48. Tusch. *litt. C, conclus.* 649. *et seqq.* Ricc. *Collect.* 174. 1031. 1824. 2204. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 27. *n.* 20. *et seqq.* ubi quòd error facilè præsumitur in senibus. Pen. & Crescin. *decis.* 298. Altimar. *de nullit. rub. pr. part.* 4. *quæst.* 39. *num.* 61. *tom* 6.

Quando tamen confessio fuit effectum sortita per transactionem, non sufficit ad illam rescindendam probare errorem, nisi probetur dolus verus, & alia, Rot. *d. part.* 9. *recent. decis.* 160. *n.* 7. *et seqq.*

Quòd quis facilius admittatur ad revocandam confessionem factam positionibus, quàm aliam, quia videtur facta ad persuasionem, & affirmationem adversarii, Pac Jordan. *d. tit.* 16. *n.* 71. *fol.* 252. vide Rot. *dict. decis.* 27. *per tot. part.* 9. *recent. et part.* 12. *decis.* 168. *n.* 15. *et seqq.* ubi de confessione emissa in inventario, quæ si erronea appareat, non præjudicat. Altimar. *loc. præcitat. n.* 62.

causis solvitur, & ab eodem coacervatim fit confessio de recepto intelligi debet facta solutio pro rata cujuslibet debiti Rocc. cap. 144. a nu. 8. Altimar. de nullit. dict. quæst. 47. num. 360. Quod tamen intellige ut declarant Rocc. & Altimar. loc. cit.

Confitens debere consequi a Titio centum non si- 80
bi præjudicat quoad alia credita Altimar. ubi supra dict. quæst. 47. n. 363.

Confessus non tenetur ad sportulas, seu salarium 81
Crescin. ad Abeccles. observat. forens. part. 1. obser. 45. n. 29.

Confessio filii probat filiationem Altimar. de nul- 82
lit. rubr. 2. & 3. quæst. 1. sub n. 40. vers. confessio filii tom. 8.

Confessio Creditoris immissi in Salviano se esse sa- 83
tisfactum de suo credito ex fructibus perceptis æquipollet notulæ juratæ, & facit plenam probationem Caprar. decis. 494. n. 13. part. 2.

Confessio litteraliter loquens de fructibus, ad aliud 84
extendi non potest Caprar. decis. 494. n. 15. part. 2.

Confessio præsentantis, & ejus auctorum circa qua- 85
litatem gentilitiam Jurispatronatus, non potest ab ipso, nec ab ejus præsentato impugnari, cùm contra ambos benè probet Caprar. decis. 619. a n. 7. part. 2.

Confessionem Partis quis allegando in Judicio, non 86
inde censetur illam approbasse Caprar. decis. 594. n. 9. part. 2. Et confessio resultans a productione Jurium quid operetur De Luc. de Judic. disc. 23. n. 7.

Confessio delicti resultat ob acceptatione illius gra- 87
tiæ, seu illius remissione De Luc. de Canon. disc. 27. n. 16. Sed confessio delicti in criminalibus non inducitur ex transactione Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 27. n. 303. tom. 4.

Alia plurima de materia confessionis quoad criminalia vide apud Bellegrand. in compend. rer. crim. methbod. Pellegrin. in Prax. Vicar. Carol. Ant. De Luc.

in

in Prax. crimin. Brunnemann. pariter *in Prax. crimin.*

Confeſſio reſtringitur ad tempus, quo emanavit Dominus meus Advocat. Cabrun. *lucubrat.* 49. *n.* 12. Intellige tamen, ut *ibidem n.* 41.

CONSILIUM AUCTORIS.

De confeſſione cedentis, an, & quando probet contra ceſſionarium ad declarationem eorum, quæ dixi ſupra hoc §. *Confeſſio n.* 31.
Et de extinctione cenſus reſultante ex reſtitutione pretii illius abſque retrovenditione, vel inſtrumento ad declarationem pariter eorum, quæ dixi in §. *Cenſus n.* 25. *& n.* 56.

D. Silveſter Blandinus de Mutiliana cum eſſet creditor (ut prætenditur) perilluſtris, & Excellentiſſimi q. D. Petri Franciſci de Baldis Mutilanenſis de quodam capitali cenſus, recepit ab eodem ſub die 26. Novembris 1648. ſummam pecuniarum pretio dicti cenſus æquivalentem, & paulo poſt convenit, & declaravit ſe habuiſſe, & recepiſſe dictam ſummam pro pretio, & extinctione ejuſdem cenſus, ut conſtat ex ſcriptura ab eodem D. Silveſtro ſubſcripta, & ſufficienti numero teſtium roborata ſub die 14. Februarii 1656. & eadem die formiter recognita per rogitum egregii D. Hieronymi de Boſiis N. P. F. ac per poſitiones datas perilluſtri, & Excellentiſſimo D. Laurentio de Baldis dicti D. Petri Franciſci filio, & hærede, & juramento judiciali à dicto Silveſtro confeſſatas ſub die 18. Januari 1666. coram D. Prætore Mutilianæ, ac inſuper per plures ejuſdem D. Silveſtri litteras diverſis temporibus Domino de Baldis ſcriptas ſemper idem confirmantes.

Poſtea ſub die 16. Novembris ſubſequentis anni 1649. idem D. Silveſter fortè immemor dictæ receptionis pretii, & extinctionis dicti cenſus illum inadvertenter, & inconſideratè, inter plures alios cenſus, ceſſit (ut aſſeritur) egregio Domino Guerrino de Donis Civi Florentino ejus avunculo cum promiſſione evictionis, manutentionis, & defenſionis in forma.

Modò (vita functis prædictis Dominis de Baldis) idem D. Guerrinus ceſſionarius nunquam dictæ ceſſionis facta legitima aliqua intimatione nec lite conteſtata, nec aliqua unquam parte prætenſi crediti recepta juxta requiſita, & formam *l.* 3. *C. de novat.* inſurrexit contra hæreditatem prædicti D. Laurentii de Baldis ultimo loco defuncti ſub die 8. Septembris 1671. prætendens dictum cenſum, & fructus hucuſque decurſos, & decurrendos.

Verùm ego primo ex debito charitatis, conjunctionis ſanguinis, & officii mihi injuncti, & poſtea tanquam legitimus defenſor D. Guidi Antonii filii mei hæredis ſubſtituti, cùm caſus ſubſtitutionis ad ejus favorem evenerit, re maturè diſcuſſa nullum jus fovere contra dictam hæreditatem, ſed tantùm contra D. Silveſtrum cedentem, & auctorem ſuum, omnibus perpenſis conſtanter exiſtimo.

Certiſſimum eſt enim quod extinctio cenſus poteſt fieri abſque retrovenditione expreſſa, & reſultat eo ipſo quod debitor cenſus ſolvit, & reſtituit integrum illius pretium creditori, prout fecit Dominus de Baldis, quia cùm ſtet per eum, qui tenetur retrovendere, & ipſe ſit in mora retrovendendi poſt receptum pretium habetur retrovenditio pro facta, & ſtatim ceſſant fructus ad favorem creditoris cenſus, & acquiruntur debitori, qui pretium reſtituit, hocque nullam habet difficultatem, quod debitor ſtatim remanſerit liberatus, quando prout in caſu noſtro emptor, & Dominus cenſus non ſolùm dimiſit venditori, & debitori cenſus rem ipſam cenſitam, & non petiit amplius fructus, ſed etiam poſtea declarando factum antecedens, & legis operationem expreſsè liberavit, & quietavit olim debitorem ſuum, ut optimè probat Boccac. *de Cenſ. par.* 2. *num.* 94. *n.* 130. *& n.* 204. Felician. *eodem tract. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 22. Rot. poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 273. *& dec.* 528. *nu.* 9. Merlin. *deciſ.* 463. *n.* 16. *tom.* 1.

Neque fuit neceſſaria aliqua inſtrumenti confectio, quia ſicuti cenſus rectè probari poteſt non ſolùm per inſtrumentum, ſed quodcunque aliud genus legitimæ probationis [non obſtante Bulla Pii V. quæ videbatur contrarium annuere) latè tradita per Cenc. *de cenſ. q.* 43. *num.* 7. *& ſeqq.* Leotard. *de uſur. q.* 58. *num.* 18. *& ſeqq.*

Ita & multò magis illius extinctio poteſt quocunque probationum genere probari ad tollendam obligationem, & inducendam liberationem debitoris, ut benè arguit Salgad. *Labyrint. credit. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 141. *& ſeqq.* Cenc. *de cenſ. quæſt.* 112. *nu.* 10. *& ſeqq. per tot.* & caret omni dubitatione, cùm juxta veriorem, & magis comunem opinionem, cenſus, & illius extinctio non ſit de caſibus ſcripturam pro ſubſtantia, ſed tantùm ad faciliorem probationem requirentibus, licèt illam, & geminatam ex abundanti in caſu noſtro habeamus, ut ſupra.

Indubitatum eſt etiam quod dictus D. Silveſter non ſolùm potuit extinguere cenſum prout fecit per receptionem pretii ut ſupra ante ceſſionem, cùm in re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mand. cum ſimilibus.* Sed etiam idem facere potuiſſet poſt ceſſionem, cùm exercitium directarum, actionum ſemper penes eum remanſerit, & ſic Dominum de Baldis liberare, ſaltem quouſque D. Guerrinus ceſſionarius legitimè, & ſolemniter non intimavit ceſſionem Domino de Baldis prætenſo debitori ceſſo, cum proteſtatione ne ſolveret cedenti, vel litem non fuit conteſtatus, vel partem crediti ceſſi non recepit, juxta *l.* 4. *cum ibi notatis per DD. Cod. de novat.* Neguſ. *de pignor. part.* 2. *memb.* 3. *nu.* 26. *& ſeqq.* Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 67. *n.* 6. *&c. & quæſt.* 109. *n.* 33. *& ſeqq.* ubi de extinctione, quæ fieri poteſt ab emptore cenſus, etiam poſt ceſſionem alteri factam, Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 137. *vol.* 1. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 239. *n.* 1. *&c. part.* 11. *dec.* 44. *n.* 15. *& deciſ.* 245. *n.* 3. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 260. *verſ. infertur tertiò.*

Ex quibus colligitur quòd re integra, & ceſſantibus dictis requiſitis poteſt cedens non obſtante ceſſione alteri facta exigere, tranſigere, & quocunque modo diſponere, ac debitorem ceſſum liberare in præjudicium ceſſionarii, cui ipſe ſolus cedens remanet obligatus ad illum de proprio indemnem conſervandum, & ſibi imputet ceſſionarius ſi non uſus fuit remediis à jure paratis, vel non benè informatus contraxit, & tantò magis in caſu noſtro, in quo, ut dixi extinctio erat facta ante ceſſionem.

Quæ quidem concluſio procedit licèt de ſolutione non aliter conſtaret, quàm per aſſertionem ipſius cedentis, quia licèt confeſſio cedentis non probet pro ceſſionario ratione proprii intereſſe ipſius cedentis, qui eſſet teſtis in cauſa propria, tamen probat plenè contra eumdem ceſſionarium, etiam ſi emanaverit poſt ceſſionem alteri factam, præſertim quando eſt judicialis, vel geminata, ſine aliis præſumptionibus veritatis, vel confeſſionibus extrajudicialibus adminiculata, vel ceſſio facta fuit ad commodum cedentis, vel cedens tenetur de evictione jurium ceſſorum, quæ omnia caſui noſtro conveniunt, & faciunt ceſſare omnem fraudis ſuſpicionem (ob quam nonnulli contrarium ſentiunt) cùm hujuſmodi confeſſio, & aſſertio redundet in damnum ipſius cedentis, qui de evictione tenetur, ac ideò probat etiam contra ceſſionarium, qui habet regreſſum contra cedentem cum quo contraxit, & ita omnes tenere, ac veriſſimam eſſe opinionem teſtantur inter alios Cephal. *conſ.* 21. *n.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 473. *n.* 11. Farinac. *de teſt. quæſt.* 60. *illat.* 12. *nu.* 352. *& ſeqq. per tot.* Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *n.* 427. *& ſeqq.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 15. *n.* 16. Rot. *par.* 1. *diverſ. deciſ.* 453. *n.* 4. *&c. par* 9. *recent. deciſ.* 322. *n.* 4. *& ſeqq. tom.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 169. præcipuè cum dictus D. Silveſter ſit nepos D. Guerrini, fuerit illius adminiſtrator, & maxima amicitia conjunctus, cum Domino autem de Baldis nulla qualitate affectus, quæ omnia magis emicare faciunt veritatem dictæ confeſſionis, quam aliàs non emiſiſſet in præjudicium avunculi amici, & domini ſui.

Et hanc quidem veritatem ſolutionis pretii dicti cenſus factæ ante ceſſionem ſciens, & prudens agnovit

vir D. Guerrinus, dum habita de illa notitia fatetur in suis litteris fuisse deceptum à dicto D. Silvestro, & sic in facto etiam ex confessione, & recognitione debitoria D. Guerrini redduntur omninò indubitatæ prædictæ geminatæ confessiones D. Silvestri; qua solutione admissa ex prædictis, nescitur quomodo post cursum viginti annorum, & ultra possit ex hac causa molestari hæreditas Domini Laurentii de Baldis, nisi fortè credatur omni auxilio destituta, *sed Dominus custodit veritatem in sæculum, facit judicium injuriam patientibus, pupillum, & viduam suscipit, &c. prout in Psalm.* 145.

Nec quidquam faceret si modo allegaretur dictum Silvestrum non esse solvendo, quia fortè objectum procederet si fuissent servata requisita *d. l. 3. C. de novat.* & illis non attentis Dominus de Baldis postea cedenti solvisset, sed cum solverit non tantùm ante dicta requisita, imò ante cessionem D. Guerrinus sibi imputare debet si cum parum fideli contraxit, vel dum erat solvendo ab initio fuit negligens in exigendo, ut simili de incuria ipsius cessionarii in exigendo à debitore cesso, tradunt DD. relati à Mangil. *de evict. quæst.* 78. *& alii*.

Quæ quidem negligentia fuit adeò crassa, & supina (ne dicam dolosam) ut (salva integritate D. Guerrini) arguat re ipsa collusionem, & dolum inter avunculum, & nepotem, dominum, & administratorem, nam cùm ex causa suæ administrationis idem D. Silvester nepus esset creditor ejusdem D. Guerrini plurium notabilium summarum, obtinuit à dicto D. Guerrino pro sua satisfactione retrocessionem plurium eorundem censuum à dicto D. Silvestro anteà eidem cessorum, & sic poterat, ac debeat D. Guerrinus ad dictum computum retrocedere eundem censum sibi contra Dominum de Baldis cessum, & jam à dicto D. Silvestro extinctum, vel aliter compensare, & non collusivè, ut ex qualitate facti satis apertè colligitur, reservare molestiam contra Dominum de Baldis, & modò contra illius hæreditatem; quæ ideò molestia ex prædictis injusta, & repellenda clarè dignoscitur, ac potiùs tribuere occasionem reconventionibus contra eundem D. Guerrinum pro aliquibus creditis Dominorum de Baldis ex causa patrociniorum, rogituum, copiorum instrumentorum, expensarum, & hujusmodi, quæ hucusque sub silentio transierunt, licèt in libris Memorabilium eorumdem DD. de Baldis adnotata reperiantur, & fuerint etiam deducta in reprehensionem ad quandam intimationem paucis annis, vel mensibus factam.

His itaque, ut suprà pro veritate firmatis, extranea, somniata, & conficta apparent omnia exadverso allegata. Non enim sumus in concursu creditorum, neque in simplici apoca privata, vel actu voluntario, & gratuito, nec in verbis enunciativis, sed in quæstione quando cedentis confessio noceat cessionario, in verbis dispositivis dependentibus à voluntate, & potestate contrahentium, ac in positionibus judicialiter datis, & confessatis, quæ confessio non dicitur voluntaria, nec gratuita, sed omninò necessaria, & plenè probat contra cessionarium, etiam si post cessionem emanasset, quando aliquod ex requisitis *l. 3. C. de novat.* solemniter non intercessit, ut præter alios supracitatos in terminis confessionis emanatæ ad positiones probat, & verissimam opinionem profitetur Alphons. Olea *tract. de cess. jur. titul.* 8. *quæst.* 2. *n.* 41. Sanfelic. *decis.* 169. ubi quòd ideò cedens tenetur respondere positionibus conventi.

Neque obstat, quòd DD. allegati loquantur, & ego intellexerim de cessione facta ad commodum cedentis, & non cessionarii, quia ultra quod Olea *loc. cit.* & alii licèt obscurè loquuntur etiam in cessione ad commodum cessionarii, vel indistinctè, quando confessio fuit necessaria, judicialis, verisimilis, & jurata prout in nostro casu. Si vera esset distinctio (sicuti veriorem credimus) intercessionem factam ad commodum cedentis, & factam ad commodum cessionarii, ad effectum ut confessio præjudicet, vel non cessionario, adhuc veritatis firmatorum remanet inconcussa pro parte nostra, quia verè sumus in cessione facta ad commodum cedentis, & non cessionarii, in quibus terminis scribens ex adverso dat manus victas.

Ad cognoscendum enim an cedentis, vel cessionarii commodum respiciat cessio, debet attendi cujus periculo sit facta, nam si sit facta periculo cedentis, ut quia cessionarius, si debitum cessum consequi non valeat, regressum habet contra ipsum cedentem, ut in casu nostro, tunc absque dubio cessio dicitur facta ad commodum cedentis; & ad commodum cessionarii si esset facta periculo ipsius cessionarii, & cedens plenè remansisset liberatus, & non tenetur de manutentione crediti cessi, quod non fuit conventum in nostro casu, sed contrarium ut supra, ac ideò cessio ista remanet ad commodum cedentis, cùm ejus sit commodum, cujus est incommodum, juxta *leg. secundùm naturam, ff. de reg. jur.* Sforz. Odd. *in l.* 3. *quæst.* 2. *vers. ad quartum, Cod. de novat.* & ita post plura uno verbo concludendum dicit Olea *d. tract. tit.* 8. *quæst.* 2. *n.* 10. & supponunt alii supra per me citati, quicquid nonnulli diversimodè, & confusè loquentes aliter sentire videantur, quibus satisfacit Olea *loc. cit.*

Stante autem cessione ad commodum cedentis, simplicem scientiam non sufficere, sed formalem, de qua in *d. l. 3. C. de novat.* esse necessariam, ut debitor solvens cedenti, vel aliter cum eo paciscens post cessionem non liberetur, etiam per simplicem confessionem notat Neguf. *de pign.* 2. *membr.* 3. *nu.* 27. Ursil. ad Afflict. *decis.* 335. *n.* 18. & de veriori, & receptiori opinione plures allegans testatur idem Olea *d. titul.* 8. *quæst.* 2. *n.* 17. 18. *&* 24. qui quòd cedens non solùm potest agere, vel exigere à debitore cesso in præjudicium cessionarii, sed etiam transigere, confiteri, pacisci, vel liberare post cessionem, ita ut tale pactum, confessio, vel liberatio noceat cessionario, qui solùm habet regressum contra cedentem ipsum.

Si igitur sumus in casu, quo confessio cedentis plenè probat contra cessionarium, maximè quia jurata est, & geminata per plures actus, nempè per dictam scripturam facti præcedentis declaratoriam, per positiones, & per litteras, junctis aliis adminiculis, & verisimilitudinibus supra enunciatis, quæ tanquam naturales non possunt per fictiones tolli, jam manifestè constat de veritate solutionis pretii dicti census, & illius extinctione in manibus D. Silvestri cedentis ante cessionem factam, licèt potuisset fieri etiam post cessionem, non interveniente aliquo ex requisitis *d. l. 3. C. de novat.* ut dictum est, & in terminis terminis decidit Cenc. *de Cens. quæst.* 109. *n.* 33. ubi juncto *num.* 31. *&* 32. loquitur etiam si extinguens, vel retrovendens censum non esset amplius illius dominus ob cessionem, vel venditionem alteri factam in amplissima forma, & cum clausulis abdicativis omnium actionum, vel reddentibus illas inefficaces apud primum emptorem, nam licèt essent inefficaces quoad eum, & sic quoad dominium census, tam debitor hoc casu ob actionem, & libertatem, quam habet redimendi, & extinguendi censum quandocunque ad libitum suum non habita solemni, perfecta, & plena scientia cum omnibus suis qualitatibus per unum ex requisitis *dict. l. 3. Cod. de novat.* cessionis, vel venditionis census alteri factæ, potest se liberare solvendo, vel aliter paciscendo cum suo primo creditore, cui primo loco venditus fuerat census, & valida est redemptio, & extinctio illius tanquam facta ab eo, cui census venditus fuerat, licèt tempore revenditionis non esset amplius illius dominus, per text. *in l. filius, Cod. de pact.* ubi DD. Surd. *decis.* 60. *num.* 8. *& cons.* 43. *n.* 2. *lib.* 1. Rot. post eundem Cenc. *de Cens. decis.* 292. *num.* 6. *& seqq. decis.* 266. *in princip. & decis.* 513. *in fine* Olea *de Cess. jur. tit.* 1. *quæst.* 8. *num.* 45.

Et sic objectum de inefficacia actionum penes Dominum Silvestrum tempore extinctionis census, & contrarietas mihi imputata (ex his, quæ aliàs scripsi in *resolut. cap* 8. *nu.* 32. & iterùm approbo in suis terminis) ex confusione, & ignorantia terminorum, omninò prosternitur.

Primò, quia vel sit speciale in censu, ut possit extingui ab eo, cum quo debitor primò contraxit, licèt non esset amplius illius dominus ex prædictis.

Secundò, quia vel non docetur nos versari in casibus,

bus, in quibus actiones penes cedentem remanserint inefficaces, & regula stat in contrarium.

Tertiò, quia cùm ut dixi constet de solutione, & extinctione dicti census ante cessionem factam D. Guerrino, tantùm abest, ut tunc temporis non potuerit D. Silvester extinguere censum, cùm verè esset illius dominus, & possessor, ut potiùs retorqueatur contra eundem Dominum Guerrinum, cui non potuit justè vendere, vel cedere jura census jam redempti, & extincti, ad Oleam *de cess. jur. titul. 6. quæst. 8. n. 4. &c.* & per compensationem, quæ ad impediendum cursum usurarum facta fuit ipso jure, etiam in præjudicium creditorum anteriorum, & tantò magis futuri cessionarii ad Rot. *part. 9. recent. decis. 183. decis. 409. num. 19. seqq.* & post Merlin. *de pign. decis. 107. num. 10.*

Et compensatio, quæ poterat opponi contra cedentem, obstat etiam cessionario cum declarationibus, de quibus Gratian. *discept. forens. cap. 356.* Thesaur. *decis. 221.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 3. cap. 6. nu. 20. & seqq.* Olea *de cess. jur. tit. 9. qu. 11. n. 22. & seqq.*

Nec dubitari potest de dicta solutione pecuniæ facta à Domino de Baldis dicto D. Silvestro, quia (ultra prædicta) de illa constat etiam per partitas librorum legalium dicti D. de Baldis, qui quidem libri, maximè quando mortuus est scriptor, & concurrentibus aliis adminiculis plenè probant solutionem etiam ad favorem scribentis, & ejus hæredum, Magon. *decis. Flor. 95. num. 14.* Maur. *de solut. cap. 4. nu. 36.* Marc. Medic. *decis. Senen. 88. per tot. & Exam. 53. num. 63.* latè Rot. *part. 10. recent. decis. 225. per tot.*

Et ideò D. Guerrinus injustè vexaret hæreditatem D. de Baldis, ut parcat D. Silvestro suo nepoti, cum quo collusisse dubitari posset ex præfatis. Salvo, &c.

Marcus Antonius Sabellus J. U. D.

Prædictis allegationibus visis, & consideratis per præfatum D. Guerrinum de Donis, illis summa prudentia, & integritate acquievit.

§. CONFINES, ET CONFINATUS XXXVI.

1 CONfines agrorum qualiter, & quomodo probentur, & actio præscribatur, latè Sperel. *decis. 178. per tot.* Cardin. Tusch. *litt. C. concl. 963. cum pluribus seqq.* ubi multa in materia confinium, Paul. Christin. *decis. Belgic. 183. 184. & 185. volum. 2.* Ricc. *Collect. 3410. 3411. & 3763.* Arismin. Tepat. *var. sent. titul. 553. per tot.* Bertachin. *in repertor. verb. Confines*, Hieronymus de Monte *tractat. de finibus reg. per tot.* Rot. *part. 14. recent. decis. 229. num. 10. & seqq. decis. 232. decis. 387.* & pleniùs *decis. 520. per tot.*

Quando fovea possit deservire pro confine, & cujus esse præsumatur, vel an communis, Rot. *part. 9. recent. decis. 462. & decis. 477. &c. part. 14. decis. 520. num. 75.* Valenzuol. *cons. 100. sub n. 5. & 6.*

Qualiter confines separent, & distinguant rem confinatam, non sint idem cum re confinata, novi debeant concordare cum antiquis, & alia, Rot. *p. 6. recent. decis. 236. & 286. & part. 14. decis. 229.* Rot. *coram* Merlin. *dec. 600. n. 9. & dec. 635. n. 3.*

De probatione confinium per instrumenta, vel alias scripturas, per testes, famam, præsumptiones, indicia, libros antiquos, privilegia, lapides, custodiam, clausuram, vias, & hujusmodi, plenè Mascard. *de probat. conclus. 393. & seqq. ad 404.* Thomat. *decis. 131. n. 1. & seqq.* Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst. 26. nu. 21. & seqq.* Hieronym. de Monte *tract. de finibus regund. per tot.* Rot. *loc. sup. cit.* Confinium probatio à quibus pendeat Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap. 29. sub n. 15. circa finem.* Probantur ex catastro concurrentibus adminiculis Ansald. *decis. 92. n. 25.* Ad probationem confinium sufficiunt conjecturæ, & adminicula Palm. nep. *decis. 410. num. 13. tom. 5.* Quomodo probentur confines, & termini, latissimè Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 15. à n. 149. cum plurimis seqq. tom. 4.* Card. De Luc. *de Judic. disc. 24. à n. 10.*

Qualiter, & quibus spatiis dismissis, possit plantari, vel ædificari propè domum, vel fundum vicini, dixi in *§. Lex fin. ff. fin. regund.*

Plura quomodo probentur confines, & termini, & quibus pœnis afficiantur illorum motores, turbatores, & amotores, vide Menoch. *de arbitr. cas. 393.* Bonifac. *de furt. §. 9. nu. 62. & seqq. ad 92.* Oinot. *in §. Quædam actiones Institut. de act. fol. 448.* Farinac. *quæst. 168. part. 5. per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 17. num. 347. & seqq. ad 361. fol. 289.* Tusch. *litt. C. concl. 700. per tot. cum aliquibus antecedentibus, & seqq.* Christin. *loc. sup. cit.* Coccin. *dec. 460.* ubi qualiter probentur Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 553. per tot.* Caldas Pereyra *de empt. & vendit. cap. 21. per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 6. rubr. 14. per tot. & rubr. 42. & 43. per tot. vide* Petr. Gregor. Tholos. *in sim. jur. univer. lib. 39. cap. 13.*

Quid contra terminorum motores disponat Statutum Florentinum *lib. 3. Rub. 169.* dixi *in Pract. §. Confini, num. 14. fol. 102.*

Confinatus dicitur, qui per sententiam Principis, vel judicis fuit in loco certo condemnatus, si rumpat qua pœna puniatur, & an possit impunè offendi, Tusch. *litt. C. conclus. 690. cum duabus seqq. & litt. B. concl. 18.* vide in *§. Banniti nu. 27. & §. Exilium*, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 3. tit. 5.* ubi plura de relegatis, & deportatis, Bertachin. *in Repert. verb. Confinati*, Novat. *in Prag. Regn. Neap. Collect. 202.* Franch. *decis. 740.* 2

De confinato, vel relegato fugiente à loco confinii, vel relegationis, qua pœna sit puniendus, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 3. §. 2. ad. 6. num. 69. & seqq.* ubi quatuor distinguit casus, nempè si tempus sit minus quinquennio, duplicatur; si plus quinquennio, vel minus decennio pariter duplicatur, licèt alii teneant condemnandum in perpetuum: si sit per decennium efficitur perpetuum, si sit in perpetuum, aliqui tenent non observantem esse condemnandum in pœnam mortis, alii mitiùs in pœnam triremium, nisi aliter sit expressum in comminatione.

An Confinati ad vitam in triremibus sive sæculares sint, sive Religiosi possint tuta conscientia fugere, & animum fugiendi habere quotiescunque potuerint, ita ut hanc voluntatem retinentes possint à Confessario absolvi, contrarias opiniones refert Dian. *part. 2. tract. 27. resol. 39.* ubi ipse Affirmativam sequitur.

An teneantur remigare, vide in *§. Condemnatus, num. 10.*

An condemnati ad pœnas exilii, carceris, & hujusmodi teneantur illas subire, & exequi, idem Dian. *part. 3. tract. 6. resol. 79.* Sanch. *libr. 6. consil. cap. 4. dub. 19. ubi an mortalitèr peccent.*

Confinatus non in certo loco determinato, sed extra aliquem locum indeterminatè, veluti extra patriam suam (quæ condemnatio posset magis propriè exilium nuncupari,) & prout sæpè in delictis levibus servari solet in statibus Etruriæ, condemnando in confinium extra Capitanatum, vel Commissariatum, vel Podesteriam suæ habitationis per aliquod tempus, non arctatur hujusmodi confinium in alio loco eidem Principi subdito servare, sed potest illi satisfacere etiam extra statum Principis condemnantis, & sic in alienis statibus, dummodò posteà legitimè doceat de observantia per debitas resignationes cùm sufficiat abesse à loco, à quo jussus fuit exulare, & interpretatio sit facienda in favorem rei, ut ipse in hujusmodi casibus possit eligere locum, quidquid secus sit quando est confinatus in certo loco, quia tunc tenetur ibidem servare nec sibi suffragatur etiamsi per longius tempus abesset à patria, quamvis etiam in primo casu quandoque fuerit servatum, confinium extra statum non prodesse condemnato, ut suprà, sed erroneè, ut mihi nunc videtur per prædictas rationes, quæ possent etiam juribus comprobari, & ita in facti contingentia fuit decisum per Magistratum DD. Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ, & approbatum à Serenissimo Magno Duce sub die 4. Septembris 1670. in quadam causa ad participandum transmissa per Curiam Castiglionis de Terziero contra Sanctinum Julii de Baldassinis, ut constat in filcia Negotiorum dicti Magistratus *n. 4341.* facit quòd dixi in *§. Exilium, n. 4.* Bertachin. *in Repert. verb. Confinati.* 3

An sit onus condemnati probare observantiam, vel

fisci

fci probare inobservantiam, dixi in §. *Negativa n. 6.*

4 Confinatus, vel relegatus ad quinquennium, vel aliud tempus, illo finito potest liberè redire ad Civitatem absque licentia superioris, quia ultima dies ipsa licentiat, Bald. *in proœm. ff. §. hæc autem tria*, Cremens. *sing.* 48. Bald. *cons.* 34. *vol.* 1. Foller. *in Pract. crim. cap.* 33. *n.* 102. Tirsquel. *de retract. convent. §.* 1. *glos.* 2. *n.* 46. *& seqq.* Corbul. *de emphyt. tit. de caus. privat. ob temp. finit. num.* 7. & 8. Bertachin. *in Repert. verb. Confinati*, ubi alia plure de confinatis habentur. Ricc. *collect.* 2281. *part.* 6.

Quòd Confinati, adimpleto tempore confinii debeant procurare cancellationem fuit iterùm resolutum per eundem Magistratum DD. Octo sub die 4. Februarii 1677. in causa contra Joannem Zerbonum, ut in negotio approbato à S. C. S. in filcia *sub num.* 228.

Solent tamen, & debent confinati, etiam adimpleto, & finito tempore confinii, se præsentare judici, qui condemnavit, vel aliis Ministris secundùm consuetudinem locorum, ad ostendendum de observantia, & obtinere decretum cancellationis eum solutione solitæ mercedis, ne possint amplius sub prætextu inobservantiæ ab executoribus molestari, & ita passim vidi servari Florentiæ, & in specie omnia, ut supra sub hoc numero contenta, me proponente resolvit Magistratus Dominorum Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ de Mense Novembris 1672. in causa Jo. Pietri Pientini de Prato veteri.

5 Confinatus, vel exulatus excusatur ob inobservantiam confinii, vel exilii, si recesserit, ut ægrotantes parentes, vel consanguineos visitaret, vel etiam affines, vel persequendo servum fugientem, vel ex alia hujusmodi justa causa, etiam levi, & amoris gratia, cùm etiam injusta causa excuset à contemptu, *l. qui cum uno testiculo, ff. de re milit. glos. in l.* 9. *§. fin. in fine, ff. qui satisd. cog.* Felin. *in c. cùm quidam extra de jurejur.* Giurb. *cons.* 47. Sanfelic. *dec.* 255. ubi sic judicatum refert, limitando tamen in milite, qui ex dictis causis deserendo militiam non excusatur ad Crispol. *cons. milit.* 9. *num.* 19. quæ benè sunt notanda pro defensione inquisitorum de inobservantia Confinii, vel exilii, qui plures in dies sunt, licèt non ita de facili obtinere existimem ad omnes prædictas causas, nisi fuerint benè probatæ penes judicem propitium, & rursus prædictas excusationes approbat idem Sanfelic. *dec.* 343. cum Addit. pluribus similibus adductis, & Addit. ad eundem Sanfelic. *decis.* 385.

Quòd confinatus excusetur, etiam si causa voti persolvendi discedat à loco confinii, vel etiam à carcere, Hippol. *singul.* 149. Tepat. *var. sentent. titul.* 33. *cap.* 1. *vers. voca*, sequitur alias etiam excusationes adducens Conciol. *resol. crimin. verb. Confinatus*, *resolut. unic.* Novar. *de gravam. Vassal. gravam.* 73. & 74. Zuff. *de legit. process. in Annot. ad Constit. Barber. nu.* 137. *& seqq. fol.* 394.

An autem exulatus dicatur frangere exilium manendo in Ecclesia, vèl alio loco immuni patriæ, à qua fuit exulatus, vide in §. *Exilium n.* 4. Jul. *Capon. tom.* 4. *discept.* 265.

Vel transeundo per locum prohibitum non animo permanendi, Novar. *in Prag. Reg. Collect.* 113. *num.* 4. vide §. *Exilium, num.* 7.

6 Confinatus, vel relegatus, si efficiatur Clericus, & discedat à loco confinii, non potest pro hoc novo delicto fracturæ confinii puniri à primo judice laico, qui illum condemnavit, sed à secundo suo judice competente, cùm agatur de novo delicto, & nova conditione personæ, Franch. *decis.* 395. & alibi, ut dixi in §. *Delinquens, nu.* 4. *in fine*, Cabal. *cas.* 108. Novar. *in Pragm. Neap. Collect.* 202. *n.* 5.

7 Confinatus si ob inobservantiam fuerit in aliam pœnam sibi comminatam (ut fieri solet) damnatus, vel declaratus incursus, & gratiam obtinuerit de ista nova pœna inobservantiæ, non indiget pace, neque remissione partis offensæ ex primo delicto, pro quo fuit confinatus, cùm ex dicta inobservantia nullus privatus sit offensus, & pro primo delicto suam habeat pœnam, ut pluries decisum refert Sanfelic. *decis.* 320. quod est notandum cùm sæpè contingat, & pluries fuerit dubitatum, ac diversimodè observatum, Zuff. *in Annot. ad Constit. Barber. nu.* 136. *fol.* 394. *post d. tract. de legit. process.*

De confinibus agrorum, ac de confinatis, & relegatis, Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *verb. Confin. fol.* 309. ubi indicat Auctores materiam tractantes, & in *verb. fines, fol.* 394. & Castejon. *in Alphab. jurid. verb. fines.* De Confinibus vide Card. De Luc. *in Indic. general. verb. confines & alibi* Mantiss. ad eundem De Luc. Bertachin. *in vot. decis.* Palm. Mans. & alios modernos. 8

Quibus privilegiis gaudeant habitantes in confinibus inimicorum, Solorzan. *lib.* 12. *Polit. cap.* 20. relatus à Castejon. *in verb. Confine.*

Confinibus fundi designatis quid in dispositione 9
compehensum sit, intelligitur Pen. *decis.* 217. *n.* 4.

Diversitas confinium demonstrat diversitatem rei 10
Rot. coram Cels. *decis.* 170. *n.* 13.

Expressio confinium operatur inclusionem omnium, 11
quæ in eis continentur Cels. *decis.* 35. *n.* 6. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 217.

Bona circumdata a confiniis præsumuntur venire 12
cum confinato Emerix junior *decis.* 1086. *n.* 10. quæ est repetita apud Bertachin. *vot.* 87. *n.* 15. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 217.

Confines operantur quod omnia inter eos contenta 13
dicantur esse ejusdem Domini *l. ædes sacra ff. de contrah. stipulat.* Coccin. *decis.* 460. *a n.* 1. Add. ad Pamphil. *decis.* 578. *n.* 9. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 217.

Confino a confinato differt Rot. *recent. par.* 6. *decis.* 14
236. *n.* 8. *& decis.* 286. *nu.* 3. *&* 4. *part.* 9. *tom.* 1. *decis.* 139. *num.* 18. Crescin. *loc. cit.* Palm. nep. *decis.* 37. *n.* 25. *tom.* 1.

Confinia cursu temporis præsumuntur mutata Episc. 15
Rocc. *cap.* 10. *n.* 6. *tom.* 1.

Confinium enunciativa quoties est incidenter prolata, 16
& ad alium effectum, & principaliter contingit dubitari de veritate enunciati non probat Episc. Rocc. *cap.* 162. *n.* 15. *tom.* 2.

Clausula *cum omnibus Juribus, & pertinentiis* facit, 17
ut veniant pertinentiæ etiam extra confines existentes Ansald. *decis.* 91. *n.* 19.

Clausula *& altri piu veri confini* ostendit partes du- 18
bitasse de certitudine confinium Ansald. *decis.* 91. *num.* 6.

Controversiæ confinium quomodo veniant per Judi- 19
cem definiendæ Ansald. *dict. decis.* 91. *n.* 23. De Luc. *de Judic. disc.* 24. *n.* 11. *et* 12.

Quid non esse de pertinentiis dicitur ex diversitate 20
dominii, confinium, & vocabuli Balduc. *tit.* 5. *de Feud. decis.* 2. *n.* 43.

Confinium generalis expressio non facit compre- 21
hendere in venditione ea, quæ non sunt comprehensa Rot. coram Caprar. *decis.* 312. *n.* 15. *part.* 1.

Confinium descriptio quoad certa bona excludit 22
quid ulterius contineri Caprar. *decis.* 367. *n.* 9. *part.* 1.

Bona quæ vocantur pro confine, tamquam aliena, 23
non veniunt sub dominio enunciantis Caprar. *decis.* 684. *n.* 8. *part.* 2. Confine semper debet esse exclusivum rei confinatæ Palm. nep. *decis.* 224. *n.* 23. *tom.* 3.

Via publica, quæ pro confine indicatur, si conve- 24
nit pluribus, non potest pro certa demonstratione allegari, nec ex ea dicitur probata identitas Caprar. *dict. decis.* 684. *n.* 9. *part.* 2. *et in Indic. vol.* 2. *verb. identitas.*

Confines attenduntur, licet aliæ qualitates non con- 25
veniant Palm. nep. *decis.* 327. *n.* 10. *et* 16. *tom.* 4.

Confinatio sufficit quod verificetur in minima parte 26
Palm. nep. *decis.* 409. *n.* 18. *tom.* 5.

Confines Jurisdictionis spiritualis solent esse diversi 27
a finibus temporalibus Card. De Luc. *Miscell. disc.* 19. *num.* 1.

Ideoque non valet argumentum e spiritualibus ad temporales Idem *miscell. dis.* 1. *n.* 40.

De quæstionibus super majori vicinitate Idem De Luc. *miscell. disc.* 1. *n.* 85.

Et an vicinitas regulari debeat ex Diœcesum vicinitate, vel potius ex ipsius Ecclesiæ Cathedralis loco Idem *ibidem.*

Congregatio confinium ex quibus constituatur, & 28
quomodo causas pertractet Card. De Luc. *Relat. Cur. disc.* 27. *n.* 7.

Confinium est quod de utroque extremo participat, 29
& utrique confinanti commune De Luc. *de Regal. disc.* 136. *n.* 21.

Via,

30 Via, & flumina solent dividere territoria, & servire pro confinibus, sed aliquando secus De Luc. *de Regal. disc.* 136. *n.* 20.

31 Terminus dicitur ille, qui participat de exttemo De Luc. *dict. disc.* 136. *n.* 21.

32 Terminus confinans disparatus est a confinato, & in illo non comprebenditur Mantiss. ad De Luc. *lib.* 4. *decis.* 6. *n.* 10. *vol.* 1.

33 Res assignata pro confine noo potest dici comprehensa sub venditione, etiamsi sit ipsius venditoris Mantiss. *loc. cit. libr.* 5. *decis.* 46. *n.* 37. *vol.* 1.

34 Confinium generalis expressio non est apta comprehendere in venditione rem, quæ non est annexa rei venditæ Mantiss. *loc. cit. libr.* 7. *decis.* 27. *n.* 13. *vol.* 1.

35 Confines ita poni debent, ut mutua se respiciant rectitudine Palm. nep. *decis.* 408. *n.* 1. *tom.* 5.

Confines divisorii ita poni debent, ut unus alium directè feriat, respiciat, & quasi digito demonstret Palm. nep. *decis.* 409. *n.* 1. *tom.* 5.

Et sufficit quod respicieotia sit mediata Idem *ibidem n.* 2.

36 Confines solent apponi ad effectum distinguendi unum corpus ab alio Palm. nep. *alleg.* 278. *n.* 26. *tom.* 3.

37 Confinia rei venditæ sunt exprimenda pro certitudine rei Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 15. *a n.* 136. *tom.* 4.

38 In materia confinium, si probationes sint pares, sententia est pronuncianda in savorem illius, qui fuit in Judicio provocatus Altimar. *loc. cit. n.* 213.

39 Dictio *usque* facit terminum terminatum Bertachin. *vot.* 87. *n.* 10.

40 Aliquid existens extra terminum non potest venire sub terminato Bertachin. *dict. vot.* 87. *n.* 11.

41 Ex confinibus probatur idemtitas Idem Bertachin. *vot.* 87. *n.* 13.

42 Circumdatum confinii venit eum confinato Bertachin. *dict. vot.* 87. *n.* 15.

43 Termini, seu lapides sibi invicem correspondentes indicant confinia, sagi quando serviant pro confinibus, confinia quando desumantur ex diversitate armorum, an catastri enunciativæ serviant pro probandis confinibus, flumen & foveus noo sempet serviunt pro confinibus Bertachin. *loc. cit.*

44 In materia confinii statur arbitrio Judicis Bertach. *ubi supra n.* 24.

45 Quoniam in hoc sequenti voto plura habentur, quæ conferunt ad confirmationem non solum eorum, quæ hic cumulavit Dominus Sabellus sed etiam eorum, quæ hic ego addidi in hac secunda Parmensi editione, idcirco illud huic §. annectere decrevimus.

Adsit Deus:

AD præveniendas, evitandasque discordias, quas rerum & possessionum communio frequenter parere solet, ut per text. *in l. cum Pater §. dulcissimis ff. de legat.* 2. noravit *gl. pen. in l.* 8. *ff. de rebus corum, & in l. ult. versic. ex communione C. de Jur. Domin. impetr.*, quinque DD. Fratres Marchiones Malaspina, Floramontes nempe, Maurellus, Leonardus, Raynaldus, & Jacobus filii q. D. Marchionis Joannis Spinettæ de Anno 1535. die penultima Augusti ad bonorum omnium allodialium, æquè ac Feudalium divisionem devenerunt, atque in Instrumento desuper celebrato, distributa in quinque partes universa substantia, earumq; assignatione Judicio sortis commissa, prima portio consistens in Castro Terræ Montium, suisq; Villis, & pertinentiis obtigit D. Marchioni Floramonti, Secunda verò constata ex Castro Bastiæ cum Villis, Pontis Bosil, Baccanæ, & Terræ rubeæ, earumque pertinentiis, Juribus, & Jurisdictionibus, obvenit Domino Marchioni Maurello. Tertia, in qua recensebantur Castrum Liccianæ, Panicalis, Villa Sancti Martini, Villa Mulesanæ cum aliis Juribus, possessionibus, & jurisdictionibus annexis, attributa fuit Marchioni Jacobo, Dominus autem Marchio Leonardus, quartam partem obtinuit, quæ constituebatur ex Castro Podenzanæ, suisque possessionibus, Juribus, pertinentiis, & Jurisdictionibus, & quintam demùm partem sub qua comprehendebantur Castrum Suteri, ejusque Villæ, bona communalia, homagia, & pertinentiæ, assecutus fuit Dominus Marchio Raynaldus.

Hac itaque partitione completa eodem contextu designaverunt Confinia, seu limites inter quascumque respectivas Jurisdictiones præfatis DD. Fratribus per recensitam divisionem obventas; Atque iochoando a Confinibus inter Jurisdictionem Terræ Bastiæ, & Jurisdictionem Terræ Licianæ, & Panicalis, quæ in hodiernam disceptationem cadunt, infranotatam finalis directionis Methodum sequentibus Instrumenti verbis expressam adhibuerunt. *Cominciando in Tavarone montando sù per il Canale di Redimargine, uscendo di detto Canale in loco detto al Montirolo, montando su per la Costa per insino alla via publica appresso il loco di Domenico di Galeoto, & andando per la detta via publica per insino alla Casa del Bianco dalla Bastia in loco detto a Gabbio, calando giù per la strada a mano manca, andando per la via dritto alli Cerri di quelli d' Olivetto dalla Bastia in loco detto in la Montada, andando dritto a Sommo il Bosco della Annonciata sopra il Convento, andando dritto alla strada montando, che va a Beccana, dove si divide la strada, che va giù per la Vaggia, andando per la via, che va a Baccana fino al Canale di Namponara, descendendo giù per detto Canale fin alla fornace al loco detto almo scossile, montando in cimo alla Folla di Petechia frà il Lavorato, & il Bosco, andando dritto descendendo incimo al Prato della Corte fino alla confine di Varano, descendendo in Tavarone al loco detto al Ponte della Travicella.*

Cum autem crebrò usuveniat a limitaneis Jurisdictionibus Jurgia, & contentiones emergere præsertim ubi regulationes finium tractu temporis, ut in hypothesi aliquam ambiguitatem præseferant, hinc Illustriss. D. Jacobus Malaspina Marchio Licianæ se turbari contendens in ejus prætensa Jurisdictione, Judicium instituit coram Excelso Consilio Imperiali Aulico adversus Illustrissimos DD. Marchiones Malaspina Seraphinum Bastiæ, & Ferdinandum Pontis Bosii, inter quorum authores Feudum Bastiæ fuerat subdivisum. Illis verò potiùs se se turbari asserentibus intra limites propriæ Jurisdictionis ab antedicto D. Marchione Licianæ, dum causam in memorato Tribunali prosequuntur, & instruunt, communi consilio, ut gravioribus dispendiis, longioribusq; dilationibus anteverterent, hujusmodi finium controversias in Arbitros Confidentes amicabili via compromitere statuerunt.

Confecto igitur Chitographo Compromissi in D. Advocatum Antonium Mariam Venturioi Pontremulensem pro parte D. Marchionis Licianæ, ac me infrascriptum ex parte DD. Marchionum Bastiæ, & Pontis Bosii cum facultate procedendi de facto, nullaq; Judiciarii Ordinis solemnitate servata, injunctum decidendi munus assumpsimus, controversa loca diligenter inspeximus Juraquè ambarum partium expedimus.

Quia verò, ut inquit Jurisconsultus *in l. item si unus §. principaliter, ff. de recept. arbitr.*, conaturalis est Hominibus ad dissentiendum facilitas, & quodam quasi jurisprudeotiæ fato nonnumquam Paulo Papinianum dissentientem accepimus, Proculumquè Mætiano, & Juliano Salvio contrarium, ad notabile Uulpiani testimonium *in l. Divi fratres* 17. *ff. de jure patr.* verissimumq; in dies experimur Satyrici vaticinium

Velle suum cuiq; est, nec Voto vivitur uno,

Hinc in congressibus pro expedicione Causæ inter nos babitis, io unam Senteotiam convenire nequivimus.

Meum itaque Votum fuit, limites Jurisdictionales inter præfatas Partes controversos, inferiùs notato modo ex hactenus deductis regulari oportere. Et primò quod attinet ad fines inter Jurisdictionẽ Licianæ, & illam Pontis Bosii, quæ prius unita erat Jurisdictioni Bastiæ, à flumine Tavaronis ascendendum esse per Canalem Redimarginis usq; ad locum, qui dicitur al *Montirolo*. Hinc exeundo è dicto Canali, & deflectendo ad Sinistrum latus, & partes Septentrionales

les ascendendum esse per costam usque ad viam publicsm; Si enim è memorato loco al *Montirolo* ascendendum esset sd dextrum lstus, & partes Meridionales usque ad prædictam viam publicam, ut prætendit D. Marchlo Licianæ, duo maxima consequerentur absurda, quorum primum est quòd cùm ab isto latere adsint Confinia Marchionatus Olivolæ, recensita terminatio, de qua in præcitata instrumenti divisionis particula, non designaret fines inter jurisdictionem Licianæ, & Bastiæ, sed inter jurisdictionem Licianæ, & Olivolæ contra expressam mentem, & voluntatem Contrahentium in prælaudato instrumento luculenter explicitam, cujus verba, dum tali terminationi non conveniunt, nec pariter illi adaptsbitur dispositio *ad text. in l. si servum §. non dixit ff. de nquir. bared. l. 4. §. toties ff. de damn. infect.*, egregiè in his terminis Surd. *cons. 429. sub nu. 5. in fin. ibi* Plus etiam ille agger non dividit Jura Bondeni à Jusibus finalis, uti dicitur in eadem Scriptura, ergo fatendum est Scripturam non loqui de isto aggere, quia cui non conveniunt verba, non convenit dispositio &c.

Alterum esset, quod Feudum Bastiæ non remaneret unitum, sed interfectum, atque in partes scissum ab alia Jurisdictione intermedia, quod repugnarat congruæ beneque regulatæ divisioni, quæ ita fieri, & ordinari debet, ut Consocio habenti bona contigua, assignetur illa portio, quæ suis bonis cohæret quemadmodum post Valasch. *de partition. c. 22. nu. 59.* Capyc. *decis. 42. n. 22.*, animsdvertit Rot. *decis. 278. n. 5. part. 19. tom. pr Rec.* Aliàs enim si una pars Feudi separaretur ab altera per interpositionem alienæ jurisdictionis in frequenti transitu per necesse faciendo ab una parte ad aliam, nova semper emergeret rixarum, & altercationum occasio quod pariter alienum est à congruentia divisionis ita, quoad fieri potest, regulandæ, ut dirimatur materia Jurgiorum, & ansa litigandi tollatur ad firmata per Rot. *decis. 310. n. 11. part. 19. tom. 1. rec.*

Nec dicatur quod de tempore divisionis Feudum Bstiæ in omnibus suis partibus cohærebat, & unitum erat, donec per D. Marchionem Olivolæ ablata, seu evicta suit D. Marchioni Pontis Bosii quædsm portio Territorii contigua prætensæ jurisdictioni D. Marcli. Licianæ à latere Montiroli, qua evictione attenta, superius ponderata inconvenientia cessare videantur.

Gratis namq; supponitur hujusmodi evictio, cujus nulla concludens justificatio exhibetur, cum potius ei resistat præsumptio, & verisimilitudo: neq; enim credendum est DD. Fratres dividentes assignare voluisse D. Marchioni Bastiæ aliquam portionem jurisdictionis, quæ propria non esset, & sic alienum usurpare, actumq; illicitum, dolosum, & redolenrem delictum facere voluisse: Compertum est autem eam semper faciendam esse interpretationem per quam usurpatio evitetur Rot. *dec. 129. n. 7. part. 17. rec.* & quæ dolum, ac delictum excludat *l. merito ff. pro Socio cap. dudum de præscript.* Alex. *cons. 15. n. 7. lib. 3.* neque actus trahatur ad illicitum Alex. *cons. 191. n. 6. lib. 2.* Rot. *decis. 477. n. 11. part. 4. tom. 2. rec.*

Boquè minus a D. Marchione Licianæ est allegabilis asserta Jurisdictionis evictio, quia cum sit de natura divisionis, ut partes sint æquales *l. 3. C. commun. utriusque Judic.* Cyriac. *contr. 191. nu. 28.*, & *contr. 478. n. 49. cum seqq.* Gob. *consul. 7. n. 5.* hinc à Condividentibus mutua præstari debet evictio *l. si familiæ, & ibi gl., & DD. C. famil. ercisc. & l. si Fratres C. commun. utriusque Judic.* Gratian. *discept. 234. a n. 3. cum seqq.* Cyriac. *contr. 188. n. 7. & contr. 200. n. 11.* latè Guzman. *de evict. quæst. 30. per tot.*, adeòque in omnem casum præfatus D. Marchio tanquam unus ex hæredibus dividentium teneretur ad evictionem præstandam, ad quam nedum primus heres, sed etiam hæres hæredis adstrictus remanet, Paul. Rub. *in annot. ad dec. 10. n. 47. part. 3. rec.* Et quidem in solidum, tum quia præmemorati DD. Marchiones condividentes ad reciprocam defensionem, & evictionem non solum se se communiter, & universaliter obligarunt, sed & per dictionem *quilibet*, quæ distributiva est, & actum unicuique in solidum tribuit Tiraquel. *de tract. Lignag. §. 31. n. 11.* Gratian. *discept. 201. n. 12.* Osasch. *decis. 23. num. 11.* Rol. à Vall. *cons. 70. n. 44. lib. 1.* Mantic. *de tacit. lib. 15. tit. 3. n. 15. & 16.* Rot. *decis. 22. nu. 2.*, & *decis. 23. n. 3. post* Zacch. *de obligat. Camer.* Tum etiam quia eum agatur de evictione Jurisdictionis, quæ tanquam incorporalis divisionem non recipit *l. 1. §. fin. ff. de rer. divis. l. servus §. Incorporales ff. de acquir. rer. domin.* Mont. *de fin. cap. 78. n. 7.*, idcircò ejus evictio à pluribus coobligatis debetur insolidum Anton. Pichard. *lib. 4. instit. tit. 17. de officio Jud. §. si finium regund.* Gaill. *pract. observ. lib. 2. observ. 14. a n. 2. aliisq; apud* Guzman. *de evict. quæst. 5. nu. 51. & 52.*

Absque eo quod obiici valeat defectus intimationis molestiarum; Ubi enim debetur evictio ex Contractu jurato, talis omissio, quando etiam per hypothesim verificaretur, non officit Covsr. *var. lib. 3. c. 17. n. pr.* Ursil. ad Afflict. *dec. 49. n. 5.* Leotard. *de usur. quæst. 81. nu. 5.* Rot. *decis. 387. num. 50. part. 17. rec.*

Cum igitur D. Msrchio Licianæ in hoc Judicio gerat personam Actoris, quotiescunque prætenderet non licere D. Marchioni Pontis Bosii jurisdictionem exarcere in ea parte Territorii, quæ jacet ad sinistrum latus Montiroli pro modo supra notsro, obstaret ei vulgata exceptio desumpta *ex tex. in l. vindicantem ff. de evict.* quod nempe quem de evictione tenet actio, eumdem Agentem repellat exceptio.

Atque hinc supervacaneum videri potest inspicere an supradictæ parti Territorii, quæ sita est ad lævum latus Montiroli, conveniant demonstrationes in prælaudato Instrumento divisionis: Posito namquè a præmissis, D. Marchionem Licianæ de evictione teneri erga D. Marchionem Pontis Bosii, nihil omninò refert an Jurisdictio ei debeatur à psrte ulteriori, vel citeriori. Ubi verò præter necessitatem liberet inquirere de prædicatarum demonstrationum convenientia facile in comperto erit, adaptari posse dictæ portioni Terræ, quæ vergit ad partes Septentrionales Montiroli.

Haud enim obstat primò, quod in sæpe dicto Instrumento divisionis dicatur: *Cominciando in Tavarone montando sù per il Canale di Redimargine, uscendo di detto Canale in luogo detto Montirolo &c.* exeundo autem è dicto Canali à sinistro latere, propriè dici non possit exitum summi in loco dicto *al Montirolo*, sed vel *juxta*, vel *apud* locum Montiroli.

Nam responderur, quòd licèt regulariter illa dictio *in* relata ad locum intrinsicitatem significet Alex. *cons. 22. num. 8. lib. 4.* quandoque tamen importat *apud*, ut *in l. fundi §. item quod, & ibi gl. in verb. in ædificio ff. de act. empt.* Roman. *cons. 376. nu. 5. vers. aliquando etiam &c.* Barbos. *dict. 152. num. 8.* & quandoque denotat *juxta* Alex. *in l. si cui legetur n. 3. ff. de leg. pr.*, Surd. *decis. 178. n. 3.* adeòut ob multiplicem hujus dictionis significationem arbitrio Judicis relinquatur, qualis sit ejus significatus Menoch. *de arbitr. cas. 495. n. pr. & 2.* Barbos. *d. dict. 152. n. 1.*

Eoque libentius istæ duæ posteriores significationes in nostro themate amplectendæ sunt, quia si dictio illa *in* sumenda foret in priori significatu, itaquod denotaret exeundum esse a dicto Canali in ipso loco Montiroli, & ad dexterum latus, sequerentur duo illa gravissima absurda præcedenter ponderata, quod nempe Confinia non dividerent Jurisdictionem Licianæ a jurisdictione Bastiæ, sed primam a jurisdictione Olivolæ, & quod Feudum Bastiæ, nunc verò Pontis Bosii remaneret intersectum, interruptum, atque in partes scissum ab aliena jurisdictione contra mentem, & intentionem Contrahentium, quæ semper magis inspicienda est, quàm cortex, & figura verborum *l. quisquis ff. de verb. signific.* Altograd. *cons. 88. n. 3. lib. 2.* Rot. *decis. 161. n. 8. part. 19. rec.* Verba siquidem menti, non mentem verbis inservire par est *c. humanæ aures 23. quæst. 5.* Rimin. Jun. *cons. 543. nu. 46.* Altograd. *cons. 88. n. 5. lib. 2.*

Animadverso prærerea, quòd in præallegata Instrumenti particula non dicitur exeundum esse a dicto

Ca-

Canali in loco Montiroli, vel per Montirolum, ſed in loco dicto ad Montirolum. Porrò iſtæc dictio *ad* non intrinſicitatem ſignificat, ſed non nunquam vicinitatem importat, aliquando ſumitur pro *juxta*, & ſæpe relata ad locum accipitur pro *apud* ut accurate cæteris relatis videre eſt apud Barboſ. *de dict. uſufreq. dict.* 6. *n.* 5. 10. & 15.

Non obſtat ſecundo quod ſi aſcendatur per Montirolum, & Coſtam verſus meridiem uſque ad viam publicam verificetur ibi alia demonſtratio, de qua in prærecenſito Inſtrumento, videlicet *apud* locum Dominici Galeotti cum in tali loco quidam de Galeottis etiam de præſenti nonnulla bona poſſideat.

Reſpondetur enim Galeottum, qui prædicta bona nunc poſſidet non habere cauſam a Dominico Galeotti, de quo fit mentio in antedicto Inſtrumento Anni 1535., ſed illamet bona moderno tempore ab aliis acquiſiviſſe. Quòd, & apertè deſumitur ex quodam Inſtrumento prætenſæ terminationis in dicto Loco factæ inter D. Marchionem Licianæ, & D. Marchionem Olivolæ, ubi pro demonſtratione non apponuntur bona Galeotti, ſed bona Hieronymi de hæredibus a Gabanaſca, Herculis de eodem loco, & Balthaſſaris a Maggiola, ſignum evidens, quod illi de Galeottis non ſemper ibi bona poſſederint ab Anno 1535., de quo tempore ſufficit poſſibilitatem ſubeſſe, quòd Dominicus Galeotti potuerit poſſidere bona prope dictam viam publicam a parte Septentrionali, dum negativa talis poſſeſſionis ex adverſo non probatur ad hoc ut exitus a Canali Redimarginis, & aſcenſus per Coſtam a ſiniſtro latere bene ſe compati valeat cum terminatione, de qua in dicta particula Inſtrumenti diviſionis. Quinimo magis congruit verbis Inſtrumenti aſcendere a ſiniſtra, quàm a dextera parte Montiroli; Nam contrahentes dixerunt aſcendendum eſſe per Coſtam uſque ad viam publicam. A dexterò autem latere Montiroli excurrit via ſatis lata, quæ aſcendendo ducit ad præfatam viam publicam; Unde ſi ab hoc latere pergendum eſſet, dixiſſent aſcendendum eſſe per viam, non per coſtam; In toto enim dictæ terminationis contextu, ubi per vias tam publicas, quam vicinales eundum eſſet, uſi ſemper fuerunt vocabulo *viæ*, ergo in alio ſignificatu Coſtam accepiſſe dicendum eſt, intelligendo nempe de Loco, per quem aſcendatur quidem, ſed extra viam, argumento diſcretivæ, & ab uſu loquendi in eodem contextu, quod magni ponderis, & efficaciæ reputatur Ciarlin. *contr. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 9. Bonden. *collect. legut.* 17. *n.* 42. Rot. *deciſ.* 557. *nu.* 12. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Neque adverſus præmiſſa D. Marchio Licianiæ tueri ſe valet aliquo præſcriptionis præſidio allegando quandam aſſertam terminationem in dicto loco Montiroli ſequutam inter ejus Authores ex una, & D. Marchionem Olivolæ ex altera.

Obſtat enim ei vulgatiſſima regola quod res inter alios acta tertio non nocet *l.* 1. & *tot. tit. C. res inter alios act.* &c. Gaſpar. Lott. *conſ. unic. de fin. n.* 250. præcipuè cum non doceatur D. Marchionem Pontis Boſii dictæ terminationis ſcientiam habuiſſe, quæ in præjudicialib. numquam præſumitur cap. *præſumitur de reg. jur. in* 6. Veral. *deciſ.* 116. *n.* 4. *part.* 1. Rot. *deciſ.* 77. *n.* 3. *part.* 16. *rec.* & *paſt* Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 83. *n.* 4. Sabell. *var. reſol. cap.* 57. *n.* 23. ſed debet ab allegante concludenter probari Dec. *conſ.* 437. *n.* 3. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 20. & quidem certa, clara, ſpecifica, & individualis cum omnibus ſuis qualitatibus Cyriac. *Contr.* 289. *nu.* 38. & 39. Torr. *de pact. fut. Succeſſ. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 47. Seraphin. *deciſ.* 972. *n.* 10. Ludoviſ. *deciſ.* 425. *n.* 5. & 6. *add. ad deciſ.* 542. *n.* 98. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Quamobrem nulla in occurrenti Themate eſt allegabilis præſcriptio, quæ contra ignorantem non currit Urſill ad Afflict. *dec.* 239. *n.* 3. Gravett. *conſ.* 201. *n.* 29. Rot. *deciſ.* 231. *n.* 9. *part.* 18. *tom.* 1. & *deciſ.* 552. *n.* 5. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* Præmaximè ubi agatur de præſcriptione Juriſdictionis in alieno territorio, quæ debet eſſe immemorabilis, Balb. *de præſcrip. quæſt.* 6. 2. *par.* 3. *par. princ. num.* 15. Lott. *d. conſ. unic. de Fin. n.* 76. Quin potius Fines juriſdictionales eſſe impræſcriptibiles voluit Joannes Andr. *in*

Cap. 1. *ext. de Cleric. ægrot.* ex ea ratione, quia inter Dominos cohærentium Territoriorum mala fides interveniſſe cenſetur, cum ſciverint, vel ſcire debuerint juriſdictionem ad ſe non ſpectare ultra præfinitos terminos Mont. *de finib. c.* 74. *n.* 4. optimè præ cæteris Guid. Pap. *conſ.* 88. *ubi* quod ſi aliter ex Dominis cohærentium Territoriorum ſemel diſtinctis eorum finibus, ſe fundaret in præſcriptione, fruſtratoria judicanda eſſet ejus intentio, non obſtante quod per longhiſſimum tempus ipſum vel ſuos Authores ultra terminos per ſe vel per Officiales ſuos actus juriſdictionis probaret exercuiſſe ea præcipuè ratione, quia a mala fide impeditus a principio, etiam ex poſt facto per mille annos præſcriptio incohari non potuerit, data ſemel prima poſſeſſionis origine vitioſa in Perſona primi excedentis terminos ſemel conſtitutos, a quibus ſuam poſſeſſionem ſic limitatam, & reſtrictam ſcienter tenuiſſe cenſeri debet, & propterea illius ignorantiam prætendere nequiret, & conſequenter hoc ſtante impedimento juris per exceſſum actuum quorumcumque non poſſet fundare ſuæ limitatæ poſſeſſionis aquiſitionem ſine qua præſcriptio fundari non poteſt quæ ſecum trahit Cauſam annexam uſurpatum reſtituendi &c. quod & fuſius dilucidat Manſ. *Conſult.* 681. *à n.* 80. *cum ſeqq*

Hac itaque Juriſdictionis parte præmiſſis fundamentis conſtabilita, pro ſequendo ulterius controverſæ limitationis diſcuſſionem, dixi viam nuncupatam *Predela Minuta*, uſque ad Domum del Bianco à Baſtia in loco qui dicitur à *Gabio* ſpectare in ſolidum ad DD. Marchiones Baſtiæ & Pontis Boſii pro modo, & longitudine propriarum reſpectivè juriſdictionum, nullamque in dicta via communionem competere D. Marchioni Licianæ.

Quamvis enim regulatiter admitti ſoleat, Viam publicam excurrentem inter duo Territorris præſumi communem, hoc tamen eatenus procedit, quatenus aliud in contrarium non appareat Jo. de Amic. *Conſ.* 25. *n.* 15. Caſſan. *ad conſuet. Burgu. rub.* 13. §. 2. *n.* 21. *in fin.* Franc. March. *dec.* 345. *n.* 3. *part.* 2. Bertaz. *Conſ.* 41. *num.* 76. nihil enim prohibet quin Via publica, & flumen publicum Confinato cedere poſſint Boet. *conſ.* 24. *nu.* 16. Tuſch. *Concluſ.* 698. *nu.* 7. Guid. Pap. *deciſ.* 577. *n.* 3. Marc. *dec.* 272. *nu.* 2. & *dec.* 345. *n.* 3. *part.* 2.

Hic autem plura concurrunt, ex quibus evincitur prædictam viam non eſſe Communem inter utramque Juriſdictionem, ſed in totum pertinere ad Feudum Baſtiæ.

Et primò quia talis Via ſuam originem ducit ab eodem Feudo Baſtiæ: In hac enim finium materia origo præcipuè attendenda eſt, adeò ut Via quamvis excurrens inter duas juriſdictiones, in ſolidum applicetur illi, in cujus Territorio originem ſumit, & reſiduum viæ præſumatur illius, cujus eſt Origo Mont. *de fin. cap.* 23. *n.* 2. & *cap.* 24. *n.* 11. & *ſeqq.* Surd. *conſ.* 429. *n.* 27. *verſ.* 5. &c. Burſatt. *conſ.* 235. *num.* 6. & 74.

Porro hæſitare non licet præmemoratam viam exordium ſuum nanciſci a Caſtro Baſtiæ; Ex hoc enim quod in altiori loco poſitum ſit, concludenter infertur quod caput, & origo naturalis Viæ deſumatur ab illa parte, quæ eſt eminentior, & finis, ubi eſt pars inferior Bart. *in l. fin. ff. de ſervit. ruſt. præd.* Mont. *de fin cap.* 22. *nu.* 2. Cepoll. *de ſervit. ruſtic. præd. cap.* 3. *n.* 10.

Secundo quia eadem via in ſui principio, & per longum ſucceſſivum tractum abſque ulla prorſus controverſia poſſidetur in totum a D. Marchione Baſtiæ; Unde non debet una, eademque via in principio propria dici D. Marchionis, & in medio, vel fine Communis, & ſic partim diviſa; partim indiviſa cenſeri contra *tex. in l. cum qui ædeſ. ff. de uſucap.* Cyriac. *Controver.* 162. *nu.* 9. Lot. *d. Conſ. unic. de fin. n.* 57. & 172. *in fin.*

Tertio quia commodum prædictæ viæ primariò, & principaliter inſervit hominibus Baſtiæ, qui per eam ultro, citroq; frequenter tranſirent, eiſque præ cæteris nedum opportuna, ſed & neceſſaria eſt, cum nullum alium ex ea parte publicum addictum, acceſſumq; habeant ad Caſtrum Baſtiæ, e contra verò hæc

ipsa via nulli penè usui est hominibus Licianæ, a que longissimè distat, quo fit, ut potius judicanda sit de Territorio Bastiæ, cum illi magis conveniet Aym. *cons.* 882. & *Cons.* 949. *utrobiq. n.* 5. Mont. *defin. c.* 30. *n.* 9 & 10. Menoch. *Cons.* 101. *n.* 28 *in fin.*

Quarto quia in terminatione, de qua in supradicto instrumento divisionis dicitur, *montando su per la Costa per insino alla via publica &c.* quæ dictiones usque adstant exclusivè, ita quod via publica non comprehendatur, adjungunt enim termino a quo terminum ad quem cum ipsius exclusione Cæpol. *de serv. rustic. præd. cap.* 3. *num.* 11. & 12. Bertazzol. *de claus. instr. cla.* 26. *glos.* 6. *n.* 5. & licèt dictio usque non semper stet exclusivè, sed aliquando etiam includat ut per Barbos. *de dict. usufreq. dict.* 437. absolutè tamen exclusionem importat, ubicumque liqueat, contrahentes in alia parte Instrumenti eamdem dictionem accepisse in sensu exclusivo Tusch. *concl.* 201. *n.* 54. Barbos. *dicta dict.* 437. *n.* 17. in puncto Surd. *cons.* 429. *nu.* 71. quod apprimè verificatur in casu præsenti. Contrahentes enim in prænotata Instrumenti particula successivè dixerunt, *andando per la detta via publica per insino alla Casa del Bianco della Bastia*, & inferius *fino alla Confine di Varano &c.* Cum ergo dicta Domus *del Bianco* indubitanter sit in Jurisdictione Bastiæ, & Confinia Varani spectent ad Serenissimum D. Ducem Mutinæ, quemadmodum Contrahentes in dictis Instrumenti partibus noluerunt, nec potuerunt includere tam dictam Domum *del Bianco*, quam Confinia Varani, ita nec etiam prædictam viam publicam includere voluisse dicendum est; Eo enim modo, quo verba in aliqua parte Instrumenti intellecta fuerunt, in eo etiam sensu in alia parte sunt accipienda Bart. *in l. Centurio ff. de vulg. & pupil.* Neque minus sequentia a præcedentibus, quàm præcedentia a sequentibus declarantur Nat. *cons.* 62. *sub n.* 44. atque in individuali Materie finium Gaspar. Lott. *d. cons. unic. de finibus n.* 6. urgensque semper dicitur ea interpretatio, quæ ex eadem dispositione deducitur Alex. *cons.* 197. *n.* 7. *vol.* 6. Ruin. *cons.* 8. *nu.* 11. *lib.* 5. Dec. *cons.* 553. *n.* 8. Surd. *d. cons.* 429. *n.* 72.

Neque præmissis refregatur, quòd in prænotato instrumento dictum fuerit *andando per la detta Via pub. &c.* ex quibus verbis inferri prætenditur, quod ipsamet Via sit confinis, adeòque utrique parti communis.

Quoniam verba illa *Andando per la detta Via &c.* demonstrationis gratia fuerunt adjecta ad denotandam scilicet viam, per quam esset progrediendum de termino ad terminum ex notatis per Lott. *d. cons. unic. de fin. sub n.* 6. & 7. *ibi* sed in proposito dixerunt, descendendo procedatur in Silvas & per Silvas procedatur ad Saxum, ergo non Silvas pro termino acceperunt, sed pro demonstratione Viæ, per quem deberent progredi per rectam a Valle Preti ad saxum Simonis, quod autem demonstrationis gratia fit, non habet limitere, nec restringere dispositionem &c. & melius bo. me. D. Auditor Cosmus Fersettus in ejus allegatione typis impressa, atque emanata in celebri Causa finium inter D. Principem Massæ, & Rempublicam Lucensem sub n. 252. vers. Sed hæc oppositio ibi; Quia dicta verba eundo, & ascendendo per viam *del Fossone*, sunt verba per discursum potius, quàm dispositivè prolata, non ut ex illis posset dici via esse confinis, & per hoc communis &c. sed tantum pro quadam demonstratione Viæ, per quam esset progrediendum de termino ad terminum, prout in dubio præsumendum est Dec. *cons.* 94. *nu.* 9. Cephal. *cons.* 137. *lib.* 1. *&c.* & ideo quod pro demonstratione ponitur, non debet restringere, nec limitare dispositionem &c, *per tex. in l. quidam Testamento ff. de legat.* 1. Bart. *in l. inter stipulantem §. Sacram ff. de verb. oblig.* aliosque ibi allegatos. idemq; firmavit ia *alia ejus consultatione responsiva in eadem causa pariter impressa sub n.* 77. & 78. Et juxta per eum deducta decisum fuit in omnibus ad favorem D. Principis Massæ a Seren. Ferdinando Secundo Magno Etruriæ Duce Arbitro Compromissario a dictis Partibus electo, ut videre est ex Laudo desuper emanato.

Quinto quod dicta Via pertineat in solidum ad Feudum Bastiæ palam fit ex quodam termino prope eamdem viam posito a D. Marchione Licianæ, qui sane terminus relinquit a parte dextera prædictam viam totam, & integram in Jurisdictione Bastiæ, ad quam proinde pleno Jure spectare fatendum est ex receptissima propositione, quod quidquid intra terminos, & limites continetur, de territorio terminato censeatur *l. æde sacra §. intra Macericm ff. de contr. empt.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 100. *n.* 11. Petr. de Larr. *alleg. Fisc.* 69. *n.* 3. *part.* 2. *passimq. alibi.*

Et licet DD. Marchiones Bastiæ, & Pontis Bosii contendant, prædictum terminum nulli iet fuisse positum a D. Marchione Licianæ, adhùc date hujusmodi nullitate, semper erit verum dicere, mentem, atque intentionem D. Marchionis Licianæ per appositionem istius termini fuisse relinquere integram viam in jurisdictione Bastiæ: neque enim novum est in jure quod etiam ex actu nullo, mens, atque intentio Agentis desumatur Jas. *in l. Dominus sub n.* 2. *ff. de Condict. Indeb.* Alex. *cons.* 45. *post nu.* 2. *vol.* 1. Ludovis. *dec.* 76. *sub n.* 3. Rot. *dec.* 724. *n.* 12. *part.* 18. *tom.* 2.

Nec meretur opponi quod antedictus terminus respiciat aliū ass. terminū, qui extare prætenditur in quadam crypta jacente in parte opposita, & ulteriori prædictæ viæ; atq; ex hac prætensorum terminorū supposita correspondentia totam viam ex illa parte intersecari contenditur, eamque remanere in Jurisdictione Licianæ.

Illud enim exiguum saxum, quòd à relata crypte in mensura quatuor digitorum circiter emergit, nec terminus est, nec per somnium quidem speciem, ac figuram termini jurisdictionalis præsefert, cum nullas habeat guardies, vel testes, nullisque litteris, vel signis notatum sit, prout in in similibus exigitur, de Mont. *de fin. cap.* 17. *n.* 3. Mascard. *de prob. conc.* 400. *num.* 4. Menoch. *cons.* 21. *n.* 30.

Attento præsertim, quòd in aliis partibus D. Marchio Licianæ adhibuerit terminos manufactos, & sculptos per notabilem altitudinem e terra emergentes cum parte acuta, & hemicyclo, ideòq; idemquoq; observasset respectu asserti termini, qui prætenditur extare in dicta Crypta; ex stylo namquè, & ordine servato in constructione, & appositione aliorum terminorum, fundatè dignoscitur, an aliquis lapis sit terminus, Paris. *cons.* 79. *n.* 27. *lib.* 3. *cum aliis relatis per* Gaspar. Lott. *dict. cons. unic. n.* 5. *in fin.*

Ultra quàm quod duo illi prætensi termini, nec etiā mutuo se se respiciunt a partibus acutis, prout ex ipsa oculari inspectione innegabile redditur Mont. *de fin. c.* 30. *n.* 4., & 5. Pont. *de Manut. obser.* 101. *n.* 5.

Sexto quia in æstimo antiquo Marchionatus Bastiæ occasione descriptionis cujusdam fundi Olivati positi in loco *al Castellaro*, datur præd. Via publica pro confini a duobus lateribus; unde infertur eamdem viam esse de jurisdictione Bastiæ; Liber enim æstimi maximum argumentum suppeditat ad probationem confinium Cravett. *cons.* 882. *sub num.* 9. Menoch. *cons.* 21. *num.* 23. Lott. *d. cons. de fin. n.* 133.

Septimo demum pro excludendo quovis jure D. Marchionis Licianæ in memorata via concurrunt plures actus Jurisdictionales ibidem exerciti per D. Marchiones Bastiæ, ut sunt bannimenta, & prohibitiones transitus per dictam viam usque ab anno 1630. de Ordine Illustriss. D. Hippolyti Marchionis Bastiæ publicata, exactiones Gabellarum, & permissiones transitus per talem viam eo etiam tempore, quo non licebat transire per territorium D. Marchionis Licianæ, ut deponunt Testes exteri, non subditi D. Marchionis Bastiæ, ex quibus plena jurisdictio satis justificatur, ad cujus probationem in hac finium materia admittuntur præsumptiones inditia, argumenta, & alia quæcumq; adminicula Dec. *cons.* 42. *sub num.* 9. *vers. bis tamen non obstantibus &c.* Mont. *de fin. cap.* 50. *num.* 3. Lott. *d. cons. unic. n.* 104.

Non adversante quod recensiti actus fieri potuerint cumulativè, & compatibiliter cum jurisdictione D. Marchionis Licianæ.

Urget enim potius in contrarium præsumptio quod tales actus facti fuerint privativè, & jure proprio non jura communionis, cum præsertim non doceatur D. Marchionem Licianæ alios consimiles jurisdictionis actus in d. via exercuisse ad notata per Surd. *d. cons.* 429. *n.* 62. Farsett. *d. alleg.* 1. *n.* 82.

Quemadmodum igitur ex præallegatis rationibus

pro-

præſertim in ſimul junctis cenſui ante dictam viam nuncupatam *Predella miauta* in ſolidum ſpectare ad juriſdictionem Baſtiæ, ita pariter ad eamdem pertin. re diai aliam viam, quæ a Domo *del Bianco* a Baſtie, & è loco qui dicitur *a Gabie* tendit ad locum vocatum *in la Montata*, tum quia reſpectu quoq; iſtius viæ applicari poſſe videntur aliqua ex ſuperius allatis fundamentis in ordine ad aliam viem Predellæ Minutæ, tum quia in recenſito loco in *la Montata* cernitur terminus dividens a Septentrione ad meridiem, qui totam dictam viam, vel ſemitam includit in territorio Baſtiæ, ex ſuperius firmata propoſitione, quod quidquid intra terminos reperitur da rerritorio terminato cenſetur Brun. *conſ.* 34. *n.* 5. Rimin. jun. *conſ.* 226. *nn.* 2. *& ſeq.* Mont. *de fin. cap.* 23. *n.* 2.

Ab alio autem termino poſito in dicto loco *in la Montata*, qui dividit ab Occidente ad Orientem uſque ad ſummitatem nemoris R. R. P. P. Servorum Beatiſs. Virginis Annunciatæ de Liciana, nulle vettitur inter partes diſceptatio, cum abſque ulla diſcrepantie in hoc conveniant rectam lineam ducendam eſſe ab uno puncto ad alium; Controverſum verò fuit quomodo a ſummitate prædicti Nemoris PP. Servorum trahenda foret linea uſq; ad bivium, ubi dividitur via, quæ ab una parte tendit Baccanem, ex alia verò deſcendit ad locum nuncupatum *la Vaggia*.

Et quidem pro parte D. Marchionis Licianæ prætendebatur hujuſmodi lineam ſtatim obliquandam eſſe, & ad dexterum latus immediatè aſcendendum ad viam publicam, quæ ducit Baccanam, ubi prætenditur adeſſa aliam ſemitam, quæ pergit ad dictum locum *la Vaggia*.

At ſi hoc modo talis linea dirigenda foret, repugnaret verbis Inſtrumenti, non convaniret facto, ſeu loci inſpectioni, etqua adverſaretur præſumptioni Juris.

Repugnat verbis Inſtrumenti, nam ibi dicitur a ſummitate dicti Nemoris P. P. Servorum Annunciatæ, *andando dritto alla ſtrada, montando, che và a Baccana dove ſi divide la ſtrada, che va giù per la Vaggia &c.*

At qui ſi dicta linee ſtatim a ſummitate prædicti Nemoris obliquaretur ad dextrum latus, non pergeret rectè ad dictum Bivium, prout præſcribit præcirarum Inſtrumenrum, cujus proinde verba cum tali directioni non conveniant, nec convenire debet ejus diſpoſitio ex antecedenter firmatis; ductus enim lineæ in obliquum eſt oppoſitus directo Aym. *de alluvion. lib.* 3. *cap.* 1. *problem.* 14. *prop.* 46. Lott. *d. conſ. de fin. n.* 253.

Non conveniret naturæ loci, quie facta, juxta ſenſum D. Marchionis Licianæ dicta obliquatione lineæ, non reperitur ibi via, quæ deſcendat ad dictum locum *la Vaggia*, prout indigitat recenſitum Inſtrumentum; quandoquidem quædam ſemita, quæ ibidem conſpicitur, non ducit immediatè ad Vaggiam, ſed deſinit, & deperditur in quibuſdam locis incultis, & ſalebroſis per notabilem diſtantiam a Vaggia prædicta.

Poſtremò adverſaretur diſpoſitioni juris, juxta quam linea diviſoria regulariter extendi debet per directum, non per tranſverſum Corn. *conſ.* 333. *num.* 10. *vol.* 1. Mont. *de fin. cap.* 18. *in princ.* Paris de Put. *de fin. Feud. c.* 1. *n.* 17. Gaſpar. Lott. *d. conſ. unic. de fin. num.* 257. Ex quibus manifeſtum redditur lineam, de qua nunc agitur, per directum ducendam eſſe uſque ad illud Bivium, per quod immediatè ex una perta deſcenditur ad Vaggiam, & ex elia recto tramite aſcenditur ad viam publicam, quæ tendit Baccanam; Sic enim, & verbis Inſtrumenti, & naturæ loci, & juris diſpoſitioni pariformiter obſecundatur.

Ab antedicta via publica uſque ad Canale Namponaræ, & deſcendendo per iſtud Canale uſque ad fornacem Imi Scoſſilii, non diſconveniunt Partes in regulationn confinium. Ab Imo autem Scoſſilio aſcendendum eſſe diai uſque ad ſummitatem Collis, qui nuncupatur *Fola di Petecbia* inter terram cultam, & nemoroſam, atqua hinc per rectam lineam deſcendendum eſſe in Flumen Tavaronem uſque ad confinie Varani.

Nec ſubſiſtere viſum fuit quod pro parte D. Marchionis Licianæ obtendebatur nimirum e ſummitate dicti Collis rectà, deſcendendum non eſſa ad partas inferiores, ſed ulterius per deflexum ad dextrum latus, altius aſcendere oportere, atque exinde per Jugum ulterius Collis deſcendere ad planitiem ad ſumitatem cujuſdam loci, qui ab antedicto D. Marchione vocarà prætenditur *il Prato della Corte*.

Iſtius modi namque terminatio nimis apertè repugnat tum literæ ſuprafati Inſtrumenti de Anno 1535. celebrati, tum etiam menti eorumdem Conrrahentium.

Repugnat litteræ Inſtrumenti; ibi enim dicitur *montando in cimo alla Fola di Petecbia fra il Lavorato, et il Boſco, andando dritto, deſcendendo in cimo al Prato della Corte fino alla confine di Varano deſcendendo in Tavarone &c.* Atqui juxta prætenſam terminationem D. Marchionis Licianæ non aſcenderetur inter terram cultam, & nemoroſam, ſed inter loca inculta, & Silvas hinc inde, pariterque non pergeretur par rectam lineam, ſed per tranſverſam, quæ omnia ex diametro opponuntur verbis relati Inſtrumenti.

Repugnaret itidem menti contrahentium, quos veriſimile non eſt voluiſſe ira partiri juriſdictiones, ut relinquerent in Juriſdictione Licianæ anguſtiſſimum terræ ſpatium, quod jacet inter Flumen Tavaronam, & dictum locum Folæ Petechiæ, cum longè aptius, & meliùs quadret, & conveniat juriſdictioni Baſtiæ. Exploratum autem eſt etiam in hac finium Materia veriſimilitudinem eſſe attendandam Lott. *dict. conſ. unic. de fin. n.* 170., & verba cujuslibet diſpoſitionis interpretationem recipere a veriſimilitudine, & a natura rei, ut ex Bald. *conſ.* 343. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 135. *num.* 33. advertit idem Lott. *dict. conſ. de fin. n.* 169.

Quin obſtet, quod ſecundum hanc terminationem non deſcenderetur ad extremitatem loci, qui dicitur *al Prato della Corte*, prout deſignat prænotatum Inſtrumentum.

Ultra enim quod non docetur, planitiem illam, in quam e ſummitate Folæ Petechiæ recta deſcendendum eſt, non potuiſſe vocari da Anno 1535. *Prato della Corte*, attento quòd per longum temporis tractum locorum denominationes variari ſoleant, ut frequans experientia docet, adhùc in concurſu tot aliarum demonſtrationum, quæ ſatis convincunt, diviſionem prædictarum juriſdictionum ita regulandam eſſe, parum attendanda foret dicti loci denominatio, cum potius fines, & rei qualitas inſpiciantur, quàm vocabulum rei, ſiva fundi, ut innuit Moet. *de fin. cap.* 84. *n.* 3.

Cumquà ex geſtis poſt diviſionem arguatur qualis fuerit intentio dividentium, in actu diviſionis, ut dixit Rot. *dec.* 607. *n.* 23. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*, ea propter hanc juriſdictionis partem obtigiſſe DD. Marchionibus Baſtiæ ſatis daſumitur, tum ex eo, quod in æſtimo Baſtiæ deſcribuntur bona ſita *al Petecbio*, & inter cætere pro confini ponitur Flumen Tavaronis, quod ſane Cataſtrum præſertim repertum penes Perſonas egregias, probat confines, Mont. *de fin. cap.* 64. *n.* 6. cum potiſſimè adminiculetur ex Inſtrumento venditionis ſequutæ de Anno 1544. ubi venditur terra caſtaneata poſita in pertinentiis Baccanæ loco dicto *in Petecbio*, daturque inter alia pro confini prædictum flumen Tavaronis: Tum etiam ex eo, quod antedicti DD. Marchiones Baſtiæ temporibus de morbo contagioſo ſuſpectis, excubias, & cuſtodes, poſuerint ed confinia Varani, qui ſanè actus abſolutam juriſdictionem important Ruin. *conſ.* 2. *num.* 4. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 147. *n.* 16. Maſcard. *de prob. concl.* 947. *n.* 2. Poſt. *de manut. obſerv.* 31. *nu.* 28. Rot. poſt eum *deciſ.* 422. *n.* 1., *& ſeq.* Larr. *alleg. fiſc.* 69. *n.* 9. *p.* 2.

Quamvis autem de hoc juriſdictionis exercitio deponant teſtes ſubditi D. Marchionis Baſtiæ, in cauſa tamen finium non repelluntur e teſtimonio ferendo pro eorum Domino Mont. *de fin. cap.* 38. *n.* 4. Peregr. *conſ.* 114. *n.* 15. *lib.* 3. Ludoviſ. *deciſ.* 340. *nu.* 5. Rot. apud Poſt. *de manut. dec.* 29. *n.* 10. Et licet non dicantur omni exceptione majores, eorum tamen fides ſuppletur a numero Peregr. *d. conſ.* 114. *n.* 16. Farſet. *dict. alleg.* 1. *de fin. n.* 80. *&* 81. aliiſq; adminiculis deſumptis ex proceſſibus, & actis Archivii Baſtiæ.

Quatenus verò D. Marchioni Licianæ conſimiles depoſitiones non deficerent, magis tamen credendum eſſet Teſtibus D. Marchionis Baſtiæ, na dum, quia fortiùs adminiculantur Maſcard. *de prob. concl.* 1219. *num.* 7. Gabr. *de Teſtibus concl.* 4. *nu.* 89. Feriac. *cod. tract. quæſt.* 65. *n.* 129. & veriſimiliora deponunt *l. ob carmen §. Si teſtes ff. de Teſtibus* Farinac. *de teſtibus* de-

ipsa via nulli penè usui est hominibus Licianæ, a qua longissimè distat, quo fit, ut potius judicanda sit de Territorio Bastiæ, cum illi magis conveniat Aym. *cons.* 882. *& Cons.* 949. *utrobiq. n.* 5. Mont. *defin.* 6. 30. *n.* 9 *&* 10. Menoch. *Cons.* 101. *n.* 28 *in fin.*

Quarto quia in terminatione, de qua in suprafato instrumento divisionis dicitur, *montando su per la Costa per insino alla via publica &c.* quæ dictiones usque adstant exclusivè, ita quod via publica non compræhendatur, adjungunt enim termino a quo terminum ad quem cum ipsius exclusione Cæpol. *de servit. rustic. præd. cap.* 3. *num.* 11. *&* 12. Bertazzol. *de claus. instr. cla.* 26. *glos.* 6. *n.* 5. & licèt dictio usque non semper stet exclusivè, sed aliquando etiam includat ut per Barbos. *de dict. usufreq. dict.* 437. absolutè tamen exclusionem importat, ubicumque liqueat, contrahentes in alia parte Instrumenti eamdem dictionem accepisse in sensu exclusivo Tusch. *concl.* 201. *n.* 54. Barbos. *dicta dict.* 437. *n.* 17. in puncto Surd. *cons.* 429. *nu.* 71. quod apptime verificatur in casu præsenti. Contrahentes enim in prænotata Instrumenti particula successivè dixerunt, *andando per la detta via publica per insino alla Casa del Bianco della Bastia*, & inferius *sino alla Confine di Varano &c.* Cum ergo dicta Domus *del Bianco* indubitanter sit in Jurisdictione Bastiæ, & Confinia Varani spectent ad Serenissimum D. Ducem Mutinæ, quemadmodum Contrahentes in dictis Instrumenti partibus noluerunt, nec potuerunt includere tam dictam Domum *del Bianco*, quam Confinia Varani, ita nec etiam prædictam viam publicam includere voluisse dicendum est; Eo enim modo, quo verba in aliqua parte Instrumenti intellecta fuerunt, in eo etiam sensu in alia parte sunt accipienda Bart. *in l. Centurio ff. de vulg. & pupil.* Neque minus sequentia a præcedentibus, quàm præcedentia a sequentibus declarantur Nat. *cons.* 65. *sub n.* 44. atque in individuali Materia finium Gaspar. Lott. *d. cons. unic. de finibus n.* 6. urgensque semper dicitur ea interpretatio, quæ ex eadem dispositione deducitur Alex. *cons.* 197. *n.* 7. *vol.* 6. Ruin. *cons.* 8. *nu.* 11. *lib.* 5. Dec. *cons.* 553. *n.* 8. Surd. *d. cons.* 429. *n.* 72.

Neque præmissis refragatur, quòd in prænotato instrumento dictum fuerit *andando per la detta Via pub. &c.* ex quibus verbis inferri prætenditur, quod ipsamet Via sit confinis, adeòque utrique parti communis.

Quoniam verba illa *Andando per la detta Via &c.* demonstrationis gratia fuerunt adjecta ad denotandam scilicet viam, per quam esset progrediendum de termino ad terminum ex notatis per Lott. *d. cons. unic. de fin. sub n.* 6. *&* 7. *ibi* sed in proposito dixerunt, descendendo procedatur in Silvas & per Silvas procedatur ad Saxum, ergo non Silvas pro termino acceperunt, sed pro demonstratione Viæ, per quam deberent progredi per rectam a Valle Preti ad saxum Simonis, quod autem demonstrationis gratia fit, non habet limitare, nec restringere dispositionem &c. & melius bo. me. D. Auditor Cosmus Farsettus in ejus allegatione typis impressa, atque emanata in celebri Causa finium inter D. Principem Massæ, & Rempublicam Lucensem sub n. 252. vers. Sed hæc oppositio ibi; Quia dicta verba eundo, & ascendendo per viam *del Fossone*, sunt verba per discursum potius, quàm dispositivè prolata, non ut ex illis posset dici via esse confinis, & per hoc communis &c. sed tantum pro quadam demonstratione Viæ, per quam esset progrediendum de termino ad terminum, pro ut in dubio præsumendum est Dec. *cons.* 94. *nu.* 9. Cephal. *cons.* 137. *lib.* 1. *&c.* & ideo quod pro demonstratione ponitur, non debet restringere, nec limitare dispositionem &c. *per tex. in l. quidam Testamento ff. de legat.* 1. Bart. *in l. inter stipulantem §. Sacram ff. de verb. oblig.* aliosque ibi allegatos. idemq; firmavit in *alia ejus consultatione responsiva in eadem causa pariter impressa sub n.* 77. *&* 78. Et juxta per eum deducta decisum fuit in omnibus ad favorem D. Principis Massæ a Seren. Ferdinando Secundo Magno Etruriæ Duce Arbitro Compromissario a dictis Partibus electo, ut videre est ex Laudo desuper emanato.

Quinto quod dicta Via pertineat in solidum ad Feudum Bastiæ palam fit ex quodam termino prope eamdem viam posito a D. Marchione Licianæ, qui sane terminus relinquit a parte dextera prædictam viam totam, & integram in Jurisdictione Bastiæ, ad quam proinde pleno Jure spectare fateodum est ex receptissima propositione, quod quidquid intra terminos, & limites continetur, de territorio terminato censeatur *l. æde sacra §. intra Maceriem ff. de contr. empt.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 100. *n.* 11. Pett. de Larr. *alleg. Fisc.* 69. *n.* 3. *part.* 2. *passimq. alibi*.

Et licet DD. Marchiones Bastiæ, & Pontis Bosii contendant, prædictum terminum nulliter fuisse positum a D. Marchione Licianæ, adhùc data hujusmodi nullitate, semper erit verum dicere, mentem, atque intentionem D. Marchionis Licianæ per appositionem istius termini fuisse relinquere integram viam in jurisdictione Bastiæ: neque enim novum est in jure quod etiam ex actu nullo, mens, atque intentio Agentis desumatur Jas. *in l. Dominus sub n.* 2. *ff. de Condict. Indeb.* Alex. *cons.* 45. *post nu.* 2. *vol.* 1. Ludovis. *dec.* 76. *sub n.* 3. Rot. *dec.* 724. *n.* 12. *part.* 18. *tom.* 2.

Nec meretur opponi quod antedictus terminus respiciat aliũ ass. terminũ, qui extare prætenditur in quadam crypta jacente in parte opposita, & ulteriori prædictæ viæ; atq; ex hac pretensorum terminorũ supposita correspondentia totam viam ex illa parte intersecari contenditur, eamque remanere in Jurisdictione Licianæ.

Illud enim exiguum saxum, quòd à relata crypta in mensura quatuor digitorum circiter emergit, nec terminus est, nec per somnium quidem speciem, ac figuram termini jurisdictionalis præsefert, cum nullas habeat guardias, vel testes, nullisque litteris, vel signis notatum sit, prout in in similibus exigitur, de Mont. *de fin. cap.* 17. *n.* 3. Mascard. *de prob. conc.* 400. *num.* 4. Menoch. *cons.* 21. *n.* 30.

Attento præsertim, quòd in aliis partibus D. Marchio Licianæ adhibuerit terminos manufactos, & sculptos per notabilem altitudinem a terra emergentes cum parte acuta, & hemicyclo, ideòq; idemquoq; observasset respectu asserti termini, qui prætenditur extare in dicta Crypta; ex stylo namquè, & ordine servato in constructione, & appositione aliorum terminorum, fundatè dignoscitur, an aliquis lapis sit terminus, Paris. *cons.* 79. *n.* 27. *lib.* 3. *cum aliis relatis per* Gaspar. Lott. *dict. cons. unic. n.* 5. *in fin.*

Ultra quàm quod duo illi prætensi termini, nec etiã mutuo se se respiciunt a partibus acutis, pro ut ex ipsa oculari inspectione innegabile redditur Mont. *de fin. c.* 30. *n.* 4., *&* 5. Post. *de Manut. obser.* 101. *n.* 5.

Sexto quia in æstimo antiquo Marchionatus Bastiæ occasione descriptionis cujusdam fundi Olivati positi in loco *al Castellaro*, datur præd. Via publica pro confinẽ a duobus lateribus; unde infertur eamdem viam esse de jurisdictione Bastiæ; Liber enim æstimi maximum argumentum suppeditat ad probationem confinium Craveit. *cons.* 882. *sub num.* 9. Menoch. *cons.* 21. *sub num.* 23. Lott. *d. cons. de fin. n.* 133.

Septimo demum pro excludendo quovis jure D. Marchionis Licianæ in memorata via concurrunt plures actus Jurisdictionales ibidem exerciti per D. Marchiones Bastiæ, ut sunt bannimenta, & prohibitiones transitus per dictam viam usque ab anno 1630. de Ordine Illustriss. D. Hippolyti Marchionis Bastiæ publicata, exactiones Gabellarum, & permissiones transitus per talem viam eo etiam tempore, quo non licebat transire per territorium D. Marchionis Licianæ, ut deponunt Testes exteri, non subditi D. Marchionis Bastiæ, ex quibus plena jurisdictio satis justificatur, ad cujus probationem in hac finium materia admittuntur præsumptiones inditia, argumenta, & alia quæcumq; adminicula Dec. *cons.* 42. *sub num.* 9. *vers. his tamen non obstantibus &c.* Mont. *de fin. cap.* 50. *num.* 3. Lott. *d. cons. unic. n.* 104.

Non adversante quod recensiti actus fieri potuerint cumulativè, & compatibiliter cum jurisdictione D. Marchionis Licianæ.

Urget enim potius in contrarium præsumptio quod tales actus facti fuerint privativè, & jure proprio non jure communionis, cum præsertim non doceatur D. Marchionem Licianæ alios consimiles jurisdictionis actus in d. via exercuisse ad notata per Surd. *d. cons.* 429. *n.* 62. Farsett. *d. alleg.* 1. *n.* 88.

Quemadmodum igitur ex præallegatis rationibus

præ-

præsertim in simul junctis censui ante dictam viam nuncupatam *Predella minuta* in solidum spectare ad jurisdictionem Bastiæ, ita pariter ad eamdem pertinere dixi aliam viam, quæ a Domo *del Bianco* a Bastia, & è loco qui dicitur *a Gabio* tendit ad locum vocatum *in la Montata*, tum quia respectu quoq; istius viæ applicari posse videntur aliqua ex superius allatis fundamentis in ordine ad aliam viam Predellæ Minutæ, tum quia in recensito loco in *la Montata* cernitur terminus divideos a Septentrione ad meridiem, qui totam dictam viam, vel semitam includit in territorio Bastiæ, ex superius firmata propositione, quod quidquid intra terminos reperitur de territorio terminato censetur Brun. *cons.* 34. *n.* 5. Rimin. jun. *cons.* 226. *nu.* 2. *& seq.* Mont. *de fin. cap.* 23. *n.* 2.

Ab alio autem termino posito in dicto loco *in la Montata*, qui dividit ab Occidente ad Orientem usque ad summitatem nemoris R. R. P. P. Servorum Beatiss. Virginis Annunciatæ de Liciana, nulla vertitur inter partes disceptatio, cum absque ulla discrepantia in hoc conveniant rectam lineam ducendam esse ab uno ponto ad alium; Controversum verò fuit quomodo a summitate prædicti Nemoris PP. Servorum trahenda foret linea usq; ad bivium, ubi dividitur via, quæ ab una parte tendit Baccanam, ex alia verò descendit ad locum nuncupatum *la Vaggia*.

Et quidem pro parte D. Marchionis Licianæ prætendebatur hujusmodi lineam statim obliquandam esse, & ad dexternm latus immediatè ascendendum ad viam publicam, quæ ducit Baccanam, ubi prætenditur adesse aliam semitam, quæ pergit ad dictum locum *la Vaggia*.

At si hoc modo talis linea dirigenda foret, repugnaret verbis Instrumenti, non conveniret facto, seu loci inspectioni, atque adversaretur præsumptioni Juris.

Repugnat verbis Instrumenti, nam ibi dicitur a summitate dicti Nemoris P. P. Servorum Annunciatæ, *andando dritto alla strada, montando, che và a Baccana dove si divide la strada, che va giù per la Vaggia &c.*

At qui si dicta linea statim a summitate prædicti Nemoris obliquaretur ad dextrum latus, non pergeret recta ad dictum Bivium, prout præscribit præcitatum Instrumentum, cujus proinde verba cum tali directioni non conveniant, nec convenire debet ejus dispositio ex antecedenter firmatis; ductus enim lineæ in obliquum est oppositus directo Aym. *de alluvion. lib.* 3. *cap.* 1. *problem.* 14. *prop.* 46. Lott. *d. cons. de fin. n.* 253.

Non conveniret naturæ loci, quia facta, juxta sensum D. Marchionis Licianæ dicta obliquatione lineæ, non reperitur ibi via, quæ descendat ad dictum locum *la Vaggia*, prout indigitat recensitum Instrumentum; quandoquidem quædam semita, quæ ibidem conspicitur, non ducit immediatè ad Vaggiam, sed desinit, & deperditur in quibusdam locis incultis, & salebrosis per notabilem distantiam a Vaggia prædicta.

Postremò adversaretur dispositioni juris, juxta quam linea divisoria regulariter extendi debet per directum, non per transversum Corn. *cons.* 333. *num.* 10. *vol.* 1. Mont. *de fin. cap.* 18. *in princ.* Paris de Put. *de fin Feud. c.* 1. *n.* 17. Gaspar. Lott. *d. cons. unic. de fin. num.* 217. Ex quibus manifestum redditur lineam, de qua nunc agitur, per directum ducendam esse usque ad illud Bivium, per quod immediatè ex una parte descenditur ad Vaggiam, & ex alia recto tramite ascenditur ad viam publicam, quæ tendit Baccanam; Sic enim, & verbis Instrumenti, & naturæ loci, & juris dispositioni pariformiter obsecundatur.

Ab antedicta via publica usque ad Canale Namponaræ, & descendendo per istud Canale usque ad fornacem Imi Scossilii, non disconveniunt Partes in regulatione confinium. Ab Imo autem Scossilio ascendendum esse dixi usque ad summitatem Collis, qui nuncupatur *Fola di Petechia* inter terram cultam, & nemorosam, atque hinc per rectam lineam descendendum esse in Flumen Tavaronem usque ad confinia Varani.

Nec subsistere visum fuit quod pro parte D. Marchionis Licianæ obtendebatur nimirum a summitate dicti Collis rectà, descendendum non esse ad partes inferiores, sed ulterius per deflexum ad dextrum latus, altius ascendere oportere, atque exinde per Jugum alterius Collis descendere ad planitiem ad sumitatem cujusdam loci, qui ab antedicto D. Marchione vocari prætenditur *il Prato della Corte*.

Istius modi namque terminatio nimis apertè repugnat tum literæ suprafati Instrumenti de Anno 1535. celebrati, tum etiam menti eorumdem Contrahentium.

Repugnat litteræ Instrumenti; ibi enim dicitur *montando in cimo alla Fola di Petechia fra il Lavorato, et il Bosco, andando dritto, descendendo in cimo al Prato della Corte fino alla confine di Varano descendendo in Tavarone &c.* Atqui juxta prætensam terminationem D. Marchionis Licianæ non ascenderetur inter terram cultam, & nemorosam, sed inter loca inculta, & Silvas hinc inde, pariterque non pergeretur per rectam lineam, sed per transversam, quæ omnia ex diametro opponuntur verbis relati Instrumenti.

Repugnaret itidem menti contrahentium, quos verisimile non est voluisse ita partiri jurisdictiones, ut relinquerent in Jurisdictione Licianæ angustissimum terræ spatium, quod jacet inter Flumen Tavaronem, & dictum locum Folæ Petechiæ, cum longè aptius, & meliùs quadret, & conveniat jurisdictioni Bastiæ. Exploratum autem est etiam in hac finium Materia verisimilitudinem esse attendendam Lott. *dict. cons. unic. de fin. n.* 170., & verba cujuslibet dispositionis interpretationem recipere a verisimilitudine, & a natura rei, ut ex Bald. *cons.* 343. *lib.* 1. Aym. *cons.* 135. *num.* 33. advertit idem Lott. *dict. cons. de fin. n.* 169.

Quin obstet, quod secundum hanc terminationem non descenderetur ad extremitatem loci, qui dicitur *al Prato della Corte*, prout designat prænotatum Instrumentum.

Ultra enim quod non docetur, planitiem illam, in quam a summitate Folæ Petechiæ recta descendendum est, non potuisse vocari de Anno 1535. *Prato della Corte*, attento quòd per longum temporis tractum locorum denominationes variari soleant, ut frequens experientia docet, adhùc in concursu tot aliarum demonstrationum, quæ satis convincunt, divisionem prædictarum jurisdictionum ita regulandam esse, parum attendenda foret dicti loci denominatio, cum potius fines, & rei qualitas inspiciantur, quàm vocabulum rei, sive fundi, ut innuit Mont. *de fin. cap.* 84. *n.* 3.

Cumquè ex gestis post divisionem arguatur qualis fuerit intentio dividentium, in actu divisionis, ut dixit Rot. *dec.* 607. *n.* 23. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*, ea propter hanc jurisdictionis partem obtigisse DD. Marchionibus Bastiæ satis desumitur, tum ex eo, quod in æstimo Bastiæ describuntur bona sita *al Petechio*, & inter cætera pro confini ponitur Flumen Tavaronis, quod sane Catastrum præsertim repertum penes Personas egregias, probat confines, Mont. *de fin. cap.* 64. *n.* 6. cum potissimè admioiculetur ex Instrumento venditionis sequutæ de Anno 1544. ubi venditur terra castaneata posita in pertinentiis Baccanæ loco dicto *in Petechio*, daturque inter alia pro confini prædictum flumen Tavaronis: Tum etiam ex eo, quod antedicti DD. Marchiones Bastiæ temporibus de morbo contagioso suspectis, excubias, & custodes, posuerint ad confinia Varani, qui sanè actus absolutam jurisdictionem important Ruin. *cons.* 2. *num.* 4. *vol.* 4. Menoch. *cons.* 147. *n.* 16. Mascard. *de prob. concl.* 947. *n.* 2. Post. *de manut. observ.* 31. *nu.* 28. Rot. post eum *decis.* 422. *n.* 1., *& seq.* Lart. *alleg. fisc.* 69. *n.* 9. *p.* 2.

Quamvis autem de hoc jurisdictionis exercitio deponant testes subditi D. Marchionis Bastiæ, in causa tamen finium non repelluntur a testimonio ferendo pro eorum Domino Mont. *de fin. cap.* 58. *n.* 4. Peregr. *cons.* 114. *n.* 15. *lib.* 3. Ludovis. *decis.* 340. *nu.* 5. Rot. apud Post. *de manut. dec.* 29. *n.* 10. Et licet non dicantur omni exceptione majores, eorum tamen fides suppletur a numero Peregr. *d. cons.* 114. *n.* 16. Farset. *dict. alleg.* 1. *de fin. n.* 80. *&* 81. aliisq; adminiculis desumptis ex processibus, & actis Archivii Bastiæ.

Quatenus verò D. Marchioni Licianæ consimiles depositiones non deficerent, magis tamen credendum esset Testibus D. Marchionis Bastiæ, nedum, quia fortiùs adminiculantur Mascard. *de prob. concl.* 1219. *num.* 7. Gabr. *de Testibus concl.* 4. *nu.* 89. Farinac. *eod. tract. quæst.* 65. *n.* 129. & verisimiliora deponunt *l. ob carmen §. Si testes ff. de Testibus* Farinac. *de testibus*

d. quæst. 65. n. 228. Verom atiam quia eum D. Marchio Bastiæ in hoc Judicio personam Rei sustineat, magis propterea istius probationibus, quàm Actoris est deferendum Cyriac. contr. 340. n. 40. Mascard. de probat. concl. 36. n. 29. & 30. Et licèt in conteotione finium uterque videatur Actor, & Reus l. 3. C. fin. regund. Abb. in cap. ex litteris num. 9. de prob. Bald. cons. 420. ante num. 1. vol. 1. Cum tamen D. Marchio Licianæ prius provocaverit, dicitur sustinera partem Actoris l. 3. §. fin. ff. Commun. divid. Bald. in cap. licèt causam nu. 28. de probat. Mont. de finibus cap. 45. n. 5. Bertazzol. cons. civ. 1. n. 140. lib. 1. Gaspar. Lott. d. cons. unic. de finibus num. 100., quo fit, ut Domino Marchioni Bastiæ, tanquam Reo, cæteris patibus, potius favendum sit, & pro eo pronunciandum cap. inter dilectos §. ult. de fid. Instrum. l. favorabiliores 167. & l. in pari causa 170. ff. de reg. jur. l. inter pares 38. ff. de re judic. Manoch. lib. 2. præs. 90. nu. 1. Cephal. cons. 4. n. 31. Cytiac. contr. 174. n. 36. & controv. 340. num. 39.

Et ita &c. Salvo &c.

Joseph Ambrosius Brunetti Arbiter &c.

§. CONFISCATIO XXXVII.

COnfiscatio bonorum est de regalibus Principis supremi, & ideò non habens regalie, merum, & mixtum imperium non potest confiscare, & propriè dicitur quando dominium de uno ad alium transfertur, ac est de fructibus jurisdictionis; alia dicitur universalis, quæ fit à jure communi, & extenditur ad omnia bona ubique sita, etiam extra territorium confiscantis, alia particularis, quæ fit vigore alicujus legis, statuti, vel consuetudinis particularis loci, & ista non extenditur ad bona alibi sita, alia singularis, ut quando aliquid particulare cadit in commissum, & fisco applicatur, Federic. de Sen. cons. 137. Rolan. cons. 78. lib. 2. Ricc. Collect. 140. & 572. Boer. dec. 264. Peregrin. de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. per tot. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 301. per tot. Guaz. de confiscat. bon. conclus. 21. per tot. Sanfelic. decis. 348 cum Addit. Cardin. Tusch. litt. C. conclus. 712. per tot. cum pluribus seqq. ubi plura in materia confiscationis bonorum, & plenè Paul. Christin. dec. Belgic. 400. n. 16. & seqq. per tot. vol. 1. & dec. 207. vol. 4. & decis. 1. per tot. vol. 5. & decis. 220. vol. 5. n. 32. &c.

Quid sit confiscatio bonorum, fiscus, quotuplex, quare inventa, quid bonorum annotatio, vel descriptio, publicatio, incorporatio, quomodo fiat, quæ comprehendat, quando locum habeat, vel non, & alia plura de hac materia Guaz. in tractat. de confisc. bonor. Massin. eodem tract. per tot. videndi cum aliis per eos citatis, latè Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 22. cum pluribus seqq. ubi benè totam confiscationis bonorum materiam declarat.

Plura de confiscatione bonorum in crimine læsæ Majestatis humanæ, & divinæ, ut tanquam proveniens à jure communi comprehendat omnia ubique existentia, & quilibet fiscus, vel Princeps capiat bona in suo territorio existentia, Rot. part. 14. recent. decis. 536. ubi plenè examinatur, & comprobatur ista conclusio, & est votum decisivum Illustrissimi D. Hieronymi Gastaldi summa doctrina repletum, dixi in §. Bona, num. 15. Vide De Luc. de Regal. disc. 161. nu. 18., & 19. Ansald. decis. 32. nu. 34. & 35. cum seqq. Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 26. n. 76. tom. 1.

Confiscatis bonis ex forma statuti, quæ veniant in confiscatione, vel non, vide Clar. & Bajard. §. fin. qu. 78. per tot. Addit. ad Pract. Papp. for. inquis. glos. ultim. verb. Reservantur, Arismin. Tepat. var. sent. titul. 301. & 302. per tot. ubi plura de hac materia Guaz. loc. sup. cit. Addit. ad Sanfelic. dec. 348.

An autem concesso alicui Castro cum mero, & mixto Imperio, censeatur concessum etiam jus confiscationis bonorum in casibus permissis, vide Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. titul. 2. num. 72. &c. Guaz. dict. tract. conclus. 12. n. 24. plenè Sanfelic. dec. 348. cum Addit. per tot. Paul. Christin. decis. Belg. 175. volum. 1. ubi refert contrarias opiniones, facit quod dixi in §. Jurisdictio n. 4.

Potest tamen Princeps fisco suo applicare pœnam confiscationis, etiam in præjudicium Vassalli omnimodam jurisdictionem habentis, quoties per suum edictum facit ex non delicto delictum, idem Christin. decis. 207. num. 14. volum. 4. latè Merlin. decis. 215. ubi quòd pœnæ, & confiscationes provenientes ex contraventione Constitutionum Supremi Principis spectant ad fiscum dicti Principis supremi, & non ad fiscum Baronis, vel Principis inferioris, quamvis in ejus territorio essent posita bona, Ricc. Collect. 40. Guaz. de confisc. bon. concl. 21. per tot.

Quando autem lex non comprehendat Barones, & alios non immediatè, sed mediatè subjectos, Rot. part. 12. recent. dec. 340. n. 19. & seqq.

Confiscatio bonorum delinquentis laici condemnati 2
à suo judice, non comprehendit juspatronatus Ecclesiasticum, cùm sit quid spirituale, & non possit per judicem sæcularem publicari, sed revertitur liberum in Episcopi potestatem, adeò quòd Ecclesia, quæ erat patronata, erit libera sub Episcopo, Petr. Cabal. resol. crim. cas. 40. per tot. ubi tamen asserit, quòd in aliquibus locis vidit observari, quòd tale jus transeat ad fiscum, qui de illo disponit tam vivo, quàm mortuo delinquente, & puto loqui de Civitate Florentiæ ubi versabatur, super quo vide Declarationem Magistratus Dominorum Capitaneorum Partis Civitatis Florentiæ sub die 4. Martii 1517. prout extat memoria in libro Bannimentorum dicti Magistratus à c. 345. per quam declarationem in praxi servari audivi, hujusmodi jura patronatuum liberè confiscari, ac dictum Magistratum esse in quasi possessione præsentandi ad illa, ejusque præsentationes semper effectum sortitas in Curiis Ecclesiasticis Domini Florentini, adde Peregrin. de jur. fisc. lib. 5. titul. 1. num. 72. & in mea Pract. §. Confiscatione, n. 5. Paul. Christin. decis. Belgic. 71. n. 26. & seqq. vol. 1. ubi optimè hanc conclusionem quinque modis declarat, & alios allegavi in §. Juspatronatus num. 14. idem Christ. decis. 220. n. 54. & seqq. volum. 5. Farinac. quæst. 25. n. 151. & seqq. Massin. de Confiscat. bon. quæst. 37. Coccin. decis. 351. Guaz. de confiscat. bon. conclus. 13 limit. 32. per tot. Vivian. comm. opin. 150. ubi quòd juspatronatus non venit in confiscatione bonorum rebellis, sed transit in hæredes condemnati, qui præsentare possunt, ut poterat condemnatus ante condemnationem. Facit Sanch. libr. 2. cons. cap. 3. dub. 87. Bertachin. vot. 3. per tot. Captar. decis. 448. part. 2.

An, & quando in confiscatione bonorum veniat Juspatronatus Ecclesiasticum, vel laicale, quid utrumque sit, & alia plura de materia plenè multis citatis Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 28. per tot. ad n. 181. Vide Jul. Capon. tom. 5. disceptat. 366. Card. De Luc. de Jurepatr. disc. 38. n. 3. Donat. Ant. Demarin. in observat. ad decis. Revert. decis. 123. n. 2. Rot. coram Captar. decis. 448. n. 6. part. 2. Bertachin. vot. 3.

Confiscatio bonorum an, & quando locum habeat 3
proximi hæredes utriusque dimidiam capiant, an uno ex illis mortuo possit alter illud revocare, affirmativam opinionem tenet Mynsing. *obser.* 8. *per tot.* etiam quod pacti fuerint, ut neuter sine alterius consensu revocare possit, & an hujusmodi dispositio dicatur captatoria, & tanquam auferens sub spe lucri libertatem testandi nulla, latè Gratian. *discept. forens. c.* 908. *per tot.* Gamm. *decis.* 231. Spin. *de testam. in* 2. *part. glos. n.* 10. cum aliis per Duran. *tract. de condit. & mod. imposs. part.* 3. *cap.* 5. *nu.* 33. Peregrin. *decis.* 50. vide *in §. Testamentum, n.* 11. Paul. Christin. *decis.* 12. *n.* 1. & *seqq. volum.* 4. ubi quando, & qualiter hujusmodi testamentum sit irrevocabile, & *decis.* 58. *volum.* 6. Parlador. *quæst. forens.* 7. *per tot.* Alia vide *in §. Maritus,* & *in §. Uxor.*

Conjuges rari sunt inter quos aliquæ dissidiæ non 4
nascantur, & ad probandum inter eos vulnera, & alia admittuntur servi, & ancillæ, Rot. *part.* 6. *rec. decis.* 155. *n.* 51. & *decis.* 324. *n.* 33. vide in §. *Testes, n.* 3. §. *Famuli, n.* 5. Altograd. *cons.* 23. *n.* 10. *lib.* 2.

Conjux patris naturalis qualiter excludat filios na- 5
turales in totùm à patris successione, etiam si ipsa non succedat, Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 3. *titul.* 18. *num.* 2. vide §. *Filiatio, n.* 9. *§. Successio, n.* 4. *vers. filii naturales tantùm.*

Conjuges, sive conjugati, qui antea de adulterio 6
inter eos commisso erant polluti, à se ipsis capere non possunt, sed data, & relicta fiscus aufert tanquam ab indignis, & idem in concubinariis, *l. Claudius ff. de indign.* Capra *cons.* 527. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 2. *titul.* 10. *n.* 11.

Conjuges non possunt ex causis sibi confictis, etiam 7
cum juramento, quod esset temerarium, & non obligatorium, se invicem separare nec respectu thori, nec respectu habitationis, sed requirere debent judicium Ecclesiæ mediante ordinario loci, quæ non admittit hujusmodi separationem, nisi ex justis, & legitimis causis ab ipso cognoscendis. Si tamen conjuges simul fecerint votum continentiæ debent separati, quando votum fuit emissum ab utraque parte, nam emissum ab uno, tenet tantùm in præjudicium illius, ut non possit debitum petere, & si posteà non

sint

ſint continentes, cogendi ſunt adinvicem rediro, Ludoviſ. *deciſ.* 294. *per tot.* vide in §. *Matrimonium*, n. 19. ubi plura, & plures allegavi, Add. ad Sanfelic. *deciſ.* 361.

Quòd facto divortio ex cauſa adulterii, poſſit innocens revocare ad ſe nocentem, & alia ad hoc propoſitum, Diana *reſolut. moral. part.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 257. vide *in* §. *Adulterium*, n. 12.

8. Conjuges ignorantes impedimentum dicuntur in bona fide, & producunt filios legitimos, atque ſucceſſibiles, ita ut ad hunc effectum ſufficiat bona fides unius ex illis, Gamm. *deciſ. Luſit.* 220. Ludoviſ. *deciſ.* 461. vide *in* §. *Affinitas*, n. 2. *verſus finem*, §. *Bona fides*, nu. 5. §. *Filiatio*, nu. 6. & §. *Matrimonium* n. 3.

9. Conjuges dicuntur ſocii divinæ, & humanæ domus quia ſibi invicem communicant actiones ſpirituales, ſotum, carnes, oſſa, corpus, & animam, ita quod una caro reputantur, (quod multi per jocum interpretantur, quia poſt longam cohabitationem, & coeundi conſuetudinem amittunt ſenſum tactus, & ferè omnes guſtus, ſed hoc procedit ex depravatis illorum moribus, jurgiis, & corrupta fide, cùm aliàs gratia Dei per hoc magnum Sacramentum collata, imò ſemper inter eos mirabiliter conſervet, atque augeat verùm amoram, & charitatem cum plenitudine conſolationum temporalium, & ſpiritualium, & experto mihi inter alios crede) non tamen dicuntur ſocii omnium bonorum, vel negotiationum, quia iſta ſocietas aſt amovibilis, altera verò inſeparabilis uſque ad mortem, qua mediante ſolùm diſſolvitur, ita ut vella aſſerere inter conjuges tacitam omnium bonorum ſocietatem, eſſet deſtruere totam juriſprudentiam, ut ratiocinatur Marta *vot. Piſ.* 93. *per tot.* ubi reprobat Alex. Raudenſ. contrarium tenantem in ſuis *deciſ. Piſ.* 1. *per tot.* in eadem cauſa, in qua fuerunt ſimul judices delegati, illiuſque rationibus reſpondet.

Sed de veritate hujus concluſionis vide alios per me citatos in §. *Societas*, n. 16. Munoz. *de ratiocin. comput.* 9. n. 10. Petr. Gerard. *ſing.* 99. *incip. inter virum*. Alex. Trombet. *tractat. de ſociet. cap.* 2. n. 11. & 12. qui videntur admittere ſocietatem etiam inter conjuges, ſive omnium bonorum, ſive lucri, & quæſtus ſaltem, Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 8. n. 1. & *ſeqq.* ubi latè de dicta ſocietate legali inter conjuges ratione matrimonii, per quam bona in matrimonio acquiſita inter eos communia fiunt; loquitur tamen de Conſuetudine, vel lege municipali apud varias nationes vigente; an procedat in matrimonio putativo, & an eo ſoluto poſſit mulier ſine ceſſione hæredum mariti agere ad medietatem lucrorum, & alia. Sed iſta non procedunt in partibus noſtris, ubi, ſimilis conſuetudo, vel lex numquam fuit audita. Vide Brunnemann. *ſup. Cod. libr.* 9. *tit.* 32. *leg.* 4. n. 3. *pag.* 905. *tom.* 2.

Conjuges bona in Hiſpaniis quomodo conſtante matrimonio communicent Card. De Luc. *de Credit. diſc.* 19. n. 10.

10 Conjuges an, & quando ſibi adinvicem ſuccedant ab inteſtato, quid ſi unus ex illis ſit pauper, & alia ad hoc propoſitum Martha *de ſucceſſ. legal. p.* 3. *qu.* 12. *per tot.* ubi plenè de omnibus, & ego dixi alios allegando in §. *Succeſſio* n. 8. & §. *Uxor.* n. 20. Conjux conjunctis deficientibus ſuccedit ad excluſionem Fiſci De Luc. *de ſucceſſ. diſc.* 39. n. 1. Et quid ſi ſit facta thori ſeparatio *ibidem* n. 2. Et quid in conjuge putativo *ibidem* n. 3.

Quòd regulariter non poſſint ſibi adinvicem donare, dixi in §. *Donatio*, n. 5. & *ſeqq.* De Luc. *de Donatione in Summ. ex* n. 77. Vide Card. De Luc. *de donat. in ſumm. ex num.* 77. & *in Indic. general. verb. Donatio inter Conjuges*.

11 An teneantur ſibi invicem debitum conjugale reddere ſtante periculo infectionis morbi, ita ut ſanus excuſetur a peccato ſi non reddat infirmo, Franceſ. *conſult. moral.* 7. *per tot.*

12 Multa de conjugibus, conjugali quæſtu, ſocietate, & diviſione, reciproca fide, conjugali debito, impotentia, juribus, ſucceſſione, teſtamento, mutuo, & hujuſmodi, atque DD. iſtas materias tractantes exhibet Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Conjuges fol.* 316. Multa etiam ſcribunt Pagnan. *ſup. Decretales verb. conjugium & conjux* De Luc. *pariter in Indic. verb. conjux* Brunnemann. *ſup. ff. in Indic.* & *ſup. Cod. pariter in Indic.*

De miſeriis, & incommodis conjugatorum multa habentur Tiraquel. *de legitim. connub.* & Lothar. Diac. Card. in *tract. de contempt. Mundi cap.* 16. ubi ſollicitudines, diviſiones, diſtractiones, anguſtiæ, expenſæ, tribulationes, zelotipiæ, & hujuſmodi; ſponſa dum eſt mulier vix oſtenditur, nec priùs diſpliceat, quàm ducatur qualitercunque obvenerit, ſemper eſt habenda, ſive fœda, ſive fœtida, ægra, fatua, ſuperba, iracunda, & quolibet alio modo vitioſa, nec niſi propter adulterium in dedecus dimittenda ſine ſpe alterius conjugii dum vixerit &c. adde Joan. Petr. Ferrar. Papienſ. Pract. *in forma libell. quo ux. agit*, &c. *in verb. Uxor quoniam in principio fol. mihi* 280. ubi quòd Deus ſuo occulto judicio ſubtrahit duo ab hominum cordibus, primum de propria morte cogitare, alterum de incommodis conjugii, ne contingat humanum genus deperire: ſed (ſalva infinita ſapientia, & providentia Dei) quo ad primum mihi potiùs videntur artes diaboli, & quo ad ſecundum potiùs magnificata incommoda, & à communi inimico ſuggeſta, quam vera, præcipuè poſtquam conjugium eſt elevatum in ſacramentum gratiam conferens; non detereantur igitur homines à conjugio, quia melius eſt nubere, quàm uri, tot fortè non erunt infortunia, & ſi quæ, cooperante Dei gratia tollerabilia, cùm multò ſatiùs ſit in via Regia Crucis ambulare, quàm in extremo audire verbum damnationis æternæ, ut admonet Gerſon. *de Imitat. Chriſti lib.* 2. *cap.* 12. & alibi ſæpè, & de bonis matrimonii multa ſcripſit Divus Auguſt. *de Civit. Dei lib.* 15. & 16. nam & Chriſtus Dominus invitatus venit ad nuptias; Procreantur filii, habetur in diverſo ſexu ſocietas, carnalis incontinentia ad propagandæ prolis honeſtatem redigitur, ut ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio conjugalis, & hujuſmodi, cæterique hinc inde relati *in nova Polyanthea verb. Conjugium*, & apud Tiraquel. *d. tract. de leg. connub.* 13

Conjux ſuperſtes ad hoc ut poſſit habere quartam ad taxt. *in auth. præterea C. unde Vir & Uxor* debet ita premi paupertate, ut ſine illa mendicare cogatur Rot. *in deciſ. recollect. per* Palm. nep. *deciſ.* 433. *num.* 27. *tom.* 5. 14

Conjux pauper ſuccedit in quarta hæreditatis Conjugis divitis De Luc. *de ſucceſſ. diſc.* 39. n. 5.

Et paupertas quomodo ſit regulanda De Luca *d. diſc.* 39. n. 10. 11.

Et an procedat tam in Uxore, quam in Viro in bonis Mulieris *ibid.* n. 6. & 7. & de ratione ob quam in viro procedere debet *ibid.* n. 8. & 9.

Conjux imputare debet in quartam legatum, vel lucrum De Luc. *de ſucceſſ. diſc.* 39. n. 12.

Et ſi Conjux quartam neglexerit petere à primo Conjuge, non petit à Secundo De Luc. *de ſucceſſ. dict. diſc.* 39. n. 13.

Declaratur iſtam quartam non conſequatur Conjux Ingratus, vel Indignus *dict. diſc.* 39. n. 14.

Conjux ſuperſtes, an, & quando uti poſſit beneficio *authen. Præterea* in caſu tranſitus ad ſecunda vota Balduc. *tit. de Dot.* 4. *deciſ.* 24. n. 25. 26. & dicitur habere Jure hæreditario, ideoq. tenetur etiam in caſu contraventionis ad æs alienum *ibid.* n. 28. & poſſeſſionem bonorum ex eadem quarta capere nequit authoritate propria *ibid.* n. 29.

Diſpoſitio *l. hac Edictali* quando procedat, & cui rationi innixa De Luc. *de donationibus diſc.* 50. n. 15. & *ſeqq.* 15

Intelligenda eſt de Diſpoſitionibus voluntariis, non autem in debito neceſſario, & ex cauſa oneroſa *dict. diſc.* 50. *ſub* n. 15. & 19. ubi declaratur.

Procedit etiam in diſpoſitione Jurata De Luc. *de Donation. diſc.* 62. *ſub* n. 19. ubi declaratur.

Vir, & Mulier circa pœnas ſecunde nubentium à pari procedunt idem De Luc. *de donation. diſc.* 50. n. 18.

Conjux diſponit valide de bonis alterius Conjugis præſentis, & conſentientis, niſi adſit ex parte alterius metus reverentialis. Idem *de Donation. diſc.* 30. n. 17. 16

Con-

17 Conjux facere non potest aliquid in præjuditium lucri conjugi debiti de Luca de Donationibus disc. 50. num. 6.

18 Non probaro coniugio præsumptio stat libertatis à Matrimonio Baldue. de Legat. tit. 3. decis. 9. n. 7.

19 Conjugium non repugnat substantiæ Ordinis Sacri, & prohibitio inducta ex prohibitionn Ecclesiæ Fagnan. in c. Nullus n. 35. de Foro Compet.

20 Conjuginm Spirituale quod inter Episcopum, & Ecclesiàm contrahitur, non humsna, sed divina potius potestate dissolvitur Fagnan. in c. nisi cum pridem n. 22. de remnc.

21 Conjugatus non est prnmovendus ad Sacros Ordines, nisi Uxor continentiam promittat Fagnan. in c. Conjugatus n. 1. de converf. coning.

Quod si ordinari se fecerit, an Uxor teneatur religionem profiteri, aut saltem cogi possit ad perseverandum in Clausura Monialium in habitn sæculari, ut vitentur scandala ibid. n. 2. & seqq. usq. in fin.

Conjugatus non potest ad Sacros Ordines ascendere nbsque Uxoria licentia, etiamsi Matrimonium non fuerit consumstum, ac si ascendat, revocari potest ab Uxore, & tenetur ei debitum reddere, sed exigere non potest ibid. n. 13. & seqq.

Conjugatus ut possit ad Sacros Ordines promoveri, & Uxor Religionem ingredi, an requiratur Licentia Episc. ibid. n. 12.

Conjux ante Matrimonium consumstum potest altero invito Religionem ingredi, sed remanens in sæculo potest ad secunda Vota transire Fagnan. in cap. verum de Conver. Conjug. Quod intellige ut n. 50. & seqq. & quid post Concil. Trid. bid. n. 11.

22 Conjuges in multia casibus continere coguntur sine culpa, sed non sine causa Fagnan. in cap. consuluit nu. 26. qui cler. vel vover.

23 Conjux qui habet conscientiā impedimenti ex Credulitate levi, non potest exigere debitum nisi prius deponat scrupulum Fagnan. in cap. ne initaris nu. 96. & 241. de constit.

24 Conjuges monendi sunt, ut non cohabitent ante benedictionem in Templo suscipiendam Fagn. in c. Vir autem n. 10. de secund. nupt.

Et Conjuges non benedicuntur, si ambo, vel alter fuerit benedictus Idem ibid. n. 1.

25 Conjux statim transit in domicilium mariti Bruneman. super ff. lib. 5. tit. 1. l. 65. n. 8.

26 Conjugea illicitum matrimonium contrahentea sibi invicem testamento nibil relinquere possunt Brunneman. ff. lib. 38. tit. 11. leg. 1. n. 2.

27 Lucro Statutario Conjux desertor privatur Brunnemann. ff. ff. lib. 38. tit. 11. l. 1. n. 8.

28 An morte conjugis affinitas solvatur Brunnemann. ff. ff. lib. 3. tit. 1. leg. 3. n. 2. & 3.

§. CONSANGUINITAS. XL.

1 Consanguinitas est vinculum personatum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, & distinguitur per lineas, & gradus cùm linea sit ordinata collectio personarum ab uno stipite descendentium diversos gradus continens, & gradua sit babitudo, sive mensura distantium personarum, qua cognoscitur quota consanguinitatia distantia aliqui inter se jungantur, ut benè probat Altograd. consil. 95. n. 9. & 10. lib. 2. Tusch. litt. C. conclus. 739. Bertachin. in Repertor. verb. Consanguineus Nicol. Elucubr. utr. Jur. lib. 1. tit. 10. de nupt. Fagnan. super Decretal. in cap. per tuas num. 10. de Probat.

Consanguinitas est quid naturale Fagnan. in allegat. cap. per tuas n. 8. Et consanguinitaris vinculum oritur etiam ex complexn Infidelium Idem ibidem n. 11.

Quòd appellatione consanguineorum veniant etiam descendentes ex fœminis, & maximè si illis fuerit injunctum onus assumendi nomen, & arma familiæ, Boer. decis. 546. n. 6. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 4. &c. Fusar. de substitution. quæst. 364. n. 3. Duran. decis. 116. n. 2. & decis. 152. n. 1. Rot. part. 11. recent. decis. 346. n. 15. &c. part. 13. decis. 156. n. 3. &c. Consanguineorum appellatione indistinctè veniunt tàm agnati, quàm cognati Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. decis. 44. nu. 3. libr. 10. vol. 2. Et tàm masculi, quàm fœminæ, quoties non est contemplata agnatio ibidem decis. 21. nu. 11. lib. 11. & decis. 34. nu. 2. eod. libr. vol. 2. Et vide Rot. in ead. Mantiss. libr. 13. decis. 45. a n. 2. vol. 44. Et Amita venit sub nomine consanguineorum ex latere paterno dict. decis. 34. n. 2.

Quòd consanguinei in lata significatione dicantur etiam cognati, in stricta fratres tantum, & de magis communi agnati soli, & non cognati sub nomine consanguineorum contineantur, & alia de hujus vocis significatione in materia statutaria, Rot. part. 6. recent. decis. 349. n. 2. & seqq. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 4. & seqq. Fusar. de substitut. quæst. 364. per tot. ubi an, & quando vocatis consanguineis veniant tantùm agnati, vel etiam cognati, & Rot. part. 13. recent. decis. 387. n. 8. & seqq. per tot. & decis. 497. per tot. ubi licèt ex propria significatione veniant agnati, ostendit venire etiam cognatos, attento usu loquendi statuentium, & p. 14. decis. 20. n. 1. &c. De Luc. de success. disc. 12. num. 4. ubi quòd in sensu civili convenit solùm agnatis.

Consanguinitas unà cum qualitate legitimitatis, qualiter sit probanda ad effectum succedendi, latè, & distinctè Gratian. discept. forens. cap. 969. & decis. 89. per tot. vide in §. Matrimonium num. 30. & §. Proximitas nu. 3. Rot. part. 10. recent. decis. 145. ubi si non concurrant alii, sufficiunt leviorea probationes, & plenè p. 14. decis. 535. quæ est votum D. Marcelli Severoli. 2

Quod ad effectum successoris probatur ex tractatu, & nominatione, & ex quasi possessione, Rot. p. 2. divers. decis. 132. n. 2. & 3. Surd. decis. 145. per tot. Mascard. de prob. concl. 411. per tot. vide plenè Rot. d. part. 14. decis. 535. ubi quando secus.

Probata autem consanguinitate in certo, & determinato gradu, præsumitur ille consanguineus proximior, ubi non comparet alius, qui se proximiorem contendat, Rot. part. 13. recent. decis. 513. n. 1. dixi in §. Proximitas nu. 3. Altogr. cons. 6. nu. 2. libr. 2.

Consanguinitas non probatur per epistolam, in qua quis nominetur frater, soror, vel alia necessitudine conjunctus, quia consanguinitas procedit ex generalibus principiis, non autem ex sermone nostro, qui veritatem immutare non potest, l. non epistolis ubi DD. C. de probat. 3

Ex hujusmodi tamen nominatione inducitur præsumptio, quæ transfert onus probandi in adversarium, qui sic nominavit, & constituit nominatim in quasi possessione ipsius consanguinitatis, si sit facta per verba clara, & dispositiva, ac principaliter in id prolata, quod procedit tam in judicio possessorio, quàm in petitorio, ut latè declarat Genu. de scriptur. privat. lib. 3. quæst. 33. per tot. fol. 145. & seqq. & de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 33. per tot. ubi an, & quando possit probari per verba enunciativa, de quo ultimo Rot. par. 9. recent. decis. 369. per tot. ubi de probanda descendentia in antiquis ex verbis enunciativis, Ciarlin. controv. 23. n. 20. & seqq. Peregrin. de fideicomm. art. 43. n. 67. &c. Martha de success. part. 4. q. 1. art. 1. n. 18. & seqq.

Quando, & quomodo consanguinitas sit distinctè probanda per dinumerationem graduum, & personarum, vel sufficiant testes de auditu, & similes leviores probationes, vide Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 70. Tiraquel. de nobilit. cap. 17. Mascard. de probat. concl. 410. & 411. per tot. cum aliis per Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 17. n. 299. &c. fol. 286. Rota part. 5. divers. decis. 288. part. 1. recent. decis. 381. n. 3. part. 9. dec. 351. n. 10. & seqq. ubi ad effectum succedendi in fideicommisso, & decis. 363. n. 13. eadem part. 9. ubi de jure patronatu, & decis. 396. ubi de successione, & decis. 498. per tot. ubi de jure patronatu, ead. par. 9. & par. 10. decis. 545. n. 1. & seqq.

De probatione consanguinitatis, & descendentiæ, plenè Castill. controv. tom. 5. c. 122. per tot. & Thoro compend. decis. Neapol. par. 1. & 3. in verb. Consanguinitas. Et plura Baldue, decis. 22. n. 1. de Legat.

gat. tit. 3. Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. *deciſ.* 1. *n.* 4. *deciſ.* 2. *n.* 5. *lib.* 3. *vol.* 2. ubi quod in antiquis levioribus probationibus contentatur *& deciſ.* 30. *n.* 4. *libr.* 10. *vol.* 2. ubi quod juſtificatur etiam ex enunciativis De Luc. *de fideicommiſſ. diſc.* 106. 193. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 7. *deciſ.* 275. *& deciſ.* 333.

4 Conſanguinei, vel affines alicujus perſonæ defunctæ, non poſſunt intra novem dies poſt mortem illius conveniri, vel executari, Menoch. *de arbitr. caſ.* 387. *n.* 22. *&c.* Petr. Pecch. *de jur. ſiſtend. & manu inject. cap.* 5. *n.* 17. *& cap.* 19. *n.* 10. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 18. *n.* 53. *& cap.* 243. *nu.* 6. Rodriquez. *de concur. credit. part.* 1. *art.* 3. *n.* 8. vide in §. *Hæres n.* 24. *&* §. *Funus n.* 1.

Contrarium tamen fuiſſe pluries deciſum, & quare etiam intra triduum à die obitus contra hæredes, & bona debitoris defuncti, teſtatur Paul. Chriſt. *deciſ. Belg.* 81. *per tot. vol.* 1.

5 Conſanguinei, & affines intra quartum gradum non poſſunt compelli ad teſtificandum contra conſanguineos ſuos, & affines, niſi quando aliunde veritas haberi non poſſet, vel niſi appareret illos non coactè, ſed ſua ſponte depoſuiſſe, Duen. *reg.* 384. Michalor. *de fratr. part.* 3. *c.* 50. *&* 51. vide in §. *Affinitas n.* 7. Tuſch. *litt. T. concluſ.* 225. *num.* 9. *& ſeqq.* Clar. §. *fin. quæſt.* 24. *n.* 22. Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *reſolut.* 10. ubi quòd ideò non tenentur etiam revelare vigore monitorii, etiamſi veritas aliunde haberi non poſſit, licèt alii contra hoc ultimo caſu, vide in *§. Monitorium n.* 1. Nicol. *elucubr. utr. Jur. in tit. de nupt. & in tit. de teſtam. ordinand.*

Quòd ubi aliter veritas haberi non poteſt cogantur omnes privilegiati teſtificari, maximè vigore monitorii, vel alios teſtes informatos nominare, ut ſemper veritas innoteſcat, latè pluribus citatis probat Giurb. *deciſ.* 94. *per tot.* ubi de conſanguineis etiam ſtrictiſſimis, affinibus, procuratoribus, advocatis, & hujuſmodi.

Quòd pro conſanguineo, & affine non faciant fidem, Duran. *deciſ.* 427. *num.* 3. ubi loquitur in civilibus, & quid etiam in criminalibus, latè Farinace. *de teſt. q.* 54. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 408. *&* 414. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 579. *& ſeqq. fol.* 314. Gabriel. *com. concl. lib.* 1. *de teſt. concl.* 13. Teſtis conſanguineus contra conſanguineum fortius probat Bertachin. *vot.* 16. *n.* 6.

An admittantur, & probent in cauſa matrimoniali, Merlin. *deciſ.* 684. *num.* 7. *& ſeqq. vide in* §. *Matrimonium n.* 7. *&c.* Card. De Luc. *de matrimon. diſc.* 2. *nu.* 11. *&* 17. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 285.

Admittuntur tamen ad defenſam etiam ſi eſſent fratres ſimul habitantes, cùm favore defenſionis admittantur etiam alias inhabiles quando agitur ex officio, & non patiuntur alios defectus, nam non cenſentur diſpenſati, niſi pro uno defectu, Guaz. *deff.* 29. *cap.* 3. *num.* 5. Michalor. *d. c.* 51. *n.* 13. *&c.* Menoc. *de arbitr. caſ.* 104. *num.* 6. Duen. *reg.* 383. *per tot.* ubi loquitur de fratribus, vide in *§. Affinitas num.* 9. *& §. Teſtes num.* Maſcard. *concl.* 412. *n.* 8. *&* 491. *n.* 6. *&* 9.

Quod ubi aliter veritas haberi non poteſt admittantur conſanguinei, & etiam filii contra parentes, & ipſis magis, quàm aliis credendum ſit, Cravett. *conſil.* 6. *n.* 62. *& conſ.* 220. *n.* 9. Farinac. *conſil.* 29. *nu.* 8. ubi qualiter deponendo de delicto contra matrem illam convincant.

Quòd conſanguinitas operetur multa, & quæ, & quomodo conſanguineus præſumatur ſcire facta conſanguinei, Tuſch. *litt. C*, *concluſ.* 740. *&* 741. Bertachin. *in Repert. verb. Conſanguineus.*

6 Conſanguinei, & attinentes bannitorum, & malorum hominum, cogi poſſunt pro illis præſtare cautionem de neminem offendendo in perſona, vel bonis, ſubſiſtente tamen juſta cauſa, & alio contrarium non ſuadente, cùm utilitas publica, quæ verſatur in evitandis ſcandalis præferenda ſit privatæ, de quo latè Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 149. *per tot.* vide Ant. Merend. *inter conſult. forenſ.* Urceol. *cap.* 41. *num.* 38. *& ſeqq.* cum aliis per eos citatis, & in mea Pract. §. *Offeſe num.* 13. *&* §. *Statuti num.* 42. & in hoc Opere *§. Cautio num.* 21. §. *Statutum num.* Raynald. *ſyntax. ter. crim. cap.* 8. *§.* 3. *num.* 159. *& ſeqq.* ubi de modo valdè rigoroſo, & aſpro à ſacra Conſulta ordinato procedendi contra fidejuſſores pro contraventione bannitorum, in offendendo, vel ingrediendo Statum Eccleſiaſticum, nempè quod quando fuit contra bannitos ex inditiis tranſmiſſa Inquiſitio, & facta declaratio ſuper dicta contraventione procedatur contra fidejuſſores ad executionem pœnæ abſque illorum citatione eo modo, & forma, quo, & qua fit contra fidejuſſores de non offendendo Guaz. *in tract. de Pace part.* 2. §. 3. *quæſt.* 57. *& ſeqq.*

An poſſint excuſari ſi receptent bannitos, & alia de receptatoribus bannitorum, Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 75. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 59. *num.* 11. *ſeqq. vide in* §. *Statutum puniens.*

Et qua pœna puniantur ſi ad evitandam ignominiam, procurent tales malefactores carceratos veneno necare, & de aſtutia quadam ad id faciendum Venetiis adhibita, vide Menoch. *de Arbitr. caſ.* 285. *nu.* 5. *& ſeqq.*

Sed in atrociſſimis parum predeſſet, cùm etiam cadavera poſſint ſuſpendi, ut dixi in *§. Bannitus n.* *&* §. *Cadavera num.*

7 Conſanguineorum præſentia excludit metum, & facit illius præſumptionem ceſſare, intelligendo quando illorum aſſiſtentia poteſt eſſe ſufficiens ad reſiſtendum violentiæ illius, qui arguitur de metu, aliàs ſecus ſi agatur cum eo, qui pariter poterat eſſe cauſa metus ipſis conſanguineis, & amicis, vel niſi interveniat enormis læſio, quia tunc ex hujuſmodi aſſiſtentia non ceſſat metus præſumptio; bona tamen erit proteſtatio facienda, quæ conſenſum abeſſe declaret, ut benè probat Boer. *deciſ.* 100. *nu.* 7. *& ſeqq. vide in* *§. Metus num.* 9. *&c.* Ludoviſ. *deciſ.* 120. *num.* 24. *& deciſion.* 326. *num.* 39. Odd. *de reſtitut. in integr. part.* 1. *quæſt.* 22. *artic.* 7. ubi quòd præſentia amicorum non facit ceſſare beneficium reſtitutionis.

8 Conſanguinei, ſicut & vicini præſumuntur ſcire facta conſanguineorum, vel vicinorum, ut latè ampliando, limitando, & ad plura inferendo probat Gabriel. *comm. concluſ. lib.* 1. *tit. de præſumpt. concluſ.* 6. *per tot. vide in* *§. Vicinus num.* 2. Maſcard. *de prob. concluſ.* 407. *&* 413. *per tot.* Bonden. *collect.* 21. *n.* 36. *&* 37. Rot. *poſt eundem dec.* 36. *num.* 7. Balduc. *deciſ.* 9. *n.* 14. *tit.* 3. *de Legat.* Emerix jun. *deciſ.* 173. *n.* 3. ubi quod conſanguineus præſumitur habere nota jura ſanguinis Creſcin. ad Pen. *dict. deciſ.* 285.

9 Plura de conſanguinitate, & affinitate indicat Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliotb. legal. part.* 4. *verb. Conſanguinitas fol.* 320. *&c.* Joann. Turra *in tractat. de ſucceſſione in majorat. & Primogenit. Ital. in variis locis indicatis in ejus Repertor. general. in fine part.* 3. *verb. Conſanguineus* Fagnan. *ſup. Decret.* Brunneman. *ſup. ff. & Cod.* Card. De Luc. *in Indic. gener.* Palm. Manſ. & alii moderni.

10 Exiſtentia conſanguineorum, & proximiorum, qui commodè contractui intervenire potuerant, juſtificanda eſt ab allegante nullitatem Balduc. *tit.* 4. *de Dot. deciſ.* 30. *à n.* 5.

Conſanguinei quod non adfuerint, præſumitur, quando in Inſtrumento non interfuerunt Palma nepos *deciſ.* 122. *n.* 17. *tom.* 2.

Conſenſus propinqui ex forma Statuti requiſitus in contractu Mulieris, quando, & in quibus contractibus requiratur, vel non Palma nepos *deciſ.* 102. *per tot.*

Contractus Minoris, & Mulieris quando ſuſtineatur etiam ſine præſentia Conſanguineorum requiſita à Statuto Bertachin. *vot.* 16. *per tot.*

Ex præſentia Conſanguineorum, & Judicis excluditur metus in contractu Bertachin. *vot.* 1. *n.* 7.

Conſanguineorum preſentiam, aut conſenſum an Statutum poſſit exigere in teſtamento mulierum De Luc. *de teſta. diſc.* 29. *& ſeqq.*

11 Conſanguinei ſolent eſſe ſollicití in inveſtiganda filiatione conſanguineorum Rot. *in deciſionib. recollect.* per Palm. nep. *deciſ.* 181. *n.* 12. *tom.* 2.

12 Conſanguinei debent citari, antequam quis forjudicetur Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæſt.* 9. *n.* 63. *tom.* 1. *& rubr.* 12. *quæſt.* 16. *n.* 49. *cum ſeqq. tom.* 2.

13 Conſanguinei an dicant de nullitate forjudicationis conſanguinei, ſi reus non eſt in fortiis Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæſt.* 10. *tom.* 1.

14 Ex Consanguinitate, temporis diuturnitate, & sæpe calculatis rationibus præsumitur solutio *ex l. procula ff. de probat.* Vide De Luc. ad Gratian. *decis.* 152. Rocc. Episc. *cap.* 155. *n.* 16. *lior.* 2. Pigant. *ad Statut. Ferrar. tom.* 2. *fol.* 224. Caten. *resol.* 108. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 47. *n.* 330. *tom.* 7.

15 Consanguinei in actibus communitativis non possunt dare votum pro alio consanguineo Balduc. *tit.* 4. *de Dot. decis.* 34. *n.* 3. An, & quando Canonicus Consanguineus possit votare in Capitulo Piton. *de Jurepatron. alleg.* 30. *n.* 3. *tom.* 1.

16 Consanguinei retrahere nequeunt aliqua bona evicta, signantèr fertiliora, cæteris ommissis, unico contractu venditis Balduc. *de Prælat. tit.* 2. *decis.* 20. *n.* 9. & 15.

17 Consanguinei, vel familiares Episcopi, aut resignantis admitti non debent ad Concursum Parochialis sic resignatæ Fagnan. *in cap. non sine n.* 53. *de arbitris.*

18 Consanguinei Mariti, cum consanguineis Uxoris licite contrahunt Fagnan. *in c. quod super n.* 1. *de consanguin. & affinit*

19 Consanguinei si impediant testes Actoris, punitur reus, de cujus voluntate hoc fieri præsumitur Fagnan. *in c. constitutis il primo n.* 2. & 5. *de testib. & attestationibus.*

20 Consanguinitas est fortius vinculum, quàm affinitas Fagnan. *in c. per tuas n.* 13. *de probationibus.*

21 Præsentatus de Sanguine Patronorum debet præferri extraneo in paritate Vocum, nec valet gratia ab isto obtenta, non facta mentione præsentati de Sanguine Episcopus Piton. *de Jurepatron. alleg.* 4. *n.* 1. *tom.* 1.

Et an procedat in Consanguineo ejus, qui præsentat occasione Officii, Dignitatis, Collegii, vel Universitatis *loc. cit. n.* 2.

Alia plura circa hanc materiam vide eundem Episcopum Piton. *de Jurepatron. in Indice verb. Consanguineus tom.* 1.

22 Universitas, seu Corpus fictum non habet Consanguineos Piton. *de Jurepatron. alleg.* 4. n. 5. 6. 7. *tom.* 1.

23 Voluntas, & prædilectio Testatorum censetur directa ad consanguineos potius, quàm extraneos Piton. *de Jurepatron. alleg.* 25. *n.* 15. *tom.* 1.

24 Donatio facta consanguineo dicitur actus pius Piton. *de Jurepatron. alleg.* 36. *n.* 27. *tom.* 1.

25 Appellatione *parentum*, *Consanguineorum* veniunt etiam attinentes per cognationem Piton. *de Jurepatron. alleg.* 75. *n.* 24. *tom.* 2.

26 Legatum Consanguineo factum an dicatur intuitu Sanguinis, vel Pietatis De Luca *de testamen. disc.* 18. *n.* 6. *disc.* 19. *ex n.* 3. *de Decimis disc.* 20. *n.* 9.

§. CONSILIUM. XLI.

1 CONsilium neminem obligat regulariter, nisi sit dolosum, intelligendo in contractibus, nam in delictis semper regulariter obligat, Jason. *in l.* 2. *n.* 3. & 4. *ff. quod quisque jur.* Pract. Papp. *for. inquisit. glos. Opem, auxilium &c. per tot. cum Addit.* Clar. *§. fin. q.* 88. latè Menoch. *de arbitr. cas.* 351. *per tot.* Farinac. *quæst.* 129. *per tot.* Tusch. *litt. C. conclus.* 762. *per tot.* Merlin. *decis.* 216. ubi de proxeneta, vel mediatore contractus, qui regulariter non tenetur pro consilio dato, nisi fuerit dolosum, & ex quibus arguatur, vel excludatur dolus. Cyriac. *controv.* 484. Vide infrà *in hoc §. in novissimis additionibus* Crescin.

Quando aliquis ratione officii tenetur consulere, ut sunt Consiliarii Principum, & hujusmodi obligantur in foro exteriori, & conscientiæ ex malo consilio, etiam non doloso, & tenentur non solùm bona, & justa consulere, sed etiam contraria consilio, & facto quantum possunt impedire, aliàs (ultra refectionem damnorum) sunt ab officio removendi, & puniendi, cùm Principum adulatores, non Consiliariorum, sed hostium, & deceptorum, vel Traditorum nomen mereantur, nec valent excusari ob metum, quia debent esse liberi, & liberum dare consilium, cùm melius sit pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione consequi beneficium, nec ex eo quòd ita intellexerint, quia cùm se profiteantur peritos, tenentur de imperitia saltem ad damnum, & interesse, ut egregiè omnia hæc, & aliam ad rem probat videndus Cabed. *decis.* 84. *per tot. p.* 2. vide in §. *Princeps nu.* 55. *vers. An possint, &c. in §. Causa n.* 21.

Consilium, vel auxilium quando non fuit efficax, nec causa efficiens, sed solùm excitans animum jam paratum, non obligat in foro conscientiæ ad aliquam restitutionem, sicut non obligat in contractibus, quando fuit datum ab idiota, vel quocunque alio bona fide, & sine dolo, nisi consulens haberet officium consultoris, & reciperet salarium, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 23. *fol. mihi* 191. Et de prima parte hujus conclusionis idem Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 47. latè Leotard. *de usur. quæst.* 94. *num.* 58. & *seqq.* ubi plura quando consulens usuram obligetur ad restitutionem, vel non, & transit cum allata distinctione, an aliàs esset facturus, vel non, & an teneatur tantùm pro illa vice, vel etiam pro aliis usuris postea ex consuetudine peccandi commissis. 2

Consilium in delictis ut obliget consulentem ad pœnam plura requiruntur; primò, quòd sit super actu pœna digno; secundò, quòd sit ad malum, ita ut si dubitationem habet ad bonum datum sit interpretandum, tertiò, quòd præcedat delictum; quartò, quòd consulens perseveret, secus si ante delictum illud revocet efficaciter contrarium suadendo, vel notum faciendo illi, qui offendendus erat, si adhuc dubitet de malo futuro; quintò, quòd ob tale consilium deinde sit sequutum delictum, sextò, quod principalis delinquens sit pro sequuto delicto condemnatus, Menoch. *de arbitr. cas.* 351. *n.* 1. & *seqq. ad* 17. Clar. & Bajard. *qu.* 88. Farinac. *q.* 129. *p.* 3. Boer. *decis.* 262. *num.* 11. *&c. decis.* 167. in meis resolut. *c.* 64. *n.* 14. & in Pract. *§. Delitti n.* 39. *&c.* 3

Quòd si consulens revocavit seriò consilium, etiam si secreto non admonuerit offendendum, non teneatur ad restitutionem damni postea sequuti, Dian. *part.* 5. *tract.* 26. *resolut.* 17. & 18. & *part.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 83. ubi quòd nec incurrit irregularitatem, neque excomunicationem si occisus erat Clericus, *part.* 5. *tract.* 4. *resolut.* 64. sequitur aliis citatis P. Stephan. de Neap. *tract. de restit. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 9.

Quòd consilium quandoque sit de per se punibile, etiam non sequuto alio delicto, *l.* 1. *§. sed utrum ff. de serv. corrupt.* Farinac. *quæst.* 129. *num.* 23. 83. & *num.* 107. & 121. Leotard. *de usur. quæst.* 94. *num.* 62. *vide in §. Mandatum num.* 26. Menoch. *de arbitr. cas.* 351. An, & quibus casibus consulens teneatur de malo consilio Bruunemann. *sup. Cod. lib.* 6. *tit.* 2. *leg.* 2. *n.* 7. *pag.* 531.

Consulens delictum ei, qui aliàs non erat facturus, nisi adfuisset tale consilium, sequuto delicto punitur eadem pœna, qua delinquens principalis, & tenetur etiam ad restitutionem damnorum, & interesse parti læsæ, nisi alia specialis pœna sit à lege consultori imposita: Si verò consulvit ei, qui aliàs etiam sine dicto consilio erat facturus, & sic quando consilium non fuit causa efficiens delicti, sed tantùm excitans animum alterius jam ad delinquendum paratum, sequuto delicto punitur consulens non eadem pœna, sed alia mitiori judicis arbitrio, quod procedit etiam in delictis atrocibus, Menoch. *de Arbitr. dict. cas.* 351. *num.* 27. & *seqq. per tot.* Duen. *reg.* 149. *per tot.* Clar. & Bajard. *dict. quæst.* 88. Farinac. *dict. quæst.* 129. Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 762. & 763. Boer. *decis.* 262. ubi de uxore, quæ conspiravit cum adultero in mortem viri, Bouisac. *de furt.* §. 3. *num.* 122. & *seqq. ad* 140. dixi in Pract. §. *Delitti num.* 38. 4

Dubitans autem utrum ex suo consilio sequutum fuerit delictum, an teneatur ad restitutionem damnorum, & alia, pulchrè Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 84. ubi refert diversas opiniones, & infert ad plura notabilia in foro conscientiæ, & *part.* 4. *tract.* 3. *resol.* 28. & *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 92. ubi quid, si fuerit causa non efficiens, sed ut citiùs committeretur homicidium jam destinatum, & an ex hoc solo consulens incurrat irregularitatem.

Consulens, suadens, vel inducens aliquem ad eligendum minus malum, pro majori malo evitando, quod ille jam ex malitia sua perpetrarè absolutè decreverat, peccat, cum formaliter se involvat per cooperationem in malo, quæ nunquam est licita, nisi simpliciter se contineret in offerendo materiam minoris 5

mali,

mali & non efficaeiter illam suadendo, quia tunc non peccaret, secundùm Cajetan. 2. 2. quæst. 78. art. 4. Toletan. in sum. lib. 3. cap. 1. eum aliis per Barbos. de Axiomat. jur. Axiom. 141. num. 8. Caster. Paulus tom. pr. tract. 6. disput. 6. punct. 6. num. 9. Hurtado de Mendoza in 2. 2. disput. 173. sect. 10. §. 110. latè Gabriel. Vasquez. opusc. moral. tractat. de scandal. art. 1. dub. pr. per tot. fol. mihi 23. ubi de omnibus in hoc numero contentis an, & quando liceat alteri suadere minus malum ad evitandum majus. Covar. de Sponf. part. pr. cap. 4. num. 9.

Contrarium tamen, non solùm prædictam simplicem oblationem, & propositionem materiæ minoris mali, sed etiam formalem, & efficacem suasionem minoris mali, pro majori evitando, omni carere culpa, & non esse peccaminosam, quando utrumque malum nempè majus, & minus alia ratione, & cum mioori damno evitari non potest, qui ita consulens non tendit principaliter, ut minus malum absolutè committatur gerens in animo, ut etiam velit illud evitari si possibile esset, nec illud approbat (alias enim peccaret per formalem in malo cooperationem) sed ut evitetur majus malum, quod aliter evitari non potest, & sic solum formaliter intendit commutationem majoris mali in minus malum, quod est licitum in suadente, quamvis mens indurata delinquere volentis non sit mutanda, nisi talis suasio minoris mali tenderet in præjudicium alterius tertii particularis in individun, quia tunc non esset licita, secus autem si respiceret alterius præjudicium tantùm in genere, vel si ille tertius non esset molestè tale præjudicium susceptutus, vel si esset alioquin obligatus ad illud suscipiendum, quia his casibus adhuc licita esset talis persuasio minoris mali pro majori vitando etiamsi resultaret in præjudicium tertii in genere, vel etiam in specie, & in individuo si ille non sit ægrè laturus, vel si aliàs sit ad hujusmodi damnum suscipiendum obligatus, ut latè ex Navarr. in manual. cap. 14. sub nu. 40. & cap. 17. num. 263. Silvestr. in verb. Usura 7. nu. pr. Less. de just. lib. 2. cap. 13. num. 19. & seqq. & lib. 4. cap. 3. num. 33. & seqq. Molin. disput. 335. num. 9. & seqq. & aliis declarat, ac de veriori opinione testatur Barbos. d. Axiom. 141. num. 9. & seqq. ad finem, adde Salon. de justit. & jur. tom. 2. quæst. 78. art. 4. fol. mihi 421. Bonifac. de furt. §. 3. num. 135. dixi in Pract. §. Delitti num. 41. Leotard. de usur. quæst. 94. num. 61. &c. Dian. part. 3. tract. 5. resol. 37. part. 5. tract. 7. resol. 18. per tot. & resolut. 59. ubi an sit licitum consulere volenti surripere nummos pauperi, ut potiùs surripiat diviti, vel volenti adulterium committere, ut potiùs fornicetur, & hujusmodi, & ibidem resolut. 39. vers. nota quintò, & part. 11. tract. 6. resol. 56. ubi an talis consulens teneatur restituere damnum illatum ex minori malo alteri, contra quem malefactor delinquere non determinaverat, & videtur affirmare Cajet. in sum. verb. Tyrannus.

6 Consulens fugam alteri aliàs facturo non dicitur consulere ad malum, Bald. consil. 220. vol. 3. Boer. decis. 215. num. 3. 4. & 16. vide in §. Carcer. n. 24. Gabriel Vasquez in S. Thom. 1. 2. tom. 6. disput. 164. cap. 3. per tot. fol. 138. dixi in §. Fuga num. 4.

An, & quando sit licitum consulere fugam carceratis, ac illis instrumenta ad rumpendam carcerem suppeditare, vide Dian. & quos allegat part. 3. tract. 5. resol. 102.

7 Consilium sapientis an requiratur in causis arbitrariis, quid ex forma statutorum, & an judex teneatur illud sequi, Menoch. de arbitr. lib. pr. quæst. 23. per tot. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 34. num. 27. & seqq. vide in §. Arbiter num. 8. & §. Sententia n. 27. Vide Abecclef. & Crescin. observat. forens. part. pr. observat. 16. observat. 17. & observat. 18.

Plura de consilio requirendo, & an, & quando sit sequendum, vel non, Paul. Christin. ad leg. municip. Meclin. tit. pr. art. 3. Asin. in prax. §. 25. per tot. Vide infra in hoc §. in novissimis additionibus Crescin.

Quòd de jure consilium sapientis sit concedendum expensis petentis, de consuetudine autem expensis communibus, præsertim si judex ex officio causam consultori transmittat, Menoch. de arbitr. cas. 228. num. 22. & seqq. Surd. de aliment. tit. pr. quæst. 63. num. 4. Gratian. discept. forens. cap. 57. num. 2. ubi quòd petens consilium sapientis ex forma statuti debet solvere totum salarium consulentis, si verò motu proprio judicis expensa sit communis, nisi aliter disponatur per statutum, & vide in §. Statutum num. Asin. in prax. §. 25. per tot. Vide Abecclef. & Crescin. part. 1. observat. 18.

Quòd commissa causa ad consilium sapientis, suspendatur jurisdictio, & consequenter illo pendente interim gesta subjaceant vitio attentatorum, & nullitatis, intelligendo non de consilio pro majori judicis satisfactione, sed de eo quod vigore statuti, vel commissionis est pro forma adhibendum, nisi calumniosè, & ad differendum peteretur in re omninò clara, & indubitata, nam his casibus etiam stante statuto non tenetur judex illud concedere, nec expectare, nisi tamen (judicio meo) aliter esset expressè dispositum à statuto, Lancellot. de attent. part. 2. cap. 9. per tot. Vant. de nullit. ex defect. jurisdict. ordin. num. 145. & seqq. & summatim de more Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 14. num. 156. & seqq. fol. 227. dixi in §. Sententia num. Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 46. à num. 18. tom. 1. Crescin. ad Abecclef. observat. 16 n. 7. part. 1.

De petitiooe consilii sapientis, an sit concedendum à judice, an sequendum, quid operetur, an valeat sententia sine eo lata, quid possit Consultor, quomodo ferenda sententia, an possit consilium revocari) an eo pendente currat instantia, & alia latè Tusch. litt. C. conclus. 767. cum pluribus seqq. Asin. in prax. §. 2. cap. 11. num. 23. &c. ubi an currat instantia refert diversas opiniones, & latiùs de consilio sapientis, idem Asin. §. 25. per tot. Bertachin. in Repert. verb. Consilium 2. per tot. plenè Pac. Scala tract. de cons. sap. per tot. latè Altimar. de nullit. rub. 9. quæst. 46. per tot. tom. 1. Abecclef. & Crescin. observat. forens. part. 1. observat. 16. 17. 18. 27. & 203.

Quòd ubi Consultores eliguntur vigore statuti, vel rescripti, teneatur judex illorum consilium sequi, & juxta illud judicare, cùm non sit propriè consilium, sed sententia probat Martha vot. Pis. 93. num. 23. & seqq. ubi loquitur de judicibus officiorum Florentiæ, quos juris ignorantes appellat, & ideò teneri necessariò sequi consilia sapientum, ac ita fuisse executum jussu Serenissimi Magni Ducis. Sed revera licet dicti Officiales Florentini sint juris ignari, sunt tamen valdè ingenio acuti, & perspicaces, & interdum sapiunt plusquam Doctores ordinarii.

Quòd non præsumatur requisitum consilium, & quando sententia non possit exequi, nisi de illo appareat, Mascard. de probat. conclus. 418.

An sententia lata de consilio sapientis retractari valeat Abecclef. & Crescin. observat. forens. part. 1. observat. 16.

Consilium malum ad delinquendum ex quibus arguatur, & probetur, nempè ex acerbitate facti, ex illicitis, ex brevitate temporis post allocutionem, & sequutum delictum, ex inimicitia præcedente, & hujusmodi, quòd in dubio dicatur causa delicti, & ex eo præsumatur motus delinquens, & aliàs non fuisse facturum, qualiter differat à mandato, & alia, Mascardus de probat. conclus. 419. vide in §. Mandatum. 8

Consilium à viro probo datum præsumitur ad bonum, & in dubio consilium præsumitur bonum, & non malum, ut benè probat Mascard. dict. conclus. 419. num. 10. et seqq. 9

Consilium Universitatis qualiter fieri debeat omnibus convocatis, & congregatis pro majori parte, repræsentet totum populum, possit facere electiones, & alia, Thomat. decis. 238. & 297. nu. 36. dixi in §. Universitas, vide De Luc. de alienat. disc. 23. nu. 13. & 17. Brunnemann. in l. 3. ff. quod cujusq. universit. 10

De Consiliariis Status aliqua exhibet Thoro compen. decis. Neap. part. 1. & 3. in verb. Consiliarius, Cabed. decis. 64. in fine part. 1. & multos materiam tractantes indicat Com. August. Fontan. Biblioth. leg. part. 4. verb. Consiliarii fol. 326. &c. ubi etiam de consilio sapientis Communitatis, consilio malo, & hujusmodi, & latiùs videndus, Callejon. in Alphab. iurid. verb. Consiliarius, Consulens, Consilium, Consilia Regalia, &c. De Consiliariis, & Consilio plura Card. De Luc. 11

in Indic. general. nonnulla Fagnan. Altimar. Palm. Mans. & alii.

12 Consulens abortum, vel aliud delictum si postea revocet consilium validè, & faciat quantum in se est, notificando etiam prudenter illi contra quem erat directum, ut caveat, excusatur in foro conscientiæ, etiamsi sequatur delictum, imò & in foro fori, Valer. *de different. utriusque fori verb. Peccatum differ.* 11. *& verb. Mandatum differ.* 1. ubi quid in mandante, & dixi ego in *§. Mandatum.*

13 Pater, & filius possunt esse consiliarii in eodem Senatu Brunnemann. *sup. Cod. libr.* 10. *tit.* 40. *leg.* 1. *n.* 4. *col.* 970.

14 Consilium constare ex 24. Decurionibus tamquam quid facti, probari debet Balduc. *decis.* 32. *n.* 13. *tit.* 4. *de Dot.*

15 Consilium generale an requiratur de necesse pro alienationibus bonorum Universitatis Balduc. *decis.* 32. *n.* 9. *tit.* 4. *de Dot.* De Luc. *de alienat. disc.* 23. *a n.* 10. Et quid de Consuetudine *ibidem n.* 12.

16 Plura circa Consilium Civitatis Vide De Luc. *in Indice generali verb. Consilium Civitatis.*

17 Plura etiam circa Sac. C. Neapolitanum Vide eumdem De Luc. *in Indice loc. cit.*, de quo etiam plura Altimar.

18 Consilium an sufficiat fuisse requisitum, vel sequi debeat Palma nep. *decis.* 257. *n.* 3. *tom.* 3. Crescin. ad Abecclef. *part.* 1. *observat.* 203. *n.* 1.

Consilium qui tenetur requirere, non sequi adstringitur Fagnan. *in c. licet n.* 14. *de Regul.*

Consilium irriverentiæ obligationem non excludit Fagnan. *in c. perniciosam n.* 73. *de Offic. Ordin.*

Consilio, & verbis hortatoriis parendum est, si materia sit de præcepto Fagnan. *in c. recolentes n.* 3. *de stat. monac.*

Consilium perfectionis nō est obligatorium Fagnan. *c. a Crapula n.* 20. *de Vita, & honest. Cleric.*

Consilium accipitur pro consensu, quando exigitur ab eo, de cujus Superioritatis præjuditio agitur Fagnan. *in c. si quis n.* 5. *de for. comp.*

Et consilium prolatum a Jure importat necessitatem, idem *ibid. n.* 6.

Consilii lex regulariter non est obligatoria Fagnan. *in c. Canonum Statuta n.* 97. *de Constit.*

Consilii legem non servans ex contemptu, mortaliter peccat idem *ibid. n.* 98.

Consilium reverentiæ quando dicatur *ibid. n.* 99.

Consilium testatoris an obliget Roec. *cap.* 44. *nu.* 16. *cap.* 52. *n.* 56. *tom.* 1.

19 Consilium in spiritualibus a laicis petere non est prohibitum Fagnan. *in c. cum ex con. n.* 19. *de Reliquiis, & Vener. Sanct.*

20 Consilium, & Consensus sibi invicem compatiuntur, idem *ibid. nu.* 21.

21 Consilium quandoque ponitur pro consensu, & authoritate Fagnan. *in c. admonet. n.* 3. *de Renun.*

22 Consilium requisitum in Visitatione an sit necessarium in actibus præparatoriis Bertachin. *vot.* 91. *per tot.*

23 Consilium quando requiritur, est dandum congruum tempus ad consulendum Bertachin. *dict. vot.* 91.

24 Consilium Juvenis laudatur, sed solet amplecti illud maturi, & experti Viri ex facto Piton. *de Jurepatr. alleg.* 47. *sub n.* 31. *in fin. tom.* 1.

25 Adjecta per modum Consilii, si fuerint omissa, non irritant actum Emerix jun. *decis.* 1202. *n.* 9.

26 Obligatus petere consilium, licet non teneatur illud sequi, hoc tamen limitatur in obligato petere consilium a Principe in Officio, qui tenetur sequi Emerix jun. *decis.* 932. *n.* 9. *& seqq.*

27 Consilium demandatum a lege in explicatione alicujus actus, an & quando sit sequendum distinguitur per De Luc. *de Regul. disc.* 8. *n.* 5. & de differentia inter Ordinarium, & Delegatum, idem *ibid. n.* 6.

28 Consilium Assessoris an Judex sequi debeat De Luca *de Judic. disc.* 4. *n.* 20.

Ubi rescriptum diceret procedat de voto, tunc illud sequendum esset, secus si diceret cum voto Idem *ibid. n.* 10., Et vide eo *dict. observat.* 297.

29 Verba *consiglio, e parere* sunt synonima Emerix jun. *decis.* 932. *n.* 4. *et* 7.

Consilium fraudandi præsumitur quoties, qui habens filios successionis capaces immensam fecit donationem Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *nu.* 676. *vers. consilium fraudandi tom.* 5. 30

Consiliarii tenentur sub peccato accedere ad consilium, & nequeunt se abstinere, nisi sint justè impediti Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 31. 1010. *tom.* 5. 31

Consiliarii graviter delinquunt deregentes secreta Civitatis, & Congregationum, & puniuntur cum proditorii pœna supplicii Altimar. *loc. cit. n.* 1011. 32

§. CONSTITUTUM. XLII.

CONstitutum in jure nil aliud est quàm constituere se pro alio possidere, & est satis frequens in contractibus, operatur translationem possessionis tam civilis, quàm naturalis in constitutarium ad effectum manutenendi, & quoscunque alios effectus, imò etiam translationem dominii in contractu habili ad illud transferendum, Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 785. *& seqq.* ubi plura Gratian. *discept. forens. cap.* 954. *nu.* 2. *& cap.* 483. *in princip.* ubi tamen quòd si contractus principalis sit nullus, non transfertur possessio ex constituto, sed opus est facto, & reali traditione, Rot. apud Post. *de manutent. decis.* 271. *num.* 2. ubi de domino directo manutenendo finita emphyteusi adversus hæredes emphyteutæ, Ludovis. *decis.* 487. cum Annot. Beltram. Bardellon. *consil.* 175. *per tot.* ubi multa quando Constitutarius ex sola clausula constituti non sit manutenendus, adde Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 25. *& decis.* 91. *n.* 1. *& seqq.* Francis. de Angelis *de Confess. lib.* 2. *q.* 63. ubi an confessio constituentis idem operetur quod ipsum constitutum, & alia. Latissimè Pellegrin. *in praxi Vicar. part.* 2. *section.* 2. *subsection.* 11. *a n.* 64. Brunnemann. *sup. ff. libr.* 41. *tit.* 2. *leg.* 18. *num.* 1. 1

Quòd constitutum transferat veram, & propriam possessionem licèt per modum fictum, Altograd. *consil.* 8. *n.* 21. *&* 22. *lib.* 2. *consil.* 55. *n.* 40. *&* 41. *lib.* 2. *& consil* 74. *n.* 48. *lib.* 2. Sperell. *decis.* 168. *n.* 18. *& seqq. decis.* 171. *per tot.* Thomat. *dec.* 15. 30. 96. 112. 120. *& alibi*, Larrea *dec.* 10. Cyriac. *controv.* 258. Merlin. *controvers.* 17. *et* 18. *lib.* 2. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *q.* 1. *sect.* 2. *n.* 45. *tom.* 3. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 183. *n.* 6. *part.* 1. Pellegrin. *ubi supra.*

Quòd operetur etiam translationem dominii, si subjecta materia sit habilis, Barbos. *de Claus. clausul.* 31. *n.* 4. *&* 5. Rot. *in Noviss. part.* 7. *decis.* 260. *nu.* 16. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 1. *n.* 102. *tom.* 3. Amat. *resol.* 62. *n.* 9. *& seqq.* Crescin. *ubi supra n.* 8. *&* 9. Pellegrin. *ubi supra.*

De materia constituti plenè Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 5. *per tot.* ubi ponit octo notabiles illius effectus, & 36. casus, in quibus non operatur, quos vide penes ipsum cum aliis ab eo allegatis Ricc. *Collect.* 55. *per tot.* Merlin. *de pig. lib.* 4. *tit.* 4. *qu.* 120. *per tot.* ubi qualiter operetur viam facti, judice neglecto, vel urbanius agendo associationem, & alia plura, Fontanel. *de pact. napt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 27. *per tot. fol.* 521. Pascal. *de patr. potest. part. pr. cap.* 8. *num.* 41. *cum pluribus seqq.* Plura Pellegrin. *ubi supra* plura cumulans.

Constitutum operatur translationem possessionis etiam in beneficiis Ecclesiasticis, & in juribus incorporalibus, & jurisdictionalibus, ac etiam non præcedente titulo, quando constituens intelligit solam transferre possessionem, & non dominium, ita ut constitutarius possit propria auctoritate ingredi possessionem rei sibi per constitutum assignatæ, etiam cum violentia, & repugnante ipso constituente, quia cùm nulla remanserit possessio penes dictum constituentem, non potest dicere se spoliatum, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *nu.* 43. *& seqq. fol.* 167. *infra num.* 8. Molin. *libr.* 4. *de Primogen. cap.* 2. *n.* 33. *& seqq. & à num* 36. 2

Quòd transferat veram possessionem, & illam probet

bet contra conſtituentem, & habentes cauſam ab eo, etiam ad effectum manutentionis, Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 121. *num.* 1. *&c.* ubi concordantes habentur, & *deciſ.* 172. *nu.* 6. *&c. & d. p.* 9. ubi quòd non operatur ad favorem conſtituentis contra conſtitutarium, & *dec.* 335. *&* 356. *ead. par.* 9. ubi de manutentione legatarii vigore conſtituti in legato appoſiti, vide *in §. Legatum n.* 80.

3 Conſtitutum ſimplex eſt magis utile quàm precarium, quod transfert ſolum poſſeſſionem civilem, poteſt tamen utrumque conjungi, & habet eandem vim, ut quando dicitur, *promiſit cum clauſula conſtituti, & precarii*, ſi autem dicatur, *conſtituit ſe precario nomine poſſidere*, cùm fiat ſola mentio precarii, & non conſtituti, ſola civilis transfertur poſſeſſio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 1000. *n.* 26. Capyc. *deciſ.* 14. *nu.* 8. *& ſeqq. ad* 18. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 784. *et litt. P. concluſ.* 785. Gait. *de credit. c.* 4. *qu.* 7. *nu.* 830. *et ſeqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 7. *ſubſect.* 2. *n.* 99. *tom.* 3.

4 Conſtitutum poteſt etiam per epiſtolam inter abſentes rectè celebrari, Genu. *de ſcript. privat. lib.* 3. *q.* 15. *fol.* 136. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 8. *n.* 5. ubi an ſit major virtus conſtituti quam pacti de capiendo bona propria auctoritate.

Ad hoc tamen ut operetur tranſlationem poſſeſſionis ad favorem abſentis requiritur illius ratificatio, qua non ſequuta conſtitutum evaneſcit, licèt fuerit appoſitum in publico inſtrumento, Amat. *deciſ.* 40. *nu.* 7. *et* 8. Rot. *part.* 3. *recent. deciſ.* 787. *n.* 3. *et* 4. Thomat. *dec.* 210. *num.* 34. *et* 35. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 89. *nu.* 1. *etc.* vide Giurb. *obſervat.* 51. *et ſeqq.* Rubeus *de Confuſ. Jur. cap.* 2. *num.* 255. Abeccleſia *obſer. forenſ. part.* 1. *obſer.* 184. *n.* 13. ubi Creſcin. *in addition. n.* 7.

5 Conſtitutum habet vim traditionis poſſeſſionis non tantùm in ſtabilibus, ſed etiam in incorporalibus dummodò concurrat jurium ceſſio, Bart. *in l. fin. n.* 1. *ff. de donat.* Cavaler. *dec.* 319. *per tot.* Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 31. *n.* 6. *et* 7.

Item operatur acquiſitionem fructuum, qui debentur conſtitutario, ſi aliter non ſit conventum, idem Barboſ. *d. clauſ.* 31. *num* 11. vel niſi repugnet natura contractus.

Item operatur etiam ad favorem hæredum conſtitutarii, Theſaur. *deciſ.* 105. *per tot.* Cenc. *de cenſ. qu.* 94. *n.* 20. *&c.* Barboſ. *loc. cit. n.* 16. *& nu.* 22. vide Duran. *deciſ.* 84. *n.* 30. Ridolph. *in prax. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 39. ubi intelligit ſi debitor, vel alius etiam hæredum nomine ſe poſſidere conſtituerat, Olea *de ceſſ. jur. tit.* 6. *quæſt.* 5. *n.* 11. ubi de veriori, ut operetur ad favorem hæredum conſtitutarii, etiam ſi de illis non ſit facta mentio.

An autem poſt mortem conſtituentis, Tiraqu. *de conſtit. poſſ. p.* 2. *ampliat.* 13. *dixi infra n.* 22.

6 Conſtitutum, & precarium extenditur ad bona futura quando fuerunt in obligatione deducta, nam dum conſtituens acquirit alia bona poſt conſtitutum, vel precarium, non poteſt mutare animum, ex quo eſt obligatus ratione præcedentis contractus poſſidere etiam futura precario nomine, Afflict. *deciſ.* 37 *n.* 3. Neguſ. *de pign. p.* 2. *membr.* 2. *nu.* 2. Urceol. plures alios addent *conſult. forenſ. cap.* 34. *num.* 9. Molin. *libr.* 4. *de Primog. cap.* 2. *num.* 31.

Quod imò conſtitutum non extendatur ad futura, Barb. *de Clauſ. clauſ.* 31. *nu.* 39. ubi allegat Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 139. *num.* 5. *&* 6. & alios.

Sed primam opinionem quando obligatio eſt facta de omnibus bonis præſentibus, & futuris, veriorem oſtendit, Urceol. *d. c.* 34. *n.* 9. Vide circa hanc quæſtionem Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judicial. cap.* 8. *n.* 8.

7 Conſtitutum operatur ut creditor ſine ulla excuſſione debitoris principalis per remedium, *l. fin. C. de acq. poſſ.* poſſit rem ſibi obligatam avocare à quocunque poſſeſſore, cùm dicatur avocare propriam poſſeſſionem in ſe translatam vigore conſtituti, & precarii, non autem debitoris, quam amiſit per conſtitutum, Pract. Papp. *reſponſ. act. hyp. gloſſ. exceptionem excuſſionis nu.* 9. Neguſ. *de pign. part.* 6. *membr.* 1. *num.* 36. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 38. *nu.* 8. Capyc. *deciſ.* 14. *num.* 8. Bellon. *conſil.* 34. *num.* 5. *& conſil.* 44. *num.* 9. Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 31. *n.* 21. *&c.* Sanfelic. *dec.* 115. *per tot.* vide, *in §. Excuſſio num.* 20. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 183. *n.* 13. *part.* 1.

Et quod operetur ad favorem conſtitutarii omnia remedia poſſeſſoria tam retinendæ, quàm reintegrandæ, Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 31. *num.* 8. *& ſeqq.* vide in *§. Remedium nu.* Rot. *par.* 10. *deciſ.* 191. ubi de manutentione, *& part.* 12. *deciſ.* 391.

Conſtitutum operatur quod creditor virtute ſuæ poſſeſſionis poſſit propria auctoritate ingredi rem ſibi obligatam, etiamſi reſiſtentem inveniat, quia hæc dicitur defenſio, non offenſio, nec incidat in aliquam pœnam, Bart. *in l.* 3. *C. de pign. verſ. ſed pone, &c.* Addit. ad Pract. Pap. *reſponſ. act. hypoth. gloſ. Exceptionem*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 700. *num.* 61. Barboſ. *dict. clauſ.* 31. *num.* 12. *&c. ſupra n.* 2. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 4. *qu.* 120. *nu.* 1. *et ſeqq.* Pellegrin. *in Praxi Vicar. part.* 2. *ſection.* 2. *ſubſection.* 11. *nu.* 76. Creſcin. ad Abeccleſ. *ubi ſupra n.* 4. *et* 5. 8

An conſtitutio precarii cum pacto de capiendo ad favorem creditoris, operetur quòd poſſit capturam facere adverſus tertium poſſeſſorem etiam non citatum, & negotio nondum liquidato, dixi in *§. Citatio nu.* 24. *§. Executio nu.* 8. *et §. Poſſeſſio nu.* 43. Tiraquel. *de jur. conſtit. p.* 1. *n.* 42. Sanfelic. *dec.* 115. *n.* 7. *etc.*

Conſtitutum operatur, ut abſque difficultate probatis extremis ratione hypothecæ detur paſſim mandatum de aſſociando, vel de immittendo per modum verum, & facti, tam contra ipſum debitorem, quàm contra tertium habentem cauſam ab eo, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 855. *num.* 1. *et ſeqq. et cap.* 954. *num.* 5. *et ſeqq.* Rota *in Noviſſ. part.* 6. *deciſ.* 34. *num.* 1. *et deciſ.* 65. *num.* 1. *part.* 9. *recent. deciſ.* 97. *deciſ.* 373. *deciſ.* 386. *part.* 10. *deciſ.* 187. quæ eſt magiſtralis, & famoſa in hac materia, & in terminis creditoris cenſus; & in terminis donationis, ut donatario competat aſſociatio, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 476. *num.* 1. *et deciſ.* 487. *num.* 1. *et part.* 14. *deciſ.* 508. Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 31. *nu.* 12. *et ſeqq.* ubi an ſit neceſſaria citatio, & alia, intelligendo niſi conſtitutum reddatur inutile aliqua ex cauſis infra dicendis, & *conſult.* 87. *per tot. vol.* 2. *in* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 6. *& ſeqq.* ubi qualiter ſit citanda pars ad dicendum contra jura in forma, *n.* 34. 35. *&* 36. *infra num.* 18. Plura Abeccleſ., & Creſcin. *obſer.* 183. *part.* 1. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 8. 9

Conſtitutum operatur, ut ibi aliàs hypothecaria præſcriberetur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, requirantur indiſtinctè triginta anni, etiam quod ageretur Salviano, & non remedio *l. fin. C. de acquir. poſſ.* Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 31. *n.* 41. & latè probat contrariis reſpondendo Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 34. *per tot.* vide in *§. Præſcriptio nu.* Rot. in Roman. Salviani 22. *Junii* 1616. coram Ubaldo. Vide Pellegrin. *in praxi Vicar. part.* 2. *ſection.* 2. *ſubſection.* 11. *n.* 68. 10

Conſtituens ſe poſſidere nomine creditoris, & poſtea vendens bona obligata iterùm cum clauſula conſtituti ad favorem emptoris, an in eum transferat dominium, & uſucapiendi conditionem, Bart. *in l. Celſus ff. de uſucap.* Neguſ. *de pign. p.* 6. *memb.* 1. *n.* 35. 11

Quod primus poſſident per conſtitutum præferatur ſecundo habenti etiam actualem poſſeſſionem, quia poſſeſſio prima eſt vera, licèt modus fuerit fictus, Barboſ. *dict. clauſ.* 31. *n.* 17. Viv. *com. opin. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 67.

Quod ultimum conſtitutum non operetur quando concurrit cum altero conſtituto anteriori, dixit Rot. in Romana Cenſus 14. Junii 1636. coram Pirovano *in Noviſſ. part.* 7. *deciſ.* 150. *n.* 8. vide Sperell. *deciſ.* 171. *num.* 3. *& ſeqq. & nu.* 18. *& ſeqq.* facit quod dixi in *§. Emptor num.* Vide Brunnemann. *ſup. ff. libr.* 41. *tit.* 2. *leg.* 18. *num.* 2.

Conſtituens licèt transferat per conſtitutum poſſeſſionem in conſtitutarium, non liberatur ab actuali traditione facti, & poſſeſſionis propriæ, ac naturalis, ſed tantùm à traditione ficta, & juris, unde ratione juris deficientis creditori, poteſt conveniri utili remedio Salviani, latè Scapuc. de Salvian. *lib.* 1. *quæſt.* 15. Oſaſch. *dec.* 36. *num.* 5. Barboſ. *d. clauſ.* 31. *num.* 15. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 53. *fol.* 168. Rot. *p.* 9. *recent. deciſ.* 386. *n.* 3. *& ſeqq.* Mangil. *de evict. quæſt.* 145. *num.* 35. *etc.* Sanfelic. *deciſ.* 338. 12

num. 28. Tiraquel. *de jur. constit. in princ. n.* 10.

Quòd imò hoc casu non detur Salvianum, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 38. *n.* 10. ubi refert Snid. *consil.* 191.

13 Constitutum plenè probat possessionem constituentis adversus constitutarium, Rot. *in Noviss. p.* 7. *dec.* 100. *n.* 2. vidn in *§. Extremum nu.* *infr. n.* 15. Mangil. *de evict. q.* 81. *n.* 21. *etc.* Palma nep. *alleg.* 70. *num.* 7. *tom.* 1. *& dec.* 130. *n.* 4. *tom.* 2.

Quòd probet utriusque possessionem, Ruio. *consil.* 169. *n.* 16. *lib.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 50. *n.* 4.

14 Constitutum continetur sub illa clausula cæterata, *& interim, &c.* licèt non sit expressum, præsertim quando dicta clausula non potest intelligi de constitutione procuratoris, dum fuit in alia parte explicitè constitutus, Duran. *decis.* 401. *num.* 8. *&* 9. Thomat. *decis.* 153. *num.* 9. *etc.*

Quòd contineatur sub clausula, *quæ omnia, &c.* Beoiot. *decis. Bonon.* 32. *num.* 7.

Sub quibus Clausulis contineatur constitutom Alalmar. *de nullit. rub.* 1. *q.* 7. *section.* 3. *a nu.* 69. *tom.* 3. Pellegrin. *in Praxi Vicar. part.* 2. *section.* 2. *subsection.* 31. *n.* 67.

Et an oon expressum à partibus, possit tanquam solitum apponi io instrumento per Notarium, Card. Tusch. *litt. C. concl.* 788. Urceol. *consult. forens. cap.* 31. *n.* 6. *et seqq.* Benintend. *d. decis.* 32. *n.* 6.

15 Constitutum noo operatur ad favorem constitutarii, nisi constet coostituentem possedisse tempore facti constituti, vida Cavaler. *dec.* 319. *nu.* 3. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 52. 56. *et seqq.* Tiraquell. *de jur. Constitut. part.* 3. *limit.* 5. Buratt. *dec.* 320. *num.* 8. *et dec.* 505. *num.* 1. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *nu.* 48. Pacif. de Salvian. *Inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 1017. Benintend. *decis. Bonon.* 48. *n.* 2. Seraphin. *dec.* 302. *num.* 6. Urceol. *consult.* 92. *n.* 53. *vol.* 2. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 108. *num.* 9. *etc. decis.* 391. *n.* 3. *etc.* Joseph. Ludovic. *dec. Perus.* 68. *n.* 1. *etc.* ubi quòd fallit io antiquis saltem præsumptivè, & quo ad semiplenam probatiooem Mascard. *de prob. concl.* 422. *per tot.*

Si tamen agatur contra ipsum constituentem, vel habentem causam ab eo absque alia probatione ex sola virtute constituti probatur primum extremum in Salviano, oempè possessio de tempore contractus, ut dixi supra *num.* 13. Scapuc. de Salvian. *lib.* 1. *quæst.* 38. *per tot.* Barbos. *claus.* 31. *num.* 8. *et* 29. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 502. *nu.* 3. *cap.* 543. *num.* 7. *cap.* 718. *n.* 10. *& cap.* 954. *n.* 4. *et* 8. Ridolphin. *d. cap.* 5. *n.* 33. 37. *et* 38. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 38. *num.* 19. *etc. dec.* 301. *n.* 7. *dec.* 362. *num.* 16. *et* 17. *ead. part.* 9. Pacif. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 1017. *et seqq.* Rot. coram Mantic. *dec.* 13. *nu.* 16.

Quòd dicta negativa scilicet constituentem non possedisse tempore constituti sit probaoda ab allegante, facit Gratian. *discept.* 907. *num.* 18.

Quòd probet possessionem contra constituentem, non autem ad ejus favorem, Cavaler. *dec.* 473. *n.* 2.

Et probat possessionem contra constitueotem, & habentem causam ab eo Palma oep. *decis.* 130. *num.* 4. *tom.* 2.

Probat etiam possessionem constituentis contra allegantem constitutum pro se, idem Cavaler. *dec.* 524. *nu.*

Et quod sufficiat acquisivisse, & possedisse etiam post constitutum, quia extenditur ad bona futura, quando de illis est facta mentio in obligatione, Urceol. *consul. forens. cap.* 34. *num.* 8. *&* 9. Tiraquel. *de constitut. par.* 3. *ampliat.* 32. *num.* 1. 7. *&* 10. Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 59. *n.* 6. *& p.* 9. *rec. dec.* 386. *n.* 2. Pacif. de Salviao. *inspect.* 3. *c.* 2. *n.* 1023. *&c.*

16 Constitutum non amplius operatur quaodo quia semel accepit possessionem, quam non potest denoovo capere vigore constituti, quod per primam captionem emanavit, sicut nec operatur post decem, vel triginta aonos, cùm videatur amissa possessio per negligentiam, & habita pro derelicta, ut dixit Rot. per dilemma coram Cavaler. *decis.* 5. *n.* 4. *&* 5. ubi etiam *nu.* 6. quòd uon operatur re evicta medio tempore, cùm non detur primæva actio, secundùm quam regulatur constitutum, vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 116. *n.* 19. *et seqq* ubi an, & quando coostitutum expiret, vel non in persona primi acquirentis. Vide infra *in novissimis Addi.* Crescin.

Constitutum censetur annullatum, & nihil opera- 17
tus, quando contractus principalis, cui adjicitur est nullus, vel resolvitur per causam de præterito, Ossasch. *dec.* 35. *per tot.* Barbos. *tot. claus.* 31. *nu.* 30. Gratian. *discept. forens. cap.* 483. *num.* 1. *etc. c.* 954. *nu.* 10. *&c.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 4. *qu.* 120. *nu.* 39. ubi quòd tunc disputandum est petitorium, cum quo confunditus possessorium. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *qu.* 7. *sect.* 2. *n.* 39. *tom.* 3. De Luc. *de Donationibus disc.* 14. *n.* 5. *et* 14. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 184. *n.* 4. *par.* 1.

Quòd non operetur stante oullitate contractus, dixit Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 34. *n.* 4. Urceol. *consult.* 92. *n.* 62. *volum.* 2. Ricc. *Collect.* 3969. Pacif. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 1028. Rota *part.* 13. *recen. dec.* 412. *n.* 2. *et* 8. ubi intelligis de nullitate clara, & altiorem indaginem noo requirente, Cavaler. *dec.* 473. *nu.* 3. *et decis.* 503. *n.* 2. ubi intelligit quando nullitas provenit ex defectu consensus, aliàs secus, Rot. *p.* 12. *recent. decis.* 114. *num.* 1. ubi quòd non operatur in donatione nulla ex defectu insinuationis vide Mantic. *de tacit. libr.* 1. *tit.* 13. *n.* 27. *et* 28. Altimar. *de nullit. rub.* 2. *part.* 4. *q.* 36. *n.* 34. *et q.* 39. *n.* 715. *et* 716. *tom.* 6.

Non etiam operatur stante simulatione contractus, quia non tollit suspicionem simulationis, Gratian. *discept. for. cap.* 255. *n.* 25. *et cap.* 479. *n.* 63. Pac. Jord. *Lucub. vol.* 3 *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 55. *fol.* 168. *et tit.* 21. *n.* 77. *fol.* 428. ubi allegat Tiraquell. *de constit. part.* 3. *limit.* 9. *n.* 4. Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 121. *num.* 3. *etc.* Farinac. *qu.* 162. *num.* 132. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rub.* 5. *part.* 5. *q.* 43. *a n.* 261. *tom.* 7.

Quòd imò clausula *Constituit*, in venditione apposita tollat omnem suspicionem simulationis, & fraudis, Rot. *in recent. dec.* 169. *num.* 9. *p.* 9. *tom.* 1. Sed io donatione contrarium tenuit eadem Rot. *decis.* 63. *n.* 26. *etc. p.* 8. *recent.* Urceol. *consult.* 9. *n.* 55. *in Append. in fine* 2. *vol.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 81. *nu.* 7.

Constitutum non operatur interim dum disputatur 18
de validitate contractus, nec in contractu conditionali ante purificatam conditionem, nec in alienatione bonorem fideicommissi, nec in alienatione rei incertæ per verbum numerale, nec quando statutum requireret veram, & corporalem traditionem, nec in contractu censuali, in quo reputatur ineptum, ut latè omnia declarat Barbos. *d. claus.* 31. *nu.* 31. *et seqq.* Vide Abeccles., & Crescin. *obser.* 183. *et* 184. *part.* 1.

Quòd imò etiã in contractu censuali nõ sit ineptum, sed plures effectus prodocat reprobatis Navarr. Grat. & Cenc. docet Thomat. *decis.* 96. *n.* 42. *& seqq.* Leotard. *de usur. quæst.* 49. *n.* 16. ubi reprobat Cencium, & Duardum aliter sentientes, Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 508. *vide* De Luc. *de Judic. disc.* 44. *nu.* 31.

Quòd licèt constitutum non transferat dominium, neque possessionem io emptorem censuo, tamen operetur ut illi competat associatio pro fructibus, Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 149. 150. *&* 542. *& p.* 9. *recent. dec.* 104. ubi etiam quòd licèt liberata fuerit persona, non remanet liberatus fundus, nisi aliter appareat supra *num.* 9. Rot. *p.* 10. *dec.* 187. *& p.* 14. *dec.* 508. *idem* De Luc. *cit. disc.* 44. *nu.* 29. Palma nepos *decis.* 360. *nu.* 26. *tom.* 4. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 8. *n.* 4.

Constitutum ratione incertitudinis loci, & quotæ 19
bonorum redditur inutile, ac nullum translatæ possessionis effectum producere potest, Thomat. *decis.* 219. *n.* 39. Magon. *dec. Luc.* 21. *n.* 1. *&* 2. ubi etiam *n.* 11. *& seqq.* quod appositum in contractu conditionali ejus naturam sequitur, & dicitur conditionale, Ita ut nullam transferat possessionem, nisi purificata conditione, Altograd. *consil.* 13. *nu.* 18. *&c. lib.* 5. Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 787. *&* 789. *per tot.* Bardellon. *consil.* 175 *per tot* idem Magon. *decis. Lucen.* 31. *numer.* 35. ubi etiam quòd resoluto contractu principali oon operatur, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 97. *num.* 15. *&c.* ubi quòd operatus statim impleta conditione, etiam si ante ejus purificationem esset alteri res fictè tradita per aliud coostitutum infra *nu.* 26. Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 185. ubi quòd Constitutum in donatione transfert possessionem in Constitutarium ad quoscunque effectus, ac ideò illius vigore datur donatario associatio ad bona donata, etiam il-

lorum

lorum identitate non probata, quia hujuſmodi liquidatio poſteà fieri poteſt in executionem ſententiæ vide De Lue. *dict. diſc.* 44. *nu.* 54. *de donat. diſc.* 14. *n.* 3. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 8. *num.* 28. *tom.* 3. Nogueroll. *alleg.* 14. *nu.* 50. Palma nepos *deciſ.* 360. *n.* 21. & 22. *tom.* 4. & *deciſ.* 361. *nu.* 11. & 12. *eod. tom.* 4.

Et quòd Conſtitutum, vel precarium in genere appoſitum ſuper omnibus bonis, ratione incertitudinis non operetur tranſlationem poſſeſſionis manutenibilis in aliqua parte, Cavaler. *deciſ.* 391. *n.* 2. vide Duran. *deciſ.* 49. *n.* 13. Ridolphin. *in prax. p.* 2. *c.* 5. *nu.* 59. ubi contrarium tenent, quia aliàs obligatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ſerviret de vento, & quia adeſt certitudo ſaltem reſpectu univerſi, & alia quando incertitudo non vitiet conſtitutum, Tiraquel. *de Conſtitut. part.* 3. *limit.* 19. *nu.* 2. Surd. *conſil.* 221. *n.* 56. Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 59. *n.* 2. & *p.* 9. *rec. dec.* 97. *n.* 8. &c. ubi quòd appoſitum in obligatione omnium bonorum operatur, cùm ſufficiat certitudo reſpectu univerſi, licèt non adſit reſpectu cujuſvis particularis rei, eadem Rot. *d. part.* 9. *deciſ.* 356. *in fine*, & *deciſ.* 373. *num.* 21. & *ſeqq.* Rot. poſt Merlin. *de pign. deciſ.* 105. *numer.* 12. & *ſeqq.* & *part.* 13. *recent. dec.* 26. *num.* 2. & *dec.* 476. *num.* 2. ubi quòd incertitudo vitiaret ſi conſtitutum eſſet appoſitum ſuper re particulari incerta, ſecus ſi generaliter ſuper omnibus bonis, nam tunc adeſt certitudo reſpectu univerſi, quæ ſufficit. Altimar. *ubi ſup. n.* 29. & 30. Balduc. ad Ramon. *conſ.* 26. *n.* 53. & 54.

Quòd appoſitum in donatione bonorum præſentium, & futurorum ſtatim ſit validum, licèt reſpectu futurorum operetur ſolum cùm fuerint acquiſita, cùm tunc efficiantur certa reſpectu quotæ, & loci, licèt tempore facti conſtituti eſſent utroque reſpectu incerta, Rot. *part.* 2. *diverſ. dec.* 59. *n.* 6. vide in §. *Incertitudo*, & *in meis reſol. c.* 62. *per tot.*

20 Conſtitutum appoſitum in [c]ontractu celebrato à tutore nomine pupilli non operatur tranſlationem poſſeſſionis, neque dominii, quia non poteſt tutor per actus fictos poſſeſſionem rerum pupilli in alienum transferre, Bart. in *l.* 1. *in princ. col. pen. ff. de acquir. poſſ.* cum aliis per Capyc. *dec.* 14. *n.* 11. & 15.

Quod autem minor, vel pupillus ſimul cum tutore, vel curatore conſtituentes ſe nomine illius, cum quo legitimè contraxerunt poſſidere, transferant poſſeſſionem, Tiraquel. *de Conſtit. limit.* 25. Pac. Jord. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 46. *fol.* 167.

Conſtitutum non operatur remanente in poſſeſſione ipſo conſtituente, niſi remaneat jure familiaritatis, Tiraquel. *de Conſtitut. limit.* 9. Cavaler. *deciſ.* 303. *n.* 1. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *c.* 5. *num.* 54. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 172. *nu.* 6. &c. ubi quòd nunquam datur manutentio conſtituenti, vel ab eo cauſam habenti etiam ſi actualiter poſſederit, adverſus conſtitutarium, cujus nomine ſe poſſidere conſtituit.

22 Conſtitutum, & precarium extinguitur morte debitoris conſtituentis ad hoc ut amplius effectum ſuum operari non poſſit, Rom. *conſil.* 289. cum aliis per Neguſ. *de pign. p.* 6. *memb.* 1. *num.* 36. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 172. *nu.* 17. Tiraquel. *de conſtit. ampl.* 12. De Luc. de Fideicommiſſ. *diſc.* 106. *n.* 8. Creſcin ad Abeceleſiam *obſer.* 184. *a n.* 1. *part.* 1. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 8. *n.* 6.

Quòd tamen procedit reſpectu conſtituentis, ne videatur ejus hæredibus data facultas poſſidendi, ſecus reſpectu conſtitutarii, qui adhuc poſſeſſionem acquiſitam mediante conſtituto retineat ad effectum manutentionis, & quoſcunque alios effectus, Poſt. *de manutent. obſerv.* 20. *n.* 35. & 36. Rot. penes eundem *deciſ.* [illegible] *nu.* 4. & *deciſ.* 89. *nu.* 7. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 954. *nu.* 5. ubi tamen limitat niſi poſt mortem conſtituentis fuerit poſſeſſio ab alio apprehenſa, & conſtitutarius neglexerit, Barboſ. *d. clauſ.* 31. *n.* 22. &c. latè Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 4. *qu.* 120. *n.* 14. & *ſeqq.* Rot. *in Noviſſ. part.* 7. *deciſ.* 280. *nu.* 6. &c. ubi reſpondit ſufficere conſtitutario ignoraſſe occupationem hujuſmodi à tertio factam, ne dicatur per negligentiam juri ſuo renunciaſſe, & in dubio ignorantiam præſumi, adde Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *nu.* 50. 51. *fol.* 168. Ricc. *Collect.* 3970. ubi benè declarat, & Rot. *p.* 9. *recent. deciſ.* 189. *n.* 1. & *ſeqq.* ubi ſequitur omnia prædicta, & concordantes allegat, addendo etiam quod quatenus virtus conſtituti expiraverit quoad manutensionem, tamen durat quo ad alia recuperandæ poſſeſſionis remedia, & præcipuè ex *l. fin. C. de acquir. poſſ.* ad tradita per Cyriac. *controv.* 258. *nu.* 39. &c. Gratian. *dec.* 15. *n.* 3. Pac. de Salvian. *Inſpect.* 3. *c.* 2. *n.* 1029. Rot. *part.* 8. *recent. dec.* 301. *n.* 4. & *ſeqq.*

Quòd Conſtitutum, & precarium non expiret morte conſtituentis, vel Conſtitutarii, ſed poſſit exerceri contra hæredes, habentes cauſam ab eis, & ab hæredibus, & habentibus cauſam ab eis, & quomodo, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 64. *per tot.* & *part.* 16. *dec.* 80. ubi plura ad rem, & *part.* 17. *deciſ.* 85. *num.* 5. ubi quod non expirat per mortem conſtituentis, etiamſi donans, & eius hæres continuaverit poſſeſſionem, niſi ſaltem lapſi fuerint decem anni, ut requiritur ad effectum amittendi civilem poſſeſſionem *Plura* Cyriac. *controv.* 258.

Conſtitutum collatum poſt mortem conſtituentis non operatur tanquam collatum in tempus inhabile, & quo omnis poſſeſſio extinguitur niſi adjecta fuiſſet clauſula, *ex nunc prout ex tunc*, Neguſ. *de pign. part.* 2. *memb.* 2. *n.* 2. *et* 3. Rot. *part.* 2. *diverſ. lib.* 2. *deciſ.* 256. *n.* 2. & *ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 172. *n.* 18. & *cap.* 700. *nu.* 62. & 63. Bardellon. *conſ.* 175. *num.* 17. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 49. & 50. Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 52. *n.* 38. &c *vol.* 2. & *cap.* 92. *n.* 54. & *ſeqq. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 3070. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 38. *n.* 20. Thomar. *deciſ.* 153. *n.* 13. &c. *dec.* 181. *nu.* 8. &c. vide Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 4. *qu.* 120. *nu.* 23. & *ſeqq.* ubi benè declarat, & diſtinguit. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 89. *n.* 3. ubi quòd ad favorem mulieris collatum de jure exiſtimatur in tempus mortis mariti, & in ejus ultimo vitæ ſpiritu operatur effectum ſuum etiam ſine clauſula, *ex nunc prout ex tunc. plura* De Lue. *de donat. diſc.* 14. 23

Quid operetur in conſtituto clauſula *ex nunc prout ex tunc*, & alia plura ad rem, Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 80. *per tot.*

Quòd imò clauſula, *ex nunc prout ex tunc*, non operetur retrotractionem conſtituti in præjudicium tertii, magis communem opinionem dicit Magon. *deciſ. Lucen.* 21. *n.* 15. & contra Neguſ. *loc. cit.* quo ad limitationem tenet Theſſ. *deciſ.* 38. *n.* 4. & *per tot.* ubi tamen quod poteſt conſtitutarius vigore illius officium judicis implorare pro recuperanda poſſeſſione, vide Honded. *conſil.* 18. *lib.* 2. Rota apud Poſthum. *de manutent. deciſ.* 620. *n.* 2. &c. Giovagnon. *conſil.* 34. *nu.* 30. &c. *lib.* 2. Cutel. *de donat. tom.* 1. *diſcurſ.* 3. *p.* 6. *nu.* 24. Hodiero. *contr.* 29. *nu.* 27. Nogueroi. *alleg.* 14. *nu.* 57. Urceol. *d. c.* 92. *nu.* 54. & *ſeqq.* qui concludunt conſtitutum collatum poſt mortem non operari ſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem in terminis de quibus ipſi, nec dictam clauſulam retrotrahi in præjudicium tertii.

Alios plures caſus particulares uſque ad 36. in quibus Conſtitutum non operatur, vide Ridolphin. *in prax. part.* 2. *c.* 5. *n.* 48. & *ſeqq. ad* 62. 24

Conſtitutum habens ad ſui favorem, & ſic civilem, & naturalem poſſeſſionem licèt per modum fictum, non privatur ſua poſſeſſione, quamvis idem conſtituens pariter pro alio poſſidere ſe conſtituat, quia conſtituens non poteſt præjudicare conſtitutario etiam alteri verè tradendo quin ipſe conſtitutarius non poſſit ſuam civilem poſſeſſionem recuperare, quam ſi neglexerit, & alius naturalem occupaverit, amittit ſpatio decem annorum, vide Caſt. *conſil.* 10. *lib.* 5. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 791. Tiraquel. *de Conſtit. in princ. n.* 69. ubi quod conſtitutarius poteſt agere ſpolio, ſi conſtituens deneget ſibi poſſeſſionem tradere, vel reſtituere, vide ſupra *nu.* 17. & *ſeqq.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 191. *n.* 5. &c. ubi qualiter poſſeſſio amittatur per decennium ex negligentia, & oblivione, maximè ſi ſit per alium occupata, vide in §. *Poſſeſſio n.* 35.

Conſtitutum alio modo dicitur quando quis pro ſe, 25

se, vel pro alio constituit, idest profitetur se aliquid soluturum, ex quo oritur actio quæ dicitur de constituta pecunia, talisque constituens comparatur fidejussori, licèt in multis ab eo differat, an habeat beneficium ordinis, & alia, DD. in §. de constituta Institut. de act. & in ff. & Cod. de constitut. pecunia, Paul. Christ. decis. Belg. 23. per tot. vol. 3. Honnfr. Cigala tractat. de act. §. 8. num. 5. & seqq. per tot. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 504. per tot. Ciarlin. controv. 98. n. 1. &c. Viv. comm. opin. 151. ubi quòd est contractus nominatus, &c. Hering. de Fidejussor. capit. 18. n. 4. latissime Episc. Rocc. cap. 1. num. 2. cap. 92. a n. 3. Brunnemann. supr. ff. & Cod. in Indice verb. constitutum.

26 Constitutum non operatur absente constitutario, nisi sequuta ratificatione, vel mediante stipulatione Notarii, & juramento, quicquid alii diversimodè sentiant, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 8. Gait. de credit. c. 4. q. 7. n. 819. & seqq. vide sin §. Donatio, Merlin. de pign. lib. 4. tit. 4. q. 120. n. 37. & seqq. Vide Giurb. observ. 52., & 53. Altimar. de nullit. rubr. 1. q. 2. section. 1. n. 6. & 60. tom. 3.

Et si fuerit conditionale, pendente conditione non transfert possessionem, & quamvis purificata conditione retrotrahatur, tamen si interim ante eventum conditionis bona sint alteri vendita, vel donata, & tradita; remanet illi jus quæsitum, quòd tolli non potest, licèt dicta conditio fuerit purificata, quia non retrotrahitur in præjudicium secundi emptoris, vel donatarii, ut latè probat Peguer. dec. 48. num. 12. & per tot. vide supra nu. 18. & 19. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 4. q. 120. n. 31. &c. Abecclesia, & Crescin. obser. 184. part. 1.

27 Constitutum, & illius effectus tollitur per decennium, intelligendo quando possessio est penes tertium, nam si sit ad ipsum constituentem non præscribitur, sed constituens dicitur semper possidere nomine constitutarii, & quando constitutarius ignoravit possessionem alterius, nam data ejus scientia, breviori etiam tempore amittitur, Addit. ad Burat. dec. 604. n. 25. &c. cum aliis per Merlin. de pign. lib. 4. tit. 4. q. 120. n. 34. &c.

28 Constitutum appositum per judicem in instrumento adjudicationis factæ creditori, nihil operatur, Costa tractat. de re integr. dist. 18. n. 2. sequitur Merlin. loc. cit. n. 40.

Item non operatur in fideicommisso successivo ordinato in contractu ad commodum plurium successivè, quia in primo vocato consumitur, & sic ulterius ad favorem aliorum non protrahitur, Giovagn. consil. 34. n. 35. lib. 2. Cavaler. dec. 5. num. 4. cum aliis decisionibus relatis per Merlin. d. qu. 120. n. 42. Rot. p. 13. recent. dec. 465. n. 3. ubi quòd virtus Constituti, per possessionem bonorum à primo donatario, & constitutario adeptam, expirat.

29 Constitutum apponi potest, etiam in testamentis, vel aliis ultimis voluntatibus cum clausula, ex nunc prout ex tunc, & transfertur in hæredem vera possessio; nisi hæres fuit absens, quia tunc in eum non transfertur possessio antequam testamentum acceptet, & hæreditatem adeat, quia possessio non acquiritur absq; animo acquirentis, Tiraquel. de jur. constit. ampliat. 23. n. 1. & 2. & limit. 20. nn. 1. & seqq. Martha de clausul. part. 1. claus. 20. n. 8. Rot. part. 1. div. dec. 459. Bich. dec. 533. n. 5. 10. & 11. De Luc. de Fideicom. disc. 201. n. 7. circa med. Vide, infra in Novissimis Addition. Crescin.

Multa de constituto, vel clausula constituti quid operetur, & de constituta pecunia remissivè tradunt Ægid. de Castejon. in alphab. jurid. verb. Constitutum, &c. Com. August. Fontan. in Bibliotb. leg. par. 4. cod. verb. fol. 331. &c. De constituto in Donatione pura (quicquid sit in conditionali) qualiter operetur manutentionem ad favorem donatarii, & alia novissimè Jacob. Baldue. in observ. ad Ramon. consil. 36. n. 44. & seqq. Cyriac. contr. in pluribus locis, ut in Indice verb. Constitutum, &c. Plura etiam Card. De Luca in Indice Verbo constitutum Altimar. de Nullis. & alibi Mansi Palma Abecclesf. & Crescin. in obser. forens. Sen. Pedem.

30 An constituti clausula censeatur apposita in instrumentis, etiamsi fuerit omissa, de qua quæstione supra tractat Dominus Sabellus n. 14. vide etiam Moccia. in Syl. var. cap. 27. a n. 19. Hodiern. controv. 44. n. 80. in fin. Rodoer. cons. 29. n. 30. Carol. Ant. De Luc. in Prax. judicial. cap. 8. n. 7.

Constituti possessorii quatuor requisita Brunnemann. sup. ff. libr. 41. tit. 2. leg. 18. n. 5. 31

Constitutum solo animo amittitur Idem Brunnemann. dict. leg. 18. n. 7. 32

Pactum de non alienando contractui venditionis adjectum non extenditur ad venditionem cum constituto possessorio Brunnemann. sup. ff. libr. 41. tit. 2. leg. 18. n. 3. 33

Constitutum in Criminalibus declaratur, & dividitur in tres species, & modus constituendi Carol. Ant. De Luca in Prax. Crimin. cap. 22. Pelleg. in prax. Vicar. part. 4. sect. 9. n. 58. & 59. 34

Examen rei appellatur constitutum idem ibid. ubi etiam an constitutum differat ab examine rei.

Constitui an possit reus cum Inditiis levioribus requisitis ad torturam Carol. Ant. De Luca loc. cit. c. 25. pag. 320.

Constituto peracto quæ praxis sit Carl. Ant. De Luc. in praxi criminal. cap. 25. pag. 324.

Constitutum rei incogniti qualiter formetur Pellegrin. in Prax. Vicar. d. part. 4. sect. 9. n. 60.

Constituti secundi principium quale Pellegrin. ibid. n. 61.

Constituens se tenere bona nomine alterius, non potest eadem alienare. Rot. in decis. recol. per Palm. nepot. decis. 203. n. 2. l. 3. & si alienaverit dicitur possessionem civilem intervertere, & poterit talis res condici per l. fin. C. de acquirend. & retinenda possessione sine excussione constituentis Crescin. ad Abecclesiam obser. 183. n. 12. part. 1. 35

De Cautela adiiciendi Clausulam constituti in Testamento, vel Codicillis Card. De Luc. de Fideicommissis disc. 201. n. 7. circa medium, & in illis appositum quid operetur idem De Luc. de Jurepatr. disc. 63. n. 34. 36

In bonis Feudalibus an constitutum sit opperativum Card. De Luca de Feud. disc. 67. sub n. 2. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 39. nu. 715. & 716. tom. 6. 37

Clausula Constituti adjecta favore plurium operatur manutentionem quoad omnes cõstituarios etiamsi possessio capta fuerit ab uno solùm nomine proprio Emerix Jun. decis. 1224. per tot. 38

Constituti Virtus remanet consumpta per actualem possessionem subinde obtentam Emerix Jun. decis. 1157. n. 5. Item per divisionem bonorum super quibus illa cadit, & translationem in alios factam ibid. n. 6. 39

Constitutum recipit conditiones principalis dispositionis Crescin. ad Abecclesiam obser. 184. n. 5. p. 5. 40

Constitutum tamq. accessorium sequitur naturam contractus cui aponitur Palma decis. 108. n. 10. tom. 2. & regulatur secundum naturam contractus Palma nepos decis. 360. n. 24. tom. 4. 41

Constitutum aponitur ad contractos majorem Firmitatem, non autem ad ejus naturam immutandam idem ibid. n. 52. 42

Constitutum semper operatur translationem possessionis, quando articulus est dubius Palma decis. 190. n. 5. tom. 2. 43

De differentia inter constitutum, & precarium Pellegrin. in prax. Vicar. part. 2. sect. 2. subsect. 11. n. 65. 44

Constituti possessorii Clausula quos effectus pariat latè Pellegrin. in praxi Vicar. part. 2. section. 2. subsect. 11. n. 70. 45

§. CONSUETUDO. XLIII.

Consuetudo dicitur jus non scriptum moribus diuturnis populi introductum, vel jus moribus institutum, quod pro lege servatur, ubi lex scripta deficit, §. ex non scripto Instit. de jur. nat. gent. & civili, c. consuetudo 1. distinct. Jas. in l. de quibus nu. 81. & seqq. ff. de legib. Card. Tusch. litt. C, conclus. 293. ubi plura Arismin. Tepàt. var. sent. tit. 56. & 1

52.

57. *per tot.* Thom. Trivis. *decis.* 54. *n.* 23. *lib.* 5. Gibalin. *de jur. canon. & Ecclesiast. tom.* 5. *lib.* 6. *cap.* x. *quæst.* 1. *per tot. fol. mihi* 300. ubi plura de consuetudine, quid, & quotuplex sit, quæ dicatur legitima consuetudo, vel non, de vi, & potestate legitimæ consuetudinis, an, & quomodo obliget, & alia ad rem, de quibus late etiam Gabriel. Vasquez in S. Thom. 1. 2. *tom.* 2. *disput.* 177. *per tot. fol. mihi* 548. *&c.* Quid sit consuetudo Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 58. *n.* 55. *tom.* 2.

Quòd sit magnæ auctoritatis, vincat legem, & omnia, quando secus, idem Tusch. *conclus.* 806. *&c. & conclus.* 954. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 55. *& seqq. volum.* 2. *& ad leges municip.* Mechlin. *in prælud.* ubi etiam qualiter differat à statuto, & alia latè Ant. Piagg. *in tract. de jure consuetud. qu.* 1. *&c.* Salgad. *Labyr. creditor. part.* 1. *c.* 1. §. 2. *num.* 45. *& seqq. per tot.* ubi qualiter possit minuere solemnitates, & alia plura operari. Cevall. *comm. quæst.* 534. Caprat. *decis.* 99. *n.* 38. *tom.* 1. ubi quod derogat Legi; An possit derogare juri divino, naturali, & positivo Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 1. *num.* 95. *& seqq. tom.* 2.

Quod consuetudo de facto observata contra statutum à Principe evulgatum non valeat etiam si fuerit 50. vel 60. annis observata per text. & gloss. *in l.* 2. *C. quæ sit long. Consuet.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 291. *vol.* 1. ubi quòd ita fuit judicatum, facit quod dixi in *§. Statutum circa generalia n.* 28.

Non etiam valet consuetudo contra publicam utilitatem, & contra legem expressam, Thomar. *decis.* 31. *n.* 17. Seraph. *dec.* 802. *nu.* 5. Barbos. *cap.* 11. *de consuetud.*

Quòd ubi est inducta ex pia, & laudabili devotione, vel alia pia causa, sit omninò, & in perpetuum observanda, nec tolli possit, Thomat. *decis.* 297. *n.* 23. *& seqq.*

Plura de observantia consuetudinis, Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 153.

2 Consuetudo ut habeat effectum debet esse legitimè præscripta, tacito consensu populi inveterata, vel à Principe approbata, rationabilis, actuum iteratione frequentata, & probata per testes reddentes causam scientiæ, & alia habere requisita, de quibus Gratian. *discept. forens. cap.* 79. *n.* 4. *& seqq.* Onot. *in §. ex non scripto, Inst. de jur. nat. gent. & civil. per tot.* Menoch. *lib.* 5. *præsump.* 8. ubi quod cùm sit quid facti non præsumitur, & etiam idem esse in stylo, & ritu, & an requiratur fuisse ita aliàs obtentum in contradictorio judicio, adde Bardellon. *consil.* 135. *nu.* 37. *& seqq. lib.* 2. Gratian. *decis.* 148. *nu.* 10. *&c.* facit Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *resol.* 62. ubi quòd ad hoc ut consuetudo abroget jus positivum debet esse rationabilis, & præscripta in foro fori, in foro autem conscientiæ sufficit, quòd sit rationabilis, & quare.

Quænam dicatur rationabilis, & alia latè Dian. *part.* 6. *tract.* 5. *resol.* 1. *& seqq. per tot.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cas.* 32. Cevall. *comm. quæst.* 359. Plura de consuetudine rationabili Capr. *decis.* 326. 569. 326.

Quòd consuetudo possit præscribi absque bona fide, & quare, Dian. *p.* 8. *tract.* 7. *resol.* 37. *per tot.* Consuetudo quando est æqua, & rationabilis ad istius introductionem nulla requiritur bona fides Caprat. *decis.* 316. *n.* 13. *p.* 1.

Multa de consuetudine probanda cum suis tribus præcipuis requisitis necessariis, nempè actum frequentia, temporis diuturnitate, & populi consensu, Azor. *in sum. C. quæ sit long. consuetud.* Mascard. *de probat. conclus.* 424. *& seqq.* Marescott. *var. resol. lib.* 2. *c.* 100. Cavaler. *decis.* 125. *n.* 8. Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 72. *nu.* 19. *&c.* Bertachin. *in Repert. verb. Consuetudo per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 278. *n.* 3. *& seqq.* Sperell. *decis.* 67. *n.* 20. *& seqq. & decis.* 89. *n.* 17. *& seqq. per tot.* ubi in materia electionis sepulturæ, vide Tusch. *litt. C, conclus.* 794. *& seqq.* ubi colligit 18. requisita, ut valeat consuetudo, & latè Dian. *part.* 6. *tract.* 5. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 55. *& seqq. vol.* 2. *& decis.* 187. *vol.* 4. Latè Vela *dissert.* 3. *ex n.* 28. Rot. coram Penis *decis.* 147. *nu.* 2. *decis.* 856. *& decis.* 913. Caprat. *decis.* 492. *n.* 1. *part.* 2.

Et quod Consuetudo sit probanda Spad. *cons.* 46. *n.* 77. *lib.* 1. Et concludenter justificanda Caprat. *decis.* 569. *n.* 11. *decis.* 570. *nn.* 2. *part.* 2. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 1. *n.* 110. *tom.* 2.

Consuetudo est difficilis, & ferè impossibilis probationis, & articuli super illa debent principaliter tria continere, primò actū, sive usum populi; secundò actus, sive usus frequentiā scientibus, & consentientibus omnibus, vel saltem majori illorum parte; tertiò temporis diuturnitatem, & testes superinducti etiam non interrogati debent reddere rationem sui dicti, ut quia ita viderunt observari, & practicari in palatio Communis, & populi publicè, & notoriè, longo tempore in multis litibus, & causis, quibus ipsi interfuerunt, & ita practica communiter servat, & debent esse concordes, sive contestes super pluralitate actuum, & super diuturnitate incipiente ab aliquo actu notabili, licèt de hoc initio alii distinguant, prout videre est in Practic. Rot. Rom. *post p.* 2. *divers. tit. de art. super consuetud. num.* 119. *& seqq* Paul. Christin. *dec.* 212. *num.* 55. *& seqq. vol.* 4. Rot. *p.* 12. *recent. decis.* 278. *n.* 3. *& seqq. decis.* 304. *nu.* 18. *&c.* plenè Mascard. *de probat. conclus.* 423. *& seqq. ad* 342. *per tot.* Sum. Angelic. *verb. Consuetudo per tot.* Quod sit difficilis probationis Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 1. *n.* 109. *tom.* 2. 3

Si tamen tales testes essent periti, ut Notarii, & Doctores sufficeret quod dicerent ita se habere practicam, & consuetudinem secundùm Altograd. *consil.* 18. *num.* 22. *in fine lib.* 1. Dian. *part.* 6. *tract.* 5. *resol.* 28. *vide in §. Doctor num.* ... Vide Cavall. *comm. quæst.* 1. Penia *decis.* 913.

Quot autem actus requirantur ad inducendam consuetudinem remittitur arbitrio judicis, Menoch. *de Arbitr. cas.* 81. *per tot.* Dian. *part.* 6. *tractat.* 5. *resol.* 7. ubi quænam actuum frequentia inducat consuetudinem, cum pluribus seqq.

Quòd tria rerum judicatarum exempla consuetudinem inducant, Peregrin. *decis.* 115. *n.* 6.

Quòd duo saltem actus requirantur quando sunt notorii, & sæpè non occurrentes, nam si sæpè acciderent plures requiruntur arbitrio judicis imò etiam unus actus successivus posset sufficere, Vivi. *commun. opin.* 154. Vida Mans. *consult.* 395. *n.* 47. De Luca *de Judic. disc.* 35. *n.* 31. Pen. *decis.* 265. *n.* 6. Ansald. *decis.* 12. *n.* 27.

Et quanto tempore consuetudo formetur, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 83. *per tot.* ubi post relatas aliquorum opiniones dicit arbitrio judicis remitti. Quanto tempore inducatur, & quomodo, latè Tusch. *litt. C. conclus.* 796. Dian. *part.* 6. *tract.* 5. *resol.* 2. *& seqq.*

Quòd probetur consuetudo, si testes dicant ita semper ab immemorabili tempore, & citra viderunt observari, & ipsi ita observarunt Altograd. *consil.* 100. *n.* 90. *in fine, lib.* 1. vide Cavaler. *decis.* 56. *n.* 1. *& decis.* 357. *per tot. inf. nu.*.... Rot. Januens. *dec.* 6. *nu.* 18. *&* 19.

An autem non usus possit inducere consuetudinem, Diana *part.* 6. *tract.* 5. *resol.* 18.

Consuetudo, vel stylus contra, vel præter jus qualiter probetur, Gratian. *discept. forens. cap.* 694. *nu.* 52. *&c. cap.* 965. *cap.* 861. *nu.* 21. *cap.* 956. *num.* 22. *cap.* 973. *n.* 38. *& cap.* 561. *n.* 23. *&c.* ubi multa de consuetudine quadragenaria, & præscriptione contra jus canonicum. Penia *decis.* 78. *& decis.* 335. Ansald. *decis.* 25. 4

Quod stylus Romanæ Curiæ persæpè varietur Lap. *allegat.* 51. *nu.* 2. Cassadnr. *decis.* 7. *nu.* 4. *de rescript.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 377. *n.* 7. Abecclesia *obser. forens. part.* 1. *obser. pr.*

Plura qualiter stylus differat à consuetudine, & quando sit plenè probandus, vel sufficiat extrajudicialis informatio, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *nu.* 573. *&c. fol.* 302. Tusch. *litt. S. concl.* 692. *& seqq.* Abecclesia *d. obser. pr.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 15. *q. pr. n.* 117. *tom.* 2. Crescin. ad Abecclesi. *loc. cit. n n.* 3., ubi plura de hac materia styli.

Quòd quando est contra jus requirat scientiam, & patientiam superioris saltem in genere, quæ tamen præsumitur ex actuum frequentia, & per suos officiales, Tusch. *litt. C, concl.* 797. *infra n.* 11. vide latè Diana *part.* 6. *tract.* 5. *resol.* 13. *per tot.* Mastrill. *decis.*

cis. tat. Abecclesia, & Crescio. *ubi supra*.

5 Consuetudo interpretativa probatur levioribus probationibus, ac per simplicem attestationem peritorum nec requirat tantam temporis diuturnitatem, Cavaler. *decis.* 497. *nu.* 5. *et* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 158. *n.* 13. *c.* 608. *n.* 16. *c.* 675. *n.* 31. *cap.* 745. *n.* 20. *et cap.* 756. *n.* 16. Tusch. *lit. C. concl.* 878. ubi quanto tempore inducatur, & quid operetur. Penia *decis.* 265. *n.* 7. ubi quod Consuetudo interpretativa probatur solo tacito consensu utentium, & *n.* 8. ubi definitur quid sit consuetudo interpretativa Spad. *cons.* 240. *n.* 4. *lib.* 2. ubi quod consuetudo interpretativa non requirit tantam temporis diuturnitatem, & vide infra in *in novissimis additionibus* Crescin. *n.* 85.

Debet tamen fuisse aliàs ita obtentum in contradictorio judicio, idem Gratian. *discept.* 740. *n.* 23. vide Sperel. *decis.* 133. *num.* 28. *etc.* Tusch. *lit. C, concl.* 798. ubi latè *per tot.* Dian. *part.* 6. *tract.* 5. *resol.* 8. ubi probat ad inducendam consuetudinem non requiri actus judiciales.

An ad validitatem consuetudinis requiratur, quod sit obtenta in contradictorio judicio, affirmant multi, sed plures alii magis communiter negant, cùm possit induci per actus etiam extrajudiciales in populo usitatos, Paul. Christin. *dec.* 187. *n.* 7. *etc. vol.* 4. Vasq. *de success.* §. 21. *n.* 114. ubi addit rationem, quia sicuti lex induci potest absque contradictorio, ita etiam consuetudo, quæ non differt à lege scripta, nisi tanquam tacitum, & expressum, Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 62. *n.* 18. *etc.* Penis, & Crescin. *decis.* 78. Episc. Piton. *alleg.* 77. *nu.* 80. *de Jurepatr. tom.* 2. Caprar. *decis.* 689. *n.* 13. *part.* 2.

Quòd sufficiat unicus actus in contradictorio judicio obtentus, nec requiratur præscriptio in hac consuetudine interpretativa, Altograd. *cons.* 18. *n.* 25. *et* 26. *lib. pr.* ubi etiam *n.* 22. quòd probatur ex pluribus instrumentis uniformiter celebratis.

Quòd non requiratur consuetudinem esse obtentam in contradictorio judicio, intelligendo in actibus extrajudicialibus, secus in judicialibus, Vivi. *commu. opin.* 162.

De consuetudine ut adhibeatur fides scripturæ privatæ in archivio repertæ Gratian. *discept. forens. c.* 582. *n.* 9. *&c.* Pacific. de Salvian. *inspect.* 1. *cap.* 7. *n.* 76. *& seqq.* ubi plura de dicta consuetudine, & ejus requisitis necessariis.

Hujusmodi tamen consuetudo interpretativa est strictè accipienda, & specificè in eo tantùm casu, in quo adest, nec potest trahi ad alios casus, res, vel personas, sive genus personarum, nec ad alias statuti partes, in quibus non invaluit, cùm tantum habeat de potentia, quantum constat de usu, aut actu, & non ultra, Altograd. *cons.* 61. *n.* 12. *lib.* 2. Thomat. *decis.* 131. *n.* 37. *&c. & dec.* 240. *n.* 4. *et seqq.* Spada *con.* 5. *n.* 52. *cons.* 46. *n.* 86. *lib.* 1.

6 Consuetudo debet in specie, & in casu, de quo agitur probari, etiam si dicatur notoria, quando est juri contraria, nec extenditur de loco ad locum, itaut non credatur Doctoribus de ea attestantibus maximè extra locum, in quo ipsi versabantur, & debet esse obtenta in contradictorio judicio, Altogr. *consil.* 42. *n.* 50. *et seqq. lib.* 2. ubi etiam quod ex difformitate actuum vitiatur.

Quòd sit probanda in specie, & casu de quo agitur, non autem in genere, Cavaler. *decis.* 172. *n.* 5. Tusch. *litt. C, conclus.* 805. Rot. *par.* 9. *rec. decis.* 489. *num.* 18. ubi quòd non suffragatur, nisi concurrant eadem circumstantiæ, & qualitates ad unguem, & *part.* 12. *decis.* 278. *n.* 6. *& seqq. & decis.* 304. *n.* 6. *etc.* Thomat. *decis.* 131. *n.* 34. *et seqq. decis.* 240. *n.* 4. *et seqq.* Ludovis. *decis.* 162. *per tot.* De Luc. *de Jurisd. disc.* 64. *n.* 5., *et* 6. *De Feud. disc.* 53. *nn.* 5. Penia *decis.* 9. *n.* 12. Spada *cons.* 108. *n.* 8. *lib.* 3. Ansald. *decis.* 100. *nu.* 45. Caprar. *decis.* 398. *nu.* 9. *part. pr. decis.* 493. *n.* 6. *part.* 2.

Quòd ut prosit allleganti debeat in eadem facti specie, & concurrentibus omnibus eisdem qualitatibus, & conditionibus probari, quia tantum operatur quantum actus demonstrat, & non ultra, nec possit extendi, Surd. *decis.* 131. *nu.* 8. *& seqq.* Tusch. *litt. C. conclus.* 860. *per tot.* Rot. *dicta dec.* 278. *n.* 6. *et seqq. et dec.* 304. *n.* 6. *et seqq.* Vide de Franc., & Add. *decis.* 17. *à n.* 13., *& decis.* 71. *à n.* 10. Penia *decis.* 9. *n.* 11. *decis.* 31. *n.* 7., *et decis.* 641. *n.* 13. Caprar. *decis.* 499. *n.* 2. *part.* 2. *et decis.* 569. *nn.* 12. *part.* 2. Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst. pr. a n.* 112. *tom.* 2.

Si tamen consuetudo esset notoria non indigeret alia probatione, sed sufficeret illam allegare, & posset judex ex se ipso supplere, & se informare, Cravet. *consil.* 137. *n.* 5. *etc. consil.* 104. *nu.* 9. Curt. jun. *consil.* 137. *n.* 7. & alii per me Pacific. de Salvian. *inspect.* 1. *c.* 7. *n.* 89. *&* 90. Ciarlin. *contr.* 92. *n.* 34. *vide infra n.* 9. *in fin.*

Consuetudo, juxta quam dicitur sufficere ad Canonicam Electionem, quod illa fiat à majori parte, comparativè ad minorem, licet non sit improbanda, ubi viget, debet tamen concludenter probari Caprara *decis.* 437. *n.* 4. 5. *part.* 2. Et quinam Canonici non admittantur ad illam probandam *ibid. n.* 6.

Consuetudo circa Electionem, quæ non est subjecta *c. quia propter de Election.* sed impropria, quæ expletur per simplices consensus, & aperta vota adinstar Universitatum, in qua Sacri Canones nihil disposuerunt, sufficit quod sit probata per plures actus effectuatos Caprar. *decis.* 593. *n.* 23. *part.* 2.

Et de hac materia vide eundem Caprar. *in Indice Verbo Electio* & Fagnan. pariter *in Indice verbo Electionis libertas.*

52 Consuetudo, quæ se habet quod Capitulum cum Cappa & Cruce ingrediatur in aliquam Ecclesiam Canonicorum Regularium occasione Processionum, ubi observata in præteritum, ita in futurum debet observari Caprar. *decis.* 256. *n.* 1. *part.* 1.

53 Consuetudo assistens Capitulo recitandi Litanias, & alias preces in Ecclesia Regularium occasione Processionum debet observari Caprar. *decis.* 256. *num.* 5. *part.* 1.

54 Consuetudo, quæ est contra Sacros Canones requiritur quod sit præscripta, & introducta cum Consensu Papæ dum agitur de derogatione Sacrorum Canonum Caprar. *decis.* 593. *n.* 22. *part.* 2.

Consuetudo requiritur quod sit absque interruptione ad effectum ut repugnante Juris Communis, & municipalis dispositione tribuatur Judici aliena Jurisdictio Caprar. *decis.* 554. *n.* 5. *part.* 2. 55

Consuetudo debet probari quod vigeret de tempore conditi testamenti, ut cum ea dicatur Fideicommittens se conformare voluisse Caprar. *decis.* 499. *nu.* 24. *part.* 2. 56

Consuetudo inducta post motam litem, nullatenus officere potest Caprara *decis.* 747. *n.* 6. *part.* 2. 57

Consuetudo admittendi Spurios ad officia, & Dignitates non extenditur ad Successiones Caprara *decis.* 499. *n.* 22. *part.* 2. 58

Consuetudo circa formam, & modum Ædificii est observanda Caprara *decis.* 534. *n.* 8. *part.* 2. 59

Consuetudo in quo differat à præscriptione Fagnan. *in c. Venerabili n.* 26. & 28. *de Censibus.* 60

Consuetudo in quibus differat à Statuto Fagnan. *in c. ad Audientiam n.* 13. *de Clericis non residentibus & in c. consuetudines n.* 8. *de consuetudinibus.* 61

Consuetudo Juri communi conformis, sublata censetur Juri communi sublato Fagnan. *in d. c. ad audientiam n.* 15. 62

Jus administrandi Episcopatum sede Episcopali vacante non ita devolvitur ad Capitulum quin de consuetudine devolvi etiam possit ad Archidiaconum, vel aliam dignitatem Emerix Jun. *decis.* 731. & 764. 63

Consuetudines à Sede Apostolica confirmatas an Concil. Trid. sustulerit Fagnan. *in c. si quis num.* 38. *de confirmatione utili, vel inutili.* 64

Consuetudo immemorabilis inferiorum Prælatorum cognoscendi causas criminales, & matrimoniales non est sublata a Concil. Trid. Fagnan. *in cap. significasti n.* 22. *de offic. Archid.* 65

Consuetudines etiam speciales, & Privilegia toluntur per Clausulam generalem non obstantibus consuetudinibus, & Privilegiis Fagnan. *in c. significasti num.* 21. *de officio Archidiaconi.* 66

Consuetudo non venit appellatione Juris communis Emerix Jun. *decis.* 556. *n.* 8. 67

Consuetudo potest limitare, augere, & interpretari Jus divinum Fagnan. *in c. utrum n.* 5. *de cognatione Spirituali.* 68

Consuetudo plurimum potest in his, quæ sunt Jurisdictionis, sed in his, quæ sunt ordinis, nihil potest Fagnan. *in c. Aqua n.* 3. *de Consecra. Ecclesiæ, vel Altaris.* 69

Consuetudo Rom. Eccl. prævalet Auctoritati cujuscumq; Auctoris Fagnan. *in c. quanto n.* 5. *de consuetudine & in c. præterea n* 16. *ne Prælat. vic. suas.* 70

Consuetudo contra Concilia generalia valide introduci non potest Idem *ibid. n.* 43. & *in c. quod à prædecessore n.* 61. *de Schismat.* 71

Consuetudo & Privilegium æquiparantur Fagn. *in c. cum contingat n.* 2. *de for. competent.* 72

Consuetudo Universalis Ecclesiæ censetur traxisse Originem ex traditionibus Apostolorum, vel ex generalibus conciliis Fagnan. *in c. explicari n.* 28. *de Obser. Jejun.* 73

Consuetudo universalis Ecclesiæ, quamvis sit contraria Juri scripto pro lege servanda est Fagnan. *in cap. super inordinata n.* 35. *de præbend.* 74

Consuetudo an excuset à pæna excommunicationis Fagnan. *in c. ad hæc n.* 70. *de relig. Domibus.* 75

Consuetudo, & Communis reputatio non solum defert, sed etiam adimit Dignitatem Fagnan. *in c. ad hæc n.* 48. *de Præbend.* 76

Consuetudo Ecclesiæ generalis ita obligat sicut præceptum Fagnan. *in c. cum esses n.* 123. *de testamentis.* 77

Consuetudo, ut Judex Laicus sit competens in causa Civili reconventionis contra Clericum servanda est Fagnan. *in c. tuam n.* 35. & 59. *de Ordin. Cogn.* 78

Consuetudo præjudicialis Immunitati Ecclesiæ est nulla, & impræscriptibilis etiam per tempus immemorabile Fagnan. *in c. inter alia n.* 94. *de Immun. Ecclesiæ.* 79

Consuetodo in Sacramentalibus non valet, nisi Papa sciat & toleret Fagnan. *in c. Vir autem n.* 8. *de secund. Nupt.* 80

Consuetudo quæ habet fomentum Juris, & nemini 81
præ-

præjudicat extenditur ad caſus ſimiles Fagnan. *in c. literas n. 53. de conceſſ. Præbend.*

82 Conſuetudo obſervata in Monaſteriis Religionis extenditur ad nova ejuſdem Religionis Monaſteria idem *ibid. n. 54.*

83 Conſuetudo, qua Clerici, habitum, vel tonſuram deferentes fori privilegio gaudent, licèt beneficium non habeant, nec alicui Eccleſiæ inſerviant, an ſit ſervanda Fagnan. *in cap. ſi quis à n. 59. de for. comp.*

84 Conſuetudo cur fuerit ſublata à Concil. Trident. *ſ. ſ. 23. cap. 6.* quoad clericos conjugatos ſolum Fagnan. *ibidem n. 40.*

85 Conſuetudo facilius admittitur ad interpretandum, quàm ad inducendum Fagnan. *in cap. venicus num. 22. de cognat. ſpirit.* Eſt optima legum interpres Fagnan. *in cap. cum dilectus n. 7. de conjuct.* Boſcolus apud De Luc. *art. pr. à num. 18.* idem De Luc. *de dote diſc. 134. ſub n. 8.*

Conſuetudo in legibus interpretandis primo loco ſpectanda, deinde propria ſignificatio verborum Fagnan. *in cap. cum veniſſent n. 87. de Judic.*

Et conſuetudo interpretativa facilius, & minori tempore inducitur, quàm novi Juria inductiva Fagnan. *in cap. ſuper inordinata n. 32. de Præbend.* nèc oportet quod ſit præſcripta, & ſufficiunt decem anni Fagnan. *in cap. nos quidem n. 72. de teſtament.*

Conſuetudo interpretativa non cenſetur ſublata per ſtatutum tollens conſuetudinem Fagnan. *in c. Conſuetudines n. 35. de conſuetud.*

Conſuetudini Interpretativæ potius ſtandum eſt, quam Communi opinioni Fagnan. *in c. irrefragabili §. exceſſus n. 31. de off. ordinarii.*

86 Conſuetudo irrationabilis dicitur quæ reprobatur à Sacris Canonibus, aut Juri Divino adverſatur Fagnan. *in c. utrum autem n. 14. de Cognation. Spirituali.*

Conſuetudo contra Jus Divinum eſt corruptela, & omnino impræſcriptibilia Fagnan. *in c. cum ex illo n. 4. de translat. Epiſc.*

Conſuetudo nutritiva peccati eſt extirpanda Fagnan. *in c. extirpandæ n. 2. de præbend.* nutritiva peccati eſt corruptela Fagn. *in c. ne Religioſi n. 12. de Regul.*

Conſuetudo mala eſt radicitus extirpanda Fagnan. *in c. cum cauſam n. 6. de Electione.*

Plura alia de conſuetudine irrationabili. Vide Fagnan. *ſupra Decret. in Iudic. Verbo Conſuetudo irrationabilis.*

87 Conſuetudo à Mulieribus introduci non poteſt Brunnemann. *ff. ff. lib. pr. tit. 3. leg. pr. n. 4.*

88 Conſuetudine deficiente quid attendatur Brunnem. *ff. ff. lib. 1. tit. 3. l. 32. n. 2.*

89 Conſuetudo dubia ex Vicinia declaratio nem petit Brunneman. *ff. ff. lib. 1. tit. 3. leg. 31. n. 4.*

90 An conſuetudo, ut quis ex Matre nobilis cenſeatur valeat Brunneman. *C. tit. de Decur. lib. 10. n. 6.*

91 Contra legem Conſuetudinem prohibentem nulla conſuetudo introduci poteſt Brunneman. *C. lib. 6. tit. 2. l. 18. n. 62.*

92 Collegia, & Familiæ ſuas Conſuetudines habere poſſunt Brunneman. *C. lib. 8. tit. 53. l. ult. n. 2. & 3.*

93 Feudales conſuetudines communes etiam in Foro Eccleſiaſtico ſervandæ Cardinal. De Luc. *de Judic. diſc. 35. ſub n. 40.*, & vide eundem *in Indice Verbo Feudum quo ad Conſuetudines, & verbo Leges Feudales.*

94 Conſuetudo localis non afficit eos, qui contraxerunt alibi Domicilium De Luc. *Miſcell. diſc. 34. n. 5.*

95 Adverſus actus Juriſdictionales tamquam Facultativos induci non poteſt Albic. apud De Luc. *diſc. 1. n. 92.*

96 Conſuetudo judicandi inducitur per bonam Judicaturam Supremi Tribunalis De Luc. *de Benefic. diſc. 67. n. 7.* Et inducitur per binam Judicaturam De Luc. *de Feudis diſc. 53. nu. 6. De Præbeminentiis diſc. 23. num. 3.*

97 Conſuetudo particularis prævalet generali De Luc. *de Juriſdic. diſc. 46. n. 5. De Regal. diſc. 189. n. 5.*

98 Conſuetudo contra regulas Cancellariæ ob Decretum irritans nunquam induci poteſt De Luc. *de Beneſic. diſc. 12. n. 14.*

99 Conſuetudo Bulgari expenditur à Cardinal. De Luc. *de Servit. diſc. 48. 51. & 52.* Conflict. *Obſer. 128.* & Vide eundem De Luc. *in Indice Verb. Uſufructus.*

Conſuetudo Martini expenditur per De Luc. *de Dote diſc. 154. ex n. 53.* & vide eundem De Lucam *in Indice verbo Dos quo ad Succeſſionem.* 100

In Parmenſi Diœceſi adeſt conſuetudo conveniendi quotidiè Laicos coram Vicario Epiſcopi pro Canonibus, & livellis rei Eccleſiæ Sperell. *deciſ. 98. n. 34.* 101

§. CONTRACTUS. XLIV.

Contractus eſt duorum, pluriumve in idem conſenſus, ſive conventio ex utraque parte obligatoria, *l. Labeo, §. Contractus, ff. de verbor. ſignif. l. 3. in princ. ff. de oblig. & act.* Tuſch. *litt. C, concl. 979.* ubi etiam quæ ſint contractus requiſita, & quomodo differat ab inſtrumento, P. Steph. de Neapol. *tractat. de reſtitut. lib. 2. cap. 1. num. 1. &c.* Vide P. Molin *tract. 2. de Inſt. diſp 252., & ſeqq.* Vide De Luc. *de Regul. diſc. 18. n. 1. de Juriſdict. diſc. 41. nu. 8.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæſt 1. n. 21. & ſeqq. tom. 3.* 1

Plurima de contractibus in genere, & in ſpecie, de illorum definitione, diviſione, natura, cauſis, effectibus, qualitatibus, pactis adjectis, cæteriſque accidentalibus, de illorum fine, & diſſolutione, ac de quaſi contractibus, & diſtractibus plenè Petr. de Onnate *tract. de contract. tom. 1. per tot.* latiſſimè De Luc. *in Indic. general.* Altimar. *in tract. de nullit. & præſertim dict. rubr. 1. quæſt. 1. tom 3.*

Plura de contractibus in genere, & de modis acquirendi rerum dominia cum multis quæſtionibus incidentibus, & conſequentibus D. Gregor. Roſignol. *in Noviſſ. Prax. Theolog. leg. tom. 1. per tot.*

Contractus ſumitur propriè quando eſt hinc inde obligatorius, impropriè quando unus tantùm obligatur, magis impropriè quando ex nulla parte oritur obligatio, ſed potiùs facta diſſolvitur, &c. Altimar. *de nullit. dict. rubr. 1. quæſt. 1. à n. 125. tom. 3.*

Item contractus, vel eſt nominatus, vel innominatus, vel bonæ fidei, vel ſtricti juris; & ex quatuor præcipuè conſtat, nempè ſubſtantialibus, ſolemnibus, naturalibus, & accidentalibus, prout hæc, & alia benè explicant Oinot. Scac. & alii Interpretes *in §. fin. inſtit. de obligat.* P. Stephan. de Neapol. *loc. cit.* Ariſmin. Tepat. *var. ſentent tit. 338. &c.* ubi plura de contractibus. Alii ſunt Juris gentium, alii Juris civilis Altimar. *de nullit. rubr. 12. quæſt. 1. nu. 33. tom. 2.* De omnibus his, imò de pluribus aliis diviſionibus, & ſpeciebus contractuum, Idem Altimar. *in dict. tract. de nullit. & maximè dict. rubr. 1. quæſt. 1. per tot. tom. 3.*

An contractus præſumatur nominatus, vel innominatus, quomodo inter ſe differant, & alia, Tuſc. *litt. C. concluſ. 995. et ſeqq.* Olea *de Ceſſ. Jur. tit. 2. q. 2. n. 1.* De contractibus nominatis, & innominatis, eorumque differentiis plenè Altimar. *dict. quæſt. 1. à n. 142. uſque ad n. 290. tom. 3.*

Bonæ fidei, & ſtricti juris in quibus differant, idem Tuſch. *litt. C, concluſ. 1000.* Faber. *de Error. decad. 9. error. 1., et 2. decad. 11. error. 1.* De contractibus bonæ fidei, & ſtricti Juris, & de illorum materia latè Idem Altimar. *dict. quæſt. 1. à n. 291. uſque ad n. 382.*

Contractus ſuper re litigioſa eſt ipſo jure nullus, & ideò ſententia lata contra alienantem poteſt exequi contra eum, in quem facta eſt alienatio, Bart. *in leg. 1. §. fin. ff. de litig.* Addit. ad Pract. Papp. *for. execut. ſent. deff. gloſſ. 1. num. 18.* dixi *in §. Res litigioſa n....* Vide Abeccleſ., & Creſcen. *obſerv. forenſ. part. pr. obſervat. 204. à n. pr.* Card. De Luc. *de alienat. diſc. 40. per tot.* Brunneman. *in tit. Cod. de litigioſ.* 2

Contractus ſuper vita, & morte alterius valet, ut ſi dicatur, ſi poſt decem annos vivus ero promittis dare centum, & ſi mortuus ero dabuntur tibi tondem, vel ſimili modo, ſicut etiã valet contractus aſſecurationis, ut ſi dicatur promitto tibi decem, ſi navis mea ſalva venerit, ſi autem perierit promittis mihi valorem mercium, Petr. Cabal. *conſ. dec. 65. lib. 1.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 736. per tot.* vide in *§. Cenſus num. 1. & §. Aſſecuratio num.....* Tuſch. *litt. V. concluſ 362. per tot.* Dian. *reſol. moral. part 7. tract. 9. reſ. 61. & ſeqq.* ubi plura de ſponſionibus vulgò *dette ſcomeſſe.* 3

Quid contractus alias illicitus, efficiatur licitus, ratione incertitudinis, & dubii eventus hinc inde, Cenſ. *de cenſ. q. 10. num. 12. & ſeqq.* Surd. *de alim. tit. 9. quæſt.*

quæst. 11. Fontanell. de pact. nupt. clauf. 4. gloss. 18. part. 3. nu. 98. & seqq. aliique plures relati per Salgad. Labyrint. credit. par. 1. cap. 20. num. 44. & 45. ubi de censu vitalitio, & hujusmodi. Mantic. de convent. libr. 3. tit. 5. à n. 22.

4 Contractus quando dicatur conditionalis, ita ut non existente conditione, vel implemento ex parte agere volentis resolvatur, Gratian. discept. forens. cap. 307. per tot. vide in §. Exceptio n..... & §. Venditio n. 8. & num. 17. §. Conditio n. 68. & num. 72.

An rescisso contractu mutuo partium consensu intelligatur resolutus sub eadem conditione, sub qua erat initus, & sic retenta eadem conditione, vel liberè, ac ex quibus arguatur dicta rescissio, Rot. in Ferrarien. Tenutæ Diamantinæ 13. Junii 1676. coram Albergato post Urceol. de transact. decis. 89.

An contractus conditionalis dicatur perfectus, vel imperfectus, ita ut possit revocari, vel non, vide Sperel. decis. 168. n. 80. & 81. Merlin. decis. 658. per tot. Rot. par. 15. recent. dec. 137. num. 1. ubi quod non est locus pœnitentiæ etiam ante purificatam conditionem.

Quòd contractus conditionalis transmittatur ad hæredes stipulatoris, quicquid sit in ultimis voluntatibus, Marcian. disput. forens. cap. 12. per tot. Salgad. Labyrint. creditor. part. 1. cap. 33. nu. 14. &c. Mantic de convent. libr. 14. cap. 41. num. 10.

Quod contractus initus cum conditione consensus alicujus, illo non accedente perindè sit, ac si non fuerit celebratus, Rot. part. 9. recent. dec. 179.

De contractu conditionali vide Palm. nep. decis. 444. n. 9. tom. 5. Emerix jun. decis. 190. n. 9. 11. Idem Palma nepos decis. 243. n. 12. tom. 3. & decis. 300. nu. 17. tom. 3. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 5. a num. 76. tom. 3.

5 Contractus nominatus (quicquid sit de innominato) non potest rescindi nec ex capite pœnitentiæ, nec ex capite non implementi, nisi defectus consistat in causa finali ipsius contractus, ut benè explicat Altograd. cons. 1. n. 5. & seqq. lib. 1. & facit latè cons. 9. per tot. dum disputat, & declarat, an & quando venditor possit pœnitere, & rem venditam vindicare, ob pretium non solutum, vide in §. Exceptio num. 50. & §. Venditio n. 37. & 38. §. Empitio num. 16. Seraphin. decis. 591. n. 8. & seqq. dec. 1133. et 1275. Rot. par. 13. recent. decis. 419. num. 18. & seqq. & par. 14. dec. 1. nu. 2. &c. dec. 519. n. 21. &c. Fabar. de Error. decad. 45. error. 8. Giurb. de feud. §. 1. gloss. 15. à n. 26. Vide Emerix jun. decis. 1019. n. 5. Palma nepos decis. 198. nu. 12. tom. 2. Mantis. ad De Luc. decis. 50. n. 21. lib. 6. vol. 1. Altimar. loc. cit. a n. 179.

An, & quando contractus nominatus rescindatur ex capite non implementi, vel sit agendum ad interesse, vide Gratian. dec. 159. Larrea allegat. fisc. 26. per tot. Rot. part. 11. recent. dec. 300. n. 21. & per totum, Marcian. disp. 53. nu. 9. &c. Thomat. dec. 287. Rot. part. 14. recent. dec. 519. plenè Urceol. consult. forens. cap. 53. vol. 2. ubi pro rescissione, vel interesse ad electionem emptoris quando res vendita fuit asserta libera, & non erat, sive venditor sciverit, sive ignoraverit, & alia plura eleganter de hac materia, idem Urceol. cap. 65. per tot. vol. 2. ubi inserit tres decisiones Rotæ Romanæ in eadem causa emanatas, quibus ejus opinio fuit confirmata, & consul. 91. per tot. vol. 2. ubi ponit alias duas decisiones. Cyriac. controvers. 682. et controvers. 55. a n. 67. Altimar. loc. adduct. nu. 181. & seqq.

Quòd in contractibus nominatis non liceat uni parti recedere ob non implementum alterius, sed agere debeat ad implementum, vel ad interesse etiam re integra, Rot. p. 2. divers. decis. 271. in fine, Lodovis. dec. 530. per tot. cum Addit. Tusch. litt. C. concl. 998. ubi quid de innominatis, Castill. contr. lib. 8. de alim. cap. 54. num. 9. &c. Urceol. consult. 87. n. 9. vol. 2. Marcian. disput. forens. cap. 17. ubi qualiter in contractibus nominatis non procedat regula frangenti fidem, fides frangatur eidem Guam. de evict. quæst. 24. à nu. 35. Marescot libr. 1. var. resol. cap. 90.

Quòd indirectè possit agi ad rescissionem contractus nominati ob non implementum, agendo scilicet ad implementum, in ejus defectum ad damna, & interesse, ac loco interesse petendo sortem, Ludovis. cum Beltram. decis. 88.

An contractus innominati patiant obligationem in foro conscientiæ, vel sit locus pœnitentiæ secundùm jura civilia, Dian. par. 9. tract. 9. resol. 12. per tot. vide in §. Pœnitentia num. 1.

Quando contractus resolvatur ob non implementum Bertachin. vor. 13. per tot. in Indic. verb. mora. Altimar. dict. quæst. 1. a n. 181. cum seq. tom. 3.

6 Contractus quando dicatur unus, vel plures, si plures res simul fuerint locatæ, seu venditæ sub uno, vel distincto pretio, ita ut debeantur plures gabellæ, vide Gratian. discept. forens. cap. 715. nu. 10. &c. Magon. decis. Flor. 1. n. 6. &c. & nu. 33. & seqq. ubi pulchrè, &c. Tusch. litt. C, conclus. 1004.

Qualiter contractus secundus validus, & incompatibilis cum primo, vel continens diversa pacta novet primum, secus si secundus esset invalidus, nisi contineret expressè revocationem primi, Ludovis. decis. 76. cum aliis ibi citatis, & dixi in §. Novatio.

7 Contractus dicitur perfectus per dationem manuum, vel cessionem dexteræ, quando ad tactus manuum accedunt verba apta, ita ut non sit ampliùs locus pœnitentiæ etiam ante celebrationem instrumenti, quamvis constet partes voluisse superindè instrumentum confici, nisi appareat noluisse habere aliter contractum pro perfecto, nam primo casu instrumentum fieri dicitur ad simplicem probationem, secundo autem ad substantiam, Gratian. discept. forens. cap. 842. ubi loquitur in venditione, & cap. 899. n. 13. &c. ubi in donatione, vide Rot. par. 3. divers. dec. 34. & par. 6. recent. dec. 199. n. 9. etc. Thomat. dec. 287. per tot. Seraphin. dec. 854. n. 3. & seqq. & dec. 623. num. 7. Rot. par. 14. rec. dec. 154. n. 3. & dec. 364. n. 12. etc. Magon. dec. Luc. 95. per tot. & dec. Flor. 135. num. 14. Curt. jun. cons. 303. 304. & 348. Tusch. litt. C, conclus. 981. per tot. Paul. Christin. dec. Belgic. 29. n. 15. & seqq. volum. 3. latè Gizzarel. & Addent. dec. 72. per tot. ubi etiam an sit facienda scriptura ad probationem cum solitis clausulis, Thess. dec. 197. per tot. Menoch. lib. 3. præsumpt. 148. per tot. dixi in §. Scriptura n. 21. & num. 37. et §. Venditio n. 1. Rot. par. 9. recent. dec. 291. n. 22. etc. et dec. 353. nu. 1. et seqq. d. par. 9. Sequitur Altimar. de nullit. rubr. 1. qu. 1. num. 390. tom. 3. Vide infra in novissimis additionibus Crescin. n.

Quando contractus dicatur in scriptis celebratus ad ipsius contractus essentiam, vel ad probationem, Tusch. litt. C, conclus. 990. per tot. & seqq. Riec. Collect. 907.

Quid, & quantum operetur probatio tractatus præcedentis ad inferendam conclusionem, & perfectionem contractus, vide Rot. part. 2. divers. dec. 104. num. 3. et seqq. dixi in §. Verba num....

Quòd ex præcedente tractatu arguatur saltem contractus subsequuti natura, licèr per se tractatus non probet contractum, nisi appareat de ejus conclusione, cùm multa tractentur, quæ posteà non concluduntur, latè Menoch. de arbitr. cas. 470. per tot. Merlin. dec. 319. nu. 8. Rot. par. 12. recent. decis. 316. in fine, ubi quòd non tractatus, sed conclusio attendi debet.

Et quando capitula influant in instrumentum posteà celebratum, ita ut non videatur ab eis recessum, sed simul stent cum instrumento pro illorum executione celebrato, Surd. dec. 67. per tot.

Qualiter contractus possit probari per testes, etiam si requiratur instrumentum, vel per solutionem gabellæ, Mascard. de probat. concl. 435. et 436.

Quòd obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum teneatur creditorem suum reddere cautum per instrumentum, Mascard. de probat. concl. 480. n. 2. Magon. decis. Luc. 95. n. 15. Thomat. decis. 287. n. 3. per text. in l. plures, Cod. de fid. instr. l. si non datam, ubi Bald. C. de liber. caus. dixi in §. Instrumentum nu. 17. §. Obligatio num. 5. Tusch. litt. D, concl. 49., et 50. tit. 5. concl. 257., et seq.

8 Contractus gestus cum minore, vel Ecclesia potest claudicare favore ipsius, qui tamen cogi potest ad declarandum, an velit stare illi, vel recedere, per tex. in l. Julianus, §. si quis, ff. de act. empt. ubi DD. Gratian. discept. forens. cap. 547. num. 7. cap. 714. num. 12. et seqq. et cap. 691. per totum, Montan. de tut. cap. 33. n. 458. et seqq. ubi limitat in pupillo, contra quem hujusmodi declaratio peti non potest, & à minore est facien-

cienda cum ſolemnitatibus, vide In §. *Alienatio nu....* §. *Minor num....* & §. *Pupillus nu....* Vaſq. *de ſucceſſ.* §. 10. *num.* 513. ubi adducit caſum ſimilem in materia ſucceſſionis, Ludoviſ. *deciſ.* 467. *num.* 5. *&c.* ubi idem firmat in judicio, & *deciſ.* 754. *num.* 3. & 4. Hermoſill. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſſ.* 7. *leg.* 4. *tit.* 5. *nu.* 18. *&c. fol.* 431. Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæſt.* 1. *nu.* 21. *tom.* 1. Palma nepos *deciſ.* 243. *n.* 31. *tom.* 3., ubi quando contractus valeat claudicare, Caprara *deciſ.* 347. *n.* 5. *part.* 1.

Quod contractus cum minore, vel Eccleſia celebratus claudicet, ſi non fuerint adhibitæ ſolemnitates, ita ut ſervandus ſit volente Eccleſia, vel minore, ad cujus utilitatem requirebantur ſolemnitates, etiam altero contrahente reluctante, corruat autem ſi ille approbare, vel confirmare nolit, Merlin. *deciſ.* 555. *num.* 7. intelligendo tamen, ut in caſu confirmationis, vel approbationis, teneatur perſona privilegiata adhibere ſolemnitates neceſſarias, ne diu, & ulterius contractus ſtet in ſuſpenſo, poſſitque cogi ad talem declarationem cum debitis ſolemnitatibus facienda, & illa facta, non ampliùs contractus claudicat, ſed convalidatur ſi electa fuerit via approbationis, ſi verò electa fuerit via reſciſſionis annullatur reſtituto pretio quatenus illa perſona privilegiata ſit locupletior effecta, quæ quidem approbatio, vel reprobatio erit in totum facienda, nec admittitur pro parte, & ſufficit conſenſus ſemel præſtitus; poteſt dicta nullitas à tertio allegari quando lex reſiſtit contractui, & ſecundum aliquos perſona privilegiata habet hujuſmodi electionem tantùm antequam alter contrahens dicat de nullitate, nam ſi fuerit præventa à parte in allegando nullitatem, non erit ampliùs in ſua electione approbare, vel reprobare contractum, quod tamen ultimum non eſſe verum (licèt mihi æquiùs videatur) latè oſtendit videndus de omnibus prædictis Sperel. *deciſ.* 155. *num.* 9. & *ſeqq. per tot.* Balthaſ. Thomaſ. *tract.* 7. *de tut. & curat. tit.* 19. *nu.* 3360. & *ſeqq. fol. mihi* 811. ubi ſex modis limitat, cum pluribus per eos citatis, vide *in* §. *Actus num....* *infr. num.* 13. & *num.* 15. latè Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 1980. & *ſeqq.* Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæſt.* 51. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recen. deciſ.* 305. *in fine*, ubi quod contractus à minore celebratus convaleſcit, dum major factus eundem approbat. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *n.* 950. & *ſeqq. tom.* 8. & *rubr.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 751. *tom.* 3., ubi plura de more.

Qualiter contractus minoris habeat implicitum ſtatum validitatis, & non poſſit nullitas allegari, niſi ipſo volente ſemelque ratificatus non poſſit ampliùs de nullitate argui, Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 531.

Quod contractus non poſſit regulariter claudicare, & quando ſecus, Tuſch. *lit. C*, *concl.* 982.

9 Contractus unicus non poteſt pro parte acceptari, & pro parte recuſari, vel reprobari, cùm ſit individuus, *l. ſtipulationes non dividuntur* 75. ubi DD. *ff. de re verb. oblig.* Tiraquell. *de retract. convent.* §. *fin. num.* 4. *&c.* Rot. *p.* 2. *diverſor. deciſ.* 278. *num.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 301. *num.* 57. *&c.* Hodiern. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 25. *nu.* 47. Barboſ. *de Axiomat. jur. Axiom.* 57. *num.* 7. Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 3. *num.* 16. *&c.* Balthaſ. Thomaſ. *loc. ſup. cit. n.* 3363. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 288. *num.* 10. *vol.* 1. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 284. *num.* 1. & *ſeqq.* ubi de diviſione facta à peritis, & *par.* 11. *deciſ.* 75. *num.* 27. & *ſeqq.* Gregor. *deciſ.* 467. *num.* 5. & *ſeqq. cum Addit.* Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 34. *num.* 13. & *ſeqq.* Rot. *par.* 17. *recent. deciſ.* 397. *num.* 15. & *deciſ.* 398. *nu.* 10. Amat. *reſol.* 50. *nu.* 26. Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin. *n.*

10 Contractus continens plura capitula etiam ſeparata dicitur individuus ſtante inter ſe dictorum capitulorum connexitate, & dependentia unius ab alio, vel ab eadem cauſa, ita ut uno irritato, irritentur omnia ratione individuitatis, Altograd. *conſ.* 105. *num.* 17. & *ſeqq. lib.* 2. *vide in* §. *Tranſactio nu.* 22. facit Salgad. *Labyrint. par.* 1. *cap.* 34. *num.* 13. *&c.* Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin. *n.*

Qualiter autem plures contractus contineri poſſint in eodem inſtrumento, & unuſquiſque ex ſe regulari, nec de uno ad alium poſſit inferri, latè Rot. *par.* 19. *recent. deciſ.* 439. *num.* 22. & *ſeqq. inf. num.* 34. Altimar. *rubr.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 510. *tom.* 3. *de nullit.* Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin. *n.*

11 Contractus eſt nullus non ſervata præcisè forma ſtatuti, quamvis de jure communi potuiſſet valere, ſi appareat contrahentes voluiſſe contrahere juxta illam formam, quia tunc procedit regula: quod potuit noluit, & quod voluit adimplere nequivit, niſi adeſſet clauſula, *omni meliori modo*, quo caſu intrat alia regula: *ſi non valet, ut ago, valeat valere poteſt*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 647. *nu.* 15. & 25. & *cap.* 699. *num.* 27. & 58. vide Salgad. *Labyrint. credit. par.* 2. *cap.* 23. *num.* 32. *et ſeqq.* Palma nepos *deciſ.* 102. *n.* 6. *et* 8. *tom.* 2.

Quòd imò valeat hujuſmodi contractus, vide Rot. *in Noviſſ. par.* 6. *deciſ.* 363. *num.* 10. *etc.* facit quod dixi *in* §. *Actus num....*

Quod contractus reſcindi poſſit ob formam non ſervatam, Altograd. *conſ.* 9. *num.* 78. *lib.* 1.

Quod non ſervata forma careat omni actione, & juris fomento, non ſuſtineatur etiam in foro conſcientiæ, niſi contrahens ſit factus locupletior, nec firmetur juramento quando forma eſt inducta ob publicam utilitatem ad obviandum fraudibus, vel præſumitur dolo, & metu extortum, benè probat Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 44. *num.* 5 *et ſeqq. et cap.* 95. *num.* 61. *vol.* 2. adde P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 2. *per tot.*

Quod contractus nullus jure humano in foro exteriori, ſit etiam nullus in foro conſcientiæ, ac idem eſſe in ultimis voluntatibus, Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 75. facit quod dixi *in* §. *Hæres num.* 12. §. *Hæreditas num.* 55. adde Novar. *conſil.* 9. *num.* 6. *et* 7. *lib.* 3. Durand. *deciſ.* 18. *num.* 8. *et ſeqq.* Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 80. *num.* 10. *et ſeqq. par.* 11. *deciſ.* 98. *num.* 17. *et ſeqq.*

12 Contractus fieri poſſunt etiam in teſtamento, quo revocato, non cenſentur illi revocati, cùm habeant ſtatim effectum à die celebrationis illius non expectata morte teſtatoris, ſi fiant parte præſente, vel Notario ſtipulante, quamvis teſtamentum eſſet invalidum, & ſufficiunt duo teſtes, Vivi. *comm. opin.* 167. *in verbo Contractus*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 751. *num.* 3. *et cap.* 895. *num.* 77. *vide in* §. *Confeſſio nu.* 18. *et* §. *Teſtator num....* Tuſch. *lit. C. concluſ.* 994. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 334. *num.* 13. *vol.* 1. Gamm. *deciſ. Luſit.* 339. *et* 381. Seraphin. *deciſ.* 417. Martha *de ſucceſſ. leg. part.* 4. *q.* 4. *art.* 2. *per tot.* ubi in contrarium. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 510. *tom.* 3. Vide Bertachin. *vot. deciſ.* 61. *per tot.* Caprar. *deciſ.* 52. *nu.* 5. *part.* 5.

Tales enim contractus retinent in omnibus propriam naturam, & annullantur per adjectionem conditionis impoſſibilis, Duran. *tract. de condit. et mod. impoſſ. par.* 4. *cap.* 2. *per tot.* facit Surd. *deciſ.* 149. *per tot.*, vide *in* §. *Conditio num....*

13 Contractus factus contra legem, vel ſtatutum licèt ſit nullus quoad commodum, & favorem eorum, qui ita contraxerunt, tamen valet quoad damnum, & præjudicium ipſorum, quia ex ſua culpa pœnam, non immunitatem conſequi debent, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 8. *et* §. 26. *gloſſ.* 2. *num.* 7. *etc.* Montan. *de tut. cap.* 26. *num.* 37. vide *in* §. *Actus n....* *et* §. *Notarius num.....*

Quod contractus à lege improbatus non ſuſtineatur etiam volente eo, in cujus favorem annullantur, quia tali nullitati renunciari non poteſt, Tiraquell. *de leg. connub. gloſſ.* 8. *num.* 98. Borgn. *deciſ.* 13. *num.* 29. *et* 30. *lib.* 2. Oſaſch. *deciſ.* 166. *num.* 7. *deciſ.* 172. *n.* 17. Surd. *deciſ.* 268. *num.* 8. Thomat. *deciſ.* 101. *num.* 19. vide ſupra *num.* 8.

Et ſi ſit nullus ob defectum conſenſus alterius veluti patris, vel mariti, non convalidatur per ſupervenientiam illius poſt mortem contrahentis, Caſtr. *conſ.* 438. *vol.* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 69. *nu.* 6. Carleval. *de judic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 23. *num.* 18. Salgad. *Labyr. creditor. part.* 1. *cap.* 33. *num.* 9. *etc.*

14 Contrahens nõ adhibitis ſolemnitatibus ſolitis, & neceſſariis dicitur in mala fide, Gloſſ. *in l.* 1. *verb. mala fide, Cod. de fid. inſt. et jur. haſt. fiſ. lib.* 10. *text. in cap. qui contra*, ubi Gloſſ. *de reg. jur. in* 6. Tiraq. *de retract. lign.* §. *fin.*

ff. fin. n. 42. latè Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 130. n. 33. et seqq. ad 47. ubi dat tres extensiones, & quinque limitationes, et de arbitr. cas. 225. num. 6. et 7. Surd. decis. 179. nu. pr. etc. Franch. decis. 242. vide in §. Dolus n. 10. etc.

Qualiter contractus sit nullus, vel saltem annulandus quando dolus dat illi causam, Cardin. Millin. decis. 162. nu. 5. et 6. Capye. latr. consult. 35. nu. 27. et seqq.

15 Contrahens cum minore, vel Ecclesia non adhibitis solemnitatibus per ignorantiam, vel inadvertentiam, & sic involuntariè, si revera aderat justa causa saltem apparens, & putativa, & omnis protius cessavit dolus, & fraus, licèt possit in foro fori conveniri, & adstringi, etiam tuta conscientia ex parte Ecclesiæ, vel minoris jure suo utentis ad rem sibi restituendam, tamen si ita nulliter contrahens non pulsetur in foro fori, potest tuta conscientia rem sic ex dicto contractu nullo acquisitam retinere si dolus, vel fraus absit, ut supra, Sperel decis. 163. nu. 16. et seqq. ad 28. facit quod dixi in §. Hæres num. supra n. 11.

Plura de contractibus minorum, & similium, an & quando obligent in foro conscientiæ, vel non, P. Stephan. de Neapol. tractat. de restitut. lib. 2. c. 5. per totum.

An, & quando contractus minorum cum juramento valeant, vel non, latè Gabriel comm. conclus. lib. 2. lit. de minor. conclus. 5. per tot. vide in §. Juramentum, et §. Minor.

16 Contrahentes præsumuntur non tantùm sibi, sed suis etiam hæredibus stipulari etiam in pacto tacito, & in privilegiis, & quamvis taxativè pro se tantùm stipulentur, nisi essemus in actu de sui natura ad hæredes non transitorio, ut benè probat Menochius lib. 3. præsumpt. 47. per tot. vide in §. Stipulatio nu. 7. Paul. Christin. decis. Belg. 16. volum. 3. ubi etiam qualiter actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipere possint, et ad leg. municipal. tit. 6. art. 9. ubi qualiter contractus ad hæredes transeant, latè Rot. part. 9. recent. decis. 352. n. 7. et seqq. et part. 11. decis. 371. nu. 21. et seqq. Salgad. Labyrint. credit. part. pr. cap. 33. n. 14. etc. ubi etiam si contractus sit conditionalis, Rota part. 14. rec. decis. 85. nu. pr. etc. Caldas Pereyra de empt. et vend. cap. 20. ubi dat plures limitationes, vide Rot. coram Duran. dec. 410. n. 11. et seqq.

17 Contrahens cum alio debet perscrutari, & scire illius conditionem, & qualitatem, & ideò præsumitur scire, aliàs sibi imputet, quod procedit etiam in fœmina, & forense, nisi adesset ignorantia multum probabilis, & justa, & nisi essemus in hærede contrahentis, l. qui cum alio ff. de reg. jur. Cujac. lib. 7. observ. cap. 36. Menoch. lib. 3. præsumpt. 88. per tot. vide in §. Societas n. 26. Salgad. Labyrin. credit. p. 2. cap. 9. n. 120. & seqq. ubi benè delarat, & alibi sæpè, latè Dec. & Cagnol. in dict. l. qui cum alio Cyriac. controv. 330. nu. 4. Vide Emerix. Jun. decis. 1348. n. 13. Palm. nepot. decis. 257. n. 17. tom. 3.

Hæc regula non procedit quando à jure ignorantia justa reputatur, ut in fideicomisso, Menoch. de arbitr. cas. 182. n. 71.

Nec quando alter contrahens versatur in dolo, quia tunc dolus præponderat culpæ, & non debet suffragari, Rot. p. 2. divers. decis. 192. n. 5. & 6. & dec. 281. n. 29. & 30. Salgad. Labyrint. credit. p. pr. cap. 38. n. 28. & seqq. ubi plura ad hoc propositum.

18 Contrahentes cum aliquo tanquam hærede talis, censetur illum approbare pro hærede illius, ita ut prætendens contrarium teneatur ipse probare hujusmodi negativam, latè Surd. decis. 104. per tot.

Item contrahens cum alio tanquam cive, non potest negare illum esse talem, Leoncil. decis. Ferrar. 27. n. 11.

19 Contrahentes qualiter sortiantur forum in loco contractus si agatur de ipsius contractus observantia, secus de dissolutione illius, & dummodo in loco contractus reperiantur, & ibidem citentur ad firmandam jurisdictionem, quid si fuerit apposita clausula quod possint ubique conveniri, & alia, vide per Pac. Jord. Lucub. volum. 2. lib. 13. tit. 8. n. 208. & seqq. fol. 91. Martha de Claus. p. pr. Claus. 343. Cæpol. caut. 70. & alios allegavi in §. Forum n. 1. & 2. §. Debitor n. 70. Ricc. Collect. 339. plenè Felin. in cap. fin. extr. de foro competent. Capell. Tholos. quæst. 103. per tot. latè Sanfelic. in Praxi sect. 11. Covar. pract. quæst. c. 10. Carleval. de jud. disp. 11. qu. 5. Thom. Trivis. decis. 48. lib. pr. Tondut. de Prævent. part. pr. c. 18. n. 11. & seqq. Altimar. de Nullit. rubr. 9. q. 26. n. 2. et seq. tom. 1.

Contrahentes in dubio censentur se velle conformare cum statutis, & consuetudine locorum, Magon. decis. Florent. 94. num. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 38. per tot. ubi etiam generaliter quod contractus intelligitur secundum sui naturam, & legis dispositionem, et præsumpt. 43. d. lib. 3. Emerix. Jun. decis. 57. n. 5. 20

Quòd semper contrahentes secundùm statuti dispositionem contraxisse censeantur, cùm non possint facere quod statuta locum non habeant in illorum contractibus, Altograd. consil. 9. n. 57. lib. 1. & consil. 95. numer. 27. lib. 2. Barbos. de Axiomat. jur. Axiom. 57. n. 10. Peregr. decis. 18. n. 4. &c.

Quòd magis præsumantur velle se conformare juri communi, quàm juri speciali, Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 21. n. 198. &c. fol. 434.

Contractus non à cortice verborum, sed ab effectu 21 considerari debent, etiam si fiat impropriatio verborum, & etiam in contractibus stricti juris, quia qualitas contractuum cognoscitur ab effectu, non autem à sonu verborum, Rom. consil. 509. Afflict. decis. 72. Addition. ad Magon. decis. Luc. 14. nu. 5. litt. A. & decis. 24. n. 16. Menoch. lib. 3. præsumpt. 105. nu. 11. Sperell. decis. 91. per tot. ubi plura latè Tusch. litt. C, concl. 999. ubi quòd cognoscantur ex substantia conventionis, & ex verbis, latè Rot. part. 9. recent. decis. 432. et part. 6. decis. 323. n. 68. et 69. et dec. 52. n. 15. etc. part. 13. decis. 121. n. 3. etc. ubi quòd omissum habetur pro omisso, licèt major esset ratio in omisso, quàm in expresso, sive alter alteri inhæreat, facit quod dixi in §. Testator. n. 23. Rot. part. 13. recent. decis. 524. n. pr. etc. ubi quod non censetur repetita qualitas in prima parte contractus adjecta, Deluc. de Donat. disc. 24. n. 11. de Regal. disc. 49. n. 4. Vide infra in noviss. addi. Crescin. n. 61.

Quòd quando verba instrumenti sunt clara, talis contractus præsumatur, qualis ex illius facie appaeet, Magon. decis. 12. n. 18. ubi etiam Additio se remittit ad supradicta, vide pulchrè Menoch. lib. 3. præsumpt. 104. n. 20. et seqq. et præsumpt. 105. n. 1. etc. Sperel. d. decis. 91. per tot. Rot. part. 6. recent. decis. 110. n. 7. etc. infr. n. 35.

Quòd contractus recipiant interpretationem à verisimili mente contrahentium, & ab eo, de quo si contrahentes fuissent interrogati, vel cogitassent, verisimiliter dixissent, Rot. part. 2. div. decis. 131. n. pr. vide in §. Dispositio n. latè Rot. part. 9. recent. dec. 432. per tot. p. 13. decis. 121. n. 4. ubi quod non possunt trahi ad incerta, et incognita utrique parti.

Plura de non attendenda mente, & voluntate contrahentium, nisi quatenus ex verbis appareat, cùm aliàs abstracta à verbis, & in mente retenta nihil operetur, Altograd. consil. 13. n. 16. et seqq. lib. 2. Rot. par. 13. recent. decis. 90. n. 12. & 13. ubi etiam quòd non attenditur quid unus ex contrahentibus voluerit, sed necesse est, ut probetur mens amborum, & decis. 530. n. 14. dict part. 13.

Plura de proprietate verborum attendenda præcipuè in stipulationibus, & contra fundantem se in verbis, nisi aliter constet de mente quæ probari debet ab eo, qui vult recedere à proprietate verborum, Rot. p. 2. divers. decis. 223. per tot. Tusch. litt. C, concl. 1001.

Quòd tales præsumantur contractus quales fuerunt à contrahentibus nominati, Altograd. consil. 90. nu. 61. lib. 2. ubi etiam quòd præsumuntur initi prout illorum causa magis ostendit, & vide Magon. decis. Flor. 33. num. 2. & 13. &c. Rot. p. 12. recent. decis. 268. n. 6. &c. p. 6. decis. 14. n. 4. p. 13. d. 175. n. 4. Deluc. de Regal. disc. 49. n. 3. de Feud. disc. 11. num. 19. Vide infra in noviss. add. Crescin. n. 61.

Agnita tamen ex verborum serie qualitate contractus, denominatio contrahentium, ejusdem naturam

non

non immutat, Gabriel. *conſil.* 69. *num. pr.* & 8. *lib. pr.* Guid. Pap. *q.* 168. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 38. *nu.* 19. *etc. deciſ.* 164. *n.* 2. *etc. et deciſ.* 252.

22 Contractus in dubio præſumitur potius cenſualis, quàm emphyteuticus, Cavaler. *deciſ.* 201. *per tot.* Duran. *deciſ.* 426. *nu.* 14. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 106. *per tot.* ubi etiam quæ ſit utilitas, & cauſa hujuſmodi inveſtigationis, Altograd. *conſil.* 14. *nu.* 68. *et ſeqq. per tot. lib.* 2. ubi tamen pluribus modis limitat *vide in §. Emphyteuſis n.* 1. Ricc. *Collect.* 692. Merlin. *deciſ.* 545. *per tot. et deciſ.* 670. ubi ex quibus cognoſcatur qualitas feudalitatis ad differentiam allodii, cenſus, vel emphyteuſis, Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 8. *per tot. vol. pr. et part.* 11. *deciſ.* 336. *et part.* 13. *deciſ.* 113. *n.* 7. Fuginell. *Præl. q.* 8. Plura Emerix. Jun. *deciſ.* 1245. *n.* 4. *et* 5. *et ſeqq. et deciſ.* 1114. *n.* 6. Caprar. *deciſ.* 141. *n.* 5. *et* 6. *part. pr.*

23 Contractus locationis, vel prorſus venditionis, an, & quando dicatur initus, Surd. *deciſ.* 326. *per tot.*

An, & quando dicatur contractus locationis, vel emphyteuticus, & quæ ſit differentia, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 268. *per tot. part.* 13. *deciſ.* 175. *n.* 4. *et ſeqq.* Fuginel. *Præl. q.* 15. *a n. pr.*

24 Contractus mutui, vel depoſiti, vel donationis, ſive innominatus, an ſit judicandus, quando quis alteri non flagitanti dixit, *Accipe iſtas pecunias*, pendet a conjecturis, de quibus DD. *in l. cum quid ff. ſi cert. pet.* Menoch. *de arbitr. caſ* 88. *et de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 34. cum aliis per Rot. coram Merlin. in Romana ſcutorum 4000. 4. Julii 1635. ubi ex multis conjecturis ibidem recenſitis fuit latè firmatum in illo caſu fuiſſe donationem, & habetur inter impreſſas ejuſdem Merlin. *deciſ.* 692. *per tot.* facit in contrarium Rot. *part.* 9. *rec. deciſ.* 309. *per tot.* ubi quia præcedebat titulus legati, fuit judicatum in eam cedere ſequentem diſpoſitionem, & non in cauſam donationis, *vide in §. Teſtator, n.* 4. & *§. Titulus, n.* 2. *§. Mutuum, nu.* 2. Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 315. *per tot.* ubi pro donatione ex circunſtantiis.

25 Contrahentes cum arrhis, ſi non obſervent contractum, amittunt arrhas, quæ cùm non ſint pœna poſſunt licitè exigi in omni contractu, imò ultra amiſſionem arrharum, non obſervans tenetur verſus partem ad omnia damna, & intereſſe, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 748. *n.* 23. & *ſeqq.* Surd. *dec.* 260. *n.* 25. & *ſeqq.* Seraph. *dec.* 854. *n.* 9. ubi an ſit licita pœnitentia cum amiſſione arrharum, Hermoſill. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloſſ. pr.* & *ſeqq. l.* 7. *tit.* 5. *fol.* 459. &c. ubi plura de arrhis, Cevall. *comm. qu.* 242.

Sed quod imò ſtantibus arrhis, non detur alia actio ad intereſſe, ſed arrhæ datæ amittantur, vel duplum reſtituatur ob inobſervantiam contractus, Bartol. & Caſtr. *in leg. Contractus, §. illud, C. de fide inſtrument.* Ang. Aretin. *in §. pr. Inſtitut. de emption. & vendit.* Fachin. *contr. jur. lib.* 2. *cap.* 28. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 61. *n. pr. vol.* 3.

Plura de arrhis in contractu ſponſalium, idem Chriſtin. *dec.* 125. *vol.* 3. Plura Caſtejon. *Alphab. Jurid. verb. arrhæ.*

26 Contractus pignoris, & hypothecæ, an, & quando præſumatur uſurarius, & ſimulatus, vel emptionis, & venditionis, latè Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 122. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 447. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 258. *per tot.* vide in *§. conditio, n.* 56. Ricc. *Collect.* 194. Caſſad. *deciſ.* 1. *de uſur.* ubi quòd ex modicitate pretii, & pacto de retrovendendo præſumitur fœneratitius, etiam ſi emens non ſit ſolitus fœnerari De Luc. *de Regal. diſc.* 32. *num.* 3.

27 Contractibus ſtocchi eſt uſurarius, & prohibitus, ac genus latrocinii maximè execrandum, ut quando aliquid venditur indigenti pecunia pro cariori pretio, ut poſtea ſibi viliori revendatur.

Si tamen quis venderet juſto pretio etiam rigoroſo nihil cogitans de reemptione, poſſet ab emptore volente revendere, reemere etiam viliori pretio infimo, intra tamen latitudinem juſti pretii, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 549. *num.* 21. & *ſeqq.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 188. *nu.* 7. & *ſeqq.* Dian. *part. pr. tract.* 8. *reſol.* 20. *reſ.* 33. *reſ.* 38. ubi ampliat etiam ſi fiat cum intentione reemendi, ceſſante tamen pacto, & ſcandalo, vide in *§. Pretium, n.* 2. & in mea Practica *§. Contratti per tot.* & *§. Uſura per tot.* ubi plura tam de jure communi, quàm municipali Status Florentini.

Quòd mutuare centum, ut mutuatarius in mercibus partem recipiat ſit illicitum, & uſura, cùm obligetur ad emptionem ſibi non utilem, neque neceſſariam; & tamen ſi petenti mutuum nolis concedere, cùm non tenearis mutuare, ſed illi merces offeras juſto pretio, quas recipiat mutuatarius, ut pecuniam, qua indiget ex illarum venditione conſequatur, eſt permiſſum, ad tradita per Dianam *part.* 11. *tract.* 7. *reſol.* 24. *in fine*, cum aliis per eum citatis. Quia ſic merces offerens juſto pretio nullam emptori facit injuriam, & ſi recipiens illas viliori pretio revendat, ſibi, ſuæque neceſſitati; & non alteri imputare debet.

Contractus dicitur uſurarius ſi alicui mutuetur certa ſumma, & ſimul eidem vendatur aliqua res ſterilis, vel cedatur nomen debitoris inane, & non ſolvendo pro certo pretio, quando reverà mutuo recipiens aliàs non fuiſſet talem rem, vel nomen debitoris empturus, vel quid aliud ſimile facturus, niſi ſibi fieret mutuum, & ſic cùm talis contractus inutilis fiat ex cauſa mutui, dicitur mutuans quid ultra ſortem recipere, & committit uſuram, ad notata per Bald. *in l. cum allegat, col.* 4. *C. de uſur.* quem refert, & ſequitur Capyc. *deciſ.* 49. *n.* 2. & 3. ubi proptereà infert hujuſmodi contractum eſſe nullum, ſed tantùm quo ad venditionem, non autem quo ad mutuum, cùm ſint inter ſe ſeparabilia, quo caſu utile per inutile non vitiatur; Sed an iſtud verum ſit quando mutuum, & venditio ſunt in eodem contractu inita, vel forſan etiam in diverſis inſtrumentis ad palliandam uſuram, cùm habeant inter ſe dependentiam, & connexitatem valdè dubito, & teneo utrumque vitiari per ea, quæ dixi ſupra *n.* 10. *inf. nu.* 34. & in Pract. *§. Contratti, n.* 7. *et* 8. 28

Quiſnam dicatur contractus illicitus, & uſurarius, Ricc. *collect.* 622. Leotard. *de uſur. quæſt.* 7. & alibi ſæpè per totum tractatum, ubi plenè, & doctè materiam contractuum uſurariorum, explicat Maſtrill. *deciſ.* 106. *per tot.* ubi de contractu locationis quando ſit uſurarius, vel non. Vide Anſal. *deciſ.* 74. *nu.* 5. ubi quid requiratur ad hoc ut cenſeatur uſurarius.

Quòd contractus in dubio præſumatur juſtus, & licitus in foro fori, ſecus autem in foro conſcientiæ, Maſcard. *de probat. concluſ.* 438. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 259. & *litt. V. concluſ.* 361. Leonell. *dec. Ferr.* 4. *n.* 25. Vide Cyriac. *controv.* 255. & 260. Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin. *n.* 60.

Contractus ob turpem cauſam geſtus qualiter poſſit reſcindi etiam ſi ſit juratus, dixi in *§. Promiſſio, n.* 29

Et qualiter ob metum, vide in *§. Metus*, Vivi. *comm. opin.* 165. Latè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *qu.* 14. *tom.* 3. Vide Bertachin. *vol.* 1. *n.* 1. *vol.* 86. *n.* 12. & *in Indic. verb. metus.*

Qualiter ex falſa cauſa Merlin. *deciſ.* 603. Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 383. *vide in §. Decretum, nu.* 6. & *§. Obligatio, nu.* 4. Latè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 13. *tom.* 3.

Qualiter ſi fuerit per errorem celebratus P. Stephan. de Neapol. *tractat. de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 3. vide in *§. Error.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 9. *ſect.* 4. à *n.* 19. *tom.* 3.

Contractus ad negotiandum ſuper cambiis qualiter ſit licitus, & à cambio diſtinctus, ac quomodo cognoſcantur, vide Sperel. *deciſ.* 91. *per tot. ubi n.* 47. quòd talis contractus continet in ſe virtualiter tres contractus, nempè ſocietatis, aſſecurationis capitalis, & aſſecurationis certi lucri, de quo dixi in meis *reſol. cap.* 17. *per tot.* & *cap.* 51. *n.* 33. Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 30. vide *in §. Mutuum num.* 11. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *q.* 5. *per tot.* 30

Plura de cambio, quid ſit, quotuplex, quas conditiones pro ſui juſtitia requirat, & alia, P. Steph. de Neapol. *tractat. de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 65. 66. & 67. *per tot.* dixi in *§. Uſura, n.* 5. ubi plures alios allegavi, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 234. plenè Raphael. de Turr. *in tract. de Camb. per tot.* Leotard. *de uſur. quæſt.* 25. & 26. *per tot.* ubi ponit plures formulas

cam-

cambiorum, & casus decisos Romæ jussu Sanctissimi ad instantiam, & petitionem Serenissimæ Reipublicæ Genuensis, Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *per tot.* Scacc. *de Comerc. & Camb. per tot.* Pegue r. *decis.* 33. *per tot.* Plura Em. De Luc. *in indice verb. camb. & verb. usur.* Caprara *decis.* 652. *num.* 4. *part.* 2. ubi quod contractus cambii non est individuus, sed dividuus, *& decis.* 393. *n.* 16. *part.* 1. ubi quod contractus cambii habet leges, & conditiones omnino diversas, & incompatibiles cum Societate officii,

De contractibus viduarum, & similium personarum bona fide dantium pecunias suas mercatoribus pro certo lucro, dixi in *d. cap.* 17. *nu.* 8. *& in §. Vidua, n.* 4. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 207. *in fine, volum.* 1. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *quæst.* 5. *per tot.* ubi latè qualiter Doctores, milites, & hujusmodi personæ non solitæ negotiari possint dare suas pecunias mercatori ad negotiandum, cum pacto certi lucri, & an cum pacto capitalis salvi, & quibus conditionibus servatis, ut sint in conscientia tuti, & benè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 330. *n.* 5. *&c.* ubi quòd retinens pecuniam alienam in aliquo negotio, seu cambiis licitis, potest de certa lucri portione cum domino pecuniæ convenire, *& part.* 14. *decis.* 74. *per tot.*

31 Contractus, vel alia dispositio, etiā testamentalis sustinetur, & probari potest per testes etiam si per statutum annulletur scriptura, vel instrumentum superindè factum, nisi etiam annulletur contractus, quia aliud est annullari scripturam, aliud annullari contractum, ut benè probat Peregrin. *decis.* 67. *num.* 5. Surd. *decis.* 43. *num.* 3. *decis.* 17. *num.* 7. *& decis.* 277. *num.* 1. *&c.* ubi etiam quòd perdito instrumento, potest contractus probari per testes, vel alias probationes, & an renuncians instrumento videatur renunciare debito ad sui favorem in eo contento, vide in §. *Statutum generale, num.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 2. *gloss.* 1. *nu.* 1. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. cred. part.* 2. *cap.* 17. *nu.* 73. *& seqq.* ubi intelligit quando scriptura non est necessaria ad substantiam actus, Olea *de cess. jur. tit.* 8. *qu.* 3. *num.* 31. Martha *vot. Pis.* 104. *per tot.*

32 Contractus appellatione venit tantùm validus, ac etiam quasi contractus ubi subest eadem ratio, & æquitas, prout, & distractus cùm à pari procedat, & ejusdem sit naturæ Barbos. *de appellat. verb. signific. appell.* 59. *per tot.* Palma Nepos *decis.* 102. *n.* 15. *tom.* 2. ubi quod contractus nomen propriè intelligitur de contractu ultro citroque obligatorio.

12 Corpus delicti constare debet etiam in materia falsæ monetæ per ocularem inspectionem antequam deveniri possit ad inquisitionem specialem, sive ad torturam, vel condemnationem, ita ut nec confessio delinquentis possit illud supplere, Bursatt. *consil.* 166. *num.* 1. *&* Cæphal. *consil.* 230. *num.* 12. Honded. *cons.* 92. *nu.* 11. *lib.* 2. Guaz. *ad deffens. diff.* 4. *cap.* 9. *nu.* 4. Conciol. *resol. crimin. tit. de monet. fals. resolut.* 1. *num.* 4. *&c.* Anton. Gob. *tract. de monet. quæst.* 9. *num.* 25. *&* 26. *vide in §. Moneta num.* 2. *&c.* Carpzov. *in Prax. criminal. quæst.* 44. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 6.

Dicitur tamen constare de corpore delicti per repertitionem falsæ monetæ, & instrumentorum ad illam cudendam penès hominem malæ vocis, & famæ, qui ex hoc potest torqueri; imò nec bona fama juvaret, si simul concurrat inventio instrumentorum, & falsa moneta illius correspondens, ita ut etsi reus inquisitus hoc indicium purgaverit non sit penitus absolvendus, sed in pœnam extraordinariam condemnandus, veluti ad triremes etiam perpetuas, ut sensit Senatus apud Fabr. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 15. *definit.* 11. *in fine*, vel exiliandus secundùm Spad. *cons.* 114. *num.* 16. *&c. lib.* 1. sicuti aliis etiam citatis refert Anton. Gob. *dict. tract. de monet. quæst.* 11. *num.* 77. *&* 78. Conciol. *verb. Moneta falsa resolut.* 1. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr.* 44. *num.* 25. *& seqq.* Decian. *tract. crimin. tit.* 22. *lib.* 7. *cap.* 27. Muscatell. *de probat. delict. rubr. de fals. monet. num.* 27. *& seqq.* Francisc. de Magistr. *in Silva Ecclesiastic. part.* 2. *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 11. *num.* 24. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 45. *num.* 14. ubi citat me, & alios, Raynald. *rer. criminal. cap.* 5. *§.* 1. *numer.* 33. *& seqq.* ubi advertit plura Farinac. *quæst.* 2. *num.* 7. *et* 22. *& quæst.* 114. *nu.* 90. *& seqq.* Vide Carpzov. & Carol. Ant. De Luc. *loc. supra allegat.*

13 Corpus delicti in materia delationis armorum probari debet per ocularem inspectionem, ac designationem in processu qualitatis, & quantitatis armorum, & quando agitur de capro cum archibusiis per experimentum coram testibus, an sint onustæ juxta praxim, quam docet Ambrosin. *Process. inform. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. *& seqq.* Conciol. *resolut. crim. verb. Arma resolut.* 12. *&* 13. ubi etiam qualiter constare debeat de mensura, quando agitur de archibusetis brevioris mensuræ, & videtur requirere, quod testes dicant vidisse, tetigisse, & mensurasse, cùm aliàs possint circa mensuram de facili decipi; non tamen sit necessaria ocularis inspectio, quando arma non habentur in fortiis Curiæ, quia tunc statur depositioni testium; & ita ego vidi sæpè Florentiæ, & non servari excusari delatores hujusmodi armorum à pœna majori ob dictam qualitatem brevioris mensuræ non probatam, & condemnari in pœnam minorem pro archibusiis ordinariis impositam, licèt non ignorem sæpè etiam ex simplici testium depositione de archibusiis parvis, vel terzetis, non aliter coarctata illorum mensura fuisse delatores condemnatos in pœnam majorem bannimentorum, de qua materia *vide in §. Mensura num.* 7. ubi bene declaravi, an, & quomodo probetur, vel non mensura armorum per testes simpliciter deponentes de visu. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 14. *per tot.*

De corpore delicti, qui scripserint in specie, Com. Augustin. Fontan. *in Bibliothec. legal. part. verb. Corpus fol.* 354. ubi etiam de aliis corporibus.

Et quod pro parte fisci sit concludenter probanda parvitas mensuræ à legibus requisita uti qualitas necessaria ad imponendam pœnam, Guaz. *de confiscat. bonor. concl.* 13. *ampliat.* 88. *num.* 15. *& seqq. & ad defensam defens.* 4. *cap.* 8. *num.* 3. Farinac. *quæst.* 108. *n.* 54. *& seqq.* Conciol. *verb. Qualitas resol. unic. num.* 8. Bertazol. *cons.* 561. *num.* 10. *tom. pr.*

Corpus delicti in explosione archibusatæ sine alicujus offensione constare debet, hoc modo scilicet archibusum fuisse onustum pila plumbea, vel alia re ad nocendum apta, ita ut posset offendere illum, contra quem archibusata fuit explosa, quod probari potest per testes, & qui ante viderint illud onerari, vel ex post per experientiam ipsam visitando locum, in quo pilæ percusserunt, ut colligitur ex Giurba *observat.* 33. *n.* 50. *& seqq.* Masin. *de confiscat. bonor. num.* 52. Scanarol. *de visit. carcer. §.* 11. *cap.* 1. *num.* 11. Muscatel. *in Prax. de cognit. delict. tit. de ictu sclopet. num.* 5. *&* 6. Campan. *resol.* 1. Thor. *vot. decis. crim. per tot.* Donat. Anton. de Marin. *resolut. quotid. cap.* 314. *num.* 6. & dixi Ego in Praxi *§. Archibusi num.* 25. quem locum refert, ac ita pluries observasse in Legatione Urbini testatur Conciol. *resol. crim. verb. Corpus delicti resol.* 6. *in secunda editione*. 14

Praxis de qua dixi *in §. Corpus delicti in primis additionibus num.* 14. *in fine*, comprobatur ex traditis per Ulpel. *respons. crim.* 39. *per tot.* Muscatel. *in Praxi tit. de ictu sclopet. nu.* 6. Donat. Anton. de Marin. *quotid. resolut.* 314. *nu.* 6. *& seqq. lib.* 1. & novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *§.* 12. *&* 13. *nu.* 17. *& seqq.* ubi alia plura quando sit locus pœnæ ordinariæ, vel arbitrariæ mitiori in hujusmodi delictis explosionum, & octo casus benè distinguit, & ego dixi *in §. Affectus num.* 5.

Quando tamen explosio non fuit sequuta, sed tantùm *lo sgrilettamento*, quo casu de jure municipali Florentiæ, & aliorum locorum est imposita eadem pœna, ut dixi in *§. Affectus num.* 5. vel etiam sequuta explosione sine alicujus personæ offensione, vel sine loci percussione, ut quia pilæ transierint per aerem non percutiendo certum locum particularem, vel multùm à longè, ita ut nesciatur, & non possit visitari, dummodò archibusata non ad aerem. quo casu non esset punibilis, sed contra certam personam, vel personas esset directa, vidi semper servari, quoad corpus delicti procedi tanquam in delictis facti transeuntis, & probari per testes asserentes audisse rumorem, vel vidisse favillas, & hujusmodi, saltem ad effectum inquirendi etiam specialiter contra imputatos, imò & sæpè condemnandi tam contumaces, quàm carceratos convictos, vel confessos non se defendentes juxta facti, & personarum qualitates, de quibus casibus plenæ sunt filciæ querelarum, negotiorum, & Giornalium Magistratus DD. Octo Baliæ Civitatis Florentiæ, ad quem privativè spectat cognitio, & punitio hujusmodi delictorum, ut alibi dixi, & credo rectè, & juridicè fieri, cùm verè tunc sint delicta facti transeuntis, aliàs multa in hac materia remanerent impunita per doctrinam Possent. *singul.* 263. *& aliorum supra cit. n.* 8.

Corpus delicti quomodo apparere debeat in crimine falsi, vide *in §. Falsitas num.* 1. vide Basilic. *dec.* 40. *per tot.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 12. *per tot.* 15

Qualiter probetur corpus delicti per testes de visu, quando non fuit facilis ejus inspectio. Adde Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. *§.* 11. *num.* 20. *& seqq.* ubi quod testes debent esse plures, quam duo, *& nu.* 43. *cap.* 5. *§.* 1. *num.* 40.

Et quomodo in crimine furti, vide in *§. Furtum nu.* 2. vide Basilic. *dec.* 53. *num.* 25. Carol. Ant. De Luc.

in

in Prax. cap. 9. per tot. Roſa *in Prax. cap. 1. n. 20.*

Corpus delicti per ſuffocationem commiſſi qualiter probari debeat ex relatione Medicorum atteſtantium vidiſſe ſigna ſuffocationis, & ſtrangulationis in gutture, licèt poſſit etiam per famam probari, & quod talis fuerit ſuffocatus, repertus tamen ſuffocatus in dubio præſumitur potius ex morbo naturali, & morte ſubitanea, quàm ex delicto, alio indicio in contrarium non apparente, Conciol. *reſol. crim. verb. Suffocatio reſolut. unic. per tot.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap. 13.*

16 Corpus delicti in Sortilegiis probatur per conjecturas, & per confeſſionem delinquentis tanquam difficilis probationis; ſi tamen ex ſola confeſſione damnentur ſortilegi & malefici non pœna ordinaria, ſed extraordinaria mitiori puniuntur, Carpzov. *Pract. crim. quæſt. 49. num. 59. & ſeqq.* Capon. *diſcept. 40. ubi plura per tot.* Paſſerin. à Sextula *ad cap. accuſatus §. 8. ſanè 4. de hæret. in 6. num. 362. & ſeqq.* Romaguer. ad Conciol. *ſtat. Eugub. libr. 4. rubr. 69. n. 7.*

17 Corpus delicti an poſſit perquiri mediante tortura, cùm aliàs non poſſit tortura irrogari, niſi prius conſtet de corpore delicti, vide Zuff. *de legit. proceſſ. lib. 5. quæſt. 20. n. 5. & ſeqq.* & dixi *in §. Tortura n. 25.*

Quomodo probetur corpus delicti in crimine blaſphemiæ, vide Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap. 1. §. 2. ad 7. num. 51. & ſeqq.* ubi quod in blaſphemia eodem tempore habetur cognitio facti, & facientis, dummodò per teſtes referantur verba per reum prolata, an ſufficiant teſtes ſingulares, & alia ad rem, *ibid. nn. 155. & ſeqq.* Baſilic. *deciſ. 21. num. 14. & per tot.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap. 11.*

18 Corpus delicti cùm ſit de ordinatoriis cauſæ poteſt probari etiam per acta facta coram Judice incompetente reſpectu cauſæ principalis, ad latè tradita per Zuff. *de legit. proceſſ. quæſt. 15. num. 5. & ſeqq.* quam ſequitur Conciol. *verb. Corpus delicti reſol. 6. in fine.*

Quomodo in crimine famoſi libelli, dixi *in §. Libellus num. 6. in Addit. verb. Libellus Famoſus.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap. 15.*

19 Corpus delicti qualiter poſſit probari per teſtes de viſu, quando non fuit facilis ejus inſpectio per Judicem, vel Notarium, & quid in furto cum fractura, Zuff. *dict. tract. lib. pr. quæſt. 16. per tot.*

Reliqua de materia corporis delicti ſcripſi *in Addit. primi tomi fol. 656. & ſeqq.* ubi videas ſi libet, quia notabilia ſunt, & hic non repetuntur. Plura etiam de probatione corporis delicti tradunt Brunnemann. *in Prax. criminal. & ſupr. ff. et C.*, ubi alia de diverſis corporibus Fagnan. *ſup. Decret.*, ubi pariter de diverſis corporibus Carpzov. *in Prax. crimin.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. ſect. pr.* Altimar. *de nullit. rubr. 13. quæſt. 20. tom. 2.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal.* Bellegrand. *in compendioſ. rer. criminal. method.* & alii moderni.

20 Corpus delicti qualiter conſtare debeat in delictis extractionum, & contrabandorum, nec ſuppleri poſſe per confeſſionem carceratorum ſine rebus, cùm non ſit in eorum poteſtatem facere delictum, quod revera non apparet delictum, etiamſi dicerent projeciſſe in Flumen, vel Mare; niſi tamen concurrant alia indicia, vel qualitates; veluti mala conditio, & fama, ſolitus delinquere in illo genere delicti, & ſimilia, Ricc. *Collect. 3356.* Mauſon. *tract. de contrab. quæſt. 4. per tot.* Franciſcus de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 81. num. 2. & ſeqq.* ubi plura, an & quando extractio, ſive contrabannum probetur, vel non per confeſſionem reperti in flagranti crimine, vide in *§. Gabella.*

21 De corpore delicti conſtare debet, etiamſi data ſit facultas procedendi nulla ſolemnitate ſervata Altimar. *de nullit. rubr. 13. quæſt. 20. n. 6. & 7. tom. 2.*

22 Non conſtito de corpore delicti non poteſt quis citari, nec examinari, nec bona poſſunt confiſcari, nec poteſt procedi contra abſentem habitum pro confeſſo, & multo magis non poteſt procedi ad condemnationem Altimar. *de nullit. rubr. 13. quæſt. 20. a num 19. tom. 2.*

23 Non conſtito de corpore delicti Reus relaxandus eſt ſub fidejuſſione de ſe repræſentando ad omnem ordinem Curiæ Mar. Burg. *de mod. proced. ex abrup. quæſt. 23. n. 285.* Altimar. *loc. cit. n. 27.*

Judex ad capturam devenire poteſt, ſi de fuga Rei timeatur, quamvis non conſtet de corpore delicti, & periculum ſit in mora Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method. tract. 11. quæſt. 11. n. 4.* dummodò poſt capturam ſuppleat, antequam aliquem in numerum Reorum recipiat *ibidem.* 24

De Jure communi conſtare debet de corpore, & de omnibus delicti circumſtantiis. De jure privilegiato ſufficit, ſi ſubſtantialitèr conſtet, facti veritate inſpecta Bellegrand. *loc. cit. tract. 3. quæſt. 26. n. 9.* 25

Corpus delicti in ſacrilegio qualitèr probetur Carol. Ant. De Luc. *in prax. criminal. cap. 9. n. 6.* 26

Corpus delicti in crimine læſæ majeſtatis qualitèr probetur Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap. 10.* 27

Corpus delicti qualiter probetur in Crimine Aſſaſſinii Car. Ant. De Luc. *in prax. Crimin. cap. 5.* 28

Corpus delicti quomodo probetur in Crimine Adulterii Car. Ant. De Luc. *in prax. Crimin. cap. 16.* 29

Delictum in genere partus ſuppoſiti qualiter ſumatur Car. Ant. De Luc. *in prax. Crimin. pag. 282. col. pr.* 30

§. CORREUS. LI.

Correus credendi, vel debendi qualiter proſit, vel noceat altei correo, paciſcendo, tranſigendo, exigendo, vel ſolvendo, Pract. Papp. *cauſ. contra plur. reos deb. gloſſ. quodlibet num. 7. etc.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 178. vol. 4. & tot. tit. Cod. de duobus reis ſtip. & promit.* idem Chriſt. *dec. 213. vol. 5.* Michalor. *de poſit. cap. 63. per tot.* ubi de confeſſione facta poſitionibus. Rot. *recen. deciſ. 424. nn. 26. part. 19. tom. 2.* Brunnemann. *C. lib. 8. tit. 40. l. ult. n. 7. col. 816.* 1

Correus debendi totum ſolvens repetit à correo partem illius etiam abſque ceſſione, quando negotium æqualiter ad omnes ſpectat, nam ſi ſpectaret tantùm ad ſolvendum nihil repetit, ſi ad alium totum repetit, & pars intelligitur in dubio de dimidia, vide latè Marr. Medic. *Exam. 27. nn. 16. & ſeqq. & deciſ. 44. per tot. cum Addit.* utrobique dixi in *§. Ceſſio nn. 17.* Urceol. *conſult. forenſ. cap. 40. nn. 32. & ſeqq.* ubi loquitur in cenſu, quem poteſt unus ex correis in totum extinguere, & poſteà ratione utilis negotii geſti, ab altero pro rata repetere, ſecus verò ſi extinxerit tantùm pro rata, nam reſpectu alterius ratæ eſt tanquam fidejuſſor correi, & niſi cogente neceſſitate, vel moleſtia, non poteſt compellere illum ad extinguendum pro ſua parte, ſicut non poteſt fidejuſſor cogere debitorem principalem, niſi in certis caſibus, ut dixi *in §. Cenſus n. 14. & §. Fidejuſſor n. 9.* adde Rot. *part. 5. recent. deciſ. 462. n. 1. & ſeqq. & par. 12. deciſ. 55. n. 5. & ſeqq.* & poſt Merlin. *de pignor. deciſ. 24. per totam*, ubi qualiter correus cenſum extinguendo poſſit à correis repetere. An correus totum ſolvens agat contra unum ex pluribus obligatis De Luc. *de Credit. diſc. 95. numer. 2. & 4.* 2

Qualiter plures correi videantur inter ſe invicem fidejuſſores, non tamen propriè, ſed impropriè, nec ideò veniant ſub diſpoſitiona ſtatuti correctorii loquentis de fidejuſſoribus, Cabal. *conſ. deciſ. 161. per tot. lib. 1.* & vide *in §. Fidejuſſor num. 9. in fine*, vide De Luc. *de Dot. diſc. 19. n. 4. & diſc. 85. n. 2. de credit. diſc. 95. nn. 8.*

Qualiter correus ſoluens in ſolidum poſſit cogere creditorem ad ſibi cedendum actiones contra correos, vel etiam repetere ratam à correis ſine ceſſione per actionem negotiorum geſtorum, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 114. n. 5. & 6. vol. 3. et deciſ. 178. volum. 4. et deciſ. 213. vol. 5.* Salgad. *Labyr. creditor. part. 2. cap. 7. n. 56. et ſeqq.* Olea *de ceſſ. jur. tit. 5. quæſt. 1. nu. 12. et ſeqq.* Ludovic. de Avendano *de cenſ. cap. 63. et 65.* 3

Quod correi, & plures rei debendi dicantur illi, qui acceſſerunt principaliter, & in ſolidum ſuſcipiendo in ſe alienam obligationem, Rot. *par. 6. recent. deciſ. 41. nn. 6.* coram Merlino.

An autem poſſit unus conveniri pro toto debito, aliis non requiſitis, Hippolit. *ſing. 278.* Alexand. *in leg. 2. §. ex carum, ff. de verb. oblig.* & Sanſelic. *in Praxi ſect. 31. n. 7.*

Si unus correus ex cauſa onerosa fuerit ſolvere coactus, à correo ſocio pro rata repetit; Secus autem videtur dicendum quando eſſent plures correi ex cauſa lu- 4

lucrativa, ita ut unus tunc totum soluens nihil repetat ab alio, ad tradita per Surd. *decis.* 308. *in fine nu.* 20. Baldas. de Angel. in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 69. *nu.* 78. ubi tameo quod ultimum de causa lucrativa non est expeditum, dixi *in §. Cessio n.* 17.

Quando correus non possit repetere à correo, vide *in §. Cessio num.* 47.

6 An autem correus, cui instrumentum fuit redditum à creditore, maneat liberatus, & ista liberatio prosit etiam alteri correo, vel potius præsumatur creditorem contra eum actiones suas cessisse in favorem ejus, cui traditum fuit instrumentum, Olea *de cess. jur. tit.* 1. *quæst.* 3. *n.* 31. *et seqq.*

7 Correus qui condemnatus soluit, non potest in eodem foro repetere contra alios obligatos, nisi aliàs sit comperens, sed debet eos in illorum foro convenire, an autem in solidum, vel tantùm pro rata tam pro sorte, quàm pro expensis, & alia ad propositum, latè Olea *de cess. jur. tit.* 5. *per tot.* & dixi *in §. Fidejussor.*

8 Correi plures debendi in civilibus simpliciter condemnati, tenentur unusquisque pro rata, & alicujus inopia aliis non nocet; licèt ab initio ex contractu essent in solidum obligati; nisi actor omissa causa, vel actione judicati, & refectis expensis, agat veteri actione in solidum, Gratian. *discept.* 33. *n.* 50. Trentacinq. *lib.* 3. *var. titul. de sol. resol.* 34. *n.* 30. Tepat. *tit.* 247. *per totum*, Giurba *decis.* 46. Felic. *de societat. cap.* 30. *n.* 65. Cancer. *var. resolut. par.* 3. *cap.* 17. *nu.* 292. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 3. *cap.* 1. *§. unic. per tot.* Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 5. *n.* 42. *et* 43. Olea *de cess. jur. tit.* 5. *qu.* 6. *n.* 1. *et seqq.* vide in §. *Debitor n.* 68. *§. Condemnatio num.* 9. *et §. Obligatio nu.* 10. *etc.* Afflict. *decis.* 215.

In criminalibus verò correi plures condemnati simpliciter, tenetur unusquisque in solidum secundum aliquorum opinionem, licèt alii contra, & solent in sententiis declarari, vide Amendol. ad Franch. *dec.* 228. *n.* 3. Boer. *decis.* 310. Costa *de ration. rat. cap.* 40. *et de remed. subsid. remed.* 106. *illat.* 7. *n.* 5. Cancer. *d. cap.* 17. *nu.* 298. Carleval. *d. disput.* 5. *per tot.* ubi quando judex ab uno ex reis, vel sociis delicti possit salaria, & expensas in solidum exigere, Sanfelic. *dec.* 44. *num.* 3. ubi de pluribus eximentibus. Vide Hieron. à Laurent. *dec. Avenio* 112. *n.* 2. *et* 3.

An uno totū soluente alii liberentur, Tepat. *loc. sup. cit.* Thess. *decis.* 254. Grivell. *decis.* 25. Costa *d. qu.* 40. *per tot.* Brunneman. *sup. Cod. libr.* 8. *tit.* 40. *leg.* 2. *n.* 21. *col.* 815. ubi quod correus liberatur per solutionem correi, correus tamen solvens habet actionem adversus correum.

Et an qui in solidum exigitur possit cessionem prætendere contra alios correos, vel delicti socios; dic quod non, & si actiones cedantur esse inefficaces, quia in delictis cessioni actionum locus non est, & nulla societas, vel justa communicatio damni; nisi essemus in quasi delictis, in quibus non est prohibita cessio, vide in §. *Delinquens n.* 9. Gratian. *discept.* 713. *n.* 6. Ant. Fabr. *de error. Pragmat. Decad.* 80. *err.* 8. Costa *de ration. rat. quæst.* 154. *n.* 4. Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 6. *n.* 4. *& seqq.* ubi infert ad judicem, qui malè judicavit, & fuit condemnatus ad restitutionem, ut si per sordes egerit, non possit prætendere cessionem, & repetitionem adversus partem, in cujus favorem injustam protulit sententiam, quia proprii delicti pœnam luit, si verò per imperitiam tantùm absque dolo malè judicavit, potest cessionem petere, & relevationem contra partem; nam in primo casu judex ex delicto, in secundo autem ex quasi delicto convenitur.

Plura de correis stipulandi, & promittendi qui tales dicantur, vel præsumantur, quæ requirantur, quomodo cessio fieri debeat inter eos, vel non an illis competat beneficium divisionis, ad quæ teneantur, vel non, quomodo conveniri possint, vel non, & alia latè Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 494. *per tot.* text. gloss. & DD. *Instit. de duob. reis stip. & promit.*

9 Aliqua de correis remissivè tradit Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. par.* 4. *verb. Correus fol.* 356. Thoro *Compend. decis. Neapol. verb. Correus*, *& par.* 2. *eod. verb.* De Luc. *In Indice general. verb. correus*. Brunnemann. *sup. ff. et Cod. in Indic.*

Correus debendi oequit contra creditorem ejus Jussibus se tueri Rot. *recent. decis.* 187. *n.* 2. *&* 3. *decis.* 352. *a n.* 5. *usq. ad.* 9. *part.* 19. Mantiss. ad Cardin. De Luca *lib.* 5. *decis.* 12. *n.* 10. *vol.* 3. 10

Correus non juvatur moratoria concessa debitori principali De Luc. *de Credit. disc.* 98. *n.* 2. 11

Correi quo ad Creditorem dicuntur principales debitores, licèt inter eos unus esset principalis, alter Fidejussor De Luc. *de Dote disc.* 19. *nu.* 4. *disc.* 85. *sub n.* 2. *&* 4. *disc.* 86. *sub n.* 5. 12

Inter correos hodiè Creditor dividere tenetur actionem Brunnemann. *ff. ff. lib.* 45. *tit.* 2. *l.* 11. *n.* 3. 13

Inter Correos, & Confidejussores magna affinitas, Idem *ibidem*. 14

Per successiones Correorum obligationes non perimuntur Brunnemann. *ff. ff. lib.* 45. *tit.* 2. *l.* 13. *nu.* 1. 15

Correo uno convento reliquorum omnium præscriptio interrupta est Brunnemann. *ff. ff. lib.* 45. *tit.* 2. *l.* 11. *n.* 3. 16

Liberatio unius ex dimissione Creditoris non extenditur ad alios correos Brunnemann. *ff. ff. lib.* 45. *tit.* 2. *l.* 19. *n.* 3. 17

Correi singuli ipso Jure insolidum tenentur Brunnemann. *ff. ff. lib.* 45. *tit.* 2. *l.* 2. *n.* 1. 18

Correi constitui possunt per stipulationem, & in aliis contractibus Brunnemann. *ff. ff. lib.* 45. *tit.* 2. *l.* 9. *n.* 1. *& seqq.* 19

§. CREDITOR. LII.

Creditor propriè dicitur ille, qui sequitur alterius fidem, & non qui habet actionem realem, qui impropriè, & abusivè dicitur creditor, & ideò in materia odiosa non venit sub nomine creditoris, Franch. *decis.* 714. Tusch. *lit. C. concl.* 1055. 1

Quod sub nomine creditoris non veniat conditionalis, Cabal. *consil. decis.* 135. *n.* 5. *& sequent. lib.* 2. ubi quod ideò non comprehenditur sub statuto disponente, quod debitore decocto creditores ejus satisfieri debeant per æs, & libram, sed purificata conditione in integrum consequitur, ut dixi *in §. Statutum n.* 50. Conducit Castil. *tom.* 6. *controv.* 153. *n.* 30. *ad fin.* Larrea *decis.* 78. *n.* 4. *&* 15. Noguerol. *alleg.* 37. *n.* 44. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 1. *n.* 77. *tom.* 3. Andreol. *controvers.* 180. *num.* 9. Crescin. ad Pen. *decis.* 174.

Large tamen, & impropriè sub nomine creditoris venit quicunque, cui aliquid debetur, sive actione personali, sive reali, ac etiam dominus, Bardellon. *cons.* 190. *per tot. lib.* 2. Surd. *decis.* 173. *per tot.* Tusch. *loc. cit.* Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 83. *n.* 17. *&c.*

An creditoris appellatione veniat dominus rei maximè in materia statutaria, vide Magon. *decis. Flor.* 79. *n.* 1. ubi videtur tenere quod sic, licèt alios de contraria communi opinione testantes referat Surd. *d. decis.* 173. Salgad. *Labyrinth. creditor. part.* 1. *cap.* 51. *n.* 127. *& seqq.* ubi plures allegat Gait. *de credit. cap.* 1. *per tot.*

Quod sub nomine creditoris veniat tantùm purus, & qui potest agere effectualiter, non autem conditionalis, in diem, vel futurus, Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat* 63. *per tot.* Vivi. *com. opin.* 170. Sanfelic. *decis.* 308. *&* 310. Surd. *decis.* 151. *& dec.* 283. *per tot.* Mangil. *de evict. quæst.* 9. Vide Castil. *tom.* 6. *controv.* 153. *n.* 30.

Quod imò etiam creditor in diem, dicatur de præsenti creditor quoad obligationis, & actionis essentiam, licèt secus quoad exactionis effectum, benè probat, & sustentabiliorem opinionem dicit Sanfelic. *dec.* 308. Et quod creditor in diem dicatur verè & propriè creditor Morl. *in Empor. Jur. tit.* 8. *quæst.* 7. *sub n.* 4. *& seqq.* Andreol. *controvers.* 180. *n.* 9. Crescin. ad Pen. *dict. decis.* 174.

Et quod creditor ad certam diem, licèt dies nondum cesserit possit agere contra debitorem, ut adveniente die solvat, Surd. *decis.* 151. Osasch. *decis.* 530. Afflict. cum Urtil. *decis.* 279. Sanfelic. *decis.* 310. *n.* 3. Hodiern. ad Surd. *dec.* 130. Balduc. ad Ramon. *cons.* 71. *n.* 47. Crescin ad Pen. *dict. decis.* 174.

An autem creditor conditionalis, vel in diem citari,

stari, & admitti debeat ad concursum bonorum debitoris cum aliis creditoribus, & qualiter sit illi consultum per consignationem pignoris cum cautione ab illo præstanda de restituendo deficiente conditione, vel per solutionem faciendam aliis cum cautione ab ipsis præstanda de restituendo illi adveniente conditione si sit anterior, latè Salgad. *Labyrint. creditor part. 1. cap. 8. n. 24. & seqq. per tot.*

Quod creditor in diem, vel sub conditione præferatur aliis posterioribus puris, si debitor sit decoctus, Suarez *in l. post rem limit. 7. ff. de re jud.* Joseph Felin. *in Margarit. var. conclus. verb. Creditor. 1.* facit Sanfelic. *dec. 308. n. 9.*

Quod creditor propriè non dicatur ille, cujus intentioni justa aliqua, & perpetua exceptio refragatur, *l. creditores, & l. debitor, ff. de verbor. signif.* Rom. *cons. 204. n. 13. vide in §. Debitor. n. 1.*

a Creditor hypothecarius, qui prior est tempore, potior est in jure tam ratione sortis, quàm interesse, etiam in bonis posteà quæsitis, ut latè hanc regulam cum 20. ampliationibus, & totidem limitationibus declarat Negus. *de pign. part. 5. membr. 2. per totum,* Pract. Papp. *for. restit. in integr. gloss. sub eadem in Addit. & for. act. hypoth. gloss. sub eadem obligatione,* Rodriquez. *de concur. cred. part. 2. art. 1. per tot.* Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1193. & seqq. per tot.* Mastrill. *decis. 119. num. 11. & seqq.* Gratian. *discept. forens. cap. 730. n. 18. &c. & cap. 963. n. 1. &c.* Paul. Christin. *dec. Belg. 159. per tot. vol. 4.* Ricc. *Collect. 4160. & 473.* Tomat. *dec. 39. n. 14. & decis. 185. n. 1.* ubi de census creditore graduando tam pro sorte, quàm pro fructibus, Salgad. *Labyrint. creditor. part. 1. cap. 24. n. 94.* Castrac. *de societ. cap. 71.* Lanfranch. Zacch. *tractat. de salar. & merced. quæst. 99. per tot.* Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 1.* Tusch. *litt. H. conclus. 129. per tot. & conclus. 130.* ubi qualiter pares debeant simul concurrere pro rata, & non sit melior conditio unius, quam alterius, & quid in cessionario, & alia not.

Quòd anterioritas tam pro sorte, quàm pro fructibus incipiat, vel à die conventionis, vel à die moræ, Rot. *part. 16. recent. decis. 268. n. 5.* ubi in terminis fructuum dotis viduæ debitorum à die interpellationis tantùm, & tunc solùm incipiat anterioritas; quicquid secus sit ubi ageretur ex conventione contra promissorem, & dictam distinctionem benè comprobat Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 2. quæst. 1. n. 42. & seqq.* Mantic. *de tacit. libr. 14. tit. 46. sub n. 9. eadem tradidit.*

De regula, quod prior in tempore sit potior in jure, vel non, plenè cum ampliationibus, & limitationibus, Petr. de Onnate *tract. de contract. tom. 2. tract. 20. disput. 60. sect. 3. & seqq. fol. 997.* Gabriel Vasquez. *opusc. moral. tractat. de pignor. & hypothec. cap. 5. §. 2. per tot. fol. 210.* Mantiss. ad De Luc. *decis. 50. n. pr. libr. 6. vol. 1.*

Quòd anterioritas tam respectu sortis, quàm fructuum incipiat à die contractus, etiam si fructus fuerint promissi in diem, & in casum non solutionis sortis, nam adveniente die, & casu hypotheca retrotrahitur ad diem contractus, intelligendo ubi fructus debentur ex conventione, nam si deberentur tantùm ex legis dispositione ob moram, tunc illorum hypotheca inciperet solùm à die moræ, ut benè declarat Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 46. num. 9.* quem sequitur Rot. *p. 10. recent. decis. 226. n. 12. & seqq.* facit Mastril. *decis. 119. n. 10. & 20.*

Et idem esse respectu lucri, ut gaudeat iisdem privilegiis, & anterioritate sortis, Rot. *par. 11. recent. decis. 360. per tot.*

Amplia dictam regulam, quamvis esset creditor in diem, vel sub conditione quando est periculum in mora, & suspicio fugæ debitoris, Petr. Pecch. *de jur. sistend. & manu. injcct. cap. 4. nu. 7.* Rodriq. *d. art. 1. n. 8. & a. 9.* vide alios supracitatos, *& in §. Hypotheca n. 37. & n. 38.* Rot. *par. 10. recent. decis. 211. n. 8. & seqq.* Salgad. *Labyrint. creditor. par. 1. cap. 8. n. 24. & seqq. per tot. ubi plura.*

Item amplia, quamvis anterioritas consisteret tantùm in hora, & puncto, Gratian. *discept. forens. c. 766. n. 38.* Gait. *de credit. cap. 4. qu. 11. num. 1863.* &c. Barbos. *de Axiomat. jur. Axiomat. 188. n. 1. &c.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. 13. art. 14. num. 4.* facit quod dixi *in §. Contractus n. 47.* Martha *vot. Pis. 75. n. 8. &c.* ubi intelligit quando constat præcisè de hora utriusque instrumenti. Facit De Luc. *de Credit. disc. 9. n. 6.*

Quis autem sit præferendus in dubio, vide Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 3. nu. 8. & seqq. fol. 220.*

Item amplia quo ad expensas, quæ in ordine hypothecæ sortem concomitantur, Paul. Christin. *decis. 154. nu. 6. volum. 4.* Vide De Luc. *de Credit. disc. 547. nu. 3. & seqq.*

Alias ampliationes ad dictam regulam, vide per Negus. Merlin. Rodriq. Gait. & alios supracitatos.

Quæ privilegia habeat creditor hypothecarius, Tusch. *litt. H. concl. 133. per tot.* Et quod creditores hypothecarii præferantur creditoribus personalibus etsi anterioribus. Mantiss. ad De Luc. *libr. 6. decis. 13. nu. 26. vol. 3. & libr. 8. decis. 40. n. 1. eodem vol. 3.*

Limita modo eandem regulam, nam creditores privilegiati ejusdem tituli in actionibus personalibus, simul concurrunt nulla habita ratione prioritatis, vel posterioritatis, *leg. privilegia,* ubi Ripa *num. 51. &c. ff. de privileg. credit* Duen. *reg. 162.* Cardin. Tusch. *litt. C. concl. 1065.* ubi videtur restringere, nisi unus obtinuisset pignus judiciale, vel solutionem *infr n. 5.* Piccard. *in §. quædam actiones Instit. de act. nu. 57. & 84. &c.* Rodriq. *de concur. creditor. par. 2. art. 3. n. 2. &c* Gabriel Pereira *decis. Portugal. 16. & 107.* Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 11. nu. 2044. & seqq. & in Appendice d. cap. 4. n. 126. & seqq.* ubi quod in actionibus personalibus non attenditur tempus, sed solùm causa si sit privilegiata, ita ut creditores habentes causam privilegiatam præferantur aliis non privilegiatis, vel simul concurrant ut supra cum æqualiter privilegiatis, sicut etiam de æquitate præferuntur indigentiores, & diligentiores in exigendo, vel sententiam obtinendo, ex veris tamen probationibus, & non ex simplici confessione debitoris; his autem cessantibus, & sic cæteris paribus omnes veniunt æqualiter in tributum, nisi diversæ essent negotiationes, nam tunc unusquisque præfertur in sua, ut dixi *infr. n. 11. & 64.* intelligendo hæc omnia postquam hypothecarii fuerint satisfacti De Luc. *de Credit. disc. 10. n. 9.*

Item limita respectu pœnæ, pro quo anterior non præfertur, sed postponitur, licèt pro sorte esset præferendus, maximè quando pœna non petitur tanquam interesse, Afflict. *decis. 186. nu. 1. &c.* Gratian. *discept. forens. cap. 304. num. 15.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 17. n. 476. fol. 296.*

Item limita in casu decoctionis stante statuto, (prout Bononiæ, & Florentiæ,) quod debitore decocto debeat satisfieri creditoribus per æs, & libram exceptis aliquibus casibus, ut dixi *in §. Statutum nu. 50.* Merlin. *de pign. lib. 4. tit. 1. quæst. 6.* Rot. *part. 14. recent. decis. 503.* ubi plura ad interpretationem statuti Bononiæ de hac materia.

Item limita in bonis emphyteuticis, feudalibus, vel similibus, in quibus præfertur creditor, vel emptor, qui prius beneplacitum domini directi impetravit, non attento tempore contractus, Afflict. *decis. 286. n. 1.* Franch. *decis. 75.* Gratian. *discept. 73. n. 12. &c.* Bardellon. *consil. 100. per tot. lib. 1.* Barbos. *de claus. claus. 31. n. 28.* facit Duran. *decis. 463.* juxta notata *in §. Juspatronatus num.* .... vide in §. *Bona n. 8.* Merlin. *decis. 810. n. 1. &c.* ubi quod anterioritas consideratur ex tempore acquisitionis dominii, & juris conditionalis, quia antea debitor non potuit hypothecare, Gait *de credit. quæst. 11. cap. 4. n. 1854.* Salgad. *Labyr. credit. par. 2. cap. 4. n. 40. &c. cap. 21. nu. 35. & per tot.* Vide Emerix jun. *dec. 964. n. 2. & seqq.*

Item limita in creditore, qui aliquid impendit, vel mutuavit pro aliqua re reparanda, construenda, vel conservanda, nam omnibus aliis etiam anterioribus præfertur, quod extenditur ad omne creditum, quod fuerit quocunque modo in causa, ut res salva, vel perfecta reddita fuerit per text. *in leg. interdum cum l. seqq. ff. qui pot. in pign. hab. & in §. his con-*

sequens Auth. de aequal. dot. Gait. *de credit. cap. 4. quaest. 11. n. 1555. & seqq.* ubi infert ad plura singularia, & quotidiana, & plenè Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. quaest. 5. per tot.* Rot. *par. 14. recent. decis. 327. per tot.* ubi intelligit quo ad expensas necessarias, latè Matt. Medic. *cum pluribus ab eo citatis Exam. 11. & decis. 19. & 20. per tot. cum Addit. ejusdem de anno 1665.* Sanfelic. *decis. 112. vide in §. Mutuum num. 7. &c.* Ricc. *Collect.* 3400. & 3667. Rot. *rec. p. 19. tom. 1. dec. 104.*

Creditori seminis, vel pecuniae ad illud comparandum competit hypotheca potior, & privilegiata super fructibus ex semine natis adversus creditores anteriores Rocc. *cap. 72. a n. 1. tom. 1.* ubi etiam an creditor seminis praeferatur creditori agenti pro terratico.

Et si plures creditores privilegiati ex dictis, vel similibus causis simul concurrant, quis illorum praeferatur, vel an privilegia conquassentur, latè Gait. *de credit. cap. 4. quaest. 11. n. 1878. cum multis seqq.* & dixi *in §. Mutuum n. 7.* ubi plures allegavi, & quod conquassantur, attenditurque regula juris communis, & temporis, ut etiam concludit Gait *loc. cit. n. 1987. &c.* ubi tamen excipit nonnullos casus, qui omnibus praeferuntur. Gratian. *disecp. 935. n. 37.*

Item limita quoad expensas processus, executionis, & conservationis bonorum, nam istae omnibus creditoribus praeferuntur, Paul. Christin. *decis. 124. n. 7. vol. 4. & ad leg. Municip. tit 13. art. 15. nu. 1. &c.* facit Sanfelic. *decis.* 113. ubi de creditore ex causa salarii, & mercedis aliis praeferendo, dixi *in §. Salarium n. 2.*

Alias limitationes, & declarationes ad dictam regulam, vide per Neguf. Merlin. Gait. & alios supracitatos, Tusch. *litt. H, concl.* 131. ubi quando creditor hypothecarius posterior praeferatur anteriori.

Quando prior tempore sit potior in jure, vel non, latè idem Tusch. *litt. P. conclus. 465. per tot.* Paul. Christin. *decis. 159. per tot. cum seqq. vol. 4.*

Quid autem si unus creditor nitatur ex scriptura privata, & alius ex publico instrumento, quis eorum sit praeferendus, dixi *in §. Hypotheca nu. 6.* & latiùs *in §. Scriptura n. 24. & seqq.* plenè Gait. *de credit. cap. 2. tit. 8. an. 3036. & seqq. & cap. 4. quaest. n. 1531. & seqq.* ubi *an* etiam in recognitione sint citandi creditores instrumentarii, Martha *vot. Pis. 53.* Plura Altimar. *de Nullit. rub. 1. q. 5. n. 111. tom. 3.*

3 Creditor ex numeratione, praefertur creditori ex confessione, quamvis anterior, *l. Titius, ff. quae res pig. oblig. poss.* Ursil ad Afflict. *decis.* 402. Tirequ. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. sub n.* 82. Gratian. *decis. 125. n. 4. & 5.* Mascard. *de probat. conclus.* 372.

De creditore ex numeratione, an praeferatur creditori ex confessione, latè Franciscus de Angelis *tract. de confess. lib. 3. quaest. 8. per tot.* ubi limitat, nisi dicta confessio sit valde adminiculata, vel geminata, vel aliter appareat de debito, vel nisi praecesserit promissio, vel lapsum sit tempus opponendi exceptionem non numeratae pecuniae, Rot. *par. 18. recent. decis. 652. n. 13. & seqq.* ubi quod dicta conclusio procedit quando constaret confessionem fuisse factam sub spe futurae numerationis subsequutae post jus quaesitum creditoribus, qui medio tempore contraxerunt, ut est casus *d. l. Titius*, vel quando emanasset inter personas suspectas, secus autem his cessantibus, ut ibidem declarat.

Intelligendo quando sumus in casibus, in quibus competat exceptio non numeratae pecuniae, quia aliàs si competat exceptio confessio habeat vim verae numerationis, & praejudicat aliis creditoribus, Altograd. *cons. 19. n. 17. & seqq. lib. 1.* ubi vide, & Merlin. *de pign. lib. 4. tit. 1. quaest.* 26. Capell. Tholos. *qu.* 218. ubi etiam intelligit probata vera numeratione, secus si omnes ex sola confessione nitantur dixi *in §. Confessio n. 11.*

Quod creditor ex confessione de recepto cessante fraude, & simulationis suspicione, si sit anterior praeferatur creditori ex numeratione, quia dicta confessio probat numerationem etiam in praejudicium tertii, quando non constat essa factam sub spe futurae numerationis, tuetur, contrariis respondet, & in praxi servari testatur, Gait. *de credit. cap. 2. tit. 3. n. 516. & seqq. cap. 4. quaest. 11. n. 1827. &c.* ubi concordat cum dicta declaratione.

An autem, & quando creditor ex causa depositi praeferatur aliis, vel non, latè Peguer. *decis.* 38. & dixi *in §. Depositum n. 2. in fine.* De Luc. *de Credit. disc. 25. n. 7.*

Creditor habens titulum onerosum praefertur habenti titulum lucrativum, Cuman. *in l. privilegia n. 10. ff. de privil. credit.* facit Dian. *p. 11. tract. 3. resol. 13. vers. Verum*, Paul. Christin. *decis. 124. n. 8. volum. 4.* Caephal. *consil. 555. n. 11.* Capyc. *decis. 78. n. 7.* Castil. *decis.* 72. Rovit. *decis.* 48. Carleval. *de judic. part. 2. disput.* 30. Ganaver. *decis. 42. & 43. per tot.* Bich. *decis.* 662. Caren. *resol.* 107. 4

Qualiter etiam creditor ex causa alimentorum, sive pecuniae datae ad alimenta debitoris communis, sit praeferendus omnibus aliis creditoribus anterioribus habentibus etiam expressam hypothecam, latè probat Carleval. *de judic. par. 2. tit. 3. disput. 29. per tot.* De Franch. *& Add. decis.* 51.

Utrùm autem creditores ex deposito praeferentur inter se ex antiquitate temporis, & quomodo in concursu aliorum creditorum sit illis satisfaciendum latè, & distinctè idem Carleval. *de judic. par. 2. tit. 3. disput. 31. per tot.* vide *in §. Depositum sub n. 2.*

Et de creditore ex causa expensarum factarum in bonis debitoris, ut caeteri praefetatur, idem Carleval. *loc. cit. disp. 32. per tot.* vide in §. *Mutuum n. 13.*

De pluribus classibus creditorum ad effectum praelationis inter eos, Beslich. *part. 1. conclus. 64. cum pluribus seqq.*

An inter creditores personales, vel simplices chirografarios detur aliqua prelatio ratione tēporis in utroq foro, Vales. *de different. utriusque fori, verb. Soluta different. 4.* vide De Luc. *de Credit. disc. 31. à nu. 8.* Mantiss. ad Card. De Luc. *lib. 8. decis. 40. n. 7. vol. 3.*

De creditore ex causa onerosa, an praeferatur creditori ex causa lucrativa, Andreol. *contr.* 204.

Hoc tamen procedit solùm in actione personali, nam in hypothecaria, non attenditur praerogativa causae onerosae, Magon. *decis. Florent. 76. n. 6. & 7.* Altograd. *consil. 39. nu. 3. lib. 2.* Marcian. *disp. forens. cap. 55. 56. & 57. per tot.* Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 22. num. 23. & seqq.* Sesse *decis. Arag.* 78. Statil. de Salvian. *inspect. 3. cap. 2. num. 469. &c.* Ant. Amat. *resol.* 26. Rot. *par. 9. recent. decis. 40. num.* 48. Gait. *de credit. cap. 4. quaest. 11. num. 1274.* Rot. *par. 21. recent. decis. 262. num. 4. & seqq.* ubi benè declarat, *& decis. 273. nu. 9. & seqq. par. 12. decis. 137. nu. 4.* Sanfelic. *in Praxi sect. 27. num. 49. & seqq. per tot.* ubi exarat Marcian. *loc. sup. cit.* vide in *§. Donatio num. 64.* Vide De Luc. *de Cred. disc. 31. n. 7.*

Creditor habens bona debitoris obligata praefertur de jure creditoribus chirografariis etiam privilegiatis, & in concursum cum illis non venit, ita ut creditor hypothecarius posterior praeferatur cuicunque creditori chirografario anteriori, *leg. eos*, ubi Gloss. Bart. & alii *C. qui pot. in pig. hab. l. creditor 2. §. si primus, ff. eodem*, Surd. *decis. 56. num.* 2. cum aliis per Altograd. *consil. 4. num. 14. lib. 1.* Tusch. *litt. C, concl.* 1064. & *litt. H, concl.* 127. Neguf. *de pig. part. 5. membr. 2. num. 2. &c.* Gait. *de credit. cap. 4. quaest. 11. n. 1538. &c.* Rot. *part. 14. recent. decis. 429. num. 2. &c.* Rot. *part. 17. recent. decis. 20. num. 1. et seqq. decis. 64. nu. 35. & seqq. & decis. 253. num. 2.* latè Petr. de Onnate *de contract. tom. 2. tract. 20. disput. 60. sect. 6. & 8. per tot.* ubi limitat quo ad creditores chirografarios simplices, nisi sint privilegiati, nam tales aliis praeferuntur, & quinam sint isti privilegiati explicat, ac inter simplices chirografarios non privilegiatos nullus attenditur ordo, vel praecedentia, nec ex tempore, nec ex causa, sed inter se dividunt bona, quae extant pro rata juxta text. *in leg. privilegia 17. Cod. de privil. cred.* 5

Creditores verò in simplici personali sunt pares, & concurrunt omnes inter se per solidum, & libram, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 373. Grivel. *decis. 27. per tot.* Tusch. *litt. C, concl.* 1065. *supra num. 2. vers. limita modo*, idem Tusch. *litt. H, d. concl. 127. nu. 4. &c.*

&c. ubi videtur intelligere, niſi unus etiam ſecundus prævenerit in executione ſuper bonis, quia tunc acquirit pignus judiciale, vel prætorium, ex quo alteri præfertur, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 159. *num.* 4. *&c. vol.* 4. Salgad. *Labyr. creditor. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 154.

5 Quod regula qui prior tempore ſit potior jure, procedat tantùm in debitis realibus, & hypothecariis, non autem in perſonalibus, & ſimplicibus chirografariis, nam in iſtis creditores omnes ſive anteriores, ſive poſteriores æquale jus habent, & pro rata concurrunt, licèt etiam alii contrarium teneant, cùm magna ſit temporis prærogativa, ita ut utraque opinio in foro conſcientiæ reputetur probabilis, & tuta, imò etiam in foro exteriori, ſed prima communior non attento etiam, an unus creditor ſit pauperior, niſi eſſet in extrema, vel quaſi neceſſitate, quia tunc eſſet præferendus, ad tradita per Dian. *par.* 11. *tract.* 3. *reſolut.* 21. *&c.* ubi etiam an ex priori petitione jus acquitatur *infr. num.* 36. *§. Debitor num.* 82. Contrarias ſententias refert De Luc. *de Credit. diſc.* 31. *n.* 9.

Quòd præferatur habens favorabiliorem cauſam, Gizzarel. *deciſ.* 5. *n.* 77. *in Addit.*

6 Creditores defuncti debitoris, ſive hypothecarii, ſive etiam ſimplices chirografarii, præferuntur in bonis ipſius defuncti quibuſcunque creditoribus hæredis etiam hypothecam habentibus in bonis ejuſdem hæredis, & hoc mediante beneficio ſeparationis, quam petere poſſunt bonorum defuncti à bonis hæredis, qua ſeparatione facta creditores hæredis nullum jus habent in bonis defuncti, niſi priùs ſatisfactis illius creditoribus, *l.* 1. *§. ſciendum, ff. de ſeparat.* Surd. *deciſ.* 310. *num.* 3. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 124. *num.* 9. *volum.* 4. Ricc. *Collect.* 240. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 269. *num. pr. &c.* Pacif. de Salvian. *inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 526. *& ſeqq.* Merlin. *de pig. lib.* 4. *quæſt.* 14. *n.* 4. *& quæſt.* 35. *per tot. & quæſt.* 39. ubi quid ſi agatur de negotio defuncti per hæredes continuato, de quo etiam Rota *part.* 13. *recent. deciſ.* 502. *num.* 8. *&c.* Decian. *conſil.* 11. *n.* 114. *lib.* 1. Altograd. *conſil.* 4. *n.* 25. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. ubi quod hoc caſu quoad creditores defuncti non habet locum ſtatutum vocans creditores omnes in tributum ad bona creditoris decocti, ſi non defunctus, ſed hæres decoxit, & ſic creditores defuncti non decocti totum ſuum creditum conſequi debent, non obſtante decoctione poſteà ſecuta in illius hærede, ſequitur Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit. pr. quæſt.* 6. *num.* 7. *&c.* Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 505. *num.* 9. *&c.* Andreol. *controv.* 276. ubi an tradita de creditoribus defuncti, & hæredis procedant quoad fructus ex bonis hæreditatis, &c. vid. Capyc. Latr. *conſult.* 99. Coſta *de port. rat. q.* 45. *n.* 1. *& ſeqq. & remed. ſubſid.* 40. *n. pr. & ſeqq.* Fontanel. *de pactis nuptialibus clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *part.* 2. *n.* 51. Roc. Epiſc. *cap.* 57. *n.* 89. *tom.* 1. Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 6. *deciſ.* 57. *n.* 14. *vol.* 5. *& libr.* 4. *deciſ.* 8. *n.* 4. *& libr.* 6. *deciſ.* 12. *nu.* 52. *vol.* 3. Caprar. *deciſ.* 159. *n.* 2. *part. pr.*

De ſeparatione bonorum, quo pacto, & quibus conceditur, plenè Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 197. Rota *par.* 16. *recent. deciſ.* 210. *num.* 2. *deciſ.* 326. *nu.* 1. *par.* 17. *deciſ.* 234. *n.* 10. vide *in §. Hæres n.* 35. *&* 38.

Et contra etiam creditores maximè hypothecarii hæredis, ſunt præferendi creditoribus defuncti in bonis hæredis, Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 35. *n.* 21. & benè probat Marcian. *diſput. forenſ. cap.* 53. *n.* 3. *& ſeqq.* & facit *in cap.* 95. ubi quod per aditionem factam ab hærede etiam ſine beneficio inventarii, non remanet confuſa actio hypothecaria ipſi hæredi competens in bonis defuncti in præjudicium creditorum hæredis, nec in eorumdem præjudicium, fructus perceptos imputari, quamvis teneatur de illis rationem reddere creditoribus hæreditariis actione perſonali, vide De Luc. *de Credit. diſc.* 37. *nu.* 22. Spad. *conſ.* 390. *num.* 2. *lib.* 3. Roc. Epiſc. *cap.* 50. *n.* 40. *tom.* 1. Anſald. *deciſ.* 60. *n.* 9. Caprar. *deciſ.* 581. *n.* 3. *part.* 2.

Prædictis adde Franch. *deciſ.* 246. *& deciſ.* 374. *nu.* 5. 7. *&* 11. Cavaler. *deciſ.* 41. ubi quòd hanc ſeparationem poteſt petere etiam legatarius, qua mediante eſt anterior creditoribus hæredis, etiam ſi eidem hæredi data fuerit facultas à teſtatore de bonis diſponendi, & obligandi, quia non ob id dicuntur obligata à teſtatore, ſed tantùm commiſſa libertati ipſius hæredis, & ſic legatarius remanet anterior, item Cavaler. *in eadem cauſa deciſ.* 51. 512. *&* 523. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 505. facit latè Salgad. *Labyr. credit. par.* 2. *cap.* 25. *per tot.* ubi an ex hæreditate avi delata nepoti patre præmortuo, creditores patris ſua credita exigere valeant, ſive nepos ex propria perſona, ſive repræſentativè adeat; & quid in hæreditate non adita, ſed in hæredem tanquam adeunda tranſmiſſa, an ſcilicet creditores tranſmittentis præferantur creditoribus hæredis, in quem ſit tranſmiſſio, & alia notabilia, atque ſubtilia de hac materia bene explicat. Carl. Ant. De Luc. *de pluralit. homin. legal. cap.* 6. *n.* 2.

Creditores etiam chirografarii præferuntur legatariis, ita ut ſi æs alienum defuncti abſorbet totam hæreditatem, legata non debentur, Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 436. *num.* 14. *&* 15. vide in *§. Legatum nu.* 79. Rot. *d. par.* 23. *deciſ.* 602. *nu.* 8. *&* 9. ubi tamen quòd ſecus eſt ſi agatur de creditoribus hæredis, etiam occaſione negotii de ordine teſtatoris continuati.

Creditor conſentiendo rem ſibi hypothecatam alteri obligari, vel alienari efficitur poſterior, & ſibi præjudicat non ſolùm reſpectu illius, ad cujus favorem præſtitit conſenſum, ſed etiam quoad alios, pro quibus immediatè non conſenſit, Bart. *in leg. creditor. §. ultimo, ff. qui pot. in pig. hab* per text. *in l. Lucius ver. Paulus, ff. quibus mod. pig. vel hypothec. ſolvat.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 119. *num.* 1. *&* 2. *ubi num.* 3. limitat non procedere in muliere renunciante Velleiano, quæ ſibi tantùm præjudicat quoad eum, pro quo immediatè conſenſit, & renunciavit, *vide in §. Hypotheca n.* 49. latè Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 3. *cap.* 13. *§. unic.* Cavaler. *deciſ.* 528. *num.* 3. ubi videtur tenere quòd ſibi præjudicet tantùm quoad illum, ad cujus favorem præſtitit conſenſum, Neguſ. *de pign. par.* 6. *membr.* 3. *num.* 12. *& ſeqq.* Ger. Spin. *conſil.* 71. *per totum*, Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 12. *per tot.* plenè Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæſt.* 109. *per tot.* ubi tamen in fine, quòd hujuſmodi conſenſus licèt operetur remiſſionem hypothecæ, non tamen operatur remiſſionem crediti, ut omnes DD. ſupponunt Surd *deciſ.* 163. *per tot.* ubi an hujuſmodi res, quæ ſemel exivit obligationem, in eam reincidat, ſi iterùm perveniat ad debitorem, & concludit affirmativè per multas rationes, & dictiones, de quibus ipſe, & illum ſequitur Thomat. *deciſ.* 181. *num.* 22 vide *in §. Hypotheca num.* 49. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 168. *& ſeqq. volum.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 178. *num.* 14. ubi diſtinguit, quòd aut conſenſus eſt abſolutus, & præjudicat quoad omnes, aut limitatus ad favorem certæ perſonæ, & remanet hypotheca quoad alios, ut latiùs ibidem declarat etiam quoad mulieres, Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 408. *n.* 6. Addo De Luc. *de Feud. diſc.* 126. *a n.* 7. 7

Quòd conſenſus creditoris in alienatione rei ſibi hypothecatæ extinguat non ſolùm hypothecam ſibi tunc competentem, ſed etiam novam impediat, quæ videtur oriri ex nova ejuſdem rei acquiſitione per debitorem facta vigore generalis obligationis bonorum præſentium, & futurorum, ita ut dicta res de novo acquiſita, non reincidat in hypothecam, & quare, niſi novus conſenſus debitoris interveniat, vel niſi revertatur ad debitorem ex priori titulo ob non perfectum, vel reſolutum contractum cum tertio de conſenſu creditoris factum, pulchrè Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 513. ad ornatum text. cum ibi per DD. *not. in l. fin. Cod. de remiſſ. pign.* Mangil. *de evict. q.* 46. *n.* 9. *&c.*

An autem pignus cenſeatur liberatum per dationem alterius pignoris, vide Franch. *deciſ.* 708.

Quòd conſenſus præſtitus alienationi bonorum communis debitoris ad favorem aliorum creditorum operetur remiſſionem proprii juris competentis tempore præſtiti conſenſus, non autem juris, quod tunc temporis non competebat, & exercibile non erat, ſed poſteà ſupervenit, Rot. *par.* 11. *recen. dec.* 217. *n.* 24. *&c.*

Quòd creditor anterior patiens ſolvi poſteriori ſibi imputare debeat, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 40. *nu.* 5. *& part.* 14. *deciſ.* 443. *num.* 6.

Creditor tacens, vel expreſsè conſentiens rem ſibi obligatam, vel pignus vendi, amittit hypothecam, tacens quando ſcilicet judex miſit proclamata, quod 8

quicunque vasit contradicere venditioni talis rei comppareat intra certum terminum, si nihil opposuerit, elapso termino, censetur jus suum remisisse, *leg. si eo tempore, Cod. de remiss. pign.* Negus. *de pign. par. 6. membr. 3. n. 25.* facit Gratian. *discept. 38. num. 19.* & pulchrè *in cap. 730. num. 10. 40. & seqq.* Seraphin. *decis. 994.* Marta *vot. Pis. 181. per tot.* vide *in §. Emptor num.....* & *§. Debitor num.....* Tusch. *lit. H, concl. 135. per tot.* Paul. Christin. *decis. 568. ;vol. 4.* Borgn. Cavalc. *decis. 17. num. 42.* ubi viderur concludare, ot sibi præjudicat, ne possit illi judicio contradicete, sed non impediri agere via ordinaria contra possessorem, loquitur tamen in diversis terminis, adde latè Salgad. & plures alios ab eo citatos *Labyrint. creditor. par. 1. cap. 8. per tot.* ubi plura, an & quando creditor citatus ad concursum bonorum debitoris, si non compareat, vel extra terminum, amittat non solùm hypothecam, & prælationem, sed etiam creditum ipsum, vel non, quid si sit creditor in diem, vel sub conditione, illa nondum purificata, & alia notabilia ad propositum pro intelligentia *d. l. si eo tempore, C. de remiss. pign. & part. 3. cap. 10. per tot.* ubi distinguit, an fuerit specialiter, vel generaliter tantùm per proclama citatus, Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 12. num. 2162. & seqq.* Vide infra *in novissimis addi.* Crescin. *n. 84.*

Quod simpliciter consentiens, sive interveniens venditioni pignoris per debitorem factæ, non minùs sibi præjudicet, quam si ipsemet venderet, *leg. creditor 118. ff. de reg. jur.* Duran. *decis. 445. num. 57.* vide in *§. Census num.* Et creditor dicitur renunciasse hypothecæ patians deliberari bona sibi hypothecata Caprar. *decis. 24. n. 10. part. 1.*

Quòd quando judex assignavit terminum ad agendum, & eo elapso pronunciavit non esse ampliùs audiendum creditorem, ampliùs non audiatur, Cæpol. *caut. 167.* vida latè Peregrin. *de jure fisc. lib. 5. tit. 1. num. 199. & seqq. per tot.* ubi plura de edidis per iscum mittendis circa bona confiscata quando, & quos afficiant, val non, Boss. *tit. de proclamat. in. 15.* Anguisol. *consil. 50. lib. 3.* Odd. *de restit. in integr. part. 2. quæst. 97. art. 3. per tot.* Farinac. *quæst. 25. nu. 181.* Salgad. *d. tract. cap. 8. num. 15. & seqq. infra nu. 66.* Guazz. *de confisc. bonor. concl. 17. per tot.* ubi qualiter hujusmodi edidæ afficiant etiam Clericos.

An autem creditores in diem, vel sub conditione, ligentur hujusmodi proclamatibus, vida Surd. *decis. 551. & decis. 283. per tot.* Peregrin. *loc. cit.* Salgad. *dict. cap. 8. num. 24. & seqq.* ubi plura, & qualiter sint graduandi, vel assecurandi in concursu super bonis debitoris, Guazz. *de confisc. dict. concl. 17. n. 14.*

Et quòd præsens simpliciter, & tacens, sed non expressè consentiens obligationi rei sibi hypothecatæ, non censeatur remittere pignus, latè Surd. *decis. 302. per tot.* vide in *§. Præsens num.* & *§. Tacens n.* Paul. Christin. *decis. 168. vol. 4.* Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 12. num. 2162. & seqq. per tot.* ubi plura, an & quando, & ex quibus actibus inducatur tacita pignoris remissio, vel non.

9 Creditores habentes justam ignorantiam, quæ in facto alieno præsumitur possunt petere restitutionem in integrum contra lapsum temporis opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, vel pecuniæ, cui in eorum præjudicium non potuit debitor renunciare, Jas. *in §. fuerat num. 84. Instit. de act.* Util. & Afflict. *decis. 402.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 17. num. 8.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 13. num. 5. & num. 15. & 16.* Joseph. Ludovic. *decis. Perus. 67. num. 40.* vide in *§. Confessio num.* & *§. Exceptio num.* Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1756. & seqq.* ubi plura quando creditor possit nomine sui debitoris opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, *& nu. 1827. &c.*

Quod in aliis contractibus præter mutuum, & dotem, non detur dicta restitutio creditoribus, nec illis, quorum credita sunt emanata post confessionem, & tantò minus post elapsum biennium, pulchrè Altograd. *consil. 19. num. 22. & seqq. lib. 1.*

Et quando talis restitutio non detur etiam in casu dotis, vide sex responsiones per Bardallon. *consil. 196. num. 17. & seqq.*

10 Creditores plures hypothecarii ex eodem instrumento, si simul concurrant in bonis debitoris, an præferandi sint illi, qui ex ordine scripturæ repetiuntur anteriores, *vide in §. Hypotheca n. 7. §. Contractus n. 47. infra n. 75.*

11 Creditores unius negotiationis qualiter præferantur in bonis, & mercibus dictæ negotiationis, creditoribus alterius diversæ negotiationis, quando debitor plura exercebat negotia, & apothecas separatas, vide latè Magon. *decis. Luc. 1. per tot.* Cabal. *cons. decis. 94. num. 13. & seqq.* dixi in *§. Mercator num. 19. & §. Officia num. 17.* Card. Tusch. *lit. C, concl. 508. per tot. infr. num. 64.* Salgad. *Labyrint. creditor. part. 1. cap. 9. num. 48. & seqq.* Thoro *Compend. decis. tom. 2. lit. C, verb. Creditor col. 5.* Gait. *de credit. cap. 4. in Appendice num. 128.* ubi de creditoribus in actione personali, Merlin. *de pign. lib. 4. quæst. 41. nu. 20. & seqq.* latè Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 25. à nu. 166. tom. 4.* Roc. *de Societ. mercat. notalib. 83. n. 169. & seqq.* Noguerol. *alleg. 11. n. 140.* Carol. Ant. De Luca *de plural. homin. legal. cap. 8.*

Quòd creditores rationis bancariæ habeant jus contra capitale societatis, & etiam contra bona particularia sociorum, maximè post ruptam societatem, Rot. post Merlin. *de pign. decis. 100. n. 20. &c.*

12 Creditor in venditione rei sibi hypothecatæ admittitur ad offerendum, & licitandum sicut quilibet alius extraneus, *leg. 2. C. si in caus. jud.* Rot. in Imolen. Pecuniaria Lunæ 16. Julii 1608. *num. 9.* coram Penia penès Post. *de manutent. decis. 109.* Quo casu an sit necessaria æstimatio, pulchrè Gratian. *discept. 686. n. 3. & seqq.* vide *in §. Subhastatio num. 6.* Rot. *part. 9. recent. decis. 95. nu. 5. & 22. &c.* Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 8. num. 972. & seqq. & num. 1063. & seqq.* ubi intelligit in re subhastationi parata, secus autem in pignora retento penès creditorem, nisi venditio fiat nomine debitoris, vel alius non reperiatur emptor, vel injustus. Altimar. *de nullit. rubr. 1. q. 5. nu. 260. tom. 3.* De Luc. *de emption. disc. 21. n. 6. & disc. 31. nu. 6.* Abecclesia, & Crescin. *obser. part. 1. observ. 137*

Quòd dicta conclusio procedat tantùm in defectum aliorum oblatorum, Seraphin. *decis. 984. num. 1. &c.* cum aliis in Addit. ad Penn. *decis. 1371.* vida Lodovis. *decis. 12. cum Annot.* ubi reprobatur ista limitatio, & per Ant. Nigr. *de subbast. part. 1. cap. 7. §. 4. num. 8. etc.* Tusch. *lit. C, concl. 1060.* ubi de stylo Florentiæ, vida Ricc. *Collect. 2880. & 3753.* Card. Millin. *decis. 206.* Rot. *part. 14. recent. decis. 388. num. 9. & seqq.* ubi quod admittitur creditor, etiamsi adsit alius oblator, si justum non offerat, nec est necessaria æstimatio stante subhastatione, vid. Mangil. *de subbast. qu. 154. n. 4. & seqq.* Vide Crescin. *loc. cit. & in annot.* ad Peniam *decis. 1371.*

Plura autem de adjudicatione, vel addictione pignoris, sive rei hypothecatæ facienda creditori, non reperto alio emptore, quæ requirantur, ut sit valida, Anton. Nigr. *de subbast. par. 2. cap. 35. per tot. fol. 230. & seqq.* ubi de æstimatione, subhastatione, ut non sit excessiva, fiat pro certo pretio, & credito liquido, citatione debitoris, justa causa, & hujusmodi, quæ omnia latè declarat, an creditor possit compelli accipere bona in solutum, & alia, facit quod dixi *in §. Debitor nu. 44.* latè Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 19. per tot.* Deluc. *de Emption. disc. 54. n. 15.* Altimar. *de nullit. rub. 1. q. 5. n. 265. tom. 3.* Crescin. ad Abeccles. *loc. cit.*

Si tamen intervenerit enormissima læsio, potest debitor soluto debito cum interesse bona adjudicata repetere cum fructibus etiam contra tertios possessores, ut latè distinguendo declarat Giurb. *decis. 105. per tot.*

Quando creditor agnatus, vel cognatus, præferatur aliis in hujusmodi bonorum subhastatione, Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. num. 41.* Gratian. *discept. 978. num. 12. &c.* Ant. Nigr. *de subbastat. par. 2. cap. 6. §. 1. num. 15. & seqq. ad 34.* ubi plura de prælatione inter licitatores, & Sanfelic. *decis. 100. numer. 19. &c. & decis. 103. per tot. & decis. 104. & decis. 111.*

Quod cognatus in pari obligatione præferatur extraneo emptori, & licitatori, & ambobus creditor ipse, ad cujus instantiam bona subhastantur, & inter creditores, potior sit ille, cui major pecunia debetur, text. *in l. 1. ff. de privileg. credit.* Marant. *disput. 8. nu. 29.*

Fa-

Faber. de error. decad. 56. error. 2. Salgad. Labyrint. creditor. part. 2. cap. 2. num. 14. & 15.

13 Creditor ſecundus, & poſterior habet jus offerendi primum debitum, & rem obligatam evincendi per Salvianum, quaodo oulla præcedente conveotione fuit data in ſolutum, vel vendita à debitore primo creditori, Afflict. decis. 16. num. 2. Capyc. decis. 202. num. 5. Gratian. disecpt. forenſ. cap. 269. num. 31. per tot. latè Neguſ. de pignor. par. 5. membr. 3. per tot. Poſth. de ſubbaſt. inſpect. 66. per tot. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 136. per tot. Maſtrill. decis. 78. Mangil. de evict. quæſt. 47. Rot. par. 14. recent. decis. 29. per tot. Saoſelic. decis. 104. num. 3. &c. Durao. decis. 445. nu. 5. &c. ubi ampliat quando etiam fuit vendita extraneo emptori, qui ſoluit pretium anterioribus, dummodò venditio ſit facta ab ipſomet debitore, vide Paul. Criſtin. decis. 161. & 162. per tot. vol. 4. Ricc. Collect. 21. Rot. part. 9. recent. decis. 95. per tot. & part. 13. per tot. 186. & decis. 289. per tot. latè Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 5. & ſeqq. & num. 14. in fine eodem lib. 1. cap. 25. per tot. & cap. 26. & 27. &c. Carleval. de judic. lib. 2. tit. 3. diſp. 21. per tot. & diſput. 22. per tot.

Quod ſufficiat offerre creditum anterius, vide Mart. Medic. decis. 74. per tot. & dixi in §. Oblatio num. 1. & ſeqq. ubi plura notabilia de hac materia.

Debet tamen oblatio eſſe libera, & cum primus cogatur invitus recipere, oon tenetur cavere de reſtituendo aliis anterioribus, nec alio modo de evictiooe, latè Rot. par. 10. recent. decis. 118. per tot.

Quicquid contrarium dixerit Borgn. Cavalc. decis. 3. de judic. num. 38.

Quòd oon teneatur offerre, niſi pecuniam, pro qua res erat obligata, Thomat. decis. 99. num. 25.

Quòd teneatur offerre non tantùm ſortem, ſed etiam intereſſe, Maſtril. decis. 119.

Et quod creditor poſterior poſſit facere ſubhaſtare pignus, ſive judiciale, ſeu extra judiciale commuois debitoris quatenus ab aliis occupatum Caprar. decis. 472. n. 11. part. 2.

14 Creditor primus vendeos rem ſui debitoris auctoritate legis, vel pacti, facit emptorem ſecurum, ut oon poſſit à ſecundo creditore conveoiri jure oblationis, leg. 1. Cod. ſi antiq. cred. Afflict. d. decis. 16. num. 2. Neguſ. de pign. part. 5. membr. 3. n. 4. et ſeqq. ubi aſſignat rationem differentiæ inter hunc, & præcedentem caſum, Meooch. lib. 3. præſumpt. 121. n. 5. &c. Rot. par. 9. recent. decis. 95. num. 4. & ſeqq. vide latè Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 45. Rot. par. 13. recent. decis. 186. & decis. 289. per tot. in eadem cauſa, ubi recedit à prima deciſione.

Niſi primus creditor vendens jure creditoris vendiderit oon extraneo, ſed alteri creditori ejuſdem debitoris, quia tunc eſſet locus juri offerendi, Duran. decis. 445. n. 6. et num. 7.

Quando creditor primus vendidit oon jure creditoris, ſed jure venditoris, ut quia prius emerat ipſe, vel in ſolutum acceperat, & deindè alteri vendit, competit jus offerendi poſteriori creditori, Duran. d. decis. 445. num. 21. &c. Gratian. decis. 66. num. 1. Rot. part. 13. recent. decis. 186. num. 7. &c.

Et quod quando creditor primus adivit judicem, qui mediante ſubhaſtatiooe veodit, dicatur facta venditio jure creditoris, & oon ſit locus juri offerendi, latè probat videndus Duran. d. decis. 445. num. 5. & ſeqq. ad 93. Gratian. decis. 66. nu. 3. & ſeqq. Franc. decis. 224. Sed contrarium facit Rot. part. 9. recent. decis. 95. per tot. ubi quod in materia iſta noo intereſt, an contractus celebretur à parte, vel à judice per ſubhaſtationem, & ideò oiſi adſit pactum vendendi ab initio in conſtitutione pignoris primi creditoris, à quo procedit excluſio juris offerendi, admittitur ſecundus creditor ad offerendum, non obſtante venditione per ſubhaſtationem facta, etiam extraneo, ſed ſimulatè pro ipſo primo creditore ementi, ut latè deducitur in d. decis. 95. vide tamen Rot. part. 13. recent. decis. 186. num. 11. & ſeqq. ubi benè declarat, & decis. 289. per tot. in eadem cauſa ubi fuit revocata prima deciſio, vide Add. ad de Franc. cit. dec.

15 Creditor poſterior non habet jus offerendi quando ab initio in conſtitutione pignoris fuit conventum inter debitorem, & primum creditorem, ut illi liceat poſt moram accipere pignus in ſolutum, ſi deindè commiſſa mora primus creditor vigore dictæ facultatis accipiat in ſolutum à debitore, quia dicta facultas præceſſit hypothecam poſterioris creditoris, ita ut illa ad effectum perducta, remaneat extincta, & ſublata hypotheca ſecundi creditoris, ſine qua non datur jus offerendi, Theſſ. decis. 157. num 2. cum aliis per Duran. dict. decis. 445. num. 32. & ſeqq. Rot. par. 9. recent. decis. 95. num. 4. & ſeqq.

Quòd vigore obligatioois cameralis cenſeatur ſubmiſſum pignus omnibus compulſionibus ad libitum creditoris, & eidem data licentia ab initio, ut poſſit ſibi de illo ſatisfacere per ſubhaſtationem, & conſequenter non procedat jus offerendi, juxta prædicta pulchrè idem Duran. d. decis. 445. num. 82. & ſeqq. facit quod dixi in §. Obligatio num. ..

Quod etiam ceſſet jus offerendi, quando citatis poſterioribus creditoribus, fuit proceſſum ad ſubhaſtationem, & adjudicationem, illis non offerentibus, vel etiam quando ſimpliciter fuerunt præſentes, & oon offerentes, Sanſelic. decis. 118. n. 10. vide Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæſt. 45. 47. & 136. ubi tamen quoad præſentiam tenet contrarium, & Baron. tract. de estat. tom. 2. ſing. 82. per tot. vide Rot. part. 9. recent. decis. 95. nu. 5. ubi quoad præſeotiam refert Doctores pro utraque parte, vide Morot. de Jure offer. n. 40. in fine, Surd. dec. 302. n. 3.

16 Creditor poſterior an habeat jus offerendi quando primo creditori, non uti creditori, ſed uti tertio oblatori, fuit res à judice mediante ſubhaſtatione deliberata, articulum multum dubium appellat Duran. d. decis. 445. num. 86. ubi videtur tenere pro negativa tanquam magis communi, & veriori, de quo videndus Feliciao. de cenſ. lib. 2. cap. 2. nu. 13. & ſeqq. cum aliis ibidem relatis, Arias de Meſa var. reſolut. lib. pr. cap. 5. & ſeqq. ubi plura de materia juris offerendi quando competat, vel oon poſteriori creditori adverſus anteriorem poſſidentem rem utrique obligatam, de Franch. & Add. dec. 69.

Quòd imò facta deliberatione ad favorem creditoris, ſit locus juri offerendi, cùm videatur potius emere tuendi ſui juris gratia, quam aquirendi dominium, admittit ex Rot. idem Duran. loc. cit. num. 92. ubi vide, & Menoch. lib. 3. præſumpt. 121. num. 6. & ſeqq. per tot. ubi quando creditor primus præſumatur emiſſe jure ſui crediti, ne ſecundus poſſit illi offerre, Franch. decis. 69. per tot. vide Rot. par. 9. recent. decis. 95. per tot. De Marin. lib. pr. var. reſol. 219. & ad Revert. obſerv. 20.

Et an creditor primus, cui per jus offerendi ſoluitur pecunia debita, teneatur cedere jura ſua, & quomodo creditori poſteriori ſolventi, Thomat. decis. 185. nu. 39. &c. ubi talia qualia niſi agatur in concurſu, Olea de ceſſ. jur. tit. 5. quæſt. 1. n. 25. & ſeqq. Gratian. decis. 215. num. 9. Merlin. de pign. lib. 4. quæſt. 43. n. 5. &c.

Qualiter autem poſterior creditor poſſit ſuccedere in locum prioris per ſolutionem illi factam, Paul. Chriſt. decis. 161. & 162. vol. 4. & dixi in §. Emptio num. 22. &c. latè Olea de ceſſ. jur. tit. 4. quæſt. 1. 2. & 3. ubi etiam ao creditor pro ſuo intereſſe poſſit ſine ceſſione uti remediis, juribus, & exceptionibus debitori ſuo competeotibus, veluti remedio leg. 2. Cod. de reſcind. vendit. inſinuatione, ſolutione canonis, & ſimilibus, concludens quo ad excipiendum poſſe, oon verò quo ad agendum, niſi facto concurſu.

Creditor vendens jure creditoris, ſi emat per interpoſitam perſonam, vel ſit nominatus ab emente pro perſona nominaoda, an ſit tutus à Jure offerendi, ſicut extraneus Carl. Aot. De Luc. de pluralit. bom. legal. cap. 104. per tot.

17 Creditor poſt obtentum mandatum executivum in actiooe perſonali, qualiter poſſit revocare alienata interim per debitorem, in fraudem paratæ executionis, licèt aliàs hypothecam oon haberet, vide in §. Alienatio num. ...

Non tamen poteſt agere revocatoria contra illos in quos bona fuerunt alienata, oiſi priùs facta excuſſione in bonis debitoris, qui in fraudem alienavit, Gloſſ. & Jaſ. in §. Item ſi quis in fraudem, Inſtitut. de act. ubi ſex modis declarat. Diaz. reg. 264.

18 Creditor obtinens pro jure suo bona debitoris à judice subhastari, & deliberari, vel vendens ipse jure creditoris, non tenetur regulariter de evictione, l. 1. & 2. C. de evict. pign. non deb. nisi esset sciens prudens, & occultaret vitium, aut servitutem illorum, l. fin. C. eod. vel nisi in limine contractus superveniat periculum evictionis, nam tunc causativè per viam exceptionis, potest retineri pretium ab emptore, donec sibi caveatur de evictione, Rot. par. 2. divers. decis. 281. num. 33. & seqq. ubi etiam pro qua rata sit præstanda cautio, & videtur quod tantùm pro rata sibi soluenda, nisi fuerit sciens ut supra, quo casu tenetur pro totali interesse, & non solùm pro quæstione tunc mota, sed etiam pro quacunque alia in futurum movenda, vide Guzman. de evict. quæst. 34. & 47. Fontanell. decis. 222. & 223. & alios infra citatos, Cabal. cons. 143. lib. 2. ubi quod nec tenetur ad pretii restitutionem; tenetur tamen saltem ostendere se esse creditorem in quantitate cessa, & edere instrumenta Vide Altimar. de nullit. rub. 1. q. 5. à n. 262. tom. 3. Gusman. de Evic. q. 34. n. 47. Crescin. ad Abecclesiam obser. 138. n. 4. part. 1.

Quòd creditor vendens, ut supra, non teneatur de evictione, nisi expressè illam promiserit, sed teneatur debitor ipse, cujus bona venduntur, adeò ut interim non dicatur liberatus, sed remaneat in suspenso, & sequuta evictione possit primæva actione conveniri, latè Negus. de pign. part. 6. membr. 1. num. 40. &c. Merlin. cod. tract. lib. 4. tit. 3. quæst. 101. per tot. Posth. de subhast. inspect. 63. & 64. per tot. Paul. Christ. decis. Belgic. 396. num. 19. &c. vol. 1. & decis. 184. vol. 4. & ad l. Municip. tit. 13. art. 38. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 421. Anton. Nigr. de subhast. part. 2. cap. 30. num. 29. & seqq. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de empt. & vendit. resol. 17. per tot. Mangil. de evict. quæst. 44. & seqq. Olea de cess. jur. tit. 5. quæst. 13. per tot. ubi qualiter dictus creditor de evictione conventus teneatur cedere jura sua emptori contra debitorem, & liberetur, & in quo consistat utilitas dictæ cessionis.

Quòd debitor teneatur de evictione, intellige quando judex ritè, & rectè processit, aliàs secus, Rot. penès Posth. de subhast. decis. 4. num. 3. & per tot. Mangil. de subhast. quæst. 20. num. 9. Fenzon. ad stat. Urb. lib. 1. cap. 194. num. 71. &c. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 15. num. 149. &c. Surd. dec. 51. num. 20.

Tenetur tamen creditor, si pro pluri, quàm verè sit creditor distrahere faciat, & in aliis casibus, de quibus Gloss. in l. 1. Cod. credit. evict. pign. non deb. Magon. decis. Flor. 32. num. 3. &c. Arismin. Tepat. d. tit. 421. & alii supracitati.

19 Creditor ut dixi regulariter non tenetur de evictione pignoris pro illo satisfaciendo venditi, quod est verum non tantùm in privato, sed etiam in fisco, ac etiam in nomine creditoris hypothecato, & vendito; teneretur tamen ubi vendidisset non jure creditoris, sed tanquam dominus, prout in dubio præsumitur, vel si expressè promisisset, vel si non doceat se esse creditorem, ac bona vendita esse sibi hypothecata, & se esse omnibus aliis creditoribus anteriorem, vel si sciat, illa non esse debitoris, qui obligavit, vel sibi non licuisse illa vendere, Salic. & alii in l. 1. & 2. Cod. de credit. evict. pign. non deb. Duen. reg. 169. per tot. Gratian. decis. 175. & vide in meis resol. cap. 19. num. 18. &c. & cap. 84. num. 3. & 4. ubi alios allegavi Paul. Christin. decis. 184. vol. 4. Peregr. decis. 72. ubi etiam an conventus jure congrui teneatur isto casu tantùm de facto suo, vel etiam docere se esse cæteris creditoribus potiorem, si res sibi fuerit adjudicata.

Qualiter creditor vendens, vel etiam simpliciter consentiens venditioni rei sibi hypothecatæ factæ à debitore pro illo satisfaciendo si receperit pretium ab emptore, & illi jura sua cesserit, sequuta evictione teneatur emptori restituere pretium receptum, latè Mastril. decis. 28. per tot. ubi quòd quotiescumque consentiens recepit pretium tenetur illud emptori in casu evictionis restituere, etiam si emptor habeat alios obligatos de evictione, nempè debitorem, & dominum bonorum, quia istud non repugnat, & alia per quæ soluit omnia contraria facit quod dixi in §. Venditio num. 28. & 29. latè videndus Olea cum pluribus ab eo citatis de cess. jur. tit. 5. quæst. 13. n. 24. et seqq. per tot. ubi refert diversas opiniones, & ipse contrarium sequitur etiam si emptor agat in subsidium, Thomat. decis. 81. Fontanell. decis. 222. num. 16. & decis. 223. num. 19. & seqq. Post. de subhast. inspect. 63. num. 44. & seqq. Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 19. n. 22.

Creditor, cui fuit aliqua res in solutum data, si sibi evincatur agit de evictione contra debitorem, l. ex sextante §. latinus ff. de execut. rei jud. et l. elegaunter ff. de pign. act. Arias de Mesa var. lib. 1. c. 38. et seqq. 20

An autem fidejussor qui intercesserat pro debitore sic amplius obligatus, & possit conveniri, vide in §. Obligatio num. & §. Datio in solutum.

Et an agat simplici actione ex empto ratione evictionis, vel primæva actione, & hypotheca, vide Franch. decis. 50. per tot. Surd. decis. 266. per tot. Altograd. consil. 16. num. 8. & seqq. lib. 1. ubi quod potest absque dubio agere de evictione per actionem ex empto orientem ex contractu dationis in solutum, ac etiam juxta veriorem opinionem redire ad sua primæva jura, & hypothecas pro credito competentes præcipuè stante clausula reservativa prioris actionis, & hypothecæ, quæ tanquam solita debet haberi pro apposita, vel quando sumus in causa dotis soluendæ, vel restituendæ etiam soluto matrimonio, vel quando datio in solutum non fuit perfecta, vel aliàs non habuit effectum, vel quando debitor aliàs non esset solvendo, cùm in subsidium semper competant primæva jura si per actionem ex empto non possit esse consultum creditori, prout etiam semper competit possessori retentio ratione hypothecæ, quæ reviviscere dicitur si agatur de revocando dominio propter quod fuit extincta, & objectis satisfacit multos allegando, idem firmat Bardellon. consil. 197. numer. 15. et seqq. lib. 2. Rot. par. 10. recent. decis. 21. num. 13. ubi quòd ex privilegio dotis datur regressus ad primæva jura, ac si datio in solutum facta non esset, vide Mangil. de eviction. quæst. 145. per tot. vide in §. Hypotheca num. 48. Rot. par. 13. recent. decis. 488. num. 9. & seqq. Arias de Mesa in libr. 2. var. cap. 40. n. 3. & cap. 41. num. 5.

Ac idem esse in permutatione, in qua sequuta evictione datur regressus ad rem etiam penes tertium existentem, vide Surd. decis. 173. per tot. et decis. 582. per tot. ubi quòd hoc procedit etiam absque alio assensu domini si agatur de re emphyteutica.

An autem, & quando teneatur creditor reficere expensas culturæ debitori, qui illas facit, idem Surd. decis. 294. per tot.

An, & quomodo creditor re in solutum data sibi evicta possit redire ad primæva jura census, vide Thomat. decis. 185. per tot.

Creditor habens generalem, & specialem hypothecam, incipere debet à speciali, l. quæ specialiter Cod. de distract. pign. & l. 2. Cod. de pign. Negus. de pign. part. 8. memb. 1. num. 20. & part. 5. membr. 2. nu. 51. & seqq. Rodriquez. de concur. cred. par. 2. art. 1. num. 4. &c. Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1544. & seqq. Surd. decis. 44. per tot. Magon. decis. Florent. 124. num. 2. dixi in §. Remedium num. 1. &c. ubi latè declaravi, & §. Mulier nu. 4. Tusch. litt. H. conclus. 217. per tot. Paul. Christin. decis. 152. num. 4. & seqq. volum. 4. Merlin. decis. 28. per tot. Ricc. Collect. 198. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 7. n. 21. & seqq. Thomat. decis. 96. ubi plura Pacific. de Salvian. inspection. 3. cap. 3. per tot. Ant. Nigr. de subhastat. part. 2. cap. 8. §. 4. per tot. latè Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. quæst. 21. per tot. Put. dec. 38. n. 3. lib. 1. 21

An creditor habens generalem hypothecam præferatur Creditoribus posterioribus habentibus specialem, D. D. pro utraque opinione refert Altimar. de Nullit. rub. 1. q. 5. n. 166. tom. 3.

Creditor an possit agere hypothecaria non solùm ad ipsam rem, sed etiam ad fructus, Pract. Papp. act. hypoth. glos. ult. vide in §. Fructus num. 40. Sanfelic. decis. 119. per tot. Vid. Bic. dec. 38. n. 3. lib. 1. 22

Creditor potest rem sui debitoris etiam furtivè accipere sine peccato, dummodo sit verus, & certus creditor, nullum sequatur scandalum, & non possit alio modo, vel mediante justitia suum consequi, Jason. in 23

l. 1.

l. 1. num. 8. C. de test. Addit. ad Pract. Papp. *for. inquis. glos. furto verb. An autem*, Menoch. *de arbitr. cas. 516. per tot.* Duen. *reg. 88. limit. 5.* Gratian. *discept. forens. cap. 826. n. 23.* dixi in §. *Famulus n. 11.* & in Practic. §. *Creditori n. 11.* §. *Servitori num. 25.* adde Dian. *part. 2. tractat. 16. resolut. 48.* ubi adiicit plures conditiones necessarias ad dictam compensationem faciendam, & præcipuè ut notificetur debitori, vel ejus hæredibus, ne bis solvant, quo autem ad adeundum judicem non putat necessarium, de quo idem Dian. *part. 7. tract. 10. resol. 17.* P. Stephan. de Neapol. *tractat. de restit. lib. 1. cap. 6. n. 42. & seqq.* Conciol. *resolut. crim. verb. Furtum resolut. 10. per tot.* Petr. de Onate *de contract. tom. 1. tract. 3. disput. 8. sect. 8.* Gibalin. *de univers. negot. tom. 2. lib. 5. cap. 2. art. 9.* ubi addit plures conditiones, nempè quòd debitum sit ex justitia, sit certum, fiat minimo debitoris damnu, non noceat tertio, res sit debitoris, non fuerit commodata creditori, fiat in re ejusdem speciei, debitum contractum jam sit, & non possit aliter recuperari, ut latè ibidem singillarim declarat, & benè etiam P. Zamoran. *tractat. de compens. disput. 2. per tot.* & vide in §. *Compensatio.* Vide infra *in noviss. addit.* Crescin. *n. 78.*

An qui probabiliter putat rem esse suam, etiam si probabiliter ab alio teneatur, possit de illa occultam compensationem facere, si jus suum non possit coram judice defendere, Dian. *part. 9. tract. 9. resol. 44. per tot.* ubi refert contrarias opiniones, & negativæ adhæret, vide in §. *Compensatio num. 26.*

24 Creditores posteriores in executione judicati possunt cogere anteriores, ut vel ipsi vendant pignus, & rem hypothecatam, vel venditioni consentiant, ad hoc ut ex pretio primo eisdem anterioribus satisfiat, & ex residuo sequentibus, quicquid aliàs anterior non cogatur rem vendere, sed illam possit retinere loco pignoris, donec suum creditum consequatur, *l. quamvis ff. de pign. act. & l. à divo Pio §. quod si res ff. de re judic.* Gratian. *discept. for. cap. 941. n. 3. & seqq.* Salgad. *Labyrint. credit. par. 2. cap. 11. n. 6. & seqq.* Buratt. *decis. 627.* Urceol. *Consult. forens. 52. n. 20. & cap. 87. n. 17. volum. 2.* Rot. *part. 10. recent. decis. 182. per tot.* Salgad. *d. tractat. part. 3. cap. 11. num. 10. & seqq.* Cenc. *de cens. quæst. 98. n. 42. & seqq.* Rot. post illum *decis. 451.* Merlin. *de pign. lib. 3. qu. 76. nu. 14.* & latiùs *lib. 4. q. 96. & 97. per tot.* Rot. *part. 13. rec. decis. 424. n. 10. & seqq.* ubi tamen quòd anterior non debet amoveri à possessione donec ex pretio satisfiat, *& part. 14. decis. 422. num. 6.* Duran. *decis. 445. in princip.* Cavaler. *decis. 429.* Rot. *part. 7. Noviss. decis. 180. n. 4. & 5.* vide in §. *Uxor num. 31.* & in Pract. §. *Creditori n. 24.* ubi de lege municipali Florentiæ ferè idem disponente Rot. *p. 13. recent. dec. 71. nu. 11.* ubi quod creditor anterior posteriorem impedire non valet, quin super bonis communis debitoris executionem faciat ad effectum tantùm subhastandi, & de pretio satisfaciendi prius creditori anteriori, & solvendi residuum posteriori, *& decis. 218. num. 7. eadem part. 13. & decis. 340. n. 10. &c.* ubi benè declarat. Brunnemann. *in l. a Divo Pio 15. ff. de re Judic.* Abecclesia, & Crescin. *obser. 161. part. 1.*

Quid autem si non inveniatur emptor pro justo pretio, an possit creditor posterior compellere anteriorem ad recipiendum in solutum bona communis debitoris pro justo pretio, ut suum creditum pollerius consequatur, disputat Franch. *decis. 182.* ubi videtur negativè concludere, & sequitur Flav. Amendol. *in Addit.* De Marin. ad Revert. *obser. 128. n. 5.* Abecclesia, & Crescin. *loc. relat.*

Quòd quando utrique creditori, anteriori scilicet, & posteriori commodè satisfieri potest, sit utrique concedenda immissio ex optima æquitatis ratione, Rot. *par. 5. recent. decis. 559. nu. 5. & part. 11. decis. 378. n. 12. part. 6. decis. 318. n. 30. infra n. 26. in fine*, Thomat. *dec. 206. n. 39. &c.* Rot. *part. 13. recent. decis. 153. n. 9. & dec. 488. n. 13.* Abecclesia, & Crescin. *loc. relat.*

25 Creditor, an, & quando, & quomodo possit vendere pignus, vel rem sibi hypothecatam latè cum ampliationibus, & limitationibus tradit Negus. *de pignor. part. 6. membr. 1. per tot.* Merlin. *de pign. lib. 4. quæst. 45. n. 1. & seqq. & quæst. 95. per tot.* Gratian. *discept. for. cap. 777. n. 14. & 22.* Duran. *dec. 445. n. 8. & seqq.* Altograd. *consil. 3. nu. 44. & seqq. lib. 1.* Tusch. *litt. C, conclus. 1059. & seqq.* Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 15. n. 67. & seqq.* Paul Christin. *decis. 170. & seqq. vol. 4.* vide in §. *Pignus.* Altimar. *de nullit. rub. 1. q. 5. a n. 239. & pluribus seqq. tom. 3.* Abecclesia, & Crescin. *obser. 149. par. 1.*

Quòd annullata venditione facta à creditore vendente jure creditoris recuperet ipse creditor priora jura sua, Franch. *decis. 64. n. 11. & 12.* Giurba *decis. 24. nu. 9. & 10.* cum aliis per Rot. *part. 15. recent. decis. 301. n. 3.*

An autem, & quando debitor possit pignora vendita recuperare, Carleval. *de judic. lib. 2. tit. 3. Disput. 24. per tot.* Crescin. ad Abecclef. *dict. obser. 149. num. 6.*

Quale jus habeat creditor in pignore, & hypotheca pro securitate sui crediti, quomodo possit illud vendere, obligare, aut aliter de eo disponere pro eadem quantitate, & cum eisdem pactis, & conditionibus, ac idem fieri possit à secundo creditore alteri, & sic deinceps, & alia, Gait. *de credit. c. 4. q. 8. n. 964. & seqq.*

Quomodo possit exercere licentiam sibi à debitore concessam capiendi bona propria auctoritate, & an sit necessaria citatio, vide in §. *Facultas n. 8. & §. Licentia num.* & §. *Possessio n. 4. infra n. 68.* latè Gait. *de cred. cap. 4. q. 7. n. 834. cum multis seqq.* Merlin. *de pign. lib. 4. d. quæst. 95.*

Et si plus valeat pignus, sed creditor nondum receperit pretium ab emptore, an teneatur de suo restituere residuum debitori, vel sufficiat ei cedere actionem contra emptorem, & quomodo, vide Duen. *reg. 165. per tot.* Merlin. *de pign. lib. 4. q. 99.* ubi etiam an possit habere fidem de pretio, & dixi in §. *Subhastatio.*

An valeat statutum sive consuetudo, ut adjudicetur creditori pignus, licèt plus valeat quàm sit debitum, Paul. Christin. *decis. Belgic. 132. volum. 1.* ubi quod non contra Bald. *in l. fin. C. de jur. domin. imper.* facit quod dixi in §. *Pactum n. 9.*

Creditor missus in possessionem ex Salviano, non 26
potest rem vendere, sed tantùm retinere donec ex fructibus fuerit satisfactus, ac sibi debet imputare si elegit hanc viam, cum potuisset vendere si per hypothecariam possessionem adeptus fuisset præcedente intimatione facta debitori ad reluendum. Posset tamen etiam in casu Salviani post adeptam possessionem agere petitorio, quod prius fuerat suspensum, & ita rem ad publicam hastam, vel alio modo distrahere, quam si de facto absque alio juditio alienaverit, statim debito ex fructibus soluto, vel alio modo, potest debitor suàm possessionem recuperare per remedium reintegrandæ probatis extremis, vide latè Scapuc. de Salv. *lib. 3. q. 10. & 11. per tot.* Merlin. *dec. 317.* ubi quod tenetur de spolio, *et dec. 414. et dec. 677. & dec. 766.* ubi de liquidatione fructuum, Rot. *par. 10. rec. decis. 86.* dixi in §. *Remedium n. 9.* §. *Terminus num.* Pacif. de Salvian. *inspect. 4. c. 1. n. 14.* Mangil. *de subhastat. quæst. 126. num. 14.* Rot. *part. 6. recent. decis. 161. n. 12. & seqq.* & in Romana nullitatis deliberationis 6. Junii 1642. coram Ghisiletio, Rot. *part. 9. recent. decis. 215.* Conciol. *ad stat. Eugub. lib. 2. rub. 31. n. 10. & seqq.* Post. *de subhast. inspect. 38. n. 1. & seqq.*

De consuetudine tamen servari, quod etiam in Salviano bona subhastentur, Gratian. *decis. 208. nu. 9. & seqq.* Ant. Niger. *de subhast. part. 1. cap. 4. §. 19. n. 10. & seqq. & cap. 12. n. 14. & seqq. fol. 49. & 89.* Merlin. *de pign. lib. 4. q. 95. n. 93. 94.* Ridolph. *in prax. part. 1. cap. 15. n. 88. & 89.* ubi quod debet fieri de Principis licentia, quæ solet concedi, quando ex fructibus non potest creditori satisfieri nisi post longum tempus, ac de modo, & formula supplicandi ibidem, *& part. 2. cap. 6. nu. 42. & 93.* vide etiam alios supracitatos Rot. *divers. dec. 43. ad fin. part. 1.* Vide Abecclef. *obser. 137. num. 14. part. 1.*

Et quod quando creditor fuit immissus, ex secundo de-

decreto, extinguatur causa pignoris, ex qua prius possidebat, & efficiatur dominus, si talis erat debitor, contra quem obtinuit adjudicationem, Rot. *par. 2. divers. dec. 143. per tot.*

An autem creditor, qui evicit bona pro suo credito, possit cogere illum, à quo fuerunt evicta ad illa recipiendum soluto sibi credito, Benintend. *decis. Bonon.* 25. ubi fuit negativè conclusum, quia non tenetur emptor, vel alius possessor, à quo fuerunt evicta bona illa reemere, ut notat Cast. *in l. emptorem §. idem Neratius ff. de act. empt.* Mangil. *de evict. quæst.* 39. *n.* 17.

Quòd creditor quoad debitorem possit retinere rem magni valoris pro modico credito, donec sibi satisfiat, secus quoad alios concreditores, Leoncil. *decis. Ferr.* 118. *nu.* 3. *supra nu.* 24. *in fine*, Thomat. *decis.* 206. *n.* 32. *& dec.* 254. *n.* 26. *&c.*

An autem immissus ex Salviano, si fructus non sint sufficientes possit per novum juditium procedere ad subhastationem aliorum bonorum debitoris, probata tamen dicta insufficientia, Rot. *p.* 13. *rec. dec.* 451. Milen. *dec.* 25. *n.* 13. *&* 14. *lib. pr.*

27 Creditor missus in possessionem ex Salviano tenetur ad instantiam debitoris, vel ejus, qui possessione fuit spoliatus, singulo anno exhibere notulam fructuum juratam, & conficere librum in quo omnia scribantur, aliàs potest contra eum in litem jurari, & hoc modo fit liquidatio fructuum, quæ aliàs per juditium ordinarium esset facienda, & debent æstimari juxta valorem currentem in loco in quo recollecti fuerunt, & de tempore recollectus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 706. *num.* 61. *&c.* Scapucc. de Salvian. *lib.* 3. *q.* 13. *per tot.* ubi inserit unam decisionem, quæ prædicta declarat in terminis creditoris census immissi tam pro decursis, quàm pro decurrendis præstationibus, vide Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 301. *per. tot.*

Quòd tamen dicto libro non credatur pro scribente, si aliàs debitor probat quantitatem fructuum perceptorum, & plura de modo liquidandi hujusmodi fructus, Merlin. *dec.* 766. *per tot.* Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 451. ubi plura de liquidatione fructuum perceptorum quomodo sit facienda, quando immissus prætendit illos non esse sufficientes, & vult per novum juditium procedere ad subhastationem aliorum bonorum debitoris.

Et si semel locavit domos, vel alia bona, præsumitur cum eadem locatione continuasse, & integras pensiones recepisse juxta summam in locatione contentam, cùm liquidatio fructuum probetur à solito, Rot. *p.* 9. *rec. dec.* 411. *num. pr. & seqq.*

Quòd debeant computari fructus ad rationem quinque pro centenario valoris bonorum juxta taxam legalem, Rot. *p.* 13. *rec. dec.* 451. *n.* 4.

Quòd debitor prætendens creditorem immissum ex Salviano fuisse satisfactum, debeat id concludenter probare, nec resultet ex simplici immissione, sed sit probanda fructuum perceptio, & realis exactio in prædiis urbanis juxta *consil. Natt.* 384. *num.* 2. Rot. *par.* 14. *rec. decis.* 53. *num.* 2. *& seqq: per. tot.* Gob. *consult. dec.* 96. *n.* 16. *ubi ex quib. probet.*

Si tamen creditor immissus voluerit variare, & agere contra alia bona, tenetur ipse liquidare quantitatem fructuum perceptorum, ut sui crediti residuum maneat justificatum, quia isto casu creditor efficitur in sua exceptione actor ad evitandam incertitudinem, & illiquiditatem sui crediti, ut benè distinguit Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 77. *n.* 45. *& seqq.* quem sequitur Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 451. *num.* 12 & subjungit Merlin. *loc. cit.* quòd tunc probatio deduci non potest ex privatis notulis, & domesticis documentis cessantibus adminiculis, licèt secus esset illis concurrentibus.

Qualiter creditor immissus teneatur reddere rationem fructuum perceptorum, & qui percipi potuerunt, & alia ad hoc propositum in terminis census, Rot. *p.* 14. *rec. decis.* 302. *n.* 5. *&c.*

28 Creditor missus in possessionem etiam nulliter, habet retentionem si constet de credito liquido, donec sibi totum solvatur, & agens ad nullitatem tenetur debitum offerre, vide in §. *Retentio num.* 3. *&c.* Thomat. *decis.* 181. *per tot. & decis.* 153. *num.* 24. Mastril. *decis* 88. *per tot.* Rot. *p.* 13. *rec. decis.* 104. *per tot.*

Quòd creditor habeat retentionem pignoris donec sit satisfactus à debitore pro utroque debito, scilicèt tam hypothecario, quàm chirographario, per text. in *l. Cod. ob chirograf. pecun. pign. retin. poss. ubi DD.* Neguf. *de pign. p.* 5. *membr.* 3. *num.* 46. *& seqq.* Duen. *reg.* 167. Thomat. *decis.* 19. *per tot.* ubi plura de retentione competente creditori possidenti, etiam sine hypotheca, licet agatur spolio, & immissio nulla fuerit, & idem quando creditum est omninò certum ex partis confessione, vel re judicata, ita ut possit debitor executivè compelli, ut competat retentio ad inanes circuitus vitandos, probat Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 140 *per tot.*

Quòd creditor possit retinere rem sui debitoris pro debito vero, licèt datio in solutum non teneret, vel esset facta pro debito putativo, Capyc. *dec.* 11. *n.* 2.

Et qualiter satisfactus pro uno credito possit retinere pro alio credito, pro quo habeat hypothecam, Pacific. de Salvian. *Inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 216. *&c.* Gait. *de credit. cap.* 4. *n.* 1065. *&c.* ubi etiam pro credito personali, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 21. *num.* 181. *fol.* 177. Merlin. *decis.* 777.

Impeditur tamen hujusmodi retentio pro alio credito, per exceptionem fideicommissi incontinenti probatam, vel si illud sit omninò clarum, certum, & liquidum etiam in quantitate, Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 83. *per tot. & part.* 10. *decis.* 86. ubi quod ut detur retentio pro alio credito, debet esse omninò liquidum, & certum. De Luc. *de Legit. disc.* 25. *num.* 70.

Item qualiter possit retinere pro necessariis impensis in re factis, *l. si necessariis, & l. si servus ff. de pignor. act.* Paul. Christin. *decis.* 154. *volum.* 4. Et pro melioramentis, Merlin. *dec.* 351. *per tot. vide in §. Retentio n.* 12. *& §. Melioramenta*. Vide Gob. *consult. dec.* 100. *n.* 48. Et Brunnemann. *in l. loc. cit.*

Creditor missus in possessionem ex Salviano, cùm 29
non acquirat plenum jus, sed tantùm possessionem ad effectum consequenti fructus, tenetur stare locationi factæ à debitore, Rota in Romana casalis Lunæ pr. Julii 1602. coram Ludovisio *decis.* 68. cum aliis per Pacif. de Salvian. *Inspection.* 3. *cap. pr. nu.* 5. *&c.* ubi dat plures ampliationes, & limitationes, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 37. *per tot.* Mangil. *de eviction. quæst.* 147. *n.* 10. *& seqq.* Magon. *decis. Lucen.* 97. *num.* 8. *&c. & decis. Floren.* 140. *num.* 7. Franch. *decis.* 488. Tiraquell. *de retract. convent.* §. 3. *gloss. pr. n.* 15. *& seqq.* vide in *§. Immissio n.* 3. *& §. Successor n.* 14. *ubi plura*, Peregrin. *de fideicom. art.* 40. *n.* 100. ubi idem firmat de creditore immisso ex secundo decreto, & datione in solutum, cùm respectu debitoris sit successor necessarius, Amat. *var. resol. tom.* 2. *cap.* 68. Olea *de cess. jur. tit.* 4. *qu.* 3. *n.* 10. *&c.* ubi intelligunt quando locatio fuit facta sine fraude, & non adest læsio ultra dimidiam, nam competeret remedium rescissorium stante dicta læsione.

Fideicommissarius autem, sive emptor, & similes, qui rem jure dominii avocant, non tenentur stare locationi, & quid si conductor jam seminaverit, Surd. *decis.* 40. *per tot. vide in §. Conductor n.* 12. *& seqq. §. Emptor nu.* 42. *& §. Successor n.* Ludovis. *decis.* 68. Late Pacion. *de Loc. cap.* 61. *à n.* 140.

Creditor missus in tenutam bonorum debitoris ex 30
primo decreto, vigore statuti Florentini lucratur quinque pro centenario quolibet anno, etiam si creditum non sit aliàs de sui natura fructiferum, Lup. *tract. de usur. Coment.* 1. *§.* 4. *ad l. curabit. Cod. de act. empt. n.* 91. Mart. Medic. *Exam.* 54. *n.* 19. ubi quòd ita fuit approbatum per Constitutiones Synodales Florentiæ editas à Leone X. Pontifice sub *Rub. de usur. cap.* 12. vide *in §. Interesse num. & §. Vidua n.* Tusch. *litt. H, conclus.* 132. *n.* 3. plenè Fontanel. *decis.* 208. *cum pluribus seqq. et n.* 32. eundem Fontanel. *dec.* 486. ubi etiam an quoad futura teneatur ipse creditor ad expensas, & quid si de præsenti nihil sit debitum.

Qualiter autem creditor possidens pignus teneatur imputare fructus in sortem, vel non dixi in *§. Fructus*

Elus num. 8. *etc.* Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *quæſt.* 6. *n.* 2242. *et ſeqq.* & pleniùs *cap.* 4. *q.* 8. *num.* 979. *cum multis ſeqq. infra nu.* 70. De Luc. *de Alienat. diſc.* 12. *n.* 24. *De Uſur. diſc.* 10. *n.* 5. Brunnemann. *in l. fundum* 1. *n.* 3. *ff. de diſtract. pignor.* Emerix Seoior *decif.* 80. *n.* 5. Emerix Jun. *decif.* 507. *num.* 2. & *decif.* 674. *n.* 5. Creſcin. ad Abeceleſ. *obſer.* 236. *n.* 1. *part.* 1.

31 Cred.tor quando, & qoomodo ob ſolutionem ſibi factam tempore debito, poſſit capere pecuoias ad cambium, & recambium expenſis debitoris, & alia plura eirea conventionem, & exactionem intereſſe creditoris contra debitorem moroſum, *vide in §. Intereſſe num....*

32 Creditor pro anouis præſtationibus ſibi debitis ſive ex teſtamento, ſive ex conrractu, poteſt agere ooo ſolùm pro decurſis, ſed etiam pro in futurum decurrendis, dummodo de præterito ſibi aliquid debeatur, & ut ſuo tempore ſolvatur, petendo etiam immiſſionem ex Salviano, Rot. in Romaoa Salviani 28. Martii 1648. coram Ghiſilerio penes Tondut. *de prævent. part.* 3. *decif.* 7. *per tot.* vide in *§. Debitor n.* 13. *et* 14. *et dicta deciſio habetur in part.* 10. *recent. decif.* 172. ubi etiam quando reſiduum debeat deponi ad computum capitalis, Thomat. *dec.* 206. *n.* 30. *et ſeqq.*

33 Creditor poſtquam fuerit de ſuo credito ſatisfactus, qualiter tenestur reſtituere debitori inſtrumenta, & ſcripturas, in quibus debitum continebatur, vide in *§. Inſtrumentum n.*

34 Creditor hypothecarius, & non ſimplex chirografarius poteſt agere cõtra debitorem debitoris ſui ad cõſequendū credirū ſuū, *l. nomen C. quæ res pign. oblig. poſſ.* quo caſu nulla requiritur excuſſio, Pract. Pap. *reſponſ. act. hypoth. gloſ. Exceptionem num.* 8. quamvis quoad excuſſionem contrarium teneat Benedict. de Plumb. *tractat. de diſcuſ. num.* 5. niſi hujuſmodi creditor fuiſſet conſtitutus procurator in rem ſuam, vide Tuſch. *lit. C. concluſ.* 1062. *num.* 16. & *ſeqq.* Ricc. *Collect.* 4149. ubi etiam quòd ſtante obligatione Camerali, poteſt executive procedere contra debitorem debitoris eadem obligatione affectum, Thomat. *decif.* 111. *num.* 13. & *decif.* 290. *num.* 3. Rota *par.* 14. *recent. decif.* 394. *per tot.* Sanſelic. *decif.* 116. Rot. *par.* 16. *recent. decif.* 304. & *part.* 17. *decif.* 267. *n.* 24. Bich. *decif.* 534. Noguerol. *allegat.* 35. *n.* 17. & *ſeqq.* Seſſe *decif.* 123. *num.* 6. Vide Maotiſs. ad De Luc. *libr.* 7. *decif.* 19. *n.* 1. *vol.* 1.

Quòd ut creditor poſſit directè agere contra debitorem ſoi debitoris tria requirantur de quibus in *l.* 2. 3. & 4. *Cod. quando fiſc. vel privat.* Rot. *par.* 16. *recent. decif.* 18. *num.* 8. Noguerol. *dict. allegat.* 35. *num.* 25. & *ſeqq. et per tot.* Qui allegat Rot. *recent. p.* 2. *decif.* 760.

Quæ autem reqoirantur ad prædicta, & quomodo poſſint practicari, vide Roman. *conſil.* 416. Petr. Pecch. *de jure ſiſten. et manu. inject. cap.* 4. *num.* 10. Neguſ. *de pign. part.* 8. *membr.* 2. *num.* 19. Scapuc. de Salvian. *lib.* 1. *quæſt.* 17. *num. pr.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 356. *num.* 32. *et cap.* 704. *num.* 49. Tuſch. *d. concl.* 1602. *per tot.* Gomez. Leon. *decif. Hiſpalen.* 41. ubi quod ſolvens creditori creditoris ſui liberatur, etiam ſi non conſtet de numeratione, ſed tantùm de confeſſiooe, & etiam ſi creditor ratam ſolutionem habere nollet.

Quòd creditor poſſit agere utili actione hypothecaria contra bona ſoo debitori obligata, Urſil. ad Afflict. *decif.* 8. *num.* 3. Fraocb. *decif.* 75. *num.* 8. *et decif.* 273. Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 3. *num.* 21. *etc.* Thomat. *decif.* 44. *n.* 11. *etc.* Rot. *part.* 9. *recent. volum.* 1. *decif.* 7. *num.* 13. *et decif.* 40. *num.* 59. *etc. d. part.* 9. ubi benè declarat, *et decif.* 227. *nu. pr. et ſeqq. per tot.* Gait. *de credit. cap.* 4. *q.* 7. *num.* 366. *etc.* meliùs in Appendice *num.* 136. *et ſeqq.* Merlin. *decif.* 2. ubi quòd licet dicta hyporheca extinguatur per ſolutionem oominis, tamen non extinguitur per tranſactionem, vel ſimilem alienationem ejuſdem, vide io *§. Debitor num.* 66. *§. Nomen nu.* 4. *et §. Salvianum num.* 5. Ricc. *Collect.* 4149. ubi quod debitor noo prohibetur bona fide, & aote inhibitionem ſolvere ſuo creditori, etiam ſi ſciat ipſum habere debita, & pro illis hypothecaſſe oomen ipſius debitoris, ſecus autem ſi ſolutio fiat mala fide poſteriori creditori, vide Rot. *part.* 9. *recent. decif.* 226. *n.* 15. *etc.* ubi quod liberatio facta à creditore, ipſi tantùm, & ejus hæredibus nocet, non autem aliis ſuis creditoribus anteriora jura in hujuſmodi credito habentibus, loquitur tamen de liberatione gratuita, & vide *decif.* 247. *num.* 33. *in eadem cauſa d. part.* 9. ubi cootra ſtante tacita compenſatione, quæ veræ ſolutioni æquiparatur reſpectu liberationis, & iterùm in eadem cauſa *decif.* 357. *num.* 27. *et ſeqq. d. part.* 9. ubi contra ſtante tacita compenſatione, quæ veræ ſolutioni æquiparatur reſpectu liberationis, & iterùm in eadem cauſa *decif.* 357. *num.* 27. *et ſeqq. d. part.* 9. ubi quòd debitor poteſt ſolvere ſoo primo creditori, & liberatur, ſi nunquam fuit inhibitus, & *decif.* 499. *num.* 10. *ead. part.* 9. ubi quod poteſt hypotheca remitti, etiam in præjudicium creditorum, ſi non præceſſit intimatio, Pacif. de Salviao. *inſpect.* 3. *cap.* 2. *n.* 206.

Quòd in actione perſonali, non detur actio cootra nomen debitoris, niſi tribus concurreotibus, primò, ſcilicet quòd principalis debitor ſit condemnatus; ſecundò, quòd debitor debitoris fateatur debitum; tertiò, quòd principalis fuerit excuſſus, & repertus non ſolvendo, Surd. *dec.* 306. *num.* 15. Buratt. *decif.* 793. Ricc. *Collect.* 4149. Sperell. *decif.* 91. *n. pr.* latè Tuſch. *dict. concl.* 1062. *num. pr. et ſeqq.* Paol. Chriſtin. *decif. Belg.* 18. *num.* 2. *etc. volum.* 3. ubi ponit dicta requiſita abſque diſtinctione Gurierez. *de Gabell. quæſt.* 164. *n.* 18. *etc.* Thomat. *decif.* 51. *num.* 11. *etc. et decif.* 290. *num. pr. et ſeq.* ubi benè declarat Pacific. de Salvian. *Inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 207. Cala *de mod. art. et probat. §.* 2. *gloſ. unic. num.* 1177. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 4 *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 2. *quæſt.* 30. *n.* 29. *et ſeqq.* ubi tamen quòd non eſt neceſſaria formalis dictorum requiſitorum probatio, nam quoad primum ſufficit ex inſtrumentis conſtare de debito; quoad ſecundum ſi neget, poteſt probari, & de meodacio convinci; & quoad tertium non eſſe oeceſſariam excuſſionem juxta magis communem omnia comprobans ex Rot. *part.* 2. *recent. decif.* 760. & aliis, & *par.* 14. *dec.* 394.

Et quod creditor poſſit agere ex perſona, & juribus ſui debitoris pro conſequutione ejus crediti Caprara *decif.* 571. *n.* 2. *decif.* 618. *n. pr. et decif.* 738. *num. pr. et* 2. *part.* 2.

Creditor agens hypothecaria contra tertios poſſeſſores, debet probare quod bona, quæ prætenduntur obligata fuerint in bonis, & de bonis ſui debitoris, nec eſt neceſſe probare de illius dominio, Afflict. *decif.* 383. *vide in §. Actor num.* 8. Tuſch. *litt. H, concluſ.* 123. *per tot.* Maſcard. *de prob. concluſ.* 456. *per tot.* Gait. *de credit. cap.* 4. *q.* 7. *nu.* 597. 600 *et ſeqq.* 999. *et ſeqq.* 788. *et ſeqq.* ubi quid io Salviaoo, &c. Latè Statil. Pacif. *de Salvian. inſpect.* 2. *cap.* 1. *à nu.* 33.

Creditor quis affirmari non poteſt ante diſpunctas hinc inde partitas, & antequam Peritus ſuper illis referat, cum poſſit etiam debitor evadere Caprar. *deciſ.* 91. *n.* 3. *p. pr.* 116

Creditor agens contra poſteriorem Creditorem retinentem Prædium in Salviano, non ſolum debet citare ipſam Salvianillam, ſed etiam Dominum prædii rationa ejus principalis intereſſe Caprar. *deciſ.* 296. *n.* 10. *part. pr. & deciſ.* 405. *n.* 2. *p. pr.* & vide eumdem *deciſ.* 371. *n.* 4. *et* 5. *et* 6. *part. pr.* 117

Creditor chirographarius, ſeu ex apocha, quæ careat ſubſcriptione trium teſtium nequit concurrere cum creditore ex publico Inſtrumento quamvis poſteriore Caprar. *deciſ.* 403. *n.* 2. *part. pr.* Declara tamen ut per eundem Caprara *d. deciſ.* 403. *nu.* 4. *part. pr. et deciſ.* 484. *n. pr. part.* 2. 118

Creditor ex ſcripturis privatis non valet excipere contra alium Creditorem habentem apocham anteriorem Caprar. *d.* 403. *n.* 3. *part. pr.* 119

Creditor ex apocha, carente requiſitis *l. ſcripturas C. qui potiores in pignore habeantur*, & ſic ſuſpecta de antidata non poteſt dici anterior altero Creditore, cujus creditum habet dicta requiſita Caprar. *deciſ.* 655 *n.* 2. *p.* 2. 120

Creditor Cenſus recipiendo loca montium in computum fortis dicitur illum proportionabiliter extinxiſſe Caprar. *deciſ.* 451. *n.* 2. *part.* 2. & recipiendo in cauſam fructuum non ſunt referenda in cauſam extinctionis ſortis, idem *deciſ.* 476. *n.* 5. *p.* 2. 121

Creditor cujus pecuniis ad cenſum traditis fuit dimiſſus Creditor anterior, quibus concurrentibus ſubingrediatur illius locum, quoad anterioritatem tam pro ſorte, quam pro fructibus ſui cenſus Caprar. *deciſ.* 34. *n.* 2. *p. pr.* 122

Creditor ex cujus pecuniis mutuatis, ſeu datis ad cambium ad effectum emendi domum ſub explicito 123

pacto, quod domus emenda debeat esse specialiter hypotheeata pro sorte, & fructibus ejusdem Cambii ad prælationem omnium aliorum Creditorum, præfertur omnibus creditoribus anterioribus mutuatarii, seu debitoris, etiam ex eausa dotis. Caprar. *decis.* 615. *n.* 1. *p.* 2.

124 Creditor potest eligere bona, quæ maluerit, sive possideantur ab hærede debitoris, sive sint distracta in tertios Caprar. *decis.* 261. *n.* 9. *part.* 1.

125 Creditor pro eeleriori satisfactione potest eodem tempore super pluribus rebus, & per diversas personas possessis, actiones dirigere Caprar. *decis.* 379. *n.* 7. *p.* 1. & etiam lite pendente super una re, potest agere super alia *ibid. n.* 8. & amplia, ut *ibid. n.* 9.

126 Creditori liberum est deducere ex suis creditis quod voluerit Caprar. *decis.* 403. *n.* 13. *p. pr.* & petendo unū Creditum, non per hoc eensetur fateri se non esse Creditorem in altero *ibid. n.* 14. prout petendo eertam summam non dieitur fateri se in majori quantitate non esse Creditorem *ibid. n.* 14.

127 Creditor qui prævenit in executione nullam aequirit prælationem erga ceteros Creditores Caprara *decis.* 403. *n.* 19. *part. pr.*

128 Creditor eui competat actio super aliqua re, potest agere super alia in illius locum subrogata, aeeeptando subrogationem. Caprara *decis.* 484. *n.* 5. *part.* 2.

129 Creditor, ut exereere valeat pactum alienandi bona debitoris propria auctoritate, absque ulla illius eitatione requiritur, quod debitor sit in mora solvendi. Caprar. *decis.* 707. *n.* 10. *part.* 2. ubi plura de hoe pacto.

130 Creditor debet agere super investimento pretii Domus venditæ, quoties hypothecæ super illa existentes, fuerunt translatæ super pretio Caprara *dec.* 719. *n.* 2. *part.* 2. limita tamen ut *ibid. n.* 4. 5. & 6.

131 Creditor potest uti jure redimendi, eompetente ejus debitori Caprar. *decis.* 148. *n.* 1. *p. pr.*

132 Creditor reeipiens certa bona pro integrali satisfactione censetur reliquum Crediti per transactionem dimisisse Caprara *decis.* 6. *n.* 12. *p.* 1.

133 Creditor locatoris sequestrare non potest fructus spectantes ad conductorem Caprara *decis.* 635. *nu.* 2. *part.* 2.

134 Creditor Immissus in actione personali ex primo deereto, fructus non facit suos, sed in sortem imputat. Caprara *decis.* 654. *n.* 8. *part.* 2. & vide eundem *in Indic. verb. Immissus.*

135 Creditor, & debitor non debent ad impatia judieari Caprara *decis.* 362. *n.* 5. *part.* 1.

136 Creditores viri semper sunt potiores alimentis uxoris, & Filiorum Capra *decis.* 601. *num.* 7. *part.* 2. & Creditores hæreditatis absorbentes integrum patrimonium excludunt filium a legitima Idem *decis.* 607. *n.* 3. *part.* 2.

137 Major pars ereditorum stante decoctione communis debitoris, potest eidem ratam debiti remittere, & Judex minorem partem diseentientem compellere ad subeundam eandem reductionem. Caprara *decis.* 509. *n n.* 2. *part* 2. ubi late de hae materia.

138 Creditor anterior non valet avocare fructus perceptos per Creditorem posteriorem bona fide Ansald. *decis.* 2. *n.* 15.

139 Creditor cedens alteri Jura sui crediti, nequit amplius illa experiri eontra debitorem cessum Ansald. *decis.* 89. *n.* 19.

140 Creditor specificans in actis medio Juramento summam sibi debitam, transfundit onus in debitorem eoncludenter probandi, se ad tantam summam non teneri Ansald. *decis.* 97. *n.* 14.

141 Creditor, qui ex domo Debitoris sui mobilia, & alias res asportavit, præsumitur de suo credito satisfactus, antequàm per eum sufficiens sit reddita ratio Mel. *in Addition.* Ad Castil. *de Aliment. cap.* 70. §. 3. *n.* 19. Seraphin. *decis.* 1445. *n.* 4. Caval. *dec.* 171. *n.* 17. Buratt. *decis.* 420. *num.* 2. Rot. *rec. part.* 10. *decis* 166. *n.* 23. Castald. *consult.* 252. *n.* 10. *tom.* 2.

142 Creditor, & debitor ubi sunt diversi fori, tunc ereditor debet adire debitorem, & debitor non tenetur ad domum ereditoris debitum ferre Castald. *cons.* 253. *n.* 10. *tom.* 2.

143 Creditor eonstitutus in mala fide per Judieium motum tenetur restituere, vel imputare fructus Emerix jun. *decis.* 737. *n.* 18.

144 Creditor partieeps eollusionis debitoris non præjudicat fidejussori Emerix jun. *decis.* 249. *nu.* 5.

145 Creditor possidens jure pignoris universitatem bonorum Patroni, non aequirit possessionem, neque dominium Jurispatronatus Emerix jun. *decis.* 695. *n.* 3. & *dec.* 735. *n.* 4. Et vide eumdem *in indice verb. Juspatronatus.*

146 Creditor hypothecarius patris an agat super usufructu patris in bonis filii Carol. Ant. de Luc. *in Prax. judic. cap.* 7. *n.* 7. Cyriac. *controver.* 490. *n.* 2. Merend. *controvers. lib.* 17. *cap.* 18. *per tot.*

147 Creditum eum hypotheca ex Instrumento probatur Mantissa ad DeLuc. *lib.* 5. *decis.* 13. *n.* 8. *vol. pr.* & bene Caprara *decis.* 261. *n.* 2. *p. pr.*

148 Leviores sufficiunt probationes, ut quantitas Crediti probata dieatur, si veritas in genere eomprobata remanserit. Mantissa *ibid. lib.* 8. *decis.* 18. *la* 2. *num.* 5.

149 Tarditas in petendo ereditum denotat simulationem erediti Mantissa *ibid. lib.* 8. *decis.* 39. *n.* 7. maximè si fuerit expectata mors informatorum de negotio *ibid. n.* 8.

150 Creditum proveniens ex una eausa benè transfunditur in aliam eum eisdem privilegiis primi Crediti Mantissa *ibid. lib.* 8. *decis.* 47. *n.* 4.

151 Creditum non dieitur turbidum, si a simpliei ealeulatione pendeat Mantissa ad De Luc. *lib.* 14. *decis.* 4. *n.* 8. *vol.* 4.

152 Creditum inexigibile reputatur, si plures sententiæ eontrariæ emanaverint. Ureeol. *Consult. For. c.* 2. *n.* 18. & 20. Merlin. *de Pignoribus lib.* 5. *q.* 74. *sub n. pr.* Rot. post ipsum *decis.* 49. *n.* 2. & *decis.* 66. *n.* 4. Mantissa ad De Luc. *lib.* 11. *decis. pr. n.* 7. *vol.* 3.

153 Creditum ex perceptione Fructuum consumptum, vel saltem redditum, illiquidum non valet impedire immissionem Caprar. *decis.* 447. *n.* 12. *p.* 2. Nèe mulieri manutentionem, Idem *decis.* 30. *n.* 13. *p. pr.*

154 Crediti liquidatio requiritur antequam deveniatur ad relaxationem mandati. Caprara *decis.* 352. *n.* 3. *part. pr.*

155 Pro Credito illiquido peti non potest immissio, non præeedente illius liquidatione Caprara *decis.* 361. *n. pr. p. pr.*

156 Creditum illiquidum non valet impedire reintegrationem Caprara *decis.* 405 *n.* 6. *part. pr.* nec est aptum impedire actionem pro reintegratione Fideicommissi undique elaram, Idem *decis.* 579. *num.* 22. *part.* 2.

157 Credita illiquida non valent retardare Immissionem Caprara *decis.* 3. *n.* 3. *decis.* 4. *nu.* 11. *decis.* 284. *nu.* 15. *p. pr. decis.* 762. *n.* 5. *p.* 2.

158 Creditum ex quibus reddatur illiquidum Caprara *decis.* 410. *n.* 2. *p. pr. decis.* 423. *n.* 15. *decis.* 467. *nu.* 7. & 11. *decis.* 762. *n.* 5. *part.* 2.

159 Creditum ut reddatur turbidum, suffieiunt probationes etiam leves Caprara *decis.* 423. *n.* 32. *p.* 2.

160 Creditum, quoties provenit ex eadem eausa, non datur prius, neque posterius in tempore, sed attendenda identitas causæ omnino æqualiter determinans Episc. Roce. *cap.* 48. *n.* 7. *tom. pr.*

161 Creditum compensari debet eum debito proveniente ex eodem contractu per viam ealculi Emerix jun. *decis.* 140. *n.* 4. & vide eumdem *in Indice verb. compensatio.*

162 Creditum fidejussoris probatur ex instrumento obligationis, solutione, & molestiis passis Emerix jun. *decis.* 145. *n.* 5.

163 Creditum mercatoris probatur etiam ex propriis libris eoneurrentibus adminieulis Emerix jun. *decis.* 468. *per tot.* Non tamen pro tertio eontra tertium Idem *decis.* 493. *n.* 1.

164 Creditum probatur ex instrumento Emerix jun. *decis.* 64. *n.* 1. *decis.* 1152. *n.* 1. & vide eumdem *in Indic. verb. instrum.* Item ex instrumento solidationis computorum Idem *decis.* 574. *n.* 8. Item ex ordinibus directis publieis Banchis etiam eontra Tertium Idem Emerix *decis.* 734. *n.* 1. Item ex confessione Partis emissa in testamento, Idem Emerix *decis.* 1152. *n.* 2. Creditum quomodo probetur Pellegrin. *in Prax.* Vi-

Vicar. part. 2. ſect. 3. ſubſect. 3. interſect. 19. num. 7. pag. 232.

§. CULPA. LIII.

1 CUlpa generaliter ſumpta eſt quædam deviatio ab eo quod bonum eſt, & quod per diligentiam hominis præcaveri poterat; Dividitur autem culpa in plures ſpecies, nam alia dicitur latiſſima, quæ idem eſt cum dolo manifeſto, alia latior, quæ idem eſt cum dolo præſumpto, alia lata, alia levis, alia leviſſima, alia conſiſtens in committendo, alia in omittendo, & alia dolum continens, ſive comprehendens, alia à dolo ſeparata, & diverſa, Bart. *in l. quod Nervæ ff. depoſ.* Farinac. *quæſt.* 88. *n.* 50. *& ſeqq.* ubi benè omnes iſtas culpas declarat Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 46. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *n.* 157. *& ſeqq. fol.* 209. Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 93. *per tot.* Sebeſt. Medic. *de caſ. fort. part. pr. qu.* 10. *per tot.* Tuſch. *litt. C. concluſ.* 1092. *per tot.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtit. lib. pr. c. pr. nu.* 8. ubi infert neminem teneri ad reſtitutionem (ſecluſo contractu) ob damnum alteri datum ex culpa levi, vel leviſſima, ſed tantùm ex lata, vel dolo. Quid ſit culpa vide Brunnemann. *ſup. ff. lib.* 9. *tit.* 2. *leg.* 31. *n. pr.*

2 Culpa latiſſima, & latior quid ſit, vide in §. *Dolus num.* cùm ut dixi ſit idem cum dolo manifeſto, vel præſumpto.

3 Culpa lata, eſt deviatio indiſcreta, ſive circumſpecta, & ab ea diligentia, quàm communiter omnes ejuſdem profeſſionis, & conditionis adhibere ſolent, *l. lata culpa ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. quod Nerva n.* 17. *ff. depoſ.* Michalor. *de fratr. part.* 2. *c.* 46. *num.* 9. *&c.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 161. *fol.* 209. Farinac. *loc. ſupra cit.*

Lata culpa in contractibus æquiparatur dolo, ſecus autem in delictis, Pracl. Papp. *for. inquiſ. gloſ. Appenſate n.* 5. *&c. cum Addit.* Bart. *in d. l. quod Nerva ff. depoſ.* Farinac. *q.* 87. *n.* 14. *& ſeqq.* Pac. Jord. *loc. cit. n.* 149. *& ſeqq.* Hermoſil. *l.* 3. *gloſſ.* 7. *tit.* 3. *part.* 5. Vide Conciol. *Verb. Gabella reſol.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 11. *n.* 357. *tom.* 3.

Quòd lata culpa in pœnis pecuniariis æquiparetur dolo, Magon. *decif. Flor.* 120. *n.* 19. Joſep. Felin. *in Margarit. var. concluſ. verb. culpa*, ubi quod ſecus eſt quo ad pœnas corporales, Hermoſil. *loc. cit. num.* 12.

Lata culpa in delictis punitur mitiùs, quam dolus, levis, vel leviſſima non punitur, ubi non adeſt accuſator, & in omnem caſum mitiùs quàm lata, vide Farinac. *d. qu.* 187. *ſect.* 2. *per tot.* Pac. Jordan. *loc. ſup. cit. n.* 171. *&* 172. *fol.* 210. & dixi *in §. Dolus num...* Vide Brunnemann. *Cod. libr.* 9. *tit.* 16. *leg.* 5. *n.* 5. *col.* 828.

4 Culpa levis, dicitur deviatio incircumſpecta ad ea diligentia, quam homines diligentes ejuſdem profeſſionis adhibere ſolent in rebus ſuis.

Leviſſima autem dicitur deviatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam homines diligentiores, & diligentiſſimi ejuſdem profeſſionis, & conditionis adhibere ſolent, ut latè explicant Bart. Farinac. & Jordan. *in loc. ſup. cit.*

5 Culpa lata eſt non inveſtigare quod alii perquirere ſolent, ſimiliter culpa reputatur ſe immiſcere rei ad ſe non ſpectanti; culpa autem carere dicitur qui ſcit, ſed prohibere nequit, vel qui omittit facere actum fruſtratorium, vel dubium, an profuturum, vel non, qui omittit id, ad quod non tenetur, ut probat Pac. Jordan. *ubi ſupra n.* 173. *& ſeqq. fol.* 210. Plur. Hermoſil. *l.* 2. *gloſſ.* 1. *tit.* 2. *part.* 5.

Qualiter autem prædictæ culpæ ſpecies veniant præſtandæ in contractibus, vide Bart. *in l. quod Nerva n.* 30. *& ſeqq. ff. depoſ.* Silveſt. *in verb. Reſtitutio n.* 11. P. Stephan. de Neapol. *tractat. de reſtitution. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 8. & alibi ſæpè, ubi plures allegat, & dixi ego in locis opportunis de ſingulo contractu, plenè videndus Alvar. Pegaſ. *reſolut. for. cap.* 3. *per tot.* ubi an, & quando obliget, vel non in omnibus contractibus, & negotiis, vide Hermoſil. *l.* 2. *gloſſ.* 1. *tit.* 2. *n.* 3. *& ſeqq. part.* 5.

Culpa quando non eſt ordinata ad caſum, de quo agitur, non eſt conſiderabilis nec ad pœnam, nec ad commodum, *l. non omne ff. de ſtat. lib.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 182. *num.* 59. *&c. & caſ.* 449. *n.* 13. facit quod dixi *in §. Intereſſe num.* 35. *& §. Damnum num.* 4. Rot. *part.* 12. *recent. decif.* 26. *n.* 3. Sebaſt. Medic. *de caſ. fort. part.* 1. *quæſt.* 16. *nu.* 46. Rot. *part.* 13. *recent. decif.* 161. *n.* 21. ubi etiam quod requiritur certa, & concludens probatio, nec ſufficit ex conjecturis, & præſumptionibus elicita, facit Barboſ. *cap.* 7. *de conſtit. in* 6. *tom.* 6

Quòd culpa, licèt non ordinata ad caſum officiat aſſecuratis, quando Navarcus illam committens erat ipſe dominus mercium aſſecurararum, aliàs ſecus, Odd. *conſ.* 31. Rot. *part.* 16. *recent. decif.* 420. *n.* 21. vide *in §. Delinquens n.* 22. *in add.*

Quando autem culpa dicatur ordinata ad caſum, vide Altograd. *conſ.* 45. *n.* 18. *lib.* 2. ubi quòd tunc dicitur ordinata ad caſum, quando caſus contingere poteſt, Hermoſil. *l.* 3. *gloſſ.* 7. *tit.* 2. *part.* 5. Epiſc. Rocc. *cap.* 122. *n.* 16. *libr.* 2. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *q.* 22. *n.* 75. *ad* 88. *tom.* 4.

Quòd ubi damnum datum eſt, dolo, intret obligatio reſtitutionis in foro animæ, & idem eſt de lata culpa, ſecus autem ſi culpa levi, vel leviſſima datum ſit, probat Vaſquez *de ſucceſſ. §.* 28. *num.* 28. *verſ. illud dubium eſt.* Quo ad ſecundam partem Hermoſil. *l.* 2. *tit.* 2. *gloſſ.* 2. *n.* 1. *part.* 5.

Culpæ appellatione, venit culpa levis, non autem lata, nec leviſſima, Alciat *in l. culpæ latæ nu.* 2 *ff. de verb. ſignif.* Curt. jun. *conſ.* 19. *nu.* 6. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 3. *n.* 136. Barboſ. *de appellat. verb. ſignificat. appellat.* 64. *n.* 1. ubi tamen, quòd hoc intelligi debet juxta ſubjectam materiam, quia ubi illa ſuaderet, venit etiam dolus, & lata culpa, ſicuti quando lex, vel ſtatutum, vult aliquem teneri de culpa, quia multò magis tenetur etiam de dolo, vide Farinac. *quæſt.* 88. *n.* 91. *& ſeqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *n.* 178. *& ſeqq. fol.* 210. 7

Quòd culpa non poſſit imputari ei, qui facit rem licitam pro vitando damno, Cravet, *conſ.* 8. *nu.* 21. Thomat. *decif.* 93. *n.* 29.

Culpa tam omiſſionis quam commiſſionis regulariter non præſumitur, ſed allegenda, & probanda eſt in ſpecie, niſi eſſemus in his, quæ non ſolent contingere ſine culpa, ut incendium, furtum, & ſimilia, vel niſi ex qualitate facti culpa præſumatur, vel ſimus in eo, qui ratione officii tenetur ad cuſtodiam, vide Maſcard. *de probat. tom.* 1. *concluſ.* 467. Farinac. *quæſt.* 89. *n.* 10 *&c.* Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 3. *n.* 218. cum aliis per Pac. Jordan. *d. lib.* 14. *tit.* 13. *n.* 55. *& ſeqq. fol.* 204. dixi in *§. Animalia num. & §. Dolus num.* Tuſch. *litt. C. concluſ.* 1093. *per tot.* Thomat. *decif.* 93. *nu.* 3. *& ſeqq.* vide Pacion. *de Locat. cap.* 29. *n.* 64. *cap.* 30. *n.* 18. *& cap.* 12. *n.* 7. 67. *&* 113. 8

Culpa unius non debet alteri obeſſe, *cap. non debet de reg. jur. in* 6. Bellamer. *decif.* 694. *num.* 5. *de confeſſ. procur.* Michael. de Accolt. *conſ.* 94. *n.* 15. *&* 16. *inter conſilia Diverſ. de ultim. volunt.* per Zilett. *vol. pr.* Carlev. *de Judic. tit. pr. diſp.* 5. *n.* 28. *in fin.* 9

Culpa, ſive omiſſio commiſſa per patrem, vel alium primum acquirentem, ſive etiam per unum ex pluribus hæredibus in non ſolvendo canonem regulariter præjudicat aliis, itaut omnes cadant à jure ſuo, niſi fuerit facta diviſo de conſenſu domini, vel niſi unus ceſſaverit in fraudem aliorum, & ad illorum excluſionem, vel quando aliis nihil imputari poteſt, ut latè declarat Corbul. *de emphyt. tit. de privat. ob non ſolut. canon. ampliat.* 7. *&* 8. *per tot.* dixi *in §. Emphyteuſis n.* 11. *n.* 50. *& §. Hæres num.* 15. ubi vide plura, & alios citatos de hac materia. 10

Culpa, ſive negligentia viri in non exigendo, vel inveſtiendo dotem, mulieri præjudicare non debet, quando dos fuit ab alio quàm ab ipſa muliere promiſſa, ac etiam ſi eſſet à patre promiſſa, ſed quomodocunque vir, vel ejus hæredes tenentur dotem licèt non exactam reſtituere, *l. ſi extraneus* 33. *cum ibi not. ff. de jur. dot. l. ob res ff. de pact. dot.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *part.* 2. *num.* 77. Cyriac. *controv.* 110. *nu.* 5. Rot. *in Romana dotis* 31. *Januarii* 11

361a. coram Bichio post Salgad. *Labyrint. credit. decis.* 3. *num.* 14. *& seqq.* dixi *in §. Mulier num.* 11. *et* 12. ubi plura, & alios allegavi.

12 Culpa, vel dolus unius, an, & quando compensetur cum culpa, vel dolo alterius, dixi *in §. Compensatio n.* 29.

13 Alia plura de culpa, ejus effectibus, & obligatione remissivè Castejon. *in Alphabet. juridic. verb. Culpa*, & Com. August. Fontau. *in Biblioth. leg. part.* 4. *cod. verb. fol.* 364.

14 Culpa an, & quando considerari possit in eo, qui mercede conventa suscipit rem aliquam vehendam de loco ad locum, ut teneatur ad damnum contingens in itinere, latè Cyriac. *controv.* 166. *per tot.* & dixi plures allegando in *§. Locatio num.* 10. *et* 11. *cum addit.*

15 Culpæ mutuæ, an, & quomodo compensatione tollantur, vel extinguantur, an culposus possit opponere, vel excipere de culpa alterius, quid si unus agat de lucro captando, alter verò de damno vitando, aliaque plura in terminis evictionis sequutæ ex culpa possessoris, vel ejus antecessoris, plenè Cyriac. *controv.* 391. *per tot. et* 197. *per tot.* facit quod dixi *in §. Compensatio num.* 29. *cum addit.*

Alia de diversis culpis, & earum effectibus, idem Cyriac. *in diversis locis, ut Indice verb. Culpa*. Card. De Luc. pariter *in Indic.* Altimar. *de nullit.* Fagnan. *sup. Decretal.* Brunnemann. *sup. ff. et Cod.* Mans. Palm. Emerix & alii moderni.

16 Culpa cessante nulla pœna est imponenda Clericat. *discur. for. part.* 4. *disc.* 77. *n.* 6.

17 Ubi agitur in Criminalibus, & in actionibus descendentibus ex delicto, culpa lata nunquam æquiparatur dolo, si agitur de infligenda pœna Corporali Monacel. *in suo formul. legal. pract. tit.* 14. *formul.* 8. *sub n.* 4. *tom.* 2. & quod ex culpa lata non possit quis puniri rigore pœnæ legis, sed mitiori Monacel. *ibid.*

18 Culpa Præpositi refunditur in præponentem Monacel. *formul. legal. pract. Annot. ad formul.* 10. *sub n.* 6. *tit.* 2. *tom.* 3.

19 Prælati regulares tenentur non solum de dolo, & lata culpa sed etiam de Levi si omittant exercere ea, quæ pertinent ad eorum officium. Monacel. *cit. Annot. sub n.* 7.

20 Tertius sciens vitium animalis, nec admonens emptorem non labitur in culpam Pauluc. *dissert. leg.* 55. *art.* 4. *n.* 107. *tom.* 2.

21 Venditor non est in culpa tacendo, si res sit emptoris usui Paulnc. *ibid. n.* 108.

22 Dum culpæ præcedit casum, tunc custos de eo tenetur, licet alias non teneretur, dummodo tamen culpa sit ad illum ordinata, ut quia principaliter, & directo illum respiciat, vel saltem quod ex culpa ille casus possit evenire Pauluc. *dissert.* 71. *n.* 18. 19. *tom.* 2.

23 Culpa dicitur præordinata ad casum, quoties sive eam casus non evenisset. Pauluc. *d. dissert.* 71. *nu. sub num.* 18. *tom.* 2.

24 Culpa pluribus modis potest præcedere casum Pauluc. *d. dissert.* 71. *n.* 25. *& seqq.*

25 Culpa suos tenet Auctores Gobi. *Consult. decis.* 15. *num.* 7.

26 Culpa non præsumitur Gobi. *dicta consult.* 25. *n.* 9. sed alleganti incumbit onus probandi Gobi. *ibid. n.* 10. Quod ampliatur sive consistat in faciendo, sive in omittendo *ibid. n.* 11. & quidem certitudinariè, & specificè, & individualiter *ibid. n.* 12. & quis debeat probare illam Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 2. *q.* 21. *n.* 363. *tom.* 4. *et q.* 22. *a n.* 89. *eod. t.* 4.

27 In culpa non est, qui potuit habere justam causam eliquid faciendi Gobi. *consult. decis.* 15. *n.* 34.

28 Culpa lata futura non potest per testatorem tutori, vel administratori remitti Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *q.* 27. *n.* 301. *t.* 4. ubi hoc ampliat.

29 Culpa lata dicitur in non arare, nec serere fundum, & non percipere fructus ex re fructifera, qui per diligentes homines percipi consueverunt Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 23. *n.* 470. *tom.* 4.

30 Si culpa venditoris census casus contingeret in ipsa re, ipse tenetur, & ad eum spectat Altimar. *loc. cit. q.* 23. *n.* 487. *&* 488.

31 Lata, & Levis culpa, sed non levissima venit in contractu societatis. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *q.* 25. *n.* 243. *tom.* 4.

32 Culpa gubernatoris navis sive sit ordinata ad casum, sive non, an veniat sub Assecuratione promissa. Altimar. *loc. cit. q.* 26. *n.* 50.

33 Culpa colonorum etiam levissima in comittendo nocet possessori Emerix. jun. *decis.* 19. *n.* 5.

34 Culpa propria semper censetur excepta in quacumque materia Episc. Rocc. *cap.* 98. *n.* 2. *tom.* 1.

35 Culpæ non potest imputari alicui, si non fecerit, quod factum non erat profuturum Episc. Roce. *cap.* 129. *n.* 15. *et cap.* 151. *n.* 7. *tom.* 2.

36 Culpa requiritur ad hoc ut contractus ex capite inobservantiæ, & contraventionis resolvatur Episc. Roce. *cap.* 148. *n.* 11. *tom.* 2.

37 Culpa in Judicando an sit Judicis, vel Assessoris De Luc. *de Judic. disc.* 4. *n.* 21.

38 Culpa, fraus, & dolus non attendantur in conditionalibus, secùs verò in modalibus De Luc. *de legat. disc.* 29. *n.* 9.

39 Culpa præstanda quando sit etiam non præordinata ad casum De Luc. *de Credit. disc.* 106. *n.* 29.

40 Culpa si adsit ex parte utriusque quænam prævaleat De Luc. *de Credit. disc.* 68. *n.* 21.

41 De qua culpa teneatur vir in administratione dotis, & extradotalium De Luc. *de Dot. disc.* 61. *n.* 3. *& disc.* 168. *n.* 11.

42 Culpa non datur in Ecclesia, quæ tamquam corpus inanimatum est incapax culpæ, & pœnæ De Luc. *de Jurisdic. disc.* 102. *a n.* 17. *de Tutore disc.* 15. *n.* 12.

43 In Concursu paris culpæ potior est conditio agentis de Damno De Luca *de Dote disc.* 8. *n.* 8.

44 Culpa Consocii damnum eveniens culposus tenetur reficere De Luc. *de Credit. disc.* 89. *num.* 8., Et vide eundem *in Indice verb. socius.*

§. CUMULATIO. LIV.

1 CUmulatio actionis criminalis, & civilis qualiter admittatur, & quomodo una intentata possit alia intentari, & qualiter alteri per alteram derogetur, Clar. *§. fin. quæst.* 2. *per tot.* Pract. Papp. *for. libel. act. real. glos. Salvo jure nu.* 10. *ubi Addit. & act. hypoth. glos.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 935. *n.* 28. Farinac. *quæst.* 100. *nu.* 120. *& seqq.* Pac. Jordan *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 9. *num.* 16. *& seqq. fol.* 160. ubi plura de cumulatione diversarum actionum, an, & quando sit permissa, vel non, Tusch. *litt. C, conclus.* 1096. Paul. Christin. *decis.* 154. *v l.* 2. ubi etiam de cumulatione aliarum actionum, Ricc. *Collect.* 636. 935. 1101. *&* 2449. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 114. latè Sanfelic. *decis.* 72. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 173. latè Carpzov. *in prax. part.* 3. *quæst.* 39. *num.* 41. Vide Brunnemann. *Cod. lib.* 3. *tit.* 8. *leg.* 31. *col.* 189.

2 Cumulatio remedii adipiscendæ, & recuperandæ quando, & quomodo admittatur, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 173. *num.* 16. *etc.* Pacif. de Salvian. *Inspect.* 1. *cap.* 3. *num.* 51. *et seqq. per tot.* Menoch. *de adipis. poss. remed.* 4. *num.* 510. *& seqq.* Et interdictum retinendæ non potest cumulari cum interdicto adipiscendæ Crescin. ad Abecclef. *observat.* 197. *n.* 6. *part. pr.* possunt tamen interdicta retinendæ, & adipiscendæ cumulari subordinatè Crescin. *loc. cit. nu.* 7. Et possessorium retinendæ, & recuperandæ possunt cumulari in eodem libello à civiliter possidente, vel conditionaliter, vel subordinate *ibidem n.* 8., & intellige, ut *n.* 9.

3 Cumulatio petitorii cum possessorio qualiter in spolio non admittatur etiam stante clausula, *arbitrio &c.* Cavaler. *decis.* 507. *per tot.* Merlin. *decis.* 57. *per tot.* vide Deluc. *de Judic. disc.* 15. *num.* 11. *disc.* 20. *nu.* 5. *disc.* 24. *num.* 77. Pen. *decis.* 1304. Crescin. ad eumdem Pen. *decis.* 51.

Quando admittatur cumulatio petitorii, & possessorii, Card. Millin. *decis.* 258. *num.* 4. Thomat. *decis.* 40. *num.* 40. ubi quòd admittitur parte non opponente. Ansald. *decis.* 30. *n.* 40. *&* 41. Spad. *cons.* 279. *num. pr. libr.* 2., Crescin. ad Pen. *decis.* 1304.

Item quando per supervenientiam novi tituli sine alia declaratione cumuletur nova causa possidendi, idem Millin. *decis.* 431. *num.* 3. *&* 4 dixi *in §. Possessio num.*

num. 23. & §. Uxor. num. 38.

4 Cumulatio cauſarum qualiter fiat ſtante individuitate judicii, ad quem judicem ſpectet illas omnes cognoſcere, quòd regulariter ad primum, qui præoccupavit, & prævenit, idem quo notarios, ut illi, qui primam habuit ſint aliæ cumulandæ, & alia plura de regulis obſervandis in cumulatione plurium cauſarum ad unum judicem, vel Notarium, ne quia aliàs indebitè à pluribus, & in diverſis tribunalibus, vel à pluribus judicibus, & Notariis, etiam in eodem Tribunali veaetur. Salgad. *Labyrint. credit. part. 1. cap. 2. n. 3. cap. 4. num. 6. & ſeqq. et num. 37. & ſeqq.* facit Sanſelic. *deciſ. 72. num. 37. & ſeqq. per tot.*

5 De cumulatione actionum, & remediorum diverſorum an, & quando ſit permiſſa, vel non, Laurent. Urſel. *concl. 35. per tot.* Capye. Latr. *deciſ. 101. lib. 1.* & alii relati à Com. Anguſt. Fontan. *in Bibliotb. leg. part. 4. verb. Cumulatio fol. 365.* Chirogrophor. de Paz. *tract. de tenuta cap. 70.* vide *in §. Calumnia nu. 7.* vide Sanz. *de re Criminal. controv. 35. num. 12.* Card. De Luc. *in Indic. verb. cumulatio* Epiſc. Rocc. *cap. 86. libr. 1.* Brunnemann. *ſup. ff. & Cod.*

6. Cumulatio pœnarum, vel ſummarum reſultantium ex eodem delicto, vel ex eadem actione, ſive petitione eſt facienda ad ſavorem Judicis majorem juriſdictionem habentis cum peremptione juriſdictionis inferioris Judicis, qui poteſt cognoſcere tantùm cauſas uſque ad certam ſummam limitatam, & abindè ſupra alter Judex ſuperior, maximè ſi verſetur favor in dicta cumulatione, ut latè explicat Cyriac. *controv. 66. per tot.* vide *in §. Judex num. 13. cum addit.*

7 Cumulatio petitorii cum poſſeſſorio qualiter admittatur, ubi cauſa coram ſupremo Judice, vel ſola facti veritate inſpecta cognoſcitur, vel cum de proprietate ita conſtat, ut reddatur calumnioſa ſuſpenſio, vel cùm de conſenſu partium fuerunt factæ probationes ſuper utroque, & ſententia tunc habet executionem ſolum in petitorio, Cyriac. *contr. 642. n. 5. & ſeqq.* Epiſc. Rocc. *cap. 86. libr. 1.* Creſcin. ad Pen. *dict. deciſ.* 1304.

8 Cumulatio quadruplex eſt Brunnemann. *ſup. Cod. lib. 3. tit. 26. leg. 8. n. 6. column. 245.*

9 Quando utraque actio ex delicto orta tendit ad vindictam, una alteram conſumit Brunnemann. *loc. cit. libr. 3. tit. 35. leg. 3. n. 5. column. 241.*

10 An, & quatenùs actio civilis, & criminalis ex eodem facto deſcendentes, cumulari poſſint Brunnemann. *loc. cit. libr. 9. tit. 31. leg. unic. a n. pr.*

11 Actio *l. Aquil.* cum actione injuriarum comulari poteſt Brunnemann. *loc. cit. libr. 9. tit. 35. leg. pr. n. 2. column. 908.* Et actio *L. Aquil.* tollit criminalem Idem *ibidem leg. pr. n. 4.*

12 Quando una quæſtio eſt præjudicialis reſpectu alterius, nulla datur actionum cumulatio. Brunneman. *ſup. Cod. libr. 9. tit. 35. leg. 10. n. 3.*

13 Si quis poteſt actiones plures cumulare an excludatur cognitio Judicis habentis reſtrictam juriſdictionem Brunnemann. *ſup. ff. libr. 2. tit. pr. leg. 11. n. pr.*

14 Cumulus actionum in effectu una eſt Brunnemann. *ſupr. ff. libr. 43. tit. 3. leg. pr. n. 7.*

15 Quando ex facto rei incertum, quæ actio teneat, duæ dictari poſſunt actiones cum proteſtatione, quod ex alterutra obtinendum, quod debetur Brunneman. *ff. libr. 43. tit. 3. leg. pr. n. 6.*

16 Petitio hæreditatis alternativè cum interdicto *quorum bonorum* comulari poteſt Brunnemann. *ff. libr. 43. tit. 3. leg. pr. n. 5.*

17 Remedium nullitatis cum appellatione quando conjungi poſſit. Brunnemann. *ff. ff. lib. 43. tit. 3. l. pr. n. 8.*

18 In Proceſſu Criminali petitio condemnationis, & torturæ cumulari poteſt, idem Bruneman. *ibid. n. 12.*

19 Appellatio cum reſtitutione in favorem minoris comulari poteſt. Bruneman. *loc. ſupra cit. n. 13.*

20 Rei vendicatio cum juditio communi dividundo comulari non poteſt Bruneman. *ff. ff. lib. 44. tit. 1. l. 18. num. 1.*

21 Cumulum poteſt nullitas, & reſtitutio in integrum, & nullitas, & appellatio Altimar. *de nullit. rubr. 6. quæſt. 8. tom. 1.*

§. CURATOR. LV.

Curator datur vigore ſtatuti, ut interveniat in contractu minoris, vel mulieris, tenetur jurare contractum eſſe illis favorabilem, nec poſſe eiſdem nocumentum afferre, & in caſu læſionis, ejus bona remanent obligata, ſicuti de quodam Doctore, qui tanquam curator fuit coactus ſolvere ſcuta ducenta, refert Pic. *ad Stat. Urb. gloſ. 20. num. 25.* Burat. *deciſ. 220. num. 4. deciſ. 924. nu. 52.* Gregor. *deciſ. 333. num. 6.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 378. num. 8.* ubi quòd ex defectu dicti juramenti annullatur contractus. 1

Et quòd de jure non poſſit talis Curator in eodem inſtanti, vel brevi tempore auctoritatem præſtare, ſed omnia debeat prius diligenter examinare, licèt contrarium ſervetur de conſuetudine, vide latè Surd. *deciſ. 334. per tot. lib. 2.* facit quod diai *in §. Decretum num...*

Quòd non poſſit dari curator ad contractum minori alium tutorem, vel curatorem habenti, niſi illo remoto per text. *in l. curatorem C. qui dar. tut. vel curat.* Rot. *in Peruſina donationis 21. Junii 1613.* coràm Cavalerio poſt Pacif. de Salvian. *deciſ. 120. nu. 5. &c.* Altimar. *de nullit. rubr. 11. quæſt. 32. n. 41. & 74. tom. 2.* Caprar. *deciſ. 116. n. 6. part. 1.*

Curator præſens, & tacens non dicitur præſtare auctoritatem, ſed requiritur loquela prout idem eſt in tutore, unde muti hujuſmodi officiis fungi non poſſunt, & debet illam præſtare in ipſo actu, nec ſufficeret ante, vel poſt interveniſſe, cùm requiratur pro integranda perſona contrahentium, ſecus ſi conſenſus, vel auctoritas requireretur propter intereſſe illius, qui debet conſentire, nam tunc ante, & poſt præſtari poſſet, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 647. nn. 3. & ſeqq.* 2

Curator non poteſt dari in teſtamento, & datus debet à judice confirmari, tam de jure civili, quàm canonico ad petitionem ipſius minoris, aliàs omnia per eum geſta, ſunt ipſo jure nulla, ita volente ipſo minore, niſi eſſet datus furioſo, prodigo, vel mentecapto, quia tunc valeret datio Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 225. per tot. et cap. 282. per tot.* ubi ſuſtinet confirmationem curatoris factam præſente minore, licèt non appareat de illius petitione, & inſtantia, facit Montan. *de tut. cap. 8. n. 20. cap. 29. num. 13. & ſeqq. & cap. 37. reg. pr. num. 86. &c.* Rot. *part. pr. recent. deciſ. 470. nu. 2. &c.* & in alia cauſa poſt Salgad. *Labyrint. credit. deciſ. 33. num. 10.* Ludoviſ. *deciſ. 260. n. 8. & 9.* ubi etiam *nu. 10.* quòd in hoc non attenditur communis error, & reputatio ad effectum convalidandi actus geſtos à falſo curatore, vide in *§. Pater num.* Capell. Tholoſ. *quæſt. 270.* ubi quòd ideò ſi non adminiſtravit non tenetur de negligentia ante confirmationem, & tantò minùs ſi ſit datus in teſtamento non ſolemni, Sanfelic. *deciſ. 207.* ubi etiam an ſit confirmandus potiùs à patre datus, vel ab adulto petitus, & reſolvit præferendum eſſe nominatum ab ipſo adulto, qui ſi curatorem petere recuſaverit, poteſt per judicem tunc confirmari datus à patre, latè Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæſt. 6. ſect. 1. n. 135. tom. 3.* Amat. *reſol. 96. n. 3.* Baron. *de effect. min. ætat. circ. contract. eff. 1. n. 93.* 3

Curator datus in teſtamento ſi adminiſtraverit, poteſt conveniri actione negotiorum geſtorum, non autem pro tutelæ, vel procuræ, & quid hoc importet, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 335. per tot.* Montan. *de tut. cap. 29. num. 34. in fine*, Socin. jun. *conſ. 79. lib. 2.* Guttierez. *de tut. cap. 12. nu. 6.* Sanfelic. *deciſ. 207. n. 3.* Altimar. *loc. cit. n. 137.* 4

Curatores in pauciſſimis differunt à tutoribus, & in diſpoſitione legis, quidquid ſit in diſpoſitione hominis, unus venit appellatione alterius, unde ſtatutum de uno loquens, in altero etiam verificatur, Montan. *de tut. cap. 29. num. 1. &c.* ubi nonnullas tamen adducit differentias. 5

Quòd multoties curator accipiatur pro tutore, & è contra, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 830. nu. 1. &c.* benè Rot. *part. 14. rec. deciſ. 473. nu. 11. & ſeqq.*

Curator tenetur conficere inventarium, & quomodo, aliàs patitur juramentum in litem, & quando poſſit excuſari, vide latè Montan. *de tut. cap. 32 reg. 5. & reg. 6. per tot.* Altimar. *loc. cit. n. 144.* 6

Ad

Ad quæ teneatur tutor, & quid possit, Tusch. litt. C, concl. 1106. & seqq.

Item est illi decernenda administratio à judice, debet jurare utilia facere, & inutilia prætermittere, satisdare, & suis loco, & tempore rationem reddere cum reliquorum restitutione, Magon. decis. Flor. 139. nu. 6. &c. Montan. dict. cap. 32. reg. 7. per tot. Altimar. loc. supra adduct. n. 145.

Datus tamen ad unicum actum non adstringitur ad solemnitates, Rot. part. 14. recent. decis. 473. ubi plura ad sustinendum contractum, Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 6. sect. 1. num. 146. tom. 3.

7 Curatores non dantur inviti, sed voluntarii sunt quærendi, nisi ex necessitate, vel magna commoditate, vel nisi essemus in curatore dando pupillis, prodigis, vel furiosis ad integrandam illorum personam, vel in curatore ad lites, ut latè declarat Montan. de tut. cap. 29. nu. 20. & seqq. Paul. Christin. decis. 148. nu. 12. &c. vol. 3. Mastrill. dec. 174. per tot. Altimar. ubi supra num. 30.

Non etiam dantur invitis minoribus, sed illis volentibus, præterquam Regibus, & Principibus, ac omnibus aliis jurisdictionem habentibus, quibus etiam invitis ob publicam utilitatem dantur curatores, Montan. de tut. cap. 28. num. 87. & cap. 29. n. 16. Gratian. discept. forens. cap. 225. num. 5. & seqq. & cap. 914. n. 22. Christin. d. decis. 148. n. 12. &c. vol. 3. Thomat. decis. 85. num. 12. ubi simpliciter quòd non datur invitis, juxta text. in §. 2. Instit. de Curat. plura Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 4. n. 160. tom. 2. & dict. rubr. 1. quæst. 6. sect. 1. n. 139. tom. 3.

Et regulariter durant usque ad 25. annum completum minoris, Montan. de tut. cap. 37. reg. 2. n. 1. &c. ad 98. Tusch. litt. C, concl. 1112. per tot.

Quòd etiam invitis minoribus debeat dari curator ad litem, ita ut si ipsi fuerint contumaces sibi curatorem eligendo, teneatur judex ex officio providere; ne fiant acta nulla, §. item inviti Institut. de curat. Boer. decis. 92. Giurb. plures allegans, & late comprobans decis. 109. per tot. Jovi. de solemnit. in contract. minor. gloss. 22. §. 28. n. 43. Altimar. dict. q. 6. sect. 1. n. 140. tom. 3.

8 Curatores dantur Ecclesiæ vacanti, item bonis debitoris distrahendis quando est persona egregia, item bonis illius, qui bonis cessit, ut rectè, & æquè distrahantur inter creditores, item pupillis ad lites, item bonis absentium, vel vagabundorum, quorum mors ignoratur, nisi procuratores dimiserint, vel nisi agatur de latitantibus sua culpa, item Regibus, Ducibus, Comitibus, & Baronibus si ex accidenti fiant inhabiles, non tamen dantur cæcis, cùm ipsi etiam aliorum tutores remaneant, vide Montan. de tut. cap. 28. nu. 66. & seqq. per tot. Salgad. Labyr. creditor. part. 1. cap. 2. §. unic. cap. 13. per tot. ac alibi, sæpè ut in Repert. verb. Curator, ubi plura de curatore, vel administratore dando bonis, de quibus debet fieri concursus inter creditores, & de ejus officio, & potestate. Plura Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 4. n. 160. t. 2.

Qualiter, & quomodo dentur bonis absentium, & vagabundorum, & quæ tunc requirantur, vide Menoch. de arbitr. cas. 150. nu. 15. & seqq. per tot. Ricc. Collect. 2757. Et in hac cura præferuntur illi, qui & in succedendo essent præferendi, excepta matre, & avia, quæ licèt esset à successione exclusa, non tamen intelligitur exclusa à tutela, & cura filii, cùm illam habeat ob fiduciam, non ob successionis commodum, nisi expressè excludatur etiam à tutela, idem Menoch. d. cas. 150. num. 32. & seqq. per tot. vide in §. Tutela num.... Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 32. nu. 85. & 103. rubr. 12. quæst. 16. nu. 36. & dict. rubr. 51. quæst. 31. num. 64. tom. 2. & rubr. 1. quæst. 6. sect. 5. n. 203. tom. 3. De Matin. libr. 2. resol. 43.

Quando possit curator bonis dari, vel non, & quæ requirantur, latè Tusch. litt. C. conclus. 1104. per tot.

Curator debet dari hæreditati jacenti dum hæredes deliberant circa aditionem, aliàs processus contra
9 illam factus esset nullus, etiam si extaret filius propter beneficium abstinendi, & hoc ex officio judicis cum decreto administrationem decernentis, qui quidem curator potest movere actiones, distrahere peritura, compromittere vigore statuti, & omnia alia necessaria expedire; Non erit tamen opus curatore quando de proximo speratur successor, cui datur terminus ad adeundum, vel repudiandum, nec quando agitur de re modici præjudicii, & quando agitur de satisfaciendo creditoribus, non datur, nisi prius nominatim citatis illis, quorum interest, & prima causa successionis tangit, Montan. de tut. cap. 28. n. 56. & seqq. ad 66. Menoch. de arbitr. cas. 150. per tot. Galvan. consil. 45. per tot. vide in §. Hæreditas nu.... Ridolphin. in Prax. par. 1. cap. 5. num. 46. & seqq. per tot ubi quibus aliis dari debeat curator ad lites, & alia de hac materia Salgad. Labyrint. creditor. part. 3. cap. ult. num. 71. & seqq. & part. 1. cap. 32. per tot. Rot. part. 14. recent. decis. 227. ubi quod non potest hæreditas dici jacens, si adsit hæres, qui ideò debet citari, & non curator nulliter datus, aliàs judicium, & mandatum est nullum, plura Altimar. loc. supra cit. rubr. 11. quæst. 32. n. 85. et dict. rubr. 1. quæst. 6. sect. 1. num. 189. tom. 3. Crescin. ad Abeceles. obser. forens. part. 1. observat. 156. n. 18. & 19. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 2. sect. 3. subsect. 3. intersect. 5.

Quinque requisita servanda in hujusmodi datione curatoris hæreditatis jacentis, nempè ut detur ad instantiam majoris partis creditorum, citentur nominatim illi, quorum est prima causa succedendi, statuatur tempus ad deliberandum, fiat inventarium, & præstetur satisdatio, vide per Capyc. decis. 87. nu. 1. & seqq. quem sequitur Cavaler. decis. 414. num. 4. latè Tusch. litt. B. conclus. 1106. ubi à quo dari debeat, & quid possit, Ridolphin. loc. cit. num. 48. & seqq. infr. nu. 13. versic. Quod licet, Rot. post Merlin. de pignor. decis. 85. nu. 2. &c. Vide Crescin. ad Abeceles. dict. observat. 156. n. 19. part. 1. Pellegrin. cit. intersect. 5.

Quod possit dari etiam, dum disputatur, an hæreditas sit jacens, vel non, ut undequaque judicium reddatur validum, Merlin. decis. 668.

Quod curator datus hæreditati jacenti possit facere compromissum necessarium vigore statuti, non autem voluntarium, Dec. cons. 12. Ang. cons. 192. Benintend. decis. Bonon. 21. num. 5. & 12. Altimar. dict. rubr. 1. quæst. 6. sect. 1. n. 190. tom. 3. Fsgnan. in cap. cum tempore n. 24. 28. & 40. de Arbitr.

Item potest præsentare ad beneficia vacantia de jurepatronatu hæreditatis, Vivi. de jurepatr. lib. 4. cap. 5. num. 6. lib. 12. cap. 9. num. 44. Barbos. de jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. n. 330. Salgad. Labyrint. creditor. part. pr. cap. 14. num. 91. Romaguer. in Addit. ad Conciol. stat. Eugub. lib. 2. rubr. 35. n 29. ubi etiam num. 15. & seqq. alia traduntur de obligatione, & potestate dicti curatoris, & qualiter differat à curatore bonorum. Altimar. loc. supra adduct. sect. pr. n. 191.

Curator hæreditatis jacentis habet hypothecam pro 10
suo salario cum prælatione quoad omnes alios creditores hæreditatis licèt anteriores, Matt. Medic. decis. 19. per totam. Merlin. de pign. lib. 3. quæst. 5. nu. 30. Altimar. ubi supra n. 192.

Curator an possit dari minori ad auctorandum in 11
donatione per eum fienda, vide in §. Minor nu. 21. ubi quod non, & probat Rot. post Pacif. de Salvian. decis. 120. nu. 6. &c. quæ est coram Cavalerio 21. Junii 1613. in Perusina donationis inst. n. 26.

Posse tamen ad hunc effectum donandi etiam inter vivos, constitui mulieribus, videtur præsupponere, Gratian. discept. forens. cap. 657. num. 12. &c.

Curator ad lites debet dari pupillo citatis prius om- 12
nibus consanguineis, & amicis, quibus nolentibus hujusmodi munus suscipere, judex providet ex officio, Gratian. discept. 225. num. 28. etc. & cap. 668. nu. 26. Montan. de tut. cap. 17. num. 1. & num. 9. vide in §. Minor num. 1. & §. Pupillus num. 16. Paul. Cristin. decis. 158. vol. 3. & ad leg. Municip. tit. 19. art. 25. Ricc. Collect. 843. 2314. Rot. par. 9. recent. decis. 248. num. 13. & par. 11. decis. 50. num. 2. &c. decis. 159. n. 12. &c. par. 12. decis. 51. nu. 7. & seqq. & decis. 175. num. 21. & seqq. Giurb. decis. 109. per tot. ubi quo ad lites datur etiam invitis, Rot. par. 13. decis. 192. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 6. sect. 1. n. 193 tom. 3.

Plura de curatore minori dando ad lites cujus expensis sit dandus, & alia, Fontanell. decis. 273. 275. & 276. ubi etiam an dicto curatori debeatur salarium.

Cu-

13 Curator ad lites, prout nec tutor, vel actor non poteſt inter abſentes per epiſtolā conſtitui, cùm requiratur decretū judicis, quod non debet ſtare in pendenti, & cùm tales curatores, & tutores teneātur ſe obligare ad multa, quod facere nō poſſunt, niſi ſint præſentes, Gen. *de ſcri. privat. lib.* 3. *quæſt.* 16. *per tot. fol.* 136. Capell. Tholoſ. *quæſt.* 247. ubi qualiter teneantur bona ſua obligare, ſatisdare, utilia facere, inutilia prætermittere, & indefenſum non relinquere ad inſtar tutoris.

Quòd licet de jure tales curatores ad lites teneantur ſatiſdare, tamen ſecus ſit de ſtylo ſervari ſolito in omnibus Curiis, & Parlamentis, ſecundum quem admittuntur ſine dicta cautione, vide Gratian. *deciſ.* 75. *per tot.* Buratt. *deciſ.* 524. *nu.* 10. Ridolphin. *in praxi par.* 1. *c.* 5. *num.* 55. ubi de ſtylo Rotæ Romanæ.

14 Curator datur ventri viduæ prægnantis, ut illi cibum, potum, veſtitum, & tectum pro facultatibus, & dignitate ex defuncti bonis tribuat, Montan. *de tut. cap.* 27. *num.* 13. *& cap.* 29. *num.* 11. vide *in §. Mater num* ... *& §. Præteritio num.* .. Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 182. *per totum* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 6. *ſect.* 1. *num.* 195. *tom.* 3. Vela *diſſert. pr. num.* 48.

15 Curator datur omnibus illis, qui ſuis rebus ſupereſſe nequeunt, ut captivis, mutis, ſurdis, ac furioſis licèt majoribus 25. annis, ſive ſint perpetuò furioſi, ſive ad tempus, id tamen fieri debet cum plena cauſæ cognitione, & non procedit quando furioſus habet patrem, filios, vel agnatos, ad quos illius cura ſpectat, & tenentur de ejus delictis ſi negligenter cuſtodiant, Montan. *de tut. cap.* 28. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 25. Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 476. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 13. vide *in §. Furioſus n.* 8. Altimar. *loc. cit.* & vide infra *in noviſſimis addi.* Creſcin.

Rectè tamen datur etiam habenti patrem, ſed fugitivum. Coccin. *deciſ.* 378. *num.* 8. ubi agitur de recuperandis bonis per patrem alienatis. Altimar. *ibidem n.* 196.

Datur etiam mentecaptis, & qualiter conſtare debeat de furore, & potius credatur teſtibus deponentibus de ſana mente, quàm de furore, Rot. penès Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 30. *per tot.* Boer. *deciſ.* 23. *num.* 35. 79. 98. *etc.* ubi quod furioſo datur à lege, prodigo autem à judice, & cui eſt datus à lege, dari non oportet, an datio curatoris impediat teſtamenti factionem, & alia.

Item datur ſeni delito, Montan. *de tut. cap.* 28. *nu.* 25. Altimar. *ibidem n.* 197.

An autem filiofamilias litiganti, vide *in §. Filius num.* ...

Item ad inſtar furioſi datur prodigo etiam non petenti, debet tamen citari, niſi eſſet notoriè prodigus, & valet datio, ac interdictio adminiſtrationis etiam ſi non eſſet verè prodigus, donec per appellationem fuerit revocata, Montan. *de tut. dict. cap.* 28. *nu.* 26. *et ſeqq. ad* 49. Cavaler. *deciſ.* 273. *per tot.* vide *in §. Prodigus num.* ...

Item datur aſſiduo luſori, ac mulieri prodigè, & luxurioſè viventi, quod ſecundum aliquos extenditur etiam ad virum pariter luxurioſum, licèt contrarium ſit verius, niſi ſit etiam prodigus, ita ut mulier luxurioſa poſſit etiam à fiſco ſpoliari donis datis ab amaſio, vide Montan. *d. cap.* 28. *nu.* 49. & quæ dixi *in §. Meretrix num.* ... Altimar. *ubi ſupra n.* 200. Vide infra *in noviſſ. addi.* Creſcin. *n.* 38.

Quibus dari poſſit curator, vel non, latè Tuſch. *litt. C, concluſ.* 1103. *per tot* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 173. *per tot. vol.* 3. Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 273. *et* 476. *per totum.*

Quòd datus prodigo, ſicut interdictio illi facta, ubique locum obtineat etiam extra territorium, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 15. vide *in §. Prodigus num.* ..

16 Curator non tenetur de geſtis à tutore, nec è contra, ut dixi *in §. Tutor num.* niſi nomina aſſignata agnoverit, & aſſumpſerit, vide Montan. *de tut. cap.* 39. *n.* 262. *etc.*

Qualiter plures curatores dati nulla facta diviſione teneantur in ſolidum, maximè ſi omnes adminiſtraverint, Tuſch. *litt. C, concluſ.* 1118. *per tot.* Coccin. *deciſ.* 378. *num.* 7. vide *in §. Tutela.*

Curatorem quem eſſe, quomodo ex curſu temporis præſumi poſſit, vide latè Surd. *deciſ.* 231. *per tot.* 17

Curatores, tutores, & ſimiles, non poſſunt eſſe teſtes in cauſa minoris, vel pupilli, ut latè declarat Farinac. *quæſt.* 60. *illat.* 8. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 561. *fol.* 333. vide in §. *Teſtis num. & §. Tutor. num.* ... 18

Plura de Curatoribus latè, ſed confusè, vide per Balthaſ. Thomaſ. in ſuo uberrimo *tract. de tutor. & curat. per tot.* & præcipuè *Dec.* 4. *tract. pr. ſol. mihi* 1120. *& ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *var. ſenteat. tit.* 473. *de curat. in gen. etc.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 6. *ſect. pr. tom.* 3.

Curatores, & tutores qualiter poſt litem conteſtatam tanquam domini litis effecti, poſſint etiam invito adverſario procuratorem in cauſa conſtituere, vide Benintend. *deciſ. Bonon.* 80. *per tot.* & dixi *in §. Tutela num.* 41. ubi plura. 19

An autem, & quando poſſint cogi, vel non ad reſpondendum poſitionibus, & reſpondendo de facto, an præjudicent pupillis, & alia ad hoc propoſitum, Michalor *tract. de poſit. cap.* 68. *per tot.*

Curator non poteſt hæres inſtitui à ſuo pupillo, vel adulto, quicquid ſit in legatis, quorum ceſſante dolo eſt capax curator, Caſtr. *conſil.* 231. *vol* 2. Cavalcan. *de tut. & curat. n.* 279. Montan. *eodem tract. cap.* 30. *nu.* 79. *&* 80. Duen. *regul.* 31. *verb. Adminiſtrator ampliat.* 6. Peregrin. *de jur. fiſc. tit.* 6. *n.* 12. Martha *vot. Piſ.* 198. *num.* 3. *& ſeqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 14. *ſect.* 3. *num.* 4. *tom.* 3. De Luc. *de teſtam. diſc.* 50. *à n.* 4. *& ſeqq.* 20

Curator, tutor, vel procurator alienans, vel aliter contrahens, an & quando obligetur in proprio de evictione, vel tantùm nomine officii, vide latè Mangil. *de evict.* 186. 187. *&* 188. *per tot.* dixi plures allegando *in §. Tutela num.* 27. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 7. *ſubſect.* 1. *n.* 104. *tom.* 3. Cala *de reſtit. q.* 15. Theſaur. *q. q. Forenſ. lib.* 3. *q.* 14. 21

Curator deputatus minori ad certam cauſam in uno loco veluti in prima inſtantia agitatam, tenetur comparere, & illum defendere etiam in alio loco, & coram alio judice, veluti appellationis, quando cauſa eſt eadem, ſecus autem ſi cauſa eſſet diverſa, Menoch. *conſ.* 790. *n.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 225. *num.* 68. Put. *deciſ.* 197. *lib.* 2. Rot. *part. pr. recent. deciſ.* 674. *num.* 6. & poſt Merlin. *de pign deciſ.* 104. *n.* 2. *&c.* 22

Curator datus à judice tam in judicio, quàm extra poteſt ea omnia facere, quæ poteſt tutor, cùm iſta nomina ſæpè invicem confundantur, maximè ſtante clauſula, *omni meliori modo*; poteſt etiam dari uterque ad unicum actum (licèt quo ad tutorem contrarium ſit de jure, ſed ſuſtinetur de conſuetudine,) & ſic datus non tenetur ſolemnia adimplere, ſed ſi videat bona (etiam infantis) eſſe peritura, vel imminere grande æs alienum, nec aliquem adeſſe tutorem, poteſt ſi fuerit à judice deputatus de conſilio conjunctorum providere, & ſuſtinetur contractus, nam geſta etiam à tutore, vel curatore minus legitimè conſtituto, ſæpè approbantur, ne bona fide cum illis contrahentes decipiantur, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 89. *num.* 9. cum aliis pluribus relatis per Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 473. *per tot.* vide *in §. Alienation.* 23. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 107. *& deciſ.* 213 *in eadem cauſa*, ubi fuit confirmata prima deciſio, & reſolutum hujuſmodi curatores ad certum actum deputatos non teneri ſatiſdare, maximè de conſuetudine, & poſſe dari etiam ubi adeſt tutor generalis, ſtante illius abſentia, ac aliis circumſtantiis, ex quibus ſuſtinetur contractus. 23

Sed pro nullitate deputationis dicti curatoris, & contractus ab eo geſti non ſervatis prius de jure ſervandis, & non probata dicta conſuetudine in individuo præſcripta, in contradictorio judicio obtenta, & per nullum actum contrarium interrupta, latè Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 206. *num.* 10. *& ſeqq. per tot.*

Curatores qui propriè ſint, & unde dicantur; quot ſint illorum ſpecies, quibus dentur, qui, & à quibus dari poſſint; quando, quomodo, & in quo loco dari debeant; quæ facere, & adimplere teneantur, qui poſſint, vel debeant petere, & facere conſtituere curatores; quam auctoritatem habeant ipſi curatores, an poſ- 24

ſint

ſint facere compromiſſum tam neceſſarium vigore ſtatuti, quàm voluntarium, & alia hujuſmodi circa bona adminiſtrata, vel perſonas, quarum curam gerunt; an poſſint præjudicare minori per eorum conſeſſiones tam in civilibus, quàm in criminalibus, & de conſuetudine; & an ipſi minores per ſe confitendo ſine eorum auctoritate ſibi præjudicent maximè in criminalibus, & quando curatores poſſint ſe excuſare ab hoc munere, vel non, & an poſſint uti ſuſpecti removeri, & ex eiſdem cauſis ſicut tutores; quouſque curatorum officium duret, & finiat; qualiter finita cura teneantur rationem reddere, & reliqua reſtituere actione mandati, vel in factum, quid ſi fuerint inutiliter teſtamento dati; regulariter tenentur tantùm de dolo, & lata culpa, non levi, & tantò minus de leviſſima, & caſu fortuito; ſi ſint plures curatores, an agant, vel conveniantur in ſolidum; & alia de hac materia plenè Balthaſ. Thomaſ. *in tractat. de tutor. & curat. Deca. 4. per tot. fol. mihi* 1120. *& ſeqq. ad* 1165. plura Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 6. *ſect. pr. per tot. tom.* 3. Cardinal. de Luc. *in Indice verbo Curator* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 3. *interſect.* 5. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judicial. cap.* 39. Brunnemann. *ſup. ff. & Cod.*

25 Curatores, & tutores non poſſunt per conſtitutum transferre poſſeſſionem rerum ab ipſis adminiſtratarum, niſi alienarent ſervatis de jure ſervandis, & in caſibus permiſſis, quia tunc poſſent tradere, & transferre poſſeſſionem, etiam mediante conſtituto, ut benè explicat Tiraquel. *tract. de Conſtit. lim.* 15 *&* 16. ubi idem in ſimilibus adminiſtratoribus, & ſequitur Hieron. Marilian. *in repert. l. quoties, Cod. de rei vendic. num.* 92. *& ſeqq.* habetur poſt ejuſdem deciſiones *fol. mihi* 21. vide *in §. Conſtitutum.*

26 Curatores, tutores, cæterique adminiſtratores poſſunt bona minorum remunerationis cauſa donare, etiam ſine judicis decreto, cùm non videatur donatio, ſed potius debiti ſolutio, compenſatio, vel permutatio, intelligendo quatenus merita donatarii ſint æquivalentia rebus donatis arbitrio judicis æſtimanda, quæ concluſio in rebus mobilibus tranſit ſine ſcrupulo, in immobilibus verò ſatis eſt controverſa, licèt etiam in iſtis communem aſſerat, & ex pluribus probet Viv. *comm. opin.* 222. *per tot. in verb. Donatio, ubi num.* 23. dicit in omnem cauſam, ſive caſum poſſe tutores, & curatores, Principis bona donare, quatenus Princeps conſuerus erat, vide Simoncel. *de decret. lib.* 1. *tit.* 2. *inſpect.* 4. & alios, quos allegavi *in §. Donatio num.* 25. *& §. Minor num.* 21. *ſup. num.* 11. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 2. *n.* 89. *&* 90. *tom.* 8.

27 Curatores, ac tutores poſſunt facere pacem de injuria, & morte patris pupilli, vel minoris, etiam ſi mora ſit notoria, ſicut & ipſe minor abſque tutoris, vel curatoris auctoritate, & ſine ſpe reſtitutionis in integrum, maximè quo ad rancorem, & vindictam, quicquid fortè ſecus ſit quo ad intereſſe pecuniarum pro injuria, vel damno debitum, an valeat promiſſio pœnæ, & alia ad rem, Vivian. *commun. opinion.* 564. *verb. Pax*, latè Balthaſ. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.* 29. *cap.* 24. *num.* 3988. *& ſeqq. fol. mihi* 898. plenè Farinac. *quæſt.* 15. & alii plures per me citati *in §. Pax n.* 5. *& §. Tutor n.* 29.

28 Curator ſi fuerit datus alicui tanquam minori in judicio criminali, præſumitur ille minor, ita ut etiam aliter non docto de minori ætate ſit minuenda pœna, niſi fiſcus probet majorem ætatem, Hieronym. Laurent. *deciſ. Avenion.* 63. *per tot.*

Et facit ad hoc propoſitum, quod ſæpiùs ſervatum vidi, & ipſe ſervavi in Magiſtratu DD. Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ, ut quoties dubitatur de ætate alicujus inquiſiti etiam contumacis, & ex proceſſu habetur fumus minoris ætatis, vel alterius qualitatis exgravantis, fiſcus ex officio perquirat veritatem, ut poſſit juſtas pœnas imponere; quicquid aliàs ceſſante dicto fumo ſemper ſit onus inquiſitorum ſuas defenſiones allegare, & probare, conſtituendo ſe in carceribus, vel cum fidejuſſoribus juxta qualitatem cauſarum, & contumaces non audiantur, nec quidquam pro illis admittatur.

Verùm ne quis ex dicta deciſione decipiatur, putando in cauſis criminalibus dari minoribus curatores, & ſine illis non rectè procedi, ſciendum eſt quod quicquid ſit de jure per text. *in l. clarum C. de auct. præſt.* non ſervatur de conſuetudine, & minor ætas prodeſt ſolùm ad effectum minuendi pœnam, ad tradita per Clar. *§. fin. quæſt.* 50. *in princip.* Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 352. *&* 370. *cum ſeqq.* & alios plures, quos retuli in *§. Minor n.* 1. *&* 2.

De diverſis curatoribus, eorum officio, & obliga- 29
tione, Thoro *Compend. deciſ. Neap. par.* 1. *&* 3. *verb. Curator*, cæterique plures allegati ab Ægid. de Caſtejon. *in Alphab. jurid. verb. Curator*, & Com. Auguſt. Fontana *in Bibliotb. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 365. *&c.* De Luc. *in Indice verb. curator* Brunnemann. *ſup. ff. & Cod.* Altimar. *de nullit.* & præſertim *rubr.* 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 1. *tom.* 3. Manſ. Palm. & alii moderni.

Curator an detur invitis minoribus, & ceſſet per con- 30
tractum matrimonii, quid in filiis Regum, Regni ſucceſſoribus, & alia ad rem, plenè Vela *Differt. pr. cum pluribus ſeqq. vol.* 1.

Curator an poſſit à minore adulto, cujus curam ge- 31
ſit, hæres inſtitui in teſtamento, eſt controverſum inter Doctores relatos ab Andreol. *controverſ.* 357. ubi pro negativa detecto dolo curatoris ex facti circumſtantiis, aliàs pro affirmativa. Vide Suprà *num.* 20. *in addit.*

Reliqua *vide in §. Tutor.*

Curator datur Furioſo, ſed non ideo probatur furor 32
impeditivus teſtamenti Anſald. *deciſ.* 44. *n.* 1. *& ſeqq.* De Luc. *de teſtament. diſc.* 38. *n.* 6. 7.

Curatoris datio prætenſo dementi facta ad inſtan- 33
tiam ejus, qui ab inteſtato ſuccedere deberet, eſt ſuſpectiſſima Palma nepos *deciſ.* 460. *n.* 28. *tom.* 5.

Curator debet ammoveri quando ceſſat cauſa ob 34
quam fuit datus Anſald. *deciſ.* 44. *n.* 38.

Curatoris datio quieſcit, quando adſunt dilucida 35
intervalla Anſald. *deciſ.* 44. *n.* 15.

Curator ad hoc ut detur adultæ plura requiruntur 36
Anſald. *deciſ.* 44. *n.* 23.

Curator debet dari mulieri luxurioſe viventi An- 37
ſald. *deciſ.* 44. *n.* 37. Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæſt.* 9. *à n.* 58. *tom.* 2. ubi etiam an in hoc caſu curator detur homini.

Curator non ob modicam expenſam, licet in utilem 38
debet dari tamq. prodigo Anſald. *deciſ.* 44. *n.* 35.

Deputationi Curatoris in contractibus Minorum, 39
ac Mulierum non eſt locus, niſi in ſubſidium, deficientibus ſcilicet proximioribus, & conſanguineis Anſald. *deciſ.* 94. *n.* 3. De Luc. *de alien. diſc.* 32. *n.* 4.

Curatores plures quando ſint neceſſarii in eodem 40
contractu facto à pluribus mulieribus, ſeu minoribus Bertachin. *Vot.* 73. *n.* 8. 9. & quando non Palma nepos *deciſ.* 295. *n.* 2. *&* 3. *tom.* 3. & Vide Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 6. *deciſ.* 17. *n.* 5. *&* 9. *tom.* 3.

Curator datus Filio minori non poteſt auctorizare 41
perſonam matris pro eo fidejubente De Luca *de alien. diſc.* 28. *n.* 22.

Curator ſpecialis non deputatur abſque neceſſitate 42
habenti curatorem generalem De Luc. *de alien. diſc.* 28. *n.* 11. *&* 13. & abſentia curatoris ad tempus non attenditur *ibid. n.* 14. Declara ut iſte Curator ſpecialiter deputari ſolitus in actu contrahendi ad nihil proſit, & de ratione *ibid. n.* 21.

Curator abſenti à quo Judice ſit dandus De Luc. *de* 43
ſucceſſ. diſc. 9. *n.* 4. & curator & actor à quo Judice detur Altimar. *de nullit. rubr.* 51. *quæſt.* 32. *n.* 37. *&* 38. *tom.* 2.

Curator deputandus eſt hæreditati Jacenti pro ha- 44
benda renovatione, ſeu exequatur mandati De Luc. *de Judic. diſc.* 40. *ſub.* 7.

Curator hæreditati Jacenti alterius cohobligati, non 45
eſt neceſſario deputandus, quando Judicium actum fuit cum altero inſolidum obligato, & poſſeſſore Emerix Jun. *deciſ.* 1329. *n.* 3.

Curator hæreditati Jacenti, Minoribus, Patrimo- 46
niis &c. quomodo deputatur De Luc. *de Judic. diſc.* 6. *n.* 17.

Curator, vel actor ad lites in quibus perſonis ſit de- 47
putandus De Luc. *de Judic. diſc.* 6. *n.* 14. *&* 16. *& in ſum. n.* 61.

Non ſufficit ſola deputatio Curatoris abſque effecti- 48

va deſenſione De Luc. *de Judic. diſc.* 6. *num.* 15.

49 Curator patrimonii poſiti ſub concurſu, vel adminiſtrator de qua culpa, & negligentia, teneatur De Luc. *de Credit. diſc.* 156. *n.* 4. *circa fin.*

50 Curator negotium minoris gerens etiam nomine proprio cenſetur feciſſe titulo adminiſtratoris Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 6. *deciſ.* 17. *n.* 16. *vol.* 1.

51 Cura, & Tutela per Matrimonium finitur Palma Nepos *alleg.* 331. *n.* 37. *tom.* 4.

52 Curator hæreditati Jacenti Clerici debet dari per Judicem Eccleſiaſticum Palma Nepos *alleg.* 301. *nu.* 22. & *alleg.* 303. *n.* 50. *tom.* 4.

53 Curatoris deputatio in ipſo actu contrahendi nullius roboris eſt Palma Nepos *alleg.* 373. *n.* 7. & 8. *tom.* 4.

54 Curator dari debet minori contrahenti cum patre, vel cum ſuo Curatore Palma Nepos *deciſ.* 26. *num.* 9. *tom.* 1. Et vide Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *q.* 4. *n.* 124. & 125. *tom.* 2.

55 Curator debet, & poteſt deputari à Judice forenſi abſenti ſibi ſuppoſito ratione litis Palma Nepos *deciſ.* 350. *n.* 24. *tom.* 4.

56 Curator datus liti eſt tamquam Procurator, nec tenetur ſatiſdare Palma Nepos *deciſ.* 350. *n.* 25. *tom.* 4.

57 Aſſignatio curatoris à Judice confirmata ſubſtinetur præſertim accedente conſenſu ejus cui Curator fuit datus Rot. recen. *deciſ.* 594. *n.* 2. & 3. *part.* 19. *tom.* 2.

58 Pater poteſt dare Curatorem Filio imbecilli, & præſertim dementi Rot. *dicta deciſ.* 594. *n.* 4. & 5.

59 Deputatio Curatoris hæreditatis ad legitimam explendam interpellationem utilis in Jure reputatur Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 2. *n.* 17. *lib.* 5. *vol.* 3.

Curator non niſi in ſubſidium tenetur pro culpa ſubcuratoris, Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 36. *n.* 11. *lib.* 15. *v.* 4. 60

Curator Jus liquidum Minoris per pactum remittere nequit Brunneman. *in l. tutores quoque ff. de pactis.* 61

Curator in quibus caſibus detur Brunneman. *ff. ff. lib.* 26. *tit.* 1. *l.* 6. *n.* 8. Et quibus detur Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *q.* 4. *n.* 160. *tom.* 2. 62

Filius Patri ſuo quando curator dari poſſit Brunneman. *ff. ff. lib.* 26. *tit.* 5. *l.* 12. 63

Curator ad Litem datur interim illi, qui de ſtatu ſuo litigat Brunneman. *ff. ff. lib.* 26. *tit.* 5. *l.* 17. 64

An Curator dari poſſit pupillo tutores non habenti Brunneman. *ff. ff. lib.* 26. *tit.* 25. *l.* 25. *n.* 2. 65

Curatorem Minori ex officio Judex dare debet Brunneman. *ff. ff. lib.* 26. *tit.* 15. *l.* 27. *n.* 4. Sed limita ut *ibid.* Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *q.* 5. *à num.* 85. *tom.* 2. 66

Curator Minori præſenti datus ejus conſenſum requirit, abſenti vero de rato cavendum Brunneman. *ff. ff. lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 43. 67

An uni Curatorum rectè ſolvatur, & an unus rectè ſolvat Brunneman. *ff. ff. lib.* 27. *tit.* 10. *l.* 7. *n.* 1. 68

Curatores Plures ſi dati, in ſolidum dati videntur, niſi aliud actum Brunneman. *ff. ff. lib.* 42. *tit.* 7. *l.* 2. *n.* 3. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæſt.* 24. *à nu.* 48. *tom.* 2. 69

Curator Uxoris non poteſt eſſe maritus Brunneman. *C. lib.* 5. *tit* 34. *l.* 1. *n.* 1. quod limitatur *n.* 5. 70

Curator qui litem incoavit, illam deſerere non poteſt Brunneman. *C. lib.* 5. *tit.* 34. *l.* 12. *n.* 49. 71

Finis Libri Tertii.

MARCI

MARCI ANTONII
S A B E L L I J. U. D.
SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.
L I B E R Q U A R T U S.

De littera D.

§. DAMNATI. I.

1 Damnati ad mortem cùm statim lata sententia efficiantur servi pœnæ, non possunt testari, & testamentum anteà factum annullatur; si verò fuerint tantùm deportati, confinati, vel aliter ex banniti possunt testari servata forma juris communis, non autem statutorum Civitatis, à qua sunt ex banniti, Pract. Papp. *for. Inquis gloss. ult. nu.* 3. Clar. §. *testamentum quæst.* 19. 20. & 21. ubi dicit, quod de consuetudine tales damnati ad mortem testantur quando eorum bona non confiscantur, Marant. *in leg. is potest n.* 108. *ff. de acquirend. hæred.* Oinot. *in §. fin. nu.* 10. *Instit. quib. non est permiss. fac. testam.* Soccin. *regul.* 107. *verb. Damnatus*, Guaz. *deff.* 38. *cap.* 1. *per tot.* Michalot. *de fratr. part.* 3. *cap.* 17. *n.* 11. & *seqq.* P. Manar. *Noct. melanc. Interrog.* 37. *fol.* 71. ubi quod de consuetudine testantur quando bona non confiscantur, idem tenet Farinac. *quæst.* 102. *Inspect.* 2. *num.* 31. dixi *in Pract.* §. *Condemnati n.* 12. *vide in* §. *Bannitus num.* 19. & §. *Condemnatio n.* 10. Tosch. *litt. D. conclus.* 2. *per tot.* & *litt. T, concl.* 105. *num.* 19. & *seqq. per tot.* Dian. *resolut. moral. part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 120. & *par.* 7. *tractat.* 6. *resol.* 7. latè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *c.* 15. *nu.* 58. & *seqq.* Scalona *de testam. lib.* 2. *cap.* 3. Cald. Pereyr. *de nominat. quæst.* 5. & alios plures ab istis citatos, & novissimè à Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *verb. Damnati fol.* 370. ubi plura remissivè de damnatis ad mortem, ad triremes, &c. Carpzov. *in prax. part.* 3. *quæst.* 135. omninò vidend. Brunnemano. C. *libr.* 6. *tit.* 22. *leg.* 2. *n.* 6. & 7. *col.* 561.

2 Damnati ad mortem admittuntur ad confessionem sacramentalem, & sumptionem Sanctissimæ Eucharistiæ, non autem ad extremam unctionem, quia non posset omnem suum operari effectum sanandi etiam corpus quatenus animæ expediat, Marant. *in d. l. is potest n.* 118. *ff, de acquir. hæred.* Clar. §. *fin. quæst.* 99. *deff.* 38. *c.* 2. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3803. Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 3. *q.* 25. ubi quod admittuntur ad sumptionem Sanctissimæ Eucharistiæ, etiamsi non sint jejuni, sicut infirmi; sed si nolint confiteri peccata ad persuasiones religiosorum virorum, non debet differri executio sententiæ ad aliam diem, nisi Principe consulto. Cavalcan. de Brach. *reg. part.* 4. *n.* 306. & *seq.*

Quòd debeant communicari, & unde talis mors originem sumpserit, & quid si non sint jejuni, Manar. *Noct. Melanc. Interrog.* 19. & 23. Diana *part.* 3. *tract.* 6. *resolut.* 59. & *par.* 5. *tract.* 3. *resol.* 38.

Quòd etiam possit illis dari extrema unctio si sint infirmi, aliàs secus, idem Manar. *Interrog.* 35. *fol.* 68. & *Interrog.* 67. *fol.* 114.

Quòd debeant etiam sacro chrismate confirmari, sicut alii infirmi, si prius non fuerint confirmati, adeò ut illis petentibus teneatur Episcopus accedere ad carceres ad hunc effectum pro evitandis difficultatibus, quæ oriri possent circa immunitatem, si illos ad se duci vellet, idem Manar. *Interrog.* 109. *fol.* 178.

Quòd dicantur in articulo mortis constituti, ita ut nulla adsit reservatio, Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 61. ubi quod possunt absolvi, prout alii moribundi,

An teneantur manifestare veritatem priùs negatam, aliqui affirmant, sed alii negant, & non esse ad id urgendos per Confessarios, probat Dian. *par.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 103. alia vide *in* §. *Delinquens n.* 10. *et* §. *Negativa n.* 18.

Damnati ad mortem possunt habere Ecclesiasticam sepulturam, & cum missis, & solitis officiis sepeliri, non autem possunt de furca deponi sine licentia judicis, Marant. *in d. l. is potest n.* 119. *ff. de acquir. hæred.* Clar. §. *fin. quæst.* 100. *et ult.* Manar. *Interrogat.* 97. *fol.* 162. Ricc. *Collect.* 2875. 3

Quòd etiam possint frui indulgentiis pro remissione pœnæ temporalis Purgatorii, quomodo, & quibus, & an alii pro eis possint illas suscipere ad effectum prædictum, affirmat idem Manar. *interrogat.* 99. *et* 100. *fol.* 165. *etc.*

Quòd mors ab hujusmodi damnatis patienter tollerata in remissionem suorum peccatorum, & virtute clavium elevata, deleat saltem pro magna parte pœnas alias in Purgatorio tolletandas, sicuti pro fide Jesu Christi tollerata, animam penitus sanctificat, probat idem Manar. cum aliis ab eo citatis *interrog.* 106. *fol.* 175.

An autem animæ dictorum damnatorum salventur, vel damnentur, vide eumdem Manar. *interrog.* 123. *fol.* 198. *etc.* ubi quod accedente debita dispositione, sine dubio salvantur, & repræhendit illos, qui ex sententia D. Augustini, vel aliorum, quos minime intelligunt, affirmant quod pro majori parte damnentur, id quod verum non esse ostendit, facit quod dixi *in* §. *Peccatum num.*

Damnati ad mortem, interdum propter atrocitatem delictorum non solum furca suspenduntur, sed etiam illorum cadavera scinduntur affigenda in loco delicti ad aliorum terrorem, & exemplum. Guaz. *deff.* 38. *cap.* 7. *per tot.* faciunt plura tradita per Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 3. *cap.* 26. ubi an si carceratus confessus, vel convictus de delictis pœna mortis dignis sibi mortem inferat, possit ejus cadaver in loco publico, & consueto suspendi, vide *in* §. *Cadaver num.* 1. &c. Vide Bobadill. *libr.* 3. *Polit. cap.* 15. *n.* 143. 4

Damnati ad mortem, si in executione sententiæ remaneant illæsi, ut quia frangatur laqueus, vel securis non offendat, debent absolvi quando id ex manifesto Dei miraculo in signum innocentiæ accidit, nec debet supplicium reiterari, & in dubio debet Judex Principem consulere, ut ipse dicat quid agendum, & ita cautus erit, licèt secundum aliquos possit repeti genus mortis, donec sententia suum sortiatur effectum, & damnatus moriatur, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 257. *per tot.* Clar. cum Bajard. §. *fin. q.* 98. *n.* 9. *vers. ult.* P. Manar. *Noct. melanc. interrogat.* 48. *fol.* 88. & *interrog.* 68. *fol.* 116. Boet. *decis.* 217. *nu.* 58. Guaz. *deff.* 38. *c.* 3. *n.* 3. Vide Bobadill. *dict. libr.* 3. *cap.* 15. *n.* 137. 5

Casus ille accidit Pisis sub die 23. Januarii 1672. in quodam Joanne Inardo, qui tanquam monetarius in tormento Capræ confessus fuerat per me, & alios Judices Delegatos Florentiæ cum ejus patrino furcis damnatus, & Pisis pro Anatomia transmissus, & laqueo de more strangulatus, ac ad atrium Anatomiæ delatus, post aliquot horas revixit, de quo consultus Serenissimus Magnus Dux, vitam ei ex summa

sua

sua pietate condonavit, prout aliàs in simili fecisse suos Prædecessores, testatur Cabal. *d. cas.* 257. *n.* 8. ubi plura de hac materia; fuit tamen dicto Inardo injunctum exilium sub pœna reincidentiæ, & tantò faciliter gratiatus, cùm esset in hospitali loco immuni, novissimè Raynald. *Synt. rer. crim. cap.* 4. *§. pr. ad* 4. *sub nu.* 7. *vers. dicit secundo, fol.* 306. ubi refert casum Faventiæ sequutum in quodam facinoroso, qui fracto laqueo vivus remansit, sed posteà reversus ad furcas fuit verè suspensus, & mortuus in eadem Civitate, & alia.

Quod possint tuta conscientia, fugere ad evitandam mortem, etiam si justissima sit sententia, nec possint offendi à birruariis, nisi ipsi resistant cum armis, vel alii pro illis, notat Marant. *interrogat.* 44. *fol.* 81. *& interrogat.* 56. *fol.* 98. Dian. *par.* 5. *tract.* 4. *resol.* 31. *versic. sed aliqui.* Vide Fagnan. *in cap. falsidicus n.* 136. *de crimin. fals.*

Quando verò sententia esset injusta, possint in foro conscientiæ quovis modo illis possibili evadere, Menoch. *de arbitr. cas.* 301. *n.* 15. *&* 16. Guaz. *def.* 5. *cap.* 4. *nu.* 10. Manar. *interrogat.* 176. *&* 177. Cabal. *cas.* 42. *n.* 5. vide *in §. Carceratus n.* 15. *&* 25. *& in Pract. §. Condemnati nu.* 23. *& seqq.* Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 43. ubi quid si essent re ipsa innocentes, sed tamen secundum acta, & probata justè condemnati, & refert contrarias opiniones, latè Gabriel. Vasquez in S. Thoma 1. 2. *tom.* 2. *disput.* 174. *per tot.* Vide Ceval. *comm. quæst.* 575.

6 Damnati ad mortem dicuntur mori naturaliter, & non violenter, ac ob id amittunt societatem officii, quam lucratur officialis, Castrac. *de societ. offic. c.* 29. *n. pr. & seqq.* refert Guaz. *def.* 38. *c.* 5. *in fine.*

Quando autem mors dicatur naturalis, vel violenta ad effectum prædictum societatis officii, vide Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. lib. pr. tit.* 4. *per tot.* ubi octo quæstiones examinat.

7 Damnati ad mortem infamem, possunt sine peccato optare mortem naturalem antequam sibi violenta, & infamis irrogetur, dummodò tamen nil aliud agant pro accelleranda sibi morte naturali ad evitandam violentam, & infamem, aliàs graviter peccarent, vide Manar. *interrog. sive respons.* 100. *fol.* 18n.

8 Damnati ad mortem, si posteà innocentes appareant ex aliqua causa, ut quia testes fuerunt falsi detecti, vel aliter, debet judex supersedere ab executione, & Principem certiorare pro liberatione, Clar. *§. fin. quæst.* 98. Manar. *interrog.* 593. *fol.* 201.

9 Damnati ad triremes, vel exilium, vel similem pœnam ad tempus, intelliguntur damnati per decennium, quando verò nulla fuit facta mentio temporis, intelliguntur damnati in perpetuum; sicut quando sint ad beneplacitum Principis, censentur damnati quousque expressè beneplacitum revocetur, illud enim nunquam finitur, etiam per mortem ipsius Principis, sed transit in successorem, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 143. *per tot.* vide *in §. Bannitus n.....*

Qua pœna puniantur fugientes à triremibus, vel rumpentes exilium, vide *leg. relegati, leg. aut damnum, §. quisquis, ff. de pœn.* Clar. *§. fin. quæst.* 71. *n.* 13. Cabal. *cas.* 8. *n.* 47. *& seqq.* Farinac. *in frag. verb. Bannitus num.* 92. *& seqq.* Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 2. *§.* 31. *cap.* 1. *n.* 17. *fol.* 357. Franch. *decis.* 140. Menoch. *de arbitr. cas.* 530. Guazz. *def.* 33. *cap. ult.* dixi in Pract. *§. Confinati n.* 11. Raynald. *c.* 3. *§.* 2. *ad* 6. *num.* 59. *& seqq. fol.* 257. ubi etiam allegat Cortiad. *decis.* 86. *n.* 65. & alios, ac refert contrarias opiniones, quas distinguendo conciliat sub *n.* 65. *& seqq.* Latè Add. De Franch. *cit. dec.* 140. Brunnemann. *in dict. l. aut damnum* 8. *n.* 4. *ff. de pœn. et C. tit. de Decurion. n.* 86.

10 Damnati ad triremes si fuerint ab hostibus cum triremibus capti, & moxà Christianis recapti, debent de æquitate à priori pœna liberari, licèt tempus condemnationis non expleverint, & alia de captis in bello, & de bello justo, Calvin. *de æquit. lib.* 5. *cap.* 21. *per tot.* vide *in §. Captura n.* 2. *& seqq.*

An autem fugientes à triremibus ad Ecclesiam gaudeant illius immunitate, dixi *in §. Immunitas n.* 12. *vers. quod imò.* Latè Pignatel. *consult. canonic. tom.* 2. *consult.* 57.

Alia vide *in §. Condemnatus*, & In Practica *§. Condemnati per tot.*

Damnati ad pœnam Corporis afflictivam per Clericum, vel alium familiæ Judicis eximi non debent, Brunneman *C. lib. pr. tit.* 4. *l.* 6. *n. pr.* & de pœna contrafacientium *ibid.* 11

An damnatus, per Indulgentiam Principis à pœna liberatus, bona semel confiscata, denuò recipiat Brunnemann. *C. lib.* 9. *tit.* 49. *l.* 4. *n.* 3. *&* 4. 12

Bona damnati de capitali Crimine, liberis non extantibus ad Fiscum devolvuntur, liberis verò extantibus, cujuscumque sexus, aut gradus debetur dimidia Brunneman. *dict. tit.* 49. *l. ult.* 13

Damnatus itaut omnia ejus bona publicentur pro mortuo habetur neminique Creditorum tenetur Brunnemann. *C. lib.* 8. *tit.* 41. *l.* 1. *n. pr.* 14

Damnatus ad mortem naturalem, vel civilem an possit esse in Judicio, contrahere, testari, & alia facere, & an sit capax legati Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 15. *tom.* 2. 15

§. DAMNUM. II.

Damnum propriè, & strictè loquendo, dicitur diminutio patrimonii, vel deperditio jam quæsitorum non subjectorum casibus, sed in re præsenti *l.* 3. *& leg. Proculus, ff. de damn. infect.* Bald. *cons.* 182. *n.* 2. *& seqq. lib.* 2. Gob. *consult.* 24. *n.* 15. 1

Plura de damnis datis, an causæ damnorum datorum sint criminales, & alia, Cortiad. *decis.* 35. *nu.* 79. Quæsada, & Pilo *contr.* 7. *num.* 2. Muscatell. *in Prax. crim. cap. de incend.* Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 6 *& per tot. lib.* 6. Novar. *gravam.* 64. *part.* 2. Crescin. ad Abeceles. *observ. forens. part. pr. observat.* 15. *n.* 4.

De damno dato in columbis, & per Columbos, Conciol. & Romaguet. *ubi sup. rubr.* 16. *per tot.* vide *in §. Furtum num.* 3. *versic. Item à capientibus.*

Ac differt à furto, nam furtum fit per asportationem rei furatæ animo lucri faciendi, damnum verò per corruptionem, devastationem, vel incisionem, Paris. *consil.* 158. *col.* 2. *&* 3. *vol.* 4. cum aliis per Card. Tusch. *litt. D. concl.* 4. *&* 5. *per tot.* Boss. *tit. de damn. dat. n.* 9. Magon. *dec. Luc.* 27. *n.* 24. *& per tot.* ubi plures in materia damni dati, Peregrin. *decis.* 133. *nu.* 4. *& seqq.*

An qui comedit uvas, vel alios fructus in vineis, vel agris alienis teneatur de damno dato, vide *in §. Uva num.* 2. ubi retuli contrarias opiniones.

Damna omnia non respicientia fructus, vel quæstualia inter simplices socios, propria, & non communia esse debent, cùm sint extra societatem, illa verò quæ veniunt ratione societatis, communia sunt si absit dolus, & culpa, & si societas fuerit illorum causa proxima, & immediata, non autem remota tantùm Michalor. *de fratr. p.* 2. *cap.* 11. *num.* 26. *&* 27. *& cap.* 31. *nu.* 19. Hector. Felic. *de societ. c.* 27. Ricc. *Collect.* 3067. ub quòd si culpa unius obveniant, aliis non nocent. 2

Quo ad lucra, vide *in §. Lucrum n....*

Damna omnia provenientia uni ex sociis omnium bonorum, sunt aliis communia, si absit ejus dolus, vel culpa, & sic veniant casu fortuito, ut si ob injustam querelam, & falsam depositionem fuerit condemnatus, vel captus ab hostibus, vel in bello, Michalor. *d. tract. part.* 2. *cap.* 31. *per tot.* Latè Altimar. *de nullit. rubr. pr. p.* 2. *q.* 21. *à n.* 115. *tom.* 4. Verd. *Instit. libr.* 3. *nu.* 2874. Rossignol. *de societ. prænot.* 27. *n.* 20. 3

Ad quem spectet damnum in contractibus gratia utriusque celebratis, vide *in §. Periculum n.* 2 *&c.*

Damnum dedisse dicitur ille, qui damni dedit occasionem, intelligendo de causa, & occasione propinqua, Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 63. *n.* 3. *&c.* ubi infert ad damnum datum in re communi ab inimicis unius ex sociis, & vicinum derubatum propter portam relictam apertam ab alio vicino, vel à locatore, vel à conductore, ut resarciri debeat ab eo, qui illius causam proximam dedit, vide tamen Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 304. *n.* 11. *&c. decis.* 477. *n.* 2. *&c.* Velasc. *de judic. perfect. rubr.* 14. *annot.* 5. *n.* 5. *&c.* 4

&c. Card. Tusch. litt. D, conclus. 6. per tot. & concl. 7. qui etiam qualiter sit reficiendum ab illis quorum contemplatione causatur, & concl. 8. ubi generaliter qui damnum reficere teneantur, facit quod dixi in §. Interesse n. 35. vide Gob. consult. 104. num. 30. & seqq. Brunnemann. ff. libr. 9. tit. 2. leg. 30. n. 6.

Quòd damna sint reficienda ab attentante, etiam si præter intentionem accidant, quia attentando dedit operam rei illicitæ, & quomodo sint probanda, Bich. decis. 125. vide in §. Attentata; & idem esse in Clericis recurrentibus ad judices laicos eadem ratione delicti, & dationis operæ rei illicitæ, ut teneantur ad omnia damna, & expensas adversarii, etiam si præter intentionem acciderint, idem Bich. decis. 389. per tot.

Quod qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio non teneatur ad restitutionem istius damni illati, dixerunt aliqui, sed hæc propositio est expressè damnata, & reprobata per decretum Innocentii Papæ XI. Romæ publicatum 4. Martii 1679. sub nu. 39.

An autem qui potuit absque proprio incommodo impedire damnum alterius, & non impedivit, teneatur ad restitutionem, affirmant aliqui, sed alii negant, nisi obligetur ex officio, vel ratione contractus ad custodiam, nam tunc teneretur etiam ad restitutionem si potuit impedire, & non impedivit, ut latè explicat Dian. part. 11. tract. 6. resol. 88. per tot. ubi etiam an teneantur ad pœnam, quam delinquens solvisset, si denunciatus fuisset.

Quòd qui causa libidinis, vel injuriæ fregit januam alterius, ob quam fures non ab eo inducti furati sunt, non teneatur furti, cùm culpa non sit præordinata ad casum, & idem in similibus per text. in leg. 2. & l. qui injuriæ, ff. de furt. Rot. part. 9. rec. decis. 304. n. 11. &c. vide tamen distinctionem Castr. in l. fin. §. si ea conditione n. 5. &c. ff. ad leg. Rhod. de jact. quam approbat Rot. loc. cit. dixi in §. Culpa n. 6. Rot. d. par. 9. decis. 487. ubi quando quis dat operam rei licitæ, vel illicitæ.

5 Damna facta per animalia vendita cum reservatione dominii, an sint resarcienda ab emptore, vel à venditore, stante statuto quòd dominus teneatur damnū emēdare, vide Gratian. discept. forens. cap. 772. num. 13. &c. ubi tenet debere emendari à venditore stante dicta reservatione, & probata illius scientia, sed contrarium verius esse dixi in Practica §. Animali num. 3. & videtur tenere idem Gratian. loc. cit. num. 7. & num. 15. vide in §. Periculum n.... & §. Venditio n....

6 Damna ab animalibus irrationalibus data debent ab illorum dominis emendari, prout judici videtur, Menoch. de arbitr. cas. 568. Cardin. Tusch. litt. D, conclus. 9. per tot. Bajard. ad Clar. quæst. 99. num. 9. vide in §. Animal. n. 2. & 3. & 10. Sanfelic. decis. 8. ubi plura de fida solvenda, vel damno pro animalibus pascua in alieno famentibus, Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 6. rubr. 32. per tot. ubi quod in foro conscientiæ debet resarciri tantùm damnum datum dolo, vel lata culpa, non autem si levi, vel levissima culpa, quicquid sit in foro fori, & alia ad rem, ac in specie quòd excusatur qui mittit animalia per alienum, quia via sit diruta, itaut non possit per illam iri. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 263. nu. 10., & seq. & num. 28., & seq. tom. 2.

Quando autem possit dominus animalis illud pro noxa, idest damno, dare damnificato, Oinot. instit. si quadrup. pauper. fec. dic. Card. Tusch. d. concl. 9. Costa de remed. subsid. remed. 104. nu. 5. ubi quòd non datur animal pro noxa, nisi in subsidium, & quando dominus caret omni culpa in custodiendo, & idem esse in servis delinquentibus sciente domino, Paul. Christin. decis. Belgic. nu. 2. vol. 2. vide in §. Animal.

Et de damnis datis ab hominibus, ac qualiter illa sint æstimanda, & resarcienda, latè idem Oinot. & alii instit. de leg. Aquil.

Plura de damnis reficiendis per actionem legis Aquiliæ, Paul. Christin. dec. Belgic. 178. vol. 2. & ad leg. Municip. tit. 2. art. 17. ubi de damnis datis à columbis, & similibus, & an quis possit columbarium facere, Ricc. Collect. 103. Magon. decis. Flor. 115. num. 24. & seqq. Rot. part. 12. recent. decis. 158. n. 20. & seqq. Plura Castejon. Alphab. Juridic. verb. Aquilia Lex.

Damna data in messe nondum matura, vel aliis fructibus immaturis, judicari, & æstimari debent secundùm illud tempus facti damni, & non ex tempore messis supervenientis, vel futuræ, Cravet. consil. 40. num. 10. Menoch. de arbitr. cas. 140. num. 21. Vivi. decis. 280. Ricc. Collect. 103. pulchrè Gratian. decis. 57. per tot. ubi quòd resarciri debent, etiam si casualiter evenerint, Dian. p. 3. tractat. 6. resolut. 6. facit contra quod dixi in §. Æstimatio num. 5. & §. Furtum num. 4. Novar. in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 149. num. 6. &c. Romaguer. ad Conciol. stat. Eugub. lib. 6. rubr. 10. num. 10. ubi hunc locum, & alios modernos allegat, & plura an animalia damnum dantia possint retineri, vel occidi in rubr. seqq. de quo ego dixi in §. Animal. num. 2. Vide Scopp. & Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. cit. decis. 57. Brunneman. ff. lib. 9. tit. 1. leg. penultim. n. 8. 7

Damna emergentia debentur quando creditor ob retardatam solutionem, & non ad aliam causam suis necessitate coactus accipere pecuniam sub usuris, vel propter moram incidit in aliquam pœnam, latè Gratian. discept. forens. cap. 67. num. 16. cap. 524. num. 8. & num. 53. & seqq. cap. 829. per tot. cap. 911. n. 10. & cap. 987. num. 7. & seqq. ubi ponit plura requisita ad hoc, ut hujusmodi damna debeantur, vide etiam Bardellon. cons. 86. nu. 4. & seqq. lib. 1. & consil. 186. num. 14. & seqq. lib. 2. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 472. num. 8. &c. Menoch. de arbitr. cas. 119. nu. 12. & seqq. ubi quòd damnum emergens est detrimentum, quod patitur mutuator causa solius mutui, quæ requirantur, quæ probari debeant, & in quibus casibus debeatur dixi in §. Interesse num. 10. &c. & in resolut. cap. 51. per tot. & cap. 100. num. 22. & 23. ubi vide, quod probandum est, si creditor pecunias habuisset à debitis, & damnis se liberasset, cùm id non præsumatur, & tum cùm potuerit in alios usus illas convertere, & pleniùs me citato, ac pluribus Rotæ Romanæ decisionibus, ostendendo Rotam perpetuò hanc opinionem tenere, reprobato Ruin. cons. 104. lib. 4. & illius sequacibus comprobat Urceol. consult. forens. cap. 84. per tot. vol. 2. exemplificando etiam quomodo de facili possit id probari; quicquid contrarium, nempè præsumi fuisse satisfactum æri alieno si pecunias habuisset, latè defendant Leotard. de usur. cap. 75. num. 10. & seqq. per tot. Cavaler. decis. 210. Andreol. controv. 10. & 405. Bonden. Collect. leg. 14. inspect. 3. num. 71. &c. Castill. controv. lib. 2. c. 1. n. 78. Borgn. decis. 2. n. 29. lib. 2. & alii per eos cum Ruino citati. 8

Sed non est recedendum à priori sententia cum Rota firmata per Urceol. & me loc. cit. Rot. part. 9. recent. decis. 486. num. 8. etc. & par. 11. decis. 86. num. 18. ubi quod Rota semper rejecit opinionem Ruin. & vide par. 14. decis. 210. per tot.

Plura de damno emergenti, & lucro cessante Card. De Luc. de servit. disc. 56. n. 6. & in Indice verb. Lucrum in genere & verb. Interesse.

Damna, & interesse veniunt præstanda ob pacta non servata, & dicuntur esse pretium ipsius rei promissæ, debent tamen liquidari ante executionem, licèt possit ferri sententia ad damna, & interesse reservata liquidatione, Gratian. discept. forens. cap. 677. in princ. & cap. 692. num. 18. Rot. par. 2. divers. decis. 315. num. 10. Magon. decis. Luc. 3. num. 2. &c. Bich. decis. 359. num. 11. & seqq. ubi quòd non debentur damna sine mora, & quòd stipulatio damnorum concepta non simpliciter, sed in casu necessitatis non procedit, nisi probetur necessitas rei ab eo, qui in ea se fundat. 9

Damna, & interesse petens, non tenetur ab initio exprimere certam quantitatem, sed benè posteà lite pendente, ut certa sententia ferri possit, aliàs esset nulla, quando damna, & interesse fuerunt principaliter, & de per se petita, secus autem si accessoriè, & in consequentiam, quia tunc sententia licèt incerta esset valida, ut supra, Ger. Spin. cons. 35. per tot. vide in §. Sententia num.... 10

Damna, & interesse debent arbitrio judicis resarciri illi, qui alterius facto iniquo detrimentum passus fuit, ut benè probat Menoch. de arbitr. cas. 122. per tot. ubi exemplificat in artifice vulnerato, & similibus, & de præ- 11

præsumpt. lib. 3. præsumpt. 114. num. 2. Diana *tract. 6. resol. 22. & 53.* Manar. *interrogat. 45.* vide *in §. Homicidium num.....*

22 Damna non probantur juramento damnificati, etiã stante statuto ita disponente, quando agitur ad emendationem contra tertium, nec quando dubitatur de qualitate jurisdictionis, vel loci, sed tale statutum restringitur ad ipsum damnum, & contra damnificantem, Gratian. *decis. 57. num. 13. & 14.* Pae. Jordan. *Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 22. num. 374. &c. fol. 463.* Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect. 149. num. 7.*

Intelligitur etiam hujusmodi statutum, dummodò aliter constet de ipso facto, ut dixi *in §. Statutum n.....* vide Peregrin. *decis. 133. num. 14. &c.* Mascard. *de probat. vol. 1. conclus. 470. & seqq.*

Quando autem, & quomodo damna possint probari, vel liquidari juramento damnum passi, Mascard. *de probat. conclus. 471. 507. & 935. per tot.* Card. Tusch. *litt. D, concl. 11. & seqq. litt. S, conclus. 500. & seqq.* Magon. *decis. Flor. 123. num. 3.* Staiban. *de interess. lib. 1. q. 24.* vide *in §. Interesse num.....* & in Pract. *§. Damni n. 27. & num. 30.* Hermosill. *l. 8. gloss. 6., & 7. tit. 3. part. 5.*

Quòd in materia damnorum, & interesse non stetur juramento, nisi aliundè constet de damno, & agatur tantùm de illius liquidatione, Gratian. *discep. 772. num. 21.* Mastrill. *decis. 60. nu. 2.* Rot. in Bonon. de Vizzanis 7. Maii 1643. coram Bich. Urceol. *consul. 84. num. 18. vol. 2.* Rot. *part. 10. recent. decis. 251. n. 2.* ubi etiam stante pacto.

De omnibus hoc numero contentis me, & pluribus aliis modernis citatis Conciol. & Romaguer. *lib. 6. rubr. 8. per tot. & num. 13.* idem Romaguer. in Addit. ad Conciol. *lib. 6. rubr. 32. num. 9. & 10. & num. 14. eod. lib. 6. rubr. 12. per tot. num. 17.* Quid veniat sub nomine damnorum, & expensarum, an lucrum deperditum, & interesse, Mans. *consult. 261. per tot. lib. 3.*

23 Damna passa ab eo, cujus bona levandæ navis gratia in mari projecta sunt, debent ab aliis in eadem navi existentibus pro rata valoris mercium cujuslibet resarciri, *leg. 2. §. Cùm in eadem, & l. ult. in fine, ff. ad leg. Rhod. de jact.* Menoch. *de arbitr. cas. 245. nu. 8.* Gibalin. *de univers. negot. lib. 2. cap. 5. art. 9. num. 27. & seqq.* ubi etiam plenè quando teneatur Nauta de naufragio ob aliquam ejus culpam: Romaguer. ad Conciol. *lib. 6. rubr. 32. nu. 9.* Brunnemann. *in l. 2. n. 1. ff. eodem tit.*

Et idem ait quando truncandi ignis causa, aliqua domus devastaretur, vel destrueretur, nam tenentur alii vicini contribuere ad illud damnum, quod factum fuit pro abundanti cautela ad impediendum ignis progressum, secus autem si omninò certum esset domum devastatam fuisse comburendam, *l. 1. & 2. ff. ad l. Rhod. de jact. l. ulti, §. est etiam, ff. quod vi, aut clam,* Gail. *observ 22. lib. 2.* Diaz. *reg. 331.* Gratian. *discept. 354. num. 48. &c.* Farinac. *quæst. 110. nu. 144. & seqq.* Idem Romaguer. *cit. rubr. 31. n. 10., qui adducit hunc locum.* Brunnemann. *in cit. l. prim. nu. 2. ff. ad L. Rhod. de jact.*

Intellige quo ad vicinos domorum conservatarum, non autem combustarum, nisi eorum culpa fuerit caussatum incendium, Tusch. *litt. D, conclus. 7. num. 1.*

Alia plura in materia damni dati, maximè vigore bannimentorum status Florentini dixi in *Practica §. Damni per tot.*

24 Damnum an, & quando debeat emendari à Communitate, Villa, sive Castro, & quomodo, latè Tusch. *litt. C, conclus. 15. dixi in §. Universitas num. 2.*

25 Damnum qui sentit, debet sentire commodum, sive lucrum, & è contra, *l. secundum naturam ff. de reg. jur.* Tusch. *litt. D. conclus. 13. per tot.* Barbos. *axiom. 63. num. 2.*

Quod magis sit favendum ei, qui tractat de damno vitando, quam ei, qui tractat de lucro captando, latè Tusch. *litt. D. conclus. 14. per tot.* facit Dec. *in l. qui in alterius de reg. Jur.*

26 Damnum passus an habeat bona damnificantis tacitè obligata pro refectione damni, Ricc. *Collect. 203.* vide in §. *Hypotheca num. 21.*

27 Damnum regulariter non venit sub simplici expensarum condemnatione, & appellatione, Surd. *decis. 261.* Thesaur. *decis. 67. num. 5.* Cacheran. *decis. 46.* Gratian. *discept. forens. cap. 883. num. 25. &c.* Barbos. *de appellation. verb. signif. verb. Damnum, & verb. Expensæ,* Fontanel. *decis. 97. num. 2. &c.* Alvarez da Velasch. *tract. de jud. perfect. Rub. 14. annot. 5. n. 53.* ubi in casu suo ob eandem rationem expensarum, & damni, concludit venire damnum per text. *in §. hæc autem Instit. de pæn. temer. litigant. & in l. fin. C. de pœn. jud. qui malè judic.* vide *in §. Expensæ num. 24.* Sanfelic. *in Praxi sect. 38.* ubi de expensis rationis contumaciæ, sub quibus veniunt etiam damna, & de differentia inter condemnationem expensarum contumacialium, & illam, de qua *in l. properandum §. sin autem C. de judic.*

Quòd sub nomine damnorum veniant etiam expensæ, *l. Sancimus Cod. de judic. cap. in nostra de injur. & damn. dat.* Alex. *cons. 34. in fine lib. 3.* Rot. *part. 17. recent. decis. 110. num. 3.* Quæ veniant sub refectione damnorum, & expensarum, Gob. *consult. 29. à n. 31.*

An autem damnorum appellatione veniant expensæ, & sic an condemnatus ad resarciendum damna teneatur etiam ad refectionem expensarum in lite, & causa litis factarum, dic quòd sic in judiciis, in quibus fit lata interpretatio, secus in contractibus in quibus fit stricta interpretatio, Rom. *sing. 346. cum Addit.* Grat. *consil. 72. num. 12. lib. 2.* Gayl. *observ. 151.* Asin. *in Prax. §. 32. cap. 4. num. 3.* ac ita fuisse decisum recordor per Magistratum DD. Octo Florentiæ de anno 1676. in Banca D. Clementis Saucassiani unius ex Cancellariis dicti Magistratus, patrocinante Excellentissimo D. Joan. Philippo Ticciato.

Damna, & interesse qualiter debeantur ob factum promissum non adimpletum, vide in *§. Factum nu. 12. §. Interesse num. 10. §. Obligatio num. 7. & §. Promissio n. 26.* Rot. *part. 13. recent. decis. 116. n. 1. &c.* 28

Damnum infectum, idest nondum sequutum, sed iminens qualiter possit evitari, vel reparari per cautionem, quæ dicitur de damno infecto præstandam ab eo, à quo vel cujus rei causa damnum timetur ad favorem ejus, cui damnum imminet, quis teneatur dictam cautionem præstare, quæ remedia competant contra nolentem cavere, quæ veniant in hac cautione, quando dicatur commissa stipulatio, & alia *tot. tit. ff. de damn. infect.* ubi DD. Ariminen. Tepat. *var. sentent. part. 1. tit. 99. per tot.* & alios allegavi in §. *Cautio nu. 7.* vide P. Molin. *de just. tract. 2. disp. 703.* Plura de damno infecto Em. Card. De Luc. *de servit. disc. 45. de Locat. disc. 10* 19

Damnum in dubio præsumitur illatum ab inimico, vel vicino malæ conditionis, & famæ, *l. si ita §. ult. ff. de fund. instruct. & l. ne quid ff. de incend. ruin. & naufrag.* Cravett. *cons. 35. num. 3.* Rom. *cons. 7.* cum aliis per Mascard. *de prob. vol. 1. conclus. 472.* 29

De damni infecti cautione, & de damno dato ab animalibus, vel aliter dolo, culpa, vel casu, latè Laurent. Ursel. *concl. 108.* & alii plures citati ab Ægid. de Castejon. *alphabet. juridic. verb. Damnum,* & à Com. August. Font. *in Biblioth. legal. part. 4. eodem verb. fol. 370. &c.* vide *in §. Cautio num. 7. & 42.* Plura de damno Card. De Luc. *in Indic. general.* Altimar. *de nullit. & ulibi.* 22

Damnum datum ex sola culpa levi, vel levissima extra contractus, non debetur in foro conscientiæ, quicquid sit in foro exteriori, quia provisio legis Aquiliæ super refectione damnorum non habet locum in foro animæ, nisi quoad damna illata ex dolo, vel lata culpa, vel in contractibus; ut inferendo ad multos casus particulares, & præsertim ad Judices, & Officiales, declarat Valer. *de differ. utriusque fori verb. Damnum differ. 1. per tot. ubi etiam in seqq.* an damna data per delegatos imputentur delegantibus; & quòd in contractibus utriusque gratia celebratis, damnum contingens casu fortuito sine culpa alicujus ex contrahentibus, in foro exteriori spectat ad dominum rei, in foro verò conscientiæ dividitur inter utrosque contrahentes pro medietate, de quo dixi aliàs in §. *Periculum num. 2.* 22

De damnis animæ in scandalizando proximum; de incidentibus arbores, vel aliter lædentibus res alie- 23

 nas,

nas, ut salvent proprias; de morosis an teneantur ad damna extrinsecus alteri ob moram obvenientia; de damnis per servos, vel animalia datis, an teneantur eorum domini, quòd inter socios, & hujusmodi, tam in foro externo, quàm interno, idem Valet. *loc. cit. verb. Damnum per tot.*

24 Damnum culpabile est vel præter Jus, vel contra Jus Bruneman. *ff. ff. lib.* 9. *tit.* 1. *l.* 1. *n.* 1.

25 Pendente conditione potest agi ad damnum eventualiter Bruneman. *ff. ff. lib.* 9. *tit.* 2. *l.* 40. *n.* 4.

26 Damnum ab hærede hæreditati datum venit in Judicium familiæ erciscundæ Bruneman. *ff. ff. lib.* 10. *tit.* 2. *leg.* 17.

27 Damnum qui in turba dedit, vel dari fecit, in duplum tenetur. Bruneman. *ff. ff. lib.* 47. *tit.* 8. *l.* 4. *n.* 3.

28 Actor ad restitutionem damni cum rei vendicatione simul agere potest Bruneman. *ff. ff. lib.* 6. *tit. pr. l.* 14.

29 Damnum intollerabile admittit remissionem mercedis Brunneman. *ff. ff. lib.* 9. *tit.* 2. *l.* 25. *n.* 16., *& lib.* 19. *tit.* 2. *l.* 27. *n.* 2. *& seqq.* Et quando dicatur intollerabile Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 18. *nu.* 103. *tom.* 4.

30 Jure canonico hæredes ad damna a defuncto data tenentur, licèt nihil ad eos pervenerit Brunneman. *C. lib.* 4. *tit.* 17. *l. pr. n.* 8.

31 Damnificans aliquem videtur, & auferre id, in quo ipsum damnificat. Fagnan. *in cap. mandato nu.* 23. *de Simon.*

32 Damnificans aliquem impediendo, ne adipiscatur quod erat in via habendi, tenetur aliquam recompensationem facere secundum conditionem personarum, & negotiorum. Fagnan. *ibid. n.* 32.

33 Damni avitandi, & lucri captandi dispar est ratio Episc. Roec. *cap.* 49. *n.* 123. *lib. pr.*

34 Damnorum liquidatio, cum sit difficilis probationis admittit probationem, per leviora, imo etiam per conjecturas, & inditia, præcipuè quando sunt incontrovertibilia damna in genere passa Episc. Roce. *cap.* 120. *n.* 36. *lib.* 2.

Imo Judici est permissum illa liquidare, & arbitrari a verisimili idem *ibid. n.* 37.

35 Damni actione licèt teneatur qui, ut arceret incendium a suis Ædibus, vicinas destruxit, tamen, si æquè vicinæ Ædes erant perituræ cessat obligatio, Roc. Episc. *cap.* 151. *n.* 9. *lib.* 2.

36 Pro damno licèt teneatur maritus, si non fulserit domum dotalem, ab obligatione tamen eximitur, si domus dotalis devasta sit, quia quo ad effectum nullum damnum fuit illatum ex negligentiis, quia & si domum reficeret, similiter periret Episc. Roc. *loc. cit. num.* 10.

37 Damnum in retibus piscatorum, si navigantes dederint, tenentur ad illud reficiendum, non autem ad piscium æstimationem, quia incertum erat an caperentur. Episc. Roc. *cap.* 122. *n.* 14. *lib.* 2.

38 De Damno vitando agens præferri debet Episc. Roe. *cap.* 149. *n.* 59. *lib.* 2.

39 Damna, & interesse hæredibus occisi reficienda, intelligi debent de integra quantitate, quam occisus lucrari potuisset in vita Episc. Roec. *cap.* 187. *n. pr. lib.* 2., & vide eumdem *in Indic. Verbo Interesse.*

40 Damnum, & Interesse veniunt sub obligatione Camerali, Emerix jun. *decis.* 59. *sub n.* 3. Et in Judicio evictionis Emerix jun. *decis.* 115. *n. pr.*, & vide eumdem *in Indice Verbo Evictio.*

41 Damnum deteriorationis bonorum factum per Emphyteutam refici non debet, nisi probato per Dominum statu antiquo Emerix. jun. *decis.* 1235. *n.* 9.

42 Damnum proveniens ex diversione fluminis facta de mandato principis resarciri debet ab iis, qui ex illa commodum recipiunt Emerix. *jun. decis.* 1169. *num.* 11.

43 Damnum provenient ex retardata consignatione Olei post interpellationem, itaut hoc interim sit decretum illius pretium, refici debet a debitore, qui illi causam dedit Caprar. *decis.* 189. *n.* 4. *part. pr.*

44 Damna provenientia ab evictione debita sunt à die promissionis, damna verò occasionalia, & obliqua, debentur à die moræ. & sic interpellationis, itaut bona ante illam distracta transeant absque hypotheca. Caprara *decis.* 343. *num.* 6. *part. pr.*

Damna, & interesse peti non possunt contra tertios 45
possessores ex interpellatione facta eorum auctori, si antea devenerint in ipsos mediante venditione bona erant jàm translata Caprara *decis.* 370. *n.* 8. *part. pr.*

Damna, & interesse sine mora non dantur Caprara 46
dict. decis. 370. *n.* 6.

Et debentur ratione moræ, & sic à die factæ interpel- 47
lationis Caprara *dict. decis.* 370. *n.* 7. *& decis.* 343. *n.* 6. *part. pr.*

Sub nomine damnorum, & interesse veniunt fru- 48
ctus, quos quis percepisset, si promissio fuisset adimpleta Caprara *decis.* 409. *nu. pr. part. pr.*

Et veniunt etiam expensæ litis, secutæ ex culpa, & facto promissoris, & tam vivæ, quam mortuæ, Caprara *d. decis.* 409. *n.* 3.

Non tamen veniunt expensæ factæ in Judicio diverso *ibid. n.* 6.

Plura alia de damno, & interesse De Luc. *in Indice general. verb. damnum & interesse* Antald. *de commerc.* Altimar. *de nullit. & alibi* Mans. Palm. & alii moderni.

Damnum contingens in fructibus rei donatæ, ces- 49
sæ, vel assignatæ cedit incommodo donatarii, vel cessionarii Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 32. *n.* 768. *&* 769. *tom.* 5.

§. DATIO IN SOLUTUM III.

DAtio in solutum facta per debitorem creditori li- 1
berat fidejussores, & sibi imputet creditor si non reservavit jura sua, & actiones contra illos in casu evictionis rei insolutum datæ, aliàs in casu evictionis sibi competit tantum utilis actio ex empto contra debitorem, & non pignoratitia, ut dixi in §. *Obligatio nu.* 34. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 165. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 109. & latè tradit Gratian. *discep. forens. cap.* 3. *num.* 5. *& sequ. per tot.* vide in Practica §. *Datione insoluto num.* 2. *&* 3. ubi plures hinc inde allegavi, facit quod dixi in §. *Census num.* 53. §. *Hypotheca nu.* 48. *&c.* Rot. post Urceol. *de transact. decis.* 81. ubi plura an, & quando secuta evictione reviviscant priora jura, & quæ, vel non, Cabal. *consil.* 111. *lib. pr.* ubi quòd stante reservatione primorum jurium in casu evictionis, illa sequuta, potest creditor executivè agere prout poterat ante adjudicationem, Arias de Mesa *var. resol. lib. pr. cap.* 38. *cum pluribus seqq.* ubi plenè an, & quando sequuta evictione rei in solutum datæ, possit creditor redire ad primæva jura, val non. De Luc. *de emptione disc.* 17. *num.* 7. *& disc.* 46. *n.* 26. Mantiss. ad eumdem De Luc. *libr.* 7. *decis.* 19. *vol. pr.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. p.* 5. *q.* 47. *n.* 664. *& seqq. tom.* 7.

Et in dote ex speciali privilegio dari regressum ad primæva jura, Rot. post Urceol. *dict. tract. decis.* 58. *num.* 14. *& part.* 17. *recent. decis.* 398. *num.* 16. *&* 17. *vide in* §. *Evictio nu.* 26. idem De Luc. *cit. disc.* 17. *num.* 7. *& de dot. disc.* 64. *&* 157. *num.* 19. Altimar. *loc. sup. cit. d. q.* 47. *n.* 671. *tom.* 7.

Quòd ubi datio in solutum, vel cessio non fuit valida, sed resolvitur per non existentiam crediti cessi, habeatur ac si facta non fuisset, nec extinguat primævas actiones, Rot. *part.* 12. *recent. decis* 85. *num.* 11. *&c.* idem De Luc. *de credit. de Fend. disc.* 130. *num.* 4.

Sed vide alias decisiones in eadem causa emanatas *dict. part.* 12. *decis.* 155. *& decis.* 215. *per tot.* ubi quando cessio extinguat primas actiones, & debitum, pro quo fuit facta.

Quòd etiam in dote ex speciali ejus privilegio detur mulieri regressus ad primæva jura, ac si nulla datio in solutum præcessisset, sicuti etiam quando fuit reservatus, Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 488. *num.* 10. *&* 11. *vide* §. *Creditor num.* 20. Altimar. *d. q.* 47. *n nu.* 664. *& seqq. tom.* 7.

Quod datio in solutum nominis debitoris pro pretio rei emptæ extinguat debitum, ita ut non possit venditor agere ex venditio, sed ex datione in solutum si impediatur exigere nomen cessum, Marta *vot. Pis.* 144.

Datio in solutum ex modico pretio cum pacto de 2
retro-

retrovendendo, quando dicatur facta in fraudem usurarum, maximè si præcedat mutuum, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 258. *num.* 15. & 16. Viv. *comm. opin.* ubi alia plura de datione in solutum.

Quid sit datio in solutũ, qualiter fiat, quando sit valida, vel non, an differat à venditione, & quomodo, Tusch. *litt. D. concl.* 23. & *seqq.* latè etiã Ricc. *Coll.* 3495. & 3501. *cum pluribus seqq.* Rot. *part.* 9. *recentior. dec.* 248. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 416. *per tot.* ubi plura notabilia. De requisitis dationis in solutum Brunnemann. *sup. ff. libr.* 12. *tit.* 1. *leg.* 2. *num.* 6. & plura etiam Altimar. *de nullit. rub.* 1. *p.* 2 *q.* 15. *à n.* 773. *tom.* 4. & *rub.* 1. *part.* 5. *q.* 47. *à n.* 606. *t.* 7.

3 Datio insolutum facta judicialiter in majori quantitate quàm verè sit debitum est nulla, etiam si in obulo tantùm esset excessus, quod intellige quando fuit erratum in debito, & causa, nam ubi non fuit petita major quantitas, tenet datio insolutum in quantum se extendit debitum, Magon. *decis. Flor.* 209. *num.* 5. & *seqq.* Capye. *dec.* 41. *num.* 9. Merlin. *decis.* 309. *nu.* 5. &c. & *decis.* 261. & *decis.* 683. *nu.* 5. ubi tamen quòd sustinetur si res commodam non patiatur divisionem, vide Ricc. *Collect.* 4044. & 3578. & alibi prout *in repert. verb. subbastatio*, Surd. *decis.* 45. & 46. *per tot.* ubi etiam si sit nulla, an saltem detur retentio donec debitum persolvatur, facit quod dixi in §. *Debitor num.* 53. §. *Executio num.* 27. & §. *Sententia nu.* 21. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 26. & 36. *per tot.* & *decis.* 89. *num.* 10. ubi benè declarat an possit sustineri si exbursetur residuum pretii, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 397. ubi qualiter ratione excessus vitietur, Andreol. *controv.* 160. *per tot.* Gob. *consult.* 73. *num.* 8., ubi an valeat, si debitum non sit verum pro parte. Rot. post Constan. *ad stat. Urb. decis.* 192. *n.* 12. Barc. *decis.* 76. Hermosil. *in l.* 52. *n.* 22. *gloss.* 7. & *glos.* 4. *l.* 36. *tit.* 5. *n.* 101. *fol.* 777. Altimar. *de nullit. d. q.* 47. *n.* 673. *t.* 7.

Ex quibus autem conjecturis datio insolutum, vel adjudicatio facta à judice detegatur collusiva, & simulata, ac consequenter nulla, Merlin. *decis.* 13. *per tot.*

4 Dare nemo potest alteri quod ipse non habet, *l. traditio ff. de acquir. rer. dom.* & latè explicat. Tusch. *litt. D. conclus.* 17. *per tot.*

De verbo dare *dare*, sive verbis, *dedit*, *vendidit*, & *tradidit*, qualiter importent translationem dominii, idem Tusch. *litt. D. conclus.* 16. *per tot.*

5 Datio insolutum requirit præcedentem æstimationem, & ubi est judicialis requirit etiam factum executoris, sive cursoris, qui in executionem decreti judicis adjudicet, ac insolutum tradat, nec ad dominii translationem sufficit juris decretum quod bona dentur insolutum etiam si creditor jam possideret, quia aliud est dictum decretum, aliud ipsa datio facti, sicuti ex istis, & aliis rationibus, contrariis respondendo, latè pro nullitate dationis insolutum resolvit Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 238. *per tot.* & *decis.* 270. *num.* 11. &c. facit quod dixi in §. *Possessio num.* 4.

Plura de datione insolutum judiciali, & pignoris addictione facienda creditori, ut sit valida, quæ requirantur, Anton. Nigr. *de subbast. part.* 2. *cap.* 35. *per tot. fol.* 231. &c. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 26. & 36.

Quòd datio insolutum præsupponat debitum certum, & non aliqua exceptione elidibile, aliàs non teneat, & resolvatur in simplex pignus, Rot. *par.* 12. *recen. decis.* 45. *num.* 14. &c.

6 Datio insolutum non præsumitur, sed potius pignus nisi doceatur bona fuisse insolutum data, vel à judice, vel à patre, & sic in dubio quis præsumitur potiùs possidere jure pignoris, quàm dominii, nisi sint lapsi 30. anni, Afflict. *decis.* 373. *nu.* 5. &c. Buratt. *decis.* 372. *num.* 2. Mangil. *de subbast. quæst.* 200. *nu.* 7. &c. Post. *cod. tract. inspect.* 67. *num.* 49. &c. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 80. *num.* 22. &c. & *part.* 13. *decis.* 411. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 108. ubi intelligit quando non præcessit æstimatio, nam sequuta æstimatione videtur translatum dominium, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 249. ubi quòd in dubio præsumitur potius datio in solutum, quàm pignus, maximè concurrentibus conjecturis, de quibus ibidem, & *part.* 17. *decis.* 114. & *part.* 18. *decis.* 228. ubi favore dotis, & stante æquivalentia bonorum cum credito, ita ut non sit spes luitiónis, & *decis.* 703. *num.* 13. & *seqq.* ubi plura ad inducendam dationem in solutum ex conjecturis, & præsumptionibus quæ saltem transferunt onus probandi contrarium in adversarium, vide De Luc. *de credit. disc.* 64. *nu.* 25. *disc.* 66. *num.* 5. *disc.* 135. *num.* 8. Vide Ansald. *de commer. disc.* 2. *n.* 28. & 29. & *disc.* 82. *n.* 11. Hodier. ad Surd. *decis.* 266. *n.* 20. Cepparell. *respons.* 32. *n.* 9. Banielli *cons.* 26. *num.* 56. Schettin. *de Jure offerendi part.* 1. *cap.* 1. *section.* 2. *n.* 6. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 5. *q.* 47. *à n.* 678. *tom.* 7.

Intellige tamen ubi retentio provenit à judice, vel à patre, ut requiritur in datione insolutum, secus si bona fuerint à creditore occupata pro sua securitate, quia tunc dicitur pignus, cui potest creditor incumbere, sed non ejus dominium sibi appropriare, & ideò stante defectu potestatis capiendi bona insolutum, non potest præsumi, vel induci retentio insolutum, sed tantùm in pignus, Rot. *d. part.* 18. *decis.* 710. *nu.* 6. & *seqq.* & *part.* 19. *decis.* 374. *per tot.* ubi quòd pendet à voluntate debitoris, & creditoris, ac ex conjecturis, & ibi pro pignore. Altimar. *ubi supra d. q.* 47. *à n.* 678. *tom.* 7.

Quòd datio insolutum pendeat ab irrevocabilitate rei traditæ, & ideò non possit dici talis contractus celebratus quando fuit aliquid fructiferum datum in pignus, vel ad fruendum creditori, sed ipse creditor teneatur fructus imputare in sortem, & postquam ex illis fuerit satisfactus rem ipsam, sive bona restituere, & alia circa pignoris naturam, & retrotractionem, latè Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 129. *per tot.* & *part.* 13. *decis.* 411. *per tot. vide in* §. *Fructus nu.* 8. & §. *Contractus nu.* 43. ubi qualiter valeat contractus ad fruendum, vel gaudendum absque imputatione fructuum. Idem Altimar. *d. q.* 47. *n.* 683. *tom.* 7.

Conclusionem supradictæ contrariam, nempe in dubio præsumi potius dationem insolutum, quam pignus, maximè stantibus verbis translationem dominii importantibus, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 150. *num.* 1. Seraphin. *dec.* 242. *num.* 2. Gregor. *decis.* 194. *nu.* 12. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 205. *num.* 11. & *seqq.* vide in §. *Debitor num.* 61. Rot. *dict. part.* 14. *decis.* 260. *num.* 5. & *seqq.* Doct. relati à Rot. *decis.* 168. *num.* 1. *part.* 1. *in noviss.* Vide Altimar. *d. q.* 47. *à num.* 678. *tom.* 7.

Datio insolutum facta pro sorte census, si sit nulla, & reducatur ad non titulum, qualiter reviviscat census, & illius dominus, vel creditor possit redire ad primæva jura, & consequi etiam fructus, vide Thomat. cum aliis ab eo citatis *decis.* 185. *per tot.* & quæ ego dixi in §. *Census num.* 52. Idem Altimar. *d. q.* 47. *n.* 685. *tom.* 7. 7

Datio insolutum ex falsa debiti quantitate, etiam in minima parte est nulla in totum, & potest fundus insolutum datus in totum repeti unà cum fructibus, etiam non extantibus, sed consumptis, vel saltem illis computatis in sortem, ne creditor videatur locupletari cum aliena jactura, ut latè textualiter probat Ganaver. *cons.* 33. *per tot.* post ejus decisiones, ubi tamen limitat non procedere, quando datio insolutum esset de rebus consistentibus in pondere, numero, vel mensura, & sic recipientibus functionem in genere suo, quia tunc repetitur tantùm quantitas excessiva; nec quando datio insolutum non fit, ut totius debiti liberatio sequatur, sed ad computum; nec quando res data insolutum fuit sine errore quantitatis debiti, sed æstimata minus, vel plus justi, nam tunc subsistit quidem datio insolutum, & sola æstimatio justificanda est per novam æstimationem. Quoad fructuum autem liquidationem hoc non procedere, si creditum pro quo fuit facta datio insolutum esset fructiferum, quia tunc fieret compensatio ex æquitate, *l. Curabit C. de act. empt. juxta ea, quæ scripsi in* §. *Emptio num.* 4. & meliùs ad rem in §. *Fructus num.* 9. Brunnemann. *ff. ff. lib.* 10. *tit.* 3. *l.* 7. *n.* 20. & vide Abeccletiam, & Crescin. *obser.* 164. *p.* 1. 8

De datione insolutum aliqua notat Thoro *compend. decis. Neap. part.* 1. 2. & 3. *verb. Datio insolutum*, & plura Ann. *tract. de execut.* aliique relati per Com. August. Fontan. *in Bibliotb. legal. part.* 4. *verb. Datio insolutum fol.* 372. Cardinal. De Luc. *in Indice generali Verbo Datio insolutum* Brunnemann. *sup. ff. ff.* & C. Altimar. *de Nullit.* Emerix, Caprara, Manzi, Palma, & aliis Moderni.

9 Datio insolutum non est verè, ac propriè emptio, & venditio, sed similis illi, & ex juris interpretatione includit in se tacitum contractum emptionis, & venditionis; & ideò secundùm aliquos non venit sub dispositione statuti de emptione, & venditione loquentis; licèt contrarium sit verius quando agitur de datione insolutum pro pecunia voluntariè, sive ex partium conventione facta, & aliorum sententia procedat tantùm ubi datur insolutum res inæstimata pro alia re, vel specie debita, vel etiam pro pecunia debita, sed ex judicii necessitate, Tiraquel. *de retract. consang.* §. 1. *glos.* 14. *num.* 5. *& seqq.* & benè explicat alios adducens Vela *Diss.* 36. *num.* 6. 74. *& seqq.* vide De Luc. *de usur. disc.* 10. *num.* 6. *de credit. disc.* 27. *n.* 14. *disc.* 32. *num* 9. *disc.* 64. *num.* 7. *disc.* 65. *num.* 10. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *q.* 15. *à num.* 773. *& pp. seqq. tom.* 4. & infrà *in novissimis additionibus* Crescin. *n.* 18.

10 Datio insolutum bonorum hæreditariorum facienda creditoribus, & legatariis, an, & quando sit permissa hæredi beneficiato Rocc. Episcopus *cap.* 51. *à n.* 71.

11 Datio insolutum sicut liberat hæredem debitorem, ita etiam suffragatur Fidejussori Rocc. *loc. cit. n.* 92.

12 Datio insolutum nunquam fit nisi expresse dicatur, & postea sequatur cessio Episcopus Rocc. *cap.* 129. *n.* 4. *&* 5.

13 Dans insolutum nomina debitorum, & postea ea exigibilia promittens, tenetur illa exigibilia præstare, tempore insolutum dationis Episcopus Rocc. *cap.* 129. *num.* 11.

14 Data insolutum re, quoties creditori evincitur, contra debitorem primæva reviviscit actio Rocc. *cap.* 128. *n.* 27. id tamen non procedit in præjudicium Fidejussoris *ibid.*

15 Datio insolutum necessaria laudemium non præstat Brunnemann. *ff. ff. lib.* 13. *tit.* 1. *l.* 12. *n.* 3.

16 Ad Dationem insolutum accipiendam Creditor cogi non potest Brunneman. *C. lib.* 7. *tit.* 72. *l.* 4. *n.* 2.

17 Datio insolutum transfert dominium in assignatarium, & in illius sequellam tàm augmentum, quàm decramentum rei assignatæ cedit commodo, & incommodo assignatarii Caprar. *decis.* 681. *n.* 14. *part.* 2.

Et quod transferat Dominium, & possessionem Crescin. ad Abeccletiam *obser.* 148. *n.* 14. *p.* 1.

18 Datio insolutum est idem, ac emptio, & venditio eademque requisita desiderat Palma nepos *alleg.* 9. *n.* 20. *t.* 1. Differt tamen in aliquibus Palma nepos *alleg.* 104. *num.* 38. *t.* 2.

19 Datio insolutum debitum non extinguit si facultas redimendi competens deducatur ad exercitium De Luc. *de Credit. disc.* 74. *n.* 10.

20 Quale remedium competat adversus dationem insolutum De Luc. *de Feud. disc.* 130. *n.* 5.

21 Datio insolutum implicita quando resultat ex derelictione pignoris. Cardinal. De Luc. *de Credit. disc.* 36. *sub n.* 2.

22 Datio insolutum invalida debitum non extinguit De Luc. *de Credit. disc.* 27. *n.* 13.

23 Datio insolutum præsumitur valida, & omnia necessaria intervenisse stante cursu temporis. Palma nepos *alleg.* 112. *n.* 21. *tom.* 3.

24 Datio insolutū probat verā numerationē ac si pecunia verè fuisset soluta Palma nepos *alleg.* 281. *n.* 18 *to.* 3.

25 Datio insolutum difficilius præsumitur facta in fraudem usurarum Palma nepos *alleg.* 212. *n.* 26. *&* 27. *tom.* 3.

26 Datio insolutum est individua, ideo in totum rescinditur Palma nepos *decis.* 356. *n.* 5. *tom.* 4.

27 Datio insolutum dicitur unica, licet sit facta de pluribus rebus, & diversis vicibus, quando secuta fuit pro uno, & eodem debito Palma nepos *cit. decis.* 356. *n.* 7. 8. Et vide infrà *n.* 36.

28 Datio insolutum bonorum facta mulieri pro dote habetur pro non facta, quando bona non remanserunt penes Mulierem Palma nepos *decis.* 339. *nu.* 4. *tom.* 4.

29 Datio insolutum facta insciis creditoribus inter sanguine conjunctos præsumitur collusiva Mantissa ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 20. *n.* 4. *vol.* 3.

30 Datio insolutum facta per hæredem post detectos creditores nullius est relevantiæ. Mantissa ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 20 *n.* 5. *vol.* 3. ubi *n.* 6. quod datio insolutum fieri nequit per hæredem, nisi præcedat liquidatio debiti, & æstimatio rei.

31 Compensatio resolvit dationes in solutum, subhastationes, deliberationes, & similia Bersan. *de compens. cap.* 1. *q.* 20. *n.* 21.

32 Fructus rei nullitèr in solutum datæ compensantur cum Credito Bersan. *loc. cit. cap.* 2. *q.* 18. *n.* 65.

33 Datio insolutum an sit nulla ratione incertitudinis rei, quotæ, ac pretii Rot. *recen. part.* 16. *decis.* 320. *n.* 3. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rub.* 1. *q.* 8. *n.* 295. *tom.* 3.

34 Datio insolutum alia est necessaria, alia voluntaria Novar. *de dation. Insolut. q.* 1. *n.* 5. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 5. *q.* 47. *n.* 607. *tom.* 7. Datur etiam datio insolutum nec voluntaria nec necessaria Novar. *loc. cit. q.* 2. *n.* 9. Altimar. *d. q.* 47. *n.* 610.

35 Datio insolutum alia expressa, alia tacita Altimar. *de nullit. d. q.* 47. *n.* 618.

36 Datio insolutum facta unico pretio est individua Beuich. *cons.* 63. *n.* 39. *&* 41. Altimar. *de nullit. loc. cit. n.* 617. vide supra *n.* 26. *&* 27.

37 Datio insolutum ex una causa non cedit in aliam Rot. post Oleam *de Cession. Jur. decis.* 8. *nu.* 4. *&* 8. Ludovis. *decis.* 366. Altimar. *ubi supra num.* 619.

38 Datio insolutum facta in executione instrumenti, juxta illud facta censetur Cer. *decis.* 417. *n.* 10. Altimar. *loc. cit. n.* 620.

39 Datio insolutum in dubio præsumitur, quando debitum est pro dote Cer. *decis.* 930. *n.* 4. Maxime si creditum dotale non excludit valorem rei Cer. *ibid. n.* 5. Altimar. *ubi supra n.* 620.

40 Datio insolutum per verba præsentis temporis concepta, actus perfectionem demonstrat, non simplicem præparationem, & præambulum Cer. *decis.* 417. *n.* 9. Altimar. *n.* 622.

41 Datio insolutum facit fructus suos, nec computat in sortem Cer. *decis.* 319. *n.* 14. Altimar. *n.* 623.

42 Datio insolutum fit de credito liquido Cer. *decis.* 208. *n.* 13. Altimar. *n.* 624.

43 Datio insolutum facta à Fideicommissario non valet, si dicto tempore penes gravatum res reperiebatur Cer. *decis.* 306. *n.* 2. Altimar. *n.* 625.

44 Datio insolutum pro dote potest voluntariè revocari & dari alia res, quæ succedit in locum primæ & cum eisdem Privilegiis, nam datio insolutum ex causa dotis non extinguit primæva jura *l. qui res ff. de solution.* Rosa *consult.* 51. *n.* 10. Altimar. *n.* 626.

45 Datio insolutum pro suis dotibus uxori facta, si perfecta sit, ab ea nequit deinde revocari Rosa *consult.* 53. *n.* 15., cum vera dotis restitutio sit Rosa *ibid. nu.* 27. Altimar. *n.* 627.

46 Datio insolutum nominis debitoris, quando sit vera insolutum datio, & extinguat creditum, & quando non Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 5. *q.* 47. *à nu.* 632. *ad* 646. *tom.* 7.

47 Creditor an possit dationem insolutum respuere Altimar. *de nullit. loc. cit. à n.* 647.

48 Quibus modis fieri possit datio insolutum Altimar. *n.* 658. *& seqq*

49 In datione insolutum nominis debitoris, an requiratur præsentia, & consensus debitoris Altimar. *n.* 662.

50 Datio insolutum supponit debitum certum Altimar. *loc. cit. n.* 662.

51 Datio insolutum à Judice potest fieri dupliciter, vel in pœnam, vel definitivè Altimar. *n.* 686.

Quid facta à parte *n.* 687. *&* 689.

52 Datio insolutum quando retrotrahatur Altimar. *ubi supra n.* 706.

53 Datio insolutum probat veram numerationem Altimar. *n.* 708.

54 Datio insolutum præsumitur valida, & omnia intervenisse, & non præsumitur facta in fraudem usurarum Altimar. *loc. cit. n.* 709. *& seqq.*

55 Datio insolutum facta cum reservatione Dominii quid importet Altimar. *ubi supra n.* 699.

Pactum quod pignus censeatur datum insolutum Creditori valet Altimar. *loc. cit. n.* 690.

§. DEBITOR IV.

1 DEbitor propriè dicitur ille, qui juris remediis adstringi potest ad solvendum, non autem qui perpetua

petoa exceptloee ſe defendere poteſt, *l. debitor ff. de verb. ſignif. l. 1. ff. ſi cert. pet. l. qui exceptionem de condit. indebit.* Sperel. *decíſ.* 177. *num.* 26. *& ſeqq.* facit quod dixi in *§. Creditor num. pr.* latè Tuſch. *litt. D. concluſ.* 34. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 2750. Rot. *rec. part.* 3. *dec.* 374. *num.* 5. *&* 32.

2 Debitor priecipalis dicitur ille, qoi comodum percipit ex contractu, alii verò dicuntur fidejuſſores, quamvis ſint obligati uti principales, & in ſolidum, nam reſpectu ſolius creditoris pro talibus habentur, Gratian. *diſcept.* 701. *nu.* 5. facit quod dixi in *§. Correus num.* 2. Rot. *part.* 5. *recent. decíſ.* 462. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 12. *dec.* 55. *num.* 5. *& ſeqq. part.* 13. *dec.* 324. obi quòd ſi fidejuſſor recipiat pecuniam, efficitur ipſe debitor principalis, ac tenetur ad reſtitutionem, & indemnem ſervare principalem, maximè ſi jam agnovit debitum, & procedit etiam ie hæredibus.

3 Debitor qui ex gratia creditoris obtinuit compoſitionem ſolvendi quolibet anno certam quantitatem pro eo quod una tantùm vice ſolvere tenebatur, ſi deficiat in uno termino an poſſit pro tota, & integra ſumma conveniri, vide ie *§. Promiſſio num.* 10. Vide D.D. relat. per Altimat. *de nullit. rub. pr. q.* 30. *n.* 622. *& ſeqq. tom.* 5.

Quòd perdat beneficium dilationis ſi deficiat ie primo termino ubi adeſt juramentum, Scanarol. *de viſitat. carcer. lib.* 3. *§. fin. num.* 17 *fol.* 587. vide tamen Rot. *part.* 14. *recent. decíſ.* 282. *per tot.* ubi plura ad excuſandum debitorem ab amiſſione dilationis, cùm ie pœnalibus mitior, & benignior interpretatio ſemper ſit capienda, ut debitor quanto minus fieri poteſt gravetur. Vide Altimat. *loc. ſupra relat.*

4 Debitores plures, inter quos adſit Clericus, ae debeant omnes conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 115. *num.* 8. *& cap.* 641. *per tot.* dixi in §. *Cauſa num.* 13. *§. Frater num. &* §. *Laicus num.* latè Ciarlin. *controv.* 34. Vide Creſcin. *in hoc oper. §. cauſa dict. n.* 13.

5 Debitor deponens id quod debet de mandato judicis, vel ſaltem eo ſciente, & tollerante, qualiter liberetur à debito, etiam quod poſtea ſuperveniat inopia depoſitarii, vide in *§. Depoſitum num.* 7.

An autem poſſit aote acceptationem creditoris revocare depoſitum, & exigere pecuniam à depoſitario, Ariſmin. Tepat. *var. reſolut. titul.* 354. *cap.* 13. Larrea *decíſ.* 59. *num.* 24. Olea *de ceſſ. jur. tit. pr. quæſt. pr. num.* 19. ubi quòd non.

6 Debitor qui non fuit extrajudicialiter interpellatus, licèt excuſetur ab expenſis litis, tamen ſi poſtea in judicio neget ſoluere, debet io expenſis condemnari, nam ſicut recuſat in judicio, ita præſumendum eſt quòd recuſaſſet extra judicium, Dec. *in l. qui in alterius num.* 8. *ff. de reg. jur.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 33. *num.* 48. facit quod dixi in *§. Expenſæ num.*

7 Debitor confeſſus poſt litem conteſtatam, habet tempus quadrimeſtre ad ſolvendum, confeſſus autem nullo oblato libello, nec lite conteſtata tempus decem dierum de conſuetudine faciendo illi præceptum, Rot. *part.* 2 *diverſ. decíſ.* 146. *num.* 2. *vide in §. Terminus num.* 9. Abecceleſia, & Creſcin. *obſer.* 122. *part. pr.*

Tempus hujuſmodi eſſe lo judicis arbitrio, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 27. *&* 28. *per tot.* Abecceleſia, & Creſcin. *loc. ſup. cit.*

Plura de termino competente debitori confeſſo, vel condemnato ad ſoluendum tam de jure, quàm de conſuetudine, & praxi, Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 54. *num.* 97. *& ſeqq.* ubi etiam quid operetur ſuſceptio termini ad ſoluendum, & alia Abecceleſia, & Creſcin. *ubi ſupra.*

8 Debitor in quærendis poteſt creditoribus præjudicare, eee illos dicitur fraudare, unde poteſt hæreditatem, vel legatum repudiare, licèt io foro conſcientiæ, ipſe, & ei tale conſilium dans peccet mortaliter, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 132. *per tot. & cap.* 182. *num.* 30. Surd. *decíſ.* 140. *per tot.* Franch. *decíſ.* 101. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3540. ubi ampliat etiam quoad legitimam, & ſupplementum allegans Surd. *decíſ.* 160. Franch. *decíſ.* 374. & alios, vide Panimol. *in ſua Idea Conſtit.* 26. *per tot.* latè Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 2. *cap.* 14. *& cap.* 25. *num.* 74. *& ſeqq.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 29. *per tot.* plenè Olea *de ceſſ. jur. tit.* 2. *quæſt.* 3. ubi etiam quando ex ceſſione inducatur aditio, & quid operetur, Caren. *reſol.* 202. *per tot.* ubi an, & quando debitor fiſci poſſit renunciare, vel repudiare jus ſibi delatum in præjudicium fiſci, latè Add. ad De Franc. *cit. decíſ.* 101. Altimar. *de nullit. rub.* 1. *q.* 12. *n.* 31. *& n.* 257. *tom.* 3. Larea *decíſ.* 55. *n.* 3. *&* 8. Arias de Meſa *lib.* 2. *reſol. variar. cap.* 41.

Quòd poſſit renunciare lucro dotali, oec renunciatio valeat retractari per creditores, Roland. *de dot. qu.* 40. Gratian. *decíſ.* 17. *nu.* 5. Olea *d. quæſt.* 3. *num.* 22. *&c.* ubi intelligit de quærendis, ſecus de quæſitis, & plura ſimilia adducit, vide in §. *Maritus n.* 33. Carol. Anton. De Luc. ad De Franch. *dec.* 101. *num.* 27. Altimar. *d. q.* 12. *n.* 285. *&* 286. *tom.* 3.

Hæc concluſio videtur intelligenda reſpectu creditorum ſimplicium chirographariorum, non autem habentium hypothecam, quibus cùm ſit jus quæſitum ex hypotheca ſuper actione nata ad favorem debitoris, non poteſt ipſe debitor præjudicare, per text. *in l. nomen C. quæ res pign. oblig. poſſ.* Urſil. *decíſ.* 8. *num.* 3. Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 3. *num.* 21. *& ſeqq.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *nu* 38. *&c.* Gratian. *decíſ.* 17. *per tot.* ubi tamen ipſe firmat contrarium ex Franc. & aliis per eum adductis, vide in Pract. *§. Debitori num.* 2. *&* 3. Card. Tuſch. *litt. H. concluſ.* 20. *per tot.* ubi meminit de duabus legibus Florentinis facientibus ad favorem creditorum de anno 1477. 1478. & hanc opinionem de æquitate, quæ reiicit omnem fraudem, & dolum, ſequitur, & judicatum refert Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 21. *art.* 7. ubi quòd creditores poſſunt cogere debitorem ad hæreditatem illorum periculo adeundam, vel ipſi eam acceptare, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 29. *nu.* 19. *&c.* Andreol. *controv.* 208. Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 41. *per tot.* Manſ. *conſult.* 24. *lib.* 1. plenè Carleval. *de judic. lib.* 2. *tit.* 3. *Diſput.* 25. *per tot.* ubi poſt plura videtur diſtinguere inter creditores ex cauſa lucrativa, ut iſtis poſſit debitor non acquirendo præjudicare, & creditores ex cauſa onerosa, & illis maximè hypothecariis non poſſit præjudicare, & alia plura ad rem notabilia, & præcipuè an filius debitis gravatus poſſit conſentire, & approbare onus ſuper legitima ſibi à patre injunctum in damnum, & præjudicium ſuorum creditorum, & allegat pro utraque parte DD. vide Carol. Anton. De Luc. ad De Franch. *dec.* 101. *num.* 1.

Noo poſſe etiam io fraudem creditorum renunciari legitimæ, latè probat Merlin. *de legitim. lib.* 3. *titul.* 2. *quæſt.* 29. *per tot.* Paul. Chriſtin. *loco citat.* vide alios in *§. Legitima num.* 37. Olea *loc. ſup. citat. nu.* 21. licèt in hoc etiam, & in ſupplemento contrarium videatur firmare Gratian. *d. cap.* 882. *num.* 32. Mangil. *de imput. quæſt.* 4. *num.* 19. *& ſeqq. & quæſt.* 17. *num.* 9. *& ſeqq.* Martha *de ſucceſſ. part.* 4. *quæſt.* 21. *art.* 10. *nu.* 81. *&c.* ubi quòd creditores filii noe poſſunt ex illius perſona facere detractiones, vide Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3 *quæſt.* 9. *num.* 10. *& num.* 19. ubi qualiter creditores mortuo filio, qui legitimam non agnovit, poſſint illam petere in vim tranſmiſſionis vide Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *dec.* 17. Meſa *lib.* 2. *var. cap.* 41. *n.* 25. Altimar. *d. q.* 12. *n.* 267. *tom.* 3.

Sicut nec debitor fiſci poteſt in ipſius fiſci præjudicium renunciare, vel repudiare jus ſibi delatum, & hoc non tantùm ratione tacitæ hypothecæ, quæ competit fiſco, ſed magis ex privilegio, & favore fiſci, per text. *in l. in fraudem de jur. fiſc.* Gratian. *decíſ.* 17. *num.* 2. *& num.* 20. Altimar. *d. q.* 12. *n.* 273. Caren. *reſol.* 202. ubi contrarium.

Intellige poſt condemnationem, & vide Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit. pr. num.* 190. *& ſeqq. & lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 17. *& nu.* 38. *& ſeqq.* dixi in Pract. *§. Delinquenti nu.* 22. *& §. Fiſco num.* 6. *& ſeqq.* ubi alios citavi, vide in *§. Confiſcatio num.* 26. *caut.* 4. Mangil. *de imput. quæſt.* 4. *num.* 6. *& ſeqq.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *titul.* 2. *quæſt.* 29. *in fine* Vide Altimar. *ubi ſupra n.* 274. *& n.* 268.

9 Debitor ſpeciei perempta ſpecie ſine illius culpa liberatur, ſicut etiam debitor quantitatis debitæ ex certo, & determinato fundo, quia tunc hujuſmodi quantitas debetur ut ſpecies, aliàs ſecus ſi deberetur ut genus, Socio. *reg.* 108. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 62. *num.* 22. *cap.* 228. *num.* 19. *cap.* 654. *num.* 9.

&

& *cap.* 932. *num.* 29. vide in §. *Obligatio num.* 14. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 275. *n.* 8. *&c. vol.* 1. ubi quoad debitorem quantitatis ex certo fundo refert plures leges contrarias, & asserit distinguendum an fundus sit adjectus demonstrativè tantùm, vel limitativè, & alia, ut ibi, & *decis.* 5. *num.* 3. & *seqq. vol.* 3. ubi de debitore speciei, generis, & quantitatis, an & quando liberetur, vel non per interitum, & *decis.* 213. *num.* 27. & *seqq. vol.* 4. ubi de hærede respectu rei legatæ, de quo ultimo, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 273. Gom. *libr. pr. var. resol. cap.* 12. *n.* 31. & *cap.* 15. *nu.* 24. *libr.* 2. *cap.* 2. *num.* 31. & *c.* 11. *n.* 40. Brunnemann. *sup. Cod. libr.* 4. *tit.* 2. *leg.* 11. *n. pr. col.* 278. & *ff. libr.* 45. *tit. pr. leg.* 23. *num. pr.*

Qualiter debitor speciei per interitum ante morsm liberetur quidem ab actione præscriptis verbis, & dolo, non autem à conditione ob causam, qua mediante potest reperi quod datum fuit pro habenda illa specie, declarant Bolognet. Cagnol. & alii in *l. quod te ff. si cert. pet.* Loffred. *cons.* 2. *num.* 46. Vivian. *comm. opin.* 184.

Quòd è contra augmentum speciei sit creditoris, idem Gratian. *cap* 766. *num.* 43.

Quòd debitor quantitatis, perempta quantitate etiam casu fortuito, non liberetur nisi in certis casibus Duen. *regul.* 276. *per tot.* ubi ponit sex limitationes vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 172. *volum.* 5. ubi loquendo de quodam administratore Principis probat, quantitatem pecuniæ penes se repositam, & casu fortuito amissam, periculo ipsius Principis, & non administratoria periisse, & qualiter amissio probetur, vide in §. *Addministrator num.* 26. Vide Brunnemann. *sup. Cod. libr.* 4. *tit.* 23. *leg. pr. num. pr. col.* 325.

Quando debitor possit solvere id quod est in obligatione, veluti certam quantitatem, vel id quod est in facultate, veluti speciem loco quantitatis, ut quando quia promisit decem in aliqua specie, Tusch. *litt. D. conclus.* 53. *per tot.* Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 63. *n.* 6. & *seqq. per tot.* Merlin. *de pign. lib. pr. tit.* 8. *q.* 29. *n.* 88. Rot. apud Buratt. *decis.* 287. *n.* 2. & *seqq.*

10 Debitor speciei actionibus realibus, illa perempta eo modo, quo fuisset etiam peritura penes dominum, liberatur, licèt fuerit in mora restituendi, secus autem in actionibus personalibus, Bart. *in leg. quod te num.* 10. *&c. ff. si cert. pet.* cum aliis per Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 138. *n.* 1. & *seqq.* vide latè Dian. *par.* 11. *tract.* 4. *resol.* 39. *per tot.* ubi loquitur in fure, & quolibet alio iniquo possessore, vel detentore, refertque varias opiniones, rationes, & declarationes, & eadem *par.* 11. *tract.* 6. *resolut.* 5. *versic. nec refert*, & *tractat.* 7. *resol.* 45. *per tot.* ubi ad quem spectet interitus rei legatæ, vide Paul. Christin. *decis.* 12. *n.* 2. *etc. vol.* 3. ubi quoad debitorem ex contractu, vel quasi sequitor prædicta, secus autem in fure, nisi rem obtulerit, & *decis.* 56. *n.* 8. *&c. vol* 5.

An, & quando debitor speciei, perempta specie liberetur, vel non, latè Cresp. de Valdant. *observat.* 102. 103. & 104. *per tot.*

Quòd debitor morosus teneatur de casu fortuito post moram occurrente circa rem debitam, Altograd. *cons.* 45. *n.* 9. *lib.* 2. vide in §. *Mora n. pr.* & §. *Periculum n.* 2. *&c.* §. *Creditor n.* 74. facit Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 273. *n.* 8. *et seqq.* ubi de legato certæ speciei peremptæ ex facto, vel mora hæredis, nam tunc loco illius succedit æstimatio, & intrat hypotheca, & Salvianum super aliis bonis non solùm testatoris, sed etiam hæredis morosi, Vivian. *com. opin.* 187. ubi quòd debitor morosus tenetur de interitu rei debitæ, nulla facta distinctione an eodem modo apud creditorem ipsum fuisset peritura, vel non, Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 9. *sect.* 6. *num.* 19. *tom.* 3. Hermosil. *gloss.* 8. *l.* 3. *tit.* 2. *p.* 5. *n.* 2. Pegas. *resol.* 3. *n.* 904. Larea *alleg.* 73. *n.* 16.

Et quòd odio morosi debitoris secundùm multos absolutè præsumatur, rem non fuisse eodem modo perituram penes dominum, sicut periit penes debitorem, vel secundùm alios (& verius judicio meo) si periit morte sua naturali, præsumptio stet pro debitore, nisi ei possit aliqua negligentia imputari, secus autem si periit casu fortuito, nam tunc non præsumitur quod periisset apud creditorem, cùm ex locorum mutatione sæpissimè jeviseutur infortunia, idem Menoch. *d. præsumpt.* 138. *n.* 6. *et seqq.* Surd. *dec.* 81. facit quod dixi in §. *Animalia num.* . . . *inf. n.* 56. vide Covar, *in regula peccatum* 2. *part.* §. 6. *n.* 2. & alios relatos per Dian. *d. part.* 11. *tract.* 4. *resolut.* 39. *per tot. et tract.* 7. *resolut.* 45. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 170. *volum.* 2. *n.* 5. ubi quòd stante mora debitoris non attenditur utrum eodem modo fuisset peritura apud actorem; mora tamen ad hunc effectum in judiciis universalibus, puta petitionis hæreditatis non inducitur per litis contestationem, idem Christin. *decis.* 56. *n.* 18. *etc. vol.* 5.

Debitor si offerat debitum creditori, qui nolit recipere, & res oblata pereat liberatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 388. *n.* 9. De Luc. *de Credit. disc.* 144. *n.* 3. *et* 4. ubi de periculo in deposito. 11

Et quod realis oblatio non sit necessaria, ubi verbali oblationi creditor respondit, se nolle recipere, Magon. *decis. Flor.* 118. *n.* 5.

Quando debitor liberetur per oblationem, & depositum, Tusch. *litt. D. conclus.* 55. *vide in* §. *Depositum n.* 4. De Luc. *de Dot. disc.* 112. *n. pr. et disc.* 161. *num.* 51. *de Credit. disc.* 92. *n.* 23.

Quòd debitor ad evitandam omnem executionem realem, & personalem, si habeat promptam pecuniam possit illam tradere executoribus, & cesset executio, Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 14. *nu.* 361. Salust. Tiber. *lib. pr. c.* 41. *num.* 9. *vide in* §. *Birruarii num.* 3. *in fine.*

Debitor conventus pro majori summa, quàm verè debeat potest totum negare, nec aliquam pœnam incurrit, quamvis ponens usus fuerit clausula, *si non credit de tanta summa, dicat de quanta*, non enim tenetur dividere positionem, & summam verè debitam confiteri, licèt contraria opinio sit magis tuta, & servanda in foro animæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 109. *n.* 20. *et seqq. vide in* §. *Positio n.* 13. *et* §. *Negativa n.* 2. Ricc. *Collect.* 3466. Michalor. *de Posit. cap.* 53. *et* 54. 12

Debitor annuus, vel semestralis potest non tantùm conveniri pro fructibus decursis, verùm etiam pro decurrendis usque ad extinctionem debiti, Gratian. *discept. forens. cap.* 251. *n.* 34. *etc.* 13

Quòd hoc fieri possit, ut adveniente die parata sit executio Ciarlin. *contr.* 95. *nu.* 31. *etc.* ubi tamen *nu.* 34. declarat esse verum quando dies est apposita à lege, secus si ab homine, & citat Afflict, *dec.* 179. *n. pr.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 41. *n.* 3. & alios vide in §. *Creditor n.* 32. Vide Brunnemann. *in l. non quemadmodum n.* 5. *et* 6. *ff. de Judic.*

Debitor potest eligere, & decalarare in quam causam solverit, quando creditor adnotavit in libro solutum non animo tollendi obligationem, sed tanquam creditum solventis, & ut vulgò dicitur *dato credito*, quod potest esse maximi effectus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 105. *nu.* 16. *et* 17. Surd. *decis.* 186. *per tot.* Magon. *dec. Florent.* 39. *nu.* 9. *etc. ubi n.* 18. quòd non potest variare si semel declaravit, vel si fuit præventus à creditore, vide in §. *Mercator n.* *et* §. *Solutio n.* Et an electio sit creditoris, vel debitoris Viscont. ad Franch. *decis.* 164. *nu.* 15. Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 186. *num. pr.* 14

Debitor morosus qualiter teneatur ad interesse, multa differit Gratian. *disceptat. forens. cap.* 241. *per tot. et dixi in* §. *Interesse num.* *infr. n.* 57. 15

Debitor existens in longinquis partibus, quando sit expectandus per annum, vel arbitrio judicis, & quando ejus agentibus debeat dari terminus ad certiorandum, idem Gratian. *cap.* 583. *n.* 57. *etc.* 16

Debitori, an creditori competat electio in alternativis, vide in §. *Creditor. num.* *et in* §. *Promissio n.* Cyriac. *controv.* 390. 17

Debitor census, vel alterius summæ an possit solvere hæredi gravato ante restitutam hæreditatem, & ab eo liberationem consequi, vel usufructuario, maximè postquam fuit intimatus, ne illis solvat, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 636. *per tot. et in* §. *Usufructuarius n.* 6. & §. *Gravatus n. pr.* 18

Quòd debitor pecuniæ fideicommisso subjectæ, vel reinvestiendæ ex aliqua causa, si cum tali onere illam accepit, non possit solvere, nisi sit certus quod in causam ordinatam, & destinatam erogetur, aliàs

non

non remaneat liberatus, ſecus autem ſi ſit ſimpliciter debitor abſque tali onere illi injuncto, & ab eo acceptato, nam tunc ſolvendo hæredi, vel alteri legitimæ perſonæ liberatur, nec debet eſſe ſolicitus de reinveſtimento, niſi ſciret pecuniam eſſe conſumendam, quia tunc forte poſſet teneri ſi pecunia fuerit deperdita, & conſumpta, Altograd. *conſ.* 43. *per totum lib.* 1. *vide in §. Hypotheca n.*

Quando ſolvens non domino liberetur, vel non, Tuſch. *litt. D. concl.* 42. *&c.* De Luc. *de Legit. diſc.* 4. *n.* 3. *& diſc.* 23. *n.* 9. Vide Altimar. *de nullit. rub. pr. q.* 14. *n.* 158. *tom.* 3.

19 Debitor cenſus dotalis an poſſit illum redimere, & liberetur ſolvendo ſoli marito, vide in §. *Cenſus n.* 37. *& §. Maritus n.*

An ſolvendo uſufructuario, vel proprietario, vide in §. *Uſufructuarius n.* 6. Olea *de ceſſ. jur. titul.* 6. *quæſt.* 6. *n.* 19. *& ſeqq.* ubi inſert ad alia notabilia.

20 Debitor cenſus, qui illum impoſuit, an, & quando poſſit conveniri pro fructibus, vel pro repetitione ſortis, ſi fundum deſinat poſſidere, eo quia fuerit peremptus, ſive alienatus, ſive evictus, vide Mart. Medic. *Exam.* 18. *per tot. cum duabus deciſ. ſeqq. & Addit. dixi in §. Cenſus.*

An poſſit per proteſtationem impediri ne cenſum extinguat, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 336. *dixi in §. Cenſus n.* 15. *&* 16. *& in §. Hypotheca n.* 47. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 140. *tom.* 4.

21 Debitor cenſus volens illum extinguere debet ante bimeſtre denunciare creditori, qua denunciatione facta, poteſt intra annum compelli, & ubi nec volens intra bimeſtre redemerit, vel invitus intra annum coactus non fuerit, poteſt nihilominus quandocunque redimere prævia ſemper dicta denunciatione, etiam quod plures, & pluries fuerit facta, & effectus nunquam fuerit ſequutus, Bulla Pii V. de Cenſibus, poſita per Cenc. & alios *in tract. de Cenſ.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 94. *n.* 1. *&c. vol.* 3. ubi quod dicta denunciatio etiam longioris temporis poteſt in pactum deduci, & alia.

Quod hujuſmodi diſdicta poſſit magis anticipatè fieri, & quomodo, Cenc. *de cenſ. q.* 111. *n.* 4. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 147. *n.* 8.

Et in hac redemptione, vel ſortis conſignatione debitor conſideratur ut actor, & tenetur ſequi forum creditoris rei, in illoque deponere, & non in ſuo, juxta opinionem, quam profitetur veriorem Salgad. *Labyrinth. credit. par. pr. cap.* 2. *n.* 27. *& cap.* 7. *n.* 87. *etc.* referendo tamen Cenc. *de cenſ. quæſt.* 103. *nu.* 16. & alios contrarium tenentes, de quo vide Oleam *de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 12. *n.* 16. *et ſeqq.*

22 Debitor cenſus facta ſupradicta denunciatione, poteſt cenſum extinguere etiam ante tranſactum bimeſtre, & ſi creditor recipere recuſet, poteſt pecunias deponere, & liberatur, tranſacto tamen poſtea bimeſtre tenetur ſolvere fructus hujuſmodi temporis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 8. *per tot.* Cenc. *de cenſ. quæſt.* 91. *n.* 43. *& ſeqq.* Olea *de ceſſ. jur. tit.* 1. *qu.* 6. *n.* 59. *& ſeqq.* ubi limitat niſi adſit rumor mutationis monetæ addn Laream *deciſ.* 25.

Debitor tamen, qui pecuniam depoſuit cum fructibus cenſus pro illius extinctione, & redemptione poteſt revocare depoſitum antequam ſit acceptatum, ſecus autem poſtquam fuit à creditore acceptatum, Gratian. *loc. cit. n.* 26. Surd. *conſ.* 365. Duar. *de Cenſ. §.* 6. *quæſt.* 10. Coſta *tract. de re integra diſtinct.* 92. Olea *de Ceſſ. jur. tit. pr. q. pr. n.* 17.

23 Debitor cenſus cùm præciſè teneatur ſolvere in pecunia numerata, non ſolvens poteſt carceribus mancipari, quamvis offerat in ſolutum prædium cenſui ſuppoſitum, Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 96. *n.* 30.

Quòd imò poſſit cogere dominum cenſus ad capiendum fundum, vide Navar, & alios apud Filliuc. *de Cenſ. cap.* 3. *n.* 302. Alex. Serjulian. de Burgo S. Sepulchri *in conſ. de Cenſuum extinct. num.* 43. *& ſeqq. per tot. inf. n.* 44. & intellige ut *ibi*.

24 Debitor etiam in caſibus, in quibus eſt permiſſa carceratio pro debito civili non poteſt carcerari, niſi ſervato ordine tradito in *l. à Divo Pio §. in venditione ff. de re jud.* Scilicet facta priùs excuſſione in bonis, niſi ſtatutum daret expreſsè electionem creditori, Alex. *conſil.* 159. *lib.* 2. Marant. *part.* 6. *de cit. n.* 58. Addit. ad Pract Papienſ. *for. inquiſ. gloſſ. pr. verb. promiſit ſiſtere, &c.* Capye. *deciſ.* 169. *num.* 2. Viv. *comm. opin.* 18n. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 7. *num.* 25. *& ſeqq.* Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 14. *n.* 347. *&c.* ubi plura de dicto ordine. Brunneman. in *d. l. a Divo Pio n.* 5. Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *q.* 18. *nu. pr. &* 2. *tom.* 2. Pellegrin. *in praxi Vicar. part.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 2. *n.* 12. Abeccleſia & Creſcin. *obſer.* 119. *p. pr.*

Et quando talis ordo non attendetur idem Gratian. *diſcept.* 353. *&* 375. *per tot.* Ridolphin. *loc. cit. n.* 348. ubi quòd non attenditur ſtante obligatione Camerali, vel Guarantigia, ſed poteſt incipi à captura, & etiam fieri utraque executio realis, & perſonalis unico contextu, vide in §. *Executio nu.* 24. *& n. pr. inf. n.* 42.

Quòd ſtante hypotheca, & obligatione Camerali non teneatur creditor dictum ordinem ſervare, ſed poſſit ad ſui electionem agere, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 37. *num.* 5. Surd. *dec.* 44. *n.* 6. *& ſeqq.*

Quòd de jure nemo poſſit regulariter carcerari pro debito civili quando habet bona ſufficientia, Tuſch. *litt. D. concluſ.* 48. *per tot.*

Debitor quamvis vigore pacti poſſit ſe ipſum adſtringere ad carceres non ſolvendo tempore convento, non tamen poteſt hujuſmodi pacto afficere ſuum hæredem, ut poſſit carcerari, licèt ſecus eſſet in ſtatuto permittente carcerationem, quod afficit etiam hæredes debitoris, Jaſ. *in l. ſi decreſſerit n.* 13. *ff. qui ſatiſd. cog.* Natt. *conſil.* 29. *num.* 10. Rom. *conſil.* 320. Addit. ad Pract. Papienſ. *for. Inquiſ. gloſ. pr. verb. Promiſit ſiſtere, &c.* Socin. *reg.* 118. *limit. pr.* Vide Rubeum *de Confuſ. Jur. cap.* 12. *a n.* 5. Carleval. *de Judic. lib. pr. tit.* 3. *diſput.* 9. *n. pr.* Abeccleſia, & Creſcin. *obſer.* 124. *part. pr.* 25

Quòd poſſit debitor per pactum ſe adſtringere ad carcerem, Graſſ. *de except. in Prælud. n.* 90. *&* 91. Altograd. *conſil.* 18. *n.* 5. *lib. pr. & conſ.* 42. *n.* 33. *lib. pr.* Rot. *rec. p.* 10. *dec.* 343. *num.* 3. *& per tot.* Vide Abeccleſ. & Creſcin. *d. obſer.* 124. *p. pr.*

Sed in prædictis non eſſe differentiam inter pactum, & ſtatutum, & pactum hujuſmodi, ſicut, & ſtatutum afficere etiam hæredes debitoris, quia ſunt una perſona cum defuncto, illumque quoad actiones civiles activè, & paſſivè repræſentant, vulgatiſſimum dicit, & ſequitur Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 343. *n.* 3. *& ſeqq. per tot.* vide in §. *Inſtrumentum nu.* 8. *in fine*, ubi etiam quid in Clerico, vide in §. *Clericus n.* 58. Facit. Rot. *apud Zacch. de Obligat. Cameral. dec.* 269. *n.* 12. Carleval. *de Judic. lib. pr. tit.* 3. *diſpu.* 9. *n. pr.* Creſcin. ad Abeccleſ. *dict. obſer.* 124. *num.* 4. *&* 5. *p. pr.*

Quòd de jure communi ceſſante pacto, vel ſtatuto, pro cauſa pecuniaria debiti privati, non poſſit debitor carcerari ad inſtantiam creditoris ſed tantùm ex judicis arbitrio, vel pro debito fiſcali, Menoch. *de arbitr. q.* 88. *n.* 6.

Quoad carcerationem contra hæredes, intellige, ut dixi in §. *Executio n.* 9.

Quòd imò debitor non poſſit per pactum ſe obligare ad carceres, nec renunciare ceſſioni bonorum, etiam cum juramento, Vivi. *comm. opin.* 183. Sed tu non recedas à prædictis, *& infra n.* 46. Abeccleſ. & Creſcin. *d. obſer.* 124. *p. pr.*

Debitor non poteſt pro debito civili privato invitus extrahi de domo, & ad carceres duci, cùm domus debeat eſſe cuique tutiſſimum refugium, quod procedit tam in domo propria, quàm conducta, vel gratis habitata, & quamvis oſtium eſſet apertum, in horto, molendino, navi, & ſimilibus locis ſecuritatis, per text. *in l. plerique ff. de in jus voc. l. nemo de domo ff. de reg.* Jaſ. *in d. l. plerique n.* 3. *& ſeqq. ad* 30. ubi hanc regulam duodecim modis ampliat, & quatordecim limitat Duen. *reg.* 288. *per tot.* Gabr. *comm. concluſ. lib.* 7. *de maleſ. concluſ.* 10. *per tot.* Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 299. *num.* 19. *&* 20. Farett. *caut.* 22. *per tot.* ubi conatur dare varias cautelas ad extrahendum debitorem de domo, & tenet debitorem juratum poſſe extrahi, licèt ipſe fateatur non potuiſſe obtinere in practica à quodam Judice Paduæ, Et irrefragabiliter ſervari in ſtatutis Florentiæ, & Sena- 26

rum,

rum, testatur Vulpio. *in fnca*, Farinac. *quæst.* 27. *nu.* 26. ut dixi in Pract. *§. Debitori n.* 4. *&* *n.* 28. & vide in resolut. *cap.* 52. *n.* 18. *&c.* Tusch. *litt. D. concl.* 620. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 31. *per tot.* ubi quòd neque potest gravari in bonis, sed tantùm verbaliter citari, si efficiatur contumax mulctari, & postea pro mulcta tanquam delicto etiam carcerari, & pro debito recomendari, & alia de hac materia Conciol. *resol. crim. verb. Captura resol.* 1. *per tot.* vide Scanarol. *de Visit. Carcer. lib.* 3. *§.* 10. *c.* 10. *n. pr. & seqq.* Abecclef. *dict. obser.* 124. *n.* 9. ubi Crescin. refert hunc locum.

Quamvis in facto hujusmodi privilegium non servari testatur Farinac. *in Fragmen. verb. Domus num.* 230. *& d. quæst.* 27. *n.* 91. *in fine*, sed debet intelligi in statu Ecclesiastico ubi ipse versabatur, & fortè vigore obligationis Cameralis, quæ in omni contractu, vel obligatione solet apponi, & plurimos operatur effectus, ut alibi dictum fuit, ac quando ostium principale domus esset apertum, nec ullus resistit, secus si sit clausum, ex quo orta est cautela, quàm docet Bart. *in l. cum eo ff. ad l. Jul. peccul.* intimandi debitori ad tenendum ostium apertum, aliàs ad videndum concedi mandatum ad illud per vim aperiendum. Vide Abecclef. *observat. for.* 124. *n.* 9. *part. pr.*

Et quod non possit fieri executio per effractionem ostii domus debitoris absque judicis licentia sub pœna restitutionis ablati, damnorum, & interesse, Ant. Fab. *in suo Cod. tit. de execut. rei jud. defin.* 15. Paul. Christin. *decis.* 102. *n.* 12. *vol.* 4. *& ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 31. *per totum*, Farinac. *quæst.* 27. *n.* 94.

Si tamen domus esset assignata pro carcera in causa criminali durante hujusmodi aresto, non potest fieri captura pro debito civili, quamvis ostium esset apertum, & nullus resisteret, Scanarol. *de visit. car. lib.* 3. *§.* 10. *c.* 10. *n.* 1. *&c. fol.* 570. vide in *§. Carceratus num.* Sabel. *in practic. verb. debitori. n.* 28.

Pro causa verò criminali, potest quilibet capi, & carcerari etiam in domo, & cum fractura, Menoch. *de arbitr. quæst.* 88. *n.* 2. Vulpin. *loc. cit. nu.* 27. Sabel. *in pratic. verb. debitori. n.* 4.

Quid si debitor esset suspectus de fuga *inf. nu.* 37. *& in resol. cap.* 52. *n.* 19.

Quòd ubi debitor captus in domo non est solvendo, & constat de veritate debiti, non attendatur dicta nullitas, sed captura debeat de æquitate confirmari, ne creditor amittat suum creditum, Martha *vot. Pis.* 79. *n.* 2. *&c.* Joseph Ludovic. *decis. Perus.* 40. *num.* 2. *&c.* Farinac. *dict. quæst.* 27. *n.* 91. Thomat. *dec.* 277. *per tot.*

27 Debitor in statu Ecclesiastico vigore Constitutionum Pii V. & Pauli V. non potest carcerari pro minore summa aureorum septem de juliis duodecim pro aureo, & sic nisi summa excedat julios 84. non computatis expensis, ut benè declarat Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 3. *§.* 10. *cap.* 8. *n. pr. & seqq. fol.* 567.

Ego tamen pluries servari vidi in Romandiola Ecclesiastica, concedi capturas debitorum, quotiescunque summa excedebat libras viginti, quæ sunt scuta quinque monetæ Romandiolæ ad rationem juliorum octo pro scuto, & in statu Florentino pro qualibet modica quantitate arbitrio judicis, nisi sint milites, qui pro debito capi non possunt, *infra nu.* 31. *& in §. Milites num.* 6.

28 Debitor suspectus de fuga, si hujusmodi suspicio superveniat post contractum, vel aderat tempore contractus, sed creditori incognita, ad cujus notitiam postea devenlat, potest personaliter capi, & carcerari, Fontanel. *decis.* 230. *cum pluribus seqq.* Mans. *Consul.* 417. *lib.* 5. Florid. Mansoo. *tract. de caus. execut. qu.* 9. *& seqq.* si verò suspicio aderat tempore contractus, & creditori cognita non potest ex hac causa carcerari, sed creditor debet sibi imputare si eum suspecto contraxit scienter, *l. si is à quo §. si semel*, ubi Bart. *ff. ut in possess. leg.* Caccialup. *tract. de debit. suspect. & fugit. quæst.* 6. *per tot.* Gratian. *disceptat. cap.* 875. *n.* 23. *& seqq.* Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 38. *aliàs* 48. *num.* 3. Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 3. *§.* 8. *cap.* 2. *cum tribus cap. seqq. per tot. fol.* 503. *&c. ad* 520. ubi latè hanc materiam suspicionis fugæ ampliando, & limitando declarat, *& in Appendice decis.* 3. *& decis.* 23. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 160. *& decis.* 354. & ego dixi in meis resol. *cap.* 39. *per tot.* ubi examinavi, & probavi quinque requisita necessaria ad hoc ut sustineatur mandatum capturæ vigore suspicionis fugæ, vide ibidem, *& in cap.* 52. *ferè per tot.* & in Pract. §. *Debitori n.* 7. ubi summatim Baron. *tract. de citat. tom.* 1. *quæst.* 5. *per tot. & in Addit. ad dict. quæst.* 5. *in tom.* 2. Tusch. *litt. F. conclus.* 524. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 258. *vol.* 1. *& ad leg. Municip. tit.* 3. *art.* 3. *per tot.* ubi plura de arestis, & sequestrationibus bonorum, vel personarum, *& tit.* 23. *per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 81. *& decis.* 401. ubi etiam plura de nullitate capturæ, non servata forma Constitutionis Justinianæ in Civitate Bononiæ concessæ, & executæ. Altimar. *de nullit. rub.* 12. *q.* 10. *a num.* 31. *tom.* 2. Abbecle. & Crescin. *obser.* 121. *part. pr.*

Quòd non detur captura nisi nova causa superveniat, Socin. *reg.* 111. *limit.* 2. Thess. *decis.* 220. *num.* 4. Mascard. *de probat. conclus.* 455. ubi declarat tria principalia requisita necessaria, nempè debitum, suspicionem, & quod superveniat post contractum. Nat. *cons.* 430. *n.* 4. Latè Altimar. Abecclesia, & Crescin. *locis supra citatis*.

Probata autem suspicione per deteriorationem conditionis, posse relaxari mandatum capturæ contra suspectum, etiam pendente termino judiciali, Cavaler. *decis.* 329. *num.* 2.

Et ubi statutum disponeret solo juramento suspicantis posse capi debitorem ubi constet de credito, tamen debet postea captura justificari, vel captus relaxari, Alexand. *cons.* 19. *lib.* 3. Nat. *cons.* 29. *nu.* 10. Martha *vot. Pis.* 182. *n.* 4. Vide Abecclef. & Crescin. *loc. cit.*

Idem etiam si Magistratus, vel Princeps securitatem de non molestando intra certum tempus concesserit, vel licèt esset debitor in diem, cùm de instanti fuga suspicio est, potest arrestari donec caveat de solvendo adveniente die, Surd. *decis.* 307. Christin. *dict. decis.* 258. *num.* 6. *vol.* 1. Sanfelic. *in Praxi sect.* 27. *n.* 5. *& seqq.* ubi limitat nisi fuerit concessa dilatio sine cautione *infra n.* 39.

Debitor dicitur suspectus de fuga si in loco ubi esset 29
conveniendus, non possidet tot bona immobilia in quibus tanta cadat affectio, ut verisimiliter nolit recedere, quæ si habeat etiam quòd debito non sint æquivalentia, non potest tanquam suspectus capi, Gratian. *discept. forens. cap.* 875. *num.* 11. *&c.* Caccialup. *d. tract. quæst.* 1. *num.* 9. *&* 10. Menoch. *de arbitr. cas.* 87. *num.* 13. & in meis resol. *d. cap.* 39. *num.* 14. *&* 15. ubi quòd ad evitandam suspicionem fugæ, sufficit etiam bona mobilia debito æquivalentia, & quæ verisimiliter, ac de facili non possint occultari, & asportari, possidere, & habere, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 81. *& decis.* 401. vide De Luc. *de Credit. disc.* 113.

Posset etiam ex aliis causis judici arbitrariis dici suspectus, ut quia cœperit componere sarcinulas, accipere pecunias sub magnis usuris, emere ad credentiam, & postea viliori pretio præsenti pecunia revendere, vel habere merces in loco periculoso, vel vendere bona, & similia facere, quæ illum reddant suspectum arbitrio judicis, Caccialup. *d. tract. cap.* 1. *num.* 9. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 87. *per tot. et de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 59. *nu.* 3. *et seqq.* vide in resol. *cap.* 39. *nu.* 18. *et seqq.* Tusch. *litt. F. conclus.* 522. *et* 523. *per tot.*

Quòd si solutio sit facienda Romæ, vel Perusii, non sufficiat possidere in alio statu, puta in Regno, vel Senis dixit Rota in Januen. prætensæ excarcerationis 19. Decembris 1636. coram Coccino penes Scanarol. *de visit. Carcer. in Appendice decis.* 3. *num.* 19. Idem De Luc. *de Credit. cit. disc.* 113. *n.* 19.

Forensis tamen sufficit ut possideat in loco suæ originis, Rot. in Veneta pecuniaria 21. Junii 1605. nu. 4. coram Penia penes eumdem Scanarol. *decis.* 16. & dixi in resolut. *d. cap.* 39. *num.* 16. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 160. *num.* 10. *et seqq.* ubi etiam plura ad intelligentiam statuti Urbis de hac materia loquentis *lib. pr. cap.* 98. *et decis.* 354. *num.* 7. *etc.* Idem De Luc. *loc. cit. n.* 10. Crescin. ad Peniam *decis.* 1164.

Debitor ut possit tanquam suspectus carcerari, requi- 30
ritur

ritur quod per creditorem coram judice narretur de credito, & de ſuſpicione, quæ emanaverit poſt contractum, vel ſaltem ad notitiam venerit, probetur ſaltem ſummariè per juramentum ante capturam; quando agitur de fuga inſtante, vel per teſtes, & inſtrumenta ſi ex eo ſolo quod immobilia non poſſideat, illo tamen non citato, ne inſtruatur ad fugam, & poſt capturam debet plenariè doceri de credito, & aliis incumbentiis neceſſariis, Bart. *in l. ſi creditores ff. de privil. credit.* Caccialup. *dict. tract. quæſt. 6. per tot.* Petr. Pecch. *de jur. ſiſten. et man. inject. cap. 11. per totum*, Franc. Curt. *de ſequeſtr. quæſt. 2. num. 41. et ſeqq.* Caltr. *conſil. penult. lib. pr.* Pariſ. *conſil. 107. n. 54. lib. 3.* Maſcard. *de probat. concluſ. 455. per tot.* & in meis reſolut. *dict. cap. 39. num. 3. et ſeqq.* Martha *vot. 520.* Menoch. *de Arbitr. caſ. 87.* Cevallos *comm. contr. comm. quæſt. 134.* Paul. Chriſtin *deciſ. Belgic 258. n. 9. etc. volum. pr. et ad leg. Municip. tit. 3. art. 3. per tot. et tit. 13. art. 18.* Franc. Vivi. *comm. opin. verb. Debitor §. pr.* ubi quòd de conſuetudine ſufficiat juramentum; cui tamen contradicunt alii tenentes probandam eſſe legitimam ſuſpicionis cauſam, & debitum, ad tradita per Chriſtin. *loc. cit.* Sed tu non recedas prædicta magis communi diſtinctione, quam approbat etiam Rot. *part. 14. recent. deciſ. 354.* ubi pro nullitate capturæ, non factis dictis probationibus, ita ut corruat etiam obligatio fidejuſſorum à debitore pro ſe liberando à carceribus præſtitorum, ad tradita per Duran. *deciſ. 327. num. 6. et 7.* Martha *vot. Piſ. 120. per tot.* Abeccleſ., & Creſcin. *obſer. 121. part. pr.*

Quòd ſit probanda deterioratio notabilis poſt contractum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 875. num. 13.* vide latè Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ. 41. per tot.* ubi qualiter poſſit probari per juramentum, & contra laniones concedi mandata executiva, etiam ſine deterioratione, Abeccleſia, & Creſcin. *dicta obſer. 121. part. pr.*

Et quòd quando agitur contra ſuſpectum poſſit ejus debitum probari per ſcripturam privatam, quæ tunc plenè probat, cùm etiam fuga probationem debiti inducat, Burſat. *conſ. 242. num. 17. lib. 3.* Genu. *de ſcriptur. privat. lib. 1. quæſt 4. num. 182. fol. 19.*

An autem pro debito incerto, & illiquido, veluti in administratore ante calculatas rationes, poſſit mandatum capturæ vigore ſuſpicionis fugæ relaxari, negativè concludunt Ludov *deciſ. Peruſ. 41. num. 3.* Muta *deciſ. 43. n. 22. 34. & 38.* Giurba *deciſ. 15.* Theſaur. *deciſ. 220. nu. 2.* Fontancl. *deciſ. 234. num. 12. etc.* De Luc. *de Regal. diſc. 112. num. 12.*, ubi, quod non poteſt jurari niſi pro credito liquido, & maturato. Altimar. *de nullit. rubr. 12. q. 10. n. 66. tom. 2.* Creſcin. ad Abeccleſ. *dict. obſer. 121. n. 8. et ſeqq. p. pr.*

Sed quòd imò ſuſtineatur mandatum ſuſpicionis fugæ, & captura, probatis aliis requiſitis, ſi non ad effectum ſolvendi ob non diſpunctas rationes, ſaltem ad effectū cavendi de judicio ſiſti, & judicatū ſolvendo ne futurū judicium redditionis rationis reddatur eluſorium, verius docent Scanarol. *de viſit. carcer. lib. 3. §. 8. num. 27. et ſeqq.* Fontancll. *deciſ. 235.* quos refert, & ſequitur pluries propoſita cauſa Rot. in Bononien. Aſſecurationis judicii 5. Maii 1684. 23. Junii 1684. coram Hervault, & 11. Decembris 1676. coram Rondinino, ubi fuerunt confirmatæ præcedentes deciſiones, quæ omnes habentur penes Modern. Jacob. Balduc. in Obſer. ad conſ. Ramon. *deciſ. 17. 18. et 19. per tot.*

Materiam debitoris ſuſpecti de fuga tractant Mauſon. *de cauſ. execut. qu. 3. etc.* Conciol. cum addit. ad Romag. *ad ſtat. Eugub. lib. 2. rubr. 40. et 42. per tot.* Manſ. *conſ. 417. lib. 5.* Rot. *in cit. deciſ. apud Balduc.* Ricc. *Collect. 1203. part. 4. et 2245. part. 6. et 2499. part. 7.* De Luc. *de Credit. diſc. 113.* Rot. apud Balduc. *deciſ. 217. 118. et 119.* Altimar. *de nullit. rub. 12. quæſt. 10. tom. 2.* Rub. *de Confuſſ. Jur. cap. 12. ferè per tot.* Abeccleſ. & Creſcin. *obſervat. forenſ. 121. part. 1.*

31 Debitor minimæ quantitatis non poteſt tanquam ſuſpectus pro debito carcerari, quæ autem dicatur parva, vel magna quantitas remittitur arbitrio judicis, Caccial. *d. tract. quæſt. 3. num. 5.* Socin. *reg. 111. lim. 1.* Curt. *de ſequeſtr. num. 38.* Ludovic. *deciſ. Peruſ. 41. nu. 9.* Menoch. *de arbitr. caſ. 87. num. 21. vide ſupra num. 27.* Fontancl. *deciſ. 234. num. 1.* Rubeus *de Confuſ. Jur. cap. 12. n. 36.* Creſcin. ad Abeccleſ. *dict. obſer. 121. n. 19. et 20.*

Debitor poteſt dici de fuga ſuſpectus non tantùm ab ipſo creditore, ſed etiam ab ejus procuratore habente mandatum ad agendum, licèt ſecundùm aliquos requiratur ſpeciale, Rom. *conſ. 60.* Petr. Pecch. *de jur. ſiſten. et man. inject. cap. 3. num. 3.* Caccialup. *de debit. ſuſpect. et fugit. cap. 2.* Alex. *conſ. 113. lib. 6.* Sanſelic. *in Praxi ſect. 27. num. 9.* vide in §. *Mandatum n...* 32

Quid ſi ſit minor vide in §. *Minor num....*

Debitor ſuſpectus quando eſt in actu fugæ poteſt capi, & carcerari coram quocunque judice licèt non ſuo, & incompetente, ſi verò ex eo ſolo arguatur ſuſpectus quia immobilia non poſſideat, cùm tunc non ſit magnum periculum in mora, debet arreſtari coram ſuo judice competente, Caccialup. *d. tract. quæſt. 4.* quem ſequitur reſpondendo contrariis Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 876. per tot.* & dixi in reſol. *cap. 52. num. 10. &c.* ubi vide, & latè Borg. Cavalcan. *deciſ. 1. part. 1.* Sanſelic. *deciſ. 141. num. 8.* ubi quòd tunc licet laico capere etiam Clericum debitorem, ut illum præſentet judici Eccleſiaſtico, idem Sanſelic. *in Praxi ſect. 27. num. 12. & ſeqq.* Altimar. *de nullit. rubr. 12. qu. 10. n. 36. tom. 2.* De Luc. *de Credit. diſc. 113. nu. 12.* Creſcin. ad Abeccleſ. *dict. obſer. 121. à n. 2. p. p.* 33

Quicquid alias videantur indiſtinctè DD. tenere, quòd poſſit arreſtari coram quocumque judice etiam incompetente, Rom. *conſ. 239.* Theſſ. *deciſ. 220.* vide Tuſch. *litt. F, concl. 525. per tot.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib. 3. §. 8. cap. 2. num. 95. & cap. 4. num. 29.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 160. num. 1. & ſeqq.* Vide Altimar. *de nullit. dict. rubr. 12. q. 10. à nu. 36. tom. 2.* Creſcin. ad Abeccleſ. *dicta obſer. 121. à n. 1. p. pr.*

Debitor ſuſpectus de fuga poteſt capi etiam diebus feriatis, *gloſ. in l. ſi ſuper C. de fer.* quamvis eſſent feriati in honorem Dei, ut pluribus relatis probat Fenzon. *ad ſtat. Urb. cap. 58. num. 32.* Aſin. *in praxi §. 31. cap. 2. ampliat. 13.* Caccialup. *dict. tract. quæſt. 8. per tot.* Petr. Pecch. *dict. tract. quæſt. 7.* Soccin. *reg. 111.* Montan. *de tut. cap. 29. num. 26.* ubi etiam quòd poteſt capi ab ipſomet creditore privato ſi adſit periculum in mora, vide in reſol. *cap. 52. num. 12. etc.* ubi an de nocte, & qua hora incipiat dies, & finiat, ac alia ad hoc propoſitum, Sanſelic. *deciſ. 141. n. 8.* ubi quòd ſtante periculo in mora poteſt capi quibuſcunque diebus feriatis in honorem Dei, etiam Nativitatis, vel Paſchatis Domini, Altimar. *de nullit. rubr. 12. q. 10. n. 69. & ſeqq. tom. 2.* Barboſ. *in l. fin. num. 3. C. de Feriis* Baron. *de citat. q. 5. n. 15.* Novar. *deciſ. 17.* 34

Debitor advena, & illicò receſſurus ſciente creditore, qui illi credidit merces, non poteſt jurari ſuſpectus de fuga, ſed creditor ſibi imputet quod cum tali contraxerit, niſi recedat cum mercibus non ſoluto pretio, quod ſtatim promiſerit ſolvere, Caccialup. *d. tr. quæſt. 16. in fine*, Petr. Pecch. *de jur. ſiſten. & man. inject. cap. 4. num. 5.* Bardellon. *conſ. 178. num. 11. &c.* dixi in reſol. *cap. 39. num. 12. etc.* Creſcin. ad Abeccl. *dict. obſerv. 121. n. 13. part. pr.* 35

Quicquid nonnulli in verbis diverſimodè diſponere exiſtiment Statutum Mercantiæ Florentiæ videndum, & conſiderandum, quia ego puro de jure intelligendum ut ſupra aliàs de ejus injuſtitia dubitari poſſet, quòd non eſt dicendum.

Debitor ſuſpectus poteſt regulariter propria auctoritate capi unà etiam cum rebus, quas ſecum defert, niſi ſuſpicio reſultaret ex eo ſolo, quod immobilia non poſſideat, vide Caccialup. *loc. cit. quæſt. 4. num. 12. & per tot.* ubi plures caſus conſiderat, dummodò copia judicis haberi non poſſit, & poſtea ducatur ad judicem, & benè Tuſch. *litt. F, concluſ. 528. per tot.* Honufr. Cigala *de act. §. 1. num. 53. & ſeqq. ad 71. fol. mihi 12. etc.* vide Altimar. *de nullit. rubr. 12. qu. 10. à num. 32. tom. 2.* Creſcin. ad Abeccleſ. *dict. obſer. 121. p. pr.* 36

Debitor fugitivus poteſt ubicunque reperiatur capi, & arreſtari, Caccialup. *dict. tract. quæſt. 7.* Duen. *reg. 175. per tot.* Fontanel. *deciſ. 241.* ubi plura pro nullitate capturæ in caſu ſuo, & Romaguer. *ad ſtatut. Eugub. lib. 2. rub. 41. per tot.* Creſcin. *loc. cit.* Altimar. *de nullit. rubr. 12. q. 10. n. 86. tom. 2.* 37

Non tamen potest arrestari in Ecclesia, nec in alio loco immuni, Duen. d. reg. 175. limit. 3. Petr. Pecch. de jur. sisten. et man. inject. cap. 6. num. 1. etc. Guaz. def. 1. cap. 37. num. 6. etc. & dixi in resol. cap. 52. n. 16. &c. Altimar. de nullit. rubr. 12. quæst. 20. num. 89. tom. 2.

Nec in propria domo, vel conducta, nisi agatur de debito fiscali, vel sit debitor omninò fugitivus, & suspectus, vel omni legum auxilio, & favori renunciaverit, Pet. Pecch. d. cap. 6. nu. 3. & seqq. dixi in resol. cap. 52. num. 19. vide supra num. 26.

38 Debitor licèt post contractum factus fuerit deterioris conditionis, & suspectus, si creditor sciverit, & per multum tempus tacuerit, nec mandatum de capiendo petierit, videtur iterum approbatus, & non potest tanquam suspectus capi, quod multum tempus æstimabitur arbitrio judicis; nisi esset debitor ex maleficio, vel ex quasi contractu, quia posset quandocunque capi, cùm non possit imputari creditori quod illum approbaverit, ex quo factus fuit creditor ex necessitate, & non voluntariè, vide Caccialup. d. tract. quæst. 6. num. 4. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 87. n. 19. circa medium, & in resol. cap. 39. num. 11.

39 Debitor in diem, vel sub conditione vergens ad inopiam, potest etiam per viam suspicionis fugæ compelli ad satisdandum de solvendo adveniente tempore, l. in omnibus, ubi Ang. ff. de jud. Alex. in l. si finita §. eleganter n. 15. ff. de damn. infect. Sanfelic. decis. 308. num. 9. Cancer. var. resolut. tom. 2. cap. 10. num. 18. cum aliis per Rot. in Januen. prætensæ excarcerationis 19. Decembris 1636. num. 9. coram Coccino penes Scanarol. de visit. Carcer. in Appendice decis. 3 fol. 88. vide latè Tusch. litter. D, conclus. 52. per tot. Paul. Christin. decis. Belgic. 258. num. 6. &c. volum. 1. Merlin. decis. 387. num. 4. etc. ubi limitat non procedere quando creditor esset munitus speciali bonorum stabilium hypotheca, adde Sanfelic. in Praxi sect. 27. n. 5. & seqq. ad 22. Altimar. de nullit rubr. 12. quæst. 10. n. 63. tom. 2. Berlich. conclus. 73. nu. 28. lib. 1. Amat. dec. Ferr. 13. Hodiern. ad Surd. decis. 307. Ansald. decis. 89. n. 41.

Et prædicta sunt vera si inopia, vel alia causa superveniat post contractam obligationem, aliàs secus, Maur. de fidejuss. part. 1. sect. 3. cap. 1. aliàs 10. per tot. & cap. 38. alias 48. Caccialup. de debit. suspect. & fugit. quæst. 3. per tot. Petr. Pecch. de jur. sisten. & manu. inject. cap. 4. num. 7. &c. dixi in resol. cap. 39. num. 24. Tusch. d. conclus. 52. per tot. Christin. dict. decis. 258.

Prout etiam non obstante dilatione concessa, si debitor efficiatur suspectus de fuga potest arrestari ut satisdet, Socin. reg. 127. limit. 21. Bardelon. cons. 178. per tot. ubi potest recomendari si fuit ad instantiam alterius tanquam suspectus carceratus, etiam si nondum venerit dies solutionis ad effectum satisdandi, vide supra num. 28. in fine.

Quòd debitor possit cogi ad satisdandum quando timetur ejus inopia, egestas, & paupertas futura superveniens post contractum, Bart. in l. cum non facile ff. si cui plus quàm per Falcid. Maur. dict. tract. cap. 3. aliàs 12. & cap. 38. aliàs 48.

Ad effectum autem exigendi, non potest debitor conveniri ante diem, etiam stante illius latitatione, vel decoctione, Cavaler. decis. 486. num. 4. et decis. 524. num. 7. Tusch. d. concl. 52. per tot. Rot. part. 11. recent. decis. 217. num. 27. Sanfelic. decis. 308. nu. 9. & decis. 310. num. 3. ubi quòd potest conveniri, ut adveniente tempore solvat, vide §. Creditor num. 1. Ansald. decis. 89. n. 41. Bich. decis. 492. a n. 29. Cerr. decis. 272. a n. 16.

Et quod nec debitor sub conditione apposita ad favorem creditoris liberetur solvendo ante illius implementum, l. qui Romæ, ubi Bart. & alii ff. de verb. oblig. Altograd. consil. 6. num. 15. lib. 1. infr. n. 52.

Quòd debitor sub conditione non dicatur verè, & propriè debitor ante eventum conditionis, Bart. in l. 1. num. 32. ff. si cert. pet. Surd. decis. 283. num. 1. etc. Rot. part. 11. recent. decis. 61. n. 2. et seqq. Purpurat. cons. 407. n. 35.

40 Debitor carceratus vigore suspicionis fugæ, potest ad evitandos carceres, præstare fidejussorem de judicio sisti, & judicatum solvendo, & liberatur à carceribus, Afflict. decis. 108. & decis. 170. num. 4. Maur. de fidejuss. part. 1. sect. 3. cap. 37. alias 47. per tot. & part. 2. sect. 4. cap. 28. vide in §. Fidejussor. num. Paul. Christin. decis. Belgic. 258. nu. 2. &c. vol. 1. Conciol. verb. Captura resol. 10. ubi quòd per dationem fidejussoris censetur approbata captura nulla, quando cautio est præstita publicato processu, & sic data scientia nullitatis, & voluntariè, aliàs secus, latè Altimar. de nullitat. rubr. 12. quæst. 10. n. 74. tom. 2. Gizzarel. & Add. decis. 82. Velasc. decis. 11. Fontanell. dec. 235.

An suspectus de fuga captus, sit sub cautione juratoria relaxandus stante impossibilitate inveniendi fidejussorem, plenè hincinde Fontanel. decis. 236. 237. et 238. per tot. Altimar. dict. quæst. 10. n. 75.

Dans autē fidejussorem ut supra censetur approbare capturam, de cujus nullitate amplius dicere non potest, Bart. quæst. 6. n. 18. Magon. decis. Flor. 126. n. 2. Fenzon. ad stat. Urb. cap. 98. n. 26. ubi tamen allegat Caccialup. Pecch. & alios contrarium tenentes, prout contrarium videtur tenere Gratian. discep. forens. cap. 875. n. 32. etc. ubi quòd per fidejussionem præstitam de parendo mandatis judicis, non censetur approbata illius competentia, & hanc partem sequitur Paul. Christin. ad leg. Municip. tit. 13. art. 10. n. 2.

Et ideò ad evitandas difficultates debet debitor protestari, se facere citrà animum approbandi capturam, ut sibi remaneat salvum jus dicendi de nullitate, l. si debitor, §. pr. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. sol. Gratian. discept. 980. nu. 3. & seqq. dixi in resol. c. 39 n. 25. & seqq. ubi etiam an admittatur cautio juratoria, stante impossibilitate inveniendi fidejussorem, Altimar. ubi supra n. 75. & seqq. ubi an injustè, & nulliter carceratus debeat excarcerari sine cautione.

Debitor si uti suspectus fuerit carceratus vigore cessionis illi non denunciatæ ad instantiam cessionarii, 41
est nulliter captus, & debet relaxari, Thes. dec. 220. n. 4. Boer. decis. 10. num. pr. Fenzon. ad stat. Urb. cap. 98. n. 33. Scanarol. de visit. Carcer. lib. 3. §. 8. cap. 2. num. & §. 10. cap. 3. n. 17. & 18. ubi quòd idem est, si appareat, fuisse satisfactum cessionario à principali debitore, vide Oleam de cess. jur. tit. 6. qu. 4. n. 9. & seqq. ubi tenet cessionarium nulla denunciatione, vel notificatione indigere cessionis, si de illa constet per instrumentum, quo exhibito simul cum nomine, & instrumento cessio executionem illi decernendam esse.

Sed ego non recederem a prædictis, quia non facta denunciatione cessionis ignorat debitor quidquam debere cessionario; cognita, quia saltem sciebat se esse debitorem cedenti, cui solvere poterat ad evitandam executionem.

Qualis autem debeat esse hujusmodi denunciatio, vide in §. Cessio n. 43. & 45. & §. Denunciatio n. 6.

Quòd pro credito novato, & sic vigore novationis extincto, non possit concedi mandatum suspicionis fugæ, Rot. part. 14. recent. decis. 160. in fine.

Debitor captus non servato juris ordine, potest re- 42
tineri in carceribus, & non liberari donec solverit, si appareat quod verè sit debitor, l. fin. §. fin. ff. quod met. caus. Jas. in l. à Divo Pio §. in venditione ff. de re jud. Diaz. reg. 168. Gratian. discept. forens. cap. 706. n. 11. cap. 734. n. 13. & cap. 921. n. 19. Joseph. Ludovic. decis. Perus. 40. per tot. Borgn. dec. 1. nu. 49. & decis. 3. n. 11. Marta vot. Pis. 79. per tot. Vide Altimar. loc. cit. a n. 75. & seqq.

Intelligendo tamen, ne decipiaris, quando constat de debito omninò claro, certo, & liquido ex confessione ipsiusmet debitoris, vel re judicata, sive alio modo indubitato, & habente executionem paratam, Marant. part. 4. distinct. 9. n. 127. Caccialup. de debit. suspect. & fugitiv. quæst. 14. per tot. Bart. in disput. Lapus, Felin. in cap. qualiter §. licèt autem de accusat. Diaz. reg. 123. Magon. decis. Florent. 126. per tot. Rot. part. 2. divers. decis. 151. n. 5. Gratian. discept. forens. cap. 734. nu. 13. & seqq. & alibi ut supra, Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 98. n. 34. & 39. Cornazan. decis. 2. n. 18. & seqq. Ludovic. decis. Perus. 40. Cancer. var. resol. tom. 2. cap. 10. nu. 27. &c. Rot. in Januen. prætensæ excarcerationis 19. Decembris

bris 1636. coram Coccin. apud Scanarol. dict. tract. decis. 3. n. 16. in Appendice, vide in §. Carceratus n. 9. sub n. 24. vide Bern. conf. 162. in fine vol. 3. Vide Altimar. a dict. n. 75. & seqq.

Quòd ubi conftat de bono jure, ita ut fi non effet facta executio, effet omninò facienda, debeat fol li- neti etiam fit effet nulla ad evitandos circuitus, & parcendum fumptibus, quicquid aliqui fentiant effe revocandam, & poftea de novo fervatis fervandis concedendam, Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 14. num. 354. &c. Rot. part. 13. recent. dec. 140.

43 Debitor impetrans moratoriam à Principe, vel dilationem quinquennalem, five decennalem tenetur interim fatisdare de folvendo tranfacto termino, alias non valet, nec fibi opitulatur refcriptum, fi hujufmodi fatisdatio petatur à creditoribus, Maur. de fidejuff. part. pr. fect. 3. cap. 2. aliàs 11. per tot. Salgad. Labyrint. creditor. part. 2. cap. 30. per tot. latè Genu. de fcriptur. privat. lib. 3. tit. de annal. & quinquen. dilat. n. 7. & feqq. ad 31. fol. 177. ubi tamen quòd fi facta diligenti perquifitione, non poffit invenire fidejufforem, non obfid amittit privilegium, fed admittitur cum cautione juratoria, & hanc effe receptiffimam opinionem pluribus relatis, teftatur, hæc omnia probat etiam Dian. part. 7. tract. 8. refol. 34. Paul. Chriftin. decif. Belgic. 70. & 71. volum. 2. Vivi. comm. opin. 176. Add. Sabel. in fuis refolut. cap. 95. n. 8. Brunnemann. l. univerfa 4. C. de precib. Imper. offer. De Luc. de Credit. difc. 152. nu. 22. latè Crefcin. ad Abecclef. obfer. 123. a n. 3. part. pr.

Immò hujufmodi cautionem non effe neceffariam, & quare, vide Rodriquez de concur. credit. part. pr. nu. 24. & 25. & in meis refol. cap. 95. num. 8. &c. Chriftin. loc. cit. ubi diftinguit fub n. 6. ubi debitor locuples teneatur fatisdare, pauper verò non, Santfelic. decif. 305. fub n. 7. ubi quòd poffit remitti per gratiam, & in Praxi fect. 27. n. 7. Crefcin. ad Abecclef. d. obfer. 123. p. pr.

De hujufmodi dilationibus, vide §. Salvufconductus per tot.

Quòd non poffint concedi ultra quinquennium, & fi concedantur nec quoad quinquennium permiffum fuftineantur, vide Genu. de fcript. privat. lib. 3. tit. de annal. & quinquen. dilat. n. 3. & 4. fol. 176.

Et quando dilationes ad differendam folutionem poffint de honeftate concedi per Principem, etiam fi agatur de debito inftrumentario, & jurato, vide Genu. d. lib. 3. tit. de litt. judicial. five dilat. fol. mihi 171. Vivi. comm. opin. 176. verb debitor, in meis refol. d. cap. 95. n. 9. & in hoc Opere §. Salvufconductus n. 11. & feqq. Surd. conf. 299.

44 Debitor quantitatis, & pecuniæ, ftante impoffibilitate folvendi poteft cogere creditorem ad recipiendum in folutum bona ftabilia cum cautione evictionis, juxta Auth. hoc nifi C. de folut. & §. quod autem Auth. de fidejuff. dummodo doceat de hujufmodi impotentia, perquifiverit emptorem, omnia per literam cum juramento confignet, det electionem creditori, mobilia non habeat, dictæ Auth. non renunciaverit, & non agatur de debito jurato, quod promiferit folvere in pecunia numerata, Rom. conf. 163. Pract. Pappienf. Refponf. act. hypoth. glof. exceptionem folutionis n. 3. & 4. cum Addit. & gloff. fatisfacere cum Addit. Capyc. dec. 169. per tot. Maur. de fidejuff. part. pr fect. 3. c. 7. alias 16. per tot. Gratian. difcept. for. c. 216. n. pr. & feqq. cap. 853. n. 38. & feqq. ad 48. & n. 69. & feqq. ad 90. Magon. decif. Luc. 16. num. 16. cum Addit. Thefs. decif. 153. per tot. Rot. Bonon. coram Borello inter Confult. forenf. Urceol. cap. 29. nu. 62. & feqq. Gratian. decif. 141. per tot. Cancer. var. refolut. tom. 3. cap. 2. nu. 143. & feqq. Amat. decif. 91. Surd. decif. 30. Benintend. decif. 28. & plenè Alex. Serjulian. in confil. infra citat. per tot. Paul. Chriftin. decif. 215. per tot. volum. 5. Ricc. Collect. 5498. Jofeph. Ludovic. decif. Peruf. 64. per tot. ubi quando locum habeat etiam in debito jurato abfolutione obtenta, latè Alphonf. Guzman. tract. de evict. c. 22 per tot. Salgad. Labyr. creditor. part. pr. cap. 22. per tot. Anton. Nigr. de fubbaft. part. 2. cap. 35. §. 50. per tot. fol. 241. et feqq. ubi plura, & de obfervantia diverforum bonorum locorum ibidem §. 11. &c. Mangil. de evict. quæft. 146. nu. 12. & feqq. ubi etiam qualiter multum minuatur de valore, fi non præftetur cautio evictionis, latè Scop. & De Luc. ad Gratian. cit. dec. 141. Brunnemann. in dict. auth. hoc nifi C. de folution. & in l. eum à quo C. eod. Emerix Senior decif. 47. per tot. Abecclefia & Crefcin. obfer. 144. p. pr.

Quòd poffit d. Auth. renunciari maximè cum juramento, latè Novar. loc. inf. cit. quæft. 3. &c. Franch. decif. 81. n. 83. ubi an talis renunciatio obftet hæredi cum beneficio inventarii; Sed in contrarium quòd non poffit ei renunciari, & quare, vide Benintend. & Jofeph. Ludovif. loc. cit. Scopp. ad Gratian. loc. cit. n. 21. & feqq. ubi pro utraque.

Quòd d. Auth. non habeat locum, fi reperiatur emptor, licèt non juftum offerat pretium, ftante maximè renunciatione jurata, vide Marcian. difput. for. cap. 81. per tot. Santfelic. decif. 111. per tot. & decif. 266. ubi alia ad rem, Novar. inf. cit. quæft. 11. part. 2. ubi contra ceffante renunciatione, & relati per Scopp. ad Gratian. cit. dec. 141. n. 17.

De materia dictæ Auth. & ejus requifitis, quibus ceffantibus non procedit, & plura ad illius exclufionem Rot. poft Oleam de cef. jur. decif. 24. & in Firmana Pecuniaria 4. Decembris 1615. plenè Novar. in tractat. five Praxi dationis in folution. accefs. poft Collect. ad Pragmat. Regn. Neap. ubi per 12. quæftiones in prima parte examinat omnia requifita, ut fit locus difpofitioni d. Auth. hoc nifi C. de folut. et §. quod autem Auth. de fidejuff. & in fecunda parte per alias 25. quæftiones in quibus cafibus, vel debitis procedat, vel non. Brunnemann. Emerix Senior Abecclef. & Crefcin. loc. cit.

Quòd nec habeat locum in cenfibus, & fimilibus annuis præftationibus, Sperel. decif. 177. n. 32. Fontanel. de pact. nupt. tom. pr. clauf. 4. glof. 18. part. 5. n. 8. et feqq.

Sed contrarium etiam in cenfibus, latè probat Alexan. Serjulian de Burgo S. Sepulchri in conf. de Cenfuum extin. n. 43. et feqq. per tot. ubi citat Cenc. de cenf. part. 3. cap. pr. quæft. 3. art. 6. n. 53. & oftendit hæredem cum beneficio legis, & inventarii, poffe extinguere cenfum, reftituendo pretium in bonis hæreditatis invito creditore, & offerendo in judicio bona immobilia pro extinctione, facere ceffare fructus, & hoc etiam procedere in quocunque debitore, ex beneficio d. Auth. hoc nifi debitor C. de folut. concurrentibus requifitis de quibus ipfe, & alii fupracitati, & præcipuè Novar. d. tract. five Praxi part. 2. q. 13. per tot. ubi contra in annuis redditibus, et quæft. 23. facit quòd dixi in §. Hæres n. 9. et fupra num. 23. vide tamen eundem Cenc. in Addit. loc. cit. quæ in ultimis impreffionibus eft quæft. 108. ubi bene, & latè declarat mentem fuam, & concludit hæredem quantumcunque beneficiatum non habere dictum privilegium cogendi dominum cenfus ad recipiendum bona in folutum, nifi ille petat, vel aliter confentiat per rationes ibi adductas, & Thomat. decif. 126. n. 25. latè Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 22. per tot. ubi diftinguit, ut negativa opinio procedat in voluntaria oblatione bonorum, quam creditor non tenetur recipere, affirmativa verò in neceffaria, quæ fit per concurfum creditorum, & rationem differentiæ affignat.

Debitor ex caufa civili carceratus, non habens unde fe alat, Cabed. decif. 83. part. 1. Phœb. decif. 3. Cancer. lib. 1. var. cap. 16. nu. 9. & Caftill. de alim. cap. 77. §. 3. num. 2. et feqq. Aarunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 17. n. 101. etc. eft à creditoribus alendus, qui fi recufent debet relaxari, fi tamen creditores fint abfentes, ita ut contra eos non poffit fieri executio pro dictis alimentis, non poteft à carceribus liberari nifi per ceffionem bonorum, prout contra, Alex. in l. fanctum ff. de rer. divif. tenet Afflict. dec. 71. Pet. Pecch. de jur. fiften. et man. inject. cap. 28. nu. 4. Guid. Pap. decif. 211. Novar. in Pragm. Reg. Collect. 154. n. 9. et 10. dixi in refolut. cap. 39. n. 31. et feqq. ubi quomodo practicetur in Statu Ecclefiaftico, vide Surd. de alim. tit. pr. qu. 71. et 72. Gamm. decif. Lufit. 261. per tot. ubi etiam an habeat locum in carcerato accufato ex caufa crimi- 45

nali, & concludit negativè cùm non reperiatur jure cautum. Boer. *dec.* 303. *n.* 2.

Intelligendo etiam in civilibus quando ex eleemosynis vivere non potest, & est paratus cedere bonis, Cornel. Benincas. *tract. de panpert. quæst.* 7. *Special.* 8. *n.* 24. Boer. *decis.* 303. *n.* 2. Ursil. ad Afflict. *dict. decis.* 71. *n. pr.* Brun. *de cess. bon. quæst.* 6. *princ. n.* 18. Nisi aliter serverur vigore statuti, vel consuatudinis, ut dixi in *d. cap.* 39. *n.* 33.

Et de hac materia videodus latè Scanarol. *de visit. carc. lib.* 3. *§.* 5. *per tot. fol.* 457. *et seqq. ad* 472.

Ex quibus causis Visitatores Carcerum habeant facultatem relaxandi debitores à Carceribus, vide Ridolphin. *in prax. part.* 1. *c.* 14. *n.* 320. & latiùs Scanarol. *d. tract. Reformat. Tribunal. Urb.* §. 24. apud Ridolphin. *in fine dictæ praxis fol. mihi* 700.

Quòd ne debitor fame pereat in carceribus sit alendus à creditore, disponit Statutum Mutilianæ *lib.* 2. *Rub.* 19. *in fine.*

Debitor tamen excarceratus ob non præstationem alimentorum, potest iterum carcerari ad instantiam ejusdem, vel alterius creditoris parati alimenta subministrare, & facto prius deposito, aliàs secus, Scanarol. *d. tract. lib.* 3. *§.* 5. *cap.* 6. *per tot. fol.* 472.

Quòd etiam cessionarius crediroris teneatur idem onus alimentorum subire, Olea *de cess. jur. tit.* 6. *q.* 4. *n.* 23. *etc.*

Qualiter autem debitor, qui solvendo non est, possit tradi creditoribus ad serviendum, quas operas illi præstare teneatur, an hujusmodi operæ, vel servitia possint aliis cedi, & alia, latè idem Olea *d. tract. tit.* 3. *quæst.* 6. *per tot. inf. n.* 48.

46 Debitor quilibet potest cedere bonis ad evitandos carceres, sive sit paterfamilias, sive filiusfamilias masculus, vel fœmina, Ecclesia, vel privatus, Universitas, vel singularis persona, Jas. *in §. fin. nu.* 10. *Instit. de act.* Brun. *de cess. bon. quæst.* 4. *princip. per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 222. *n.* 11. *&c.* Menoch. *de arbit. cas.* 183. *nu.* 12. *& seqq.* vide in *§. Cessio nu.* 1. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 5. *q.* 47. *n.* 854. *tom.* 7. Abecclesia, & Crescin. *observ.* 180. *n.* 18. *&* 19. *p.* 1.

Quòd debitor, qui fatetur debitum, allegat paupertatem, & solvendi impotentiam, ac indicat omnia bona sua dignus sit beneficio cessionis bonorum, *l.* 1. *ubi DD. Cod. qui bon. ced. poss.* Altograd. *cons.* 42. *n.* 1. *lib.* 1. ubi tamen in casu suo propter perjurium jam incursum, ostendit non fuisse locum cessioni, vide in *§. Cessio n. pr. et seqq.* Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 64. ubi qualiter sit obtinenda absolutio. Abecclesia, & Crescin. *obser.* 179. *part. pr.*

Quæ quidem conclusio procedit non obstante, quod debitor hujusmodi beneficio renunciaverit, etiam cum juramento, & nulla obtenta absolutione, cùm talis renunciatio non firmetur juramento, secundùm Bart. *in l. alia, §. eleganter, ff. solut. matrimon.* Addit. ad Pract. Papp. *for. inquis. gloss. pr. verb. Cesserit, in fine,* Brun. *de cess. bon. quæst.* 20. *princip.* Viv. *comm. opin.* 180. *et seqq.* Thesf. *decis.* 36. *per tot.* dixi in meis resolut. *cap.* 54. *n.* 1. *& seqq.* alios allegat Altograd. *con.* 42. *n.* 2. *lib.* 1. ubi tamen *nu.* 30. testatur imò juxta veriorem, & hodie receptiorem sententiam posse huic beneficio renunciari cum juramento, & plures citat, inter quos nonnulli distinguunt, ut ibi per eum *n.* 31. & latè Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *resol.* 15. *per tot.* vide *in §. Cessio num.* 11. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 228. *n.* 5. *& seqq. vol.* 2. *& decis.* 123. *vol.* 4. Marcian. *disput. forens. c.* 81. Covaru. *cap. quamvis à n.* 20. *de part. in* 6. Ceval. *comm. quæst.* 701. Constant. *ad Stat. Urb. cap.* 50. *n.* 56. *&* 57. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *qu.* 47. *num.* 924. *tom.* 7. Pellegrin. *in praxi Vicar. part.* 2. *section.* 1. *subsect.* 6. *intersection.* 4. *n.* 11. Crescin ad Abecclef. *obser.* 180. *num.* 3. *&* 4. *p.* 1. ubi DD. pro utraq; parte.

47 Debitor volens cedere bonis debet coram judice se præsentare gestando birretum viride, & ipsum birretum publicè, & secrete sub pœna fustigationis pro prima vice, & triremium pro secunda promittere cum juramento deferre, aliàs non gaudet hujusmodi beneficio juxta constitutionem, & motum proprium Pii IV. Bullar. 52. Conciol. & Romaguer. *ad stat. Engub. lib.* 2. *rub.* 73. *per tot. vers. Nec debitores ex delicto.*

De hac materia cessionis bonorum; quomodo sit facienda cessio, qui ad illam sunt admittendi, vel non, quæ requirantur, an cedans remaneat obligatus si ad pinguiorem fortunam devenerit, qua forma servata sit facienda, quibus casibus sit remissa delatio birreti viridis, de quinquennali dilatione, & alia vide latè per Scanarol. *de visitat. carcer. lib.* 3. *§.* 9. *per tot. fol.* 521. *& seqq. ad* 546. ubi loquitur tam de jure communi, quam juxta Constitutiones Pontificias super hac re emanatas, *& in cap.* 10. *n.* 14. *fol.* 543. quod onus est creditorum dare birretum viride deferendum, aliàs cedentem non teneri deferre, vide in *§. Cessio, n.* 1. *& seqq.* & in meis resol. *c.* 54. *per tot.* latè Dian. *resol. moral. part.* 7. *tract.* 8. *per tot.* ubi multas dubitationes resolvit Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 21. *per tot.* ubi plura, & quod sit impetranda à Principe. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 47. *a nu.* 842. *tom.* 7. Abecclef. *observat.* 179. *et* 180. *part.* 1.

Debitor volens cedere bonis, adeò debet omnia 48
bona sua indicare, ut volente creditore, non obstante cessione, possit per judicem compelli ad inserviendum ipsi creditori, & operas suas illi præstandum donec satisfecerit, gloss. Bart. & Ang. *in l. pro hærede, §. si quid, ff. de acquir. hæred.* Bertaeb. *in Repert. verb. Debitor pauper, num.* 18. Gratian. *discept. forens. cap.* 185. *num.* 34. *et seqq.* & ita aliàs fuisse servatam Romæ per Dominos Visitatores Carcerum, testatur Brun. *de cess. bon. quæst.* 6. *princip. n.* 9. P. Molin. *de just. et jur. disp.* 758. *§. Superest. in fin.* Altimar. *dict. quæst.* 47. *n.* 900. Crescin. ad Abecclef. *dict. observat.* 179. *n.* 16.

Quòd puto intelligendum quo ad operas fabriles, si debitor sit artifex, & illi aliqua portione reservata pro victu, ac facultate se liberandi quandocunque per solutionem, non autem quo ad operas obsequiales, si non sit artifex, cum esset species servitutis inter Christianos prohibitæ, ad tradita per Lanfranch. Zacch. qui concordando contrarias opiniones ita distinguit *tractat. de Salar. et merced. quæst.* 106. *per tot.* & dixi in Practic. *§. Debitori, nu.* 20. *vers. Et anco in oggi, etc.* adde Oleam *de cess. jur. titul.* 3. *quæst.* 6. *per tot.* ubi de distinctione operarum, & an cedi possint. Altimar. *dict. quæst.* 47. *n.* 900. Crescin. ad Abecclef. *loc. cit. n.* 17.

Quamvis olim debitores possent cogi operas suas in servitute crediroribus præstare, donec illis esset satisfactum, ultra alios miros cruciatus, quibus afficiebantur, quod hodie non est permissum, ut benè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 183. *nu.* 1. *et seqq.* vide eum, & alios supracitatos. Altimar. & Crescin. *ubi supra.*

Debitores non omnes admittuntur ad beneficium 49
cessionis bonorum, & primò non admittuntur, Conciol. & Romaguer. *lib.* 4. *rub.* 71. *per tot.* Altimar. *dict. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 47. *a n.* 842. *cum plurib. seqq. tom.* 7. Abecclef. & Crescin. *dict. observat.* 179. *et observat.* 180. *part.* 2.

Debitores ex causa panis, Jul. III. in ejus Constit. 28.

Nec obligati in forma Cameræ, Greg. XIII. ejus Constit. 55. latè probat Altograd. *cons.* 42. *n.* 34. *etc. lib. pr.* ubi quod idem est in obligatione jurata.

Nec quando se expresè obligarunt ad Carceres in casu non factæ solutionis, Tepat. *in Epit. dec. tit.* 281. *de cess. bon. cap.* 5. Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *resol.* 19. *in fine,* ubi refert alios contrarium tenentes.

Nec fraudulenti, & dolosi decoctores, Pius V. ejus Constitut. 116. ubi etiam quòd tales sunt ultimo supplicio afficiendi, Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *resol.* 3. ubi qualiter qui fastu, & dolo malo bona perdiderunt non gaudeant hoc beneficio, *& resol.* 12. *& resol.* 19. Altimar. *dict. q.* 47. *nu.* 893. & ad Rovit. *cons.* 86. *num.* 7. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 180. *n.* 9. *part.* 1.

Nec debitores locorum piorum, miserabilium personarum, mercedis, alimentorum, & Censuum coram Vicario Papæ, Clemens VII. ejus Constit. 23.

Nec debitores occasione rerum Ripalium Innocent. VIII. ejus Constit. 12.

Nec

Nec negantes debitum, vel non indicantes bona; Jaſ. in §. fin. Institut. de act. num. 15. & 16. Brun. de ceſſ. bon. quæſt. 2. princ. num. 2. & ſeqq. Dian. part. 7. tractat. 8. reſol. 10. &c. Ceval. comm. quæſt. 129. Altimar. d. q. 47. nu. 899. Creſcin. d. obſer. 179. num. 19. part. 5.

Nec debitores facti habentes facultatem faciendi, & adimplendi, Jaſ. loc. cit. num. 12. Brun. q. 4. princ. ubi latè declarat Dian. part. 7. tract. 8. reſol. 19. verſ. tertio.

Nec debitores ex delicto, vel quaſi, quia tunc qui non habet in ære, luere debet in corpore, Jaſ. ubi ſupra num. 13. Brun. q. 17. q. 4. princip. Cabal. reſol. crimin. caſ. 77. Franch. deciſ. 567. inf. n. 71. latè Dian. part. 7. tract. 8. reſol. 2. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 228. vol. 5. Crivel. deciſ. 78. Theſſ. deciſ. 182. Peguer. quæſt. crim. cap. 6. in quibus locis habentur contrariæ deciſiones, an ceſſio bonorum poſſit fieri in præjudicium fiſci.

Nec debitores fiſci, vel qui vellent hoc medio evitare publicas functiones, vel non ſolvere collectas, & ſimiles, Jaſ. ubi ſup. num. 14. & 15. & ibidem Faber. Aret. & alii, Brun. d. tract. q. 9. 4. qu. princ. Dian. par. 7. tract. 8. reſol. 19. ubi tamen quòd debitores fiſci ex contractu non prohibentur cedere bonis vide alios ſupracitatos. Boler. de Decoct. tit. 1. quæſt. 5. & ſeq. & quæſt. 14.

Nec debitores ex cauſa depoſiti etiam confeſſionati, vel ex cauſa affictus, penſionis, graſciæ, & ſimilibus cauſis privilegiatis, Altograd. conſ. 42. num. 37. & ſeqq. lib. 2. Boer. dec. 296.

Nec volentes ſponte cedere bonis, ſed tantùm neceſſitate coacti, Jaſ. loc. citat. num. 17. Brun. quæſt. 7. 4. quæſt. princ. Boer. deciſ. 349.

Nec qui malitioſè, & ſub ſpe ceſſionis debita contraxerunt, & bona dilapidarunt, Jaſ. loc. cit. num. 18. & 20. Dian. part. 7. tract. 8. reſol. 11. & ſeqq.

Nec qui ſciebant tempore contractus non eſſe ſolvendo, Jaſ. ubi ſupra num. 19. Altograd. conſ. 42. num. 29. lib. 2.

Nec divites, & ſoluendo exiſtentes, ſed tantùm pauperes, Jaſ. loc. citat. num. 21. Brun. quæſt 16. 4. q. princip. Brun. de ceſſ. bonor. quæſt. 31. quar. quæſt. prin. in princ.

Nec quando facti ſunt non ſoluendo, præponendo creditores poſteriores anterioribus, Dian. part. 7. tractat. 8. reſol. 19. verſ. 2.

Nec banniti, nec deportati, licèt poſteà reſtituti ad Civitatem, & bona, l. 2. ff. de ſent. paſſ. Jaſ. ubi ſup. num. 22. vide Brun. qu. 15. 4. quæſt. princ. inf. n. 51.

De hac materia quibus prout, vel non ceſſio bonorum, vide latè Brun. tract. de ceſſ. bon. quæſt. 4. princip. per tot. Soccin. reg. 65. 66. & 68. Jaſ. & alii in §. fin. Institut. de act. Scanarol. de viſit. Carcer lib. 3. §. 9. per tot. fol. 521. & ſeqq. Dian. part. 7. tract. 8. per tot. Novat. in Pragm. Reg. Neap. Collect. 52. & ſeqq. Altimar. d. q. 47. à n. 842. tom. 7. Abeccleſ. & Creſcin. d. obſer. 179. & 180. p. 1.

Florentiæ, & in ejus Statu non admittitur hujuſmodi ceſſio, ut dixi in Practica §. Debitori, num. 20. in fine, nec Mutilianæ obſtante Statuto lib. 2. Rub. 30.

Neque in Galliis quo ad exteros, Paul. Chriſtin. deciſ. 123. num. 16. vol. 4.

Quid in Regno Neapolitano, Novar. in Pragm. Collect. 51. & ſeqq.

Et quòd cauſæ hujuſmodi ceſſionum debeant expediri infra tres menſes, Clem. 7. Conſtit. 31.

Debitor autem qui bonis ceſſit, poteſt re integra, & bonis nondum per creditores occupatis, pœnitere, & ceſſionem factam revocare ſi ſit paratus ſolvere niſi fuerit facta coram judice, & à creditoribus acceptata, l. quem pœnitet, ff. de ceſs. bon. Jaſ. loc. ſup. cit. n. 23. Brun. quæſt. 24. princip. Olea de ceſs. jur. tit. 1. q. 1. num. 13. & ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 486. nu. 24. & ſeqq. Salgad. Labyrint. credit. part. 3. cap. 16. Vide Altimar. loc. cit. n. 866.

De alio ſimili remedio competente debitori ad evitandum moleſtias, & carceres per dimiſſionem bonorum, vide Franciſc. Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 1. per tot. dixi in §. Ceſſio num. 14. in fine.

50 Debitor fallitus tanquam infamis repellitur à teſtimonio ferendo, maximè in criminalibus, & ſi bonis ceſſerit, vide Farinac. quæſt. 56. art. 12. verſ. Decoctus, Maſcard. de probat. concl. 738. Capell. Toloſ. deciſ. 173. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 18. num. 513. &c. fol. 330. inf. num. 65. Et in hoc Opere §. Creditor num. 42. ubi etiam Creſcin. in Additionibus.

An autem decoctores poſſint capi ante declaratam, & publicatam decoctionem, Fontanell. deciſ. 241. ubi plura pro nullitate capturæ. Quibus beneficiis priventur decoctores, & alia, idem Fontanel. deciſ. 242.

Decoctus quis verè dicatur de jure, & de ſtylo mercatorum, ad diverſos effectus, latè Rot. Lucen. coram Bernardino Auguſtino, impreſſa apud Modern. Jacob. Balduc. in obſervat. ad Ramon. deciſ. 41. per tot. Gob. conſult. 87. num. 60.

An debitore decocto, ceſſet curſus uſurarum, & intereſſe, Ant. Gob. cum pluribus citatis conſult. 34. per tot. vide in §. Ceſſio num. 14. in addit. Deluc. de Feudis diſc. 126. n. 3. de Cambiis diſc. 35. n. 5. de credit. diſc. 143.

Debitor, cujus bona fuerunt publicata factis edictis, 51
quod omnes prætendentes in certo termino compareant ad docendum de juribus ſuis, eo elapſo, licèt poſteà fuerit reſtitutus etiam ad bona, non poteſt moleſtari ab illis creditoribus, qui tempore cridarum tacuerunt, & jura ſua proponere neglexerunt, cùm per dictam taciturnitatem fuerint extincta, latè Cabal. reſol. crim. caſ. 233. & 234. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 423. per tot. Peregr. de jure fiſc. lib. 5. titul. 1. num. 53. & ſeqq. Farinac. quæſt. 25. vide in §. Creditor., num. 8. & 66. §. Reſtitutio num. ... Merlin. deciſ. 271. num. 5. & ſeqq. per tot. ubi quòd dicitur mortuus, & ſic à debitis liberatus, nec reviviſcit obligatio, etiam ſi fuerit reſtitutus, cùm dicatur novus homo, intelligendo tamen quo ad obligationes, & bona exiſtentia in territorio Principis confiſcantis, nam quo ad alibi ſita, & in confiſcatione non comprehenſa, poteſt utique rectè conveniri, ut benè probat Merlin. loc. citat. deciſ. 703. in eadem cauſa, ubi etiam quòd poteſt conveniri in bonis poſteà quæſitis.

Intellige hic dicta procedere quando penes fiſcum extant bona condemnati ſufficientia ad ſatisfactionem creditorum, ſecus autem ſi non ſufficiant, quia tunc non liberatur debitor, cùm fiſcus non teneatur ultra vires bonorum, ſed tantummodò pro quanto capit; nec etiam prædictæ liberationi locus eſt quando debitor recuperavit bona amiſſa, vel eorum partem ſub nomine quotæ, quia tunc ad onera, & debita antiqua tenetur proportionabiliter pro rata bonorum recuperatorum, & præcipuè quando creditores in termino cridarum, vel bannimentorum eorum jura deducere non neglexerunt, ut benè declarat Cabal. conſ. deciſ. 132. num. 4. & ſeqq. lib. 1. & meliùs Caren. reſol. 100. per tot. dixi in §. Debitori, nu. 10. in Addit. novæ impreſſionis.

Quòd debitor, cujus bona fuerunt ob delictum publicata, remaneat liberatus ab omni ære alieno, nec poſſit ulteriùs conveniri etiam quòd fuerit reſtitutus ad gratiam, ſed creditores agere debeant contra fiſcum, l. ſi debitor, C. de ſent. paſſ. vide Cabal. Gratian. & alios ſupracitatos. Ita ut remaneant liberati etiam fidejuſſores dicti debitoris condemnati, ſaltem pro rata bonorum ad fiſcum devolutorum, & ſufficientium ad ſolutionem, idem Gratian. cap. 224. n. 72. Peregrin. loc. citat. nu. 56. Farinac. dict. quæſt. 25. Card. Tuſch. litt. C, concl. 718. num. 4. & 5. Gnat. de confiſcat. bon. concluſ. 25. per tot. vide §. Fidejuſſor num. §. Fiſcus. num. & §. Reſtitutio num. 32. & in Pract. §. Debitori nu. 10. facit Rot. part. 13. recent. deciſ. 506. ubi quòd bannitus cum confiſcatione bonorum tanquam mortuus civiliter, vel non habens tutum acceſſum, non eſt citandus, ſed fiſcus, aliàs ſubhaſtatio de illius bonis facta eſt nulla, etiam ſi poſteà ex gratia fuerit reſtitutus. Vide Brunnemann. in d. l. ſi debitor C. de ſent. paſſ.

De omnibus in hoc numero contentis, vide Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt. 46. Tranched. Conſultat. 47. & alios plures citatos per modern. Raynald. Synax. rer. crim. Proœm. §. 12. num. 29. & ſeqq. per tot. ubi benè totam iſtam materiam declarat, ſicut & Manſ. Conſultat. 388. lib. 5. ubi an poſſit conveniri in bonis alibi ſitis.

52 Debitor potest se à creditore liberare etiam ante tempus solvendo, *l. stipulatio ista* 38. *§. si quis dolum, ff. de verbor. obligat.* nisi agatur de obligatione in diem certam solvendi certum quid tempore corruptibile puta fructus, quia tunc invito creditore, ante tempus non potest fieri solutio, prout nec quando aliter interest creditoris, nisi debitor vellet totale interesse solvere, Socin. *reg.* 110. *per tot.* vide supra *num.* 39. *in fine, & in §. Heres, num.* 50. Tusch. *litt. D, conclus.* 51. Bart. Jas. Coras. Duaren. Cujac. & alii *in d. l. stipulatio ista, §. inter, ff. de verb. oblig.* idem Cujac. *lib.* 23. *observ. cap.* 22. Gomez. *var. resol. tom.* 2. *cap.* 11. Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 17. *per tot.* ubi per rationes, & argumenta probat debitorem posse ante tempus solvere invito etiam creditore; & ego puto intelligendum cum dictis modificationibus Donel. & Hilliger *lib.* 16. *cap.* 11. Brunnemann. *in d. l. stipulatio ista* 38. *n.* 3. *ff. de verb. oblig.* & infra *in novissimis addition.* Crescin. *n.* 110.

53 Debitor captus pro majori summa, quam verè debeat, est nulliter captus, & relaxari debet ratione individuitatis, per quam utile vitiatur per inutile, etiamsi excessus, esset in modico, quicquid sit in executione reali, quæ sustineri potest pro summa verè debita, Giurb. *decis.* 89. *num.* 3. Gregor. *decis.* 198. *n.* 3. Bart. *in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condit. indeb.* cum aliis per Scanarol. *de visitat. Carcer. cap.* 8. *num.* 23. *& seqq. lib.* 3. *§.* 70. *in Appendice decis.* 15. *per tot. quæ est in Senogallien. societatis* 22. *Junii* 1639. *coram Royas*, facit quod dixi *in §. Datio insolutum, num.* 3. Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 15. *nu.* 93. *&c.* ubi de subhastatione facta pro majori summa, quam sit debitum, an, & quando sit nulla in totum, vel possit sustineri pro summa verè debita, Andreol. *Controv.* 159. *&* 160. Buratt. *dec.* 91. *num.* 2.

Intellige prout dixi in *§. Sententia, num.* 21. & in Practica *§. Debitori nu.* 27. vide in *§. Executio, n.* 27.

3 Decimæ cum sint de jure divino institutæ non nisi Ecclesiæ, vel ejus ministris debentur, nec possunt à laicis percipi, vel præscribi, nisi tempore immemorabili cum communi fama, & opinione, quod fuerint suis majoribus concessæ ante Concilium Lateranense, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 86. *per tot.* Peregrin. *decis.* 144. *per tot.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 125. *per tot. & part.* 9. *recent. decis.* 123. *num.* 12. *& seqq. & decis.* 234. *per tot. dict. part* 9. *& part.* 10. *decis.* 158. *per tot.* ubi qualiter debeantur ex privilegio Apostolico per famam probato, *& decis.* 270. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13. *num.* 48. *& seqq. ad* 72. *fol.* 357. planè Rot. *in Ravennaten. seu Ferrarien. Decimarum* 26. *Junii* 1647. *coram Cerro, & rursus in eadem causa confirmata* 5. *Martii* 1649. *coram Meltio*, penes Tondut. *de prævent. part.* 3. *decis.* 8. *& inter recent. part.* 10. *decis.* 97. *&* 291. *& part.* 11. *decis.* 5. *in eadem causa*, Tusch. *litt. D. concl.* 72. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 235. *volum.* 1. Merlin. *decis.* 694. *nu.* 13. *& seqq. dec.* 710. *nu.* 11. *& seqq. decis.* 795. *per tot. & decis.* 807. *per tot.* Ricc. Collect. 993. 1136. & alibi prout in *Repert. verb. Decima*, Bich. *decis.* 323. *num.* 6. *& seqq.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 67. *per tot. & part.* 18. *decis.* 574. 575. *&* 661. ubi qualiter debeantur Parocho, Bich. *decis.* 205. Rota *part.* 16. *decis.* 321. ubi etiam quod quasi possessio in parte propter universalitatem causæ trahitur ad totum, secus tamen in primitiis, quæ non habent universalitatem causæ sicut decimæ, & quomodo differant inter se decimæ, & primitiæ, Rot. *part.* 17. *decision.* 230. Et quod decimæ saltem prædiales etiam hodie sint solvendæ de jure divino; Et quid in decimis personalibus Fagnan. *in cap. in aliquibus a n.* 3. *de decim.* Et vide eundem *in cap. cum contingat eod. tit.* Caprar. *decis.* 432. *nu.* 4. *part.* 2., Et an consuetudo eximens à solutione decimarum sit attendenda Fagnan. *in dict. cap. in aliquibus a n.* 10. Caprar. *dict. decis.* 432. *n.* 5. Et vide infra *n.* 29. *& seqq. et n.* 35.

Quòd Ecclesia prædialis habeat juris assistentiam pro se contra Ecclesiam sacramentalem, nisi ista probet consuetudinem ad sui favorem legitimè præscriptam, Rot. *part.* 16. *decis.* 382. *& part.* 17. *decis.* 208. *in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio.

Quòd decimæ de jure non spectent ad Ecclesiam Sacramentalem, & prædiales cui debeantur; quomodo si Ecclesia Parochialis de novo erigatur intra limites alterius antiquæ Parochialis, cùm duæ decimæ de eadem re non debeantur, & alia ad rem, Bich. *dec.* 48. *&* 97.

Quòd decimæ Parochialis unitæ spectent ad Rectorem Ecclesiæ, cui facta est unio, quamvis curam animarum exerceat per Curatum à se deputatum, Bich. *decis.* 505. *num.* 4. *&* 5.

Quòd decimæ in dubio præsumantur spirituales, & quando non essent tales, sed temporales, tunc immemorabilis non requiratur, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 64. *n.* 6. *&c.* De Luc. *de Decim. disc.* 13. *num.* 4.

Quòd etiam laici sint capaces solius commoditatis, & emolumenti decimarum à jure decimandi sejuncti, Bald. *cons.* 274. *lib.* 5. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 215. *num.* 5. *part.* 4. *recent. decis.* 545. *num.* 2. *& part.* 10. *decis.* 175. *num.* 7. *&c. & decis.* 291. *per tot.* ubi plenè, *& part.* 14. *decis.* 424. *per tot.* ubi quòd decimæ consideratæ non ut jus decimandi, sed ut quid facti, possunt etiam à laicis percipi, maximè concurrente immemorabili, quæ etiam indirectè probari potest, latè De Luc. *de Decim. disc.* 6.

Quòd de jure debeantur Parocho, & non aliis, Cavaler. *decis.* 203. *num. pr.* Merlin. *decis.* 434. *nu.* 2. *&c.* ubi quòd Parochus habet de jure fundatam intentionem etiam quo ad decimas ex prædiis noviter cultis, Peregrin. *decis.* 143. *num.* 14. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 303. *per tot. decis.* 316. *per tot.* ubi quòd dicta juris assistentia non suffragatur, quando constet de pertinentia ad alium, & ex quibus remaneat justificata *part.* 13. *decis.* 216. *& dec.* 520. *part.* 14. *decis.* 493. Tamburin. *in* 5. *Eccl. præcept. tract.* 5. *cap.* 4. Et quod Parochus habeat intentionem fundatam in Jure super petitione, & consequutione decimarum Cels. *decis.* 52. *n. pr.* Pen. *decis.* 1201., ubi Crescin. *in annot.* Idem Crescin. ad eundem Pen. *decis.* 172. Et vide Fagnan. *in cap. cum contingat de Decim.*

Quòd jus decimarum competat Ecclesiæ Parochiali privativè etiam quo ad Episcopum, quamvis Ecclesia desinat esse Parochialis, cùm sufficiat quod habitu sit talis, Merlin. *dec.* 648. *per tot.* vide De Luc. *de Decim. disc.* 10. *n.* 6.

Qualiter Parochus sit manutenendus in quasi possessione exigendi decimas, ubi ultra juris assistentiam docet de sua quasi possessione, ex quibus probetur, & alia, Rot. *part.* 10. *recentior. decis.* 250. *per tot. & decis.* 253. *per tot.* ubi quod procedit etiam ad favorem aliorum participantium, & alia ad excludendam immemorabilem in contrarium allegatam, *& par.* 11. *decis.* 345. *per tot.*

Si tamen decimæ, quæ juris assistentia ad Parochum spectare præsumuntur, fuerint ab alio longo tempore possessæ, concurrente etiam titulo, beneplacito Apostolico munito, dicta assistentia remanet exclusa, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 82. *per tot.* quæ est ibi duplicata *decis.* 83. in meo Codice, & in alia causa *decis.* 101. *per tot.* ubi de immemorabili quasi possessione alterius, quæ facit cessare assistentiam juris Parochi *decis.* 316. *per tot. & part.* 13. *decis.* 216. *num.* 3. *&c. decis.* 520. *per tot.* Crescin. ad Pen. *d. decis.* 172.

Quod possint concedi etiam laicis à Papa, idem Cavaler. *decis.* 229. Merlin. *decis.* 694. *num.* 17. *& seqq.* vide Covar. *var. resol. lib. pr. cap.* 17. *num.* 9.

Quòd Reges in aliquibus locis possideant Decimas Ecclesiasticas, quas nuncupant tertias, quæ postquam fuerunt incorporatæ Regali Patrimonio temporales efficiuntur, Cabed. *decis.* 63. *part.* 2. Larrea *alleg.* 27. Castil. *de test. cap.* 12. & alii citati per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 15. *& seqq.* Vide Caprar. *decis.* 624. *num.* 5. *&* 6. *part.* 2. *& decis.* 639. *& decis.* 666. *ead. part.* 2.

Cui Ecclesiæ debeantur, an scilicet illi, in cujus parochia sita sunt bona, vel illi, in qua administrantur sacramenta, vide Rot. *part.* 2. *divers. decis* 163. *per tot.* Tusch. *litter. D. concl.* 64. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 354. *num.* 4. *vol. pr.* Merlin. *decis.* 434. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 102. *num.* 4. *&c. & dec.* 253. *num.* 2. *&c. part.* 13. *dec.* 202. *nu.* 8. *& seqq.* ubi quòd debentur Ecclesiæ prædiali, *& decis.* 344. vide De Luc. *de Decim. disc.* 13. Et quid si Ecclesia Parochialis cum Baptismali concurrat Fagnan. *in cap. cum contingat a n.* 31. *de Decim.*

Quòd de jure debeantur Ecclesiæ prædiali, licèt de consuetudine possint spectare etiam Ecclesiæ sacramentali, Cavaler. *decis.* 73 *nu. pr. & decis.* 107. Ricc. *Collect.* 2468. Merlin. *d. decis.* 434. *per tot. & dec.* 474. ubi quòd hujusmodi consuetudo debet probari saltem per decem annos, vide Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 344. *per tot.* ubi etiam an debeantur ab Ecclesia, sive à Parocho, vel Clerico, alteri Ecclesiæ, vel Parocho, vel Clerico, pro bonis, &c. *& part.* 14. *decis.* 27. *per tot.*

Quando sint personales, vel prædiales, Rot. *part.* 3. *lib.* 3. *divers. dec.* 285. Castillo de Tertiis *cap.* 2. *à num.* 11. *ubi de consuetudine.*

Quòd multæ sint decimarum species, & quales, Tusch. *litt. D. concl.* 63. *& seqq.*

De decimis temporalibus, & spiritualibus, & qualiter exemptio non extendatur ad spirituales, nisi sit expressum, & quare, & alia Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 183. *per tot.*

Quòd decimæ debeantur illi, penes quem est cura animarum, non autem ei, penes quæ est nudum exercitium, cui debetur sua congrua tantùm, Ludov. *dec.* 174. ubi etiam quando causa decimarum censeatur prosana, & alia *inf. num.* 9.

Decimæ alicui concessæ liberè in recompensationem laborum, & causa eum sublevandi ab expensis, & oneribus passis pro recuperando jura Ecclesiæ usurpata, spectant ad hæredes, si decedat ante illarum exactionem; intelligendo de decursis illo vivente, licèt aliàs ad instar fructuum beneficii spectare deberent ad successorem in beneficio, Rot. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 19. 4

19. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 503. facit quod dixi in §. *Clericus, num...*

5 Decima poteſt per debitores præſcribi in totum, quo caſu non ſufficit poſſeſſio, ſed requiritur implicitus titulus per immemorabilem cum fama privilegii, vel explicitus cum quadragenaria, & in parte, vel in quota docendo de uniformi præſtatione per tempus ſufficiens, & de poſſeſſione, quæ conſiſtit in eo, quod agenti ad integram decimam, denegata fuerit ſolutio, vel exactio, & ipſe acquieverit, Rot. *in Noviſs. part.* 6. *deciſ.* 23. *per tot. et deciſ.* 30. *nu.* 13. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 595. *num.* 16. *et per tot.* ubi plura in hac materia decimarum, Rot. *part.* 13. *deciſ.* 201. *nu.* 10. *et ſeqq.* vide De Luc. *de Beneſ. diſc.* 32. *num.* 8. *et in tract. de Decim.*

Eſt tamen neceſſaria ad effectum acquirendi quaſi poſſeſſionem libertatis à ſolutione decimarum, ſcientia, & acquieſcentia Eccleſiæ, cui non poteſt præjudicari ex negligentia Prælati ſine juſta cauſa, & alia, Rot. *part.* 9. *rec. deciſ.* 302. *num.* 22. *et ſeqq.* ubi excluditur dicta patientia ex pluribus, *et part.* 10. *deciſ.* 22. *n.* 14. *etc. et deciſ.* 333. *part.* 11. *deciſ.* 242. *n.* 8. *etc.*

Quòd decimæ non poſſint alienari, præſcribi, nec componi ſine aſſenſu Summi Pontificis, Thom. Triviſ. *deciſ.* 29. *per tot.* Vivian. *comm. opin.* 133. ubi an, & quando conſuetudo non ſoluendi decimas excuſet, vel non, & ſic an poſſint præſcribi, & non ſolui ſine peccato.

Qualiter poſſint ex præſcriptione reddi immunes à ſolutione decimarum, & an valeant ſtatuta prohibentia decimas exigi contra laicos, Dian. *part.* 3. *tract.* 24. *reſolut.* 42. Covar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *nu* 10. Vaſq. *contr. illuſt. lib.* 2. *cap.* 79. *nu.* 10. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 236. *num.* 8. *&c. vol.* 1. ubi quòd iſta præſcriptio poteſt eſſe quoad totum, vel in quantitate, ſive qualitate, & modo ſoluendi, Ricc. *Collect.* 3076. Rot. *part.* 20. *recent. deciſ.* 100. *&* 101. *per tot.*

6 Decima ſoluenda Eccleſiæ de fructibus recollectis, intelligitur ſine ulla deductione expenſarum ſeminis, & culturæ, vel aliarum factarum gratia recolligendorum ipſorum fructuum, ex quibus ſoluitur decima, *gloſ. in l. ſi à domino, §. ultim. ff. de pet. hæred.* Peregrin. *deciſ.* 143. *nu.* 12. *etc.* Capyc. *deciſ.* 20. Menoch. *de arbitr. caſ.* 258. *num.* 39. ubi intelligunt de decima reali, ſive prædiali, ſecus in perſonali, ex qua deducitur impenſa, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 232. *num.* 16. Bich. *deciſ.* 322. ubi plura de Parocho, *& part.* 18. *deciſ.* 582. *& deciſ.* 663. in eadem cauſa, ubi, quòd cum agatur de decima jure univerſali debita, ei non præjudicatur per mutationem ſeminis, & fructuum, *& dec.* 688. *d. part.* 18. ubi diſtinguitur inter jus decimandi univerſale, & particulare, ut in primo dicta procedant, ſecùs in ſecundo. Tambur. *in* 5. *Eccl. præcept. tract.* 5. *cap.* 3. Fagnan. *in cap. gravis num.* 6. *de reſtitution. ſpoliator.*

Quòd onus decimæ ſpectet ad colonum pro rata fructuum, & conductorem in totum, quando ſoluit mercedem in pecunia, & percipit omnes fructus, quia eſt onus fructuum, Pacion. *tract. de locat. & conduct. cap.* 34. *§.* 1. *num.* 40. *&* 41. Noguerol. *alleg.* 38. *&* 39. Dian. *tom.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 273.

Quòd decima debeatur Parocho ex qualibet fructuũ ſpecie, nec poſſit eo invito præſtari in pecunia, & ſi quandoque fuerit recepta in pecunia, non obligat in futurum, maximè ſucceſſores, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 110. *per tot. & dec.* 125. *per tot.* in eadem cauſa confirmata, *& deciſ.* 133. *per tot. & part.* 12. *dec.* 350. ubi qualiter debeatur ordinario de omnibus fructibus, ac etiam de apibus, niſi probetur exemptio, Rot. *part.* 23. *recent. dec.* 102. ubi de fœno.

Et quòd tale onus decimæ ſpectet etiam ad colonum partiarium pro fructuum portione ſibi ſpectante, Menoch. *de arbitr. caſ.* 562. *num.* 40. Licèt dominus quo ad ſe eſſet exemptus, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 145. *num.* 11. vide *in §. Coloni, num.* 13.

Quòd decima ſit ſoluenda de quacunque operariorum mercede, & ſimilibus lucris, Lanfranc. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.* 45. *per tot.* Solorz. *de de Jur. Ind. tom.* 2. *libr.* 1. *cap.* 22. *à num.* 37. *lib.* 3. *cap.* 21. *per tot. & libr.* 4. *Politic. cap.* 21.

Et de omni fructu, opificio, & negotiatione, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 64. *nu.* 9 *&c. part.* 15. *dec.* 350. *part.* 13. *dec.* 102. ubi de fœno, & aliis fructibus novalibus. Caprar. *deciſ.* 392. *n.* 4. *&* 5. ubi quod debentur ex omni, & quocumque genere fructuum *& deciſ.* 686. *n.* 3. *part.* 2.

Decima an admittat appellationem, & ſic an in cauſis decimarum detur appellatio, quo jure debeatur, qua actione petatur, quomodo præſcribatur, & alia, vide per Gratian. *dec.* 100. *per tot. cum Addit.* Ricc. *Collect.* 2391. & alibi, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 106. *per tot. volum.* 1. ubi qualiter decimæ ab omnibus ſint ſoluendæ etiam ex Novalibus ſtante privilegio, vel immemorabili conſuetudine illas exigendi, & manutenendus ſit exigens appellatione non obſtante. 7

Quòd à decreto ſolutionis decimarum non concedatur appellatio ſuſpenſiva, & ideò cauſa appellationis commiſſa cum clauſula *arbitrio Rotæ*, non impediatur manutentio exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 110. *per tot. & part.* 12. *deciſ.* 223. *per tot.*

Decima an debeat in horreo conſignari, vel ſufficiat illam ſoluere in area, vide Franch. *dec.* 124. ubi videtur concludere, eſſe attendendam conſuetudinem, Olea *de ceſſ. jur. tit.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 65. ubi quòd ceſſante conſuetudine, de jure debitor decimæ tenetur ad horrea Eccleſiæ deferre, Exod. *cap.* 23. Malach. 3. *cap. revertimini* 16. *q.* 1. *cap.* 116. *quæſt.* 7. Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin. *n.* 28. 8

Quòd valeat concordia, ſive tranſactio ſuper decimis, Cavaler. *dec.* 95. *in fine*, vide *in §. Tranſactio, n.* 14. Ricc. *Collect.* 2391. *&* 2992. ubi intelligit procedere quo ad perceptionem decimarum, & non quo ad jus decimandi, & non cacedere tranſigentium vitam Barboſ. *de Jur. Eccl. cap.* 28. *§.* 4. Fagnan. *in cap. cum contingat n.* 19. *de Decimis* ubi benè declarat Caprar. *deciſ.* 432. *à n.* 10. *part.* 2.

Decimarum cauſa tanquam ſpiritualis ad forum Eccleſiaſticum ſpectat, ubi agitur an debeantur nec ne, & qualiter, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 297. *nu.* 7. *&c.* Si verò agatur de illarum mera ſolutione, & exactione, cauſa dicitur merè civilis, & poteſt cognoſci etiam per judicem ſæcularem, cùm ſimplex compulſio ſit facti, & non ſuper jure decimarum, & interſit Eccleſiæ plures habere judices pro decimarum exactione, Federic. de Sen. *conſ.* 96. *&* 245. Calder. *conſ.* 129. *aliàs* 15. *de judic.* Tuſch. *litt. D concluſ.* 73. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 145. ubi latè pro judice laico in poſſeſſorio, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 235. *nu.* 16. *volum.* 1. *& deciſ.* 222. *num.* 40. *& ſeqq. volum.* 5. ubi quòd in poſſeſſorio ſpectat ad judicem laicum, & quando jus percipiendi decimas ſpectat ad laicos, ad tradita per Menoch. *conſ.* 268. *nu.* 8. *& de recuper. remed.* 15. *num.* 211. vide Ricc. *Collect.* 2467. Oleam *de ceſſ. jur. tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 15. *& ſeqq.* Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 89. *& ſeqq. ad* 94. ubi plura de exemptione decimarum quocunque modo à juriſdictione ſæculari, *& part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 50. dixi in §. *Judex, num.* 30. *facit infr num.* 13. *in fin.* Relat. ab Egid. Caſtejon. *Alph. Jurid. verb. decim. nu.* 13. Fagnan. *in cap. tuam n* 39. *de ordin. cognit.* 9

Decimæ poſſunt exigi per rei vindicationem in fructibus à ſolo ſeparatis, & aliis modis, qualiter non poſſint alienari, quæ debeantur Epiſcopo de jure communi, quæ ſint Papales, quomodo debeantur, & alia de decimis, Tuſch. *litt. D. concl.* 74. *& ſeqq.* 10

Quòd retinentes decimas committant ſacrilegium, ac æternæ damnationis periculum incurrant, qualiter declaratoria contra illos ferri poſſit, Rot. *part.* 8. *recent. deciſ.* 142. *& part.* 9. *in Append. deciſ.* 448. *& part.* 11. *deciſ.* 12. ubi declaratoria concedenda, Tamburin. *in* 5. *Eccleſ. præcept. tract.* 5. *cap.* 4. Fagnan. *in cap. in aliquibus n.* 2. *de Decimis*; Et vide infra *n.* 25.

Qualiter non ſolventes decimas poſſint excuſari à peccato vigore conſuetudinis, licèt ſint de jure divino, Balb. *de præſcript. part.* 5. *quæſt.* 7. *colum.* 4. cum aliis per Ricc. *prax. var. reſolut. cap.* 172. *num.* 2. ubi intelligit quo ad quotam.

Decimæ an ſint ſoluendæ à Regularibus, & illorum colonis, an pro prædiis poſteà acquiſitis, vel pro novalibus, & alia, Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *reſolut.* 51. *&* 52. vide in §. *Coloni num.* 13. *& §. Privilegium, n.* 20. 11

ac. Peregrin. *dec.* 143. *num.* 19. *& seqq.* ubi refert contrarias opiniones nihil certi firmando, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 99. ubi quando Religiosi non solvant decimas ex Novalibus ab ipsis cultis.

Quæ sint propriè novalia, ut ex illis decimæ non solvantur, & quomodo testes deponere debeant in probatione Novalium, benè Rot. in select. per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *dec.* 223. *per tot.*

Quòd debeantur etiam ex novalibus stante jure universali decimarum, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 106. *per tot. vol.* 1. Merlin. *dec.* 434. Castillo *de Tertiis cap.* 13. 14. *&* 15.

Quòd decimæ Novalium spectent Parocho loci, & si ager novalis sit inter plures Parochias unicuique pro rata, si extra fines Parochiæ Episcopo loci, Paul. Christin. *decis.* 236. n. 10. *& seqq. volum.* 1. ubi etiam quod Novale ad hunc effectum dicitur ager primum proscissus, qui ante desertus, nec ab hominum memoria cultus fuit, *c.* 1. *c. quid per Novale* 21. *de verb. significat.* & quando decimæ non extendantur ad Novalia. De hac materia iterùm idem Christin. *dec.* 26. *vol.* 2. Merlin. *d. decis.* 434. Thom. Trivis. *decis.* 65. *lib.* 1. ubi quòd privilegium de non solvendis decimis pro bonis alicujus monasterii, non extenditur ad bona posteà acquisita. Quod decimæ debeantur etiam ex novalibus Fagnan. *in cap. cum contingat n.* 14. *&* 15. *de Decim.* Et si Insula in mari appareat, decimæ novalium cui debeantur Fagnan. *in cap. quoniam n.* 12. *de Decim.*

12 Decimæ non possunt exigi contra Patres Societatis Jesu, quia illi ex privilegio sunt exempti à solutione decimarum, etiam contra possidentes jus decimandi per centenariam, vel immemorabilem consuetudinem, & ex causa onerosa, quæ requirantur, ut immemorabilis consuetudo suffragetur laicis in hac materia, & alia. plenè Rot. *in Corduben. Decimarum de Lucena* 7. *Februarii* 1639. coram Merlin. inter impressas ejusdem *decis.* 795. & iterùm sub die 13. Maii 1639. penes Merlin. *dec.* 807. *per tot. in eadem causa.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 302 *num.* 8. *&* 9. *& part.* 10. *decis.* 22. *per tot.* ubi de privilegiis Patrum Prædicatorum, sive Dominicanorum, de quibus *num. seqq.* Quo ad Jesuitas, & Mendicantes, plenè Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 581. *per tot. quæ est in Hispalen. Decimarum* 26. *Junii* 1647. *coram Corrado*, Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 253. ubi quòd PP. Jesuitæ in Regno Navarræ sunt à Decimis exempti ex pluribus privilegiis, quæ non fuerunt sublata per Breve Leonis XI. restrictum ad sola Regna Castellæ, & Legionis, licèt illa fuerint principaliter unita cum eodem Regno Navarræ, & quare, *& part.* 18. *decis.* 134. *& decis.* 258. *per tot.* ubi fuit confirmata prima decisio, Tamburin. *in* 5. *Eccl. præcept. tract.* 5. *cap.* 2.

De privilegiis Carthusianorum circa exemptionem à Decimis, & qualiter concessa ex causa paupertatis illa cessante, ipsa quoque cessent, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 511. *per tot.* vide in *§. Privilegium.*

Quòd ubi privilegium exemptitium est fundatum in paupertate, vel alia qualitate, non suffragentur nisi probata dicta qualitate; & sic versari in casu privilegii, Bich. *decis.* 570. *per tot.* ubi in terminis Monialium Ordinis S. Claræ.

Qualiter tamen Patres Jesuitæ, & alii Regulares Regni Poloniæ teneantur (non obstantibus eorum privilegiis, & exemptionibus) solvere Parochis decimas bonorum acquisitorum à laicis, & quæ solvebantur ab ipsis laicis antequã ad eos pervenissent juxta decretum Sacræ Congreg. de anno 1645. in futurum, & non pro præteritis servandum, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 9. *per tot.* facit quod dixi in *§. Clericus num.* 45. & rursus Rot *part.* 11. *recent. decis.* 133. *per tot.* ubi etiam quòd debentur in specie fructuum, & non in pecunia dixi supra *num.* 6.

De privilegiis dictorum Patrum Societatis Jesu in materia decimarum, & quomodo fuerint moderata ad ad vigesimam in Regnis Castellæ, & Legionis per Constit. Leonis XI. quæ tamen tanquam localis, non extenditur ad alias Provincias, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 276. De Luc. *de præem. disc.* 29. *& de decim. disc.* 8. *num.* 3. Et vide *infra in novissimis additionibus* Crescin. *n.* 33., ubi plura.

Decimæ qualiter spectent ad Episcopum tanquam ad Parochum universalem, vel pro eo ad Capitulum, non solum ex assistentia juris, juxta *cap. nuper extra de decim.* Sed etiam ex quasi possessione exigendi, in qua debet manuteneri etiam contra Equites Hierosolymitanos, licèt prætendant se, & eorum bona esse exempta ex privilegio suæ Religioni concesso per Pium IV. in ejus Bulla 9. §. 64. & per Pium V. Bulla 77. §. 3. ac Gregor. XVI. Bulla 5. §. 3. confirmato, cum dictum privilegium non sit clarum, sed varias recipiat interpretationes, & ideò non possit impedire manutentionem Episcopi in quasi possessione exigendi decimas etiam contra dictos Equites, ut laté dixit Rot. in Hispalen. Decimarum 27. Junii 1644. coram Corrado *part.* 9. *recent. decis.* 302. *per tot.* & in alia Causa Hispalen. Decimarum 15. Februarii 1647. coram Melzio *part.* 10. *recent. decis.* 22. *per tot.* ubi idem firmatur contra Patres Prædicatores vel Dominicanos, non obstantibus illorum privilegiis, quæ cum indigeant discussione, non possunt impedire manutentionem per prædictis, & alias rationes in decisione deductas; & rursus de hac materia in alia Hispalen. Decimarum 26. Junii 1647. coram Corrado *dict. part.* 10. *recent. decis.* 101. *per tot.* ubi plura, & quod causæ Decimarum reputantur prophanæ, sicut aliæ omnes, in quibus non agitur de titulo beneficii, saltem ad effectum remissoriarum concedendarum, ut ibidem *num.* 1. *& decis.* 100. *num.* 1. *&c. decis.* 220. *& decis.* 333. *per tot. d. part.* 10. *& part.* 11. *decis.* 81. *&* 82. *& decis.* 100. *num.* 10. *& seqq. per tot.* ubi iterum de privilegiis Hierosolymitanæ, quæ recipiunt varias interpretationes, & non impediunt manutentionem ut supra, *& d. part.* 11. *decis.* 192. ubi de privilegiis Equitum de Calatrava, *& decis.* 195. ubi de aliis privilegiis, De Luc. *de decim. disc.* 5. *num.* 15. *&* 16. 13

Qualiter autem Episcopo, imò nec Parocho hodie ex simplici juris assistentia, non detur manutentio in exactione decimarum, nisi etiam doceant de quasi possessione exigendi, vide Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 61. *per tot. & dec.* 97.

Quòd manutentio in exactione decimarum sit concedenda Episcopo, & Parochis, constito de quasi possessione exigendi, quæ suffragatur etiam contra successores in bonis decimæ subjectis, quia ex mutatione personæ contra quam possidetur non variatur jus possidentis, licèt dicti successores essent privilegiati, & exempti, quia privilegiorum discussio est reservanda in petitorio, nisi essent clara, & indubitata, ac jam per sententias canonizata, juxta Duran. *decis.* 215. Rot. *part.* 7. *recent. decis.* 44. *& part.* 10. *decis.* 212. *per tot. & decis.* 333. *per tot.* ubi plura notabilia de hac materia, & an bona subrogata in locum aliorum bonorum exemptorum sint exempta, vide in §. *Subrogatio num.* 7. quid stante communicatione privilegiorum, & alia, vide in *§. Privilegium num.* 8. *& num.* 20. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 16. *per tot.* ubi plura quando decimæ debeantur Episcopo tamquam Parocho universali, ubi non est alius Parochus particularis deputatus, & *d. part.* 12. *decis.* 183. *per tot.* ubi etiam quando, à quibus suffragetur exemptio, vel non, & eadem, *part.* 12. *decis.* 223. *per tot. & decis.* 283. *&* 284. *& decis.* 299. ubi fuit recessum à prædicta *decis.* 183. & laté quando exemptio suffragetur etiam quo ad decimas spirituales, & loquitur in Episcopo Ferrariæ. 14

Quod jus universale decimandi resultet in bonis existentibus intra fines Parochiæ, & ideò ex perceptione aliquorum fructuum acquiratur jus, quo ad omnes, quicquid secus sit ubi de jure particulari deberentur, & Decimæ non minuantur, nec tollantur ex mutatione seminis, vel variatione culturæ, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 219. *per tot.*

Quód exemptio à solutione decimarum per verba universalia, & clausulas multùm prægnantes concessa à Papa comprehendat omnes decimas, & censeatur derogare, *cap. nuper de decim.* quando meminit de Conciliis generalibus, & alia pro exemptione ad favorem Casinensium Ordinis S. Benedicti, Rota *part.* 12. *recent. decis.* 334. Et an privilegium super Decimis sit laté, aut strictè interpretandum, vide Fagnan. *in cap. cum contingat n.* 8. *de Decim.*

An autem mandatum de manutenendo in exactione 15

De-

Decimarum intelligatur tàm quò ad decimas, ante,
quàm poſt litem motam decurſas, vel tantùm quo
ad decurſas poſt litem conteſtatam, vide Rot. in Hiſ-
panel. Decimarum 10. Decembris 1649. coram Bichio
part. 10. recent. decif. 354. *per tot.* ubi adhibita diſtin-
ctione circa modum agendi concludit omnes deci-
mas comprehendere.

16 Decimæ non poſſunt ab Eccleſia alienari, vel diſ-
membrari ab que ſolemnitatibus in aliis alienationi-
bus bonorum Eccleſiaſticorum neceſſariis, ut benè
probat Rot. *part. 11. recent. decif.* 47. *per tot. & dec.*
85. *per tot.* ubi qualiter Eccleſia ſit raintegranda, etiam
per interdictum, unda vide pro malè, & nulliter alie-
natis.

In diſmembratione Eccleſiæ decimas non cenſeri
comprehenſas, cùm decimæ non poſſint ab antiqua
Eccleſia auferri, ut alteri voluntariè applicentur, ma-
ximè ſi de illis non ſit facta expreſſa mentio, vel ſi
erant debitæ jure ſpeciali, & extraordinario, & plura
ad rem, Rot. *part. 17. recent. decif.* 213. & 351. *in
eadem cauſa*, & *part. 18. decif.* 433. *in eadem
cauſa*.

17 Decimæ an poſſint exigi ab Eccleſia in loco, in
quo habet bonorum dominium, videtur quod non,
ne detur actio, & paſſio in eodem ſubjecto, niſi ad-
ſit particularis conventio, quæ facit ceſſare dictam
repugnantiam, cùm tunc poſſint exigi contra affi-
ctuarios, conductores, arendatarios, & colonos,
Rot. *part. 11. recent. decif.* 145. *per tot.* facit latè
part. 12. decif. 16. n. 25. & seqq. ubi an, & quando
poſſint exigi à Clericis, vel non pro fundis Eccleſiæ,
& alia plura ad hoc propoſitum.

18 Decimæ qualiter præſumantur reſervatæ Eccleſiæ
matrici donec illarum aſſignatio Eccleſiæ filiali facta
probetur *gloſ. in cap. ſtatuimus verb. baptiſmale* 16.
quæſt. 1. not. Rebuff. *de decim. quæſt. 6. nu.* 12. Rot.
par. 1. recent. dec. 410. *nu.* 3. *part. 6. decif.* 311. *nu.*
12. *part. 7. decif.* 12. *nu.* 16. & *part. 12. decif.* 315.
n. 2. &c. vide De Luc. *de Decim. diſc. 11. nu. 9. &
diſc. 12. à n. 4.*

Si Eccleſia actionem ſuam pro decimis alteri ce-
dat, an poſſit ceſſionarius uti privilegio fori, & alia
ad propoſitum, Olea *de ceſſ. jur. tit. 6. quæſt. 3. n. 15.
& ſeqq.*

19 Decimæ qualiter probari poſſint per teſtes ſingula-
res, & quid probare debeat laicus illas percipiens, ut
poſſit retinere, Maſcard. *de probat. concl.* 483. *vide
ſup. n.* 3. Et quod teſtis, ut probet exactionem decima-
rum, non requiritur, quod ſemper fuerit præſens, ſed
ſufficiat etiam de auditu Caprar. *decif. 666. n. 7. p.* 2.

20 Varia de Decimis notat Thoro *compend. decif.
Neapol. part. 1. 2. 3. verb. Decima*, Cancer. *var.
part. 1. cap. 23. per tot.* & latiùs remiſſivè Ægid. de
Caſtejon. *in alphabet. jurid. verb. Decimæ*, & Com.
Auguſt. Fontan. *in Biblioth. leg. part. 4. eodem verb.
fol.* 377. &c. ubi indicant multos Auctores materiam
decimarum tractantes, plura De Luc. *de Decim. &
in ejus Indice general.* Fagnan. *ſup. Decret. in Indic.*
Caprar. Emerix. Pignatell. & alii moderni.

21 De uſurpantibus quoquomodo decimas Eccleſia-
ſticas, aut impedientibus, vel impugnantibus, ac
ſcrupulum pœnitentibus non facientibus, & eorum
pœnis, Carol. An. Theſaur. *de pœn. Eccl. verb. De-
cimæ fol.* 140. infra *in noviſſimis additionibus* Cre-
ſcin. *n.* 25.

22 Quòd Decimæ individualiter non expreſſæ, non
veniant ſub qualibet diſpoſitione, etiam ampliſſimis
verbis concepta, an laici ſint capaces juris deciman-
di, & alia ad rem, Ramon. *conſil. 47. & ſeqq.* cum
Anton. Jacob. Balduc. Fagnan. *in cap. ex litteris n.
9. de Jurepatr.* ubi quod Decimæ non includuntur
in generali donatione, & Idem *ibidem num.* 7. ubi
quod non tranſeunt cum univerſitate.

23 Antiquitus de Jure Decimæ ſpectabant ad ſolum
Epiſcopum ante diviſionem Parochiarum, cui to-
tius Plebis diœceſanæ cura imminebat. *cap. Epiſco-
pus, & præcipimus* 12. *q.* 4.

Facta verò diviſione Parochialium Decimæ exiſtentes
intra Parochiam ſpectant ad ipſum Parochum, qui
propterea dicitur habere fundatam intentionem de
Jure ſuper exactione decimarum inter limites ſuæ
Curæ. Barboſa *de Jur. Eccleſ. cap. 26. §. 2. n. 7. &*
8. Et vide Fagnan. *ſup. Decret. in Indic. verb. De-
cimæ quo jure & quibus debeantur.*

Per Spacium decem Annorum una Eccleſia per-
ſcribit decimas adverſus aliam Eccleſiam Moneta
de Decimis cap. 5. q. 4. n. 101. & 102. ſecus verò ſi 24
ageretur de præſcribendo contra Parochialem ad fa-
vorem alicujus Particularis perſonæ, quia in tali ca-
ſu præſcriptio eſt contra Jus, requiritur tamen im-
memorabilis, vel quadragenaria, cum titulo Mone-
ta *ibid.* Et vide ſupra *n.* 3.

Uſurpantes decimas multas pœnas incurrunt, &
præſertim excommunicationem ſoli Papæ reſervatam
Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 11. de Refor.* Bulla in cœ- 25
na Domini §. 17. Et non ſolventes poſſunt, & de-
bent excommunicari *c. omnes decimæ 6. il. 2. c. tua
nobis de decimis* Rot. coram Marquemont impreſ.
apud Marcheſan. *de Commiſſione p. 1. pag.* 675.

Si uſurpantes ſunt Patroni Eccleſiarum privantur
Jurepatronatus; & ſi ſunt Religioſi qui ex propriis
agris recuſent ſolvere decimam Parochiali, incur-
runt ſuſpenſiones ab Officiis, & ſi officia non habent
excommunicationem *Clem. Religioſi de decimis* Niſi
habeant privilegium exceptionis a Decimis.

Incurrunt quoque pœnas excommunicationis do-
centes decimas non eſſe ſolvendas *Clem. cupientes de
pœnis*, & confeſſarii, qui in confeſſione uſurpantes
decimas non monuerint ad ſolutionem faciandam
ſuſpenſione plectuntur Theſaur *de pœnis part. 2. V.
decimas cap. 1. 2. 3. ubi D.D.*

Collectio decimarum eſt ſignum Parochialitatis 26
Clericat. *de Benef. diſcord.* 20. *n.* 19. *part.* 1.

Qui verò poſſidat decimas alicujus Eccleſiæ cen- 27
ſetur Rector illius Clericat. *diſcord.* 48. *n.* 32. *part.* 1.

Parochiani non tenentur decimas deferre in Hor-
rea Clericorum, niſi adeſſet conſuetudo, quæ tamen 28
eſſet ſervanda Moneta *de Decimis cap. 6. q. 2. n.* 15.
vide ſupra *n.* 8.

Laici ex Infeudatione obtenta ante Concilii Later, 29
vel ex præſcriptione Immemorabili, una cum fama
Privilegii Apoſtolici, vel ex privilegio Apoſtolico
poſſunt poſſidere decimas Barboſ. *de jur. Eccl. cap.* 26.
§. 1. nu. 52. & 53. Rebuff. *de Decimis q.* 13. *n.* 69.

Ex præſcriptione immemorabili, aut ex Privilegio 30
Clerici poſſunt habere decimas. Moneta *de Decimis
cap.* 5. *n.* 118.

Laici quoque ſunt capaces Feudi decimalis, dum- 31
modo interveniat Decretum Epiſc. Clericat. *diſcord.*
73. *n.* 22. *part.* 5.

Judæi, ac alii Infideles commorantes inter Chri-
ſtianos non ſunt obligati ſolvere decimas perſonales, 32
ad prædiales verò tenentur, ideſt de terris, quæ for-
tè poſſident intra aliquam Parochiam *c. de Terris
de Decimis c. quando de Uſur.*

Prædia, quæ ſolutioni decimarum ſunt obnoxia, 33
ſi ad manus Regularium tranſeunt, etiam cum one-
re tranſeunt ſolvendi Rectoribus Parochialium que-
madmodum tenebantur laici, priuſquam bona ipſa
in Monaſteriorum Proprietatem transtuliſſent, ut
pluries auditis partibus, & examinatis Privilegiis
etiam P.P. Societatis Jeſu teſtatur Monacell. *In ſua
Formul. legal. practic. For. 1. tit. 14. ſub nu.* 10. de-
ciſum fuiſſe a Sacra Congregatione contra PP. So-
cietatis Jeſu, etiamſi bona eſſent data pro erectione
Monaſterii Collegii, ſive pro dote Beneficii, quæ
ſunt immunia a quibuſcumq. collectis, & oneribus,
quamvis Cameralibus, adhuc non eximuntur a ſo-
lutione decimarum, quia iſta exemptio nunq; cen-
ſetur conceſſa, niſi ſpecificè per Papam concedatur
cum derogatione *cap. nuper de Decimis* & ibi Fa-
gnan. *n.* 28. & *ſeqq.* & conceſſa non ſuffragatur eo-
rum Colonis. Pitiec. *prax. part. 2. cap. 4. art. 9. n.*
20. Ex hoc amplia, ut Regulares, & Collegia So-
cietatis Jeſu teneantur ſolvere decimas prædiales jux-
ta loci conſuetudinem, etiamſi in præteritum non
ſolverint. Monacell. *loc. ſupra cit.*

Si Prædium mutetur, puta ex Agro fiat Prædium,
& a converſo, vel ex prædio urbano fiat ruſticum, 34
adhuc viget obligatio ad decimam prædialem ſol-
vendam *c. commiſſum de Decimis* Piring. *in Jus Ca-
non. lib. 3. tit. 30. n.* 212.

35 Jus percipiendi, & exigendi decimas transire non potest in laicum, cum illius sit prorsus incapax c. 2. 16. q. 7. c. *causam quæ de Prescrip.* Pac. Jordan. *lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 13. n. 48.* Fagnan. *in c. Apostolica per tot. de his quæ fiunt a Prælat. sine consensu Capituli.*

Non obstante temporis cursu, & observantia exigendi decimas propter expressam Juris resistentiam *c. dudum de Decimis.*

36 Decimæ de novis fructibus debetur Episc. etiam in Parochiis distinctis Lotter. *de re benefic. l. 1. qu. 20. n. 80.*

37 Decima Debita Episcop. in certa specie fructuum, ab eo intelligitur percipi eodem Jure coequali cum Parocho Lotter. *ubi supra n. 86.*

38 Consueta percipi per Episcopum in aliena Parochia, sive de quota, sive de certa specie Fructuum præsumitur retenta usque ab initio limitatæ Parochiæ in signum recognitionis Lotter. *dict. q. 20. nu. 87.*

39 Jus decimæ in certis fructibus non alteratur per mutationem seminis, quominus debeatur decima de fructibus subrogatis Lotter. *ibid. n. 90.* Quod tamen non admittitur, nisi in Episc. *ibid. n. 91.*

40 Decimæ spectant ad Rectorem Parochialis, non autem ad illius Vicarium, quantumcumq; perpetuum, cui sola congrua debetur Mohed. *de Decimis decis. 5.* Crescen. *de decimis decis. 2.* etiam quando cura Animarum habitu est penes Capitulum Greg. *decis. 174. n. 3. &* Beltramin. *ad dict. decis. 174.*

41 Decimarum interesso non debetur Leotard. *de Usuris q. 89. n. 29.* Quod intellige, ut *ibidem.*

Episcopi non possunt alicui concedere Immunita-
42 tem a solutione decimarum per viam Privilegii, & hoc solum ad Pontificem spectat, ut definitum est à variis Concil. generalibus, quibus contrafacere Episcopus non potest Rebuff. *de decimis q. 5. n. 28. & 32.* Potest tamen interponere decretum super compositione decimarum circa quantitatem, vel modum solvendi, ubi lis esset orta circa earum solutionem *c. 2. de Transac.* vel ageretur de Decimia præteritia Rebuff. *de decimis q. 13. n. 15.* Moneta *de decimis q. 5. 5. n. 119.*

43 Cum in titulo de Decimis mentionem faciat Alexander Nonus etiam de Primitiis, & oblationibus, placet hic aliqua attingere & quo ad Primitias, quæ sunt primi fructus terræ eo anno collecti, qui Deo tamquam Creatori, & datori illarum rependuntur *exod. cap. 20. cap. 23. & cap. 26.* & in Deuteronomio *cap. 18. & cap. 26. c. de decimas Vers. oportet autem 16. q. 7.* & in hoc diferunt a Decimis, quia decimæ sunt decima pars omnium fructuum.

44 Quadrupliciter autem solvebantur primitiæ. Primitiæ spicarum die secunda Azimorum Levit. *cap. 23. V. 10.* Primitiæ Panum in Pentecoste *d. cap. 23. vers. 17* Primitiæ verò aliorum panum, quas dabant Sacerdotibus per singulas hebdomadas Numeri *cap. 15. V. 21.* & Primitiæ in Mense septimo in Festo Tabernaculorum de omnibus frugibus tam ex granis, quam ex Uvis ex universali consuetudine erat intra quadragesimam, & sexagesimam, ita ut nisi Primitiæ essent majores quadragesima parte non possent esse minores sexagesima Riber. *de Templ. lib. 3. c. 2.* Hæ tamen primitiæ non sunt de præcepto nisi ubi talis esset consuetudo Suarez. *de Relig. tom 2. lib. 1. cap. 8. n. 16.* Antonel. *de Regim. Eccles. lib. 5. cap. 18. n. 2.* Oblationes verò sunt quidquid Deo, vel Ecclesiæ Ministris voluntariæ exhibentur *c. cum inter de verb. signific.* Antonell. *de Regimin. Eccles. lib. 5. cap. 18. n. 3.*

Et inter emolumenta connumerari possunt oblationes, quæ sponte fieri solent à Populo Ecclesiis Cathedralibus, vel Parochialibus in quibusdam anni solemnitatibus, quæ si negligerentur, & non præstarentur juxta solitum cogi possent saltem officio Judicis àd præseverandum Surd. *de Aliment. tit. pr. qu. 60. n. 6. & seqq.* Tondut. *q. Beneficial. tom. pr. p. pr. cap. 39. n. 17.*

Nam licèt nemo ad offerendum compelli debeat nihilominus, quia hujusmodi oblationes; immediatè fiunt Deo, quamvis secundario cadant in Ministrorum usum, & utilitatem, ut sunt Candelæ panes oblati, pecunia, Ornamenta, & alia hujusmodi ut notat Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. dis. 15. q. 18. n. 1. vers. notandum quarto.*

Consuetudo namque illas præstandi per decennium servata habet vim legis obligandi, & continuanda est Monacell. *in suo Formul. legal. tom. 2. in annot. ad Formul. pr. tit. 14. sub n. 15.*

Plura alia de oblationibus vide *in §. Oblatio*, ubi de Oblationibus factia Ecclesiis, & Imaginibus.

Decimarum concessio includit etiam futura Fagnan. *in cap. cum contingat n. 9. de Decim.* 45

Decimæ personales sunt dividendæ inter plures ecclesias pro rata temporis, quo Parochiani in nis audiunt divina, & recipiunt Secramenta Fagnan. *in cap. cum contingat n. 56. de Decim.* 46

Decimæ minutæ, quales sunt de pullis, fructibus, & herbis repugnat earam exactio honestati Clericorum, & relinquitur arbitrio dare volentium Caprar. *decis. 12. n. 9. part. pr.* Quod tamen declara, ut *n. 10.* 47

§. DECLARATIO. VII.

Declaratio animi potest fieri quocunque tempore, & loco, ac etiam extrajudicialiter, & per actum nullum, Cavaler. *dec. 326. n. 2. &c.* Salgad. *4. part. de protect. cap. 12. n. 128.* ubi quod nullo tempore præscribitur; Et quod declaratio etiam ex intervallo facta attendatur Castald. *consult. 167. nu. 18.* Et quod declaratio super re dubia possit etiam ex intervallo quandocumque fieri, & retrotrahitur, diciturque inesse principali dispositioni Mantiss. ad De Luc. *libr. 6. decis. 19. n. 9. vol. pr.* Tamen nimia serò, & tempore suspecto emissa non attenditur Mantiss. *dict. lib. 6. decis. 35. n. 12. vol. pr.* 1

Quòd declaratio nihil de novo conferat, & quid operetur, latè Tusch. *litt. D. conclus. 86. & seqq.* De Luc. *de Præem. disc 28. n. 6. de credit. disc. 37. n. 10.* Caprar. *decis. 213. nu. 12. & decis. 215. num. 6. part. pr.*

Declaratio an fieri possit ex intervallo in præjudicium tertii, quæ propriè dicatur declaratio, sive nova dispositio, vide Urceol. *consult. forens. cap. 4. n. 24. &c.* Tusch. *litt. D. concl. 87. & seqq.* De Luc. *de credit. disc. 44. n. 2. & 45. n. 3.* 2

Declaratio est de re dubia, & non valet in casu claro, quia tunc dicitur nova dispositio, vel correctio, de quibus fieri possit, & ad quem spectet, quod non requirat partis præsentiam, vel citationem quando agitur verè de re dubia, & obscura, & quando secus; quam probationem, & solemnitatem requirat, qualiter debeat esse pura, quando necessaria contra ipso jure privatum, vel non, & alia, latè Tusch. *litt. D. conclus. 88. & seqq. per tot.* Salgad. *2. part. de Retent. cap. 30. §. 5. à n. 20.* Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. *n. 39.* 3

Declaratio voluntatis testatoris probari potest per duos testes, etiam fœminas, licèt istæ aliàs in testamentis non admittantur, ac etiam per unicum testem, cui demandatum sit à testatore addito juramento, & sine partis citatione si verè agatur de re dubia, Mascard. *de probat. vol. pr. conclus. 485. per tot.* dixi in §. *Voluntas n. 2.* ubi plura, & plures allegavi, & *in §. Testator n. 24.* 4

Declaratio sive declaratoria facti qualiter sit necessaria in omni casu, de quo jus disponit, vide in *§. Pena, & §. Sententia, & §. Dispositio nu. 22.* 5

De diversis declarationibus, & declaratoriis, quomodo faciendæ, & quid operentur plura Thoro *Compend. dec. Neap. part. pr. 2. & 3. verb. Declaratio, & Declarare*, Castejon. *in alphabet. jurid. verb. declaratia*, & Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part. 4. eodem verb. fol. 380. &c.* Joan. Torre *in repertor. generali tractat. de succes. in Majorat. & Primog. Ital. verb. Declaratio*, ubi multa notabilia. Card. De Luc. *in Indic. general. verb. declaratia & verb. declaratoria* Fagnan. *sup. Decretal.* Emerix Caprar Mans. Palma & alii moderni. 6

Declaratio nihil de novo inducit, nisi exprimat, sed tantùm quod est deteget, quam regulam pluribus exornant Gabriel. *comm. conclus. lib. 6. tit. de reg. jur. conclus. 3.* Giurb. ad *Consuetud. Messan. c. 1.* 7

glos.

gloſ. pr. n. 4. & 5. Caſtil. quotid. controverſ. tom. 3. c. 30. n. 30. cæterique relati à Vela Diſſert. 2. in fine, Diſſert. 8. n. 44. & Diſſert. 24. nu. 75. Cyriac. contr. 210. n. 11. & ſeqq. controver. 295. 312. etc. Salgad. 2. part. de reteni. cap. 30. §. 5. à num. 20.

8 Declaratio uxoris, vel hæredum defuncti in favorem alicujus, an fidem faciat in præjudicium creditorum, vel alterius tertii; de declaratione quod quis emerit nomine alterius, an trahatur ad initium; qualiter facta à mulieribus, & minoribus, etiam cum juramento præſumatur captioſa, & hujuſmodi, latè idem Vela Diſſert. 38. n. 37. 53. 66. et 67. vide Cyriac. loc. ſupr. cit. ac alibi, ut in Indice verb. Declaratio.

9 Declaratio, ſeu præſervativa confirmat contractum in ea parte, a qua non fuit receſſum. Bertachin. vor. 55. n. 17.

10 Declaratio extrajudicialis an ſufficiat ad inducendam compenſationem optimè Berſan. de Compenſat. cap. 1. q. 7. fere per tot.

11 Declaratio dubiorum emergentium ex Decretis generalium Concil. a Sede Apoſtolica petenda eſt Fagnan. in c. cum veniſſent n. 13. de Judic.

12 Declaratio legis ab eo facta, qui a Principe auctoritatem habet legem interpretandi, eſſentialiter non differt a lege declarata Fagnan. in c. quoniam. n. 14. de conſtit.

13 Declaratio legis etiam obſcuræ, & dubiæ publicationem non requirit, Idem ibid. n. 44.

14 Declarationes editæ Principis auctoritate habent vim conſtitutionis generalis Fagnan in d. c. quoniam n. 9. de conſtit.

15 Declaratio legis trahitur etiam ad præterita, imo & ad pendentia, Idem ibid. a n. 35.

16 Declaratio legis habet vigorem ex tempore legis declaratæ, Idem d. n. 53.

17 Declaratio Papæ quamvis edita in aliquo ſpeciali caſu facit Jus commune quo ad omnes Fagnan. in c. ſuper ſpecula n. 5. ne Clerici, vel Monachi.

18 Declaratio retrotrahitur ad principium actus declarati Fagnan. in c. quod a nobis n. 20. de Clandeſtinis deſponſationibus.

19 Declaratio dubii ardui, & difficilis circa intelligentiam Canonis à Sede Apoſtolica petenda eſt Fagnan. in c. capellanus n. 1. de Feriis.

20 Declaratio dubiorum in Jure conſiſtentium, a Sede Apoſtolica petenda eſt Fagnan. in c. cum illorum n. 7. de Sentent excommunicationis.

21 Declaratio Papæ iniqua, eſt ipſo Jure nulla, & tribuenda circumventioni, vel importunitati, aut errori Fagnan. in c. cum olim n. 15. de ſent. et re jud.

22 Declarationi factæ per Papam in plena Signatura gratiæ deferendum eſt De Luc. de dote diſc. 81. n. 6.

23 Declaratio ſuper revocatione teſtamenti quomodo ſit concipienda De Luc. de teſta. diſc. 46. n. 5.

24 Declaratio Caducitatis non facta in vita, non poteſt amplius fieri poſt mortem. De Luc. de Legat. diſc. 29. n. 7.

25 Declaratio Voluntatis deducitur etiam ex teſtamento revocato De Luc. de Legat. diſc. 49. nu. 11.

26 Declaratio Libelli fieri poteſt per actorem, reo ita petente De Luc. de Judic. diſc. 8. n. 5. ubi declaratur.

27 Declaratio Vicarii Generalis, ſeu alterius dantis licentiam eſt attendenda De Luc. de matrim. diſc. 3. num. 18.

28 Declarationi Epiſcopi ſtandum eſt circa ea, quæ competunt Abbati, etiam in præjudicium ſucceſſorum Caprar. deciſ. 207. n. 13. & 14. p. pr.

29 Declaratio obligationis facta ab uno ex correis debendi, aliis præjudicat Caprar. deciſ. 295. n. 8. limita tamen, ut n. 10. part. pr.

30 Declaratio facta ab uno ex coobligatis ex quibus dicatur ſuſpecta Caprar. dict. deciſ. 295. n. 11. part. pr.

31 Donantibus permiſſa eſt declaratio diſpoſitorum Caprar. deciſ. 583. n. 31. part. 2. Non attenditur tamen quoties eſt directò contraria promiſſioni, ibidem n. 31.

32 In his, quæ pendent ab animo, & ad diverſas cauſas referri poſſunt, ſtatur dicto ſacientis, & ejus declarationi De Luc. de Fend. diſc. 19. nu. 18. de Juriſdict. diſc. 112. ſub n. 9. de hærede diſc. 12. n. 22. de Penſionibus diſc. 20. n. 7. 8. ubi declaratur, & in dubio donantis declaratio attendi debet De Luc. de Donation. diſc. 16. ſub n. 13. diſc. 36. n. 18.

Declaratio teſtamenti ambigui fieri poteſt per Religioſum De Luc. de teſtament. diſc. 35. nu. 5. ubi declaratur. 33

Declaratio Fiduciaria eſt attendenda De Luc. de Emption. diſc. 34. n. 16. de Legat. diſc. 27. n. 12. & quid requiratur Idem de Teſta. diſc. 48. num. 6. & ubi non ſit veriſimilis non eſt attendenda Idem de teſta. diſ. 68. n. 6. & ex duobus fiduciariis diſcordantibus cuinam deferri debeat, Idem de teſtamentis diſc. 44. ſub n. 1. & 4. & vide eundem De Luc. in Indice Verbo Declaratio, et verbo Fiduciarius. 34

Declaratio teſtatoris eſt ſummopere attendenda De Luc. de Teſta. diſc. 21. n. 15. 16. 35

An quis facere teneatur declarationem ſuper ejus propriis libris, vel memorialibus domeſticis De Luc. de Judic. diſc. 34. ſub n. 15. 16. 36

Declaratio Creditoris, vel Debitoris, an res ſit in ſolutum data, vel in pignus, an ſit attendenda De Luc. de Credit. diſc. 135. n. 13. 37

Declaratio viri ſuper adminiſtratione bonorum Uxoris an attendenda in caſu, de quo De Luca de Teſta. diſc. 48. n. 11. 38

Declaratio non cadit in rebus claris, & ubi fiat, dicitur nova diſpoſitio De Luc. de teſta. diſc. 47. n. 11. Vide ſupra n. 3. 39

Declaratio facta per morientem eſt attendenda De Luc. de Legat. diſc. 27. n. 10. 11. ubi declaratur. 40

Declaratio nolle eſſe hæredem multum confert ad excludendam aditionem De Luc. de hærede diſc. 11. n. 10. diſc. 12. n. 12. 41

Declaratio alicui reſervata, eo defuncto, & non declarante, expirat, nec ejus loco intrat Arbitrium Judicis. Caſtald. conſult. 225. n. 4. 42

Declarationi ejus, qui actum fecit ſtandum eſt Caſtald. conſult. 153. n. 6. & non poteſt fieri niſi ab ipſomet, non autem ab hærede Mantiſſa ad De Luc. lib. 5. deciſ. 14. n. 13. vol. pr. 43

Declaratio ad unum finem emiſſa, in alio non præjudicat Mantiſſa ad De Luc. lib. 1. deciſ. 5. num. 4. vol. 1. 44

Declaratio facienda certo tempore, an ante tempus fieri poſſit. Mantiſ. ad De Luc. lib. 20. deciſ. 209. n. 13. vol. 2. 45

§. DECRETUM. VIII.

DEcretum in contractibus, & maximè in redditione rationis facta à tutore debet à judice cum magna cauſæ cognitione interponi, aliàs probata læſione etiam per conjecturas nihil operatur, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 563. n. 37. 38. et 44. 1

Et tenetur ipſe judex ſubſidiaria actione ad omnia damna, & intereſſe, ut dixi in §. Judex num. & facit in §. Curator n.

Decretum interpoſitum ſine cauſæ cognitione eſt nullum Duen. reg. 186. per tot. ubi novem modis ampliat, vide Montan. de tut. cap. 33. n. 289. et ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. 176. num. 5. vol. 3. Rot. part. 13. recent. deciſ. 400. nu. 2. et ſeqq. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæſt. 38. num. 95. tom. 6. Rot. poſt Urceol. de Tranſact. deciſ. 35. nu. 11. 2

Et ideò eſt adhibendum, & interponendum probatis, ac excuſſis cauſis in ſcriptura ſeparata, Duen. d. reg. 186. ampliat. 6. Menoch. de Arbitr. caſ. 171. n. 23. & ſeqq. Merlin. deciſ 714. nu. 34. Rot. part. 13. recent. deciſ. 63 num. 2. &c. part. 13. deciſ. 479. num. 3. & deciſ. 521. n. 3. ubi quòd ita litteraliter diſponit Statutum Urbis lib. pr. cap. 13. & ideò ſervandum, & cauſam expreſſam debere eſſe certam, & determinatam, nec vagam, & generalem ſufficere. Scop. ad Gratian. dec. 237. nu 10.

Niſi de conſuetudine loci talis excuſſionis interveniant conſanguinei, à quibus poſſit præſumi judex informatus prævio illorum juramento circa utilitatem, vel neceſſitatem contractus, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 409. n. 30. cap. 153. per tot. cap. 555. nu. 12. & cap. 657. n. 15. idem Gratian. deciſ. 130. num. 8. & ſeqq. & deciſ. 237. nu. 24. &c. Urceol. conſult. for. cap.

cap. 28. n. 24. &c. idem Scop. loc. cit. n. 11. & 12.

Prædictam excussionem per scripturam separatam non servari de consuetudine etiam in quocunque negotio gravissimo requirenta causæ cognitionem, & subtilissimum omnium circumstantiarum examen, & hujusmodi consuetudinem valere, & per eam tolli posse jus positivum, & statutum, testatur idem Gratian. discept. forens. cap. 861. nu. 13. Surd. decis. 334. per tot. lib. 2. Urceol. d. cap. 28. num. 26. &c. Sperel. decis. 109. n. 52. &c.

Quod causæ cognitio dicatur satis constare ex verbis instrumenti, causa maturè, & diligenter discussa, et inspecta, vel cognita, illisque standum dixit Rot. in noviss. part. 7. decis. 89. nu. 8. ex Alex. consil. 80. num. 6. lib. 5. et aliis infra n. 5.

3 Decretum judicis præsumitur justum nisi constet de læsione etiam per conjecturas, Menoch. lib. 2. præsumpt. 75. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 409. n. 33. cap. 435. n. 10. et cap. 553. n. 5. Urceol. consult. forens. cap. 28. n. pr. et alii passim.

Quòd tamen videtur intelligendum de decreto interposito per judicem superiorem, vel etiam inferiorem, sed Doctorem, & peritum, aliàs pro eo nihil præsumitur, Rot. part. 2. divers. decis. 72. num. 34. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 37. et seqq. Menoch. lib. 2. præsumpt. 67. n. 19. et 20. Gratian. discept. for. cap. 13. n. 1. cap. 153. per tot. cap. 233. n. 55. c. 555. n. 12. cap. 657. n. 14. et cap. 831. nu. 2. etc. Duen. reg. 189.

Quod stante enormissima læsione nihil operetur decretum, curatoris auctoritas, nec juramentum, & similes cautelæ, Rot. part. 2. divers. decis. 82. nu. 2. Fachin. controv. jur. lib. 3. cap. 20. Gabriel. comm. conclus. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. num. 57. Paul. Christin. decis. 28. n. 12. & 13. vol. 5. ubi de læsione ultra dimidiam. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 38. n. 93. tom. 6. Altograd. controvers. 23. num. 26. & 27.

Quòd præsumatur solemniter factum ex antiquitate temporis, & enunciatione solemnitatum in genere, imò etiam sine enunciatione stante longissimo tempore 30. annorum, Rot. part. 2. divers. decis. 243. nu. 8. &c. et decis. 193. per tot. vide in §. Solemnitas num. Tusch. litt. S. conclus. 322. et seqq. Mascard. de probat. conclus. 487. et 488. ubi an, & quando præsumatur ex antiquitate temporis, & faciat præsumitur omnia solemniter acta.

4 Decretum potest interponi à judice domicilii illius, qui indiget decreto, licèt bona immobilia, super quibus contrahitur, sint alibi sita, nec est necessarium aliod decretum judicis loci, in quo sita sunt bona, sed sufficit illud judicis domicilii, quod ratione jurisdictionis, quam habet in personam extenditur ad omnia bona alibi sita Gratian. discept. for. c. 861. num. 18. Paul. Christin. decis. 176. num. 7. vol. 3. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 7. n. 17. et 18. et lib. 2. tit. 4. facit quod dixi in resol. cap. 69. num. 38. ubi quod spectat ad Episcopum Ecclesiæ alienantis, & non ad eum, in cujus diœcesi sita sunt bona, auctoritatem interponere, vide in §. Judex n. infra n. 16. Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 26. n. 161. tom. 1. Scaloya de for. competent. cap. 4. n. 18.

Non valet tamen, nec quidquam operatur interpositum ad ipsius judicis interponentis favorem, cùm nemo possit contractum ad sui commodum authorizare Rot. part. 13. recent. decis. 368. vel 370. n. 17. in Ravennat. revelationis, & decis. 400. n. 21. in eadem causa.

5 Decretum non præsumitur ex justa causa interpositum stante temporis brevitate, & præcipitantia, quæ dicitur justitiæ noverca, & ubi aliquid permittitur ex causa, non est de facili sumenda occasio, sed maturè, ac deliberatè, & cum expressione cognitionis causæ, quæ est omninò necessaria exprimi, aliàs non præsumitur etiam in Principe, ubi agitur de tollendo jure quæsito, Magon. decis. Flor. 131. n. 6. et seqq. vide supra n. 2. et 3.

Quòd decretum judicis faciat præsumere justitiam, & veritatem causæ, Surd. consil. 451. nu. 28. Rot. part. 3. recent. decis. 643. n. 2. et part. 13. decis. 116. num. 9. Et contractus factus cum decreto Judicis in dubio præsumitur factus ad utilitatem minoris Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 48. sub nu. 95. tom. 6.

Decretum interpositum ex falsa causa est ipso jure nullum, Bart. in l. Sejæ num. 3. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Afflict. decis. 218. num. 4. Rot. part. 2. divers. decis. 33. nu. 16. Pic. ad stat. Urb. glos. 21. n. 35. Gratian. discept. forens. cap. 122. n. 5. c. 691. n. 31. & cap. 961. n. 24. & 25. Tusch. litt. D. concl. 114. &c. Paul. Christin. dec. 175. n. 11. vol. 3. Ricc. Collect. 3164. Rot. part. 16. recent. decis. 312. n. 22. & seqq. ubi etiam quod Judex debet certior fieri de veritate causæ aliunde quàm ex assertione contrahentium, & part. 17. decis. 231. nu. 14. De Luc. de judic. disc. 36. n. 31. 6

Supplet enim tantùm defectum solemnitatum non autem defectum causæ, Duen. reg. 181. per tot. ubi quatuor modis ampliat, & septem limitat, idem Gratian. disceptat. 624. n. 16. Duran. decis. 373. nu. 15. Rot. part. 12. recent. decis. 109. ubi pro nullitate contractus mulieris ex defectu veritatis causæ, vel si causa adducta fuerit nimis vaga, & generalis, & d. part. 12. decis. 193. per tot. & decis. 200. per tot. & decis. 383. per tot. ubi de nullitata census à muliere constituti pro extinguendo alio censu nullo, vide in §. Obligatio n. 4. Rot. part. 13. recent. dec. 512. & part. 14. decis. 31. per tot. & decis. 163. n. 6. & seqq. ubi quòd causa non debet esse damnosa, & læsiva, & decis. 265. n. 6. & seqq. De Luc. de Alienat. disc. 24. n. 17. in fine.

Habet tamen pro se præsumptionem veritatis causæ, super qua fuit interpositum, ita ut alleganti contrarium incumbat onus probandi, Cavaler. decis. 482. n. 4. Mascard. de probat. concl. 486. vide Tusch. dict. concl. 124. num. 3. etc. Rot. part. 12. recent. dec. 109. n. 10. etc. ubi quòd verum est in dubio, secus autem dum causæ ineptitudo convincitur ex nimia generalitate, De Luc. de Alienat. disc. 28. nu. 6. & disc. 31. num. 5.

Decretum partim ex vera, & partim ex falsa causa interpositum est nullum, Bart. in l. Fulcinius §. Prætor ait, ff. ex quibus caus. in poss. eat. Scapuc. de Salvian. lib. 3. quæst. 12. n. 7. Gratian. discept. for. cap. 162. nu. 19. Duen. dict. regul. 185. ampliat. 4. Capyc. decis. 11. n. pr. et seqq. ad. 8. Odd. de restit. in integr. quæst. 77. n. 48. Rot. par. 12. recent. decis. 63. n. 5. et seqq. ubi quòd est nullum in totum, & decis. 109. n. 9. &c. decis. 200. per tot. decis. 340. nu. 9. part. 13. decis. 479. n. 8. par. 14. decis. 378. n. 9. De Luc. cit. disc. 36. n. 31. de Judic. 7

Si tamen sit interpositum ex pluribus causis, sufficit unam esse veram, Cavaler. decis. 482. n. 5. vide in §. Mulier n. 19. §. Causa n. 23. Rot. par. 14. rec. decis. 221. nu. 3. facit Altimar. de nullitat. rubr. pr. quæst. 13. n. 131. tom. 3.

Quòd debeat esse distinctum super quo contractu interponatur, ita ut alternativè interpositum, & concessum, veluti de alienando, vel pignori dando, non valeat, Menoch. de arbitr. cas. 171. n. 16. &c.

Quòd sit individuum, & ideò impositio census pro parte nulla ex defectu versionis in utilitatem minoris, corruat in totum, Rot. part. 14. recent. decis. 162. n. 14. & decis. 163. n. 15. &c. ubi quando ista conclusio non procedat, & decis. 265. num. 12. &c. ubi quòd licèt decretum sit nullum, tenetur mulier, vel minoris de in rem verso pro parte, quæ in extinctionem proprii debiti cessit, et decis. 378. dict. part. 14.

Decretum fundatum super causa præcedente nulla, & invalida nihil operatur, ut si mulier, vel minor sine solemnitatibus confessi fuerint in apoca aliquid recepisse, licèt de illa postea fiat instrumentum cum decreto, non operatur tanquam fundatum super dicta apocha nulla, Gratian. discept. forens. cap. 669. n. 6. et per tot. facit Mag. decis. Luc. 13. n. 33. vide in §. Obligatio nu. 4. et §. Positio num. Duran. decis. 373. num. 15. Rot. part. 13. recent. decis. 495. ubi quòd prima obligatio nulliter contracta, tunc reddit nullam secundam pro extinguenda prima factam, quando nullitas primæ jam erat opposita, secus autem si adhuc erat in implicito statu validitatis, 8

tis, nam hoc caſu ſufficit ad ſuſtinendum ſecundum contractum, vide in §. *Statutum requirens etc. n.* 13. *et n.* 10.

9 Decretum judicis facit præſumere utilitatem, Gratian. *diſcept.* 861. *num.* 4. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæſt.* 36. *à n.* 95. *tom.* 6.

Interpoſitum tamen perfunctoriè nunquam impedit reſtitutionem in integrum, idem Gratian. *cap.* 761. *n.* 11.

Quòd imò nunquam facit ceſſare reſtitutionem in integrum, latè Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 3. *& ſeqq.* Odd. *de reſtitut. in integr. quæſt.* 23. *art.* 9. 10. *&* 11. *per tot.*

Quòd operetur multa, & qualia, Tuſch. *litt. D, concl.* 126. *per tot.*

Qualiter ſuppleat defectum inſinuationis, vide in *§. Inſinuatio n.* 12. *in fine*.

Quòd ſuppleat omnium ſolemnitatum defectum, *l. etiam in princ. ff. de bon. lib.* Gratian. *diſcept.* 564. *n.* 22. Merlin. *deciſ.* 226. *n.* 9. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 224. *n.* 11. *&c. infra n.* 14.

10 Decretum latum, ſive interpoſitum ex falſis probationibus eſt ipſo jure nullum abſque beneficio reſtitutionis in integrum, licèt in eo non ſit expreſſa falſa cauſa, & idem eſt in reſcripto, Bart. Jaſ. & alii *in l. divus ff. de except.* Odd. *de reſtitut. in integ. q.* 77. *art.* 9. *per tot.*

11 Decretum non poteſt interponi die feriata in honorem Dei, niſi in re pia, & in caſu neceſſitatis, Guid. Pap. *deciſ.* 815. *n.* 10. Duen. *reg.* 188. *cnſ.* 4. Fenzon. *ad ſtat. urb. cap.* 58. *n.* 11. *&c. vide in §. Contractus n.* 36. *§. Juramentum num.* 31.

12 Decretum debet interponi à judice ſedente pro tribunali, ad inſtantiam contrahentium, & in ſcriptis redigi per Notarium, aliàs eſt nullum, latè Pic. *ad ſtat. Urb. gloſ.* 21. *n.* 15. *per tot.* ubi plura.

Quòd non ſufficiat interventus judicis, ſed poſitivè requiratur illius decretum, per quod appareat diſcuſſiſſe utilitatem, & approbaſſe contractum, hujuſmodi tamen defectus diceretur remiſſus ſi minor factus major tacuerit per quinquennium, Merlin. *dec.* 535. *per tot.*

13 Decretum interpoſitum in fine cum clauſula, *ſuper omnibus, & ſingulis, &c.* refertur non ſolùm ad ſubſtantialia contractus, ſed etiam ad omnia enunciata, & incidenter prolata, & operatur ut eis credatur, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 316. *n.* 17. Pic. *dict. gloſ.* 21. *n.* 20. *& ſeqq. ad* 32.

14 Decretum adhibitum juxta formam ſtatuti illud requirentis pro confirmatione, & validitate actus, non poteſt ſupplere alios defectus, nam interpoſitum ad unum effectum, & unum actum non extenditur ad alium, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 483. *num.* 12. *& cap.* 485. *num.* 16. *cap.* 767. *n.* 23. *& cap.* 827. *num.* 6. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 211. *nu.* 9. ubi quòd unus judex non poteſt ſuas, & conſanguineorum vices ſupplere, ſed adhibendi ſunt duo judices, unus qui interponat decretum, alter qui ſuppleat defectum conſanguineorum, ubi opus fuerit, ſuprà *n.* 9.

15 Decretum judicis pro forma requiritur in alienatione rei immobilis facta per minorem, vel pupillum, ultra alias ſolemnitates, de quibus in §. *Alienatio nu.* 22. quo deficiente alienatio eſt ipſo jure nulla, *l. magis puto §. ſi æs alienum ff. de reb. cor. l. ſi quidem, & l. ſi prædium Cod. de præd. min.* Jodoch Damhouder. *de ſubbaſt. c.* 2. *num.* 13. *& ſeqq.* Montan. *de tut. c.* 33. *per tot.* Menoch. *de arbit. caſ.* 171. *per tot.* latè Tuſch. *litt. D, concluſ.* 124. *& ſeqq.* ubi quando ſit nullum, Merlin. *deciſ.* 535. *per tot.* De Luc. *de Alienat. diſc.* 61. *n.* 4. *et ſeq.* Brunnemann. *in l. magis puto ff. de reb. cor.*

16 Decretum judicis requiritur in alienatione rerum Civitatis, præſumitur interpoſitum ex juſta, & rationabili cauſa, & cum interventu omnium ſolemnitatum, ac ſufficit eſſe interpoſitum à judice ordinario loci, in quo ſita ſunt bona, licèt ſecundum alios debeat interponi à judice domicilii, & ſecundum alios à Præſide Provinciæ, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 654. *num.* 20. *et ſeqq.* ubi remiſſivè quæ alia requirantur in hujuſmodi alienatione rerum Civitatis, vide in §. *Alienatio num.* 31. *ſupra n.* 4. Brunnemann. *in l. final. C. de vend. reb. Civit. lib.* 11.

Viginti caſus, in quibus eſt neceſſarium judicis decretum & ex quibus annulletur, vide per Duen. *reg.* 187. 188. *et* 189. Tuſch. *litt. D, concluſ.* 124. *et ſeqq.*

Decretum judicis appoſitum in inventario ſupplet ſolemnitates illius, ſi fuerint omiſſæ, quod intelliga ſi fuerint ſaltem enunciatæ, aliàs ſecus, Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 767. *n.* 11. *et* 13. Phanuc. *de Inventar. par.* 3. *n.* 78. 17

An autem ſit neceſſarium in inventario, vide §. *Inventarium num.*

Decretum, & aliæ ſolemnitates ſtatutariæ, non requiruntur in expeditione actus neceſſarii, ut in extinctione cenſus facta cum pupillo, *leg. à divo Pio §. final.* ubi Alexand. & Jaſon. *ff. de re jud.* Felic. *de ſociet. cap.* 4. *num.* 35. Pic. *ad Stat. Urb. gloſ.* 7. *nu.* 14. *vide in §. Statutum num.* Merlin. *dec.* 758. *n.* 4. 18

Decretum judicis non requiritur in alienatione rei, quæ ſervando ſervari non poteſt, prout pecunia, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 89. *n.* 1. *&* 2. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *n.* 169. *tom.* 8. 19

Alia vide in *§. Statutum requirens certas ſolemnitates per tot.*

Decretum de torquando requiritur antequam deveniatur ad Torturam, à quo decreto de jure datur appellatio, licèt de conſuetudine non ſervetur, vide §. *Index num. & §. Tortura num.* 20

Decretum irritans dicitur habere oculos retro, & operatur nullitatem ab ipſo initio, ac afficit omnia quæ ſequuntur, ita ut nec effectum, nec juris fomentum habeant, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 149. *num.* 2. Plura de vi decreti irritantis, vide per Sperel. *deciſ.* 161. *num.* 6. *& ſeqq.* & dixi in §. *Clauſula num.* 41. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 115. *& ſeqq.* ubi ad quid inventum, ex quibus inducatur, quando incipiat ligare, an liget ignorantes, quando, & quid operetur, vel non, Rot *part.* 9. *recent. deciſ.* 14. *num.* 53. *& ſeqq. deciſ.* 127. *num.* 12. *&c.* ubi quòd ſtat acceſſoriè, non ampliat diſpoſitionem, non ligat ipſum Papam, nec ejus proviſiones afficit, niſi expreſſè dicat. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 280. 21

Ex quibus verbis colligatur decretum irritans, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 253. *n.* 3. *etc.*

Quòd decretum irritans inficiat poſſeſſionem juris tantùm, & non facti, Cavaler. *deciſ.* 8. *num.* 3. cum aliis per Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 402. *num.* 27. *et ſeqq.* Creſcin. ad Pen. *dict. deciſ.* 280.

Plura de Decreto irritanti De Luc. *de Juriſdict. diſc.* 3. *n.* 13. *diſc.* 25. *n.* 9. *diſc.* 95. *nu.* 8. *de Præem. diſc.* 7. *nu.* 28. *et alibi prout in Indice gener.* Piton. *de Jurepatr. alleg.* 5. *n.* 5. *et* 6. *et* 35. *et alleg.* 81. *num.* 16. Creſcin. ad Pen. *dict. deciſ.* 280. Roec. Epiſc. *cap.* 86. *n.* 12. Emerix jun. *deciſ.* 1204. *n.* 23. *et deciſ.* 1228. *et deciſ.* 1241. *et deciſ.* 1249. *n.* 1. Caprar. *deciſ.* 157. *nu.* 2. *part. pr. et deciſ.* 211. *n.* 22. *ead. part.* 1. *et deciſ.* 536. *n.* 12. *deciſ.* 553. *n.* 14. *part.* 2. Fagnan. *in Indic. Decret.*

Decretum primum, & ſecundum quid ſit, & operetur contra contumaces, vide in *§. Contumacia num.* 2. latè Tuſch. *litt. D, concl.* 111. *et ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 222. *vol. pr.* & dixi in §. *Immiſſio nu.* 3. Merlin. *deciſ.* 391. ubi de immiſſione vigore primi decreti, Pereg. *deciſ.* 122. *n.* 14. *& ſeqq. per tot. et deciſ.* 223. Abeccleſ. & Creſcin. *obſervat.* 132. *part. pr.* 22

Decretum judicis ſuppletur, vel non eſt neceſſarium ubi fuit impetrata venia ætatis à Principe ad certum actum ſpecialiter peragendum, *l.* 2. *C. quand. decret. opus non eſt*; quicquid ſit quando venia ætatis ad omnes actas generaliter eſſet Minori à Principe conceſſa, nam tunc *in* quolibet actu debet perneceſſe etiam judicis decretum adhiberi, *l penult. Cod. de his qui ven. ætat.* Suid. *deciſ.* 268. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 82. *num.* 10. *et* 11. vide in *§. Ætas num.* 7. late Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 19. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæſt.* 38. *à num.* 210. *tom.* 6., ubi plura de decreto Judicis ſuper venia ætatis. 23

Plura de diverſis decretis Thoro *compend. deciſ. Neap. part. pr. et* 3. *verb. Decretum*, Caſtejon. *in alphabet. jurid. verb. Decretum*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. leg. p.* 4. *ead. verb. fol.* 382. *etc.* De 24

Lue. *in Indic. general.* Altimar. *de nullit.* Brunneman. Emerix Caprar. Manf. Palm. Fagnan. Pellegrin. & alii Moderni.

25 Decretum Judicis in donatione, vel alio actu interpositum operatur, ut pro validitate illius sit præsumendum, Ramon. *consil.* 42. *num.* 40. & alia plura de vi, & efficacia decreti Judicis in contractibus mulierum, & minorum, quando ex falsa causa, vel partim vera, & partim falsa interpositum annulletur, qualiter præcedere debeat contractum, vel saltem inesse contractui, & non postea adhiberi, quam cognitionem causæ requirat, & hujusmodi latè Cyriac. *contr. in pluribus locis relatis in Indice verb. Decretum.*

26 Semper stat præsumptio pro validitate, & justitia decreti, mandati, & exequutionis factæ Crescin. ad Abeccles. *observat.* 158. *n.* 8. *part.* 1., Et quod Decretum habeat pro se omnem præsumptionem Emerix Jun. *decis.* 554. *n.* 8.

27 Decretum Judicis intelligitur prout de Jure, & ab eo interpretatur, & secundum illud regulatur Caprara *decis.* 484. *n.* 2. *part.* 2.

28 Decretum relaxationis mandati circunducitur ex oppositione *nihil fieri nisi ser. ser. & ver. ver.* & legitimatis personis Caprara *decis.* 228. *n.* 21. *part.* 1.

29 Decretum emanatum præmissis solitis citationibus, & nemine ad opponendum comparente, si transitum fecit in Judicatum, habetur pro veritate, & facit Jus quo ad omnes Caprara *decis.* 727. *n.* 7. *part.* 2. donèc saltem ope restitutionis in integrum & transportatis actis non deceatur de illius Injustitia *ibid. n.* 8.

30 Decretum nõ potest allegari, quo quis ne dũ non fuit usus, sed protestationibus, & contrario facto impugnavit Caprara *decis.* 476. *n.* 6. *part.* 2.

31 Decretum an sit appellabile, vel non, cognitio non spectat ad Judicem inferiorem, qui Decretum interposuit, sed ad Judicem superiorem appellationis Caprar. *decis.* 710. *nu.* 21. *part.* 2. *&* *decis.* 645. *num.* 23. *eod. part.* 2.

32 Decretorum, & legis intellectus verus est ille, qui ex observantia demonstratur. Caprar. *decis.* 393. *n.* 6. *part.* 1. & vide Eumd. *in Indic. verb. Observantia.*

33 Decretum *de deliberando* debet interpretari ad formam præcedentia mandati Emerix. Jun. *decis.* 774. *n.* 5. *& decis.* 788. *n.* 10.

34 Decretum *procedi ad ulteriora* non est novum, sed relativum, & accessorium ad præcedentia Emerix Jun. *decis.* 690. *n.* 7. *decis.* 725. *n.* 7. *& decis.* 788. *n.* 4.

Nec immutatat formam præcedentis Emerix Jun. *decis.* 774. *& decis.* 788. *n.* 2.

Debet tamen intelligi *congrua congruis referenda* Emerix Jun. *decis.* 817 *n.* 2. *&* 3.

35 Decretum interlocutorium potest ab eodem Judice immutari, & revocari Emerix Jun. *decis.* 609. *n.* 8.

36 Decreta executioni demandari debent ab eo Judice, a quo emanatunt Emerix. Jun. *decis.* 61. *n.* 2.

37 Decretum Judicis immutari non potest, postquam fuit à Signatura Justitiæ approbatum Emerix Jun. *decis.* 725. *n.* 10.

38 Decretum adjectum in fine Instrumenti afficit non solum obligationem mulieris contractam tutorio nomine, sed etiam contractam nomine proprio, & principaliter Emerix Jun. *decis.* 1249. *n. pr.*

§. DEFENSIO. IX.

Defensio est de jure naturali cuilibet, & contra quemlibet permissa, dummodò intra defensionis limites consistat, aliàs si sit multum excessive, quòd arbitrio judicis æstimatur, punitur excedens non quidem pœna homicidii, vel vulneris ordinaria, sed alia mitiori judicis arbitrio pro qualitate excessus, sicuti ex Cicerone, Platone, & aliis, docet Menoch. *de arbitr. cas.* 277. *&* 278. *per tot.* Duen. *reg.* 192. *per tot.* Ricc. *Collect.* 296. *&* 2262. Card. Tusch. *litt. D, conclus.* 129. *per tot.* benè Vivi. *comm. opin.* 189. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. pr. tit. de defens. per tot.* plenè Farinac. *q.* 125. *per tot.* vide in §. *Animalia n.* 3. ubi qualiter sit permissa etiam inter bruta, & contra illas Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 34. *per tot.* ubi plures alios citant, Nicol. *Elucubr. utriusq. Jur. de Jur. natur. gent. & civil. n.* 8.

Tunc autem dicitur intra defensionis limites consistere, quando fit servato moderamine inculpatæ tutelæ, & operatur, ut factum inde sequutum sit omnino de jure impunibile, *l. pr. C. unde vi.* Quod quidem moderamen consistit in tribus, Nicol. *loc. cit.*

Primò circa modum, ut fiat eodem genere armorum, quamvis hoc de paritate armorum non reperiatur jure cautum, & excessus in armis non sit considerabilis, nisi esset ex proposito, & deliberatione, Cabal. *resol. crim. cas.* 248. *num.* 31. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 837. *num.* 4. *&c.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 1. *tit. de defens.* ubi plura vide in §. *Aggressio nu.* 6. & in Practic. §. *Difesa nu.* 3. *&c.* Nicol. *ubi suprà.*

Secundò circa tempus, idest incontinenti, quòd æstimatur arbitrio judicis juxta subjectam materiam, Menoch. *de arbitr. cas.* 9. *cum aliquibus seqq.* Barbos. *de dict. dict.* 155. *per tot.* Sperel. *decis.* 23. Trentacinq. *ubi supra num.* 18. *& seqq.* Giurb. *consil.* 86. Gizzarel. & Addent. *decis.* 18. *per tot.* ubi plura in materia defensionis permissæ, latè Matth. Sanz. *contr.* 29. *num.* 39. *& seqq* & dixi §. *Incontinenti n.* 1. & Sanfelic. *decis.* 337. cum tribus Allegationibus, & Addit. ad defensionem mariti pro nece uxoris adulteræ, & adulteri, Nicol. *ibidem.*

Tertiò circa causam, idest ad defensam, & non ad vindictam, & si fuerit excessum, punitur excedens tantùm pro excessu arbitrio judicis, nisi excessum fuerit in uno tantùm ex prædictis requisitis, quia tunc diceretur in levissima culpa, & in nihilo puniretur, vel ex calore iracundiæ, cùm primi motus non sint in nostra potestate, quod tamen totum residet in arbitrio judicis juxta facti, & personarum qualitatem, §. *Homicidium num.* 24. Boer. *decis.* 169. Cabal. *de omn. gen. homicid. num.* 67. 92. *&c.* Guazz. *def.* 29. *cap.* 5. Joseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 18. *num.* 21. *& seqq.* Farinac *quæst.* 125. *num.* 396. *et seqq. vide in* §. *Aggressio num.* 4. *etc.* in Pract. §. *Difesa num.* 2. *etc.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 31. *num.* 6. *etc.* Mascard. *de probat. concl.* 489. Vivian. *commun. opin.* 189. *per tot.* latè Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib. pr. tit. de def.* Conciol. *verb. Defensio resolut.* 3. *cum pluribus seqq.* Majoran. *in opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 4. *per tot. fol.* 137. ubi latè examinat dicta tria requisita Matthæu. Sanz. *contr.* 22. *num.* 27. *et seqq.* ubi benè declarat, quando dicatur factum ad defensam, & non ad vindictam, nempè quando aggressor stat ad faciem, nec se retrahit, nec fugit, quia tunc aggressus timere debet repetitionem vulnerum, ac ideò propriam salutem tuendo, potest impunè aggressorem occidere; secus autem si aggressor postquam vulneravit fugit, & aggressus vulnerat, vel occidit, per aliquod intervallum temporis, licèt modicum, nam tunc, quia à simili aggressure fugiente non poterat timere repercussiones, dicitur facere ad vindictam potiùs, quàm ad defensionem, & punitur extra ordinem de excessu, ut est de mente omnium DD. & vide in §. *Aggressor.* Nicol. *ubi proximè.*

Prædicta tria requisita pro justa defensione benè comprobat egregiè Raynald. *Syntax. rer. crim. c.* 7. *in rub. n.* 16. *et seqq.* ubi etiam *n.* 13. *et* 14. me citato laudat, & confirmat consuetudinem non relinquendi homicidia unquam penitus impunita, ut ibidem notavi.

In statu tamen Florentino sicuti de facili ex causa receditur à pœna ordinaria homicidii, ita etiam vigore cujusdam laudabilis consuetudinis ibidem urgentis, nunquam homicidia, quamvis ad necessariam defensionem commissa, impunita penitus relinquuntur, sed pro omni culpa, & negligentia, quæ potuerit adesse circa moderamen inculpatæ tutelæ, aliqua leviori pœna, puta brevioria confinii, vel pecuniaria, puniuntur juxta facti, & personarum qualitatem, ut dixi in Practica §. *Omicidio num.* 22. *et* 57.

Et idem servatur in delictis explosionum, sive exonerationum sclopporum contra aliquem animo offendendi, quæ cùm sint multùm exosa, & mortem de suâ natura inferant, nunquam penitus impunita relinquuntur, quamvis ad defensam fiant, & offensio non sequatur, sed ut supra aliqua leviori pœna puniuntur, licèt de hoc sciam quandoque delinquentes ex causa fuisse in totum absolutos.

An quandoque aggreſſori ſit licita defenſio contra inſultatum, vide in §. *Delinquens num. 9. verſic. Et an*, & in Pract. §. *Omicidii n. 51.*

2 Defenſio qualiter ſit licita pro tuitione vitæ, membrorum, honoris, vel rerum ſuarum, & non tantum pro ſe, ſed etiam pro amicis, conjunctis, & ſociis, plenè Farinac. *q.* 125. *part.* 4. & 5. *per tot.* Thom. Triviſ. *decis.* 58. *lib.* 2. ubi quando ſecus Gizzarel. & Addent. *decis.* 18. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 189. Dian. *reſol. moral. p.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 1. *cum pluribus ſeqq.* ubi multa notabilia de defenſione ex prædictis cauſis permiſſa etiam in foro conſcientiæ, & *part.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 41. *cum pluribus ſeqq.* & *part.* 11. *tract.* 1. *reſol.* 20. ubi an Religioſi poſſint defendere ſuum honorem, & Religionis occidendo invaſorem, vel calumniatorem, & negativè concludit, Conciol. *verb. Defenſio reſolut.* 3. & *ſeqq.* & *reſol.* 7. ubi quòd licèt quis poſſit alium defendere, tamen id non tenetur ex neceſſitate, etiam de jure Canonico, & in foro conſcientiæ, niſi agatur de perſona valdè Reipublicæ neceſſaria, vel conjuncta, vel niſi magnum ſequatur damnum, & alia ad rem.

An autem quis teneatur proximum ſuum defendere ab invaſore injuſto, etiam illum occidendo ſi aliter fieri non poſſit, dic quod ſic ad tuendam vitam innocentis, licet alii contra, ad tradita per Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *reſol.* 52. *in fine*, vide Vivi. *comm. opin.* 190. *per tot.* ubi an, & quando quis teneatur alium defendere, & delicto obviare, vel non, tam de jure civili, quàm in foro conſcientiæ, dixi in §. *Delictum nu.* 12. Ceval. *comm. quæſt.* 553. *ubi an in foro exteriori*, & Tolet. *libr.* 1. *Inſtruc. cap.* 87. ubi an in foro interiori.

Quòd ſit permiſſa pro tuitione rerum, ita ut poſſit reſiſti inferenti vim turbativam, vel ædificanti, etiam cong egando amicos, & vicinos, & pro defenſione dignitatis, vel officii, vide Duen. *reg.* 191. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. D, concluſ.* 132. *num.* 11. & 12. facit quod dixi in §. *Fur num.*

Hæc tamen in practica patiuntur difficultates, ne detur occaſio faciendi tumultus, & jus ſibi dicendi, contra bonum publicum niſi fiat cum moderamine, & requiſitis de quibus ſupra, & in omnem caſum ad vitandas vexationes criminales, ſatius eſt ad judicem pro obtinenda juſtitia recurrere; quamvis hodie poſſent multi replicare, imò ſatius eſſe jura ſua defendere, & aliquantiſper criminaliter moleſtari, quàm civiliter litigare.

Qualiter etiam in foro conſcientiæ ſit licita defenſio honoris, etiam inſequendo offenſorem incontinenti poſt acceptam injuriam, vel ante; quid ſi offenſus poterat fugiendo vitam ſalvare, & alia, Duen. *p.* 2. *tract.* 15. *reſol.* 15. & 16. *vide in* §. *Homicidium nu.* 4. Dian. *p.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 43. *verſic. notandum*, & *reſol.* 45. *per tot.*

3 Defenſio propter illius favorem probatur præſumptionibus, & conjecturis, & eo magis ſi etiam offenſio, vel intentio fiſci fuerit conjecturis probata, admittit dubias probationes, & minus concludentes, ac teſtes aliàs inhabiles, Boſſ. *tit. de favor. def. per tot.* Cardin. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 132. & 134. *per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 490. Guaz. *deff.* 29. *per tot.* ubi tractat de favoribus defenſionum, & maximè in *c.* 3. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 349. & *ſeqq. ad* 336. ubi plura de defenſione reorum in genere, in homicidio, mandato, &c. ratione ætatis, ruſticitatis, ſexus, ignorantiæ, &c. Gom. *in l.* 80. Tauri *num.* 57. Carol. Ant. De Luc. *in prax. criminali cap.* 24. *ſub num.* 6.

Alia vide *in* §. *Aggreſſio*, §. *Inſultus*, & in Pract. §. *Diffeſa per tot.* §. *Omicidj*, & *alibi*, &c.

4 Defenſiones aſſignandas eſſe cuicunque prætenſo reo, vel delinquenti, etiam confeſſo, convicto, notorio, vel in flagranti reperto, præterquam in aliquibus levibus delictis, etiam ſi non fuerint petitæ, Vivi. *decis.* 467. *nu.* 16. &c. Vermigliol. *conſil.* 18. *n.* 4. &c. Mauſon. *de contraband. quæſt.* 14. *nu.* 14. &c. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 350. ubi plura Farinac. *quæſt.* 39. cum aliis per Urceol. *conſultat. forenſ. cap.* 42. *per tot.* cum *Addit.* ubi benè aliquibus modis declarat, & loquitur de contrabandis, & ſimilibus, Conciol. *verb. Confeſſio reſol.* 6. ubi quòd etiam reo ſponte confeſſo ſunt aſſignandæ defenſiones, & bannito ad dicendum cauſam quare ſententia exequi non debeat, & *verb. Defenſio reſol.* 1. Franciſc. de Angelis *tract. de Confeſſ. lib.* 3. *q.* 12. *num.* 35. *et ſeqq.*

Quod defenſio ſit de jure naturali, & non poſſit tolli, Tuſch. *litt. D, concl.* 130. Dian. *p.* 3. *in Addit. reſol.* 29. *vide in* §. *Princeps n.* 1. *et* §. *Renunciatio num.* 20. ubi an, & quando poſſit per reum defenſionibus renunciari, Addit. ad Sanfel. *decis.* 350. Thom. Triviſ. *decis.* 1. *lib.* 2. *et decis.* 13. *num.* 10. *d. lib.* 2. ubi quòd ad defenſam poſſint quandocunque teſtes, & probationes recipi, cùm nunquam concludatur in cauſa. Pat. Marquez *libr.* 1. *de Gubernat. cap.* 12. *fol.* 64. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 2. *num.* 69. *et part.* 4. *ſect.* 10. *n.* 42. Fagnan. *in cap. delectus il primo n.* 34. *de Reſcript.* Carol. Ant. De Luc. *in prax. criminal. cap.* 24. *n.* 6.

5 Defenſor neceſſarius quis dicatur in civilibus, & an, ac quomodo in ejus perſonam ſit concipienda ſententia, vide Gratian. *decis.* 80. *per tot. et in* §. *Sententia n.* Scopp. & Carol. Ant. de Luc. ad Gratian. *loc. cit.* De Defenſore neceſſario vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin.

An poſſit ex propria perſona declinare forum ſi ſit Clericus, dixi in §. *Clericus num.*

Defendere obligatus ad quid teneatur, & qualiter defenſor neceſſarius poſſit aſſiſtere liti pro ſuo intereſſe etiam invito actore, & reo, Tuſch. *litt. D, concluſ.* 136. & 137. vide in §. *Venditio num.* Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin.

6 Defenſiones novæ ſolent per Principem concedi reo in contumaciam condemnato intra annum, ſi velit de ſua innocentia docere, imò in ſtatu Eccleſiaſtico ſine alia conceſſione auditur reus infra annum ſuper ſua innocentia, & quandoque poſt annum ex gratia, & captus ſi in recognitione ſententiæ neget delictum, & indicia ſint levia debet torqueri, vel extraordinariè puniri, Clar. §. *fin. q.* 94. *num.* 12. Tuſch. *litt. D concluſ.* 138. *per tot.* vide in §. *Admiſſio n.* 1. &c.

7 Defenſiones factæ à carceratis, vel aliàs ab uno ſocio criminis, an, & quando poſſint prodeſſe aliis contumacibus, vel aliter non ſe defendentibus ad oſtendendam illorum innocentiam, vide Farinac. *conſil.* 73. *n.* 1. & *ſeqq. per tot.* Spad. *conſil.* 104. *in fine*, ubi benè declarant, quos ſequutus eſt Magiſtratus DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ ſub die 13. Junii 1674 in cauſa expedita contra Archangelum Jo. Sabbatini, & alios, facit quod dixi in §. *Socius num.* 55.

8 De variis defenſionibus, qui ſcripſerint indicantur ab Ægid. de Caſtejon. *in alphabet. jurid. verb. Defenſio*, & à Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. p.* 4. *eodem verb. fol.* 384. &c. Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax.* Rube. *de confuſſ. Jur.*

9 Defenſio ſicuti permiſſa eſt in foro exteriori ſervatis ſervandis, an idem ſit in foro conſcientiæ, latè Valer. *de different. utriuſque fori verb. Defenſia per tot.* ubi notat plures differentias, inferendo præcipuè ad carceratos, ſive juſtè, ſive injuſtè an poſſint tuta conſcientia fugere, & videtur affirmare.

An autem ſicuti in foro exteriori licitum eſt pro defenſione honoris exponere vitam periculo mortis, juxta illud, *Pro honore moriendum*, quia vivere ſine honore eſt mori, & honor non ſolùm æquiparatur vitæ, ſed etiam præfertur inter perſonas honoratas, illuſtres, & nobiles; ita etiam ſit in foro animæ, in quo inter Chriſtianos non videtur tanti æſtimandus honor mundanus, ut ejus pro tuitione, liceat vitam periculo exponere, latè per plures concluſiones explicat idem Valer. *d. tract. verb. Vita*, & *honor*, *diff.* 9. *per tot.* An poſſit reſiſti officialibus, & magiſtratui, ſi injuſtè operentur, an occidi, an effringi carceres, an vis vi repelli cum nece Superiorum ad ſui defenſionem latè Baſilic. *dec. crim.* 10. *per tot.*

10 Defenſioni an poſſit renunciare Reus vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crimin. cap.* 24. *n.* 1. ubi hoc declarat; infra *n.* 20.

11 Articulandæ defenſiones ex quibus ſint, Carol. Ant. De Luc. *loc. ſupra cit. n.* 2.

12 Defenſionum privilegia vide apud Carol. Ant. De Luc. *loc. ſupra adduct. n.* 6.

De-

13 Defensoribus necessariis alicujus ex hujus persona debetur retentio pro melioramentis utilibus in re meliorata factis donec de melioramentis satisfiant Emerix *decis.* 109. *n.* 4. *& decis.* 182. *num.* 1., & vide eundem *in Indice verbo Auctor Laudatus, melioramenta, & retentio.*

14 Defendere dominum promittens contra omnes, non intelligitur defendere contra seipsum Episcop. Roc. *cap.* 72. *n.* 34. *tom. pr.*

15 Defensiones reorum assumere pium est, & laudabile Dom. Advoc. Cabrun. *lucub.* 36. *n.* 2.

16 Defensio rei spectat ad Judicem, si alius non sit, qui defendat Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *section.* 2. *sub n.* 69.

17 Defensionum plures sunt species Pellegrin. *in Prax. Vicar part.* 4. *section.* 10. *n.* 23.

18 Defensionis causa est favorabiles, & ideo dandæ sunt reis defensiones etiam non petentibus Pellegrin. *in praxi Vicar. part.* 4. *section.* 10. *n.* 73.

19 Defensiones admitti debent etiam post sententiam Pellegrin. *loc. supra cit. n.* 74.

20 Defensiones per reum renunciari nequeunt simpliciter Pellegrin., *in prax. Vicar. part.* 4. *section.* 10. *n.* 88. & vide Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. trat.* 4. *q.* 12.

21 Ad defensam generaliter admittuntur, quicumque ad offensam repelluntur Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. trat.* 8. *q. pr. n. pr.*

22 Defensio non competit ei, qui potest justè, & impune offendi Fagnan. *in c. ne innitaris n.* 318. *de constit.*

23 Defensio rerum temporalium regulariter non est in præcepto Fagnan. *in c. suscepimus n.* 24. *de homicidio.*

24 Defensio propriæ Vitæ præponitur defensioni Patriæ, & Parentum Fagnan. *in c. audivimus n.* 68. *de reliquiis, & Vener. Sanct.*

25 Defensio Principalis est, si de incompetentia Judicis allegari possit, quæ multipliciter accidit Bellegrand. *in compen. rer. crim. meth. trat.* 8. *q. pr. n.* 4.

26 In defensionibus multæ interpretationes in favorem rei adhibendæ Bellegrand. *loc. cit. trat.* 8. *q.* 4. *a n.* 4.

27 Defensionum causæ, & fundamenta epilogantur Bellegrand. *loc. cit. trat.* 8. *q.* 5. *n.* 12.

28 Pater, Filius, Præses &c. de Jure civili tenentur defendere suos Bellegrand. *loc. cit. tract.* 10. *quæst.* 4. *n.* 7. *& quæst.* 5. *n.* 4.

§. DELATIO. X.

1 DElatio pugionis est prohibita per edicta generalia status Ecclesiastici, & per Bullas Pii IV. & Pii V. sub pœna ultimi supplicii, & confiscationis bonorum, quæ tamen pœna non servatur de consuetudine saltem quo ad mortem etiam si sequuta fuerit aliqua offensio, Farin. *quæst.* 108. *nu.* 52. Guaz. *deff.* 29. *cap.* 2. *num.* 16. *& deff.* 4. *cap.* 8. *per tot.* ubi etiam qualiter constare debeat de corpore delicti, & de qualitate armorum, idem Guaz. *de confisc. bon. conclus.* 13. *ampliat.* 88. Raynald. *rer. crim. cap.* 10. §. *pr. n.* 2. *etc.* Sabel. *in prax. verb. Delatori n.* 7.

In statu verò Florentino punitur prout in lege generali Armorum de anno 1623. & dixi in Practica §. *Armi num.* 7. *&c.* pœna scutorum quinquaginta auri quo ad pugiones ordinarios, quò verò ad prohibitos vulgò *stiletti*, & similes de pœna scutorum 50. & amplius annorum quinque carceris stincarum civibus, aliis verò triremium pro eodem tempore.

2 Delatio armorum quando fuit momentanea non est punibilis aliqua pœna, Conciol. *resolut. crim. verb. Arma resol.* 16. *n. pr. & ad stat. Eugub. cum Romaguer. lib.* 4. *rub.* 37. *n* 4. 9. *&c.* nec comprehenditur in statuto prohibente delationem armorum, etiam quòd fieret ad offendendum, offensione tamen non sequuta, Farinac. *q.* 108. *nu.* 43. *&c.* Guaz. *deff.* 29. *cap.* 2. *num.* 17. Bajard. ad Clar. *quæst.* 82. *n.* 74. Conciol. *verb. Arma resolut.* 16. ubi ampliat etiam in retinente arma domi modico tempore, & in transeunte, in loco prohibito per modicum tempus, Ricc. *in Prax. resol.* 585. *in princ.*

Sed quòd decem momenta conficiant punctum, & quatuor puncta horam, & ubi non sumus certi de animo defendendi per momentum, sed possibile sit, quòd deferens per majus tempus detulisset, si non cessasset causa, non potest excusari delatio, tanquam modica, vel momentanea, maximè sequuta offensione, & alia ad excludendam momentaneam delationem, Francisc. Ant. Tranched. *consil.* 104.

Plura autem ad excludendam momentaneam delationem, & ut sit locus pœnæ, non obstante quod delatio fuerit modica, vel momentanea, vide penes Francisc. Ant. Tranched. *Consult.* 104. *num.* 14. *& seqq.* Cortiad. *decis.* 71. *per tot.* Ricc. ubi suprà *a n.* 4.

Dicitur autem momentanea, quando non est deliberata, & ex proposito, sed ex accidenti sumuntur arma in loco rixæ de domo, vel latere alterius, sive etiam proprio si aliquis inhabitet, qui possit illa retinere, vel alio modo, & his casibus, etiam offensione sequuta, non puniuntur in statu Florentino delatores pro hujusmodi momentanea delatione, prout sæpissimè servatum vidi.

Deferens arma ex aliquo privilegio sibi concesso, vel à lege, vel ab homine, caveat ne delinquat cùm illis, quia amittit privilegium hujusmodi, & puniri potest de armorum delatione, Marsil. *Pract. crim.* §. *pro complemento num.* 9. Farinac. *quæst.* 108. *nu.* 131. Guaz. *deff.* 29. *cap.* 2. *nu.* 19. Bajard. ad Clar. §. *fin.* *q.* 82. *n.* 75. Cabal. *resolut. crim. cas.* 63. *n.* 9. Conciol. *verb. Arma resolut.* 3. ubi sequitur opinionem, quod habens facultatem armorum non puniatur pro delatione, sed tantùm pro delicto, nisi in impetratione licentiæ promisisset illis non abuti, & potest graviùs puniri, cùm dicatur offendere benignitatem Superioris. 3

In statu Florentino habens facultatem armorum, non punitur pro delatione, sed tantùm pro delicto, ut dixi in Pract. §. *Delatori n.* 4.

Delatio armorum confunditur cum insultu, & vulneribus inde sequutis, adeò quod offendens cum armis, puniatur solum de offensionibus, & non de armorum delatione, gloss. *in l. qui de crimine Cod. de accusat.* Bart. *in l. quemadmodum* §. *illud ff. ad l. Aquil. & in l. inficiendo* §. *Infans in fine de furt.* Marsil. *in d.* §. *pro complemento num.* 38. Cephal. *cons.* 204. *nu.* 42. *& seqq. lib.* 2. sequitur Farinac. *q.* 22. *n.* 20. *& seqq.* ubi Vulpin. *in suco nu.* 5. idem Farinac. *quæst.* 108. *n.* 166. uni etiam idem Vulp. *in suco n.* 17. 4

Contrarium tamen quod scilicet puniatur delatio armorum, & offensio, ita ut una pœna alterã non tollat, sed utraque imponatur, quando delator non habebat licentiam armorum, maximè in statu Florentino ubi pœnæ pecuniariæ non confunduntur, sed tantùm afflictivæ, in quibus major minorem absorbet, vide per Cabal. *resol. crim. cas.* 158. *& cas.* 155. *per tot.* quem sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 840. *num.* 4. *& seqq. & cap.* 956. *num.* 1. *& seqq.* Guaz. *deff.* 29. *cap.* 2. *nu.* 18. & dixi in Pract. §. *Debitori num.* 7. *& §. Pone num.* 19.

Nec dissentit Farinac. *loc. cit.* quatenus dictam conclusionem declarat, non procedere quando arma deferuntur contra prohibitionem nec quando pœna delationis esset major, nec vigore bannimentorum generalium status Ecclesiastici de anno 1599. cap. 24. quibus expressè cavetur, pœnam armorum, non esse confundendam cum pœna delicti cum illis commissi, adde Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 24. *n.* 4. *& seqq.* Raynald. *rer. crim. c.* 10. §. 1. *&* 2. ubi plura ad rem.

Deferens arma prohibita, sive contra prohibitionem legis, vel bannimentorum, si fuerit cum illis inventus, ea amittit, & de jure applicantur fisco, quod etiam servatur de consuetudine, & vigore bannimentorum in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, quamvis in statu Ecclesiastico vigore pariter consuetudinis, & bannimentorum applicentur Barisellis, & executoribus invenientibus delatores, Farinac. *quæst.* 108. *num.* 10. *&* 11. Dec. *tractat. crim. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 18. Bajard. ad Clar. *quæst.* 82. *num.* 64. Guaz. *deff.* 29. *cap.* 2. dixi in Pract. §. *Armi nu.* 37. *&* 42. Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol.* 23. *num.* 2. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 37. *n.* 5. ubi tamen quòd archibusetta brevioris mensuræ non applicantur birruariis, sed debent devastari. Et quid si arma non essent delatoris Ludov. *dec. Perus.* 31. *per tot.* 5

Et quod dicitur de pœna delationis, & amissionis ar-

armorum, quamvis de jure videatur intelligendum, quando quis fuit cum armis inventus, & captus, & sic non sufficiat ſola inventio, ſed requiratur etiam captura, cùm verba ſint intelligenda cum effectu, juxta doctrinam Bart. & aliorum *in l. Barſatoram C. de fidejuſſ. mandat.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 394. *num.* 42. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 108. *num.* 132. *& ſeqq. ad* 144. ubi plura Guaz. *deff.* 5. *cap.* 8. *num.* 3. vide in *§. Arma nu.* 3. *&* 8. Peguer. *deciſ.* 55. Martha *vot. Piſ.* 80. Ricc. *deciſ.* 257. *p.* 2. Gamm. *deciſ.* 172. Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 21. *n.* 2. vide Gutier. *pratic. quæſt. libr.* 4. *quæſt.* 25. Vide Bellegrand. *in compendioſ. rer. crim. method. tract.* 10. *quæſt.* 7. *n.* 6.

Tamen contrarium ſervatur vigore bannimentorum Status Florentini, ſecundùm quæ, poteſt contra hujuſmodi delatores procedi etiam ex officio, & per inquiſitionem, & paſſim condemnari vidi, ubi conſtat de delatione, quamvis per birruarios non fuerint inventi, neque capti cum armis, ut dixi in Pract. *§. Delatori n. pr.*

Ac de ſimili obſervantia in ſtatu Eccleſiaſtico reſpectu maximè archibuſorum prohibitorum, teſtatur Farinac. *dict. quæſt.* 108. *n.* 140. *&* 143. ubi dat plures diſtinctiones. Et in Regno Neapolitano, Novar. *Collect.* 21. *n.* 2.

Sed quando delatores non fuerunt capti cum armis, non creditur birruariis circa delationem deponentibus, ut dixi in *§. Birruarii n.* 1. *verſ. non etiam.*

6 Deferens arma ad ſui, vel alterius defenſionem an ſit puniendus aliqua pœna, vide Cabal. *reſol. crim. caſ.* 62. *& caſ.* 88. *in fine*, Farinac. *q.* 108. *nu.* 68. *&c.* dixi in *§. Arma num. & §. Banna num.*

Quid ſi ad perſecutionem bannitorum, qui poſſint impune offendi, idem Cabal. *caſ.* 45. *per tot.* Farinac. *dict. quæſt.* 108. *num.* 116. *& ſeqq.* dixi in *§. Banna n.* 7. *§. Arma n.* 14. & in Pract. *§. Armi num.* 38. ubi quòd nec ad perſecutionem bannitorum poſſunt deferri, vigore bannimentorum tam ſtatus Eccleſiaſtici, quam Florentini, & poſſe prodeſſe tantùm ad obtinendam gratiam à Principe, adde Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 21. *& ſeqq.* ubi plura in materia delationis armorum licèt Florentiæ quandoque hujuſmodi delatores fuerint abſoluti, vel non moleſtati, ut notavi in *Addit. ad Pract. §. Armi num.* 38. per doctrinam Cabal. *caſ.* 62. Chartar. *deciſ. prim. ferè per totam.*

Alia dixi in *§. Arma per tot.* & in Pract. *§. Armi per tot. & §. Delatori per tot.* ubi an delatio armorum continuata, ſive pluries, reiterata habeatur pro unica delatione, & unica tantùm, vel pluribus pœnis puniatur.

7 Delationis armorum materiam tractant DD. citati ab Ægid. de Callejon. *in alphabet. jurid. verb. Arma*, & à Com. Auguſtin. Fontan. *Bibliothec. legal. par.* 4. *eodem verb. Arma fol.* 125. *&c.*

8 Quid ſit Delator Brunnemann. *C. libr.* 11. *tit.* 11. *n.* 1. *col.* 939.

9 Quinam tales eſſe poſſint Brunnemann. *loc. cit. n.* 2.

10 Qui protegendæ ſuæ cauſæ gratia aliquid ad Fiſcum nunciat, delator non eſt Brunnemann. *C. libr.* 10. *tit.* 11. *leg.* 3. *n.* 5. *pag.* 940.

11 Idem, qui ulciſcendi ſui cauſa defert eum, à quo provocatus eſt *ibid. n.* 7.

12 Is delator demum infamis eſt, qui lucri, & invidiæ alteri conciliandæ cauſa Fiſco nunciat, non qui amore Reipublicæ, aut ſui defendendi, vel ulciſcendi cauſa Brunneman. *C. lib.* 10. *tit.* 11. *l.* 4. *n.* 3. *col.* 940.

13 Pœna ejus, qui Fiſco calumnioſè nunciat, quaſi bona hujus, vel illius, in commiſſum cecidiſſent, & caduca facta eſſent Brunneman. *d. tit.* 11. *l.* 5. *n.* 2.

Et qua pœna mulctandus delator Fagnan. *in c. ſi quis n.* 4. *de homic.*

14 Tranſactio delatoris cum denunciato non manet impunita Brunneman. *d. l.* 5. *n.* 9.

15 Non omnes delatores, qui delictum probant, præmium conſequentur Brunneman. *d. tit.* 11. *l. ult. n.* 1.

16 Quinam crimen contra aliquem deferre prohibeantur, Idem *ibid. n.* 2.

17 Crimen leſæ Majeſtatis deferre omnes admittuntur, Idem *ibid. n.* 3.

18 Filius contra Patrem, ſervus contra Dominum Feudi crimen, etiam verum deferre non debet *ibid. num.* 5.

19 Sæpiùs in Jure illi, qui ipſi ſua Crimina detegunt impunitatem reportant Brunneman. *C. lib.* 10. *tit.* 13. *l. unic. n.* 4. *col.* 942.

20 Etiam ille qui ſeipſum defert, præmium, idque majus meretur Brunneman. *loc. cit. n.* 1.

§. DELEGATIO. XI.

1 Delegatio per interventum novæ perſonæ, quæ ſit debitrix delegantis, liberat debitorem, quando creditor illam acceptavit, & debitori finem fecit, Foller. in Addit. ad Marant. *part.* 6. *verſic. Teſtium productio num.* 49. Afflict. *deciſ.* 353. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 134. *n.* 50. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. D. concluſ.* 144. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 155. *& deciſ.* 215. *per tot.* Altimar. *de nullit. rub. pr. part.* 3. *quæſt.* 31. *à nu.* 1060. *tom.* 5. *& rubr.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 41. *n.* 81. *tom.* 7. Manſ. *conſult.* 344. *n.* 33 Rovit., & Altimar. *conſ.* 75. *lib. pr.* Pegas *reſol. cap.* 3. *n.* 401. *et ſeqq.* ubi tota materia Delegationis, cum ampliationibus, & limitationibus.

Et liberat etiam fidejuſſores, Maur. *de fidejuſſ. par.* 2. *ſect.* 10. *num.* 5. vide Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 64. *per tot. cap.* 252. *in princ. et deciſ.* 117. *per tot.* dixi in *§. Novatio num.* Altimar. *loc. cit. dict. quæſt.* 41. *n.* 82. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *dict. cap.* 64. *et* 252. *et deciſ.* 117. ubi etiam Scoppa.

Quòd delegatio poſſit fieri, & probari per epiſtolam, Genu. *de ſcript. priv. lib.* 3. *q.* 10. *per tot fol.* 131.

Quando delegatio non habeat vim ſolutionis, & non liberet debitorem delegatum à creditore delegante, Surd. *deciſ.* 23. *per tot.* Tuſch. *d. concl.* 144. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 47. *per tot.* ubi plura ad excluſionem delegationis, Salgad. *Labyr. creditor. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 45. *& ſeqq.* Sanſelic. *deciſ.* 360. *per tot. cum Addit.* Altimar. *loc. cit. dict. quæſt.* 41. *num.* 83.

Et ſi debitor fuerit juſſus ſoluere, non liberatur ſi ſolùm promittat, ac ideò poteſt moleſtari ab aliis creditoribus delegantis, Surd. *deciſ.* 187. *per tot.*

Quid ſit delegatio debiti, quid operetur, quæ requirat, & alia, Tuſch. *litt. D. concluſ.* 142. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 180. *vol.* 4. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 277. *per tot.* Scacc. *de Cambiis §.* 2. *gloſ.* 5. *n.* 280. *et ſeqq.*

2 Delegatio ut rectè facta dicatur, requiritur quod delegatus ſit debitor delegantis, per ſtipulationem promittat ſoluere creditori delegantis mandante ipſo delegante ſuo creditore, & quod promittat tanquam debitor, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 64. ubi latè quando delegatio liberet delegantem, vel non, & quid quando eſt facta per litteras cambii ſcriptas alteri mercatori, *vide in §. Litteræ num. pr. etc. et §. Mercator num.* Ludoviſ. cum Beltramin. *deciſ.* 217. *num.* 3. *et ſeqq. per tot.*

De requiſitis delegationis ad effectum liberandi delegatum, idem Gratian. *cap.* 968. *n.* 13. Matth. Medic. *deciſ.* 66. *num.* 8. *& ſeqq. per tot.* Cavaler. *deciſ.* 38. *n.* 6. *& deciſ.* 237. *per tot.* Ludoviſ. *deciſ.* 217. *n.* 3. *etc.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 134. *num.* 69. ubi colligit quinque requiſita, quæ ſunt eadem cum prædictis, Genu. *de ſcript. privat. in Addit. quæſt.* 7. *num.* 8. *& ſeqq. fol.* 47. Altograd. *conſil.* 6. *nu.* 19. *et ſeqq. lib.* 1. ubi quòd tria requiſita ſunt neceſſaria, nempè quod delegatus ſit debitor delegantis, 2. quod delegatus promittat per ſtipulationem de mandato ipſius delegantis, 3. quod tanquam debitor promittat, quibus concurrentibus, fit novatio, etiam ſi expreſſè non dicatur, ut ibi latè per eum Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 91. *num.* 2. *&c.* latè Sanſelic. *deciſ.* 360. *per tot. cum Add.* ubi quòd ceſſantibus aliquibus ex dictis requiſitis non inducitur novatio, neque delegantis, liberatio, latè Altimar. *de nullit. cit. quæſt.* 41. *à n.* 20. Hodier. ad Surd. *deciſ.* 187.

Quòd inter Mercatores poſſit fieri delegatio ſine ſtipulatione, & ſic ſimplici, & nudo pacto, ſi alia requiſita concurrant, idem Altograd. *d. conſil.* 6. *num.* 28. *lib.* 1. Et quod probatur conjecturis. Altimar. *dict. quæſt.* 41. *à num.* 51. Conſtantin. *ad Stat. Urb. Annot.* 26. *n.* 191. *et* 192. *tom.* 1. Manſi *conſult.* 339. *num.* 34. *&* 37.

De-

3 Delegatio extinctiva inter delegatum, & delegantem inducitur etiam si ille, cui solui debet, non sit creditor mandantis, cùm istud inter requisita delegationis non numeretur, imò nec refert secundùm multos, quod delegatus sit debitor delegantis maximè inter mercatores ex generali consuetudine, Altograd. *d. consil.* 58. *& seqq. lib.* 1. vide latè Mart. Medic. *decis.* 66. *nu.* 11. *& seqq. per tot. cum Addit.* Rot. in Romana Cambiorum Lunæ 6. Junii 1605. coram Ludovis. *decis.* 217. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 360. *per tot. cum Addit.* Altimar. *dict. quæst.* 41. *num.* 88.

An autem debitor cessus, possit promissionem factam favore creditoris absentis, revocare, nondum sequuta acceptatione, plura hinc indè ubi per Magon. *decis. Flor.* 39. *num.* 4. *et seqq.* & latè plures casus distinguendo declarat Genu. *de script. privat. tit. de scartafac. lib.* 5. *num.* 8. *& seqq. fol.* 287.

Et quod delegans uni ante acceptationem possit alteri delegare, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 360. *versic. secundo, &c.*

Quòd debitor cessus, vel delegatus, qui præsens fuit cessioni, vel delegationi, & solvere promisit cessionario absque ulla protestatione, non possit aliquam contra eum opponere exceptionem, quam haberet contra cedentem, vel delegantem, Olea *de cess. jur. tit.* 6. *q.* 1. *n.* 34. *& seqq.* facit quod dixi in *§. Cessio num.* 57. *in fin.*

4 Delegatio non semper liberat debitorem delegantem, ut quando non fuit quæsita obligatio ei, cui facta fuit, vel si periculo delegantis sit acceptata, vel stante protestatione, quod delegans non censeatur liberatus ante solutionem, quo casu tamen non debet delegationem recipiens esse in mora exigendi, aliàs sibi imputaretur decoctio, quasi non exigendo videatur illius fidem sequi, vel si promissio sit in diem, vel sub conditione, vel si fiat reservatio priorum jurium, vel si delegans sciebat debitorem suum delegatum de proximo decocturum, ut latè declarat Gratian. *discept. forens. cap.* 74. *nu.* 22. *& seqq. ad finem*, Bertazol. *de claus. claus.* 33. *glos.* 18. *nu.* 33. *&c. DD. in l. singularia ff. si cert. pet.* Genu. *de script. privat. in Addit. qu.* 7. *nu.* 38. *& seqq. fol.* 50. *& lib.* 5. *in singul. fol.* 294. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 47. *per tot.* ubi alia plura considerat ad exclusionem delegationis, & novationis, & rursus in eadem causa *decis.* 91. *& dec.* 260. *per tot. d. p.* 10.

Quando autem delegatio, vel cessio habeat vim dationis in solutum, & solutionis, ita ut cedens remaneat liberatus, & cessionem acceptans non possit ad primæva jura redire, latè Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 155. *& decis.* 215. *per tot.* Salgad. *Labyrint. creditor. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 45. *et seqq.* ubi plura de differentia inter simplicem cessionem, & cessionem per viam dationis in solutum, sive veræ delegationis, facit benè Sanfelic. *decis.* 360. *cum Addit.* & Ludovis. cum Belarmin. *decis.* 217. Altimar. *dict. qu.* 41. *num.* 64. ubi refert hunc locum.

Quòd simplex accolatio debiti pro alio non extinguat hypothecas creditoris, nisi concurrant requisita veræ delegationis, Merlin. *decis.* 634. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 141. *n.* 2. *etc.* & post Merlin. *de pign. decis.* 106. *nu.* 14. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 360. Altimar. *dict. quæst.* 41. *n.* 89. Pacion. *de locato cap.* 7. *n.* 28. *et seqq.*

An inducatur delegatio per acceptationem litterarum cambii, dic quod non, Ricc. *Collect.* 3497. vide in *§. Litteræ num.* 1. *etc.* Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 47. *et dec.* 91. *et* 260. *per tot. p.* 10. Altimar. *dict. qu.* 41. *n.* 39. Hodierna ad Surd. *decis.* 187. Pegas *resol. cap.* 3. *n.* 449. Noguerol. *alleg.* 16. *n.* 8. Roccus *tractat. de lit. Camb. not.* 24. *et seqq.*

Qualiter accollans sibi debitum alienum, si in solutione deficiat, teneatur ad damna, & interesse tam respectu sortis, quàm fructuum, licèt facta extinctione per principalem debitorem fructus non debeantur, quid si translativè, & non extinctivè, & alia latè Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 138. *per tot.*

Quòd accollans efficiatur verus, & principalis debitor, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 213. *nu.* 3. *etc.* Thomat. *decis.* 202. *n.* 1. *et* 23. *decis.* 211. *num.* 14. Rot. post Merlin. *de pign. decis.* 526. *num.* 8. Altimar. *cit. quæst.* 41. *n.* 90. Cels. *decis.* 64. *nu.* 9. Bich. *decis.* 319. Ansald. *de Commerc. disc.* 16. *n.* 2. *& disc.* 65.

Item accollatio succedit loco pretii, ita ut venditor non possit excipere de non implemento ob non factam solutionem, Thomat. *decis.* 112. *num.* 13. *&c.* quia accollatio habet vim solutionis, idem Thomat. *decis.* 202. *n.* 24.

Quod creditor non possit agere contra accollantem, quia cum eo nulla est facta conventio, nisi adsit obligatio Cameralis, vel alia stipulatio pro absentibus, Rot. post Merlin. *de pign. decis.* 117. *n.* 10. *&* 11.

Quòd imò creditor possit de equitate agere contra accollantem, licèt ipse nõ fuerit præsens, nec pro eo stipulatum, Rot. in Leodiens. Pecuniaria 28. Junii 1647. coram Bichio post Oleam *de cess. jur. decis.* 7. *per tot.* Franch. *decis.* 273. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 360. ubi alia ad rem.

Delegatio quomodo fiat, an liberet debitorem delegantem, & alia plura ad rem tradunt DD. allegati per Castejon. *in alphabet. jurid. verb. Delegatio*, Cyriac. *contr.* 214. *& alibi ut in Indice*, & à Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. p.* 4. *eodem verb. fol.* 390. Cæsar. de Afflict. *controv. jur. cap.* 35. *& seqq.* ubi plura an delegatarius submoveri possit exceptionibus ex persona, vel facto delegantis provenientibus, qui si in delegante fuerit dolus, vel promissio delegati debitoris fuerit accessoria, conditionalis, vel correspectiva ad alia per delegantem promissa, & non adimpleta, & alià plura in *cap.* 37. *&* 38. *per tot.* plura Altimar. *cit. quæst.* 41. *per tot.*, *& rub.* 1. *part.* 3. *q.* 31. *à n.* 1060. De Luc. *in Indic. gener. verb. Delegatio*. Pegas *resol. cap.* 3. Hodiern. ad Surd. *decis.* 187. Brunnemann. Fagnan, Mansi Palma, & alii moderni. 5

Delegans an possit molestari, si delegatus efficiatur non solvendo Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 5. *qu.* 41. *n.* 4. 8. *&* 9. *tom.* 7. 6

Dans nomen debitoris in solutum, ad quid teneatur Altimar ubi supra *n.* 10. *&* 11. 7

Non liberatur per promissionem solutionis, si non sit facta vera delegatio. Altimar *loc. cit. n.* 31. 8

Delegans nomen debitoris ad quid teneatur, si mandatarius excedit mandatum Altimar. *loc. cit. n.* 32. & quid de stylo mercatorum *ibid. n.* 33. *&* 34. 9

Delegatio ex quibus inducatur, & delegatio quando concurrit, & debitor delegatus acceptat, tunc semper liberatus censetur primus debitor. Palma nep. *decis.* 92. *per tot. tom.* 1. 10

Delegatio in quo differat a cessione Palma nepos *decis.* 53. *n.* 18. *tom.* 1. 11

Delegatarius exceptionem patitur, quæ ex vitio delegationis procedit. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 5. *q.* 41. *n.* 102. *tom.* 7. 12

Delegatarius non agit actione delegantis, nec ex mandato illius, sed ex propria stipulatione, nec etiam potest varias exceptiones, ex qualitate promissionis sibi factæ, quando repellatur ex non adimplemento delegantis, idem *ibid. n.* 107. 110. *&* 111. 13

Delegatario, quando non obstet exceptio, & ei non possit opponi *ibid. n.* 104. *et* 108. 14

Delegatarius quando patiatur exceptionem ex qualitate correspectivitatis, vel alia insita in promissione sibi per delegantem facta idem Altimar. *d. q.* 41. *num.* 114. 15

Delegatio requirit consensum debitoris, & illius præsentiam Palm. nep. *decis.* 53. *n.* 18. *tom.* 1. 16

Conditio indebiti spectat ad delegantem, non autem ad delegatum Emerix jun. 1816. *n.* 12. 17

Delegatio est stricti Juris, & non extenditur de casu ad casum, aut de Persona ad Personam De Luc. *de Benefic. disc.* 7. *num.* 8. *de Regul. disc.* 23. *num.* 5. *Miscell. disc.* 16. *num.* 13. ubi declaratur, *Annot. ad Concil. disc.* 26. *sub n.* 23. *&* 24. *de Judic. disc.* 3. *nu.* 23. *& disc.* 8. *n.* 12. 18

Delegatio concessa ad unum finem, non debet extendi ad alium De Luc. *de Matrim. disc.* 1. *num.* 7. *disc.* 3. *n.* 11. *& in Annot. ad Concil. disc.* 56. *n.* 25. 19

In delegatione tantum censetur concessum, quantum in ipsa legitur De Luc. *de Jurisdic. disc.* 49. *n.* 3. *de Alien. disc.* 63. *n.* 4. 20

Delegatio expirat per mortem personæ, cui facta 21

est

eſt De Luc. *de Regul. diſc.* 23. *n.* 6.

22 Delegatio Ordinariæ Juriſdictionis reſtrictiva potentior eſt, ac latior delegatione facta in non habente Juriſdictionem De Luc. *de regul. diſc.* 8. *n.* 7.

23 Delegatio ſi fiat Epiſcopo; & unus habeat Epiſcopatum habitu, & alius exercitio, erit judex, qui habet habitu Fagnan. *inc. de multa n.* 35. *de præbend.*

24 Delegatio facta Vicario non tranſit in Epiſcop. Fagnan. *in cap. quoniam n.* 14. *de officio delegati*.

25 Delegatio cauſarum ab Apoſtolica Sede fit Canonicis Cathedralium, non autem Collegiatarum Eccleſiarum. Fagnan. *in cap. cum in cunctis nu.* 80. *de Electione*.

26 Diebus Feriatis poteſt fieri delegatio cauſarum Creſcin. ad Abeccleſ. *obſerv.* 77. *n.* 33. *p.* 1.

27 Delegata quando dicatur Juriſdictio, & quando excitata Altimar. *de Nullit. rub.* 3. *q.* 27. *nu.* 21. *& ſeqq. tom. pr.*

28 Delegatio ſuperveniens quæ acta convalidet facta per Judicem Altimar *de nullit. rubr.* 9. *q.* 4. *n.* 9. *tom. pr.*

29 Delegatio an poſſit teſtibus probari Altimar. *dict. rubr.* 9. *q.* 4. *n.* 48. *& ſeqq.*

30 Delegata Juriſdictio, an poſſit prorogari *d. rub.* 9. *q.* 12. *n.* 9. *& ſeqq.*

31 Delegata Juriſdictio eſt debilior, quam ordinaria Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *q.* 1. *n.* 1. *tom.* 2.

32 Delegata Juriſdictio eſt odioſa, & reſtringenda Altimar. *loc. cit.*

33 Quid ſit Juriſdictio delegata Altimar. *d. q. pr. n.* 2. ubi etiam *n.* 3. quod ante omnia eſt probanda.

34 Delegatio cauſarum quando cenſeatur data privativè, vel cummulativè Altimar. *d. rub.* 10. *q.* 3.

35 Delegatio, ut valeat, debet inſpici tempus, ſi cauſa delegata ſpectabat ad delegantem tempore delegationis. Altimar. *d. rub.* 10. *q.* 5. *num.* 1. *& ſeqq. tom.* 2.

36 Delegatio cauſarum a Sede Apoſtolica debet committi perſonis in dignitate conſtitutis, aliàs nulliter committeretur, & quæ ſint iſtæ perſonæ nec Delegatus Apoſtolicus aliis poteſt committere. Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *q* 7. *n.* 12. 13. *& ſeq.*

37 Delegatio cauſarum ſimpliciter facta officiali Epiſcopi, & ſint duo officiales, quorum unus eſt principalior, illi ſoli cenſetur facta Altimar. *d. quæſt.* 7. *num.* 35.

38 Delegatio cauſarum per alios Judices inferiores poteſt fieri Clericis ſimplicibus Altimar. *d. q.* 7. *n.* 37.

39 Delegata Juriſdictio mortuo delegato redit ad delegantem, non ad Ordinarium Loci Altimar. *de nullit. rub.* 10. *q.* 8. *n.* 27. *& q.* 16. *n.* 47.

40 Delegatio Cauſarum, an & quando tranſeat ad ſucceſſorem delegati Altimar. *rub.* 10. *q.* 8. *nu.* 1. *& ſeqq.*

41 Delegatio, ut impetretur, an requiratur ſpeciale Mandatum Altimar. *d. rub.* 10. *q.* 14. *n.* 8.

42 Delegata cauſa principali, an ſit delegatum incidens, Altimar. *d. rub.* 10. *q.* 14. *n.* 48.

43 Delegata Juriſdictione ſimpliciter an ſit delegatum merum, & mixtum imperium Altimar. *d. qu.* 14. *n.* 87. *& ſeqq.*

44 Delegatio an fieri poſſit extra locum delegantis *d. rub.* 10. *q.* 15. *n. pr. & ſeqq.*

45 An poſſit comitti in loco ultra dietas, & in loco non tuto. Altimar. *d. q.* 15. *n.* 15. *& ſeqq.* an poſſit comitti in loco non inſigni *ibid. n.* 14. *& ſeqq.*

46 An poſſit exerceri extra tempus ſtatutum *d. rub.* 10. *q.* 15. *n.* 18. *& ſeqq.*

Debet obſervari an ſit ſubreptitia, vel obreptitia *d. q.* 15. *n.* 34. *& ſeqq.*

47 Delegatio an expiret per mortem Delegantis, vel ſi delegans recedat à Provincia, vel ſi ille mutetur, & an, & quando ſpiret re integra, & quando dicatur res integra. Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *qu.* 16. *tom.* 2.

48 Delegationis mandatum obſervabitur, ſi ſit revocatum, & quomodo ſit revocatum *d. q.* 16. *nu.* 46. *& ſeqq.*

49 Delegationis reſcriptum debet interpretari, & quomodo ſoleat illud eſſe Altimar. *d. rubr.* 10. *qu.* 17. *n.* 13. *& ſeqq.*

50 Delegata executione, an ſit conceſſa cognitio negotii Altimar. *d. rubr.* 10. *q.* 27. *n.* 29. *& ſeqq.*

§. DELEGATUS. XII.

DElegatus Principis cùm loco Principis ſit, & illius perſonam repræſentet, cenſetur major quolibet ordinario, *cap. ſane de off. de deleg.* Sanſelic. *dec.* 368. *cum Addit.* ubi etiam quòd habet facultatem avocandi à quocunque cauſam ſibi commiſſam, & alia plura de hac materia Thom. Trivis. *decis.* 51. *lib.* 2. a

Quòd tamen eſt intelligendum quo ad ipſam cauſam delegatam, & illius reſpectu, ſecus autem quo ad alias, quarum reſpectu pro privato habetur, Menoch. *de arb tr, q.* 91. *nu.* 27. Bellon. *tract. de mand. juriſdict. cap,* 9. *q.* 9. *per tot. fol.* 357. *& ſeqq.* vide Barboſ. *vot.* 53.

Quòd delegatus Principis habeat plura privilegia, & qualia, Tuſch. *litt. D. concl.* 148. *& ſeqq.*

Quando autem ordinarius ſit major delegato, & poſſit illum compeſcere, & punire, idem Tuſch. *litt. I. concluſ.* 436. *per tot.* vide in §. *Judex n.* 10. *in fine*, Sanſelic. *deciſ.* 411. *cum Addit. obſerv.* 8. vide Mancin. *diſſert.* 2. *cap.* 1. 6., *&* 7.

Delegatus Principis ſubdelegare poteſt, ipſe autem delegatus, vel ſubdelegatus, non poteſt ſubdelegare, ne res in infinitum progrediatur Jaſ. *in l.* 1. *num.* 65. *ff. de offic. ejus &c.* Tuſch. *litt. D, concluſ.* 149. *&* 150. *per tot.* vide Facbin. *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 45. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 151. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 1017. latè Bellon. *tract. de mandat. juriſdict. c.* 5. *q.* 4. Addit. ad Sanſelic. *deciſ.* 368. *verſ. An poſſit delegatus*. Vide Pen. & Creſcin. *deciſ.* 99. *& deciſ.* 571. ubi hoc declaratur. a

Quod delegatus a Papa poſſit alium ſubdelegare in tota cauſa ſibi commiſſa, quamvis electa fuerit induſtria perſonæ delegatæ Fagnan. *in cap. quoniam n.* 8. *&* 9. *de Offic. Delegat.* Rot. *rec. part.* 13. *dec.* 104. *n.* 11. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 99.

Sed delegatus ab inferiore, ſeu Judice ordinario regulariter ſubdelegare non poteſt Fagnan. *in c. cauſam n.* 2. *de Appellat.* Creſcin. ad Pen. *d. deciſ.* 99. Et delegatus quando poſſit ſubdelegare Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *quæſt.* 4. *tom.* 2.

De Cardinali Legato Sedis Apoſtolicæ, cui aliquid per Papam committitur quòd poſſit ſubdelegare, Gratian. *diſcept. for. cap.* 738. *n.* 1. *& ſeqq.*

Sicut etiam delegatus ipſius Cardinalis, vel Legati de latere, poterit alteri ſubdelegare, Vant. *de nullit. ex defect. juriſdict. deleg. n.* 23. Cevall. *comm. q.* 314.

Et quòd Delegatus poſſit ſubdelegare aliquem particularem articulum, Gratian. *d. c.* 738. *n.* 35. *&* 36.

Principis autem nomine ad hunc effectum venit Papa, Imperator, Reges, & ſupremi Princeps ſuperiorem non recognoſcentes, non autem alii inferiores, Pac. Jord. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *nu.* 78. *fol.* 55.

Delegatus Principis quoad cauſas meri, & mixti Imperii ſibi commiſſas, non poteſt alteri vices ſuas demandare, & ſic non poteſt in illis ſubdelegare, prout contra multorum opinionem, illorum argumentis, & rationibus ſatisfaciendo, rectè probat Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 54. *per tot.* contrarium tenet Tuſch. *litt. D, concl.* 150. *n.* 1. ubi ſe remitit ad *concl.* 146. quo loci tranſit cum opinione Menoch. & citat Clar. §. *fin. q.* 41. *in princ.* latè Angel. Mattheac. *in l.* 1. *§ ii n.* 555. *ff. de offic. ejus*. 3

Quando delegatus Principis non poſſit ſubdelegare, Magon. *deciſ. Lucen. nu.* 1. *& ſeqq.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 21. Vant. *de nullitat. ex defect. juriſdict. delegat. n.* 21. *&c.* Sperel. *deciſ.* 106. *n.* 46. *& ſeqq. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *n.* 26. *& ſeqq. fol.* 51. Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 130. *n.* 4. ex quibus habetur non poſſe ſubdelegare ſtante clauſula, *conſcientiæ tuæ committimus*, ſecus tamen in clauſula, *ſuper quo tuam conſcientiam oneramus*, quæ cenſetur adjecta tantùm in vim monitionis, nec quando commiſſio ſibi facta fuit per verba imperativa, *mandamus*, *præcipimus*, & ſimilia, vel cum hoc, ut ipſe cognoſcat, vel ubi aliàs colligi poteſt, fuiſſe induſtriam ſuæ perſonæ electam, vide in §. *Induſtria*, Bellon. *tract. de mand. juriſdict. cap.* 5. *q.* 4. Addit. ad Sanſelic. *deciſ.* 368.

Quòd

Quòd delegatus à Principe suprémo possit alium subdelegare, non solùm circa articulum nudi ministerii, sed etiam circa articulum jurisdictionem continentem, & in tota causa sibi commissa, ac etiam si electa sit industria personæ, & quamvis non unus, sed plures fuissent deputati in solidum, quando subdelegans prævenit in subdelegando, ita ut subdelegatus ex præventiva occupatione subdelegantis sit præferendus aliis in solidum delegatis, probat de veriori opinione Rot. *par. 13. recent. decis.* 104. *num.* 9. *& seqq.* Vide Pen. *decis.* 78. *n.* 7. *decis.* 99. *nu.* 8. ubi Crescin. *in annotat.*

4 Delegatus à Principe ad audiendum, censetur etiam delegatus ad definiendum, & delegatus ad exequendum, si negotium non fuit per delegantem examinatum, potest etiam de meritis cognoscere, cùm talis cognitio quasi præambula ad executionem censeatur demandata, prout idem est in cæteris incidentibus, emergentibus, accessoriis, & connexis, de quibus absque alio speciali mandato cognoscere poterit, Vant. *de nullit. tit. Qualiter sentent. à nullit. poss. deff. nu.* 66. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. lib. pr. q.* 37. *&* 38. *per tot. & q.* 74. ubi an delegatus in cognoscendo, & definiendo possit suam sententiam executioni demandare, Sanfelic. *decis.* 368. *cum Addit.* ubi quòd rescripta delegatoria respectu virtutis extensivæ, sunt strictè intelligenda, respectu verò comprehensivæ latè interpretanda quatenus verborum significatio patitur.

5 Delegatus principis in decisoriis judicii tenetur servare stylum Curiæ delegantis, in ordinariis verò consuetudinem loci, in quo causa peragitur, Spetell. *decis.* 85. *n.* 5. ubi de appellatione, quæ ad effectum suspensivum dicitur respicere ordinatoria. Roland. *cons.* 48. *n.* 3. *& seqq. vol.* 3. Pen. *decis.* 20., ubi late Crescin. *in addit.* Abecclef. *observat.* 1. *nu.* 27. *part.* 1., ubi pariter Crescin. *in addit.* Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 29. *n.* 95. *tom.* 2.

6 Delegatus Principis maximè ad universitatem causarum, potest sibi nuncios, & executores deputare, & illos facere jurare, & si delinquerint in officio punire, & removere, quod secus esset, si uteretur nunciis, & executoribus judicis ordinarii, Cabal. *resolut. crimin. cas.* 262. *per totum.* Altimàt. *de nullit. rubr.* 10. *quæst.* 17. *tom.* 2.

Potest etiam sibi deputare Notarium actuarium, cui de stylo creditur etiam quo ad deputationem, si de illa aliter non constet, Gratian. *discept. forens. c.* 841. *n.* 3. *&c.*

Contrarium de jure non esse credendum assertioni, nec ipsius judicis quoad suam jurisdictionem, Menoch. *de arbitr. q.* 76. *n.* 4. *& seqq.*

7 Delegatus etiam si sit persona excelsa, tenetur suæ delegationis rescriptum ostendere, & etiam copiam dare, ubi agitur de præjudicio tertii, nisi esset in eodem loco ipse delegans, vel nisi fuisset jam à partibus lis contestata, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 15. *& de arbitr. dict. quæst.* 76. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *n.* 49. *& seqq. fol.* 53. Tusch. *litt. D, conclus.* 154. *per tot.* Merlin. *decis.* 129. *n.* 3. Sanfelic. *decis.* 412. *cum Addit.* conducit De Luc. *de Benefic. disc.* 73. *n.* 9., *& seq. De Judic. disc.* 3. *sub n.* 22.

Quòd debeat esse certus de sua jurisdictione, & qualiter possit constare, Gratian. *discept. for. c.* 551. *per tot. cap.* 639. *nu.* 1. *&c. & cap.* 877. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 87. *n.* 7. ubi quòd aliàs omnia sunt nulla, quando non fuit petitus certus judex, nec in rescripto nominatus, latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 264. *n.* 14. *& seqq. per tot.* ubi pro nullitate omnium gestorum, ac etiam citationis, ante productionem rescripti, ita ut non possint convalidari per taciturnitatem, & consensum partium.

Et quando sententia sit nulla ob errorem, vel ignorantiam arbitrii, & potestatis, quam habet ordinarius, vel delegatus, Menoch. *de arbitr. qu.* 75. *per tot.* Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. nu.* 167. *& seqq.*

Qualiter possit, & debeat delegatio probari, Mascard. *de probat. conclus.* 491. *&* 492. *per tot.* Vide Crescin. *in hoc oper. §. delegatio n.* 29.

8 Delegatus tenetur servare formam rescripti, aliàs dicitur sine jurisdictione, & omnia sunt nulla, cùm metiatur jurisdictionem suam à rescripto, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 938. *per tot. cap.* 960. *nu.* 41. *& cap.* 961. *num.* 10. *&c.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *n.* 48. *&c. fol.* 53. Altograd. *consil.* 2. *n.* 1. *lib.* 1. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 151. *nu.* 14. *& seqq. volum.* 2. ubi quod non potest excedere commissionem in modo, nec in forma, nec circa personas, res, tempus, causas, vel qualitates, vide Addit. ad Sanfelic. *dec.* 368. ubi ad quæ extendatur delegatio generalis. De Luc. *de Benef. disc.* 7. *n.* 8. *de Regul. disc.* 23. *n.* 5. *Miscell. disc.* 16. *n.* 13. *Annot. ad Concil. disc.* 26. *n.* 23. *&* 24., *& alibi*, ubi non fit extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam, latè Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 33.

Delegatus habet jurisdictionem minus favorabilem, & magis strictam, quàm sit ordinaria, quando autem ratione connexitatis, & dependentiæ possit extendi, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 960. *n.* 34. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 87. *nu.* 3. *&c.* vide in §. *Jurisdiction.* Sanfelic. *decis.* 368. *cum plena Addit. ubi plura, & decis.* 411. *cum Addit. per tot.* 9

Delegati plures simul, unus sine aliis nihil facere potest regulariter, Gratian. *discept. forens. c.* 474. *n.* 31. Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. deleg. n.* 36. Ricc. *Collect.* 3963. vide in §. *Judex. n.* 54. vide Salgad, 1. *part. de Retent. cap.* 10. §. *unic. à num.* 5. Mastrill. *decis.* 292. Christin. *decis.* 397. *vol.* 2. Crescin. ad Pen. *decis.* 144. 10

Quando autem unus sine aliis possit definitivè, vel interlocutoriè pronunciare, idem Gratian. *cap.* 812. *n.* 35. *&c.* Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 18. *nu.* 34. *&c.* Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. n.* 175. *& seqq. per tot.* ubi de ordinariis delegatis, & compromissariis, vide Ricc. *d. Collect.* 3963. *ubi in fine*, quod fuerunt rejectæ nullitates allegatæ, ex quo in omnibus actis non intervenerint, nec se subscripserint singuli, & omnes delegati per text. *in l.* 4. *C. quando provoc. non est necess.* Cabal. *resol. crim. cas.* 119. *nu.* 33. *& seqq. per tot.* ubi quòd licèt in sententia definitiva omnes Judices, vel major pars intervenire debeat, tamen secus est in interlocutoria, in qua potest unus solus ex ordinariis judicibus procedere, nisi habeat vim definitivæ, & licèt plures teneant secus esse in pluribus delegatis, ut unus non possit sine alio procedere, tamen ipse sequatur opinionem Castrensis, quam dicit pluries servatam vidisse, quod etiam unus ex delegatis ad unum, vel plures causas possit sine alio procedere, & interloqui, dummodò non sit interlocutoria, quæ finem jurisdictioni imponat, vel aliàs vim definitivæ habeat, vel sit magni præjudicii, prout tortura, ad quam nunquam voluit procedere sine Collega cum eo delegato. Crescin. ad Pen. *d. decis.* 144.

Delegatus an possit punire, & qua pœna impedientes suæ jurisdictionis exercitium, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 438. *per tot.* 11

Quòd delegatus extendat jurisdictionem ad omnia, quæ ejus jurisdictionem impediant, vel lædant, *cap.* 5. *de off. & potest. jud. delegat.* Sanfelic. *dec.* 368. *n.* 4. *cum Addit.*

Delegatus ad universitatem causarum, non amittit jurisdictionem per obitum delegantis, maximè quo ad inceptas, Gratian. *discept. for. cap.* 941. *n.* 9. *&c.* facit Menoch, *de arbitr. lib.* 1. *q.* 69. *per tot.*, *infra num.* 17. 12

Quando res non est integra, quo ad Commissarium, non expirat commissio per mortem Papæ delegantis, etiam in negotio particulari, secus autem re integra, Duran. *dec.* 397. *num.* 21. *& seqq.* Franch. *dec.* 155. Ricc. *Collect.* 1048. latè Bellon. *tract. de mandat. Jurisdict. cap.* 10. *q.* 3. *per tot.* ubi benè declarat an, & quando morte delegantis finiatur delegatio, vel non, quem sequitur Addit. ad Sanfelic. *decis.* 368. *vers. Delegatio*, plenè Addit. ad De Franch. *cit. dec.*

Delegatus sive sub nomine proprio, sive dignitatis, an, & quando transmittat arbitrium sibi datum ad suum successorem, & quid in negotio extrajudiciali, vide Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. qu.* 68. *per tot.* Speiel. *decis.* 32. *n.* 12. *& seqq. & decis.* 166. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1232. *&* 2601. latè Bellon. *tract. de* 13

man-

mandat. Jurisd. c. 10. q. 8. ubi pluribus modis distinguit, & declarat cum multis citatis, quem sequitur Addit. ad Sanfelic. *decis.* 368. *&* 411. Crescin. ad Pen. *decis.* 238. *in fine.*

14 Delegatus ad universitatem causarum, potest aliquam ex eis alteri committere, & subdelegare, ut videmus in Vicario Episcopi, qui licèt non possit vices suas in totum alteri demandare, & alium facere Vicarium, aliquas tamen causas, vel certam illarum speciem, committere, etiam sine speciali mandato, Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. deleg. nu.* 24. *&* 25. *vide in §. Vicarius.* Crescin. ad Abecclef. *observat. forens. part.* 1. *observ.* 3.

Quòd delegatus ad universitatem causarum loco ordinarii habeatur, Tosch. *litt. D, conclus.* 152. Sanchez *lib.* 2. *de matrim. disp.* 31.

An autem in delegatione universali omnium causarum veniant reservata Principi, allegat hincinde Addit. ad Sanfelic. *decis.* 368. ubi videtur affirmativam amplecti.

15 Delegatus ut possit de causis sibi commissis cognoscere, requirit quòd deleganti competierit, jurisdictio actu, & potentia tempore factæ delegationis, aliàs omnia acta essent nulla, & ideò si Proconsul, vel Legatus, sive alius officialis, antequam ingrediatur Provinciam sibi commissam, vel ante adeptam possessionem Officii, alteri subdeleget, non valet subdelegatio, ita ut nec sustineri possit ex facultate postea superveniente, & idem est si quovis alio modo jurisdictio delegantis fuerit impedita, vel suspensa, vel aliàs in eum efficaciter non translata, quia nemo potest in alium transferre id, quod penes se verè, & efficaciter non habet, Vant. *de nullit. ex defect. Jurisd. deleg. n.* 29. *& seqq.*

Ex quibus autem causis delegatus, reddatur incapax jurisdictionis sibi demandatæ, dixi *in §. Judex num.....*

Qui possint esse judices delegati, quæ causæ delegari, & à quibus Tusch. *litt. D, conclus.* 145. *& seqq.* Angel. Mattheac. *in tract. de offic. ejus per tot.*

16 Delegatus ut possit rectè procedere est considerandum, an causa sibi delegata, tempore delegationis esset ad forum delegantis devoluta, vel alio modo pertinens, an fuerit delegabilis, an commissio ritè impetrata, an contra defunctum, quia non teneret, qua forma fuerit commissa, quia si fuerit apposita aliqua conditio, debet priùs illa parte citata verificari, quo loco, & tempore fuerit demandata, quid in supplicatione narratum, an delegatus tempore habili usus fuerit jurisdictione sibi commissa, vel an aliquo modo expressè, vel tacitè, fuerit revocata commissio, & resoluta jurisdictio, vel aliàs suspensa, quia ex his multæ colligi possunt nullitates, Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. deleg. n.* 85. *& seqq. per tot.*

Qualiter autem sententia possit ab istis nullitatibus defendi, idem Vant. *d. tract. tit. Qualiter sent. poss. à nullit. deff. n.* 51. *& seqq.*

17 Delegatio qualiter expiret per lapsum temporis, per mortem, per revocationem, per substitutionem, vel subdelegationem, per sententiam, & aliis pluribus modis, vide Specul. *tit. de offic. deleg. §. fin. per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 95. *& seqq. fol.* 56. latè Bellon. *tract. de mand. jurisd. cap.* 10. *per tot.* ubi novem quæstionibus benè explicat, quibus modis jurisdictionis mandatum extinguatur *fol. mihi* 372. *& seqq.* Tusch. *litt. D, concl.* 555. *per tot.* Merlin. *decis.* 131. ubi qualiter expiret per sententiam. Salgad. 4. *part. de Protect. cap.* 6. *à n.* 10. *&* 66. *&* 2. *part. de Retent.* 12. *&* 19. *nu.* 47. Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *quæst.* 16. *tom.* 2.

Quod judex delegatus non possit regulariter suam exequi sententiam absque speciali commissione, & quando secus, Ridolphin. *in prax. p. pr. cap.* 13. *nu.* 629. *& seqq.* Paul. Christin. *dec.* 101. *num.* 11. *vol.* 4. ubi limitat in Delegato Principis, ut ipse possit suam exequi sententiam, Ricc. *Collect.* 1076. ubi quod delagatus Principis, vel stante contrario stylo suam exequitur sententiam.

Alia *vide in §. Causa, §. Judex, & §. Jurisdictio.*

18 Delegatus ad causam appellationis ab aliquo articulo, sive interlocutoria, si pronunciaverit benè appellatum, & malè judicatum, potest cognoscere etiam de negotio principali absque alia nova delegatione, & quando secus, latè Tusch. *litt. D, concl.* 153. *per tot.* ubi plures casus distinguit.

Materiam delegationis jurisdictionis, & judicum 19
tractant DD. citati plena manu à Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Delegatio, Delegatus,* & Com. August. Fontan. *in Bibliotb. legal. par.* 4. *cod. verb. fol.* 389. *&c.* Mattheac. *in eodem tract. de offic. ejus.* De Luc. *in Indic.* Fagnan. Brunnem. Altimar. & alii moderni.

Delegati Papæ possunt eorum sententias exequi, & 20
resistentes excommunicare Caprara *decis.* 213. *n.* 13. *part.* 1.

Delegati eorum Jurisdictionem, nec etiam de con- 21
sensu partium extendere possunt Palma nepos *decis.* 304. *n.* 18. maximè ad personas in rescripto non compræhensas *ibid. n.* 19. *tom.* 4.

Delegatus potest cognoscere de nullitate suæ Inter- 22
locutoriæ Altimar. *de nullit. rub.* 3. *q.* 2. *n.* 12. *& seqq.* & revocat suam interlocutoriam *dicta q.* 2. *n.* 31. 56. *& seqq. tom.* 1.

Delegatus an cognoscat de nullitate suæ sententiæ 23
Altimar. *d. rub.* 3. *q.* 8. *tom.* 1.

Delegatus an restituat adversus suam sententiam *d.* 24
q. 8. *n.* 13. *& seqq.*

Delegatus cognita nullitate sententiæ sibi comissa, 25
an possit cognoscere de meritis causæ Altimar. *d. rub.* 3. *q.* 11. *n.* 10.

Delegatus cognoscit negotium principale, quamvis 26
ab Interlocutoria sit appellatum, si sit ei comissa causa appellationis, & ipsum negotium principale Altimar. *d. rub.* 3. *q.* 15. *n.* 16.

A Delegato ad quem appelletur, & dicatur de nul- 27
litate Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *quæst.* 26. *tom.* 1.

Delegati Artium bancorum, si gravent, ad quem 28
appelletur Altimar. *loc. cit. rubr.* 3. *quæst.* 31. *tom.* 1.

Delegatus, ut validè exerceat suam jurisdictionem, 29
debet inserere rescriptum delegationis Altimar. *ubi supra rubr.* 4. *quæst.* 9. *n.* 59. *tom.* 1., Et quando citat, an teneatur inserere suam potestatem Idem *rubr.* 9. *quæst.* 4. *à n.* 7. *tom.* 1., Et an Judex delegatus teneatur exhibere rescriptum delegationis Idem *rubr.* 9. *quæst.* 3. *tom.* 1.

Delegati Principis sententia an recipiat appellationem Altimar. *loc. cit rubr.* 5. *q.* 37. *n.* 73. *&* 74. *tom.* 1.

Delegatus Sedis Apostolicæ est Episcopus, quando 30
visitat, & ideo ab ejus sententia non appellatur Idem Altimar. *loc. cit. rubr.* 5. *quæst.* 25. *n.* 5. *tom.* 1.

Delegatus ad causam possessorii, an possit cogno- 31
scere de causa petitorii Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *qu.* 12. *n.* 16. *tom.* 1.

Delegatus unius delinquentis an possit cognosce- 32
re alios condelinquentes Altimar. *loc. cit. rubr.* 9. *qu.* 12. *n.* 26. *tom.* 1.

Delegatus an, & quando possit cognoscere de offen- 33
sa sibi facta *rubr.* 9 *quæst.* 20. *nu.* 83. *& seqq. tom.* 1.

Et quid de facta suo Officiali *rubr.* 10. *quæst.* 14. *nu.* 61. *tom.* 2.

Delegatus, an possit cognoscere, an sua sit jurisdi- 34
ctio Idem *loc. cit. rubr.* 9. *quæst.* 21. *n.* 6. *tom.* 1.

Delegatus an possit exercere extra jurisdictionem 35
rubr. 9. *quæst.* 31. *n.* 46. *& seqq. tom.* 1.

Delegatus in quo loco Jus dicat Altimar. *de nullit.* 36
rubr. 9. *quæst.* 32. *n.* 4. *& seqq. tom.* 1.

Delegati jurisdictio expirat, lata sentẽtia Idem *rubr.* 37
9. *quæst.* 34. *n.* 3., An, & quando possit suam sententiam interpretari *ibidem n.* 42. *& seqq.*

Delegatus potest suspectus allegari Idem *rubr.* 9. *qu.* 38
44. *n.* 1. *tom* 1.

Delegatus judicans tamquam ordinarius an rectè ju- 39
dicet, & è contra, & quid si dubitet de delegatione, vel sit illius ignarus Altimar. *rubr.* 9. *quæst.* 49. *tom.* 1.

Delegato uno ex pluribus mortuo, expirat jurisdi- 40
ctio quoad alios Altimar. *rubr.* 9. *quæst.* 50. *n.* 5. *tom.* 1.

Delegati quibus personis possit Altimar. *de nullit.* 41
rubr. 10. *quæst.* 6. *à n.* 1. *tom.* 2. *& rubr.* 10. *quæst.* 13. *n.* 24. *eod. tom.* 2.

De legatorum potestas dependet à potestate dele- 42
gantis Idem *rubr.* 10. *quæst.* 14. *n.* 1. *& seqq. tom.* 2.

Delegatus ad certum genus personarum, an possit 43
cognoscere uxores, filios, & famulos illorum Idem

rubr. 10. *quæst.* 14. & *n.* 62. *tom.* 2.

44 Delegatus in causa conventionis, an possit cognoscere in causa reconventionis *ibidem n.* 54.

45 Delegatus ad universitatem causarum quis sit? Et ille æquiparatur Ordinario Judici Altimar. *rubr.* 10. *q.* 14. *n.* 57. *tom.* 2.

46 Delegatus si videt in rescripto delegationis aliquid deficere, debet supersedere, & consulere Principem delegantem Altimar. *rubr.* 10. *q.* 15. *num.* 37. & *seqq. tom.* 2.

47 Delegatus, quando possit subdelegatum revocare *rubr.* 10. *quæst.* 16. *n.* 25. *tom.* 2. & an possit causam subdelegatam reassumere *ibidem n.* 52.

48 Delegati an possint eligere notarios, & nuncios, an possint torturam inferre reis, & testibus, an possint exequi suas sententias, an remittere depositum factum coram ipsis ex causa nullitatum & alia Idem Altimar. *rubr.* 10. *quæst.* 17. *tom.* 2

49 Delegati in quo loco debeant proprium Tribunal erigere Altimar. *rubr.* 10. *quæst.* 17. *n.* 7. & 8. *tom.* 2.

50 Delegati habentes potestatem condemnandi, an habeant potestatem absoluendi Altimar. *rubr.* 10. *q.* 17. *n.* 11. & 12. *tom.* 2.

51 Delegatus quæ statuta servare debeat Altimar. *rubr.* 10. *quæst.* 17. *n.* 14. *tom.* 2.

52 Delegatus Judex dat curatorem minori litiganti coram se Altimar. *rubr.* 11. *quæst.* 4. *n.* 156. *tom.* 2.

§. DELICTUM XIII.

1 DElictum non præsumitur, & in dubio in foro fori (quicquid secus sit in foro animæ, in quo tutior pars est eligenda) facienda est; interpretatio exclusiva delicti, cùm in conflictu boni, & mali, lex favear innocentiæ, & exclusioni delicti, adeò ut si aliquis fuerit accusatus cognovisse mulierem per vim, & ita etiam testes deponant, intelligi debeat, accusatum passum fuisse vim à muliere ad exclusionem doli, & delicti, Bart. *in l.* 2. *in fine*, *ff. de duobus reis*, Marsil. *in repert. rub. ff. de fidejuss. nu.* 46. & *seqq.* Sperel. *decis.* 175. *num. pr.* & *seqq.* Quæ tamen illatio non admitteretur in practica per modernos criminalistas; & benè, ut etiam advertit idem Sperel. *loc. cit. num.* 2. *in fine*, licèt aliàs regula sit in se verissima, de qua Farinac. *quæst.* 85. *per tot.* Tusch. *litt. D. conclus.* 165. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 97. *per tot. vol. pr.* Ricc. *Collect.* 3262. Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 2. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 495. intelligendo ut dixi in §. *Dolus n.* 3. & in Pract. §. *Delitti num.* 49. & *seqq.* Conciol. *verb. Delictum resol.* 1. ubi quod dicta regula non procedit, quando militat aliqua præscriptio specialis inclusiva delicti, nec in actibus de sui natura malis, & de jure prohibitis, & *in verb. Interpretatio resolut. unic.* vide Basilic. *dec. crimin.* 18. à *n.* 3. Vela. *dissert.* 10. à *n.* 47. Mantiss. ad De Luc. *decis.* 6. *n.* 9. *libr.* 10. *vol.* 2., ubi quod ad excludendum delictum omnis capienda est interpretatio Dom. meus Advoc. Cabrun. *luc.* 34. *nu.* 11. ubi quod delicta non sunt præsumenda.

2 Delictum non præsumitur sine causa commissum, unde si constet aliquem, alium occidisse, cum quo nullum odium, vel inimicitiam habebat, præsumitur fecisse ad instantiam, & requisitionem alterius, & absque aliis inditiis potest torqueri, ut nominet mandantem, Farinac. *num.* 154. *de indic.* & *tort. quæst.* 37. Addit. ad Ambrosin. *Process. informat. fol.* 459. *decis.* 58. vide *in* §. *Causa num.* 26. Conciol. *verb. Mandatum resol.* 4. *in verb. Reus resol.* 10. *num.* 7.

Quòd cessante, vel non existente causa delicti, cessent etiam inditia, & præsumptiones delicti, cùm nemo præsumatur sine causa delinquere, & ideò requiratur causa, & non levis, sed proportionata delicto, ita ut si non adsit corruat etiam confessio rei; sicut è contra ex causa delinquendi oriatur indicium, quod tamen tanquam remotum non sufficit ad torquendum, nisi alia concurrant adminicula, benè Conciol. *verb. Delictum resol.* 5. Majoran. *in Opoprax. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 157. *et seqq. fol.* 233. vide *in* §. *Confessio nu.* 40. *in Addit.*

Quòd & qualiter debeat delictum constare, ut possit delinquens puniri, vel contra eum procedi, Clar. §. *fin. q.* 4. latè Tusch. *litt. D. concl.* 171. *per tot.* & dixi *in* §. *Corpus delicti*. Carpzov. *in prax. part.* 3. *quæst.* 108. *n.* 39. & *seqq. quæst.* 136. *n.* 98. Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 20. *tom.* 2.

Quòd delictum præsumatur commissum ab eo, cujus interesse concernit; sicut idem est in aliis actibus, qui præsumuntur facti ab illis, quorum interesse respiciunt, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 529. *per tot.* cum aliis per Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 278. *n.* 8. *et* 13. Rot. *rec. p.* 1. *dec.* 529. *per tot.* Matheu. *de re crimin. controv.* 47. *n.* 13.

Delictum sine dolo commissum non punitur pœna ordinaria pro illo imposita, sed alia minori arbitrio judicis pro qualitate facti, & personarum, ut latè loquendo in homicidio declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 324. *per tot.* Farinac. *q.* 87. *inspect.* 1. *et* 2. *per tot.* vide *in* §. *Statutum puniens num.*.... 3

Quòd delicta ex proposito, & voluntate delinquendi distinguantur, latè Tosch. *litt. D*, *concl.* 160. *per tot.* Carpzov. *in prax. part. pr. quæst.* 1. *n.* 18.

Delictum dormientis non punitur, cùm dormiens tempore delicti non sit mentis compos, benè verum est, quòd si sciat talia sibi evenire solere in somniis, teneretur de culpa, nisi caveat, & posset extraordinariè puniri, Clar. §. *fin. q.* 60. *vers. quæro etiam*, Menoch. *de arbitr. cas.* 327. ubi etiam quod non peccat, si quid contra licitos mores faciat, nisi posteà expergefactus à somno ratum habeat, quod malè fecit, Farinac. *quæst.* 98. *num.* 62. & *seqq. ad* 77. 4

De delicto obsessi, à Dæmone, an possit puniri, & alia ad rem, Grivel. *decis.* 33. *per tot.*

De delicto ebrii, vel furiosi, vide *in* §. *Ebrietas*, *et* §. *Furor.* De Delicto ira commisso Carpzov. *in prax. part. pr. quæst.* 38. *n.* 62. *et* 63. Vide Bellegrand. *in compendios. rer. criminal. method. tract.* 4. *quæst.* 19. *n.* 7.

Delictum commissum in ludis, vel spectaculis publicè permissis, an & quando sit punibile, vel non, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 400. *per tot.* ubi novem casus distinguit Farinac. *q.* 126. *part. pr. nu.* 25. *et seqq.* ubi etiam Vulpin. *in suco num.* 6. *etc.* vide *in* §. *Homicidium num.*... 5

Multa de delictis imprudenter, & citrà dolum commissis, Menoch. *de arbitr. cas.* 324. Alexan. *consil.* 140. *lib.* 2. cum aliis per Magon. *decis. Luc.* 36. *n.* 23. *ubi Addit.* Basilic. *dec. crimin.* 18. *per tot.*

Quod casualiter commissa non puniantur, Ricc. *Collect.* 3238. Basilic. *cit. dec.* 18.

Delictum clam commissum graviùs punitur, quando sumus in genere permissorum ex sui natura, & principio, nam videtur dolosè facere qui facit clam id, quod palam facere poterat; quando verò sumus in genere prohibitorum de sui natura, & principio graviùs punitur palam, quàm clam commissum ratione scandali, Clar. §. *fin. q.* 60. *vers. sed an forte*. 6

Et quando ex actu palam gesto resultet exclusio delicti ad plura inferendo, tradit Menoch. *de arbitr. cas.* 244. *per tot.* vide *in* §. *Actus num*.... *et* §. *Malum*.

Delicta omnia regulariter spatio 20. annorum præscribuntur, ita ut nec per judicem possit ulteriùs de illis inquiri, sive sint publica, sive privata, aliàs judex contrafaciens posset graviter puniri, etiam quod statutum daret liberam facultatem inquirendi, vel etiam quod delinquens spontè fateatur delictum; istud autem tempus in delictis, iteratis, & continuatis, sive manifestis, sive occultis, incipit tantùm à die ultimi delicti, & non primi, & à die commissi, non à die, quo pervenit ad notitiam Curiæ, excepto crimine adulterii, quod quinquennio præscribitur, sicut stuprum, lenocinium, & incestus, debet tamen in omnibus prædictis opponi præscriptio, & durat perpetuò ad excipiendum, latè Guaz. *deff.* 2. *cap.* 2. *per tot.* Clar. §. *fin. q.* 51. Cabal. *resolut. crim. cas.* 5. 6. 7. *et* 239. Farinac. *quæst.* 10. *per totum* Card. Tusch. *litt. P. conclus.* 571. Thom. Trivis. *decis.* 5. *lib.* 2. *et decis.* 59. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *nu.* 357. *et seqq. ad* 382. *fol.* 498. Ricc. *Coll.* 208. Sansel. *decis.* 378. *per tot. cum Addit. et decis.* 393. ubi qualiter præscriptione viginti annorum excludatur fiscus à bonis sibi ob delictum etiam ipsò jure delatis, & non incorporatis, vide in §. *Fiscus*, & dixi in Pract. §. *Malefizi* 7

lefizi

lefizi per tot. ubi plura, & quid servetur in partibus Etruriæ juxta legem municipalem de die 22. Septembris 1562. & *in §. Prescrizione*. Boer. *dec.* 26. Antonell. *de Tempor. legal. cap.* 82. Bertachin. *vot.* 114. *num.* 2.

Valere statutum, quòd delicta minori tempore præscribantur, & alia ad rem, Conciol. *resol. crimin. verb. Delictum resolut.* 7. *et ad stat. Eugub. cum Addit.* Romaguer. *lib.* 4. *rubr.* 2. *per tot.*

Amplia ut dicta præscriptio possit opponi quandocunque etiam post litam contestatam, imò & post sententiam ad illam annullandam, & impediendam executionem, Addit. ad Capel. Tholos. *q.* 67. ad Magon. *decis. Luc.* 31. *litt. B*, Balb. *de præscript. par. pr. q.* 9. Farinacc. *q.* 10. *num.* 35. cum aliis, quos refert, & sequitur Guaz. *loc. cit. n.* 10. *& seqq.* ubi pluribus aliis modis ampliat, & declarat ac in terminis dictæ legis municipalis Florentiæ, annullando, & cassando sententiam post decursum tempus præscriptionis à die commissi delicti latam, per oppositionem post ipsam sententiam factam, porrectis precibus Serenissimo Magno Duci, & causa commissa Magistratui DD. Octo, fuit resolutum de anno 1676. ad favorem Vincentii Belli Chirurgi de S. Joanne, ut in Giornali 649. à c. & antea sæpè, ut notavi *in Addit. dictæ Praxis*.

Caveant delinquentes, ne confiteantur delicta, etiam post præscriptionem, cùm hoc casu magna sit inter Doctores controversia, ut videri potest per Farinac. *dict. quæst.* 10. *num.* 34. Guaz. *ubi sup. num.* 17. *& def.* 38. *cap.* 21.

Licèt verior sit opinio, ut etiam ex confessione emanata post completam præscriptionem non possit sequi condemnatio, Franch. *decis.* 653. *&* 654. Carpzov. *in Praxi q.* 141. *nu.* 29. Mascard. *de probat. conclus.* 351. *num.* 15. Cabal. *cas.* 5. *num.* 6. Phæb. *decis.* 33. *num.* 11. Farinac. *loc. cit.* & alii passim, ac ita in contingentia facti servatum fuit per Magistratum DD. Octo Florentiæ sub die 15. Octobris 1676. in causa contra Dominicam Cineagliam de Marciano. Latè, Add. ad Defranch. *cit. dec.*

Et quando quis fuit in contumaciam condemnatus ante præscriptionem, potest semper sententia executioni demandari, nulla obstante præscriptione post sententiam completa, vel decursa, Cabal. *resol. crim. cas.* 239. Cartar. *de execut. sent. cap. bannit. cap. fin. nu.* 313. *& seqq.* Thess. *decis.* 76. Bardellon. *cons.* 40. *num.* 2. *lib.* 1.

Si tamen sententia esset nulla ex defectu citationis, vel hujusmodi, non potest reus haberi pro contumace, neque pro confesso, neque pro condemnato, cùm id, quod nullum est, nullum producat effectum, ac ideò captus, & carceratus, atque ex dicta nullitatis causa ad novas defensiones admissus, si à die commissi delicti effluxerit tempus præscriptioni necessarium, potest ipsam præscriptionem allegare, ac debet liberari, & in pace dimitti,]ad latè tradita per Sanfelic. *decis.* 387. *per tot cum Addit.* Zuff. *de legit. process. q.* 93. *num.* 12. *& seqq.* Cabal. *d. cas.* 239. *num.* 13. Cartar. *d. cap. fin. n.* 150. *&* 186. Scacc. *de jud. cap.* 97. *num.* 180. 197. Carpan. *ad stat. Medial. cap.* 122. *num.* 30. *&c.* Baron. *de citat. q.* 9. *&* 45. *num.* 23. 59. *&* 80. ac ita per prædicta fuit decisum Florentiæ in terminis legis municipalis in causa contra Sebastianum Guccioriuum de mense Martii 1670. prout in Giornali Magistratus DD. Octo Balliæ Virorum 628. à c. 3. & postea sæpè, Altimar. *de nullit. tom. pr. part. pr. rub.* 4. *q.* 9. *num.* 65. *& seqq.* quem refert, & sequitur Francis. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib. pr. rub.* 9. *nu.* 29. ubi quod præscriptio delicti non potest opponi à foriudicato, seu condemnato delinquente ad impediendam sententiæ executionem.

Sed huic difficultati fuit opportunè occursum in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ per legem declaratoriam sub die 15. Novembr. 1667. qua fuit cautum condemnatos in pœnam vitæ, vel tritemium ante completam præscriptionem, non posse uti beneficio præscriptionis municipalis brevioris, non obstante qualibet nullitate, ex qua fuerint admissi ad novas defensiones, sed recurri ad jus commune, ut dixi in mea Praxi novæ impressionis anni 1681. *in §. Malefizi num.* 14. ubi plura.

Quòd contumaces habiti pro confessis vigore statuti, vel consuetudinis possint condemnari, etiam post peremptam instantiam, Cart. *dict. tract. cap. pr. num.* 50. quamvis referat in contrarium Roland. *cons.* 94. *num.* 13. *lib.* 3. vide Guazz. *dict. def.* 2. *cap.* 2. *nu.* 51. *& seqq.* & alios supracitatos.

Quod post peremptam instantiam in causis criminalibus remaneat extincta omnis actio fisci, & accusatoris, nec possit procedi, quamvis superveniret confessio inquisiti, qui etiam fuerit antea carceratus, lis ei contestata, tortus, & dimissus sub fidejussore in forma, & non definitivè absolutus, Franch. *decis.* 653. *&* 654. *per tot. vide in §. Instantia num.* 15. latè Add. ad De Franch. *cit. dec.*

Sunt tamen nonnulla delicta, quæ propter illorum atrocitatem non præscribuntur, & possunt rei dum vivunt perpetuò accusati, & puniri nempè hæresis, læsa majestas, apostasia, assassinium, falsa moneta, simonia, concussio, abortus, partus suppositio, parricidium, stuprum violentum, latrocinium & similia atrocia, Marsil. *in l. qui falsum, §. Accusatio, ff. ad leg. Cornel. de fals.* Bonifac. *de furt. §.* 7. *n.* 38. *&* 39. Trivis. *decis.* 5. *lib.* 2. ubi contra quoad simoniam, Farinac. *q.* 10. *num.* 29. *& seqq. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *n.* 233. *fol.* 491. dixi in Pract. *§. Malefizi nu.* 13. ubi etiam an dicta præscriptio procedat tantùm quoad actionem criminalem, vel etiam quoad civilem pro interesse partis, quæ solet 30. annis durare, de quo Gloss. *in l. querela, C. ad l. Cornel. de fals.* Bonifac. *§.* 12. *num.* 76. *et seqq.* Farinac. *d. q.* 10. *num.* 24. *etc.* vide Cartar. *de execut. sent. capt. bannit. cap. fin. n.* 315.

Quod in omnem casum delicta præscriptione extincta possint cumulari cum novis ad augendam illorum pœnam præcipuè in furtis, & aliis delictis famosis, Ricc. *Collect.* 2559. vide in *§. Furtum num....*

Delictum, an sit puniendum secundum leges, & statuta, vel bannimenta de tempore, quo commissum fuit, vel potius secundum leges, & bannimenta renovata tempore sententiæ, vide Cabal. *resol. crim. cas.* 156. *per tot.*

Et an secundum leges, & statuta loci commissi delicti, vel originis, sive domicilii delinquentis, Bart. *in l. cunctos populos nu.* 47. *et seqq. C. de summ. Trinit.* Clat. *§. fin. q.* 85. *num.* 4. Cabal. *cas.* 162. *num.* 33. *etc. et cas.* 129. *nu.* 17. *etc.* Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 381. *num.* 32. Sanfelic. *decis.* 393. *nu.* 11. dixi in Pract. *§. Delitti num.* 56. *et §. Statuti num.* 12. Everard. *loc. à contract. ad delict. n. pr.*

Qualiter publicè intersit delicta puniri, latè Tusch. *litt. D, concl.* 157. *per tot.* Carpzov. *in prax. part.* 3. *quæst.* 139. *n.* 18.

Delictum quando dicatur successivum, ad hoc ut commissum à famulo, possit dici cum scientia domini, & de illo teneatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 625. *num.* 39.

Et quando dicatur commissum voluntate patris, domini, affinis, vel amici, Menoch. *resol. crimin. cas.* 158. *per tot.*

Delictis pluribus resultantibus ex eodem facto, puta homicidio, ad quod perpetrandum intervenerit delatio armorum, plura vulnera, vel similia, an majus absorbat minus, ita ut unica tantùm pœna, & non plures pœnæ sint infligendæ, latè Cabal. *resol. crimin. cas.* 158. *per tot.* Farinac. *q.* 22. *per tot.* Giazarel. & Addent. *decis.* 90. *per tot.* vide in *§. Delatio num.* 4. *§. Homicidium num... et §. Pœna num....* Sic etiam præparatoria, ut limare gladium in majori delicto consumantur Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 2. *n.* 8.

An autem, & quando delicta continuata, vel reiterata dicantur unum delictum, vel plura, ita ut una pœna, vel plures sint imponendæ, Tusch. *litt. D, conclus.* 169. *per tot.* Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 4. Farinac. *q.* 108. *num.* 170. & dixi in Pract. *§. Delatori num.* 10. ubi de armorum delatione, idem Farinac. *q.* 22. *per tot.* Delictum ejusdem speciei & cum eadem persona, licèt plura numero, unicum reputatur, cum diversis verò, vel cum eadem persona, sed diversæ speciei multiplicatur Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 2. *n.* 7.

11 Delictum commisisse se jactans, & glorians, potest de hujusmodi jactatione arbitrio judicis puniri, sive verum sit delictum, sive non, per tex. in *cap. fin. grave de excess. Prælat.* Menoch. *de arbitr. cas.* 331. *per tot.* Boer. *q.* 108. *in fine*, ubi tamen de hoc dubitare videtur, Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 22. *nu.* 132. *& seqq.* ubi allegat, & sequitur Menoch. *loc. cit.* Ricc. *Coll.* 1542.

An autem jactantia de aliquo peccato habeat eandem malitiam ipsius peccati in confessione explicandam, & quando sit peccatum, vel non Dian. *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 44. *& par.* 9. *tract.* 20. *per tot. & par.* 11. *tract.* 7. *resol.* 36. *per tot.*

12 Delicti futuri conscius, an & quando teneatur illud detegere, & ei obviare, quòd hunc locum refert, & sequitur Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 3. *nu.* 15. quid in foro conscientiæ, de jure canonico, & de jure civili, quid in crimine læsæ majestatis, & similibus, Menoch. *de arbitr. cas.* 355. *per tot. cas.* 473. *num.* 40. *cas.* 137. *num.* 27. *& seqq. & cas.* 414. Farinac. *qu.* 51. *per tot.* Gigas *de crim. læs. Majest. quæst. fin.* Gabriel. *comm. conclus. lib.* 7. *tit. de malef. conclus. ult.* Franch. March. *decis. Delfin.* 780. Cardin. Tusch. *litt. R. conclus.* 310. Clar. & Bajard. §. *fin. quæst.* 87. *per tot.* facit idem Tusch. *litt. P. concl.* 894. vide §. *Malum num.* 7. §. *Scientia n.* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 625. *num.* 12. *& seqq.* Sanfelic. *decis.* 30. *num.* 7. *&c.* ubi quod uxor tenetur de scientia necis viri, quoad pœnam tamen relinquit cogitandum, an sit locus ordinariæ, Larrea *allegat. Fiscal.* 65. *per tot.*

Quod ad detegendum delictum possint non solùm testes verisimiliter informati, & negantes torqueri, ut dixi *in* §. *Testes num.* 14. *&* §. *Tortura num.* Guaz. *def.* 19. *per tot.* verùm etiam principalis offensus recusans manifestare delinquentem possit per torturam compelli, quando Judex de eo est certus, secus autem si delictum fuisset de nocte commissum, vel in nundinis, vel multitudine gentium, vel in similibus casibus, in quibus esset verisimilis ignorantia, Addit. ad Thesaur. *dec.* 42. Card. Tusch. *litt. T. concl.* 333. *in fine*, Farinac. *q.* 78. *num.* 197. Guaz. *deff.* 19. *cap.* 4. *num.* 5. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 179. *n.* 38. *& seqq.* Conciol. *verb. Offensus resol. pr.* ubi ampliat etiam ad hæredes interfecti, ut cogi possint ad detegendum delinquentes, ne occultentur.

Quæ tamen Doctrina cùm fuisset proposita in casu cujusdam stupratæ, quæ dicebat fuisse ab incognito compressam, ut manifestaret stupratorem, non fuit approbata sub die 26. Februarii 1677. in processu Vici Pisani contra Alexandrum Borli, & Pompejum Batini, ut videre est in filcia Negotiorum Magistratus DD. Octo Balliæ Florentiæ sub num. 2250. Sed in stupro militant rationes diversæ.

Quomodo intelligenda sint bannimenta imponentia pœnam capitalem non revelantibus delicta, Palma *cons.* 97. *per tot.* ubi ut minùs derogent juri communi, quàm sit possibile, & ideò non obligare eos, qui ex privilegio juris non tenentur revelare, ut consanguinei, affines, & illi, qui sciunt in secreto, nec eos, qui probare non possunt, & in omnem casum scientia debet esse certa, plena, indubitata cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantiis ex proprio visu, vel alio sensu proprii corporis, aliàs non est locus pœnæ bannimentali, ut plurimis citatis singillatim probat, & vide in §. *Malum num.* 7. *et in* §. *Scientia num.* 7.

Et quod non solùm testes, verùm etiam ipsi principales offensi, possint cogi ad se examinandum, & indicandum offendentes, & sic revelare etiam delicta jam commissa, Farinac. *qu.* 78. *num.* 197. cum aliis per Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 19. *nu.* 223. *fol.* 385. vide in Pract. §. *Delitti num.* 2. *&* 5. ubi quid in hoc disponant leges municipales Status Etruriæ, dixi §. *Denunciatio nu.* 11. *et* 12. Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 255. ubi quando de jure canonico quis teneatur manifestare delictum, illique obviare, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 394. *vers. Circa hoc, ut vers. Et dum, etc.* ubi quòd quis non tenetur denunciare delictum commissum, nec committendum, nisi in crimina parricidii, & læsæ Majestatis; neque obviare delicto, nec succurrere offenso acclamanti, & alia; sed ego intelligo in foro fori, & ad evitandam pœnam, secus autem in foro conscientiæ, ut dixi in locis citatis, & præcipuè *in* §. *Scientia num.* 6.

Quod de jure communi nemo teneatur revelare delinquentes, nisi in crimine læsæ Majestatis, quando potest probare, & non habet sub secreto, nec potest excusari ob metum, vel oblivionem; & in causa hæresis, in qua quilibet omninò revelare tenetur, quia ex se facit magnum judicium, nisi tanquam inimicus accuset, Thom. Trivis. *decis.* 51. *per tot. libr.* 2. ubi vide cum citatis, latè, ac benè declarantem Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 2. §. 1. *per tot. &* §. 4. *num.* 73. *& seqq.* ubi quinam possint excusari à revelando delictum vigore edicti id jubentis sub pœna extra casus hæresis, & læsæ Majestatis, *vide in* §. *Denunciatio num.* 12. *&* §. *Indultum sub num.* 12. *&* §. *Banna num.* 12. Quid in Delictis S. Offic. vide Caren. *de S. Offic.*

Delictum in aliquo loco notorium notorietate juris, vel facti, vel famæ, an possit alibi publicari, ubi ignoratur, & apud illos, qui cognoscunt imputatum, dic quod sic, dummodò absit mala intentio, & non est peccatum mortale contra justitiam, de cujus rigore nemo tenetur servare famam illi, qui jam eam amisit: posset tamen esse veniale, imò aliquando grave & mortale si non contra justitiam, saltem contra charitatem, si talis publicatio non procedat ex bona intentione, ut benè explicat P. Manac. *Nucl. Melanc. Interrog.* 199. *fol.* 305. & ideò meliùs est semper abstinere ubi non interest Reipublicæ tale delictum detegi, cùm ex charitate teneamur aliis non facere id quod nobis fieri displicet, adde Dian. *par.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 17. *& part.* 14. *tract.* 4. *resol.* 128. qui ad tollendos omnes scrupulos probat non esse peccatum, nec contra justitiam, nec contra charitatem; Sed tu intellige ut supra cessante mala intentione, aliàs secus, vide eundem Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *resol.* 5. *per tot.* Vide Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 1. *quæst.* 13. *& quæst.* 14. *& tract.* 2. *quæst.* 4. 13

Delictum omne, quod caret suo speciali, & proprio nomine, stellionatus nomen assumit, sic dictum à stellione animale simili lacertæ, & fraudolentissimo, ac multùm invido, puniturque pœna extraordinaria arbitrio judicis juxta qualitatem doli intervenientis, Boss. *tit. de crimin. stell.* Menoch. *de arbitr. cas.* 381. *per totum*, Bonifac. *de furt.* §. 9. *num.* 100. *etc.* Farinac. *qu.* 19. *n.* 32. *etc.* Tusch. *litt. S. conclus.* 691. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 202. *num.* 13. *etc. vol.* 4. *& ad leg. Municip. tit.* 7. *art.* 5. late Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 288. *nu.* 11. *et seqq. per tot.* Olea *de cess. jur. tit.* 7. *qu.* 2. *per tot.* Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 288. *num.* 6. *et seqq.* ubi de petente debitum jam solutum, Pareja *de Edit. tit.* 2. *resol.* 6. *à num.* 37. ubi de delictis nominatis, & innominatis Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 473. *sub n.* 1. 14

Delictum commissum per laicos in Ecclesia, vel alio loco sacro, sive immuni, à quo judice puniatur, an ab Ecclesiastico ratione loci, vel à sæculari ratione personarum delinquentium, dixi in meis resol. *cap.* 9. *per tot.* vide in §. *Delinquens num.* 7. §. *Laicus num.* 4. *et* §. *Sacrilegium* 2. Bertachio. *vol.* 40. *sub num.* 1. ubi optimè. 15

Delictum causa, & amore alterius commissum, licèt eo non mandante, nec re cum illo pertractata, quoad eum, nulla pœna videtur puniendum secundum multos, quamvis alii teneant esse locum pœnæ arbitrariæ, de quo vide Osasch. *dec.* 104. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 471. *per tot.* facit quod dixi *in* §. *Mandatum num.* ... 16

An autem & quando ratificans delictum jam commissum possit puniri, vide in §. *Ratificatio num.* 24.

Quod delictum præsumatur commissum ab eo, cujus interesse respicit; si tamen plures sint, qui possint habere interesse, præsumptio redditur æquivoca, & non possit in ea fieri fundamentum, Ludovis. *decis.* 96. ubi de recursu Clericorum ad judices laicos.

Delictum, an & quando possit probari per scripturam, vel instrumenta, vide Genu. *de script. privat. lib.* 1. *qu.* 25. *per tot. fol.* 57. *& qu.* 4. *num.* 108. *fol.* 12. Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 174. Farinac. *qu.* 84. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1713. Mascard. *de probat. conclus.* 460. *&* 499. Caren. *de Offic. S. Inquisit. par.* 3. *tit.* 4. §. 1. *fol.* 265. Matthæu. Sanz. *contr.* 28. ubi latè con- 17

tra

tra Farinac. ſuſtinet rectè probari delictum per ſcripturam, vel inſtrumentum, vide Zuff. *de legit. proceſſ. lib. 1. qu. 41. per tot.* Franciſ. de Angelis *de confeſſ. lib. 3. qu. 18. per tot.* ubi quòd talis probatio operatur tanquam extrajudicialis confeſſio, & alia ad rem, remittendo ſe ad Farinac. *dict. quæſt.* 84. Valenzuel. *conſ.* 26. *num.* 14. & Giurb. *obſervat.* 76. *num.* 16.

Quod delicta probentur cum difficultate, cùm pauci ſint, qui pro fiſco velint deponere, qualiter probentur per confeſſionem extrajudicialem, teſtes, inſtrumenta, & aliis modis, Tuſch. *litt. D. concl.* 172. & *ſeqq.* Maſcard. *d. concl.* 460. *cum ſeqq.* & *concl.* 493. & *ſeqq.* ubi qualiter probentur per præſumptiones, per teſtes, per famam, confeſſionem extrajudicialem, fugam, inſtrumentum, tranſactionem, & veniæ petitionem.

18 Delicta commiſſa in confinibus duorum territoriorum, ita ut dubium ſit in quorum altero fuerint patrata, vel quando ex uno territorio emittitur ſagitta, vel exoneratur ſclopus contra exiſtentem in alio territorio, & ſimilibus caſibus, ſpectant ad cognitionem utriuſque judicis dictorum territoriorum, & eſt locus præventionis, Clar. *§. fin. qu.* 38. *num.* 9. Farinac. *qu.* 7. *num.* 52. Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 170. *fol.* 87. & *ibidem num.* 187. Salgad. *de reg. poteſt. par.* 1. *cap.* 2. *§.* 4. *num.* 17. Tondut. *de prævent. par.* 2. *cap.* 31. *num.* 7. Card. Tuſch. *litt. D. concl.* 168. *per tot. et concl.* 170. dixi in Pract. *§. Archibuſi num.* 27. *et §. Delitti num.* 55. *et* 56. vide in §. *Præventio num.* Vide Brunnemann. *Cod. lib.* 3. *tit.* 13. *auth. qua in Provincia à n.* 9. *col.* 199.

Et de delictis cœptis in uno loco, vel territorio, & completis in alio, qualiter itidem poſſint puniri à judicibus utriuſque territorii ſalva præventione, Pac. Jordan. *loc. cit. num.* 194. *et ſeqq. fol.* 89. & alii ſupracitati, qui aliquibus modis limitant, & declarant Tuſch. *d. concl.* 168. *per tot.* Dian. *par.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 33. ubi ad effectum incurrendi cenſuras, vel caſum reſervatum, an delictum ſufficiat eſſe inchoatum, vel conſummatum in loco, ubi viget hujuſmodi diſpoſitio, Carpzov. *in prax. par.* 3. *quæſt.* 110 *nu.* 23.

19 Delicta de nocte commiſſa dicuntur difficilis probationis, & ideò probantur præſumptionibus, & conjecturis, ad effectum imponendi pœnam extraordinariam mitiorem, non autem ordinariam pro qua probationes luce meridiana clariores (ut dici ſolet) requiruntur vide §. *Probatio num....* Conciol. *verb. Delictum reſol.* 11. ubi qualiter delicta difficilis probationis poſſint præſumptionibus, & conjecturis probari, & ad quos effectus, *et verb. Nox reſol. pr.* ubi quod commiſſa de nocte dicuntur difficilis probationis, & poſſunt præſumptionibus, & conjecturis, vel etiam per teſtes inhabiles probari, & quando dicatur nox, vel dies, ad hunc, & alios effectus, vide *in §. Dies num.* 2. & *§. Statutum augens num.* 7. Carpzov. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 18. & *quæſt.* 49. *nu.* 61. *part.* 3. *qu.* 148. *n.* 49. *et ſeqq. ubi de delictis occultis.*

Alia plura dixi in Pract. *§. Delitti per tot.*

20 Delictum quando dicatur conſummatum, vel attentatum, & quando utroque, vel neutro modo commiſſum, vide Tuſch. *litt. D. concluſ.* 166. *per tot.*

Quod autem negligentia, & ommiſſio in faciendo ea, ad quæ quis tenebatur tranſeat in delictum de per ſe, & dicatur delictum conſummatum, dum omittens tenebatur ad factum, quia non facere quod quis facere debet, eſt delictum, ſicut eſt delictum facere, & ideò tunc delictum in omittendo efficitur delictum in committendo, ut benè ratiocinatur Rovit. *deciſ.* 36. *num.* 11. & *ſeqq.* & dixit Rot. Florent. in Piſana Officii Maſſacii Montis Pietatis die 21. Novembr. 1676. in Motivis *verſ. Exercendi officium in fine*, Creſp. de Valdaur. *obſer.* 98. *n.* 10. *et ſeqq.* Amaya *in Cod. lib.* 10. *de canon. largit. lib.* 2. *num.* 17. & *ſeqq.* Carleval. *de judic. tom. pr. tit. pr. diſp.* 2. *num.* 518. & *ſeqq.* Cabed. *deciſ.* 87. *num.* 5. *par.* 2. & ego latè in Motivis in cauſa Magonæ de anno 1687. *num.* 102. & *ſeqq.* & *n.* 144. quæ erunt impreſſa inter reſolutiones, vide Barboſ. *l.* 25. *num.* 70. *et* 96 *de Judic.*

Qualiter puniatur delictum conſummatum, & attentatum, latè idem Tuſch. *litt. D. concl.* 167. *per tot.* vide in §. *Affectus.*

Delictum poteſt regulariter cognoſci per quatuor judices, nempè originis, domicilii, delicti, & loci, in 21
quo delinquens pluriniùm converſatur *l. pr.* ubi DD. *C. ubi de crim. ag. oport.* Jodoch. *pract. crimin. cap.* 55. *in fin.* Covar. *pract. quæſt. cap.* 10. Ricc. *Collect.* 2946. ubi etiam quod judex originis, vel domicilii non poteſt remittere delictum à ſubdito ſuo extra territorium commiſſum, cùm talis remiſſio ſpectet ad judicem loci commiſſi delicti, ut latiùs ibidem declarat inſerendo Conſultationem Jo. Mariæ Novar. *vide in §. Delinquens num.* 6. *§. Judex nu.* 45. & *§. Forum*, ubi quod in aliquibus locis, & nominatim in Dominio Veneto, & Florentino, non ſolet procedi contra ſubditos alibi delinquentes, niſi in atrociſſimis. De iſta concluſione ad quos judices ſpectet cognitio delictorum, & illorum gratia, latè videndus Sanfelic. *deciſ.* 336. cum plena additione, ubi habentur plura notabilia, & præcipuè ad intellectum, *l. nullum*, *Cod. de teſt.* de quo latiùs idem Sanfelic. *in Praxi ſect.* 25. *per tot.* Vide Brunnemann. *in dict. l. pr. C. ubi de crim.*

Delicta in mari commiſſa ſpectant ad cognitionem 22
Judicis territorii, cui mare adjacet per centum milliaria intus mare, Angel. Bart. & alii *in rub. l. unic. C. de claſ. lib.* 11. DD. *in l. Inſulæ, ff. de jud.* Marſil. *in leg. fin. num.* 283. *ff. de juriſd. omn. jud.* Oſaſch. *deciſ.* 515. *num.* 3. Franch. *deciſ.* 142. *nu.* 6. Ricc. *var. reſol.* 13. *num.* 5. Sanfelic. *dec.* 419. *num.* 18. ubi tamen quod in Regno Neapolitano ſpectant ad Magnum Admiratum, & ejus Magnam Curiam, de cujus origine, privilegiis, & juriſdictione multa ibidem *per tot.* & quoad delicta in mari commiſſa, idem Sanfelic. *in Praxi ſect.* 25. *num.* 19. Caldas Pereyra *conſil.* 26. *num.* 6. & *ſeqq.* Cabed. *deciſ.* 46. *par.* 2. latè de more Add. ad De Franch. *cit. deciſ.*

Delicta alia ſunt Eccleſiaſtica, alia ſecularia, & alia mixti fori, de quibus Conciol. *verb. Delictum reſol.* 2. ubi refert plura delicta mixti fori, & alia, Farinac. *qu.* 8. *per tot.* Guaz. *def.* 1. *cap.* 51. Vela *de Offic. Ordin. part.* 1. *à num.* 18.

De delictis commiſſis in viis publicis, & Regalibus, 23
cujus ſit cognitionis, an Baronum, & feudatariorum, vel potius Principis ſupremi, Franciſc. Romaguer. cum pluribus citatis in Addit. ad Conciol. *ſtat. Engub. lib.* 3. *rubr.* 54. *num.* 7. & *ſeqq.* vide in §. *Feudum num.* 26. Carpzov. *in prax. quæſt.* 110. *à num.* 39. Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin. *n.* 28.

Alia multa de delictis publicis, & privatis, & de il- 24
lorum punitione tractant DD. relati per Caſtejon. *in Alphabet. jurid. verb. Delicta*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. par.* 4. *eod. verb. fol.* 391. &c. Carpzov. Brunnemann. Pellegrin. *in Prax. Vicar.* Bellegrand. *in comp. rer. crimin. met.* De Luc. *in Indic. general.* Altimar. & alii moderni.

De delictis commiſſis de uno in aliud territorium 25
circa confinia juxta per me notata hìc *num.* 18. adde Ant. Gob. *Conſult.* 128. *nu.* 38. & *ſeqq.* ubi quod poſſint ab utroque Judice puniri intelligit quoad delicta de ſui natura talia; ſecus ſentiens in delictis ex ſola Principis prohibitione reſultantibus, ut in venationibus, in quibus, non ita rigidè proceditur, & ideò à nemine puniri poſſe, ut ibi exemplificat, & declarat.

Delictum Patris non afficit filiam natam ante Pater- 26
num delictum inſciam doli, & machinationis Paternæ, & tempore facti delicti non commorantem cum Patre Palma nepos *deciſ.* 424. *n.* 12. & 15. *tom.* 5.

Delictum Feudale quale propriè dicatur ad effectum 27
præjudicandi ſucceſſoribus De Luc. *de Feud. diſc.* 131. *n.* 19. & ubi illud ſit feudale præjudicat ſucceſſoribus independenter, & de ratione *ibid. ex n.* 13.

Et probatio delicti in hoc caſu debet eſſe concludens, & non ſufficit ficta contumacialis De Luc. *dict. diſc.* 131. *n.* 17.

Et de caſu in quo tale delictum dicatur improbabile *d. diſc.* 131. *n.* 18.

Succeſſoribus dicitur debitum feudum ſub conditione, & pacto, quod poſſeſſor pro tempore non committat delictum *d. diſc.* 131. *ſub n.* 14.

Delictum commiſſum in platea ſi gravius puniatur, 28
an id procedat in delicto commiſſo in via, quæ intrat in Plateam De Luc. *de regal. diſc.* 135. *ſub n.* 1. & 4.

De delictis commissis in via publica an princeps cognoscat privativè De Luc. *de Regal. disc.* 136. *n.* 15.

29 Ad effectum privandi jure quæsito ex delicto, vel infamia requiritur plana, & concludens probatio, ad effectum verò repellendi ab assecutione, & in ordine ad Jus quærendum sufficit sola inquisitio, vel diffamatio De Luc. *de regal. disc.* 148. *sub n.* 12. *De Benefic. disc.* 70. *n.* 5.

30 Et probato delicto in genere contra delinquentem admittuntur leviores probationes De Luc. *de Regal. disc.* 191. *n.* 5.

31 Delictum lesæ Majestatis cognoscit solus Princeps ejusq; suprema Curia, etiam in prima instantia De Luc. *de regal. disc.* 124. *sub n.* 2.

Et an delictum prædictum privet Filios legitima De Luc. *de Legit. disc.* 13. *à n.* 9. ubi hoc declaratur & vide eundem *de Legit. disc.* 14.

Delictum unius ex vocatis in crimine læsæ majestatis an, & quando respectu confiscationis præjudicet successivè substitutis Episc. Rocc. *cap.* 1. *à n.* 48. *lib.* 1.

32 Delictum grave, & scandalosum est justa causa exhæredationis De Luc. *de legit. disc.* 13. *n.* 6.

33 In casu delicti quando possit valide ordinari Fideicommissum, vel potius censeatur in Fraudem De Luc. *de Fideicom. in summ. n.* 90. & potest ordinari fideicommissum etiam in legitima idem *de Fideicommiss. disc.* 148. *n.* 2. *&* 12. & quando faciat aperiri fideicommissum *dict. disc.* 148. *n.* 8 *&* 12. *& disc.* 149. *n.* 4.

34 De delicto imputatus ut quis dicatur sufficit sola inquisitio, vel carceratio De Luc. *de Fideicom. disc.* 148.

35 Delictum Patris non præjudicat Filiis in Juribus, quæ istis competunt ex persona propria De Luc. *de Fideicom. disc.* 10. *n.* 6.

36 Diffamatio delicti sola sufficit ad repellendum à beneficio, & in concursu De Luc. *de Benefic. disc.* 68. *n.* 7. *&* 8. *& disc.* 70. *n.* 5.

37 Delictum in Ecclesia patratum an gaudeat ejus immunitate De Luc. *Miscel. disc.* 2. *n.* 7. & an, & quando commissum in Ecclesia dicatur, ut dici valeat casus exceptuatus à *Gregoriana constit.* idem *Miscel. disc.* 30. *per tot.* ubi plura de hac materia, & exceptum à dicta *Gregoriana constit.* an requirat probationem concludentem, Idem *ibid. disc.* 9. *n.* 3. & an attendi debeat processus Curiæ Sæcularis idem *ibid. disc.* 2. *n.* 17. *disc.* 9. *n.* 4.

38 Delictum commissum ubi sit in loco, in quo plures erant personæ, contra omnes procedi potest De Luc. *de Judic. disc.* 19. *sub n.* 12.

39 Delictum ne committatur magis invigilandum est, quam ut commissum puniatur De Luc. *rela. Curiæ disc.* 36. *n.* 7.

40 De Differentia inter probationem delicti, quod præjudicet soli delinquenti, & illud quod præjudicet etiam tertio De Luc. *de Feudis disc.* 131. *n.* 17.

41 Delictum minoris an sit puniendum pæna Ordinaria De Luc. *Conflit. obser.* 11. & latius *in voto extenso post finalem obser.* 315.

42 Pro eodem delicto non potest quis coram diversis judicibus dupliciter puniri, & semel absolutus iterum vexari Mantiss. ad De Luc. *decis.* 17. *n.* 1. *libr.* 3. *vol.* 1. sed vide *decis.* 24 *n.* 9. *&* 10. *libr.* 3. *vol.* 1.

43 Delicta officialium & contra illos commissa quis Judex cognoscit Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 23. *n.* 7. *cum seqq. & n.* 24. *& seqq. tom.* 1. Et intuitu officii quando dicantur, Idem *ibid. n.* 52.

44 Delicti ratione sortitur quis forum Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 26. *tom.* 1.

45 Delicta quando morte finiant delinquentis Altimar. *rubr.* 9. *q.* 39. *n.* 39. *cum seqq. tom.* 1. Rubeu. de *Consuf. Jur. cap.* 7. *n.* 36. *cap.* 3. *n.* 16.

46 Delicto commisso, an statim bona delinquentis sint Fisco obligata, Idem *rubr.* 11. *quæst.* 14. *à n.* 122. *tom.* 2.

47 Ex quolibet delicto duplex offensa oritur, parti, & Reipublicæ Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 1. *quæst.* 1. *n.* 3.

48 Quodlibet delictum de Jure canonico dicitur publicum, & quare Idem *ibidem* n. 5. *& quæst.* 6. *n.* 5. *& quæst.* 13. *n.* 3. *& alibi*.

49 Delicta alia privata, alia publica, sed non excepta, alia publica, & excepta simul Bellegrand. *loc. cit. tract.* 1. *quæst.* 6. *n.* 2. *& quæst.* 13. *n.* 11. *& seqq. & tract.* 10. *quæst.* 1. *n.* 4.

Omne delictum exceptum est etiam publicum sed non e contra, Idem *tract.* 3. *q.* 7. *n.* 8. *& q.* 8. *n.* 17. *tract.* 10. *quæst. pr. a n. pr.* 50

Delicta excepta quilibet accusare potest Idem *tract. pr. quæst.* 6. *n.* 2. *tract.* 10. *quæst. pr. n.* 4. 51

Ad probanda delicta requiruntur probationes clarissimæ Bertachin. *vot.* 123. *n.* 15. 52

Delictum pro exactione pœnarum, ut dici valeat probatum, requiruntur probationes luce meridiana clariores Caprar. *decis.* 110. *n.* 7. *part. pr.*

§. DELINQUENS XIV.

Delinquens non potest invitus extrahi ab Ecclesia, Palatio Episcopi, vel domibus Cardinalium, Clar §. *fin. qu.* 30. *vers. pen.* Guaz. *def.* 1. *cap.* 37. *nu.* 20. *&c.* de quo plura Addit. ad Sanfelic. *decis.* 330. & dixi *in §. Immunitas num.* 7. *&c. & §. Judex num.* 27. ubi vide, latè Thom. del Bene *de immunit. Eccles. par.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 31. *per tot.* ubi benè declarat quando reus existens in Ecclesia possit condemnari, vel non in pœnam corporalem, & quid servetur de consuetudine, Lezan. *quæst. regular. tom.* 2. *in verb. Immunitas num.* 2. 1

Quod dum reus existit in Ecclesia non possit à judice laico damnari ad aliquam pœnam corporalem, imò nec postquam fuit egressus, cum semel ad Ecclesiam confugiens gaudeat dicto privilegio pro illo delicto secundùm aliquorum opinionem, quæ non est admittenda, nisi in aliquibus casibus; non tamen debet reus, ut supra, impunè ad Ecclesia dimitti, sed à Judice Ecclesiastico condemnari pœna pecuniaria, ac ad damna, & interesse versus partem offensam, vel si non sit solvendo ad aliquam pœnam corporalem mitiorem, ad tradita per Dian. & alios ab eo citatos *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 33. *per tot.* vide in §. *Citatio n.* 4.

An possit extrahi ab Ecclesia, si dum ducitur ad supplicium ad illam confugiat, vide P. Manar. *Noct. Melanc. Interrog.* 69. *fol.* 116. & dixi *in §. Immunitas num.* 12. vide Ciarlin. *controv.* 197. *per tot.*

Quod Cardinalis obviam factus delinquenti, dum ducitur ad supplicium, possit illum à pœna mortis liberare, non autem à pœna arbitraria, & quòd tale privilegium Romæ non servetur ob præsentiam Summi Pontificis, P. Manar. *d. tractat. Interrog.* 72. *fol.* 121. ubi etiam quod eadem facultas competit filio Regis. De hoc privilegio DD Cardinalium quando casu, & non data opera contingit Dian. *par.* 5. *tract.* 2. *resolut.* 29. ubi probat illis competere, & multos idem tenentes allegat; licèt Farinac. & alii per eum citati contrarium asserant *in Fragment. crim. par.* 1. *num.* 631.

Quid in Episcopo processionaliter cum Clero procedente, vel in aliis processionibus solemnibus, an possit liberare delinquentem obviam factum, videtur affirmare idem P. Manar. *Interrog.* 73. *fol.* 121. vide in §. *Immunitas num.* ...

Quod confugiens ad Ecclesiam, si ipsam reperiat clausam, gaudeat nihilominus immunitate tangendo portam, annulum, porticum, vel scalas, Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 429. Sanfelic. *decis.* 330. ubi idem concludit in tangente ostium Monasterii, hospitalis, cœmeterii, atrii, & similium locorum immunitate gaudentium, cùm ostium dicatur illorum pars Ciarlin. *controv.* 197. *à num.* 21.

Item gaudet existens in Ecclesia, & debet restitui, si præ timore familiæ fugerit, & fuerit captus extra Ecclesiam, Ricc. *loc. cit. cap.* 430.

Item si fuerit blandis verbis extractus debet restitui, idem Ricc. *cap.* 327. vide in §. *Immunitas num.* 14.

Delinquens confugiens ad Sacerdotem sacram Eucharistiam deferentem, non potest invitus ab illo extrahi, Clar. §. *fin. quæst.* 30. *vers. ultimò quæro*, Vasq. *de success. lib.* 3. §. 22. *num.* 55. Petr. Royz. Maur. *decis. Lunan.* 5. *num.* 131. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 330. *& decis.* 402. *observ.* 29. ubi idem asserit si ingrediatur cubiculum infirmi, ad quem communicandum Sacerdos accessit, vel se immisceat inter associantes Sanctissimum Sacramentum, licèt neque pallii hastam tangat, Guazz. *def.* 1. *cap.* 37. *n.* 36. *&c.* P. Manar. 2

In-

Interrog. 70. *fol.* 127. ubi tamen quòd ſecus eſt ſi Sacerdos portans Euchariſtiam, ipſe accedat ad delinquentem, cauſa illum liberandi, cùm talis confugiendi actus debeat procedere à delinquente, non à Sacerdote, & *Interrog.* 71. ubi quòd non liberaretur delinquens, ſi Sacerdos, ad illius collum appenderet hoſtiam conſecratam, adde Sperel. *deciſ.* 49. *num.* 5. &c. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 207. *fol.* 534. Dian. *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 28. ubi quod gaudet dicta immunitate etiam quando intravit cubiculum ægrotantis, ubi Sacerdos cum Sanctiſſimo adſtabat, vel ſi aſſociavit per viam, licèt non tetigerit Sacerdotem, nec haſtam Baldachini: ſecus tamen eſt in Sacerdote portante Oleum Sanctum, vel finita functione Communionis, niſi reportetur Sacramentum ad Eccleſiam, Cortiad. *deciſ.* 84. *num.* 6. Raynald. *rer. crim. cap.* 1. §. 8. *num.* 11. & 12. *fol.* 103. Et totam materiam immunitatis Eccleſiæ, tam reſpectu locorum, quàm reſpectu perſonarum tractat videndus Cortiad. *deciſ.* 40. *cum multis ſeqq. uſque ad* 120. *per tot. ſecundum tomum*, prout meliùs notavi *in* §. *Eccleſia in Addit.* Lezan. *quæſt. reg. tom.* 2. *verb. Immunitas nu.* 2. *circa fin.*

An autem confugiens ad reliquias Sanctorum, vel eorum imagines, dum proceſſionaliter circumferuntur, vel amplexans Sacerdotem ambulantem gaudeat immunitate, videtur affirmare Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 48. ubi tamen in fine fatetur jura loqui tantùm de Eccleſiis, & DD. de Sacerdote Euchariſtiam deferente, & ideò in aliis non gaudere.

Quòd Eccleſiaſtici impedientes juriſdictionem laicalem poſſint carcerari per familiam ſæcularem, ad effectum ut remittantur, & puniantur ab illorum ordinariis, Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 79. vide *in* §. *Clericus num.* 66. &c.

3 Delinquens confugiens ad Statuam Principis, eſt ſecurus, nec de jure poteſt extrahi, licet in practica eſſet difficilè obtinere, Clar. §. *fin. quæſt.* 30. *verſic. ult.* Guazzin. *dict. cap.* 37. *nu.* 56. P. Manar. *Interrog.* 72. *fol.* 121.

Et contrarium de facto ſervari, teſtatur, Pac. Jord. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 210. &c. *fol.* 534.

Et certè, hoc non ſolùm nunquam ſervari vidi, ſed nec etiam allegari.

Quod tamen Palatium Regis gaudeat immunitate, non autem Palatium Baronis, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 330. Lezan. *quæſt. reg. tom.* 2. *verb. Immunitas n.* 2.

4 Delinquens aſſumendo habitum Clericalē poſt commiſſum delictū ſine dolo, & non animo fraudandi juriſdictionem ſæcularem, ab ea eximitur, & liberatur; ſecus autem ſi animo fraudandi, hujuſmodi habitū aſſumpſerit, & qualiter iſte animus fraudandi, vel non præſumatur, vide Covar. *pract. quæſt. cap.* 32. *n.* 4. Clar. §. *fin. q.* 36. *verſ. ſæpè*, & *ſeqq.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 108. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 226. *n.* 29. Farinac. *qu.* 8. *nu.* 104. & *ſeqq.* Franch. *deciſ.* 209. *deciſ.* 384. in *fine*, *deciſ.* 709. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8 *nu.* 97. &c. *fol.* 81. Tondut. *de prævent. par.* 2. *cap.* 53. *n.* 6. ubi quod, quoad perſonam indiſtinctè eximitur à poteſtate ſæculari, quo verò ad bona attenditur prædicta diſtinctio, vel etiam quoad perſonam, in caſibus degradatione dignis, auctoritate tamen Eccleſiæ fienda, & quando ſæcularis judex jam prævenerat in proceſſu fabricando, vide Sanfelic. *deciſ.* 2. *nu.* 19. &c. Dian. *reſol. moral. par. pr. tractat.* 2. *reſol.* 25. & 26. ubi probat indiſtinctè eximi à juriſdictione ſæculari, cùm exempta perſona eximantur etiam bona, ne per unam viam concedatur quod per aliam denegatur, fatetur tamen communem eſſe contrariam ſententiam, & diſtinctionem, ac idem eſſe in Novitio religionem ingreſſo, idem Dian. *part.* 3. *tract. pr. reſol.* 33. & 67. & *par.* 4. *tract. pr. reſol.* 84. ubi de Notario effectu Clerico poſt falſitatem commiſſam, & *reſol.* 95. ubi ampliat etiam ſi præceſſerit diffamatio, & inquiſitio, ut eximatur à juriſdictione ſæculari etiam quoad bona, Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 5. *tit. de Cleric. n.* 21. & *ſeqq.* latè Cabal. *caſ.* 108. ubi benè omnia declarat de eo, qui poſt delictum commiſſum effectus eſt Clericus, vel Religioſus, an, quando, & quomodo evitet juriſdictionem ſæcularem, vel non. Latè Add. ad de Franch. *loc. cit.* Vide Fagnan. *in cap. magnus de oblig. ad ratiocin.*

In omnem tamen caſum, ne delicta remaneant impunita, eſſet puniendus à Judice Eccleſiaſtico, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 259. *per tot.* & *alii ſupracitati*, vide *in* §. *Clericus n.* 36. Vide Bertachin. *vol.* 62. *per tot.*

Et ſi fuerit formata inquiſitio, & ſequuta condemnatio, antequam delinquens ſit factus Clericus, per talem mutationem fori, non eximitur à juriſdictione ſæculari, quoad bona, ſed tantùm quoad perſonam, niſi etiam quoad perſonam, judex ſæcularis prævenerit ante Clericatum, (ut quia delinquentem habuerit in ſuis carceribus, vel ſub fidejuſſore, & fracto carcere, vel fidejuſſione fugerit, & habitum Clericalem in fraudem ſumpſerit,) nam tunc facta prius degradatione à Judice Eccleſiaſtico cum cognitione cauſæ, poteſt etiam perſonaliter puniri à judice ſæculari, qui ut ſupra prævenit, Duen. *reg.* 100. *limit. ult.* vide Thom. Triviſ. *deciſ.* 48. *per tot. lib.* 2. Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 53. *n.* 6. Sanfelic. *deciſ.* 2. *n.* 19. & *ſeqq.* Farin. *d. q.* 8. *aliique ſupra relati*, & dixi in Pract. §. *Delinquent. n.* 6. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 17. *n.* 7. *vol.* 2. ubi dicit audiſſe judicatum, quod Clericus factus poſt delictum non gaudeat privilegio, ne ſit ſubſidium iniquitatis, neve juriſdictio ſæcularis jam ex delicto commiſſo radicata reddatur eluſoria, Fontanell. *deciſ.* 311. & 312. *per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. Proœm.* §. 20. *num.* 15. & *ſeqq.* Grivel. *deciſ.* 58.

Non eſt tamen à prædictis, & infra dicendis recedendum de magis communi aliorum opinione, cùm qua poſteà convenit, idem Chriſtin. *deciſ.* 33. *per tot. dict. vol.* 2. ubi etiam quid dicendum ſit in cauſis civilibus. Vide Pelegrin. *in Prax. Vicar. par.* 2. *ſect. pr. ſubſect.* 2. *a n.* 17.

In caſibus verò degradatione dignis, non obſtante præventione judicis ſæcularis, debet quoad perſonam remitti ad Judicem Eccleſiaſticum, Franch. *deciſ.* 709. Tondut. *loc. cit.* adde Capell. Tholoſ. *quæſt.* 174. ubi quod Clericus, qui in carceribus fecit ſibi tonſuram, qua carebat, nullo modo debet remitti ad Judicem Eccleſiaſticum, & ſi fiat Clericus lite pendente in cauſa criminali, non mutatur judex, ſed ſententia mandabitur executioni per Eccleſiaſticum vide Sanfelic. *deciſ.* 2. *num.* 19. & *ſeqq.* Add. ad de Franch. *loc. cit.*

Quòd ſi delinquens, ante delictum feciſſet votum Clericalem, vel intrandi religionem, & poſtea, ſequuto delicto, vel condemnatione, ſumeret habitum, vigore voti præcedentis, eximatur à juriſdictione ſæculari, probat Duen. *loc. cit.*

Quamvis hoc, quod dicitur de voto præcedente, non ſit in praxi receptum, neque recipiendum, niſi juxta prædictas diſtinctiones, ut teſtatur Franch. *deciſ.* 449. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 97. &c. *fol.* 81. Farinac. *in tit. de Inquiſ. quæſt.* 8. *num.* 114.

Et quod relegatus, vel confinatus ex delicto, ſi poſteà efficiatur Clericus, & fugiat à confinio, non poſſit pro iſto novo delicto fracturæ confinii moleſtari, vel puniri à judice ſæculari, Franch. *deciſ.* 395. *deciſ.* 709. & *deciſ.* 656. ubi de laico obligato penès acta, ſi efficiatur Clericus, an declinet forum, vide Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 21. *n.* 6. ubi dicit eſſe dubiam opinionem, Ricc. *Collect.* 724. *in fine*, Sanfelic. *deciſ.* 2. *nu.* 27. & *ſeqq.* Genuenſ. *in Prax Neapol. cap.* 8. Dian. *par. pr. tract.* 2. *reſol.* 118. ubi etiam quid è contra in Clerico relegato à Judice Eccleſ. ſi efficiatur laicus, & frangat confinium, à quo ſit puniendus, idem Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 22. & 23. ubi de debitore effecto Clerico poſt obligationem, ut debeat conveniri coram Eccleſiaſtico contra Franch. *loc. cit.* vide in §. *Clericus n.* 36. §. *Confinatus n.* 6. Add. ad de Franch. *loc. cit.* Vide Pellegr. *loc. ſupra citat. a n.* 17.

Delinquens in habitu Clericali, & ſic dum eſt Clericus, ſi poſteà dimittat habitum, efficiatur laicus, & ducat uxorem, à quo judice ſit puniendus pro delictis commiſſis tempore Clericatus, Gramat. *deciſ.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 226. Cabal. *reſol.* 5

crim.

crim. caf. 147. *n.* 10. *&c.* Franch. *decif.* 417. Sanfel. *decif.* 218. *per totam*, Thom. Trivif. *decif.* 48. *lib.* 2. ubi videtur concludere, quod fit locus præventioni, fed ipfos confulas, & quæ dixi in §. *Clericus nu.* 78. Latè pro utraque parte Carol. Ant. De Luc. ad de Franc. *cit. dec.*

6 Delinquens non poteft puniri in loco perfonæ offenfæ, quando illam offendit extra fuam patriam, & territorium, nam in criminalibus non attenditur forum perfonæ offenfæ, fed commiffi delicti, vel originis, vel domicilii ipfius delinquentis, Cabal. *refol. crim. caf.* 3. *per tot.* Bertazol. *confil. crim.* 443. *n.* 2. fequitur Paul. Chriftin. *decif. Belgic. n.* 3. *&c. vol.* 2. *vide in* §. *Delictum. n.* 21. Brunnemann. *in l.* 1. *C. ubi de crimin.*

Sed quod Baro, vel alius judex poffit punire offendentem fuum vaffallum extra territorium fuum, quamvis non fit vaffallus delinquens, Andr. *in cap.* 2. *quib. mod. feud. amitt. verf. de ea verò, & in* §. *fed nec prætereà, quæ fit prim. cauf. benef. amitt.* Sanfelic. *in praxi fect.* 25. *n.* 13.

Delinquens extra territorium quando, & qualiter poffit puniri, an delinquens in uno territorio poffit puniri in alio pro eodem delicto, & alia, latè Tufch. *litt. D, concl.* 181. *& feqq.* vide *in* §. *Judex num.* 45. §. *Statutum poenale n.* 8. Chriftin. *d. decif.* 2. *per tot. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 2946.

Solet tamen etiam in loco perfonæ offenfæ formari proceffus informativus ad effectum cognofcendi, an intervenerit aliquis fubditus, faciendi conftare de corpore delicti, & fimilia, vide *in* §. *Judex. n.* 45.

Quòd delinquens in mari puniatur à judice, qui præeft territorio propinquo illius maris Corfett. *fing.* 554. *verb. Jurifdictio*, Sanfelic. *decif.* 336. *num.* 4. dixi in §. *Delicta n.* 22. De Franch. & Add. *dec.* 142. ubi quid fervatur Neapol.

Qualiter laicus percutiens Clericum, vel miniftrum etiam Satellitem Curiæ Ecclefiafticæ fuum officium exercentem poffit puniri per Judicem Ecclefiafticum, ac etiam per laicum, Scac. *de jud. lib. pr. cap.* 12. *n.* 13. Paul. Chriftin. *decif. Belgic.* 32. *n. pr. &c. vol.* 2. Sperel. *decif.* 86. Dian. *part.* 6. *tract.* 8. *refol.* 3. ubi quod eft delictum mixti fori quando offenfio fequitur ex caufa privata, fi verò in executione officii fpectat privativè ad judicem Ecclefiafticum, licèt etiam alii teneant utroque cafu effe mixti fori, ut Cartar. *decif. crim.* 96. *n.* 30 33. *&* 34. & quando ex caufa privata fpectare ad judicem fæcularem, quod verius puto, & pluries fervatum fcio.

Et quod fit locus præventioni ratione facrilegii, & quoad facrilegium, quando offenditur perfona Ecclefiaftica, Cabal. *dict. caf.* 3. *num. pr. &* 12. *& caf.* 194. quamvis ut aliàs dixi in delictis mixti fori, in multis locis, & Florentiæ quoad pœnas temporales contra laicos procedat tantùm judex fæcularis *infrà n.* 7. *in fine.*

Quòd offendens judicis familiam, proroget illius jurifdictionem, poffitque puniri ab eo judice, cujus familiam offendit, Sperel. *decif.* 160. *n.* 31. *&c.* Intellige, (prout etiam loquitur Sperel.) Si offenfio fit facta ratione officii, & judex offenfus prævenerit, aliàs fecus, ut dixi *in* §. *Epifcopus n.* 52. *in fine*, *&* §. *Judex n.* 10. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæft.* 23. *a n.* 7. *& a n.* 24. *&* 34. *tom. pr.*

Qualiter delinquens fortiatur forum ratione delicti, etiam quoad utrumque judicem in delictis mixti fori, tale forum dicatur potentius aliis ratione originis, vel domicilii, & alia, vide Clar. §. *fin. q.* 38. Farinac. *qu.* 7. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 187. *& feqq. fol.* 89. Paul. Chriftin. *dec. Belgic.* 162. *vol.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 6. *art.* 11. *&* 12. Ricc. *Collect.* 4199. ubi qualiter delinquens coram aliquo judice efficiatur de illius foro, vide *in* §. *Teftis n.* 35. & latè Sanfelic. *decif.* 250. *per tot.* & in fua Praxi *fect.* 25. *nn.* 17. *& feqq. & decif.* 336. cum plena additione. De Franch. & Add. *dec.* 505. *per tot.* Brunneman. *ff. libr. pr. tit.* 18. *leg.* 3. *n.* 3. *&* 4.

7 Delinquens in Ecclefia, vel alio loco immuni, five contra perfonam Ecclefiafticam à quo judice fit puniendus, dixi in meis refol. *cap.* 9. *per tot. in* §. *Laicus n.* 4. in Pract. §. *Delinquenti n.* 10. vide Cabal. *refolut. crim. caf.* 194. *per tot.* Tufch. *litt. I. concluf.* 59. *n.* 6. *& feqq.* Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *refol.* 67. Paul. Chriftin. *decif.* 200. *num.* 9. *&c. vol.* 4. Ciarlin. *contr. for. cap.* 55. *per tot.* Guazz. *def.* 1. *cap.* 11. *nu.* 19. *&c.* Maftrill. *decif.* 68. Menoch. *de arbitr. caf.* 389. *n.* 40. *&c.* Tondut. *de prævent. par.* 2. *cap.* 29. *n.* 33. *& feqq.* Balthaf. Tomaf. *tractat.* 3. *tit.* 19. *de int. curat. ampliat.* 339. *fol. mihi* 440. Sperel. *decif.* 62. *decif.* 104. *num.* 3. *& num.* 56. *decif.* 134. *nu.* 53. *&c.* & pleniùs *decif.* 3. *&* 4. *per tot.* ubi citat inter alios Cabal. *dict. caf.* 194. & poft relatas quatuor opiniones, fequitur quintam diftinguentem, quam latè comprobat, & defendit, nempe pro delicto principali merè laico, ad judicem fæcularem privativè fpectet cognitio, & punitio, pro facrilegio verò ratione loci immunis, vel perfonæ Ecclefiafticæ offenfæ, fit locus præventioni inter judicem Ecclefiafticum, & fæcularem, ratione cujus facrilegii, præcedente maximè quærela partis, cùm Clericus offenfus habeat fori electionem, poffit judex Ecclefiafticus non folùm fpirituales pœnas imponere, fed etiam temporaliter coercere, & punire perfonas etiam laicales citrà tamen pœnam fanguinis, fi prævenerit ut fupra, & quamvis idem Sperel. *dict. decif.* 3. *fub n.* 8. dicat vidiffe fervari, ut quoties judex Ecclefiafticus prævenit, & pro facrilegio condignam pœnam impofuit, vel ritè abfolvit, laicus judex non puniat rurfus delinquentem pro illato vulnere, nifi in cafibus, in quibus effet imponenda pœna fanguinis, debet intelligi quod judex laicus, non puniat rurfus delinquentem pro illato vulnere in pœnam facrilegii, cujus & ipfe judex laicus cognitionem haberet fi præveniffet, prout aperto ore probat ipfe Sperel. *loc. cit. per tot.* aliàs effet fibi contrarius, cùm veriffimam profiteatur dictam diftinctionem, illamque ab impugnationibus vindicet, ut videre eft penes illum *fub num.* 10. *&* 13. *d. dec.* 3. *& decif.* 4. *n.* 14. & in omnem cafum aliàs loqueretur contra communiffimam, & ab omnibus approbatam opinionem, quam & ipfe, ut dixi, latè tuetur, & nihil de afferta obfervantia allegando, imò juridica fundamenta, & auctoritates multas in contrarium, non facit negotium, nec obftat, cùm erubefcamus fine lege, aut faltem auctoritate loqui, nec ideò poteft in hac parte ad favorem Ecclefiafticorum allegari pro excludendo judice laico à cognitione, & punitione delicti in loco immuni per laicos patrati, cùm imò ut patet, ipfe teneat (feclufo facrilegio, pro quo de jure locus eft præventioni) cognitionem delicti fæcularis in Ecclefia, vel alio loco immuni, five contra perfonas Ecclefiafticas commiffi, ad judicem laicum privativè fpectare, ac quatenus allegata obfervantia effet vera, cùm non fit juridica ex prædictis, nec unquam in contradictorio judicio, citato procuratore Principis laici, vel ipfo Principe, de cujus jurifdictione ageretur obtenta, tanquam fubreptitia, vi, clam, vel precario procedens, nullo modo præjudicare, aut derogare poffet jurifdictioni Principum fæcularium, qui ei confenfum non præftiterunt per notiffima cuicunque profeffori noftro juris fundamenta. Vide Bertachin. *vol.* 20. *fub nu.* 2. ubi quod eft locus præventioni. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæft.* 26. *a n.* 120. *tom. pr.*

Quapropter non eft, cur doleant Ecclefiaftici de dicta mea refol. 9. illamque auctoritate Sperel. impugnare contendant, cùm vir ille doctiffimus eamdem omninò fequatur, & latiùs comprobet diftinctionem per meде more brevibus relatam *in d. cap.* 9. *per tot.* quia Ecclefiæ, & Ecclefiafticæ perfonæ licèt exemptæ, dicuntur de territorio, & jurifdictione Principum fæcularium, ut fatetur idem Sperel. *d. decif.* 3. *n.* 11. *&* 12. vide *in* §. *Clericus num.*.. ... *et* §. *Statutum requirens num.*..... noviffimè, & latè materiam pertractantem Raynald. *Synt. rer. crimin. cap.* 1. §. 10. *n.* 37. *et feqq. per tot.*

Et qualiter puniatur delinquens in Ecclefia, vel alio loco immuni per lafciviam, actus inhoneftos, verba turpia, & hujufmodi, idem Raynald. *d. cap.* 1. §. 11. *n.* 73. *et feqq.*

Quod delicta in loco Ecclefiaftico à laicis commiffa, catenus ad forum Ecclefiafticum fpectent, quatenus funt facrilegia, (dummodò etiam prævene-

rit

rit, ut ſupra,) & non aliter, certum dicit idem Sperel. *deciſ.* 62. *n.* 19. *etc.* vide *in §. Sacrilegium n.* .... Paul. Chriſtin. *deciſ.* 200. *nu.* 9. *etc. vol.* 4. Carlin. *contr.* 15. *per tot.* Menoch. *de arbitrar. caſ.* 389. *n.* 4. *et ſeq.*

Imò etiam pro ſacrilegio, licèt de jure ſit mixti fori, in aliquibus locis, & Florentię de conſuetudine judices Eccleſiaſtici procedunt tantùm quoad pœnas ſpirituales, & non temporales contra laicos, ut dixi ſupra *n.* 6. & alibi generaliter in delictis mixti fori, nec eſſe etiam à jure alienum, ſed de communi opinione teſtatur Clar. *§. fin. quæſt.* 37. *n.* 8.

An autem delinquens in Eccleſia gaudeat immunitate illius pro eo delicto, & pro aliis extra Eccleſiam commiſſis, *vide in §. Furtum n.* 9. *et §. Immunitas n.* 5. *& nu.* 23. *& §. Sacrilegium n.* 9. Sanfelic. *deciſ.* 243. 270. *&* 402. latè Pac. Jordan. *lib.* 10. *tit.* 3. *vol.* 2. Pignatel. *tom.* 9. *conſult.* 27. *n.* 8. Ventrigl. *in Prax. eccleſ. tom.* 2. *annot.* 23. §. 1. *n.* 9. Panimol. *deciſ.* 87. *a n.* 2. Chartar. *deciſ.* 46. *n.* 60. Bertachin. *vol.* 20. *n.* 4.

8 Delinquens non accuſatus, nec condemnatus, etiam ſi ipſo jure pro delicto eſſet impoſita confiſcatio bonorum, vel alia pœna, non tenetur in foro conſcientiæ bona ſua fiſco deferre, vel aliam pœnam ſolvere, ſed tantummodo emendare damnum parti illatum, Clar. *§. fin. q.* 80. *verſ. ult.* dixi *in §. Fiſcus n.* 8. *& §. Pœna num. §. Confiſcatio nu.* 18.

Quia nunquam devenitur ad executionem pœnæ, niſi ſaltem præcedat ſententia declaratoria facti ſuper quo jus diſponit, Guaz. *deff.* 33. *cap.* 25. *in fine*, Manata *Interrog.* 129. *fol.* 228.

An autem poſſit interim alienare bona ſaltem pro alimentis, latè Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 32.

9 Delinquentes plures ſimul ex propoſito, tenentur omnes in ſolidum ad pœnam, ideſt omnes eadem pœna puniuntur, nec unus ſolvens liberat alios, quoad publicam vindictam, & pœnam fiſco debitam, quod tamen ſecus eſt quoad intereſſe partis offenſæ, vel damnificatæ, ad quod tenentur pariter omnes in ſolidum, ſed una ſolutione ſufficiente; ceſſante verò propoſito, ſive præmeditatione delinquendi, in caſibus merè accidentalibus, & rixoſis, tenetur unuſquiſque tantùm de eo, quod fecit, & operatus eſt in rixa, & non de facto ſociorum, quando poteſt diſcerni factum unius à facto alterius; ſi verò talia facta non poſſint diſcerni, tenentur omnes in ſolidum ad pœnam pecuniariam, & intereſſe partis, unica ſolutione ſufficiente, Boſſ. *tit. de pœn. n.* 2. *& ſeqq.* Bajard. ad Clar. *§. Homicidium n.* 119. *& ſeqq. per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 198. *n.* 11. *&* 12. *& per tot.* Magon. *deciſ. Luc.* 27 *n.* 27. *et* 54. Card. Tuſch. *litt. D. concl.* 186. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 362. *per tot.* ubi novem caſus diſtinguit, *et n.* 23. *et* 24. quod quamvis rixa fuerit accidentalis, & non conſtet quis mortale vulnus, vel vulnera intulerit, ſed appareat quis fuerit ipſius rixæ auctor, ipſe præſumitur homicida; vel uti dans operam rei illicitæ, de rigore tenetur pœna ordinaria homicidii, & alii de auxilio; Et quod auctor, & promotor rixæ teneatur pœna ordinarii delicti, & etiam alii ſocii, ubi conſtat de præcedente tractatu, & deliberatione, vide Farinac. *quæſt.* 96. *num.* 63. *&* 64. *per tot.* Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. num.* 11. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *artic.* 33. Theſ. *dec.* 31. *per tot.* Peguer. *quæſt. crim.* 14. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 20. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Homicidium reſol.* 2. *per tot. & verb. Rixa reſol.* 2. *n.* 4. *&* 5. dixi *in §. Homicidium n.* 13. *&* 24. Giurb. *conſ.* 51. *n.* 8.

An quandoque Auctor rixæ poſſit allegare ſe fuiſſe conſtitutum in periculo vitæ, vide reſolutionem Magiſtratus DD. Octo Baliæ Florentiæ cum voto ejus Aſſeſſoris, & approbatione Sereniſſimi Magni Ducis ſub die 2. Martii 1677. in cauſa contra Franciſcum nuncupatum Rovina pergole, in filcia Negotiorum *ſub num.* 2255. & in Giornali 652. & dixi *in Praxi in Addit. in §. Homicidj num.* 51. & curſus ſub die 2. Junii 1678. in cauſa Anglaria contra Laurentium Benedicti, qui licèt Auctor rixæ fuit excuſatus à pœna ordinaria homicidii commiſſi in perſonam tertii, qui ad favorem aggreſſiſſe intromiſerat contra ipſum rixæ Auctorem, ut in filcia proceſſuum 652. *num.* 189.

Sed iſta opinio in caſibus rixoſis aliquando non fuit ſervata Florentiæ, intelligendo quando non conſtat de animo occidendi, nec ipſum auctorem fuiſſe verè homicidam; quia ſi fuerit ipſe verè homicida, & auctor rixæ, ac animum occidendi habuerit, qui animus poteſt ex pluribus argui, tunc abſque dubio his tribus copulativè concurrentibus, Florentiæ, & alibi imponitur pœna ordinaria, ad tradita per Farinac. *quæſt.* 126. *num.* 49. & alios paſſim.

Et an quandoque auctor rixæ poſſit allegare, ſe fuiſſe poſteà conſtitutum in periculo vitæ, & ad ſuam neceſſariam defenſionem adverſarium occidiſſe, & ſic poſſit à pœna ordinaria excuſari, Bald. *conſil.* 312. *lib.* 4. quem ſequitur Cardin. Tuſch. *litt. D. concl.* 129. *num.* 11. & ego in Pract. §. *Homicidj num.* 51. *verſ. Circa, l' autor della riſſa, &c.* ubi vide, quia eſt doctrina de novo benè declarata, & de pane lucrando, in qua adhuc perſiſto cum circumſtantiis ibidem relatis, & ſequitur Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *reſolut.* 16. *in fine.*

Doctrinam ibi contentam me citato latè comprobat Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *in rub. num.* 22. *et ſeqq. fol.* 420. dixi *in §. Homicidium num.* 4. *et* 14.

Et ſi unus ex dictis pluribus ſimul delinquentibus ſolverit, vel fuerit exactus in ſolidum, non poteſt ab aliis pro rata repetere, quia proprii delicti pœnam ſubiit, & ex re turpi non datur actio, ita ut nec ceſſionem prætendere, ac ſperare poſſit, cum ſolventi proprium debitum non ſit facienda ceſſio *leg.* 1. *§. Nunc tractemus, ff. de tut. rat. diſtrah. leg. nulla, Cod. de ſolut.* Franch. *deciſ.* 662. *num.* 8. *&c.* Merlin. *deciſ.* 533. *nu.* 35. *&c. deciſ.* 589. *per tot.* Leoneil. *deciſ. Ferr.* 40. *num.* 6. Tuſch. *d. concluſ.* 186. *num.* 3. *et* 8. ubi citat Bart. *conſil.* 24. *lib.* 2. *vide in §. Promiſſio num.* 7. *& §. Locus num.* 8. *in fine, et §. Correus nu.* 8. Carleval. *de judic. tit.* 1. *diſput.* 5. *nu.* 45. *fol.* 293. ubi etiam an illis competat beneficium diviſionis, & affirmat in officialibus, latè Valer. *de different. utriuſque fori verb. Reſtitutio different.* 29. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ.* 409. *num.* 24.

An autem condemnatis pluribus ratione delicti ad pœnam fiſco applicandam, poſſit exigi in ſolidum ab uno, aliis non exiſtentibus ſolvendo, DD. *in l.* 2. *ſi plur. unu ſent.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 187. *num.* 2. *vol.* 2. ubi refert contrarias opiniones, *& deciſ.* 106. *vol.* 4. Carleval. *dict. diſp.* 5. *per tot.* ubi in ſpecie de ſalario Judic., an poſſit ab uno inſolidum exigi, vide Salarium. Vide Brunnemann. *in l.* 1. *C. ſi plur. un. ſent. condemn.*

Quod quando ſatisfactione unius alii liberantur teneantur pro rata ſua illi refundere, Chriſtin. *deciſ.* 12. *num.* 9. *&c. vol.* 5. per text. *in l. nam ſervus, ff. de neg. geſt. & DD. in l. ſi familia, ff. de juriſd. omn. jud.* P. Stephan. de Neapol. *de reſtit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 30. ubi in conſcientia, Carleval. *loc. cit. nu.* 46. ubi quod in foro conſcientiæ qui ſolutione alterius liberati ſunt, tenentur ei pro rata ſatiaſacere.

Quid ſi inter plures delinquentes adſit Clericus foro privilegiatus, an omnes remitti debeant ad judicem Eccleſiaſticum, dixi in *§. Laicus num.*

An quandoque propter incertitudinem delinquentis, vel multitudinem delinquentium excuſentur omnes, vide Tiraquel. *de pœn. cauſ.* 47. Menoch. *de arbitr. caſ.* 598. *nu.* 40. Farinac. *quæſt.* 96. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 20. *in princip.*

Delinquens negando per mendacium, etiam coram judice, ſe commiſiſſe delictum, non punitur aliqua 10
pœna pro hujuſmodi mendacio, cum unicuique ſit permiſſum in foro fori per fas, & nefas proprium ſanguinem redimere, nec etiam ſi faciat, ut ſuo nomine alter falsò compareat, *l.* 1. *C. de his, qui ſibi mort.* Soccin. jun. *conſ.* 38. *num.* 5. *&* 10. *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 314. *num.* 18. *&* 19. Farinac. *quæſt.* 160. *n.* 194. *et ſeqq.*

Quod ſi neget medio juramento, die adhuc excuſari à perjurio, & illius pœna in foro fori, non autem in foro conſcientiæ, Farinac. *loc. cit.* & alii relati per Pac. Jord. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 207. *& ſeqq. fol.* 452. vide in §. *Negativa num.* 58. §. *Interrogatio num.* 4.

Men-

Mendacium tamen facit inditium, ut dixi in §. *Mendacium num.*

21 Delinquens præsentatus judici per patrem, vel filium ipsius delinquentis, non debet pœna mortis puniri, sed alia mitiori, *l. milites, §. desertorem, ff. de re milit.* Cæpol. *caut.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 347. *per tot.*

Hanc tamen cautelam, hodie per judices in practica non attendi, Clar. §. *fin. quæst.* 60. *vers. solet etiam*, Farinac. *quæst.* 98. *num.* 164. *& seqq.*

22 Delinquens amore captus, & ex causa amoris, an excusetur à pœna ordinaria, vide in §. *Amor num.* .. Farinae. *tom.* 3. *quæst.* 98. *à n.* 77. *in Prax.* Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 4. *quæst.* 19. *n.* 7. ubi hoc declarat.

23 Delinquens an possit renunciare defensionibus tam in foro fori, quàm in foro conscientiæ, P. Manar. *Interrog.* 195. *fol.* 302. Farinae. *quæst.* 39. *nu.* 11. *&c.* vide §. *Defensia num.* 4. *& §. Renunciatio num.* 20. Crescia. *in dict. §. Defensia in novissimis additionibus num.* 20.

24 Delinquens publicus, & notorius, an possit tanquam de proximo banniendus, impunè uti bannitos offendi dixi in *§. Bannitus num.* ...

Alia plura de delinquentibus, dixi in Pract. *§. Delinquenti per tot.*

25 Delinquens in flagranti crimine deprehensus, qualiter possit inquiri, & torqueri, si causa id patiatur, & quid operetur deprehensio in flagranti, Clar. *§. fin. quæst.* 8. *per tot.* Tusch. *litt. D. conclus.* 185. *per tot.*

26 Delinquens quando possit excusari à pœna saltem ordinaria ratione minoris ætatis, senectutis, furoris, temporis decursi, iræ sive iracundiæ, amoris, ebrietatis, somni, ignorantiæ, metus, mandati, provocationis, incertitudinis, dubietatis, justi doloris, clandestinatis, spontaneæ confessionis, pœnitentiæ, justæ credulitatis, bonæ conditionis, & famæ, nobilitatis, & dignitatis, incidentis probationis, præexcellentiæ artis, benemeritorum in Principem, amicitiæ cum judice, casus fortuiti, præsentationis à patre factæ, multitudinis delinquentium, longæ carcerationis, & hujusmodi, Tusch. *litt. D. conclus.* 188. *per tot.* Clar. §. *fin. quæst.* 60. Menoch. *de arbitr. cas* 329. *&c.* Tiraquel. *tract. de pœn. per tot.* Farinae. *de pœn. temper. quæst.* 87. *cum pluribus seqq. per tot.* ubi plenissimè *vide in §. Pœna, & §. Minor.* Mattheu. Sanz. *de re crim. controv.* 16. *à num.* 8. *contr.* 32. *à num.* 35. *controv.* 46. *à num.* 7.

De excellente in arte, vel benemerito Principis qualiter possit à morte excusari, Ricc. *Collect.* 1842.

De delinquente ex ira, considerato an ex justa, vel injusta causa processerit ira, Sanfelic. *decis.* 369. *cum Addit.* ubi de blasphemante, & plura de ira, & ejus effectibus. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 4. *quæst.* 19. *n.* 9.

Qualiter delinquens dicatur consentire in pœnam, & non debeat esse melioris conditionis, quàm non delinquens latè idem Tusch. *loc. cit. conclus.* 189. *&* 190. *per tot.*

27 Delinquens, vel criminosus, an ratione criminis à testimonio repellatur, & quando, ac in quibus admittatur, latè Mascard. *de probat. conclus.* 464. *per tot. cum duabus seqq.* vide in *§. Peccatum num.* 7. *et §. Testes num.* 6. *& num.* 12.

28 Delinquens ut possit dici testibus convictus, & tanquam talis pœna ordinaria delicti damnari, si fuerit in fortiis Curiæ deductus (cùm aliàs tanquam contumax si fuerit legitimè inquisitus, & citatus habeatur pro confesso, & possit etiam pœna ordinaria affici, cum reservatione quindecim dierum, vel Mensis ad se constituendum) plura requiruntur. Primò, ut sint saltem duo, vel tres testes, *l. ubi numerus, ff. de test. cap. si quis §. ubi* 4. *quæst.* 3. Secundò, ut sint contestes, & non singulares, *cap. causam de probat. cap. cum dilectus de accusat.* Tertiò, ut nedum sint integri, sed omni exceptione majores, Bald. *in cap. cum causam num.* 9. *de test. & in leg. sciant cuncti*, ubi Salic. & alii *C. de probat.* Quartò, ut concludant pernecesse, & de visu, vel alio sensu juxta qualitatem delicti, Boss. *tit. de convict. num.* 11. Farinae. *consil.* 193. *num.* 41. *lib.* 1. *& consil.* 182. *num.* 1. Ita ut nec duæ semiplenæ probationes ad effectum condemnandi uti convictum possint conjungi, ad Gandin. *de præsumpt. & indit. indubit. num.* 2. Boss. *loc. cit. num.* 23. Gabriel. *de probat. concl.* 1. *num.* 23. *et* 26. Farinae. *dict. cons.* 85. *n.* 2. de quo tamen vide Peguer. *decis. crim. cap.* 17. *nu.* 41. *& seqq.* ubi quod vera est conclusio quando probationes essent in sua specie imperfectæ, secus autem si essent perfectæ, vel aliis inditiis, & conjecturis adminiculatæ, nam tunc posse conjungi affirmat ad effectum etiam pœnæ ordinariæ, ac ita fuisse pluries decisum, & executum testatur; sed hæc opinio apud nos rigorosa reputatur, & vide in §. *Probatio num.* 3. *et num.* 18. *§. Indicium num.* 9. Sanfelic. *decis.* 392. *cum Addit.* ubi an, & quando ex inditiis indubitatis possit deveniri ad pœnam ordinariam.

Delinquens in officio qualiter privari debeat illo officio, & etiam salario, & tunc quis dicitur in officio delinquere ubicunque favore, calore, colore, auctoritate, prætextu, vel contemplatione officii deliquit, *l. si aliquod, Cod. de suscept. lib.* 10. Capye. *decis.* 121. Franch. Marc. *decis.* 390. *et* 654. Capell. Tholos. *decis.* 370. cum aliis per Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 150. Brunnemann. *in dict. l. si aliquod C. de suscept. libr.* 10. 19

Delinquens, ut quis dici possit ad effectum ut habeat locum dispositio legis, vel statuti loquentis *de delinquente* opus est, quod delinquens sit verè talis, & convictus de delicto per veras probationes, nec sufficit, quod sit indiciatus per conjecturas, & indicia, Novar. *in Prag. Regn. Neap. Collect.* 224. & benè probat Gratian. *decis. Lusit.* 363. *per tot.* ubi etiam quod non potest quis tanquam delinquens remitti ad alium judicem deprecantem, & petentem, nisi verè de delicto ab eo perpetrato constet, quod est validè notandum, cùm sæpè fiant hujusmodi remissiones absque alia cognitione prætensi commissi delicti, & indebitè, ad tradita etiam per Sanfelic. *decis.* 64. *per tot.* dixi *in §. Remissio num.* 1. 20

Delinquens tanquam talis accusatus, si fuerit ex defectu delicti absolutus, non potest arbitrariè in exilium mitti, quia sine delicto nemo puniri debet, & absolvere, & condemnare sunt contraria, ac ideò uno eodemque tempore in idem subjectum cadere non possunt, ut benè probat Thom. Trivis. *decis.* 23. *per tot. lib.* 2. 21

Quando tamen quis esset valdè suspectus, omisso termino absolutionis, vel condemnationis, vidi sæpè per Magistratum DD. Octo Baliæ Civitatis Florentiæ, vel per D. Auditorem Fiscalem fieri præcepta de se absentando à Civitate per tot milliaria sub pœna arbitrii rigorosi, & inobedientes arbitrariè puniri.

Delinquens dum dat operam rei illicitæ nulla videtur excusatione dignus, sed hoc procedit respectu illius criminis, quod quis scienter committit, non autem respectu alterius sibi occulti, & non præcogniti, & multò minus respectu pœnæ inde procedentis, quia si id agnovisset forsan quid tale non commisisset. & nunquam punitur id, quod sequitur ex opere illicito, si præter intentionem agentis contingat, Farinac. *de delict. carn. quæst.* 149. *num.* 187. quem sequitur Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 267. *num.* 21. *&* 22. ubi in materia incestus ignoranter commissi, facit quod dixi in *§. Culpa num.* 6. 22

Quod sola culpa, quæ contrahitur dando operam rei illicitæ, non sufficiat, sed requiratur, quod cadat in delictum, ac ulterius sit ordinata ad subsequutum casum proxima, & immediata, Farinac. *quæst.* 126. *n.* 64. 78. *&* 79.

Ita ut nec dans operam rei illicitæ, si inde sequatur homicidium, vel aliud delictum teneatur pœna ordinaria delicti inde sequuti, nam considerari debent tanquam duo delicta, alterum dolo, alterum culpa commissum; dolo dicitur committi delictum in illa re illicita, quæ principaliter, & intentionaliter agebatur, & istud debet puniri pœna ordinaria; culpa dicitur committi aliud delictum, puta homicidium inopinatum inde sequutum, & istud nunquam punitur pœna ordinaria, ut colligitur ex traditis per Vasq. *controv. illustr. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 19. Hondad. *cons.* 104. *per tot. vol.* 1. dixi in *§. Homicidium num.* 6. ubi plures alios allegavi. Vide Carpzov. *in Prax. crimin. part.* 1. *quæst.* 27.

Quod

Quod dans operam rei illicitæ teneatur de homicidio inde ſequuto ad pœnam capitalem, & ſic ordinariam delicti, quando ipſe fuit actor violentiæ, ſive occiſus fuerit ex parte ſua, ſive ex parte patientis, ſecus in ſociis, & auxiliatoribus, niſi omnes fuerint æquè principales, & Auctores violentiæ; ex præmeditatione, quia tunc tenerentur omnes eadem pœna, *l. quoniam multa facinora 6. Cod. de vi pub. & privat.* ubi DD. Farinac. *quæſt.* 126. *nu.* 61. *& ſeqq.* latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 34. *nu.* 7. *& ſeqq. per tot. ubi num.* 23. *&* 24. dicit veram reſolutionem eſſe excuſari ſolùm ab homicidio dantem operam rei illicitæ, ſi adhibuerit omnem diligentiam, ne homicidium ſequeretur, & actus illicitus ſit ex illis, qui non tendunt directè ad id, de quo homicidium ſequi ſolet, aliàs autem ſecus, vel in caſu ſuo, in quo fuerunt omnes condemnati ad pœnam mortis naturalis propter violentiam armata manu factam, ex qua ſequutum fuerat homicidium in perſonam unius ex aggreſſoribus, facit Conciol. *verb. Rixa reſolut.* 2. *num.* 5. ubi quòd ſi præceſſit collectio perſonarum ab Auctore rixæ facta, & Auctor rixæ aliquod illicitum fecit, ex quo mors, ſeu vulnera ſequi poſſent, tunc tenetur pœna ordinaria, *vide in §. Vis num.* 7. ubi latiùs declaravi.

Aliqua de delinquentibus, & delictis notat Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 1. *&* 3. *verb. Delinquens*, & plura remiſſivè Caſtejon. *in Alphabet. jurid. verb. Delicta*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliotb. legal. part.* 4. *verb. Delinquens, fol.* 393. *&c.* Jo: Torre *in Indice generali tractat. de ſucceſſ. in Majorat. & Primog. Ital. verb. Delictum, Delinquens.* Brunnemann. Carpzov Pellegrin. *in Prax. Vic.* Bellegrand. *in compendioſ. rer. crimin. meth.* Altimar. *de nullit.*

23 De modo perſequendi, & capiendi delinquentes in delictis gravibus in Cathalonia cum ſono campanæ emiſſo, vulgò *Sometent*, ac cum vociferatione *viafora, viafora*, qualiter hoc modo initientur proceſſus criminales, & de multis quæſtionibus occurrentibus, Cancer. *var. reſol. part.* 3. *cap.* 5. *per tot.*

24 Delinquens committens delictum merens pænam mortis naturalis poteſt foriudicari regulariter infra annum Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæſt.* 9. *n.* 30. *to.* 1.

Delinquens in aliquibus delictis foriudicatur infra annum Idem *ibidem rubr.* 4. *quæſt.* 9. *n.* 31. *& ſeqq.*

25 Delinquens notorius, & captus in fragranti an appellet, & dicat de nullitate Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæſt.* 13. *et* 14. *tom. pr.*

Delinquens, qui fractis carceribus aufugit, condemnatus an appellet, & dicat de nullitate Altimar. *loc. cit. quæſt.* 16.

26 Delinquens offendens aures Judicis, quamvis ſit alterius fori, non declinat forum Judicis offenſi Altimar. *rubr.* 9. *quæſt.* 20. *n.* 86. *cum ſeqq.*

27 Delinquens in quo loco, & coram quo Judice puniri debeat, Idem *rubr.* 9. *quæſt.* 26. *per tot. tom. pr.*

28 Delinquens in confinio duarum Provinciarum a quo puniatur Idem *rubr.* 9. *quæſt.* 26. *a n.* 110.

29 Delinquens punitus a Judice loci delicti, an poſſit puniri a Judice originis, vel domicilii Idem *dict. quæſt.* 26. *a n.* 133.

30 Removenda eſt malignis quæcunque ſpes delinquendi Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 679. *n.* 7.

31 Delinquente diffamato, & delicto ignorato inſtitui poteſt inquiſitio generalis Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 21. *& tract.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 8. *& tract.* 7. *quæſt.* 4. *n.* 13.

32 Anſa delinquendi dari non debet Brunnemann. *Cod. libr.* 1. *tit.* 11. *leg.* 1. *n.* 4.

33 Unus facilius præſumitur delinquere, quàm plures Brunnemann. *C. libr.* 11. *tit.* 67. *leg. ultim.*

34 Delinquere quid ſit Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 7. *n.* 1.

35 Delinquens regulariter ad pœnam ordinariam condemnari non poteſt, niſi ſit confeſſus, aut convictus Pellegrin. *loc. cit. ſect.* 16. *n.* 40.

§. DEMONSTRATIO. XV.

1 DEmonſtratio falſa, an & quando vitiet legatum, vel non, *l. Quintus Mutius, ff. de aur. et arg. leg.* Bart. *in l. demonſtratio num.* 6. *et* 36. *ff. de condit. et demonſtrat.* Alex. Jaſ. & alii *in leg. ſi ſic §. cum ſi decem, ff. de leg.* 1. Surd. *deciſ.* 142. 144. 171. *et* 337. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 988. *num.* 2. *etc.* vide *in §. Legatum num.* 4. *etc.* Tuſch. *litt. F. concluſ.* 60. *et* 61. *per tot.* ubi generaliter quando vitiet inſtrumentum, legatum, ſive aliam diſpoſitionem, vel non Ricc. *Collect.* 3615. Rot. *part.* 21. *recent. deciſ.* 326. *num.* 3. *et ſeqq.* latè Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 13. *tom.* 3. Brunnemann. *ff. libr.* 35. *tit.* 1. *leg.* 17. *n.* 1. *et* 2. Camarell. *de Legat. libr.* 9. *quæſt.* 3. *n.* 2.

Demonſtratio falſa, & erronea quando generaliter 2
noceat, & mutet ſubſtantiam veritatis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 923. *num.* 4. *et ſeqq.*

An vitiet contractus ultrò citròque obligatorios, Surd. *deciſ.* 104. *num.* 31. *etc.* Altimar. *loc. cit. nu.* 18. Tort. *de majorat. Ital. part.* 2. *quæſt.* 55.

Quod non vitiet quando ex aliis conſtet de certo corpore, Gratian. *diſcept.* 957. *num.* 7. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 320. *nu.* 8. *et ſeqq.* ubi pluribus exornat, Camarel. *de legat. lib.* 9. *quæſt.* 3. *num.* 2. Barbuſ. *vot.* 126. *num.* 88. Altimar. *dict. quæſt.* 13. *n.* 8.

Quomodo autem probetur conſtare de corpore, ut demonſtratio falſa non vitiet diſpoſitionem, latè Maſcard. *de probat. concluſ.* 503. *per tot.*

Quod regulariter non vitiet actum, niſi ſit circa ſanguinis conjunctionem, quia eûm tunc præſumatur cauſa finalis vitiat, Surd. *dec.* 144. *nu. pr. etc.* Altimar. *loc. cit. num.* 13.

Demonſtratio tamen reſpiciens conſanguinitatem præſumitur vera, ita ut dicens contrarium teneatur probare idem Surd. *deciſ.* 145. *num.* 7. *etc.*

Demonſtrationis cauſa, vel diſpoſitionis qualiter 3
cognoſcatur, Caſtr. *conſ.* 338. *lib. pr.* Tuſch. *litt. D, concl.* 191. ubi quòd quando eſt ſub unica oratione dicitur cauſa diſpoſitionis, ſecus ſi ſub diverſa, & aliis modis ut ibidem declarat, & quid iſtud importet, & dixi in §. *Legatum n...* vide Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 320. *num.* 8. *et ſeqq.* ubi quòd in dubio verba potius demonſtrativè, quàm diſpoſitivè ſunt accipienda, Altimar. *ubi ſuprà in princ. dict. quæſt.* 13.

Demonſtratio falſa, an, & quando vitiet contra- 4
ctus, legata, teſtamenta, vel aliàs diſpoſitiones, an reſtringit, & alia, Caſtil. *lib.* 4. *controv. cap.* 54. *et per tot.*, & alios allegat Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliotb. Legal. part.* 4. *verb. Demonſtratio fol.* 395. *&c.* Joan. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat & Primog. Ital. part.* 2. *quæſt.* 55. *vide in §. Legatum numer.* 4. *&* 5. Cyriac. *contr.* 336. *num.* 4. ubi quòd demonſtratio falſa adjecta executioni non vitiat legatum, *et num.* 29. *et ſeqq. per tot.* ubi ſubtiliter, & per exempla declarat, an, & quando demonſtratio falſa in nomine appellativo vitiet diſpoſitionem, vel non, ſi conſtet de corpore certo infallibiliter, *& contr.* 337. *num.* 12. *& ſeqq.* Altimar. *loc. cit. n.* 27. *&* 28.

Quòd demonſtratio falſa non officiat; *l. demonſtratio* 17. *in princ. et §.* 1. *l. falſa* 33. *l. nominatim* 34. *in princip. & §.* 1. *ff. de condit. & demonſtrat. §. huic proxima*, ubi Pichard. *nu.* 1. *Inſtit. de legat.* benè explicat, & Vela *Differt.* 29. *num.* 39. *et num.* 40. ubi quòd ſi non nocet falſa, multò minus nocere poteſt vera, licèt ſuperflua, & inepta, aut quaſi facta gratia tollendæ dubitationis, vide Altimar. *dict. quæſt.* 13. Brunnemann. *Cod. libr.* 1. *tit.* 3. *leg.* 1.

Demonſtratio adjecta ſpeciei, vel corpori, quod non 5
reperitur in rerum natura vitiat diſpoſitionem ut in *l.* 1. *§. ſed ſi dotem ff. de dot præleg.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 988. *n.* 2. *et* 21. *et cap.* 957. *n.* 7. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 13. *n.* 9. *&* 21. *tom.* 3.

Quando conſtat de re, de qua quis gratuitò inten- 6
dit diſponere, & de perſona, cui diſpoſitio ſit, eſto diſponens in demonſtratione erret, valida eſt diſpoſitio in foro exteriori *l. demonſtratio falſa in princ. l. quibus diebus §. qui dotem l. cum tale §. ultim. in fin. ff. de cond. & demonſtrat.* Gratian. *cap.* 957. *nu.* 7. *& cap.* 923. *n.* 4. *et* 5. Galgan. *de condit. part.* 1. *cap.* 90. *n.* 9. Rot *in recentior. part.* 10. *deciſ.* 320. *num.* 8. *& ſeqq.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. dict. quæſt.* 13. *nu.* 19., ubi hanc materiam bene declarat.

Demonſtratio loci particularis ſufficit ad effectum 7
identitatis Ramon. *deciſ.* 33. *n.* 3.

Et

Et maximè concurrente identitato unius confinis Ramon. *ibid. n.* 4. 10.

Identitas loci potissimum; seu particularis prædii, concurrente denominatione, aliisq. demonstrationibus probatur. Ramon. *decis.* 58. *n.* 7. 8. 9.

8 Curandum non est de falsa demonstratione, dum sufficienter constat de corpore personarum, & rei Paulut. *differt.* 28. *n.* 75. *tom.* 1.

9 Quando signum est tale, quod ex sui natura demonstratur signatum, hoc casu non est necessaria alia hominis demonstratio. Paulut. *differt.* 55. *art.* 4. *n.* 109. *tom.* 2.

10 Demonstratio plerumque vice nominis fungitur Maradei *Prax. præsent. Instrum. cap.* 4. *n.* 39.

11 Testes deponentes vidisse Titium committere homicidium, non designata alia persona aliis demonstrationibus, non liquido probant, quisnam fuerit homicida, ad hoc ut ex hac probatione sequi possit condemnatio facienda in certum hominem Maradei *Praxi præsent. Instrum. cit. cap.* 4. *n.* 40.

12 Demonstratio conjunctionis falsa Institutioni adjecta an irritam eam faciat. Dondei. *conf.* 11. *n.* 2.

Demonstratio conjunctionis falsa institutioni adjecta præsumitur innotuisse testatori, & prolata amoris gratia, nisi causa sit, quod testator veram conjunctionem existimasse dici possit. Dondei *cit. conf.* 11. *num.* 2.

Institutio, ut valeat, an possit dici falsa demonstratio, satis est potuisse testatorem, uti verbis secundum impropriam significationam Dondei *cit. conf.* 51. *num.* 7.

13 Demonstratio pretii si apud venditorem remaneat, inducit simulationem Noguerol. *alleg.* 10. *n.* 20.

14 Demonstratione falsa veritatis substantia mutari non potest Ruginell. *Practicar. qq. cap.* 1. *n.* 14.

15 Demonstratio falsa non vitiat, etiam in contractibus constito de corpore usvia, Balduc. *de assecurat. tit.* 1. *decis.* 12. *n.* 2. & 6.

16 Aliqua demonstratio sufficit, qua designetur nomen hæredis, aut Legatarii, nec est necesse quod exprimatur Bersan. *d. ultim. Volunt. cap.* 2. *q.* 29. *n.* 14.

17 Dispositio quando sit demonstrativa, vel taxativa Card. De Luc. *de success. disc.* 1. *n.* 11. Bertachin. *vot.* 42. *n.* 18. *vot.* 87. *n.* 6. *vot.* 106. *per tot.*

§. DENUNCIATIO. XVI.

1 DEnunciatio futuræ venditionis fundi censiti, vel vicini stante statuto prælationem vicinia concedente, est facienda domino census, vel vicino, etiam aliandè scientiam habentibus, cùm non fiat solùm ad effectum ut sciant venditionem, sed etiam ut deliberent, & declarent, an ipsi emere velint, ita ut nec sufficiat quod sint præsentes venditioni, sed omninò sit necessaria denunciatio prædicta, juxta theoricam Bart. *in l. denunciasse §. quid ergo, & l. qui uxori ff. ad l. Jul. de adult.* Gratian. *discep. forens. cap.* 742. *n.* 4. Cenc. *de Cens. quæst.* 64. *num.* 19. & 20. dixi in resol. *cap.* 36. *n.* 2. Peregrin. *decis. Pat.* 29. *nu.* 5. *et seqq.* Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 5. *quæst.* 43. *nu.* 118. ubi quod debet fieri formitèr in scriptis cum Notario *tom.* 7. Gizzarel. ad Capyc. Latr. *decis.* 26. *n.* 6. *et* 7.

Quando autem non sit necessaria dicta denunciatio, idem Gratian. *cap.* 433. *n.* 71. *et* 93. *et cap.* 957. *num.* 8. *dixi in §. Jus congrui num.*

Quòd sufficiat aliunde scientiam habuisse, quando denunciatio non est inducta pro forma, & incipiat currere tempus à die scientiæ, Magon. *decis. Flor.* 40. *per tot.* Altimar. *ubi suprà cit. n.* 118. ubi, quod non est necessaria, si vicinis esset præsens. Vide Episc. Rocc. *cap.* 164. *n.* 6. *et* 7. *tom.* 2. Manfrell. ad Capyc. Latr. *decis.* 26. *nu.* 16. Corradin. *de Prælat. q.* 4. *n.* 36.

Et quando extrajudicialiter requisitus dixit nolle emere, idem Magon. *decis. Flor.* 118. *per tot. vide in §. Jus congrui n...*

2 Denunciatio prædicta an sit facienda consanguineo, vel vicino pauperi non habenti modum emendi, quasi tunc videatur superflua, Gratian. *discept. forens. cap.* 433. *n.* 83. *et* 84. ubi allegat Tiraquel. *§. 1. glos.* 9. *num.* 59. *ad* 75. *et glos.* 1. *§.* 5. *nu.* 3. *et* 4. Magon. *decis. Flor.* 26. *n.* 10. *etc.* ubi videtur negativè concludere, *sed n.* 30. *et* 31. quòd fundans se in hujusmodi paupertate tenetur illam probare, vide *in §. Paupertas n...*

3 Denunciatio prædicta facta tutori, vel eo deficiente agnatis, & affinibus pupilli, afficit ipsum pupillum, ita ut transacto tempore excludatur à retractu etiam per viam restitutionis in integrum, Gratian. *discept. forens. cap.* 957. *nu.* 1. & *seqq. vide in §. Restitutio num...*

Non enim potest pupillus interpellari, nec in mora constitui sine tutore, Montan. *de tut. cap.* 30. *n.* 206. &c. vide in *§. Pupillus num...*

An autem dicta denunciatio sit facienda à venditore, vel ab eo, qui emere intendit, vide Cenc. *de Cens. quæst.* 64. *numer.* 31. ubi videtur tenere esse faciendam ab eo, qui emere vult cujus magis interest non retrahi, quàm venditoris, Ludovis. *decis.* 293. *n.* 11. &c.

4 Denunciatio in prædictis casibus, stante cursu longissimi temporis, vel etiam decem annorum tantùm, secundùm aliquos præsumitur intervenisse, quamvis de illa non appareat, vide Gratian. *discept. for. cap.* 433. *n.* & *seqq.* Magon. *decis. Flor.* 26. *num.* 43. & *seqq.* ubi contrarium firmat, & quòd non sufficie generalis, sed debet esse certa cum omnibus qualitatibus, quia requirebatur antè contractum, & non in ipso contractu potuit intervenire, ac ideò non præsumitur, &c. vide in §. *Solemnitas n.*

5 Denunciatio litis motæ facta debitori principali, puta venditori, afficit etiam fidejussores evictionis, qui possunt conveniri alia denunciatione illis non facta, etiam quod causam agitari ignoraverint, *l. auctore laudato*, ubi Salic. & alii *Cod. de eviction.* Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 9. §. 24. Sanfelic. *in Praxi sect.* 62. *n.* 7.

Quòd quando venditor juravit suscipere defensionem emptoris, non sit necessaria denunciatio litis, si scisi litem motam, quod probatur ex litteris missivis, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 69. *num.* 3. & *seqq.* Item non requiritur accedente justitia, sicut nec favore Ecclesiæ, si interveniat scientia, De Luc. *de Credit. disc.* 71. *à nu.* 3. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 7. *sect.* 1. *n.* 49. *tom.* 3. ubi quod minor, & ecclesia non tenentur denunciare.

Alia de hujusmodi denunciatione vide in §. *Emptor nu.* 8. Ricc. *Collect.* 91. 442. & 3336. Peregrin. *decis.* 89. *nu.* 5. &c. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 404. *n.* 5. &c. Sanfelic. *in Praxi sect.* 62. *per tot.* Mangil. *de evict. quæst.* 3. *et* 4. Arismin. Tepat. *variar. sentent. tit.* 422. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 65. ubi qualiter sit necessaria denunciatio litis, etiam juxta formularium Florentinum, aliàs non possit agi de evictione, & alia pro intelligentia dicti formularii, ad quòd sæpe se remittunt contrahentes in his partibus, Plura Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 7. *subsect.* 1. *à n.* 45. *tom.* 3. Urceol. *de Transact. quæst.* 42. *et consuls.* 25. *a n.* 16. *cum addition. libr.* 2.

6 Denunciatio cessionis facienda per cessionatium debitori cesso, juxta terminos *l.* 3. *Cod. de novat.* ut efficiat, fieri debet cum transmissione instrumenti cessionis, & constare de veritate causæ, Gratian. *disceptat. forens. capit.* 356. *numer.* 39. & 40. intelligendo tamen ut ibi per eum, nisi sit facta in judicio, & judicis auctoritate, quia tunc tenetur adversarius credere intimationi, etiam sibi non transmissa copia cessionis, & Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 151. *n.* 1. *part.* 11. *recent. decis.* 245. *n.* 4. ubi quòd debet verificari causa per exhibitionem instrumenti, ad Buratt. *decis.* 534. *nu.* 4. & post Cenc. *de Cens. decis.* 161. vide in §. *Cessio n.* 35. & *nu.* 45. Deluc. *de Credit. disc.* 70. *n.* 5. 10. & 11.

7 Denunciatio, intimatio, notificatio, seu certioratio, non est necessaria in eo, qui jam scit, & certus est, cùm semel certus, non debeat amplius certiorari, quia certioratio fit ad effectum, ut quis sciat, ergo si jam scit, non est necessaria alia certioratio, *leg.* 1. *ff. de act. empt. cap. cum qui de reg. jur. in* 6. Tiraquel. *de retract. lignag. glos.* 2. *§.* 36. *num.* 24. Barbos. *de Axiomat. jur. Axiom.* 41. *n.* 1. *ubi num.* 2. de-

declarat, niſi certioratio eſſet de ſubſtantia, vel forma, vel ad incitandum ad aliquid faciendum, vel non faciendum ordinata, vel ad effectum acquirendi jus notificanti; & faciendi notificatum in moram, vel pœnam incidere, quia his caſibus ſola ſcientia non ſufficeret, ubi verò agitur ſolùm de inducenda mala fide, vel de commodo ejus, qui denunciationem prætenderet, ſemper ſufficit ſola ſcientia, ex traditis per Alex. *conſ. 27. in princip. lib. 6. & conſ. 238. lib. 7.* Card. Tuſch. *litt. C, concluſ. 199. num. 8. & ſeqq.* Tiraquel. *loc. ſup. cit. nu. 28.* Sperel. *deciſ. 107. n. 50. & num. 81. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic. 262. n. 47. &c. vol. 1.*

8 Denunciatio de non amplius continuando in locatione, vel ſimilis, ut afficiat, non debet eſſe dubia, vel incerta, ſed exactè ſpecificata, ut intimatus poſſit plenè inſtrui, & debet eſſe perſonaliter, & non domi facta, maximè ſi fuit conventum quod ſit facienda eidem, vel ipſi conductori, vel per ſimilia verba perſonalitatem denotantia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 715. n. 6. 14. & 15.*

Quoad denunciationem de non continuando in locatione, vide in §. *Conductor n. 5. in addit.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 2. quæſt. 17. à num. 231. tom. 4.*

Et quod debeat eſſe in termino reproducta legitimè executa cum relatione facta judici, vel notario in actis, aliàs non afficiat, idem Gratian. *d. c. 715. n. 31. & ſeqq. vide in §. Citatio num...*

9 Denunciatio damni, & periculi imminentis eſt facienda per conductorem, ne ipſe teneatur verſus locatorem, ut dixi in §. *Conductor n...*

10 Denunciationes ſequiſitæ in matrimoniis juxta Concilium Tridentinum, quamvis poſſint ab Ordinario ex cauſa remitti, non tamen poſſunt fieri diebus ferialibus etiam de ejuſdem licentia, & factæ in una Parochia, ſi antequam ſequatur matrimonium, ſponſi mutent Parochiam, ſolent in illa nova Parochia reiterari pro una vice, & elapſis duobus menſibus poſt illas factas, ac nondum ſequuto matrimonio, ſervatur de novo fieri, de conſenſu tamen contrahentium, Gratian. *diſcept forenſ. cap 83 nu. 28. &c. per tot.* ubi plura, an ſint de ſubſtantia matrimonii, & an omiſſæ illud vitient.

Quòd non ſit de ſubſtantia, ſed tantùm de præcepto, & omiſſæ non vitient, Mand. *Noct. melanc. Interrog. 118.* Rot. in Romana bonorum 17. Maii 1621. coram Buratto penes Paul. Zacch. *Quæſt. medic. legal. tom. 2. deciſ. 46. num. 15. &c.* Caval. *deciſ. 44.* Rot. *part. 11 recent. deciſ. 301. n. 2. &c. deciſ. 375. nu. 10.* Gratian. *diſcept. 84. num. 21. & ſeqq.* ubi etiam quod poſſunt remitti à Vicario Epiſcopi, ſicut ab ipſo Epiſcopo, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 317. vol. 1.* ubi qualiter puniatur neglectus, & non poſſit Parochus etiam ex cauſa illas omittere ſua auctoritate, De Luc. *Annot. ad Concil. diſc. 26. n. 5. & 26. De Matrim. diſc. 2. n. 7.*

Et quod poſſint in totum ex cauſa arbitrio Epiſcopi remitti, vel ad minorem numerum reduci, Menoch. *de arbitr. caſ. 453. n. 5.* Imò etiam Vicarius generalis, Barboſ. *collect. ad Concil. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 1. nu. 50.* De Luc. *Annot. ad S. Concil. Trid. diſc. 26. n. 26.*

Debent fieri à proprio Parocho, qui dicitur ille, ſub cujus Parochia toto anno, vel majori parte, contrahentes habitant, & recipiunt Sacramenta, Menoch. *lib. 6. præſumpt. 88. per tot.* Vel ab alio de ejus licentia, Barb ſ. *loc. cit. n. 25.*

Et quòd credatur atteſtationi Parochi circa hujuſmodi denunciationes, Rot. *part. 2. diverſ. deciſ. 91. num. 5*

Quales autem reputentur juſtæ cauſæ diſpenſandi in denunciationibus matrimonialibus, Sanch. 2. *de matrim. lib. 3. diſput. 9.* Barboſ. *de off. Epiſcop. Allegat. 33.* Sperel. *deciſ. 109. nu. 29. & 49.* ubi quod ſufficit extrajudicialiter ordinario conſtare de cauſa diſpenſandi, ubi non adeſt contradictor, Barboſ. *ubi ſupra n. 62.*

Et de omnibus prædictis, ac aliis in hac materia denunciationum matrimonialium videndus Pac. Jord. *Lucub. vol. 1. lib. 3. tit. 7. na. 1. & ſeqq. ad 65. fol.* 231. &c. Dian *reſolut. moral. par. 3. tractat. 4. reſol. 235. & ſeqq. vide in §. Matrimonium nu. 3.* Ricc. *Collect. 702. & 2894.* Barboſ. *dict. cap. 1.* Fagnan. *in cap. accedentibus n. 26. de exceſſ. Prælat. in c. qui Præsbyternat n. 94. de pœn. & remiſſ. cap. cum inhibitio n. 1. de cland. deſponſ.* 11

Denunciatio maleficiorum quid, & quotuplex ſit, per quos ſit facienda, & quomodo, latè Tuſch. *litt. D, concl. 192. & ſeqq.* Farinac. *quæſt. 78. num. 193.* Clar. §. *fin. quæſt. 7. per tot. vide in §. Delictum nu. 12. & §. Sindaci*, Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit. 5. art. 9.* 12

Qualiter denunciatores teneantur probare id quod denunciant, & quando non probantes poſſint excuſari, vel non, Maſcard. *de probat. concluſ. 505. & 506. per tot.* dixi in §. *Accuſatio*.

De denunciationibus vigore monitorii, vide in §. *Monitorium num. 1.*

Denunciatio eſt triplex, nempè Evangelica, judicialis, & canonica, de onaquaque illarum, & qualiter ant, Maſcard. *de probat. concluſ. 504.* Tuſch. *litt. D, concl. 196. per tot.* ubi plura de denunciatione Evangelica, Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit. 1. art. 9.* Fagnan. *in cap. qualiter il ſecondo an. 79. de Accuſat.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. ſect. 1. à n. 1. cum pluribus ſeqq.*

Plura de denunciationibus faciendis ex edicto Sanctæ Inquiſitionis contra hæreticos, & de ſollicitatione in confeſſione, vel occaſione confeſſionis facta vigore Bullæ Gregorii XV. contra hujuſmodi ſollicitantes, an ſit præmittenda correctio fraterna ante denunciationem, an emendati ſint denunciandi, an quis teneatur denunciare patrem, vel alios ſuos conjunctos, quid ſi timeat damnum notabile, & alia, maximè de dicta ſollicitatione revelanda, Dian. *reſol. moral. part. 1. tract. 4. per tot. & part. 4. tract. 3. reſol. 61.* & plenius *d. part. 4. tract. 5. per tot.* ubi reſolvit 55. caſus valdè dubitabiles, & practicabiles circa Confeſſarios ſollicitantes denunciandos, & à quibus, ac quomodo ſint puniendi, *& part. 9. tract. 8. reſol. 40.* ubi an qui ſcit ſub ſecreto teneatur denunciare, *& d. part. 9. tract. 9. reſol. 32. & 33.* ubi plura curioſa, *& part. 10. tr. 13. reſol. 46. d. par. 10. tract. 14. reſol. 40.* ubi an metus excuſet confeſſarium, & alia in *reſol. ſeqq.* Carcn. *de Offic. S. Inquiſit. part. 2 tit. 9. per tot.* & alibi ſæpè, Plura Lezan. *quæſt. regul. vol. 2. verb. Denunciatio.*

Qualiter puniantur Confeſſarii ſollicitantes, Ricc. *Collect. 4191.* facit quòd dixi in §. *Hæreſis n. 17.* §. *Delictum n. 12.* §. *Monitorium n. 1.*

An autem peccata, ſive delicta pertinentia ad Tribunal Sancti Officii ſint denuncianda, etiamſi probari non poſſint, affirmativam opinionem (quicquid nonnulli contrarium minus rectè aſtruere tentaverint) probat Dian. *part. 7. tract. 12. reſol. 21. per tot.* quia in dicto Tribunali ex generali conſuetudine denunciator habetur pro teſte, aliàs deſtrueretur Tribunal in maximam perniciem Chriſtianæ Reipublicæ, idem probat Thom. Triviſ. *deciſ. 29. lib. 2.* quia hujuſmodi denunciatores intendunt correctionem, & non vindictam, maximè ſi præceſſit charitativa monitio, ac ideò admittuntur in teſtes, idem Triviſ. *deciſ. 51. d. lib. 2.* ubi quòd tales denunciatores, dummodò non accuſent tanquam inimici, faciunt magnum indicium, & ideò tenentur denunciare.

Denunciatio, ſive notificatio, vel intimatio, tanquam actus ſimplicis certificationis non inducit litis pendentiam, neque litem motam, nec judicii, nec actorum pars dicitur, ſed tanquam actus voluntarius, & voluntariæ juriſdictionis poteſt ubique ſemper, & omni loco exerceri, Magon. *deciſ. Flor. 90. n. 6. & ſeqq.* ubi quòd ideò nimis properè fuit de incompetentia oppoſitum propter dictam notificationem, quæ litem, & cauſam non inducebat. 13

De variis denunciationibus, quando ſit neceſſariæ, vel non, quomodo faciendæ, quid operentur, & alia remiſſive, Calderin. *in alphabet. jurid. verb. Denunciatio, Delatio*, & noviſſimè Com. Auguſtin. Fontan. *in Bibliothec. legal. par. 4. eodem verb. fol.* 395. &c. Fagnan. De Luc. Pellegrin. *in Prax. Vic.* 14

part. 4. *sect.* 1. *ferè per totam* Altimar. *in tract. de nullit.* Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth.*

15 Quando denuncians delictum, & non probans teneatur ad expensas, & alia, vide in §. *Accusatio n.* 6. & 14. *cum addit.*

16 Denunciatio furum, vel aliorum malefactorum, & delinquentium, an, & quando sit necessaria, vel non, & quæ in hoc sit differentia inter forum judiciale, & forum conscientiæ, latè explicat Valer. *de differ. utriusque fori verb. Denunciatio per tot.*

17 Quando quis ut hæreticus sit denunciandus S. Officio, vel non, idem Valer. *d. tract. verb. Hæresis.*

18 De denunciationibus infirmorum, ægrotorum, & mortuorum fiendis, tempore pestis, & quomodo, plura Card. Gastal. *tract. de avert. & profilg. pest. ut in Indice verb. Denunciare.*

19 Denunciatio quænam requiratur, ut pignus vendi possit Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 5. *nn.* 249. *& à n.* 253. *tom.* 3.

20 Denunciatio Censurarum à lege illatarum, an possit fieri contra exemptos, & non subditos De Luc. *Miscell. disc.* 13. *ex n.* 17. *disc.* 14. *n.* 4. *disc.* 17. *n.* 2.

21 Denunciationes pro promovendis ad primam Tonsuram faciendæ sunt, & de ratione De Luc. *ad Concil. Trid. disc.* 14. *n.* 26.

22 Denunciatio Judicialis ubi requiritur pro forma, non sufficit extrajudicialis De Luc. *de Servit. disc.* 75. *n.* 2.

23 Denunciatio facta per informem, & non authenticam schedulam, non obligat ad evitandum Censurati comercium De Luc. *Miscell. disc.* 22. *sub num.* 5. ubi declaratur.

24 Denunciatio corresponsalibus facienda est per alterum ex Sociis, qui vult se à negotio sociali eximere, aliàs semper est obligatus De Luc. *de Credit. disc.* 75. *n.* 9. *disc.* 87. *n.* 8.

25 Denunciatio quid sit Brunnemann. *Cod. lib.* 3. *tit.* 19. *leg.* 2. *n.* 9. *col.* 260. Pellegrin. *in praxi Vicar. p.* 4. *section.* 1. *n.* 1.

26 Denunciationis effectus, quæ fit à Domino Emptori fundi, ne eum emat ab alio, qui distrahendi potestatem non habet Brunnemann. *Cod. libr.* 3. *tit.* 32. *leg.* 17. *à n.* 1.

27 Denunciationis insignis effectus Brunnemann. *ff. libr.* 6. *tit.* 1. *leg.* 27. *n.* 16.

28 Emens contra denunciationem factam à creditoribus, ne emeret, conscius fraudis præsumitur Brunnemann. *ff. libr.* 42. *tit.* 8. *leg.* 10. *num.* 5.

29 Denunciatio an habeat vim citationis Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 40. *n.* 22. *tom.* 2.

30 Denunciatio Judicialis duplex est, publica, & privata Pellegrin. *in prax. Vicar. p.* 4. *section.* 1. *n.* 3.

31 Denunciare quis possit, vel non Pellegrin. *d. p.* 4. *section.* 1. *n.* 14. *& seqq.*

32 Denunciatio Evangelica omnes obligat Idem Pellegrin. *d. section.* 1. *n.* 15.

33 Denunciatio tripliciter fit Pellegrin. *loc. cit. n.* 17.

34 Denuncians falsa punitur Pellegrin. *loc. cit. n.* 21.

35 Denuncians ad quid teneatur Pellegrin. *ibid. n.* 25.

36 Denunciatio sola ad inquirendum non sufficit, Idem *ibid. n.* 23.

37 Denunciationis conditiones, quæ Pellegrin. *loc. cit. n.* 17. Denunciatio quomodo fieri debeat *ibid. n.* 28.

38 Denunciatio, Inquisitio, accusatio cumulantur Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract.* 1. *q.* 1. *n.* 3. *& q.* 7. *per tot. & tract.* 2. *q.* 12. *n.* 1.

39 Generaliter qui denunciare prohibetur, prohibetur & accusare, & facilius quis admittitur ad denunciandum, quàm ad accusandum, Idem *ibid. tract.* 1. *q.* 6. *n.* 31. & 32.

40 Delatorem corrumpens pro convicto habetur, Idem *ibid. tract.* 1. *q.* 11. *n.* 10. & 16.

41 Denunciator voluntarius non admittitur in testem, idem *ibid. tract.* 1. *q.* 13. *n.* 22. nisi mutata forma procedendi *ibid. n.* 23. & 24. vel nisi testetur de correctione aliàs facta *ibid. n.* 24.

42 Denunciator necessarius admittitur in testem, denunciat enim secundum conscientiam publicam, & testatur secundum conscientiam propriam, Idem *ibid. n.* 22.

43 Denunciator causa pendente ad honores non promovetur *ibid. n.* 27.

Denunciator non tenetur ad probandum, sed sufficit testes informatos producere, Idem *tract.* 2. *q.* 12. *num.* 16. 44

Delicta ad S. Officium pertinentia eidem denuncianda sunt, quamvis occulta, ut probari non possint, Idem *tract.* 1. *q.* 14. *n.* 19. & 21. 45

§. DEPOSITUM. XVII.

Depositum dicitur illud, quòd ad custodiendum alteri datur, & quasi seorsum à deponente positum, ac quandoque fit per oblationem realem debiti cum illius consignatione, & depositione, creditore recipere recusante, quandoque per sequestrum rei litigiosæ, & quandoque per voluntariam rei depositionem penes amicum custodiæ causa tantùm; quomodo inter se differant hujusmodi species depositi, ad quid teneatur depositarius, quæ actiones ex hoc contractu nascantur, & alia, vide per Oinot. *in §. Præterea Instit. quib. mod. re contrah. oblig. per tot.* ubi etiam Soac. & alii Interpres communiter Ludovicum Beltram. *decis.* 146. Tusch. *litt. D, conclus.* 198. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic* 48. *n.* 1. *vol.* 3. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 364. Petr. de Onnat. *de contract. tom.* 2. *tract.* 19. *per tot.* plene Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 3. *leg.* 1. *gloss.* 1. *& seqq. fol.* 212. *&c. ad* 263. ubi quid, & quotuplex sit depositum; regulariter non transit in dominium depositarii, & quando secùs, ad quid teneatur depositarius, & illius hæres, an in deposito admittatur compensatio, & alia plura, Romaguer. in addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 31. *per tot.* ubi de depositario pignorum judicialium ad quid teneatur, & alia, Castill. *libr.* 3. *controv. cap.* 16. *n.* 2. Rosignol. *in praxi tit. de comodat. & Deposit. fol.* 460. *& seqq.* Altimar. *de Nullit. rub.* 1. *part.* 2. *q.* 21. *n.* 31. *tom.* 4. 1 2

De deposito in universum, quid, & quotuplex sit, cum omnibus quæstionibus incidentibus, latè D. Gregor. Rosignol. *in sua Noviss. Praxi Theolog. leg. contract.* 9. *tit. de commodat. & Deposit. fol.* 460. *& seqq. per tot.* Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 21. *tom.* 4. Hermosil. *loc. cit.* Vidman. *de Contract. tit.* 4. *de Deposit.*

De depositario pecuniæ publicæ, an, & quando teneatur ad interesse, vel de peculatu, residuis, vel stellionatu utendo dictis pecuniis, latè ad exclusionem utriusque Ant. Gob. *Consult.* 38. *per tot.* Sed vide in §. *Pecunia.*

De officio Thesaurarii publici, & cujuslibet Depositarii, latè Otter. *de Officinl. Reipub. part.* 2. *c.* 11. & 12. *per tot.*

Quid sit depositum, & quomodo probari possit per confessionem, vel per testes, Mascard. *de probat. concl.* 509. & 510. *per tot.* De probatione Depositi *tract. libr.* 2. *rer. jud. cap.* 10. *fol.* 162.

Depositum habet plura privilegia, nempè paratam executionem, nullum terminum ad solvendum, non admittit compensationem, nec exceptionem non numeratæ pecuniæ, non exceptionem dominii, & alia de quibus Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 10. *tit.* 10. Leotard. *de usur. q.* 32. *nu.* 12. *& seqq.* Staiban. *de Interess. lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 28. *& seqq.* Oinot. & Soac. *ubi supra inf. n.* 5. Tusch. *litt. D, conclus.* 1200 *per tot. & seqq.* Paul. Christin. *decis.* 48. *vol.* 3. ubi tamen quòd depositum potest retineri pro expensis necessariis in eo factis, & quomodo sit restituendum quando agitur cum pluribus deponentis hæredibus, vel si plures sint depositarii hæredes, vide in §. *Hæres nu.* 50. Carleval. *de judic. lib.* 2. *tit* 3. *Disput.* 31. *per tot.* Hermosil. *loc. citat. leg.* 9. *gloss.* 1. *fol.* 260. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 21. *à num.* 79. *tom.* 4. Ansald. *de Comerc. disc.* 46. *n.* 43. Verd. *Instit. lib.* 3. *n.* 724. 3

Quòd depositario possit fieri sequestrum, quo stante tenetur non solvere suo creditori, aut iterum solvere creditori sui creditoris sequestranti, Gratian. *discept. for. cap.* 485. *in princip.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 443. *in fine*, & *part.* 15. *decis.* 276. *n.* 1.

Qualiter reddendum sit depositum absque ulla excusatione, Onnat. *loc. sup. cit. sect.* 5. *fol.* 895.

Quòd depositum habeat executionem paratam, Rot. *part.*

par. 14. recentior. deciſ. 64. num. 1. &c. Trentacinq. var. reſol. lib. 3. de depoſit. Peg. l. reſol. cap. 3. nu. 95. 98. Altimar. de Nullit. rub. 1. part. 2. q. 21. à num. 79. tom. 4. Creſcin. ad Abecclef. obſervat. 107. num. 8. & obſervat. 126. n. 6. part. 1.

Intelligendo prædicta de vero depoſito, nam illud, quod fit per numerationem, & tranſit in dominium depoſitarii, admittit compenſationem, exceptionem non numeratæ pecuniæ, & ſimiles, & depoſitarius illo utendo non committit furtum, Sperel. deciſ. 29. n. 28. & ſeqq. Altimar. ubi ſuprà num. 103. Berſan. de Compenſ. cap. 2. q. 22.

Habet etiam depoſitum jus prælationis quoad creditores chirographarios, ſive perſonales, etiam ſi illius uſus fuerit conceſſus depoſitario, & quoad omnes alios quoties depoſitum extat, & non tranſivit in mutuum, nec in dominium Depoſitarii, l. ſi hominem, §. Uſus ff. depoſit. Azor. Inſtit. moral. part. 3. lib. 7. cap. 8. q. 6. Molin. diſp. 526. n. 9. Bonac. diſp. 3. quæſt. 12. punct. ult. num. 6. P. Stephan. de Neapol. tract. de reſtit. lib. 2. cap. 27. num. 13. vide latè Peguer. deciſ. 38. per tot.

Non tamen habet hypothecam, ſed ſolùm actionem perſonalem, niſi procedat à perſonis privilegiatis, Merlin. de pign. lib. 4. quæſt. 27. Rot. part. 14. recent. deciſ. 429. per tot. inf. n. 4.

3 Depoſitum conſiſtens in pecunia numerata tranſit in dominium depoſitarii, & quaſi mutuum reputatur, l. Lucius, ubi Caſtr. & l. dies ſponſaliorum de poſ. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 728. num. 22. Magon. deciſ. Flor. 1. num. 55. Staiban. de Intereſſ. lib. 2. tit. 14. nu. 19. & ſeqq. Sperel. d. deciſ. 29. num. 22. & ſeqq. Altograd. conſ. 17. num. 50. & 51. lib. 1. ubi quod præcipuè procedit ſi depoſitario data fuerit facultas utendi, vide Peguer. deciſ. 38. per tot. Rot. part. 13. recent. deciſ. 91. num. 2. ubi quòd ſtante facultate recuperandi remanet penes deponentem, & part. 14. deciſ. 179. n. 57. & ſeqq. ubi quid quando conceſſus eſt uſus, vel actum de uſuris à menſulariis recipiendis tranſit in mutuum, & dominium, ac tunc deponens à cæteris creditoribus non ſeparatur Altimar. ubi ſuprà nu. 55. 59. & 60., & ſeqq. Vide Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. ult. nu. 139. De Angelis de Impenſ. dotal. fact. art. 10. n. 5. & ſeqq.

Ad quem autem iſto caſu ſpectet periculum depoſiti, vide Gabriel. comm. concl. tit. de reb. credit. concl. 2. per tot. Sperel. d. deciſ. 29. num. 30. ubi quòd ſtante numeratione, & translatione dominii ſpectat ad depoſitarium, ſecus ſi pecunia in ſacculo depoſitatu ut ſpecies, vide Paul. Chriſtin. deciſ. 5. nu. 4. &c. volum. 3. Merlin. deciſ. 188. nu. 6. & ſeqq. ubi diſtinguit inter mercatorem, & alium privatum, etiam data facultate utendi, ſi non fuerit uſus, Peguer. d. deciſ. 38. Ludoviſ. deciſ. 146. n. 11. &c. cum Beltramin. Martic. de tacit. lib. 10. tit. 9. Honded. conſ. 43. lib. 2. Altimar. loc. cit. num. 30. De Angelis loc. ſup. cit. art. 10 Latca deciſ. 14. Tonnut. lib. 2. q. 8. Bertachin. art. 39. n. 16

4 Depoſitum quando conſiſtit in pecunia, ut ſit validum, neceſſe eſt quòd pecunia coram teſtibus numeretur, Bart. in l. cum ſervus, ff. de condit. & demonſtrat. & alii in l. acceptam C. de uſur. Rol. conſ. 63 num. 24. lib. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 541 n. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 232. num. 20. Ludoviſ. cum Beltramin. deciſ. 146.

Et ſtante depoſito in pecunia numerata, poſſe per depoſitarium opponi exceptionem non numeratæ pecuniæ infra biennium, ut in mutuo, ſi de eo appareat tantùm confeſſio, & à deponente ſit probanda numeratio, Marta vot. Piſ. 137. per tot. vide in §. Exceptio n. 42. & ſeqq.

Quòd depoſita facta in banchis dicantur irregularia, & dominium pecuniarium tranſeat in bancherius, ideòque talia depoſita non habeant privilegia veri depoſiti, & creditores ex hac cauſa ſint tantùm privilegiati in actione perſonali, Marta vot. Piſ. 83. ſuprà n. 2. Altimar. loc. cit. n. 30. Ubi etiam quod prælatio competit deponenti ratione depoſiti in concurſu Creditorum.

5 Depoſitum an in dubio præſumatur, vide in §. Pecunia n. 11. Quomodo probetur, Tuſch. litt. D, concluſ. 199.

An admittat compenſationem, vel retentionem, vide in §. Compenſatio num. Emerix jun. deciſ. 642. n. 2. latè Berſan. de Compenſat.

Et quod non, niſi agatur de expenſis in re depoſita factis, Staiban. de Intereſſ. lib. 2. tit. 14. num. 33. & ſeqq. ad 40. ſuprà num. 2.

Depoſitum confeſſionatum habet privilegia veri depoſiti, quando aliud debitum fuit converſum in depoſitum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 321. num. 10. & cap. 728. num. 28. &c. vide in §. Debitum num... Franciſc. de Angelis de confeſſ. lib. 1. quæſt. 7. effect. 13. ubi qualiter depoſitum probetur per confeſſionem, ita ut ſic confeſſus non poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſed benè compenſationem, & reconventionem, & alia ad rem. 6

Et quod depoſitum etiam confeſſionatum habeat omnia privilegia veri depoſiti juxta veriorem opinionem, Altograd. conſ. 42. num. 38. lib. 1. quicquid regulariter confeſſionatum, non habere privilegia veri depoſiti per numerationem, utrumque tamen per epiſtolam probari, concludit Genu. de ſcript. priv. lib. 3. quæſt. 9. per tot. fol. 130. Maſcard. de probat. concluſ. 509. ubi quòd non habet privilegia veri depoſiti, & licèt probetur per confeſſionem, intelligitur quoad præjuditium confitentis, non autem tertii, & quare, Sebaſt. Medic. de compenſ. part. 1. quæſt. 15. ſuprà nu. 8. Sabell. in Prax. verb. Depoſito n. 5.

Illud autem certum eſt, quod depoſitarius fictus, qui ſcilicet ſe obligavit in forma depoſiti, habetur potiùs loco fidejuſſoris, quàm veri depoſitarii, niſi probetur, bona fuiſſe eidem cum effectu conſignata, & tradita, quia ex communi ſtylo, & obſervantia, fiunt paſſim obligationes in forma depoſiti ad evitandas evacuationes domorum, & ne mobilia deperdantur, aut deteriorentur, vel ne aſportentur, & ſolùm apparenter datur nomen depoſiti, cùm bona verè relinquantur penes eundem debitorem gravatum, & idèò attendenda eſt potius veritas, quàm ſimulatum nomen depoſiti, & non reſtituens, non dicitur in dolo, nec infamis, Corn. conſil. 262. num. 13. lib. 4. Mandel. conſil. 3. num. 7. lib. 1. Buratt. deciſ. 516. Card. Tuſch. litter. D, concluſ. 200. nu. 35. & 36. Scanarol. de viſit. Carcer. lib. 3. §. 1. cap. 5. nu. 68. & ſeqq. ad 78. fol. 424. dixi in Pract. §. Depoſito num. 5.

Depoſitum ſemel legitimè factum de mandato judicis, vel ſaltem eo ſciente, & tollerante, dicitur judiciale, & liberat debitorem deponentem, qui amplius non tenetur, quamvis ſuperveniat inopia depoſitarii ſine ſua culpa, vel facto, cùm creditori fuerit quæſita actio contra depoſitarium, quem ſolum poterit executivè convenire, adeò ut ſi fuerit relaxata executio contra debitorem deponentem, ſit nulla, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 8. per tot. Sperel. deciſ. 114. num. 92. vide in §. Executio num... & §. Debitor num. 5. Rot. part. 13. recent. deciſ. 80. n. 1. &c. Gregor. deciſ. 214. & 216. Rot. dict. part. 13. deciſ. 91. n. 4. & ſeqq. ubi plura quando habeat vim ſolutionis, & liberet deponentem, vel non, & deciſ. 352. num. 10. 7

Quòd depoſitarius pecuniarum debitoris ad effectum ſolvendi creditoribus, ſi decoxerit, hæc decoctio cedat damno creditorum, & non debitoris, quando creditores ipſi fuerunt negligentes in exigendo, Rot. in ſelect. et Farinac. part. 1. tom. 1. deciſ. 253. per tot.

Qualiter habeat vim ſolutionis quando ſubeſt cauſa ſolvendi, & pariat liberationem ſi ſit legitimè factum, & alia, Tuſch. litt. D, concluſ. 201. per tot. Rot. par. 9. recem. deciſ. 228. n. 4. & ſeqq. per tot. & dec. 229. n. 18. &c. Conducit De Luc. de Credit. diſc. 144. nu. 6. in ſumm. n. 192. Caprar. deciſ. 752. num. 3. part. 2. Anſald. deciſ. 96. n. 50.

An autem facto depoſito de ordine judicis, teneatur deponens ſuſcipere diſcuſſionem juſtitiæ, vel injuſtitiæ petentium illius conſignationem ſibi fieri, Seraph. deciſ. 1019. num. 5. Rot. part. 10. recent. deciſ. 190. n. 5. ubi quòd non, ſed ſpectat ad judicem conſignationis Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæſt. 21. nu. 244. tom. 4. Vide Rocc. reſponſ. 27. lib. 1. De Luc. de Credit. diſc. 58. & de Legit. diſc. 23. n. 6.

Et quando conſignatio depoſiti judicialis habeat vim executionis ſententiæ, Rot. part. 10. recent. deciſ. 203. per tot.

8 Depositarius non liberatur à restitutione depositi, quamvis illud apud alium deposuarit, & sit paratua contra eum cedere jura, nec potest appellare, sed executivè convenitur pro restitutione deposti, Gratian. *discept. forens. cap.* 665. *nu.* 17. *& seqq. & cap.* 667. *num.* 15. facit Ludovis. *decis.* 146. *per tot.*

Quando depositarius restituens depositum, liberetur, vel non, Tusch. *litt. D*, *concl.* 214. *per tot.*

An possit opponere de dilatione, & securitate concessa debitori principali, idem Gratian. *cap.* 12. *n.* 13 *&c.*

Depositum à pluribus factum, cui, vel quibus sit restituendum; & factum penes unum, vel plures, à quibus, & qualiter restituendum, Tusch. *litt. D*, *conclus.* 208. *& conclus.* 209.

Quòd depositarius non servans formam sibi traditam in deposito, circa illius restitutionem, non liberetur, sed teneatur iterum solvere. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 73. *n.* 1. *&c.* ubi etiam qualiter teneantur illius fidejussores. Si verò legem depositi adimpleverit, ad alìud non tenetur, nec in ejus præjudicium admittitur mutatio voluntatis, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 9.

9 Depositum ut liberet debitorem deponentem, debet esse integrum, ita ut si deficiat in nummo, non relevet, etiam si deponens protestetur de illud reintegrando quatenus defectitium reperiatur; quod procedit non solùm respectu sortis principalis, sed etiam fructuum decursorum, & non solutorum pro rata temporis; diceretur tamen integrum, si debitor deposuerit totam summam à creditore petitam, licèt verè majorem deberet quantitatem, Cenc. *de Cens. qu.* 111. *num.* 38. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 260. *nu.* 17. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 232. *nu.* 21. *& seqq.* ubi etiam quòd requiritur, ut fiat de re verè debita, Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 203. *&* 212. *per tot.* Merlin. *decis.* 744. ubi quòd pro extinctione census debet esse integrum, & purum citra ullas conditiones extrinsecas, & Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 266. *per tot.* ubi plura quale debeat esse depositum pro extinctione census, ut cessent fructus Altimar. *ubi suprà num.* 246. De Luc. *de Dot. disc.* 51. *n.* 6. *&* 9. Novar. *q.* 65. *lib.* 1. Jovi. *de solem. in contractibus minor. gloss.* 16. §. 11. *n.* 238.

Quòd emphyteuta possit solvere canonem pro uno anno ad evitandam caducitatem, quia sic tollitur cessatio per biennium, vel triennium necessaria ad incurrendam caducitatem, Cabal. *cons.* 77. *lib. pr. vide in §. Mora n.* 16. *in fine.*

Quòd debeat esse integrum, aliàs sit nullum, & non liberet emphyteutam à caducitate, licèt in minimo deficeret, & quod si debitum erat speciei, non juvet factum in quantitate, Altograd. *cons.* 24. *num.* 66. *& seqq. ad* 84. *lib.* 1. Altimar. *ubi suprà n.* 216.

Item debet esse reale, & actuale, & unà cum fructibus, vel sufficit verbale ad effectum redimendi, vel franeandi, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 63. *n.* 11. *& seqq. & part.* 10. *decis.* 2. *num.* 23. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rub.* 1. *part.* 2. *q.* 21. *n.* 217. *tom.* 4.

Defectus tamen quilibet depositi censetur sublatus ex subsequuta confessione, & ratificatione partis, ita ut approbanti depositum non integrum detur tantùm actio pro residuo, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 55. *nu.* 8. *& sequent.*

Quòd teneatur creditor partem debiti confessatam recipere, & de parte dubia litigare, Bart. *in l. quidam* 51. *ff. si cert. pet.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 258. *n.* 22.

10 Depositum dicitur integrum, & relevat deponentem, si sit pro tota sorte, & fructibus, quamvis non pro expensis, pro quibus ante liquidationem non est opus aliquo deposito, Gratian. *discept. forens. cap.* 686. *n.* 7. *&c.*

Quòd sufficiat deponere summam certam, & liquidam, dando fidejussores de solvendo pro incertis facta liquidatione, Magon. *decis. Flor.* 132. *n.* 16. Menoch. *de arbitr. cas.* 232. *num.* 14. *&* 15. Altograd. *consil.* 24. *n.* 99. *lib. pr.* Tusch. *litt. D. concl.* 211. *per tot. vide in §. Oblatio num.* . . Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 228. *nu.* 13. *&c.* ubi quòd dicitur integrum si sit factum de tota summa liquida, licèt plus debeatur, postea deponendum facta liquidatione, *& decis. pr. num.* 23. *& seqq. part.* 10. *recent.* Altimar. *loc. cit. n.* 21. Jovi. *de solemn. in contract. minorum gloss.* 16. §. 11. *n.* 242. Meli, *obser.* 123. *n.* 6. Ansald, *de Comer, disc.* 68, *n.* 26,

Quòd admittatur depositum unius julii cum oblatione solvendi residuum liquidandum, quando agitur de summa incerta, & non liquida, Duran. *decis.* 403. *in fine*, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 138. *num.* 30. *vide in §. Expensæ nu.* 25. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 162. *& seqq.* ubi an, & quando sufficiat depositum unius julii cum obligatione ut supra ad effectum ut spolium dicatur purgatum quoad fructus, & expensas.

Depositum debet esse purum, & liberum, non continens aliquam conditionem extrinsecam, quicquid sit in modo, & conditione intrinseca, debet esse integrum, in moneta expendibili, nec de proximo reprobanda sciente debitore, debet fieri cum auctoritate judicis in sacris ædibus, hoc est super Monte Pietatis, vel alibi ejus jussu, Gratian. *discept. forens. cap.* 260. *per tot. & cap.* 515. *num.* 3. *&c.* Menoch. *de arbit. cas.* 232. *num.* 24. *& seqq.* Duran. *decis.* 421. *nu.* 5. *& seqq.* ubi quòd licèt debeat esse purum, & liberum, admittit tamen conditionem intrinsecam, quæ illud conditionale non reddit, continens autem conditionem extrinsecam nihil operatur, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 71. *num.* 9. Merlin. *decis.* 744. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 228. *num.* 17. *& decis.* 229. *num.* 4. *& seqq. per tot. & part.* 13. *decis.* 91. *num.* 7. *& seqq.* latè Altimar. *cit. qu.* 21. 11

Quòd debeat fieri auctoritate judicis, & eo deficiente coram honestis personis cum protestatione, & de his rogari Notarius, Menoch. *d. cas.* 232. *n.* 28. Rot. *d. part.* 9. *decis.* 229. *num.* 18.

Quòd debeat esse liberum, & non cautelosum, ita ut liberè possit recipi sine cautione, Magon. *dec. Luc.* 31. *n.* 19. Ricc. *Collect.* 3178. Ludovis. *dec.* 146. *n.* 7. *&c.*

Conditionale factum à debitore census, non liberat à cursu fructuum, & non arctat nisi facto de mandato judicis competentis, Gratian. *discept. forens. cap.* 795. *num.* 1. *& per tot.* vide Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 266. *per totam*, ubi plura quale debeat esse depositum pro extinctione census.

De deposito conditionali, quoad cessionem jurium, quando relevet, vel non, idem Gratian. *cap.* 686. *nu.* 8. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 229. *num.* 6. *& seqq.* ubi quòd relevat, quia cessio jurium dicitur de natura actus, & conditio intrinseca, quæ non vitiat depositum, *& part.* 12. *decis.* 63. *num.* 17. *& seqq.*

Et quando primum depositum fuit nullum, potest aliud denuò fieri in quavis parte judicii, Menoch. *de arbitr. cas.* 232. *num.* 33. Altimar. *ibidem num.* 249. Antonel. *de Loc. legal. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 38. *& seqq.*

Quòd sit faciendum in loco publico apud ædem sacram, idest Montem, quo facto, non possit per creditorem ad ulteriora procedi, & deponenti solùm incumbat interpellare creditorem ad recipiendam solutionem, aliàs ad videndum deponi, Gratian. *discept.* 686. *n.* 5. *& seqq.* Rot. *part.* 20. *recent. decis* 2. *per tot.* ubi plura de nullitate depositi, ex eo quod non præcesserit oblatio, & citatio ad recipiendum, non fuerit factum penes ædem sacram, vel alium locum à judice deputandum, & non fuerit integrum, vide in §. *Fructus n.* 32. *in fine.*

Quòd sit faciendum in tempore, & loco opportuno arbitrio judicis eligendo, & declarando, Menoch. *de arbitr. cas.* 232. *n.* 30. *&* 31. Altimar. *à n.* 188. *loc. cit.*

Quòd possit fieri etiam penes personam privatam idoneam de partis, & judicis consensu, ac liberet deponentem, Sperel. *decis.* 154. *num.* 92. nisi deponens retineat claves capsæ, Ludovis. *decis.* 146. *n.* 4. *&c.* ubi alia plura, ex quibus deponens non liberatur.

Depositum factum cum conditione aliqua intrinseca, quoad periculum interim spectat ad ipsum deponentem, cùm per hujusmodi conditionem dicatur abesse animus abdicationis dominii, Bart. *in l. si soluturus* 139. *n.* 5. *ff. de solut.* Gratian. *discept. forens. cap.* 260. *n.* 3. *&c.* 12

Et quando remaneat in dominio deponentis, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 281. *num.* 10. *&c. vide supra nu.* 3. *inf. num.* 17.

Quando autem dominium dicatur translatum in creditorem non obstante aliqua conditione implenda per ipsum creditorem pecuniæ depositatæ, veluti si ipse in libris sit creatus creditor, ita ut tunc ad eum, &

non

non id deponentem ſpectet periculum, Merlin. *deciſ.* 455.

Factum pro abſente quando poſſit revocari, vel non ante acceptationem, latè Tuſch. *litt. D*, *concluſ.* 213.

13 Depoſitum in materia retractus non relevat ſi fiat antequam ſolutio fuerit oblata in pecunia illi, à quo deponens retrahere intendit, & ab eo recuſata, Gratian. *diſceptat.* 541. *num.* 16. *&* 17. *& cap.* 786. *per tot.* ubi etiam quando deponens lucretur fructus perceptos à recuſante revendere, & multa quando depoſitum non ſit neceſſarium in cauſa retractus, idem Gratian. *cap.* 742. *num.* 43. *& ſeqq.*

Quòd debeat præcedere dicta interpellatio, & denuntiatio facta creditori, ut veniat ad accipiendum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 232. *nu.* 29. *&c.* Card. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 207. *per tot.* ubi quibus caſibus ſit neceſſarium depoſitum, vel non.

14 Deponere non eſt ſolvere, & ſic obligatus ad ſolvendum, non liberatur per depoſitum, maximè quando pars non recuſat, imò anhelat ſolutionem, vel ſi depoſitum eſſet conditionale, & non liberum, Cavaler. *deciſ.* 156. *per tot.* Ludoviſ. *deciſ.* 146. *num.* 1. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. D. concluſ.* 201. *per tot.* ubi quando habeat vim ſolutionis, vel non, vide Jul. Capon. *tom.* 1. *diſcept.* 11. Cyriac. *controv.* 158.

Quòd debitor non relaxetur niſi ſoluto debito, vel data cautione in forma depoſiti, quæ potius de ſtylo, quam de jure admittitur, cùm deponere non ſit ſolvere, Saluſt. Tiber. *lib.* 1. *cap.* 4. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 318.

15 Depoſitarius an, & quando poſſit prætendere ſalariū, vel non, & alia, vide Lanfranc. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.* 63. *per tot.* Salgad. 1. *part. Labyrint. cap.* 13. *à num.* 3. *& §.* 1. *à nu.* 34. *&* 3. *part. cap.* 11. *à nu.* 19. *et* 29.

16 Depoſitarius tenetur ad intereſſe de jure civili ex triplici cauſa, videlicet ſi adſit pactum, vel mora, vel utatur re depoſita. De jure vero canonico ſecus eſt, niſi probetur intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis in deponente, & quatenus interſit, quamvis non deſint etiam graviſſimi Auctores, qui fortè meliùs aſſerant, depoſitarium ſaltem ex honeſtate, & gratitudine teneri aliquid dare deponenti ratione uſus rerum, aut pecuniarum depoſitarum, & abſque dubio teneri, ſi res depoſita eſſet de ſui natura fructifera, de quo videndus, Leotard. *de uſur. quæſt.* 32. *per tot.* Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 43. *& ſeqq.* Cavaler. *deciſ.* 331. *num.* 7. ubi quòd de jure canonico, quod debet attendi, non tenetur, *& deciſ.* 345. *num.* 6. *&* 7. Card. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 200. *num.* 4. *& ſeqq. & concluſ.* 202. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 40. *num.* 112. *et ſeqq.* ubi qualiter uſura committatur in depoſito, vide §. *Intereſſe*, *&* §. *Uſura*, latè Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæſt.* 21. *à num.* 33. *tom.* 4. De Luc. *de Benefic. diſc.* 36. *n.* 6., ubi quod deponens pecuniam ea lege ut pro uſu illius aliquid accipiat, uſuram committit, & depoſitum in fraudem uſurarum factum non habet privilegia depoſiti Leotard. *de Uſur. q.* 32. *n.* 16. *et* 18.

Quòd poſſit depoſitarius ſua ſponte dare deponenti integrum, vel dimidium lucrum, ſive aliam partem, ſua induſtria ex pecunia depoſitata perceptum, & deponens recipere, abſque tamen pacto, & principali intentione deponentis, licèt depoſitarius det ſperans, quòd per hujuſmodi ſuam largitatem, deponens non auferat pecuniam ab ejus banca, ſed libentiùs illam ibi teneat dummodò in utroque deſit principalis intentio, pactum, & obligatio dicti lucri, Navar. *in ſum. cap.* 17. *num.* 242. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 174. *nu.* 6. Sperel. *deciſ.* 29. *num.* 2. *&c.* Altimar. *loc. cit. nu.* 49.

Dicta concluſio de non percipiendo lucro per deponentem ex depoſito juxta prædicta, videtur intelligenda in depoſito facto per numerationem, cujus dominium, & periculum tranſit in depoſitarium, nam ſi pecunia eſſet depoſita clauſa, & ſignata ad inſtar ſpeciei, ut eadem reſtituatur, tunc depoſitarius ratione delicti, & contrectationis contra voluntatem domini, tenetur ad uſuras, ſicut etiam ſi ſit in mora reſtituendi, Lup. *de uſur. Comment.* 1. §. 5. *num.* 6. quem refert, & ſequitur, ac judicaſſe teſtatur Speral. *d. deciſ.* 29. *num.* 33. *& per tot.* Sed an benè, vel malè, attento jure canonico, vide DD. ſupracitatos, & Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 304. *per tot.* ubi quoad moram approbat *num.* 4. late Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 3. *leg.* 8. *gloſ.* 6. *&* 7. *fol.* 351. *&c.*

An autem depoſitarius poſſit uti re depoſita uſu conſumptibili, Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 68. ubi quòd ſic in foro conſcientiæ, ſi omninò certum ſit nullum damnum poſſe domino reſultare, ut quia debitis temporibus res æquè bona ſit reſtitutioni parata, & de his omnibus, ac aliis in materia depoſiti, P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtit. lib.* 2. *cap.* 27. *per tot.*

17 Depoſitarius tenetur tantùm de dolo, & lata culpa, quando depoſitum fuit factum in gratiam deponentis tantùm, ſi verò in gratiam utrinſque, ut quia præmium recipiat, tenetur etiam de levi culpa, & quandoque de leviſſima, ut ſi ita ſe obligaverit per pactum, vel officium depoſitarii affectaverit; & quando cum depoſito eſt junctus contractus locationis, veluti in cauponibus, nautis, ſtabulariis, ſartoribus, fullonibus, & hujuſmodi, qui recepta mercede alienarum rerum cuſtodiam ſuſcipiunt, tenentur de levi culpa, imò aliquando etiam de leviſſima, & hæc omnia vera ſunt in foro fori, in foro autem conſcientiæ, in quo magis veritas, & æquitas conſideratur, licèt multi, & magis communiter idem aſſerant, tamen probabilis eſt etiam opinio aliorum exiſtimantium, neminem teneri in conſcientia, niſi ex culpa gravi, & lata, imò ſecundùm laxiorem opinionem, niſi ex dolo vero, Rebell. *de oblig. juſt. part.* 2. *lib.* 6. *quæſt. unic. num.* 5. *& ſeqq.* quem tamen acriter impugnat Valer. *de different. utrinſque jur. verb. Depoſitum diff.* 4. *num.* 4. prout refert Dian. *part.* 1. *tractat.* 8. *reſolut.* 74. *vide in* §. *Conductor num.* 29. *&c.*

Ad quid teneatur depoſitarius, latè Onnat. *de contract. tom.* 1. *tract.* 59. *diſput.* 55. *ſect.* 3. *&* 4. *per tot.* Michael. Ferro Mantique. *quæſt. vicar. part.* 2. *quæſt.* 104. *per tot.* Tamburin. *in Decal. libr.* 8. *tract.* 3. *cap.* 5. §. 3.

Et ex noſtris ad quid teneatur depoſitarius in foro fori, vide Tuſch. *litt. D. concluſ.* 204. *&* 205. Farinac. *de furt. quæſt.* 169. *par.* 2. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 260. Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 281. *n.* 10. Boniſac. *de furt.* §. 8. *num.* 59. *& ſeqq. cum aliis ſupra num.* 3. *&* 12. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 48. *per tot. volum.* 3. *& ad leg. municip. tit.* 8. *art.* 15. Merlin. *deciſ.* 188. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 192. ubi diſtinguit ut ſupra Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *tit. de depoſit.* Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 34. *&* 35. Hermoſil. *ubi ſup. fol.* 233. & Andreol. *contr.* 36. ubi quando teneatur de caſu fortuito Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæſt.* 21. *à num.* 123. *tom.* 4. Verd. *Inſtit. lib.* 3. *n.* 736. Larrea *deciſ.* 14. *n.* 2. Brunneman. *in l. pr. C. depoſiti.*

An autem ſi depoſitarius, vel commodatarius ſit dubius utrum res ſit ſua culpa amiſſa, teneatur in foro conſcientiæ illam reſtituere, Dian. *part.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 30. *per tot.*

Quòd depoſitarius aſſerens perdidiſſe rem depoſitam præſumatur in dolo ſi res proprias ſalvas habeat, niſi probet caſum fortuitum quoad rem depoſitam, vel per alias conjecturas dolum excludat, *per text. in cap.* 2. ubi Abb. *num.* 2. *de depoſ.* Natt. *conſ.* 131. *vol. pr.* Maſcard. *de probat. concl.* 508. *per tot.*

18 Depoſitum factum penes conſanguineum deponentis, & non præſenta pecunia poteſt videri ſimulatum, & ſine judicis decreto, ac partis citatione nullo modo ſuffragatur, Roland. *conſil.* 61. *num.* 2. *lib. pr.* Gregor. *deciſ.* 146. *num.* 6. *&* 9. Rot. *part.* 13. *recentior. deciſ.* 326. *num* 10.

19 Deponens ciſtam, valiſiam, vel quid ſimile ſigillatum penes aliquem, ſi fuerit reſtitutum ſine ſigno, & dicat aliquid ſibi fuiſſe ablatum, deficientibus aliis probationibus admittitur ad jurandum circa ea, quæ in ciſta, vel valiſia exiſtebant, per text. *in l. pr.* §. *Depoſiti*, *&* §. *ſi ciſta ff. depoſ.* Bart. *in l. in actionibus col. ult. n.* 23. *de in lit. jur.* ubi etiam Alex. *n.* 18. Maſcard. *de probat. concluſ.* 507. *per tot.* ubi tamen limitat non procedere quando conſtat ab alio, & non à depoſitario fuiſſe ſignum ablatum, nec ſi facti, & perſonarum qualitas aliter ſuadeat, nec inſpecta qualitate perſonæ volentis jurare, ut in hæretico, vel judæo, nec

quando depositarius vellet contrarium probare, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 208. *num.* 26. *& seqq.* & alios quos citavi in §. *Furtum nu.* 7. *in fine, & in §. Hospes num. pr.* Altimar. *ubi suprà à num.* 62. Pegas *resol. cap.* 9. *n.* 334. *& seqq.*

20 Depositarius utens re deposita qualiter impropriè dicatur committere furtum, Cabal. *resol. crim. cas.* 136. Menoch. *de arbitr. cas.* 298. Tusch. *litt. F. conclus.* 553. Bonifac. *de furt.* §. 8. Farinac. *quæst.* 168. *&* 169. qui idem concludunt in similibus casibus, ut dixi in §. *Furtum num.* 3. *& §. Dolus num.* 14. ubi quando debeat agi civiliter, vel etiam possit agi criminaliter.

Quòd Depositarius pecuniarum Communitatis pro emendo frumento, non possit uti dictis pecuniis ad alium usum, sed teneatur statim ad petitionem Communitatis illas restituere, aliàs contra eum possit ad arrestationem, & capturam personæ procedi, Ludovis. *dec.* 106. *per tot.* facit quod dixi in §. *Administrator num.* 2. *& seqq.*

21 Depositarii plures tenentur singuli in solidum, §. *si duo l. pr. ff. deposit.* Rot. *part.* 16. *recentior. dec.* 390. *num.* 19. *et seqq.* ubi etiam quòd mora, & culpa unius nocet aliis, Altimar. *ubi suprà à num.* 166.

Quòd si ex pluribus deponentibus unus repetat suam ratam, non teneatur illam aliis communicare, etiam si emergat decoctio depositarii, & quare, Costa *de ration. rat. quæst.* 122. *per tot.* vide in §. *Societas num.* 12. Altimar. *loc. cit. num.* 167. Ubi si unus ex deponentibus repetat ratam suam tantum, debet illi dari, auditis aliis Brunnemann. *in l. fin. C. depositi.*

Quòd depositarius Communitatis non possit solvere illius debita, imò nec unum nummum ex suo capite sine mandato, & ordine Priorum, vel Magistratus, Bald. *in rubr. C. de non num. pecun.* Choel. *in Bulla boni Regim. cap.* 24. *nu.* 13. *& seqq.* Munoz. *de ratiocin. cap.* 23. *num.* 21. Conciol. cum Addit. ad Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *rub.* 26. *num.* 1. *& seqq.*

22 De depositario pignorum captorum in causam judicati, ejus officio, & obligationibus, latè cum pluribus citatis Romaguer. *ubi sup. lib.* 1. *rub.* 51. *per tot.*

23 Multa alia de deposito, & depositariis, tradunt Castejon. *in alphabet. jurid. verb. Depositum, Depositarius*, Florid. Mauson. *de caus. execut. ampliat.* 39. Com. Augustin. Fontan. *in Bibliothec. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 398. *&c.* Thoro *Compend. decis. Neapol. par.* 1. 2. *&* 3. *verb. Depositum*, Cancer. *variar. resolut. part.* 3. *cap.* 8. *per tot.* Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* De Luc. *in Indic. generali* Altimar. *de nullit.* Mans. Palm. Emerix Caprar., & alii moderni.

24 Quòd deposita Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum personarum, non possint ab aliquo sequestrari, vel occupari sub pœna excommunicationis, Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Deposita fol.* 141.

25 Depositarius ad quid teneatur tam in foro fori, quàm in foro conscientiæ, latè Valer. *de different. utriusque fori, verb. Depositum per tot.* ubi etiam *differ.* 3. notat, quòd si reus capitalis judicii ad salvandum rem aliquam à fisco, illa deponat penes tertium, & postea repetat extra judicium, est illi restituenda in foro conscientiæ, licèt in foro judiciali esset fisco restituenda, & sic confessarius compellet depositarium ad restituendum deponenti, Judex verò fori contentiosi faciet reddere fisco Tamburin. *libr.* 9. *de contract. tract.* 7. *cap.* 5.

26 Depositum compensari potest de Jure Placentino Federic. Scot. *lib.* 8. *respons.* 10. *n.* 25. *tom.* 2. Bersan. *de Compens. cap.* 2. *q.* 22. *n. fin.*

27 Depositarius si aliquis sit electus hujusm. electio, ut potè requirens industriam personæ dicitur merè personalis, atq; adeo ad hæredes non transit. Roc. Episc. *cap.* 57. *n.* 96. *&* 97. *tom.* 1.

28 Depositum fieri non potest, non præcedente citatione ad recipiendum, cum requiratur contumacia debitoris recusantis recipere Caprar. *decis.* 460. *n.* 1. *part.* 2.

29 Depositum debet esse purum, & sine aliqua conditione, & tale, ut creditor ad sui libitum sine controversia, & sine nova lite illud exigere valeat Caprar. *decis.* 460. *n.* 2. *p.* 2.

Depositum non cedit in causam duriorem, seu antiquiorem, ubi simpliciter factum fuit, nulla præcedente declaratione deponentis Caprar. *decis.* 513. *n.* 2. *part.* 2. 30

Secùs ubi habet causam expressam, & conventam: Tunc enim in illam, & non in aliam referri debet depositum *ibidem n.* 3.

Deposita, & solutiones factæ, quarum forma non habetur, juxta originariam destinationem, & conventionem factæ præsumuntur Caprar. *decis.* 485. *n.* 10 *part.* 2. 31

Depositum Dotis factum pro monacanda, ex quibus excludatur fuisse fictum, & non reale Caprar. *decis.* 228. *n.* 31. *cum seqq. part.* 1. 32

Depositum factum, & descriptum per verba *lascio contanti al Sig. N.N. in somma di scudi tanti* importat, veram, & effectivam numerationem pecuniæ Emerix jun. *decis.* 463. *n.* 2. *& decis.* 482. *n.* 3. 33

Depositum factum ad effectum reinvestiendi ad commodum alicujus, legitimata persona, debet illi consignari Emerix jun. *decis.* 534. *n.* 1. 34

Ex deposito non debentur fructus, licèt Depositarius usus fuerit pecunia deposita Emerix jun. *decis.* 511. *n.* 1. ubi declaratur. 35

Depositum præscribi non potest, neque de Jure, neque ex dispositione Statuti Emerix jun. *decis.* 534. *num.* 1. 36

Depositum unius Julii cum obligatione solvendi residuum post meliorem liquidationem sufficit pro purgatione attentatorum Emerix jun. *decis.* 268. *n.* 1. *&* 3. *& decis.* 200. *n.* 12. 37

Et pro evitanda declaratoria pro exequutione mandati restitutionis expensarum Idem *decis.* 164. *nu.* 5.

Et quod depositum alicujus summæ sit faciendum pro illiquido cum obligatione solvendi residuum Ansald. *decis.* 51. *n.* 4.

Depositum dicitur nullum, quoties non præcedit citatio creditoris cum obligatione pretii; illoque renuente accipere, decretum Judicis de deponendo Rocc. Episc. *cap.* 141. *n.* 7. *libr.* 2. 38

Idque etiam si agatur de deposito conventionali, Idem *ibid. n.* 33.

Deposito in restituendo si moram fecerit depositarius, nihilominus, si post moram res naturaliter perierit, attenditur effectus, & non obligatio, ut depositarius non teneatur Rocc. *loc. cit. cap.* 151. *n.* 11. 39

Depositi substantia consistit in numeratione pecuniæ Mantiss. ad De Luc. *lib.* 8. *decis.* 29. *n.* 8. *vol.* 3. sed quod in deposito non requiratur pecunia numerata *ibidem decis.* 29. *n.* 10. 40

Creditor principalis debitoris, licèt anterior concurrere nequit cum posteriore in deposito inito per fidejussorem, quem ipse posterior habet obligatum Mantiss. *loc. cit. decis.* 14. *n. pr.* 41

Ad obtinendam depositi consignationem non est opus inspicere a quo pecuniæ exactę fuerint, sed qua causa, et qua lege, *ibidem n.* 2. sed declara, ut *n.* 3. *&* 4. 42

Pro deposito etiam irregulari competit via exequutiva *ibidem decis.* 26. *n.* 13. 43

Et quod actio depositi sit exequutiva *ibidem decis.* 27. *n.* 2.

Depositum factum contra formam propositionis obligat dumtaxat depositarium, non autem proponentem Mantiss. *ibidem decis.* 29. *n.* 9. 44

Depositum factum ex alio debito, habet vim depositi *dict. decis.* 29. *n.* 14. Et approbatur stylus faciendi depositum ex ordinibus mercatorum *nu.* 15. 45

Conditio intrinseca, & promanans ex natura negotii, si explicitè apponatur in deposito, illud non vitiat Mantiss. ad De Luc. *libr.* 15. *decis.* 25. *num.* 13. *vol.* 4. 46

Depositum vim actualis solutionis non habet, nec cursum usurarum sistit, quando nec petente, nec approbante creditore factum fuit Mantiss. *decis.* 50. *nu.* 41. *lib.* 6. *vol. pr.* 47

§. DICTIONES. XVIII.

Dictio, *ut*, & dictio, *pro*, qualiter induant causam finalem, & immediatam, Gratian. *discept. forens.* a

forenſ. cap. 924. *num.* 20. *&c.* vide in §. *Cauſa num.....* De Luc. *deciſ. Sicil. ſub num.* 239. ubi quot modis interpretatur. Et quod dictio *ut* cauſam, rationemque finalem denotat Epiſc. Rocc. *cap.* 110. *nu.* 2. *libr.* 2. Et quod dictio *pro* juncta gerundio ablativi caſus ſemper cauſam finalem deſignet Rot. *rec. part.* 19. *to.* 2. *dec.* 464. *num.* 4.

Et quod dictio *pro* denotet improprietatem, & ae ſignificet idem ac *vice ſeu loco* Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 13. *libr.* 6. *n.* 13. *vol.* 1.

De dictione, *ita ut*, quod ſit ad oculum demonſtrativa cauſæ finalis, à qua tota diſpoſitio regulatur, & manifeſtativa præciſæ voluntatis teſtatoris, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 16. *num.* 19. *& ſeqq.*

Et quod dictio, *ut*, propriè cauſam finalem oſtendat, regulariter tamen importet modum, & non conditionem ac alia de illius natura, & ſignificatione, Barboſ. *dict.* 439. *per tot.* Sanchez *de matrim. libr.* 3. *diſp.* 33. *num.* 2.

De dictione, *prout*, quòd ſit antedictorum relativa, & relationem ſignificet, ac reſtrictionem, idem Barboſ. *dict.* 296. *per tot.* ubi latè declarat Rot. *part.* 22. *recent. deciſ.* 402. *num.* 6. vide Ricc. *part.* 7. *collect.* 2798.

2 Dictio, *maximè*, denotat identitatem in caſu contrario, exprimendo caſum minus dubitabilem, *l. pr. §. vel maximè ff. de excuſat. tut.* Covar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 7. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 962. *num.* 4. Altograd. *conſ.* 65. *num.* 75. *lib.* 2. Barboſ *dict.* 197. *per tot.* Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 83. *in fine.* Vide Epiſc. Rocc. *cap.* 181. *a num.* 38. *libr.* 2., ubi benè explicat.

Et idem eſſe in dictione, *præſertim*, quæ pariter àmplicat caſum magis dubitabilem, Menoch. *de arbitr. cas.* 66. *num.* 7. vide De Luc. *de Legat. diſc.* 27. *num.* 6. Anſald. *deciſ.* 38. *num.* 22.

3 Dictio, *dummodò*, adiecta actui imperfecto ſemper inducit condictionem, & quando poſſit importare modum, Gratian. *diſcep. for. cap.* 991. *n.* 13. *&* 14. *cap.* 995. *per tot.* ubi quando inducat conditionem, formam, vel modum, Barboſ. *dict.* 95. *per tot.* Ger. Spin. *conſ.* 98. *per tot.* Sperel. *dec.* 40. *n.* 37. *& ſeqq. & deciſ.* 254. *nn. pr. & ſeqq.* vide in §. *Diſpoſitio num....* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 253. *num.* 14. *et deciſ.* 354. *nu.* 8. ubi qualiter præſervet aliena jura anteriora, *& part.* 10. *deciſ.* 267. *num.* 8. *& part.* 14. *deciſ.* 240. *num.* 5. ubi quòd eſt modificativa præcedentis diſpoſitionis, illamque ſecundum novas conditiones qualificat, & reſtringit, Ludoviſ. *deciſ.* 314. ubi quòd oppoſita in reſcripto Papæ reddit gratiam conditionalem, & quando Papa intelligatur voluiſſe prævenire Ordinarium in collatione beneficii, Beltram. *ibid. nu.* 6. *&c.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 13. *ſect.* 3. *num.* 15. *tom.* 3. Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 10. *deciſ.* 109. *nu.* 10. *vol.* 2. Anſald. *deciſ.* 37. *n.* 25.

Quando dictio, *dummodò*, non reddat gratiam conditionalem, nec ſit juſtificanda, ſed tantùm jus alterius præſervet, Ludoviſ. cum Beltram. *dec.* 350. Altimar. *ibidem n.* 16.

4 Dictio, *etc.* ſive cæterata, qualiter indigeat extenſione, quæ comprehendat, vel non, & alia, vide in §. *Clauſula n.* 42. Ricc. *Collect.* 2773. Ariſmin. Tepat. *variar. ſent. tit.* 355.

5 Dictio, ſive copula, *et*, an inducat repetitionem qualitatis poſitæ in præcedenti oratione, Bart. *in l. Scio, & Cajo ff. de fund. inſtr. l. repetendis ff. de leg.* 3. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 70. *per tot. cap.* 147. *num.* 16. *capit.* 773. *nu.* 17. *&* 25. *& cap.* 808. *nu.* 9. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 1431. *&* 2777.

Quòd ubi copula, *et*, ponitur inter duo incompatibilia reſolvatur in diſiunctivam, *vel*, *l. ſi à Titia ff. de uſuf. legat. ff. legat.* Bich. *deciſ.* 262. *num.* 20. Vide Mantiſſ. *libr.* 10. *deciſ.* 55. *nu.* 5. *vol.* 3. Epiſc. Rocc. *cap.* 22. *n.* 12. *libr.* 1.

Quòd dicta copula aliquando ſtet ampliativè, aliquando expoſitivè, an inducat novam diſpoſitionem, & alia de hujuſmodi dictione, idem Bich. *deciſ.* 537. *num.* 2. *& ſeqq.* Vide Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 7. *deciſ.* 19. *n.* 6. *vol.* 1. *& deciſ.* 19. *n.* 14. *libr.* 11. *vol.* 2. *& deciſ. pr. n.* 17. *libr.* 7. *vol.* 3. *& deciſ.* 1. *num.* 8. *libr.* 10. *eodem vol.* 3.

Quòd interdum uſiteur pro dictione, *vel*, *et* reſolvatur in diſiunctivam, præſertim ſi occurrat inter ea, quæ ſunt ejuſdem poteſtatis, & effectus, Rot. *part.* 26. *recen. deciſ.* 137. *n.* 3. *& ſeqq.* De Luc. *de Præem. diſc.* 38. *num.* 11. *De Locat. diſc.* 17. *num.* 6.

Quòd inducat repetitionem qualitatis præcedentis, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 230 *num.* 2. *part.* 6. *recent. deciſ.* 283. *num.* 15.

Quòd copula, *et*, ponatur inter diverſa, conjunctionem confirmet, non inducat, quid ſi poſita ſit inter orationes diverſas, & quod ſtet aliquando inceptivè, & non copulativè, Altograd. *conſ.* 54. *num.* 30. 58. 74. 75. 113. *&* 119. *lib.* 1. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 283. *num.* 13.

Quòd dictio, *&*, uti copulativa, requirat concurſum omnium copulatorum, & faciat plura loco unius haberi Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 530. *num.* 43. *cap.* 968. *nu.* 16. *& cap.* 973. *num.* 20. *& ſeqq.* vide De Luc. *de Fideicom. diſc.* 52. *num.* 4.

Quando tamen cadit inter duo, quorum unumquodque poteſt de per ſe ſtare, ut quia unum de neceſſitate non comprehendat aliud, tunc dicta copula non requirit concurſum utriuſque, ſed ſtat augmentativè, & ampliativè, Altograd. *conſ.* 22. *nu.* 30. *lib.* 1. vide in §. *Diſpoſitio num.* :.. Magon. *deciſ. Flor.* 117. *num.* 34. *etc.* ubi quòd quando copulat plura ſubjecta, quæ poſſint per ſe ſtare, non requiritur omnium concurſus, ſed tantùm quando copulat plures qualitates, vel conditiones, Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 282. *n.* 5. *&c. part.* 14. *deciſ.* 124. *num.* 10. ubi quod de ejus natura eſt alterum ex duobus verificari.

Quòd dictio, *&*, ſtet diſiunctivè, & perdat officium ſuum copulandi, quando aliàs induceretur correctio, & contrarietas in diſpoſitione, Altograd. *conſ.* 70. *nu.* 99. *lib.* 1. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 311. *num.* 7. ubi quod reſolvitur in diſiunctivam quando alias ſequeretur abſurdum, & incompatibilitas, *& part.* 14. *dec.* 124. *num.* 9.

Quòd copula, *&*, repetat qualitates præcedentis extremi, eaſque attribuat ſequenti, ſimul uniformiter jungendo, Altograd. *conſ.* 84. *num.* 121. *& ſeqq. lib.* 1. Ludoviſ. *deciſ.* 308. *num.* 2. *&* 3. ubi etiam quod una pars copulæ recipit declarationem ab alia.

Quòd poſita inter genus, & ſpeciem, exponi debeat pro *ideſt*, Altograd. *conſ.* 79. *nu.* 16. *lib.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 181. *num.* 22. *part.* 6. *deciſ.* 38. *n.* 12. *part.* 7. *dec.* 173. *num.* 35. Vide Emerix jun. *deciſ.* 1216. *n.* 7.

Quamvis dictio, *&*, quandoque poſſit reſolvi in diſiunctivam, ut mens teſtatoria ſalvetur, debet tamen intelligi ſi præciſa urgeat neceſſitas, aliàs ſtandum eſt proprietati verborum, unde tantò minùs reſolvitur in diſiunctivam, quando reſultaret quid inveriſimile, & abſurdum, nec quando induceretur inæqualitas inter fratres, quando reſolutio fieret contra mentem teſtatoris, nec quando augeretur gravamen, licèt reſolvatur quandoque ad reſtringendum onus, ut benè declarat idem Altograd. *conſ.* 84. *num.* 60. *& ſeqq. ad finem lib.* 2.

Quòd copula, *&*, perdat officium ſuum, ſi duo conjungantur, ut veniant per ordinem ſucceſſivum, Magon. *dec. Flor.* 134. *num.* 17.

Plura de dictione, *&*, & variis illius ſignificationibus Barboſ. *dict.* 110. *per tot.* Tuſch. *lit. D*, *concl.* 274. *per tot.* Alvarez. de Velaſch. *tract. de jud. perfect. Rub.* 9. *annotat.* 12. §. 5. *num.* 5. *& ſeqq. et num.* 15. *et ſeqq.* Martha *vot. Piſ.* 212. *num.* 49. *&c.* Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 10. *deciſ.* 17. *n.* 15. *deciſ.* 29. *n.* 5. *& deciſ.* 15. *n.* 11. *vol.* 2. *et libr.* 11. *deciſ.* 19. *nu.* 13. *eodem vol.* 2. Rocc. Epiſc. *cap.* 66. *num.* 35. *cap.* 12. *num.* 26. Emerix. jun. *deciſ.* 160. *n.* 4. *deciſ.* 187. *num.* 4. *deciſ.* 261. *n.* 6. *deciſ.* 1115. *n.* 2. *deciſ.* 1184. *n.* 15. 16. *et* 17. Caprar. *deciſ.* 49. *nu.* 6. *et* 11. *deciſ.* 89. *num.* 9. *deciſ.* 488. *n.* 5.

Quòd aliquando ſtet diſpoſitivè, Socin. jun. *conſ.* 181. *num.* 35. *lib.* 2. Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 327. *num.* 3.

Quòd ſtet ampliativè juxtà proprietatem ſermonis, & diverſa conjugat, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 844. *num.* 10.

De dictione, *ac*, quæ opponitur pro, *et*, quando

ſtet

stet conjunctivè, dispositivè, illativè, vel similitudinariè, vide Barbos. & quos allegat *dict.* 3. *per tot.* Et quod dictio *ne* interpretari debeat expositivè pro *idest* Rocc. Episc. *cap.* 106. *nu.* 70. *libr.* 2. De hac dictione Vide Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 615. *n.* 9. 11. *decis.* 648. *n.* 7. *decis.* 653. *n.* 3.

De dictione, *& sic*, an stet illativè, vel expositivè, sive potius modum designet, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 128. *nu.* 4. Vide Rot. coram Caprat. *decis.* 288. *n.* 6. *part. pr.*

6 Dictio, *&*, conjungit principaliter, dictio verò, *cum*, conjungit accessoriè, unde si legetur equus cum sella, extincto legato quoad equum, erit etiam extinctum quo ad sellam, secus autem si fuerit dictum, lego equum, & sellam, Pract. Pappiens. *libel. leg. rei sing. glos. pr. num.* 89. Gratian. *discept. forens. cap.* 675. *nu.* 28. *et seqq. et cap.* 70. *per tot.*

7 Dictio, *donec, quousque, quoad*, & similes limitationem temporis significant, & dispositionem restringunt, Bart. *in l. si filius ff. ad Tertul.* vide late Barbos. *dict.* 93. Tusch. *litt. D, concl.* 271. *per tot.* Et quod importent conditionem Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 13. *sect.* 3. *n.* 99. *tom.* 3.

Quòd dictio, *donec*, principaliter denotet tempus, & adjecta ad significandum inexactionem dispositionis, importet etiam conditionem, Altograd. *cons.* 87. *n.* 2. *&* 89. *lib.* 2.

Quando importat conditionem, Magon. *decis. Luc.* 31. *n.* 10. Et quòd importet modum De Luc. *de Servit. disc.* 31. *n.* 14.

Quòd dictiones, *donec*, *& quandiu extent masculi*, temporalem tantùm fœminarum exclusionem importent intelligendo ubi constat feminas in vocatione cum masculis ab initio esse comprehensas, & earum admissionem masculorum intuitu usque ad illorum deficientiam suspendi, secus autem quando hujusmodi dictiones sunt appositæ in vocatione restricta ad solos masculos, tunc enim fœminæ in defectum masculorum, & in subsidium non intelliguntur vocatæ, Gabriel. *cons.* 132. *quæst.* 5. *lib.* 1. Burat. *decis.* 272. *n.* 15. *& seqq.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 462. *n.* 3. 25. *& seqq.*

Dictio *donec* non est propriè negativa, sed restrictiva temporis Mantiss. ad De Luc. *decis.* 35. *nu.* 9. *lib.* 10. *vol.* 3. Licèt adsit ne post dictio *ne Ibidem n.* 10.

8 Dictio, *interim*, non excedit tempus, cui fuit adjecta, *l. qui ad certum verb. interim ff. locat. l. libertus, §. in quæstionibus verb. interim ff. ad municip.* Cavaler. *decis.* 199. *n.* 3.

Quòd significet medium tempus, & apponatur etiam pro *donec*, & *quandiu*, idem Cavaler. *decis.* 541. *n.* 4.

Quòd denotet conditionem suspensivam si implementum non sequatur, vel resolutivam si sequatur, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 126. *num. pr. &c. part.* 13. *recent. decis.* 311. *n.* 15.

9 Dictio, *solum*, *solummodo*, & aliæ taxativæ quid significent, Bart. *in l.* 1. *ff. si quis judic. non obtemp.* Viv. *comm. opin.* 193. ubi quòd dictio taxativa apposita in lege favorabili, vel pia impedit extensionem ad casus similes.

De dictione, *tantùm*, & aliis taxativis, Gratian. *discept. forens. cap.* 821. *n.* 7 *& seqq.* Piton. *discep. Eccl.* 9. *n.* 48. ubi quòd excludit omnem alium casum, Rot. rec. *part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 624. *num.* 16. Episc. Rocc. *cap.* 65. *nu.* 14. *lib.* 1. Ansald. *decis.* 57. *num.* 6.

Quòd dictio, *tantùm*, dividat qualitatem à subjecto, & neget residuum, Magon. *decis. Luc* 31. *n.* 30.

Quod neget quidquam aliud deberi, Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæst.* 22. *per tot. fol.* 52. vide in *§. Testator n.* .

Quòd includat personas expressas, & omnes alias excludat, Altograd. *cons.* 13. *num.* 2. *lib.* 2. Barbos. *dict.* 401. *n.* 2. Grat. *de dict. dict.* 260. *num.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 434. ubi apposita in donatione facta aliquibus personis tantùm qualiter alias excludat, non tamen operetur reversionem donationis ad donantem, sed dicta taxativa non obstante transire ad hæredes ultimi donatarii non jure donationis, sed transmissionis.

Non tamen excludere casus similes, vide Sperel. *decis.* 152. *n.* 80.

Testes deponentes per has dictiones dicuntur loqui taxativè, & negativam concludentes probant Rot. coram Pen. *decis.* 265.

Dictio, *usque*, an includat, vel excludat terminum, 10
cui adiicitur, Pract. Pappiens. *for. capitul. ad ætern. rei mem. glos. Usque*, Tusch. *litt. D, conclus.* 238. *n.* 3. & Paul. Christin. *decis.* 62. *n.* 9. *& seqq. volum.* 6. Ricc. *Collect.* 389. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 8. *sect. pr. à nu.* 83. *tom.* 3. Vide Emerix jun. *decis.* 154. *n.* 2. *& decis.* 1086. *nu.* 6. Ansald. *decis.* 69. *n.* 18. *&* 19.

Quòd regulariter includat terminum, cui apponitur in quacumque materia sive favorabili, sive odiosa, & pœnali, tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus, & etiam in materia continuum, nisi inclusio esset contra legem, vel nisi præcedat oratio negativa, vel aliter constet de mente contrahentium, vel nisi applicetur termino, qui non sit de essentia rei, & alia vide per Barbos. *dict.* 437. *per tot.* Altimar. *loc. cit. n.* 84. *& seqq.*

Quòd adjecta numero, & gradui includat, non autem excludat, nulla habita ratione odii, vel favoris, nisi resultaret pravus intellectus, vel contra legem, Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 170. *per tot.* ubi etiam quòd includit, vel excludit, prout juris ratio, & mens disponentis suadent, Altimar. *loc. cit.*

Dictio, *A*, vel *ab*, *hinc*, & *ab hinc*, ac similes mo- 11
nosyllabæ tempori adjectæ, an, & quando includant, vel excludant terminum, cui sunt adjectæ, & dato quod includant, an includant integraliter, vel momentaneè, idest totam diem ab ortu solis, vel ab hora factæ conventionis, latè Magon. *decis. Flor.* 8. *per tot.* ubi videtur concludere, quòd non integraliter, sed de momento ad momentum includant, licèt dicat non posse dari certam regulam, sed residere in arbitrio judicis, plenè Card. Tusch. *litt. A, conclus. pr. per tot.*

De hujusmodi dictionibus quando stent inclusivè, vel exclusivè, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 162. *& decis.* 124. *n.* 4. *&c.* Barbos. *dict.* 1. *per tot.* Pract. Papp. *loc. sup. cit. n.* 7. *&c.* Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 75. *n.* 2. *& seqq. ad* 15. Tusch. *d. concl. pr. per tot. & litt. D, conclus.* 238. *nu. pr. &c.* Ricc. *Collect.* 389. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 402. ubi quòd stant inclusivè Altimar. *ubi supra nu.* 105. *& seqq.* Emerix jun. *decis.* 1184. *n.* 7.

Quòd in quantitate, ut si statutum, vel lex dicat *à scutis* 150. *infrà*, comprehendat etiam dictam summam scutorum 150. *præcisum*, Franch. *decis.* 703. Add. ad de Franch. *cit. dec.*

Dictio, *tunc*, temporis extremitatem significat *l.* 12
4. *in fine ff. condit. & demonstr. glos. in l. lectu ff. si cert. pet. verb. tunc*, ubi Bart. *& in cons.* 16. *num.* 4. Ang. & Jas. *in §. rursus Instit. de act.* Gratian. *discept. forens. cap.* 415. *n.* 5, *cap.* 773. *n.* 6. *& c.* 813. *n.* 40. Magon. *decis. Flor.* 37. *n.* 23. *& seqq. per tot.* ubi quòd ejus natura est restringere dispositionem ad casum expressum, & negare extensionem, Cavaler. *decis.* 441. *n.* 7. *&c. et decis.* 569. *n. pr.* latè Barbos. *dict.* 409. Rot. *par.* 21. *recent. decis.* 95. *nu.* 33. ubi quòd restringit dispositionem ad personas eo tempore extantes. Episc. Rocc. *cap.* 34. *n.* 5. *lib. pr.* Ansald. *decis.* 100. *n.* 5. *et* 6.

Quòd verba, *tunc*, *et eo casu*, licèt sint restrictiva, non tamen semper stent taxativè, nisi addantur dictiones, *tantùm*, *duntaxat*, & similes, nec sint apta impedire extensionem fideicommissi, quæ resultat ex verisimili mente disponentis, Rot. *par.* 16. *recent. decis.* 226. *n.* 6. *et n.* 7.

Quòd dictio, *tunc*, non sit taxativa, nec exclusiva, sed demonstrativa, sive declarativa rei, cui adiicitur, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 140. *n.* 5.

De dictione, sive clausula, *tunc*, *et eo casu*, quid significet, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 487. *nu.* 17. *cap.* 662. *num.* 16. *cap.* 774. *n.* 7. *et cap.* 979. *nu.* 30. *etc.* Altograd. *cons.* 76. *nu.* 75. *lib. pr.* Barbos. *de Claus. claus.* 182. *per tot.* Sperel. *decis.* 152. *nu.* 178. *etc.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 354. *num.* 100. ubi quod non est taxativa, sed potiùs demonstrativa, nisi

ſi adiiciantur aliæ dictiones, *tantùm*, *dumtaxat*, & ſimiles, Deluc. *de fideicom. diſc.* 43. *n.* 16. *et* 53. *nu.* 7. Rot. *rec. part.* 19. *deciſ.* 444. *nu.* 4. *et* 16. *tom.* 2.

13 Dictio, ſive clauſula, *nunc prout ex tunc*, quid importet, Gratian. *diſcept. for. cap.* 818. *nu.* 6. *etc.* Altograd. *conſil.* 32. *nu.* 23. *lib. pr.* ubi quod trahit tempus futurum ad præſens, Barboſ. *de clauſ. clauſ.* 61. *per tot. et de dict. dict.* 218. *et* 230. *vide in* §. *Clauſula n.* 75. & latè Sanfelic. *deciſ.* 192. *num.* 12. cum allegationibus ſequentibus.

Quòd dictio, *nunc*, extremitatem temporis ſignificet, Duran. *deciſ.* 416. *n.* 10.

14 Dictio, *ſecundùm*, quando apponitur relativè ad aliquam diſpoſitionem, operatur ut tota diſpoſitio habeatur pro expreſſa, & alia, Barboſ. *dict.* 358. Gratian. *diſcept.* 937. *nu.* 14. *et* 27. Altograd. *conſil.* 58. *num.* 45. *etc. lib. pr.*

15 Dictiones, *ita*, *ſicut*, *ſimiliter*, *prout*, *eodem modo*, *ſecundùm*, & ſimiles, ſunt continuativæ, & repetitivæ formæ, ac qualitatis præcedentis diſpoſitionis, illam limitando, & taxando, cum omnimoda ſimilitudine, & identitate, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 832. *nu.* 5. *&c.* Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 243. *num.* 6.

De dictione, *ita*, quæ inducit formam, & modum determinatum, idem Gratian. *cap.* 575. *n.* 34.

Dictio, *ita quod*, declarat mentem diſponentis, & regulat præcedentem diſpoſitionem, Altograd. *conſil.* 90. *nu.* 7. *et* 8. *lib.* 2. Vide Rot. *recent. part.* 19 *deciſ.* 647. *nu.* 35. 37. *et* 38. *tom.* 2. Epiſc. Rocc. *cap.* 10. *n.* 3. *lib. pr.*

16 Dictio, *etiam*, ſtat augmentativè, & ampliativè, *l. etiam Cod. de teſt. et l. etiam in princ. ff. ſolut. matr.* Pic. *ad ſtat. Urb. gloſ. pr. n. pr.* Urceol. *conſult. for. cap.* 79. *nu.* 13. *etc. vol.* 2. vide Ricc. *part.* 7. *collect.* 2768. Rocc. Epiſc. *cap.* 28. *n.* 31. *libr. pr. et cap.* 124. *n.* 24. *lib.* 2.

Quod de ſui natura explicet caſum magis dubitabilem, niſi ſequatur abſurdum, Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæſt.* 49. *n.* 8. Altograd. *conſ.* 9. *nu.* 51. *lib. pr. et conſil.* 97. *n.* 71. *lib. pr.* ubi etiam quòd caſum minùs dubitabilem includit, & poſita in ſtatuto utrumque pariformiter decidit. Rocc. Epiſc. *cap.* 54. *num.* 15. *libr. pr. et cap.* 224. *nu.* 23. *lib.* 2.

Quid ſignificet vide Barboſ. *dict.* 112. *per tot.* Franch. *deciſ.* 517. *n.* 4. Urceol. *d. cap.* 79. *nu.* 13. *et ſeqq. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 2768. Rocc. Epiſc. *dict. cap.* 54. *n.* 15. *et* 48.

Quòd etiam in materia ſtricta diſpoſitionem augeat, & extendat, ſpecieſque ab expreſſis diverſas tacitè includat, & majora implicet, Barboſ. *dict.* 95. cum aliis per Pontirol. in Reſponſ. ſive tract. pro Mambellis *n.* 353. & 354 Cæſenæ impreſſo de anno 1645. Vide Anſald. *deciſ* 93. *n.* 63.

17 Dictio, *quæcumque*, *quomodocunque*, & ſimiles univerſales quid comprehendant, & quando itidem reſtringantur, Ajn. *in prax.* §. 1. *cap.* 7. *per tot.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. *pr. gloſ.* 7. *nu.* 20. *et ſeqq.* Altograd. *conſ.* 97. *n.* 49. *etc. lib. pr.*

Quòd reſtringantur ex ſubjecta materia odioſa, ac ex mente diſponentis, Pontirol. *d. Reſponſ. n.* 205. *et ſeqq.*

18 Dictio, *quilibet*, & dictio, *omnis*, qualiter differant, & quid quando dictio, *omnis*, eſt appoſita in numero ſingulari, vel *omnes*, in plurali, & de dictione, *non ſolum*, & dictione, *ſed*, Gratian. *diſcept. for. cap.* 742. *n.* 64. *& ſeqq.*

De dictione, *quilibet* De Luc. *de ſervit. diſc.* 48. *n.* 10. Epiſc. Rocc. *cap.* 17. *nu.* 10. *lib. pr.*

De dictione, *in totum*, *et per totum*, quòd importet omnimodam exequutionem, ac totalitatem, Rot. *part.* 17. *recentior. deciſ.* 16. *n.* 22. *et* 23.

De dictione, *alcune*, ut poſtpoſita ſubſtantivo omnia comprehendat, antepoſita verò modicam denotet quantitatem, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 194. *n.* 35. *&* 36.

De dictioni univerſali, *omnibus*, quòd contineat omnia mobilia, & immobilia, jura, & actiones Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 184. *n.* 3. *&c. vide in* §. *Legatum num.* latè Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 282. *ſecunda per tot.* ubi plura de dictionibus univerſalibus in legato mobilium appoſitis, an faciant comprehendi res venales, & negativè concludit, faciendo differentiam an ſit adjectæ rebus, vel exiſtentiæ in loco.

De dictione, *totum*, qualiter omnia comprehendat, Gratian. *cap.* 775. *n.* 6. *&c.*

De dictione univerſali, *omne*, quòd nihil excludat, ſed omnia comprehendat, Surd. *deciſ.* 150. *n.* 6. *& ſeqq.* in meis reſol. *cap.* 10. *n.* 29. *et ſeqq.*

De dictione, *aliquis*, vel *aliqua*, quòd tanquam univerſalis omnia comprehendat, & excludat juxta ſubjectam materiam, Magon. *deciſ. Flor.* 38. *nu.* 13. Altograd. *conſil.* 97. *n.* 48. *lib.* 1. *et conſil.* 89. *nu.* 63. *et* 64. *lib.* 2. Surd. *deciſ.* 283. *nu.* 7. *et per tot.* Ricc. *Collect.* 2767.

De dictione; *quomodolibet*, quòd ſit diſtributiva omnium modorum cogitabilium, Magon. *deciſ. Flor.* 64. *n.* 4. Gratian. *diſcept.* 328. *n.* 38. De hac dictione vide Rot. *recent. part.* 19. *deciſ.* 559. *n.* 8. *tom.* 2.

De dictione, *pro quolibet*, quod ſit diſtributiva, tribuens unicuique actum in ſolidum, Magon. *deciſ. Flor.* 143. *n.* 7.

Et idem in dictione, *cuilibet*, ut pariter ſtet diſtributivè, & attribuat unicuique actum in ſolidum, aliaque plura de hujus verbi virtute, & ſignificatione, Altograd. *conſil.* 103. *n.* 100. *et ſeqq. lib.* 2.

De dictione, *quicunque*, quòd ut univerſalis, & nihil excludat, latè Barboſ. *dict.* 317. Vide Rot. *rec. part.* 19. *deciſ.* 606. *n.* 13. *tom.* 2.

Quòd hujuſmodi dictiones univerſales, *quocunque*, & *quibuſcunque*, ſint adeo effrænatæ, ut nullo obice contineantur quominus omnia comprehendant, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 334. *n.* 1. ubi in terminis exemptionis à ſolutione decimarum, *et part.* 13 *deciſ.* 134. *n.* 18. *et ſeqq.* ubi in terminis detractionum, *et deciſ.* 435. *n.* 7. ubi quod impropria etiam, & majora expreſſis comprehendat.

Dictio, *omnis*, vel *omne*, ſive *omnia*, eſt adeò generalis, ut nihil excludat, & adeo plurium collectiva, ut in uno ſalvari, & verificari non poſſit, complectitur omnia, ac etiam ea, quæ aliàs non includerentur ſub indefinita diſpoſitione, niſi ex verbis præcedentibus, vel ex ſubjecta materia, colligatur animus, & voluntas reſtringendi, vel, niſi reſultaret abſurdum, prout etiam non extenditur ad bona prohibita alienari, & an extendatur ad futura, latè Barboſ. *dict.* 241. *per tot. vide in* §. *Legatum n.* & in meis reſol. *cap.* 10. *n.* 29. *& ſeqq.* Ludoviſ. *dec.* 315. *n.* 11. *&c.* ubi quòd neminem excludit, & idem operatur, ac ſi de ſingulis eſſet facta ſpecialis expreſſio, nec poteſt referri ad duos tantùm, ſed prædicatur de pluribus. Vide Epiſc. Rocc. *cap.* 73. *n.* 32. *lib.* 1. 19

De dictionibus, *ogni*, *tanto*, *quanto*, quòd ſint univerſales, & omnes ſpecies includant, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 118 *numer.* 4. *& ſeqq. vide in* §. *Verba n.* 69.

Dictiones illæ, ſive clauſula, *omnia*, *& ſingula*, an denotent ſeparationem, & diſjunctionem, ita quòd comprehendant omnia ſimul, & ſingula de per ſe, vel habeant vim copulativam, vide Surd. *deciſ.* 268. *n.* 4. *&c. &* *n.* 14. *&c.* 20

Dictio, *ipſius*, & ſimiles genitivi caſus, quid ſignificent Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 104. *n.* 13. *vide in* §. *Genitivus num.* . Rot. recent. *part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 647. *num.* 36. Emerix jun. *deciſ.* 1216. *num. pr.* 21

Quòd dictio, *ipſe*, vel *ipſius*, ſit perſonaliſſima, Cavaler. *deciſ.* 340. *n.* 2. Sperel. *deciſ.* 60. *nu.* 11. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 261. *n.* 10. ubi etiam quòd omnes alias perſonas excludit, *part.* 21. *deciſ.* 330. *nu.* 40. *&c. part.* 14. *deciſ.* 489. *per tot.* vide Giurb. *ad Conſuetud. cap.* 2. *gloſſ* 9. Epiſc. Rocc. *cap.* 109 *n.* 8. *lib.* 2. Emerix. jun. *deciſ.* 1180. *n.* 1.

Quando per hujuſmodi dictionem perſonalitatem denotantem, cenſeatur electa induſtria perſonæ, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 644. *n.* 23. *&c.* vide Barboſ. *dict.* 177. *per tot.* ubi plura.

Quòd quamvis dictio, *ipſius*, ſit perſonaliſſima, poſſit tamen aliquando ſtare non reſtrictivè, ſed demonſtrativè, juxtà ſubjectam materiam, Duran. *dec.* 410. *nu.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 73. *nu.* 6. ubi

quòd

quòd non facit actum personalem si subjecta materia repugnet, sed tunc stat demonstrativè, & non restrictivè.

22 Dictiones, *ejus*, *suis*, *ipsius*, & similes quando referantur ad testatorem agentem, vel ad tertiam personam non agentem, & diversam à testatore agente, Altograd. *cons.* 48. *num.* 2. *&c. lib.* 1. *per tot.* ubi etiam quando invicem confundantur.

Quòd pronomen, *suis*, in stipulatione emphyteutica, referatur non tantùm ad personam stipulantis, & illius filiorum, sed etiam ad personam fratris, & aliorum, pro quibus stipulatur, Altograd. *consil.* 10. *n.* 20. *&* 21. *lib.* 1.

23 Dictio, *alius*, *alia*, vel *aliud*, nedum includit similia, sed etiam diversa, & omissa, Magon. *decis. Flor.* 38. *n.* 14. *&c. & decis.* 146. *nu.* 9. *&c.* De Luc. *de Benefic. disc.* 61. *n.* 13. ubi de similitudine. Vide Rot. *rec. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 476. *n.* 6. *& decis.* 653. *n.* 3. Episc. Rocc. *cap.* 56. *n.* 38. *et* 39. Emerix jun. *decis.* 105. *n.* 7.

Quòd adjecta terminis, illos omninò diversos ab expressis designet, *l. si fundum §. si libertus ff. de leg.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 232. *n.* 2.

Quòd dictio, *alius*, sit implicativa casus tituli, & modi similis præcedenti expresso, licèt jungatur cum verbis quantumvis universalibus, ut si dictum fuerit, *quocunque alio modo*, vel *titulo*, nam semper implicat modos, & titulos similes ejusdem qualitatis, & naturæ, prout sunt alii modi, & tituli expressi, Altograd. *cons.* 3. *nu.* 36. *et seqq. lib.* 1. *et nu.* 40. *vide in §. Institutio n.* 11. *in fine.* Vide Ansald. *decis.* 82. *n.* 41. *et decis.* 100. *n.* 36. Emerix jun. *dec.* 2241. *n.* 4. *et decis.* 1325. *n.* 24.

Quòd possit etiam repetere qualitates dissimiles juxta subjectam materiam, & includere diversas ab expressis, Barbos. *dict.* 26. *n.* 16. *et* 17. Altograd. *cons.* 8. *n.* 63. *lib.* 1.

De dictione, *alias*, quòd inducat dispositionem contrariam præcedenti, sicut dictio, *alioquin*, Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 43. *n.* 34. *etc. et decis.* 73. *nu.* 12. quòd conditionem importet, De Luc. *de Don. disc.* 129. *n.* 4.

24 Dictiones, *in*, *super*, *de*, *ultrà*, & *amplius*, quid significent, Gratian. *discept. for. cap.* 116. *n.* 22. *et seqq.*

Quòd dictio, *in*, denotet intrinsicitatem, & solemnitatem in ipso actu, & non postea adhibendam, Altograd. *cons.* 44. *num.* 2. *lib.* 2. Vide Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 492. *n.* 11. *tom.* 2.

Quòd dictio, *in*, & similes junctæ actui, seu tempori denotent intrinsicitatem, & perfectionem, ita ut quòd fieri debet, sit faciendum intra ipsum actum, vel tempus, non propè, aut extra illud, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 460. *n.* 60. *etc.*

Quòd dictio, *in*, juncta casui ablativo significet intrinsicitatem, & includat ipsam rem, cui adjicitur, Altograd. *cons.* 74. *n.* 65. *lib.* 2. Sperel. *decis.* 60. *n.* 9. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 471. *n.* 5. *et* 6. ubi quòd idem est, ac si dictum fuerit intra talem locum, quando agitur de re in certo loco consignanda, *et decis.* 489. *num.* 3. *etc.* ubi latiùs declarat, *et part.* 14. *decis.* 229. *n.* 6. *etc.* ubi quòd denotat intrinsicitatem, & comprehensionem, De Luc. *miscel. disc.* 20. *n.* 3. Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin.

25 Dictio, *super*, importat fidejussionem, ut quando quis scribit alteri, adhibe fidem tali, *super me*, vel, *sopra di me*, Gratian. *discept.* 673. *n.* 5. *vide in §. Fidejussor num.* 2. De hac dictione *super* vide Episc. Rocc. *cap.* 20. *n.* 18. *libr.* 1.

Quòd dictio, *super* importet etiam hypothecam, & alia, vide Magon. *decis. Flor.* 62. *n.* 14. *etc.* Franch. *decis.* 714. *n.* 2. Barbos. *dict.* 393. *per tot.* *dixi in §. Hypotheca num...* Martha *vot. Pis.* 150. *nu.* 2. ubi etiam quod denotat bona fuisse apposita pro cautione, & non pro solutione, & sic quantitatem super bonis donatam, vel promissam esse solvendam in pecunia, & non in bonis. De Luc. *de Dot. disc.* 52. *n.* 5. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 23. *n.* 26. *tom.* 4. Episc. Rocc. *cap.* 149. *nu.* 23. *libr.* 1.

26 Dictio, *de*, vel *ex*, relata ad locum, significat causam immediatam, nempè Civitatem ipsam, vel locum, non autem mediatam, hoc est territorium, & sic magna est differentia dicere V. G. de Florentia, & Florentinus, primò enim modo complectuntur tantùm nati in Civitate Florentiæ, secundò, autem modo non solum nati in dicta Civitate, verùm etiam in territorio, & Diœcesi, per doctrinam Bart. *in l. si finita §. de his ff. de damn. infect. & in l.* 1. *§. ex incendio ff. de incend. & ruin.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 25. *num.* 17. *&* 18. *fol.* 414. *vide in §. Appellativa num.* 35. *§. Legatum num.*

Qualiter dictio, *de*, vel *ex*, importet hypothecam, vide in *§. Hypotheca num.*

Quòd significet causam proximam, & immediatam, & partem, ac intrinsicitatem rei, ad quam refert, illiusque separationem, Altograd. *cons.* 68. *num.* 10. *&* 23. *lib.* 1. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 244. *num.* 1. *&c.* ubi de dictione, *ex*, quæ causam immediatam designat, *& part.* 14. *decis.* 233. *num.* 7. *& seqq.* ubi quando denotet etiam causam mediatam, & remotam Rocc. Episc. *cap.* 55. *n.* 79. *libr.* 1.

Quòd possit denotare etiam causam mediatam, & remotam juxta subjectam materiam, idem Altograd. *consil.* 92. *num.* 12. *& seqq. lib.* 2.

Et de hujusmodi dictionibus, *de*, & *ex*, latè Barbos. *dict.* 76. *& dict.* 115. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2771.

Quod dictio, *ex*, denotet dismembrationem, & separationem, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 249. *n.* 20.

Dictio, *ultrà*, & *ulteriùs*, est repetitiva, implicativa, & continuativa præcedentium, & facit omnia eodem jure regi, Gratian. *discept.* 679. *n.* 48. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 15. *num.* 7. *& seqq.* ubi quòd est ampliativa, & extensiva dispositionis, ac separat unum capitulum ab alio De hac dictione vide Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 418. *n.* 5. *tom.* 2. 27

Et est inclusiva omnium narratorum, idem Gratian. *cap.* 591. *n.* 29. Cavaler. *decis.* 190. *nu.* 2. vide Barbos. *dict.* 428. *per tot.* Merlin. *decis.* 568. *num.* 40. *&c.* ubi quòd est inclusiva, & implicativa præcedentium, & confirmat etiam quæ fuerunt inutiliter data, vel disposita.

Non tamen includit, nec repetit, sed excludit, quando additur rei à jure prohibitæ, vel ubi absonus, odiosus, & legibus repugnans resultaret intellectus, nam tunc dictio, *ultra*, significat, *extra*, bene Altograd. *cons.* 76. *num.* 28. *&* 30. *lib.* 2.

Dictiones, *nec non*, *similiter*, *item*, *pariter*, *amplius*, 28
ut præmittitur, & similes qualiter repetant omnes qualitates priùs expressas, & quando secus, Gratian. *discept. forens. cap.* 769. *num.* 38. *& seqq. ad* 58. *vide in §. Qualitas n.* Cyriac. *controv.* 70. ubi de dictione *similiter.* De dictione *pariter* vide Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 605. *n.* 7. De dictione *similes* vide Rocc. Episc. *cap.* 12. *n.* 33. *libr.* 1.

Quòd repetant si sint positæ inter duas rationes imperfectas, aliàs secus quando ponuntur, *inceptivè*, in duabus separatis dispositionibus, vel orationibus, latè idem Gratian. *discept.* 828. *num.* 10. *& seqq. per tot. & cap.* 937. *num.* 3. *& per tot.* & vide in meis resolut. *cap.* 50. *num.* 21. *& seqq.*

Quòd dictio, *amplius*, affirmet de præterito, & neget de futuro, Barbos. *dict.* 32. *num.* 8. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 132. *num.* 28.

Quòd dictio, *item*, stet continuativè, & denotet principium alterius subsequentis dispositionis, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 230. *num.* 3. *part.* 13. *recent. decis.* 156. *num.* 13. ubi quòd continuationem sermonis præsefert, non autem repetitionem qualitatis inducit.

Quando dictio, *item*, stet continuativè, vel inceptivè, & separativè, vel repetitivè, latè Altograd. *cons.* 79. *n.* 18 *& seqq. lib.* 2. Barbos. *dict.* 185. *per tot.* vide Giurb. *ad consuetud. cap.* 7. *gloss.* 1. *n.* 1. *& seq. & n.* 7. De hac dictione *item* vide Emerix. jun. *decis.* 117. *n.* 2. *&* 3.

De dictione, *insuper*, quæ pariter stat inceptivè, & novum constituit capitulum, Rimin. jun. *consil.* 481. *num.* 38. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 283. *num.* 18. Grat. *dict.* 101. Barbos. *dict.* 146. Rot. *par.* 13. *decis.* 356. *num.* 9. ubi quòd conjungit sequentia præcedentibus, & continuative addit eisdem terminis retentis, *& part.* 14. *decis* 149. *numer.* 11. De dictione *insuper* vide Episc. Rocc. *cap.* 10. *n.* 4. *&* 8. *cum seqq. libr.* 1. Captar. *decis.* 10. *n.* 4. *part.* 5.

Quòd

Quòd prædictæ dictiones, poſitæ inter duas orationes ſeparatas, & perfectas, nihil repetant, niſi ex denegata repetitione, ſequens diſpoſitio inutilis prorſus reddatur Pontirol. in Reſponſ. ſive tract. pro Mambellis *num.* 182. & 183. Cæſenæ impreſſo de anno 1645. ubi etiam *num.* 178. & *ſeqq.* plura alia de repetitione, quod non procedat, ubi non agitur de qualitate, vel conditione repetenda, ſed de ipſa ſubſtantia, nec ubi agitur de materia odioſa, nec quando aliàs diſpoſitio ſuum ſortitur effectum ſine repetitione.

29 Dictiones, *in circa*, *plus*, vel *minus*, *ferè*, *ultrà*, & ſimiles quid importent, & an teſtes deponentes per hujuſmodi dictiones probent, & ad quam quantitatem poſſint referri, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 277. *num.* 10. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3239. Barboſ. *de dict.* 234. Marta *de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 59. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 8. *ſect.* 1. *n.* 28 *tom.* 3.

De dictione, *in circa*, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 226. *num.* 26. ubi quòd ſolet augere quantitatem expreſſam uſque ad quartam partem, & *part.* 17. *deciſ.* 2. *num.* 9. & *ſeqq.* ubi quòd certum, ac determinatum numerum excludit, adeò ut nonnulli uſque ad quartam partem, alii ad ſextam, & alii veriùs, ac frequentiùs ad decimam partem extendant Altimar. ubi ſupra à *num.* 40.

De dictione, *in circa*, idem Gratian. *cap.* 512. *nu.* 9. & *ſeqq.* Caprar. *deciſ.* 551. *n.* 2. *part.* 2. Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 52. à *n.* 4. *libr.* 13. *vol.* 4.

De quanto tempore intelligatur dictio, *in circa*, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 46. *per tot.* ubi quòd verificatur in modico judicis arbitrio, & Mediolani importare quinque pro centenario, & à centenario infra ad ratam tam in tempore, quàm in quantitate, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 392. *num.* 2. & *ſeqq* ubi quòd refertur etiam ad ſex menſes ante, vel poſt pro concordandia teſtibus.

De dictione, *circa*, quid ſignificet, & quòd teſtis illa utens non probet, Barboſ. *dict.* 57. *nu.* 11. & *per tot.* & *dict.* 154. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 135. *num.* 19 &c. ubi in quo verificetur, & *part.* 13. *deciſ.* 310. *num.* 18. ubi quòd excludit certam quantitatem, & operatur ut poſſit fieri augmentum, vel diminutio in modico, & *deciſ.* 415. *num.* 7. & 8. ubi quòd in magna ſumma magis extenditur arbitrio judicis, inſpecta qualitate, & quantitate rei, vel ſummæ. Latè Altimar. *loc. cit.*

De dictione, *& plus*, quid importet, & an, & quando vitiet teſtis depoſitionem, Menoch. *de arbit. caſ.* 47. *per tot.*

Quòd dictio, *& plus*, appoſita in contractibus, vel ſtatutis, verificetur in modico arbitrio judicis, vel etiã in magna ſumma, ſi aliàs ſequatur abſurdum, idem Menoch. *de arbit. caſ.* 145. *per tot.*

Quòd dictio, *in circa*, non ſemper ad modicum ut ſupra, ſed etiam ad tempus trium, & quatuor annorum extendatur arbitrio judicis ſecundum ſubjectam materiam, Gregor. *deciſ.* 344. *num.* 10. *et ſeqq.* *Addit. ad eamdem deciſ.* 128. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 461. *num.* 30. Barboſ. *dict.* 57. *num* 10.

30 Dictio, *imò*, quando ſtet ampliativè, ſive electivè, vel correctoriè, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 923. *num.* 9. *et ſeqq.*

31 Dictio, *niſi*, poſtpoſita orationi negativæ, affirmat; poſtpoſita verò orationi affirmativæ negat, *auth. niſi rogati C. ad Trebell.* Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæſt.* 31. *n.* 7. *fol.* 64. Altograd. *conſ.* 32. *num.* 2. *lib.* 2. Anſald. *deciſ.* 84. *ſub num.* 26.

Quòd hujuſmodi dictio, *niſi*, poſita poſt orationem negativam faciat expreſſam conditionem, Altograd. *conſil.* 9. *num.* 30. *lib. pr.* Rot. *part.* 13. *recentior. deciſ.* 242. *n.* 7.

Quòd ſit exceptiva, & interdum etiam conditionalis, ut quando eſt ad futurum tempus relata, & appoſita orationi affirmativæ neget; appoſita verò negativæ affirmet, & includat, cùm de ſui natura ſit præcedentibus ſemper contradicere, Barboſ. *dict.* 217. *per tot.*

Quòd dictio, *niſi*, importet conditionem in ultimis voluntatibus ab ipſo principio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 540. *num.* 26. & *cap.* 771. *num.* 30. Altograd. *conſ.* 87. *num.* 32. *lib. pr.* ubi loquitur in ſtatutis.

Quòd modificet, & reſtringat diſpoſitionem antecedentem, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 261. *num.* 9. &c.

Quòd ubi præcedit negativa includat, & affirmet in exceptis, Cavaler. *deciſ.* 77. *num. pr.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 416. *nu.* 3. Coccin. *deciſ.* 244. *nu. pr.* Barat. *deciſ.* 84. *num.* 3. Rot. in Bononien. Domus de Malvaſia 24. Januarii 1667. coram Emerix apud Urceol. *conſult.* 86. *nu.* 28. *vol.* 2. De dictione, *niſi*, vide Ricc. *p.* 7. *collect.* 2788. Emerix jun. *deciſ.* 483. *n.* 4.

Dictiones duæ negativæ faciunt affirmativam, ut de dictione, *niſi*, quando præcedit oratio negativa, tradit Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 416. *nu.* 4. & *cap.* 542. *num.* 21. 32

Hoc tamen non procedere in Italico ſermone, vide in §. *Negativa num.*

Dictio, *nulla*, eſt univerſalis negativa totum excludens, ſicut dictio, *nullatenus*, etiam ea, quæ aliàs non excluderentur, Magon. *deciſ. Flor.* 38. *n.* 10. &c. 33

Dictio, *infraſcriptis*, poſita in ſtatuto, illud reſtringit ad caſus litteraliter expreſſos, Gratian. *diſcept. forenſ. cap* 418. *num.* 6. Barboſ. *de dict. dict.* 162. 34

An autem poſita in teſtamento loquente de hæredibus *infraſcriptis*, verificetur tantùm in illis, qui propriis nominibus fuerint inſtituti, ita ut oculis corporeis legi poſſint, vel etiam in aliis ſub nomine collectivo vocatis, puta agnatorum, pauperum, & ſimilium, Surd. *deciſ.* 338. *per tot. lib.* 2.

Et notabilem effectum hujuſmodi verbi, *infraſcriptis*, vide per Cavaler. *deciſ.* 296. *num. pr.* 2. & 3. Curt. jun. *conſil.* 115. *num.* 21. & *ſeqq.* *n.* 9. Gabriel. *de verb. ſignif. concl.* 6. *num.* 121. &c. Molin. *de Primog. Hiſpaniar. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 64. ubi quòd facit, ut cenſeatur repetita qualitas maſculinitatis, vel alia ſimilis, & plura capitula, vel diſpoſitiones conſiderari, non tanquam diverſas, & ſeparatas, ſed potius tanquam unam; vel duas connexas in unam, vide in §. *Verba nu.* De hac clauſula vide Anſald. *deciſ.* 93. *n.* 50.

Dictio, *infrà*, habet relationem ad inferiùs dicenda, aſſumendo quod poſtea dicetur, & omittendo quod prius dictum fuit, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 575. *num* 28. &c. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 311. *n.* 5. 35

Quòd dictio, *infrà*, vel *intrà*, relata ad tempus, ſua extrema includat, & ſic ultimam diem completam, & non inceptam ſolum requirat, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 75. *num.* 19. & *ſeqq.* vide Barboſ. *dict.* 161. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 8. *ſect.* 1. à *num.* 120. *tom.* 3.

Dictio, *ut ſupra*, repetit omnes qualitates priùs expreſſas, ita ut diſpoſitio ſequens reguletur in omnibus ab antecedente, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 575. *num.* 36. & *num.* 37. *cap.* 585. *num.* 11. *cap.* 836. *num.* 14. & *cap.* 648. *num.* 4. &c. Magon. *deciſ. Flor.* 37. *n.* 37. Altograd. *conſil.* 60. *nu.* 5. & *nu.* 16. *lib.* 1. & *conſil.* 78. *num.* 4. *lib.* 2. ubi tamen *num.* 16. quòd in dubio ceſſat repetitio, ſi ex ea diſpoſitio reddatur inutilis, vel contra voluntatem diſponentis, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 309. *num.* 12. & 13. ubi quòd repetit omnes qualitates ſupra expreſſas, ita ut ſit habenda relatio indiſtinctè ad omnia, nempè ad locum, tempus, modum, & alia, ad Rot. per Merlin. *deciſ.* 92. *n.* 5. & 6. & *part.* 6. *recent. deciſ.* 179. *num.* 12. *part.* 13. *deciſ.* 345. *num.* 4. Altimar. *loc. cit. num.* 115. & *ſeqq.* De hac clauſula vide Rocc. *cap.* 19. *num.* 28. *libr.* 2. Emerix jun. *deciſ.* 15. *n.* 8. *deciſ.* 546. à *num* 8. *deciſ.* 625. *n.* 6. *deciſ.* 841. *n.* 2. *deciſ.* 1036. *n.* 6. *deciſ.* 1229. *n.* 10. & 11. & *deciſ.* 129. *n.* 8. 36

Dictio, *prædicta*, refert præcedentia cum ſuis qualitatibus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 629. *nu.* 20. &c. Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 194. *n.* 7. vide latè Giovagn. *conſ.* 66. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 17. *lib.* 1. Urceol. *Conſult. forenſ. cap.* 71. *vol.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 7. *n.* 41. &c. ubi qualiter reſtringat diſpoſitionem ad primos hæredes, licèt aliàs veniant etiam hæredes hæredum. 37

Quòd importet repetitionem etiam propriorum nominum, Altograd. *conſil.* 54. *num.* 17. *lib.* 1. Rot. *part.* 5. *diverſ. deciſ.* 713. *nu.* 2. Rot. Bonon. Noviſſ. *deciſ.* 216. *num.* 31.

De dictione, *ſupradicta*, vel *ſupraſcripta*, quod repetat omnia præcedentia, ac ſi eſſent ſingula repetita, & iterum nuncupatim expreſſa, & nominata, Barboſ. *dict.* 342. *num.* 4. & 5. cum aliis per Pontirol. in Reſ-

ponſ

ponf. pro Mambellis *nu.* 431. *& seqq.* Cæsenæ impresso de anno 1645. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 295. *per tot.* ubi plura de dictione, *dicta*.

De dictione, *detti*, pulchrè Sperel. *decis.* 152. *n.* 17. *& seqq. num.* 78. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 433. *nu.* 14. *& seqq.* ubi quòd non attenditur ejus natura repetitiva, si ex sequentibus verbis constet de contraria volantate contrahentium Vide Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 646. *n.* 13. Emerix jun. *decis.* 635. *num.* 3. *decis.* 619. *n.* 3. *&* 4. *decis.* 537. *n.* 3.

38 Dictio, *hujusmodi*, est relativa eorum, quæ supra dicta fuerunt, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 149. *sub nu. pr. et part.* 11. *recent. decis.* 354. *num.* 37. ubi quòd est repetitiva omnium qualitatum, & conditionum.

39 Dictio, *usquequò*, qualiter conditionem importet, Altograd. *cons.* 32. *num.* 3. *lib. pr.*

40 Dictiones, *semper*, *perpetuò*, *continuè*, *nunquam*, & similes quid significent, Gratian *discept. forens. cap.* 601. *num.* 36. *&c.* Rot. coram Ansald. *decis.* 84. *sub n.* 26. coram Emerix jun. *decis.* 4. *nu.* 4. *& decis.* 841. *n.* 9. *et* 10. ubi de dictione *semper* Rot. *rec. part.* 19. *decis.* 530. *num.* 18. *tom.* 2. ubi pariter de dictione *semper*.

De dictione, *semper*, quod significet diversitatem, & pluralitatem temporum, & casuum, ac continuam, & æqualem dispositionem in omnibus, & in omni casu, & tempore in perpetuum servandam, idem Gratian. *cap.* 621. *n.* 18. Magon. *decis. Flor.* 37. *num.* 35. *vide in §. Verba num.*

Quòd per hujusmodi dictiones amplietur dispositio, & extendatur ad omnes descendentes, idem Gratian. *cap.* 648. *num.* 15.

Quòd dictio, *semper*, licèt accipiatur pro omni tempore, & casu, tamen intelligitur etiam secundum subjectam materiam, ita ut applicata actui non continuo, exponatur, *semper*, idest congruis temporibus, & horis statutis, Magon. *decis. Flor.* 91. *num.* 30. De Luc. *de fideicom. disc.* 27. *n.* 18. ubi quod est intelligenda citrà repugnantiam voluntatis testatoris. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 7. *decis.* 19. *n.* 7. *vol. pr.* ubi quod includit omne tempus.

Qualiter dictiones, *continuè*, *quotidiè*, *semper*, & similes, à testibus prolatæ in materia possessionis, intelligi possint pro illis salvandis à falsitate, si alius per intervallum possederit, Capyc. *decis.* 37. *num.* 5. *& per tot.*

41 Dictio, *respectivè*, est restrictiva, distinguit personas, & singula singulis refert, Gratian. *discept. forens. cap.* 627. *num.* 36. *& cap.* 705. *num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 263. *num.* 1. *& seqq.* ubi plura de natura hujus dictionis, quæ est ejusdem virtutis, ac clausula, *singula singulis*, *&c.* De hac clausula vide Emerix jun. *decis.* 594. *n.* 18. *& decis.* 832. *n.* 3.

42 Dictio, *omnino*, accipitur pro *funditus*, *prorsus*, *ipso jure*, & *in totum*, sicut & dictio, *omnimodè*, denotat præcisam necessitatem, & executionem, Gratian. *discept. forens. cap.* 630. *num.* 12. *& seqq. cap.* 735. *nu.* 3. *cap.* 973. *num.* 23. *cap.* 917. *num.* 5. *& cap.* 905. *nu.* 7. *&c.* ubi etiam de dictione, *nunquam*.

Quòd adjecta orationi negativæ accipiatur pro *nullo modo*, & *nullo casu præcisè*, Magon. *decis. Florent.* 16. *n.* 22. Altograd. *consil.* 77. *num.* 25. *&c. lib.* 2. ubi etiam quòd excludit omnes casus, qui excogitari possint, & idem significat, ac *absolutè*, *liberè*, *totaliter*, *simpliciter*, *aut penitus*.

De dictionibus, *omninò*, & *omnimodè*, latè Barbos. *dict.* 239. *&* 240. *per tot.* vide De Luc. *de fideicom. disc.* 48. *n.* 7. De dictione *omnimoda* vide Mantissa ad De Luc. *lib.* 3. *decis.* 8. *n.* 6. *& decis.* 10. *n.* 3. *vol.* 1.

De dictione, *affatto*, ut exponatur pro omni, & in totum, habeat præcisam naturam, ac nullam admittat limitationem, vel modificationem, Marescott. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 6. Franch. *decis.* 119. *num.* 12. *decis.* 169. *nu. pr.* Seraphin. *decis.* 447. *num.* 4. Rot. *part.* 7. *recent. decis.* 305. *num.* 14. *& part.* 13. *decis.* 309. *nu.* 4. Rot. coram Caprar. *decis.* 46. *n.* 13. *part. pr.*

43 Dictiones, *extantes*, *penes*, & *integraliter*, quid significent, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 737. *num.* 6. *& per tot.*

De Dictione, *ex integro*, idem Gratian. *discept.* 734. *num.* 1. *et seqq.*

44 Dictio, *videlicet*, de sui natura stat restrictivè, & modificativè, sicut dictio, *sic*, Magon. *decis. Flor.* 50. *num.* 19. 39. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 118. *num.* 15. ubi quòd derogat generalitati.

45 Dictio, *vel*, est disiunctiva, & facit quod sufficiat alteram partem esse veram, si tamen ponatur inter personas resolvitur in conjunctivam requirentem concursum copulatorum, & maximè si conveniat intentioni stipulantium, Magon. *decis. Flor.* 143. *num.* 2. 6. *&c.* Suein. jun. *consil.* 50. *lib.* 4. *num.* 3. 4. *et* 11. Altograd. *cons.* 49. *n.* 39. *lib.* 1. ubi quòd stat inter diversa, ac indicat rem diversam, & distinctam. De hac clausula vide Ansald. *decis.* 75. *n.* 39. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 12. *decis.* 15. *n.* 5. *vol.* 2. Emerix jun. *decis.* 660. *n.* 6. *et decis.* 708. *n.* 4.

Quòd posita inter personas resolvatur in conjunctivam, intellige ubi inter hujusmodi personas, non potest considerari aliquis ordo affectionis, charitatis, vel prælationis, vel ratio diversitatis, aliàs secus, ut dixi in *§. Statutum excludens num.*

Quando dicta alternativa resolvatur in copulativam, vide Cavaler. *decis.* 546. *in fine*, Altograd. *cons.* 60. *n.* 22. *et* 23. *consil.* 84. *num.* 117. *et cons.* 88. *num.* 3. *et* 55. *lib. pr.* Bardellon. *consil.* 189. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 282. *num.* 2. *etc. part.* 14. *decis.* 123. *num.* 30. *etc.*

46 Dictio, *sive*, vel *seu*, est alternativa, & quando disiungat tam sensum, quàm verba, & denotet ordinem successivum inter vocatos, Altograd. *cons.* 59. *num.* 6. *etc. et cons.* 60. *n.* 30. *et seqq. per tot. lib.* 2. in meis resol. *cap.* 82. *num.* 15. Vide Rot. recent. *part.* 19. *decis.* 455. *n.* 11. *tom.* 2. Caprar. *decis.* 165. *num.* 16. *part. pr.* Episc. Roec. *in Indic. verb. dictio vol. pr.*

Quòd non semper stet alternativè, sed interdum etiã copulativè, & augmentativè, *leg. si quis ista ff. de verb. oblig.* Rot. *part.* 3. *divers. lib.* 2. *decis.* 232. *n.* 4. & latè declarat videndus Altograd. *d. cons.* 60. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 331. *n.* 9. ubi quòd natura dictionis, *seu*, est distinguere tantùm verba, sed non mentem, & quandoque exponitur pro copulativa, & augmentativa. De Luc. *de Fideicom. disc.* 44. *n.* 9.

De hujusmodi dictionibus, *sive*, *vel aut*, quando stent alternativè, disiunctivè, vel copulativè, vel ampliativè, quid in dispositione legis, statuti, vel hominis, latè Barbos. *dict.* 361. 375. *&* 415. Altograd. *d. cons.* 60. 61. 62. *&* 63. *per tot. lib.* 2. *in eadem causa.* De dictione *aut* vide Caprar. *decis.* 175. *n.* 3. *part.* 1.

47 Dictio, *si tamen*, est conditionis significativa, Bart. *in l.* 1. *ff. de condit. & demonstr.* Magon. *decis. Floren.* 144. *n.* 8.

Quando autem possit etiam importare modum, vide in *§. Dispositio num.*

De dictione, *ita tamen*, Ricc. *Collect.* 2763. Altim. *de nullit. rub.* 1. *quæst.* 13. *sect.* 4. *n.* 8. *tom.* 3.

De dictione *tamen* quod sit restrictiva & limitativa Emerix jun. *decis.* 403. *n.* 12. Et quod sit modificativa præcedentium ad terminos subsequentes Caprar. *decis.* 1. *n.* 9. *part. pr.*

48 Dictiones, *cum pacto*, *& conditione*, an importent conditionem, vel modum, & quod possint utrumque significare, & cognoscatur ex hoc quod si prius debeat sequi imlpementum, denotent conditionem, aliàs autem modum, Magon. *decis. Luc.* 21. *numer.* 10. Duran. *tractat. de condit. & mod. imposs. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 53. *&c.* Gratian. *decis.* 153. *num.* 2. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 354. *num.* 5. *& seqq.*

De dictione, *cum*, quot modis accipiatur, & quid significet, Barbos. *dict.* 75. *per tot.* Vide Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 615. *n.* 8. *tom.* 2.

49 Dictio, *quando*, juncta verbo futuri temporis conditionem importat, Cravett. *cons.* 15. *num.* 3. Magon. *decis. Luc.* 28. *nu.* 1. Rot. in Narnien. terrarum 6. Februarii 1626. coram Manzanedo penes Seanarol. *de visitat. Carcer. in Appendice decis.* 20. *n.* 1. *etc.* Bicch. *decis.* 196. *num.* 8. *et seqq.* ubi quando non importet conditionem, sed temporis dilationem juxta subjectam materiam, veluti si respiciat executionem. De Luc. *de Fideicom. disc.* 62. *nu.* 4.

50 Dictio, *proximè*, vel *proximos*, tempori adjecta operatur, ut statim ab illo momento præscripto tempus currere incipiat, Duran. *decis.* 365. *num.* 31. *et*

34.

34. Surd. *deciſ.* 189. *per tot.* Barboſ. *dict.* 297. vide in *§. Tempus num.*

51 Dictio, *frivola*, de qua ſæpè fit mentio, ſignificat id quod prodeſſe non poteſt, quaſi ſit infirmum, & fragile, vel nulla fide ſubnixum, quando autem id quod proponitur dicatur frivolum remittitur arbitrio judicis, Menoch. *de arbit. caſ.* 197. *per tot.*

52 Dictiones, *nuper*, *olim*, *dudum*, licèt videantur de præterito, tamen comprahendunt tria tempora, nempè præſens, præteritum, & futurum, *gloſ. in l.* 1. *§.* 2. *ff. de nov. oper. nunc. cap. olim de offic. deleg.* Rebuff. *in prax. part.* 1. *tit. de declarat. nov. proviſ. verſ. Exhibita num.* 4. *vide in §. Tempus num.*

53 Dictio, *perindè*, denotat fictionem, *l.* 1. *ubi gloſ. ff. de recept. l.* 2. *et l. ult. ne nat. reſt.*

Et denotat omnimodam una ſimilitudinem, Jaſ. *in l. Titia §. fin. ff. de verb. oblig.* Pariſ. *conſil.* 38. *lib.* 4. Rebuff. *in prax. part.* 2. *tit. de reſcript. etiam, et perinde valere num.* 7. *et ſeqq.* ubi etiam *num.* 4. & latiùs *num.* 27. *et ſeqq.* quòd reſpicit actum retrò, & facit illum valere à die primæ gratiæ, ſi nulli fiat præjudicium, aliàs ſecus, & quando reſpiciat perſonam, tempus, vel actum, ac alia plura de hujuſmodi dictione in reſcripto Papæ appoſita.

Quòd dictio, *perinde ac*, faciat ut quod verè non eſt, habetur tanquam eſſet quoad juris effectum, Barboſ. *dict.* 252. *num.* 1. Grat. *dict.* 164. *nu.* 1. Altograd. *conſ.* 71. *n.* 29. *lib.* 1.

De dictione, *tanquam*, quod importet majorem expreſſionem veritatis, licèt aliàs etiam importet ſimilitudinem, *l. ſæpè ff. de verb. ſignif.* Bald. *conſ.* 402. *n.* 2. *vol.* 1. Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 6. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 475. *num.* 18. Epiſc. Rocc. *cap.* 5. *n.* 47. *libr.* 1.

54 Dictio, *multi*, reddit incertam quantitatem, cùm poſſit verificari in duobus, tribus, vel quatuor, aut etiam pluribus, & ideò eſt omninò ambigua, Grat. *dict.* 127. Barboſ. *dict.* 204. *et* 263. Altograd. *conſ.* 11. *n.* 10. *lib.* 1.

55 Dictio, *poſtquam*, quando eſt ſignificativa temporis conditionem importat, cùm æquiparetur dictionibus, *ſi*, *cum*, & *ubi*, eandem conditionem ſignificantibus, ſicut etiam conditionem denotat ordo adjectus per prius, & poſterius, Altograd. *conſ.* 46. *n.* 2. *et ſeqq. lib.* 1. ubi loquitur in diſpoſitione teſtatoris, & oſtendit hujuſmodi conditionem cenſeri datam pro forma, ſpecificè, & non per æquipollens implendam, illaque non adimpleta, ſubſtitutionem effici caducam, non tantùm in primo gradu, ſed etiam in aliis gradibus ſequentibus, & vide Barboſ. *dict.* 372.

56 Dictio, *una cum*, repetit, copulat, & ſimul jungit æqualiter in diſpoſitione nominatos etiam in diverſis orationibus, & ſtat præcisè pro unitate, vide Altograd. *conſ.* 54. *num.* 15. *lib.* 1. *ubi num.* 16. 74. 75. 108. 109. 51 . *et* 113. benè declarat. Vide Epiſc. Rocc. *cap.* 31. *n.* 6. *lib. pr.*

57 Dictio, *immediatè*, omne temporis intervallum excludit, Barboſ. *dict.* 129. Altograd. *conſil.* 22. *nu.* 21. *et* 24. *lib.* 2.

Quid importet in materia præcedentiæ, Merlin. *deciſ.* 607. *num. pr. etc.*

58 Dictio, *ſæpè*, in duobus verificatur, *ſæpiùs*, in tribus, *ſæpiſſimè*, in quatuor, & non denotat regulam, ſed potius illam eſſe in contrarium, Rebuff. *in l. ſæpè* 53. *ff. de verb. ſignif.* Altograd. *conſil.* 20. *num.* 64. *lib.* 2. Barboſ. *dict.* 362. ubi quòd arbitrio judicis relinquitur quot actus requirant hujuſmodi dictiones.

59 Dictio, *cioè*, vel in latino, *ſcilicet*, vel *id eſt*, eſt reſtrictiva generalitatis præcedentis, ſicut dictio, *quelli*, vel *illi*, demonſtrando ad oculum ſupra nominatos, & ad eos diſpoſitionem reſtringendo, Altograd. *conſil.* 82. *num.* 3. *etc. lib.* 2. Vide Rot. *recent. part.* 19. *deciſ.* 437. *n.* 3. *tom.* 2.

60 Dictio, *abſque*, eſt negativa, excluſiva, & ſeparativa, niſi ei præcedat alia negativa, quia tunc ſtaret incluſivè, & non excluſivè, Barboſ. *dict.* 2. *per tot.*

61 Dictio, *fortè*, *forſitan*, *forſan*, *fortaſſe*, vel *fortaſſis*, denotat cauſam impulſivam, & non finalem, ac interdum etiam ſtat per modum increpandi, & alia de vi, & natura hujuſmodi dictionum, remiſſivè Tiraquel. *tract. ceſſant. cauſ. limit.* 10. *inter reg. diverſ. fol. mihi* 177. Vide Epiſc. Rocc. *cap.* 149. *n.* 10. *libr.* 2. Caprar. *deciſ.* 677. *n.* 9. *part.* 2.

Quòd ubi reſpicit factum dubitationem præſeferat, nihil certum ponat, & ideò cauſam finalem non inducat, Burat. *deciſ.* 190. *num.* 2. Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 104. *num. pr. et part.* 10. *deciſ.* 312. *num.* 5. *etc.*

Dictiones, *propterea*, *propter*, *ob*, *pro*, *ex*, *de*, & 62
ſimiles interdum denotant cauſam remotam, interdum verò proximam, latè Tiraquel. *d. tract. limit.* 20. *num.* 24. *et ſeqq. ad* 35. *fol. mihi ut ſupra* 190.

Dictio, *poſt*, licèt denotet actum immediatum, ſub- 63
ſequentem, tamen quandoque etiam poteſt referri ad actum mediatum, & prolata à teſte, pro illum ſalvando à falſitate debet referri etiam ad longum intervallum, Capyc. *deciſ.* 37. *num.* 2. *etc.*

Quòd dictio, *poſt*, denotet tempus indeterminatum tam reſpectu principii, quàm finis, Dec. *in l. mutuum §. creditum num.* 2. *ff. ſi cert. pet.* Ludoviſ. *deciſ.* 247. *num.* 14.

Quòd importet materia præcedentiæ, Merlin. *deciſ.* 607. *num.* 2. *etc.*

Dictio, *juxtà*, ſtat ſimilitudinariè, & demonſtrati- 64
vè, quando non conſtat de relato, ubi verò de illo conſtat relativè & reſtrictivè ad aliud, Rot. in Romana quarti dotalis 20. Novembr. 1634. coram Dunozet. *n.* 4 *etc.* penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal.* 10. 2. *deciſ.* 67.

Denotat etiam confines, Ludoviſ. *deciſ.* 155. *nu.* 1. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 8. *ſect.* 1. *num.* 128. *tom.* 3. De hac dictione *juxta* vide Caprar. *deciſ.* 154. *nu.* 2. *part. pr.*

De dictione, *verſus*, quod regulariter denotet excluſionem termini, cui adjicitur, Rot. *part* 5. *recent. deciſ.* 509. *num.* 5. *et part.* 14. *deciſ.* 229. *num.* 22. *etc.*

Dictio, *hactenus*, deſignat tempus præteritum de- 65
curſum uſque ad præſens, Cavaler. *deciſ.* 380. *num. pr.*

Dictiones, *deinceps*, *poſteà*, *deindè*, & ſimiles, 66
qualiter importent tempus futurum, Cavaler. *deciſ.* 566. *per tot.*

Dictio, *prorſus*, excludit omnia, quæ poſſent in 67
contrarium excogitari, idem Cavaler. *deciſ.* 569. *n.* 2.

Dictio, *eo ipſo*, appoſita in conſtitutione annullante, 68
inducit nullitatem ipſo jure, Cavaler. *dict. deciſ.* 569. *num.* 3.

Dictio, *ſtatim*, non phyſicè, ſed moraliter intelli- 69
genda, & importat magnum, vel modicum intervallum arbitrio judicis ſecundum ſubjectam materiam, ac ut plurimum intelligitur de duorum, vel trium dierum ſpatio, Sperel. *deciſ.* 38. *num.* 14. ubi de remiſſione Regularis ad ſuum Superiorem ab Epiſcopo facienda.

De dictione, *ſtatim*, vel *confeſtim*, qualiter poſſit extendi ad plures menſes, & plures annos juxtà ſubjectam materiam arbitrio judicis, maximè ad evitandam pœnam, ut in hærede, qui juſſus fuerat ſtatim novitiatum in certa religione ingredi, ut intelligatur cum poſſibili ſollicitudine poſt hæreditatem acquiſitam, quia cum pecuniis hæreditariis actus erat explendus, Rot. poſt Urceol. *de tranſact. deciſ.* 43. *num.* 12. *et deciſ.* 52. *num.* 3. *in eadem cauſa*, De iſta dictione vide Dian. *tom.* 2. *tract.* 5. *reſol.* 68.

Sed ſi ageretur de remiſſione Clerici ad Epiſcopum per judicem ſæcularem facienda non tam laxaſſet habenas, & nec per momentum retineri poſſe dixiſſet, *ut in deciſ.* 17. *et deciſ.* 132. *num.* 42. *&c.* Sed pro ſalvando Sperel. poteſt conſiderari differentia capacitatis, & incapacitatis juriſdictionis.

De dictione, *confeſtim*, ut verificetur in momento temporis, vel quamprimùm, vel quandoque plurimum dierum ſpatio, juxta ſubjectam materiam, Pett. Royz. Maur. *deciſ. Lituan.* 3. *num.* 190. *et ſeqq.* ubi quando etiam poſſit extendi ad annos.

Dictio *incontinenti*, quid ſignificet, vide in §. *Incon-* 70
tinenti num.

Alia vide in *§. Clauſula*, *et §. Verbum*, latiſſimè Tuſch. *lit. D*, *concluſ.* 238. *et ſeqq. uſque ad concluſ.* 405. Gratian. *in tractat. de dict. per tot.* Barboſ. *eodem tractat. per tot.* in quibus locis enumerantur plurimæ aliæ dictiones, & illarum ſignificationes, Ricc. *in ſuis Collect. in repert. verb. Dictio*, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 347. *per tot.*

71 Dictio, *quatenus*, adjecta verbo futuri temporis importat conditionem, Bart. *in l. pr. num.* 20. ubi Castr. Imol. & Soc. *ff. de condit. et demonstrat.* Barbos. *de dict. dict.* 312. *num. pr. etc.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 80. *num.* 53. *et* 34. ubi de clausula, *quatenus de jure*, ut nihil firmet, sed sub conditione relinquat, & incertitudinem denotet, vide in §. *Clausula num.* 89.

Non tamen inducit conditionem ubi non adest necessitas, Rot. *part.* 22. *recent. decis.* 173. *n.* 13. *et part.* 53. *decis.* 364. *num.* 17.

72 Dictio, *ad*, significat propinquitatem, & non intrinsecitatem, Bart. *in l. quidam Hiberius ff. de servit. urb. præd. num.* 3.

Denotat exterioritatem, & non interioritatem, Corn. *consil.* 40. *num.* 16. *vol.* 3. *et consil.* 232. *num.* 19. *vol.* 2, Rot. apud Farinac. *decis.* 509. *num.* 5. *part. pr. tom.* 2. Grat. *de dict. dict.* 3. *num. pr.*

Quòd importet vicinitatem, & non intrinsecitatem, Alexand. *consil.* 54. *num.* 8. *et seqq. lib.* 5. Card. Tusch. *litt. D*, *conclus.* 239. ubi qualiter importet etiam conditionem.

Adiecta tamen loco potest etiam includere, juxtà text. *in l. item sic §. qui habet ff. de servit. rustic. præd.* Oldrad. *consil.* 49. Bertach. *in repert. verb. Ad*, vide Cardin. Tusch. *litt. D*, *conclus.* 238. *et conclus.* 291. *n.* 23. *et seqq. per tot.* ubi quando includat terminum cui apponitur, Altimar. *de nullitat. rubr. pr. quæst.* 8. *sect. pr. num.* 79. *tom.* 3.

73 Dictio, *eo quia*, causam dispositionis pro certo, & constanti importat, *l. demonstratio falsa* 17. *§. quod autem*, ubi Bart. *n.* 6. *et seqq. ff. de condit. et demonstr.* Gramat. *decis.* 59. *n.* 3. *etc.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 126. *n.* 3, Vide Episc. Rocc. *cap.* 183. *n.* 11. *lib.* 2.

74 Dictiones, *quoddam prætensum*, tendunt potius ad negandũ, quàm ad affirmandũ, & ideò adhibitæ in productione scripturarum approbationem non inducunt, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 472. *numer.* 14. 15. & 16. *vide in §. Productio.*

75 De aliis dictionibus, & DD. qui Dictionaria, & materiam dictionum scripserunt indicat Com. Aug. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 4. *verb. Dictionarium*, *&c. fol.* 406. Castejon. *Alphab. jurid. verb. Dictiones*; & multas dictiones ordine alphabetico indicat, ac in locis indicatis declarat Joan. Torre *tract. de successf. in Majorat. & Primog. Ital. in Repertorio generali verb. Dictiones variæ in fine part.* 3, De Luc. *in Indice general. verb. Dict.* Altim. *de nullit. & alibi* Episc. Rocc. Emerix jun. Ansald. Caprar. Mans. Palm. & alii moderni.

76 Dictio *acsi* omnimodam similitudinem denotat Mantiss. ad De Luc. *lib.* 2. *decis.* 1. *n.* 6. *vol.* 1.

77 Dictio *di piu*, quæ latinè sonat *item* est de sui natura augmentativa, & novam inducit dispositionem a prima distinctam Mantiss. *loc. cit. libr.* 15. *decis.* 11. *n.* 4. *vol.* 2.

Interpretatur idem ac *ultra*, & ostendit summam esse diversam, & separatam unum relictum ab alio Mantiss. *ubi supra libr.* 11. *decis.* 14. *n.* 10. *vol.* 2.

78 Dictio *nam* est de sui natura ratiocinativa, & continuativa, atque operatur, ut subsequens dispositio dependeat ab antecedenti Mantiss. *loc. cit. libr.* 10. *decis.* 73. *n.* 13. *decis.* 74. *nu.* 3. & 4. *decis.* 81, *nu.* 14. *eod. libr.* 10. *vol.* 2.

Limita, quando intercedit duas dispositiones de per se perfectas *dict. decis.* 73. *n.* 14. *dict. decis.* 81. *n.* 17.

79 Dictio *pleno jure* nihil excludit Mantiss. *libr.* 3. *decis.* 5. *n.* 8. *decis.* 8. *n.* 7. *decis.* 13. *n.* 4. *vol.* 1.

80 Dictio *tandem* excludit omnes quascumque causas præter expressas Mantiss. *libr.* 7. *decis.* 4. *n.* 8. *vol.* 1.

81 Dictio *iterum* designat extensionem temporis, & æquivalet dictioni *quandiu* Mantiss. *loc. cit. libr.* 16. *decis.* 13. *n.* 3. *vol.* 4.

82 Dictio *quamvis*, est adversativa in his, quæ sunt ejusdem generis, seu qualitatis Mantiss. *loc. cit. decis.* 2. *n.* 115. *de Statut. success.*

83 Dictio *alter* est distributiva inter duos, & importat similitudinem, & æqualitatem. Rot. *recen. p.* 19. *t.* 2. *n. decis.* 631. *n.* 14.

84 Dictio *alterius* continet diversa a prius expressis. Rot. *loc. cit. d.* 469. *n.* 31.

85 Dictio *ehe* adjecta quantitati dotis constitutæ quando denotet illam esse in quantitate. Rot. *recen. p.* 19. *d.* 419. *n.* 5. *tom.* 2.

Dictio *cujus* est universalis distributiva omnia comprehendens Rot. *loc. cit. d.* 569. *n.* 30. 86

Dictio *delli* latinè *de* importat materiam immediatam, ex qua desumpta est summa cessa Rot. *loc. cit. d.* 481. *n.* 33. 87

Dictio *eo modo, & forma de quibus supra* repetit qualitates præcedentis dispositionis, non autem conditionem, & substantiam Vocationis. Rot. *loc. cit. d.* 453. *n.* 5. 88

Dictio *eorum* refertur ad plures, nec verificatur in uno Rot. *loc. cit. decis.* 643. *n.* 11. 89

Dictio *et ita* stare dicitur pro majori expressione, seu declaratione præcedentis dispositionis, non pro novatione, seu inductione novæ dispositionis Rot. *recen. p.* 19. *d.* 656. *n.* 15. 90

Dictio *& ulterius* ampliat, & extendit dispositionem ad non specialiter expressa *ibid. d.* 418. *n.* 5. 91

Dictio *in* juncta cum ablativo denotat intrinsecitatem in loco, & respondet dictioni *intus* Rot. *recen. p.* 19. *decis.* 492. *n.* 11. *tom.* 2. 92

Dictio *invicem* cadit inter duos æquales, & mutuo se complectentes *ibid. decis.* 631. *n.* 5. 93

Dictio *ò* est alternativa, & operatur, ut sufficiat unam partem ex alternatis impleri *ibid. decis.* 642. *num.* 4. 94

Dictio *per* importat causam finalem Rot. *recen. part.* 19. *dec.* 535. *n.* 15. *tom.* 2. & denotat improprietatem, & fictionem Ansald. *d.* 80. *n.* 16. 95

Dictio *Si* juncta verbo futuri temporis vel incertæ rei conditionem, & formam importat *ibid. decis.* 521. *n.* 3. Cabrun. *lucub.* 49. *n.* 51. 96

Dictio *simpliciter* operatur, ut actus, ad quem refertur, geri debeat absque complicatione cujusvis alterius personæ *ibid. d.* 476. *n.* 4. 97

Dictio *liberè* recipit restrictionem a Jure Ansald. *decis.* 49. *n.* 20. & recipit interpretationem a subjecta materia Ansald. *decis.* 89. *n.* 50. 98

Idem importat ac sine causa Ansald. *d.* 76, *n.* 9.

Excludit omnem servitutem, & omne ligamen *ibid. n.* 8.

Dictio *libere* de qua in *c. de iis il* 4. *de Sepulturis* quid importet *ibid. n.* 30.

Dictio *libere* apposita in §: *si quis autem auth. de Monacis*, quomodo intelligatur *ibid. n.* 31.

Dictio *insolidum* ex quibus Clausulis suppleatur Ansald. *decis.* 68. *n.* 35. & 36. 99

Dictio *ob* causam finalem denotat Ansald. *decis.* 15. *n.* 21. 100

Dictiones *prima, e poi* gradualitatem important Ansald. *decis.* 80. *n.* 16 101

Dictio *atiento, seu attenta* tamquam sonans in ablativum absolutum facit conditionem Ansald. *decis.* 83. *n.* 5. 102

Dictio *ut infra* temperat, & restringit generalitatem præcedentem Ansald. *decis.* 89. *n.* 60. 103

Dictio *tutti* omnia comprehendit, & nihil excludit Ansald. *decis.* 82. *n.* 4. 104

Dictio *in perpetuum* nullam recipit temporis præfinitionem sed actum in infinitum extendit. Cabrun. *lucub.* 46. *n.* 3. & 4. 105

Ad vitam hæredis restricta nullam violentiam patitur idem *lucub.* 49. *n.* 5.

In annuo legato adjecta, ac onus primis hæredibus impositum, etiam ad ulteriores in infinitum extendat idem *lucub.* 47. *n.* 20. & *lucub.* 49. *n.* 22. *et* 24.

De hac dictione Vide Rocc. *cap.* 12. *n.* 23.

Dictio *hoc casu eveniente* excludit extensionem ex rationis similitudine, vel identitate Episc. Rocc. *cap.* 25. *n.* 13. limita tamen *ut n.* 50. 106

Dictio *illa* tamquam relativa ad oculum demonstrat idem *cap.* 20. *n.* 19. 107

Dictio *ita quod* stat ampliativè Episc. Roc. *cap.* 10. *n.* 3. *lib. pr.* 108

Dictio *Si vero* refert, & conjungit sequentem dispositionem cum præcedenti idem *cap.* 28. *n.* 63. 109

Dictio *hoc casu* denotat restrictionem Episc. Roc. *cap.* 160. *n.* 42. *tom.* 2. 110

Dictio *ita, & taliter* potest stare augmentativè idem *ibid. cap.* 142. *n.* 9. & 10. 111

Di-

212 Dictio *prout latius* magis præciſam relationem denotat idem *cap. 106. n. 68.*

213 Dictio *quemadmodum* eſt relativa idem *cap. 105. num. 49.*

214 Dictio *quia* importat pro certo, & conſtanti Roc Eiſcop. *cap. 183. n. 12.*

215 Dictio *quoque* eſt continuativa, atque collectiva prioris diſpoſitionis idem *cap. 98. n. 14.*, & quandam ſimilitudinem implicit cum præcedentibus *ibid. n. 15.*

216 Dictio *pari ratione* utrumque caſum patificat Emerix jun. *decil. 538. n. pr.*

217 Dictio *proindè* eſt deſignativa cauſæ Emerix. jun. *deciſ. 1029. n. 11.*

218 Dictio *potiſſimè* deſignat cauſam finalem Emerix. jun. *deciſ. 72. n. 17.*

219 De dictionibus *tam*, & *quam* vide Emerix jun. *deciſ. 277. n. 6 deciſ. 102. n. 9. & deciſ. 810. n. 6.*

§. DIES. XIX.

1 Diei appellatione non facta alia declaratione venit dies naturalis horarum 24. & non venit nox, niſi per fictionem, & comprehenſionem, & intelligitur de continuo, non autem de utili, niſi aliter ſit expreſſum, Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appella. 71. n. 1. & ſeqq.* facit quod dixi in *§. Appellativa num.. & §. Tempus num..* Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib. 6. rub. 49. n. 6. &c.* Quotuplex ſit dies F. gnan. *in cap. treuvas n. 4. de Treg. & Pac.*

Dividentes, qualiter sibi invicem teneantur de evictione, ex natura divisionis, vide in §. *Evictio n.* 21. Tusch. *litt. D. conclus.* 534. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 189. *num.* 12. *&c. vol.* 2. & *ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 48. 9

Divisio simplex inter fratres, vel alios hæredes habentes scientiam fideicommissi reciproci inter eos, non inducit dicti fidei commissi renunciationem, nisi data sibi invicem facultate alienandi, & alienatione postea sequuta, *l. cum pater §. hæreditatem ff. de leg.* 2. DD. *in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verb. obligat.* Ruin. *consil.* 137. & 138. *lib.* 2. Capra *consil.* 89. *n.* 16. *&c.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 52. *num.* 18. *&c.* Addit. ad Pract. Papp. *libel. hæred. vel rei sing. divid. glos.* 1. *verb. Divisione*, Petr. Cabal. *consil. decis.* 75. *lib.* 1. Menoch. *libr.* 3. *præsump.* 115. Fusar. *de substitut. quæst.* 593. *per tot.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 41. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 234. *n.* 17. *&c.* Magon *decis. Florent.* 92. *num.* 1. *&c.* latè Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 543. *per tot. ad. num.* 155. & *litt. F, conclus.* 286 Paul. Christin. *decis. Belgic.* 180. *num.* 8. *&c. vol.* 2. & *decis.* 54. *num.* 4. *vol.* 4. Merlin. *decis.* 250. *num.* 5. *&c.* Greg. *decis.* 73. *num.* 1. Buratt. *decis.* 89. *num.* 1. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 272. *num.* 5. & *per tot. part.* 11. *decis.* 299. *n.* 18. & *seqq.* & *part.* 13. *decis.* 358. *per tot.* & 386. *per tot.* Torr. *de pact. fut. succ. lib.* 2. *cap.* 40. *n.* 46. Rocc. Episc. *cap.* 21. *n.* 8. *lib.* 1. 10

Et quid stante clausula, *ad habendum, tenendum, alienandum &c.* etiam non data scientia fideicommissi, Gratian. *discept.* 315. *per tot* vide in §. *Clausula n.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 218. *n.* 31. ubi quòd communior est sententia per hanc clausulam non censeri renunciatum fideicommisso, nisi expressè data fuerit fa-

facultas alienandi ut supra, & part. 11. decis. 308. n. 10. & seqq. & part. 14. decis. 434. vide Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 29. n. 125. tom. 4. Rocc. Episc. cap. 21. à n. 9. lib. 1. Torr. de pact. fut. success. lib. 2. cap. 40. & decis. 40. 55. 85. 86. & 171.

An autem, & quando præsumatur scientia, vel ignorantia fideicommissi, Bart. in d. §. Duo fratres, Fusar. quæst. 595. quòd præsumatur ignorantia, & non inducatur renunciatio, tritissimum dicit Magon decis. Flor. 27. n. 21. &c. vide in §. Renunciatio num.

Quòd divisio non præiudicet juri de futuro, Magon. decis. Luc. 7. num. 43. cum Addit. nec comprehendit bona de quibus non fit mentio Rot. post Torr. de pact. futur. success. decis. 85. num. 5.

Quando stantibus clausulis amplissimis, per divisionem censeatur remissum etiam jus futurum super bonis emphyteuticis, Rot. part. 11. recent. decis. 230. num. 13. & seqq.

Et quando super Primogenitura, ita ut non possint dividentes, vel eorum hæredes, divisionem, vel alienationem impugnare, vel revocare, Rot. part. 13. recent. decis. 371. per tot.

Quando autem per transactionem, vel divisionem non censeatur renuntiatum fideicommisso, neque primogenituræ, Rot. part. 14. recent. decis. 51. per tot.

Quòd data facultate alienandi, & alienatione sequuta, alienata revocari non possint, etiam si talis remissio facta sit à minore, qui ex illa non potest dici læsus, cùm sit quid incertum, intelligendo de fideicommisso reciproco, aliàs secùs, Magon. decis. Flor. 92. num. 5. & seqq. vide in §. Læsio num.

Circa dictam conclusionem videndus inter alios Menoch. dict. præsumpt. 115. per tot. lib. 3. ubi undecim casus examinat, qui etiam applicantur ad bona emphyteutica, & in terminis bonorum emphyteuticorum plenè Bardell. consil. 11. per tot. lib. 1. ubi sustinet non præjudicari emphyteusi, Marta vot. Pis. 191. ubi quòd data scientia fideicommissi reciproci inter fratres, censetur illi renunciatum per simplicem divisionem.

At in terminis fideicommissi non censeri renunciatum, etiam stante clausula, ad habendum, &c. & promissione evictionis, plenè Rot. part. 2. recent. decis. 624. Galvan. consil. 36. & 37. Rot. part. 13. recent. decis. 358. & 386. per tot. ubi maximè si divisio fuit facta per procuratores non habentes mandatum ad renunciandum, Ger. Spin. consil. 13. num. 48. &c. latè Card. Tosch. litt. D, conclus. 543. per tot. Rot. part. 10. recent. decis. 272. per tot. ubi quòd maximè procedit si divisio facta fuit ab Arbitris, quibus non erit data talis facultas, etiam si postea fuerit ratificata cum promissione de evictione, &c. ac quando vocati ad fideicommissum veniunt ex propria persona, & non sunt hæredes dividentium, vel transigentium.

Sed pro renunciatione, & sublatione fideicommissi reciproci, data illius scientia, quæ ex multis arguitur inter fratres dividentes, ita ut præjudicet omnibus sequentibus vocatis, quando sunt hæredes dividentium, latè Rot. in Bonon. fideicomm. de Viazanis part. 9. rec. decis. 206. & 240. per tot. ubi enunciantur plures aliæ decisiones in eadem causa emanatæ, & decis. 352. num. 16. & seqq. dict. part. 9. & par. 10. decis. 228. n. 53. &c. part. 13. decis. 174. per tot. decis. 371. & part. 14. decis. 135. vide De Luc. de fideicom. disc. 177. & duobus seqq.

De hac materia vide Mantiss. ad De Luc. libr. 10. decis. 70. n. 12. vol. 2. & libr. 6. decis. 1. vol. 3.

11 Divisio facta à patre inter filios, an inducat remissionem fideicommissi ab eodem patre dividente antea facti, & ordinati, Roland. consil. 34. num. 68. & seqq. lib. 4. Addit. ad Magon. decis. Luc. 7 num. 43. lit. G. latè Rot. part. 9. recent. decis. 387. per tot. ubi quòd stante validitate assignationis factæ per contractum inter vivos, remanent bona exempta à patrimonio, & hæreditate patris, ac proinde etiam à fideicommisso, cujus vigore à vocatis peti non possunt, cum jam exiissent à bonis testatoris, de tempore illius mortis, nec ex testamento pervenerint ad filios; sed ex contractu, ut ibidem plenè demonstrat, Cabed. decis. 127. per tot. part. 1. vide Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 29. num. 126. tom. 4. Morquech. de divis. bonor. libr. 4. cap. 3.

Quòd dicta divisio facta per patrem inter liberos, apposito per eos hinc indè juramento de non contraveniendo, non possit revocari, Roland. dict. consil. 34. num. 69. lib. 4. latè Rot. part. 9. recent. decis. 334. per tot. vol. 2. ubi quòd pater non potest revocare, vel annullare fideicommissum in ea factum, quando constat quòd voluit transferre dominium in filios, & ex quibus colligatur ista voluntas, facit eadem Rot. decis. 387. part. 9. num. 4. & seqq. ubi quod stante dicta translatione dominii, remanet sublatum, & revocatum fideicommissum per eundem patrem antea in eisdem bonis ordinatum Altimar. loc. cit. nu. 146. Morquech. loc. supra cit. libr. 4. cap. 3.

Et plura de validitate hujusmodi divisionis factæ à patre inter liberos, & quòd illam omninò servare teneantur, vide per Michalor. de fratr. part. 3. cap. 40. per tot. Tusch. litt. D. conclus. 527. & seqq. ubi quid operetur, & an possit revocari, Ricc. Collect. 978. Rot. dict. decis. 334. part. 9. recent. Altimar. ubi suprà à num. 144. Morquech. dict. libr. 4. cap. 1. et 3. Torr. de pact. fut. success. libr. 3. cap. 3. Caprar. decis. 288. nu. 10. part. 1.

Quando autem pater dicatur fecisse divisionem inter filios, ita ut teneantur illam observare, vel potius dedisse consilium, aut fecisse nudum præceptum, cui possint filii contravenire, vide Urceol. Consult. forens. cap 27. per tot.

Divisio, & assignatio bonorum facta per patrem inter filios est potius donatio, quàm ultima voluntas, 12
& non potest mutari, quando deventum fuit ad consignationem fructuum, vel adest juramentum, vel pater usus fuit, verbo, dare, vel concedere; & plura alia ad cognoscendum, an sit donatio, vel ultima voluntas, & quid hoc importet, latè Grasian. disceptat. forens. cap. 82. per tot. cap. 231. per tot. et cap. 568. num. 1. et seqq. Magon. decis. Florent. 64. per tot. vide Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 58. per tot. Marta vot. 123. num. 3. Menoch. lib. 3. præsumpt. 30. per tot. Paul. Christin. decis. 7. num. 6. vol. 4. ubi contra ex Honded. consil. 59. num. 28. &c. vol. 1. Ricc. Collect. 978. Rot. part. 9. recent. decis. 334. per tot. vol. 2. & decis. 387. num. 4. & seqq. per tot. dict. part. 9. ubi sustinet donationem, & objectis respondet, Rot. part. 19. recent. decis. 305. ubi quòd pater assignando bona filiis dicitur illos tacitè emancipare, & sustinetur assignatio vigore dictarum clausularum tanquam actus inter vivos, & non tanquam ultima voluntas, an ideò illa subsequuto testamento, & fideicommisso successivè facto, non subjacet, cùm non possit revocari tamquam actus inter vivos, Cabed. decis. 127. per tot. part. 1. latè Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. loc. cit.

Quòd divisio facta à patre inter filios etiam in potestate constitutos, valeat ut actus inter vivos, & irrevocabilis, quando pater non permansit in puris terminis simplicis divisionis, sed ex tunc voluit transferre dominium in filios, ut quia usus fuit verbis, dare, & assignare, liberè ad habendum, &c. vel promisit illis molestiam non inferre in partibus assignatis, vel aliquid sibi reservavit, vel processit ad traditionem, etiam mediante sola clausula constituti, latè Altograd. consil. 8. per tot. lib. 1. ubi respondet non obstare patriam potestatem, nec defectum insinuationis, nec quod talis divisio indigeat mortis confirmatione, idem latè comprobat etiam Rot. part. 9. recent. decis. 334. per tot. vol. 2. & decis. 387. per tot. dict. par. 9. ubi propterea rectè infert ad revocationem fideicommissi ab eodem patre in eisdem bonis antea ordinati.

Aliàs autem cessantibus prædictis, divisionem factam a patre inter liberos, in dubio habere vim testamenti, probat Genu. de script. privat. lib. 6. cap. 1. num. 521 & seqq. fol. 20. vide Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 58. per tot. & alios supracitatos, Marta vot. Pis. 247. ubi quòd sit actus ultimæ voluntatis, & ideò revocabilis, Alex. Trentacinqu. var. resol. lib. 3. tit. de donat. resol. 8. in fine ubi non obstante juramento.

Divisio inter fratres, non præsumitur ex eo solo, 13
quod per longum tempus separatim habitaverint, & terras coluerint, nam hoc præsumitur factum potius

gratia comodioris usus, quàm divisionis; inter extraneos verò secus, Pract. Papp. *libel. hæred. vel rei sing. alrund. glos.* 1. *num.* 5. & 7. Gratian. *decis.* 46. *in Addition. num.* 9. & *discept. forens. cap.* 951. *num.* 16. & *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 526. *num.* 1. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 42. *num.* 12. & *seq.* Thess. *decis.* 205. Seraph. *decis.* 1302. Duran. *decis.* 337. *num.* 5. & *num.* 52. &c. vide late Tusch. *litt. D. conclus.* 521. & *seqq.* vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 29. *num.* 107. *tom.* 4. Vide Domin. Advocat. Cabrun. *lucubrat.* 6.

Quòd divisio possit probari etiam sine scriptura, & ex præsumptionibus, & conjecturis, & quibus, et per testes, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 89. *num.* 1. & *seqq.* & *decis.* 258. *num.* 4. & 5. Altimar. *ibidem num. cit.* & *seqq.* Vide Andreol. *controvers.* 316. Cabrun. *lucubr.* 6.

Præsumeretur tamen quando per longum tempus separatim habitaverint, possidendo singuli partem suam, & pro ea tantùm onera, & emolumenta subeundo, vel separatim negotiando, & bona in catastro separatim describendo, nisi magna resultaret inæqualitas, quod procedit etiam in minore, qui factus major per longum tempus tacuit Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 60. *per tot.* Tusch. *litt. D. conclus.* 526. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 181. *n.* 4. *vol.* 2. Mascard. *de prob. conclus.* 526. *nu.* 2. & *seqq.* Vide Cabrun. *dict. lucubrat.* 6.

Et è contra bona censentur communia, si communi nomine sint in æstimo descripta, nisi contrarium probetur, Genu. *de script. privat. tit. de lib. æstim. quæst.* 6. *num.* 16 & 17. *fol.* 276.

Quòd divisio probari possit per scripturam privatam, Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 525. &c. & alii relati per Genu. *dict. tract. lib.* 1. *quæst.* 7. *fol.* 52.

Item per librum æstimi, sicut & communio, idem Genu. *dict. tit. de lib. æstim. quæst.* 9. *fol.* 282. Mascard. *de probat. conclus.* 526. *num.* 13. & *seqq.* ubi quòd probari potest etiam per testes, & confessionem, & ex quibus probetur divisio Andreol. *controvers.* 316. Cabrun. *dict. lucubrat.* 6. *n.* 10.

24 Divisio inter fratres, an dicatur quædam ratio inter eos reddita, & composita, ita ut inducat probationem contra confitentem etiam in favorem absentis, quando de illa non est facta scriptura, vide Gratian. *disceptat.* 739. *num.* 16 & *seqq.*

Quid favore dotis dixi in §. *Dos num.*

25 Divisio dotis maternæ quomodo sit facienda inter liberos utriusque matrimonii, ubi mulier plura contraxit matrimonia, relictis liberis ex utroque, Practic. Papp. *libel. uxor. ad dot. glos. dictæ Dominæ Margaritæ num.* 12. & *libel. leg. rei sing. glos.* 1. *num.* 81. *ubi Addit.* facit Ludovis cum Beltramin. *decis.* 173. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 107. *per tot.* Marta *vot. Pisan.* 67. *num.* 22. & *seqq.* dixi in meis resolut. *cap.* 46. *per tot.* vide in §. *Lucrum num.* 8. & §. *Statutum de lucro nu.* 6. Merlin. *decis.* 828. *per tot.* & *decis.* 853. *per tot.* Marta *de success. part.* 3. *quæstion.* 11. *art.* 1. latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 406. *per tot.* ubi etiam quid servandum in augmento dotis facto ab extraneo in secundo matrimonio, & videtur subjicere eidem dispositioni, nisi aliter sibi, vel aliis stipulata fuerit, & ista decisio habetur etiam post Merlin. *de legit. decis.* 151. Grivel. *decis.* 16. *per tot.* ubi de divisione dotis maternæ inter filios diversi matrimonii, de qua etiam Cæsar de Afflicto *controv. jur. cap.* 31. *per tot.*

Quid si mater donavit filiis secundi matrimonii omne id, de quo disponere potest, Franch. *dec.* 607. facit Merlin. *d. dec.* 828. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 305. *per tot.* dixi in §. *Dispositio num.* 8. vide Add. ad De Franch. *cit. dec.*

Quid stantibus statutis exclusivis Fœminarum, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 7. & *cap.* 13. *nu.* 547. & *seqq.* vide in §. *Fratres nu.* et §. *Statutum n.*

Quòd filii primi matrimonii succedant matri æqualiter cum filiis secundi matrimonii, cessante statuto de lucro dotis, quod ut plurimum loquitur uxore decedente, *sine filiis*, & sic non procedit decedente, *cum filiis*, sed tunc casus dicitur omissus, & remanet sub dispositione juris communis, secundùm quod æqualiter filii utriusque matrimonii succedunt ut supra matri communi intestatæ prædefunctæ, juxta textum *in §. final. Authent. de nupt.* & *Authent. in successione Cod. de suis, & legit.* Pract. Papp. *libel. pro leg. rei sing. glos.* 1. *num.* 81. Magon. *decis. Florentin.* 107. *num.* 11. Rot. *in novissim. part.* 6. *decis.* 137. *num.* 1. Altograd. *consil.* 33. *n.* 8. & 9. *lib.* 2. dixi in resolut. *dict. cap.* 46. *num.* 8. & *seqq.* ubi vide Gratian. *disceptat.* 581. *n.* 5. & *cap.* 300. *n.* 23. & *seqq.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 30. *n.* 2. & *seq. et articul.* 31. *et seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 406. *per tot.*

Stante verò pacto de dote lucranda cū secundo viro, vel statuto simpliciter deferente lucrum secundo viro absque ulla conditione, *si sine filiis*, & sic non derogante dispositioni *l. hac edictali Cod. de secund. nupt.* juxta ea, quæ dixi in §. *Dispositio num.* 8. &c. tunc debet ante omnia deduci legitima pro filiis primi (vel utriusque matrimonii, si ex utroque extent) & reliquum dividi in capita cum filiis primi, & secundo marito juxta formam *d. leg. hac edictali C. de secund. nupt.* Rolan. *de dot. q.* 27. *per tot.* Cravet. *consil.* 194. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 463. *per tot.* Thess. *decis.* 184. Altograd. *consil.* 34. *num.* 10. & *seqq. lib.* 2. dixi in resol. *d. cap.* 46. *num.* 9. & 10. & *in §. Statutum de lucro num.* 6. Merlin. *decis.* 38. *per tot.* & *decis.* 828. *per tot.* Rot. in Bonon. successionis 15. Junii 1648. coram Bichio, habetur penes Urceol. *in Append. ad c.* 18. *in fine* 2. *vol. fol.* 15. Rot. *part.* 9. *recen. decis.* 406. *per tot.* & *part.* 11. *decis.* 117. *per tot.* ubi benè declarat, & *p.* 12. *decis.* 225. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 67. *num.* 22. & *seqq.* ubi quòd quando lucrum non est delatum marito, sed filiis, non fit detractio legitimæ, sed divisio juxta statuti dispositionem. Vide Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *cap.* 300.

Si tamen mater fecisset testamentum, æqualiter instituendo filios primi matrimonii, & secundum maritum, concurrente etiam statuto de lucranda æqualiter dote inter secundum virum, & filios primi matrimonii, non esset quærendum de detractione legitimæ filiorum primi matrimonii, sed omnia essent æqualiter dividenda, quasi tunc non videatur mulier blanditiis viri allecta, sed ut se conformaret cum statuto disposuisse, Bursatt. *consil.* 211. & 212. *lib.* 2. Thess. *decis.* 184. *num.* 19. Gratian. *disceptat.* 300. *num.* 37. &c. *ubi num.* 39. dicit hoc verius esse etiam cessante statuto, & attenta sola dispositione juris communis, ut stante dicta æquali institutione, non sit quærendum de deductione legitimæ, & hanc opinionem pluribus citatis videtur approbasse Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 406. *num.* 7. & *seqq.* ubi tamen in principio firmavit priùs esse deducendam legitimam.

Contrarium autem cessante statuto, ne sit in facultate matris privandi hoc modo filios primi matrimonii illorum legitima, & sic non obstante matris dispositione æqualiter instituente filios primi matrimonii, & secundum maritum, ne eludatur dispositio *d. l. hac edictali*, successionem esse ad illius terminos reducendam, tenet Rot. in Bonon. successionis 15. Martii 1647. coram Bichio, ubi concordantes decisiones allegantur, & habetur penes Urceol. *consult. forens. cap.* 18. *nu.* 25. & *seqq.* & hanc partem plenè probat etiam Merlin. *decis.* 828. *per tot.* ubi quòd contraria opinio potest procedere detracta priùs legitima pro filiis primi matrimonii, vel quando per statutum esset derogatum dispositioni *d. l. hac edictali*, & non aliter, idem Merlin. in eadem causa *decis.* 853. *per tot.* Rot. in Bonon. successionis 15. Junii 1648. coram Bichio post Urceol. *in Append. ad d. cap.* 18. *volum.* 2. *fol.* 15. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 66. *nu.* 1. &c. & *p.* 12. *decis.* 225. *per tot.*

Quando igitur essemus extra terminos *d. l. hac edictali*, ut quia statutum illi derogasset, vel non ageretur cum vitrico, sed inter ipsos filios prioris, & secundi matrimonii, etiam superstite vitrico, sed ad lucrum non vocato vigore pacti, neque statuti loquentis in casu decedentiæ, uxoris, *sine filiis*, quòd non habet locum ipsa decedente *cum filiis*, ut supra dicebam, successio, & divisio dotis maternæ esset facienda ad formam hujusmodi statuti derogantis *d. l. hac edictali*, vel ad formam juris communis, secundùm quod æqualiter succedunt filii prioris, & secundi matrimonii matri intestatæ defunctæ, salvis unicuique lucris ex proprio matrimonio provenientibus per text.

in §. *Nec illud quoque Auth. de nupt.* & §. *fin. eod. tit. per tot.* cum aliis allegatis supra *in versic. Quod filii primi, &c.* quibus adde Martam *vot. Pis.* 67. *nu.* 22. & *seqq.* ubi in terminis statuti Pisani deferentis lucium filiis, & non marito, ut juxta illius dispositionem fiat divisio, non detracta legitima filiorum primi matrimonii, quia hujusmodi detractio fit tantùm quando est contemplata persona patris, cui lucrum acquiritur, & non filiorum, ut in casu dicti statuti.

Si verò mater testata fuerit, potest illos inæqualiter tractare, dummodò utrisque legitimam portionem relinquat *dict.* §. *fin. Auth. de nupt.* facit Franch. *decis.* 607. *per tot.* vide latè Urceol. *consult. forens. cap.* 67. *per tot. volum.* 2. ubi quòd mater potest testari, & inæqualiter illos tractare salva legitima, non obstante statuto jubente dotem remanere, vel reservare filiis, vel quod filii in ea æqualiter succedant, quia intelligitur ab intestato, & non privat matrem facultate testandi, nisi utatur verbis directis, & necessitatem importantibus ad tradita per Beltram. in addit. ad Gregor. *decis.* 398. Merlin. *de leg. lib.* 4. *tit.* 2. *qu.* 3. *num.* 4. *vide in* §. *Statutum de lucro num.* 22. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 66. *num.* 7. & *seqq.* & *decis.* 406. *num.* 18. &c. ubi declarat dictam conclusionem procedere, nisi dispositio inæqualis fiat contemplatione parentis superstitis, quia tunc est ad æqualitatem reducenda, de quo latiùs *par.* 10. *decis.* 305. *per tot.* vide in §. *Dispositio num.* 8. Ubi *in novis Addis.* Vide Add. ad De Franch. *loc. cit.*

16 Divisio feudi semel facta, & diù observata, quando pro bono pacis possit retractari & ex integro revideri, Cravet. *consil.* 264. & dixi in §. *Jurisdictio num.*

17 Divisio oblationum qualiter sit facienda inter Archipresbyterum, & Sacristam, stanta consuetudine quod oblationes Dominicales spectent ad Archipresbyterum, illæ verò quæ fiunt in festo Sancti, puta Laurentii ad Sacristam, quando contingit dictum festum venire in die Dominico, vel in similibus casibus, Gratian. *discept. forens. cap.* 802. *per tot.*

18 Divisio rei communis obligatæ alicui per unum ex sociis ante divisionem, an & quando præjudicet creditori, vel non, dixi in §. *Hypotheca nu.* 51. Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 505. *num.* 10. & in resolut. *cap.* 31. *n.* 25. & 26. Rice. *Collect. decis.* 152. *num.* 8. *volum.* 4. ubi quod hypotheca intelligitur constituta in ea parte tantùm, quæ ei in divisione obvenit, & ita fuisse judicatum adversus dispositionem juris communis, *vide in* §. *Executio nu.* 7. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 320. *num.* 19. & *seqq.* & *part.* 17. *dec.* 58. *per tot.* ubi benè distinguit, quòd si agatur de re sociali per socium obligata, divisio non præjudicet creditori, qui rem socialem habet in totum obligatam ab eo, qui in totum poterat obligare; secus verò si agatur de particulari obligatione facta extra causam societatis ab uno ex possidentibus, sive condominis pro indiviso, cujus debita sic contracta, facta divisione, propria prout ante divisionem erant, remanent, quia partem alterius non poterat obligare, & Carena *resol.* 545. *per tot.*

Quòd divisio debiti facta inter plures debitores non præjudicet creditori, Rot. *part.* 2. *recent. decis.* 460. *num.* 1. *decis.* 560. *num.* 3. & *part.* 9. *decis.* 211. *num.* 6. & *part.* 10. *dec.* 95. *num.* 5. & *decis.* 201. *num.* 5. &c. Menoch. *cons.* 410. *n.* 42. Vide Rotam coram Emerix junior. *decis.* 1170. *sub num.* 4.

Quòd divisio bonorum sit compatibilis cum reservatione hypothecæ, cui non censetur renunciatum, nisi exprimatur quia in præjudicialibus consensus non extenditur de casu ad casum, Rot. *part.* 24. *recent. decis.* 309. *num.* 1. & *seq.*

19 Divisio fructuum pendentium tempore mortis vasalli, emphyteutæ, vel tempore retractus, & in similibus casibus, an & quomodo sit facienda inter hæredes vasalli, & emphyteutæ, & dominum directum, vel inter retrahentem, & venditorem, & in similibus dixi in §. *Fructus n.* & in resol. *cap.* 13. *per tot.* Caldas *de renovat. Emphyt. quæst.* 10. *num.* 1.

20 Divisione domus, vel fundi facta, an possit unus ex sociis per partem alterius transire prout ante divisionem, & quid in venditione, dixi in meis resol. *cap.* 14. *n.* 5. & *seqq. per tot.* & in Pract. §. *Vendere n.* 41. & in hoc Opere §. *Servitus num.* & §. *Venditio nu.*

Mantic. *de tacit. libr.* 3. *tit.* 1. *num.* 9.

Quòd à peritis dividentibus possit servitus imponi in ipsa divisione, vel incontinenti, secus autem ex intervallo, Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 284. *n.* 10. & *seqq.*

21 Divisio debiti an, & quando inducatur, vel non, si creditor habens plures debitores sibi in solidum obligatos recipiat ab uno illorum partem illi præcisè tangentem, vide DD. citatos in §. *Creditor. n.* 50. Rice. *Collect.* 1053. & 3288. Ludovis. *decis.* 302. *num.* 7. & *seq.* ubi quòd ad inducendam dictam divisionem præjudicialem obligatione solidi requiritur, ut solutio punctualiter correspondeat ratæ solventis, & expressè dici quod petitur, aut solvitur pro rata, & portione sua.

22 Divisio bonorum facta inter fratres post mortem patris, an probet bona divisa fuisse paterna, maximè si modicum tempus intercesserit inter mortem patris, & divisionem, ad effectum ut cadant sub fideicommisso, & dicatur illorum identitas probata, Marzar. *de fideicomm. qu.* 59. Surd. *decis.* 15. *num.* 10. & *decis.* 339. *num.* 19. Peregrin. *de fideicomm. art.* 44. Fusar. *de substit. qu.* 618. Merlin. *decis.* 383. & 396. vide *in* §. *Acquisitu num.* 5. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 484. *n.* 1.

Qualiter divisio probet possessionem inter ipsos dividentes, & causam ab eis habentes, *l. magis puto* §. *fin. ff. de reb. cor.* Coccin. *dec.* 120 *num.* 2. Seraphin. *dec.* 553. *num.* 3. Merlin. *decis.* 405. *num.* 2. Urceol. *Consul. for. cap.* 92. *n.* 20. *etc. vol.* 2.

23 Divisio peti potest ab usufructuario, qui immissionem, vel manutentionem obtinuit pro indiviso cum proprietario, sicut etiam à quolibet alio compossessore, vel creditore hypothecario simul, & pro indiviso cum aliis possidente, vel aliter commune jus habente in re divisibili, ex eo quia nemo invitus cogitur stare in communione propter discordias inde resultantes, etiam si adesset pactum de nunquam dividendo, quia non valet tanquam impediens liberum arbitrium, ut latè comprobat, & exornat Urceol. *Consult. for. c.* 72. *per tot. vol.* 2. facit quod dixi in §. *Testator nu.* 12. & §. *Pactum n.* 11.

24 Divisio an sit facienda in stirpes, vel in capita inter fratrum filios, sive agatur de hæreditate avi, sive patrui, dixi latè, & distinctè in §. *Repræsentatio num.* 1. & *seqq.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 78. *et* 135. *per tot.* & *decis.* 465. ubi in donatione, & qualiter postea fiat subdivisio in capita inter ipsos descendentes utriusque stirpis, Nicol. *Elucub. Utriusq; Jur. de Hæred., quæ ab intest. n.* 49.

25 Divisio parochiarum, stante jure coæquali utriusque Parochi pro indiviso curam animarum exercentium, debet fieri coæqualis in numero familiarum, & idem in divisione Episcopatus, factia partibus ab antiquiore Ordinario, & facultate eligendi alteri attributa; non admissa etiam compensatione in pecunia, cùm prærogativa, & jurisdictio uti pretio inæstimabilis compensationem in quantitate difficulter admittat; & non attentis sepulturis in altera Ecclesia existentibus, cùm adhuc possint illarum domini eis sepeliri, canonica portione parochiali Ecclesiæ juxta loci consuetudinem persoluta *cap.* 1. *de paroch.* cum ibi notatis per DD. Concil. Trident. *sess.* 24. *c.* 13. *ad fin. de reform.* & Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 313. *per tot.* De divisione Parochialium vide Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 578. *et decis.* 466.

Si tamen constiterit unam Parochiam esse Matricem, alteram verò filialem, & coadiutricem, tunc matrix debet in aliquo Ecclesiæ filiali prævalere, & consequenter majorem numerum familiarum habere; ex quibus autem cognoscatur matrix Ecclesia, & alia ad hoc propositum in eadem causa recedendo à priùs decisis ex facto meliùs dilucidato, eadem Rot. *dict. part.* 13. *decis.* 397. *per tot.*

26 Divisio Territorii, & Diœcesis cum universali Jurisdictione non potest fieri ab Inferiore Papæ, cùm solus Papa possit territorium separatum concedere cum universali Jurisdictione, quicquid sit si Prælatus inferior haberet jurisdictionem sub Episcopo, Abb. *in c. cum contingat n.* 18. *de for. compet.* Buratt. *decis.* 912. *num.* 1. *cum Annot. nu.* 11. *et* 14. Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 440. *num.* 6. *et seqq. et par.* 14. *decis.* 99.

27 Aliqua de divisionibus diversis notat Thoro *Com-*

pend. decis. Neapol. part. pr. 2. et 3. in verb. Divisio, & plura DD. citati ab Ægid. de Callejon. *in Alphabet. juridic. verb. communi dividundo*, & à Com. August. Fontana *in Bibliothec. leg. part. 4. verb. Divisio fol. 426. etc.* Jo. Torre *in Repertor. General. part. 3. tract. de success. in Majorat. et Primog. Ital. verb. Divisio*, Cyriac. *controv. in pluribus locis indicatis in verb. Divisio*. Altimar. *toties relat. rub. pr. part. 2. q. 29. tom. 4.* De Luc. *in Indice verb. divisio*. Mantiss. ad eumdem De Luc. Emerix Caprat. Rocc. Episc. Mauf. Palm. & alii moderni.

28 Divisio si non appareat, & unus ex hæredibus rem aliquam hæreditariam quasi divisam longo tempore possideat facta in dubio censetur, ubi de mala fide non constat, etiam si magna adsit inæqualitas, quia diutina possessio habet præsumptionem, quòd omnia sint solemniter facta, ut benè probat, & declarat Vela *dissert. 48. nu. 31. et seqq. et num. 73 versic. præterea*; ubi plura de Majoratus institutione, successione, & præscriptione, ac de ista conclusione Cyriac. *contr. 650. per tot.*

Divisio bonorum intermediorum ita fieri debet, ut
29 uni assignetur corpus cohærens ejus bonis, & alterum alteri Emerix jun. *decis. 379. n. pr.* Caprar. *decis. 546. n. 4. part. 2.*

30 Divisionis judicium non requirit dominii probationem Emerix jun. *decis. 379. n. 2.*

Divisio donationis naturam non assumit per clau-
31 sulam *quod si pars unius plus valeret, totum illud plus quodcumque sit, unus alteri, et alter alteri mutuo donarunt* Emerix jun. *decis. 714. n. pr.*

32 Divisio facta per hæredes probat inter ipsos, & habentes causam ab eis Emerix jun. *decis. 116. nu. 3.*

33 Divisio facta a Testatore inter primos vocatos non probat revocationem præcedentis fideicommissi Emerix jun. *decis. 598. n. 4. et decis. 845. nu. 2.*

Et præsumitur facta ad evitanda jurgia inter ipsos *dict. decis. 845. n. 2.*

Præsertim quando fuit facta paulo post testamentum, & cum illius dispositione concordat *dict. decis. 598. n. 5. et 9. cum seqq.*, ubi hoc benè declaratur.

34 Divisio facta inter alios non præjudicat vocato ex propria persona Emerix jun. *decis. 888. n. 6.* Rot. *recent. part. 19. tom. 2. decis. 550. n. 12.*

35 Divisio feudi constituit subfeudum Emerix jun. *decis. 138. n. 12.*, Et censetur facta cum omni sua jurisdictione *n. 13.*, quod declara, ut *n. 15.*

36 Jurisdictio divisa censetur per emptionem Castri cum sua jurisdictione, & tenutis illi annexis factam *a* pluribus, & successivam divisionem factam inter Emptores cum pacto quod tenutæ transeant exemptæ a jurisdictione castri Emerix jun. *decis. 1138. n. 6.* Contra *n. 7. et 8.*

37 Jurisdictio dividi non potest sine licentia Principis Emerix. *ibid. n. 9.*

38 Per divisionem bonorum, illorumque translationem in alios factam remanet consumpta virtus constituti Emerix. jun. *decis. 1157. n. 8.*

39 Enunciatio facta in divisione probat, a quo bona proveniant Mantiss. ad De Luc. *libr. 9. decis. 1. n. 14. vol. 3.*

40 Verba in divisione apposita donationem præseferentia non immutant naturam divisionis sed resolvuntur in pactum de non petendo, *ibid. decis. 52. num. pr.*

41 Quælibet res præsumitur divisibilis Mantiss. ad De Luc. *libr. 9. decis. 13. n. 4. vol. 3.* & prædium rusticum est de sui natura divisibile, *ibidem n. 6.*

42 Divisio quando non est corporum particularium, sed simpliciter intellectualis non tollit jus accrescendi Mantiss. *libr. 10. decis. 71. n. 18. et 19. vol. 3.*

43 Divisio probat res divisas fuisse dividentium Mantiss. *libr. 6. decis. 3. n. 12. vol. 3.*

44 Divisio facta per sortes subjacet retractationi stante læsione alterius ultra dimidiam Ansald. *decis. 95. num. 35.*

45 Divisio, cum sit species permutationis, fieri non potest, nisi transferatur aliquid hinc inde Caprar. *decis. 288. n. 2. part. pr.*

46 Divisio restricta ad bona, quæ actualiter fratres possidebant, complecti non potest bona, quæ tunc temporis, & modò ab aliis detinentur Caprar. *decis. 734. nu. 5. part. 2.*

Divisio, seu assignatio bonorum, ubi agitur de prædiis, quæ commodam patiuntur divisionem, fit judicio Peritorum juxta intrantem quantitatem in uno, vel pluribus corporibus, Idem *decis. 546. n. 2. part. 2.* 47

Divisio domorum ita fieri debet, ut quantum fieri potest, excludatur, earum scissura Caprar. *decis. 546. n. 5. part. 2.* 48

Domus, seu Palatium, quod commodam non patitur divisionem, assignatur illi, qui habet majorem partem, tributa alteri ejus portione in aliis bonis rusticis, seu urbanis æquivalentis valoris Caprar. *decis. cit. n. 6.* 49

Divisio ubi fuit facta inter fratres, cum reciproca quietantia, & a dicta die lapsum fuit tempus 60. annorum, præsumitur de fructibus, & aliis habita ratio in divisione Idem *decis. 537. n. 5. part. 2.* 50

Divisio succedit loco calculatæ rationis, imò plus operatur quàm ipsa repetita calculatio, Idem *ibidem n. 7.* Et inducit præsumptionem solutionis, & solidationis *ibid. n. 8.* 51

Divisio facta inter gravatos probat census esse fideicommissarios, Idem *decis. 762. n. 1. part. 2.* 52

Divisio præsumitur justa, & allegantì inæqualitatem incumbit onus probandi, Idem *decis. 762. nu. 8, part. 2.* 53

Divisio æquiparatur emptioni, & ad æqualitatem est redigenda, Rot. *recent. part. 19. tom. 2. decis. 563. num. 2. et 3.* 54

Divisio nunquam conceditur, nisi prius probetur societas, seu communio *ibidem decis. 431. n. pr.* 55

Divisio dicitur species permutationis, seu transactionis De Luc. *de Fideicomm. disc. 175. n. 10.*, Et dicitur alienatio afficiens omnes ex propria persona venientes *ibidem n. 7.* 56

§. DIVITIÆ XXIII.

Dives quis dicitur non tantùm ex patrimonio, sed etiam ex fide, & bonis moribus, *l. si quis stipulatus §. fin. de verb. oblig. l. scire oportet §. fin. de tut. et curat. dat. ab his, et in §. final. Institut. de suspect. tut. et curat.* 1

Et quisnam dicatur pauper, vel dives remittitur arbitrio judicis, latè Menoch. *de arbitr. cas. 65. per tot. et de præs. lib. 6. præs. 25. per tot.* & dixi in §. *Pauper n.*

Quòd divites, atque locupletes præsumantur homines fieri in dies, & sic acquirere, probat idem Menoch. *lib. 6. præsumpt. 28. per tot.*

Divitiæ tamen acquiruntur cum labore, possidentur cum timore, & amittuntur cum dolore.

Sed divitiæ si affluant, nolite cor apponere; quia væ divitibus, qui possident cum affectu, & ex divitiis capiunt consolationes suas malas, sunt enim bona indifferentia, sed mala fiunt ex inordinato affectu.

Divitiæ non tribuunt dignitatem, neque nobilitatem, sed benè conservant, cùm nobilitas sine divitiis sordescat, qualiter sint cumulandæ filiis sine avaritia, non autem dimittendæ nisi fieret religionis zelo, sicut etiam interest Principis, & Reipublicæ divites habere subditos, Tusch. *litt. D, concl. 544. et seqq.* Rot. *in decis. recollect.* per Palm. nepot. *decis. 457. num. 83. et 84. tom. 5.* 2

Divitiæ non præsumuntur, sed potius paupertas, cum omnes in hoc mundo nascamur nudi, semel tamen dives, vel solvendo præsumitur durare, & potius ditari in futurum, non autem in præteritum præsumitur dives, Tusch. *litt. D, conclus. 547.* Mascard. *de prob. concl. 525.* vide *in §. Paupertas*. Menoch. *de Præsumpt. lib. 6. præsumpt. 25. per tot.* 3

Divites an teneantur ex bonis superfluis facere eleemosynam in communibus pauperum necessitatibus, sicut tenentur in extremis, & gravibus particularibus, multi affirmant, & multi negant, ita ut utraque opinio sit valdè probabilis, sed probabilior negativa, & licèt affirmativa esset vera, in praxi in laicis non datur superfluum statui suo, cùm possint servare ad augendum statum suum, vel consanguineorum, Dian. *part. 2. tract. 15. resol. 32. et tract. 16. resol. 28.* ubi 4

tenent

tenent eſſe excuſandos à peccato mortali non dando eleemoſynam, etiam in neceſſitate gravi pauperum, imò in extrema cum diminutione proprii ſtatus, eſſe tamen monendos ut eleemoſynam abundè pauperibus erogent, & latiùs idem comprobat *par.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 215. intelligendo tamen quoad laicos, & ſæculares, ſecus autem quoad Eccleſiaſticos, ut dixi in *§. Clericus n.* 40. De prædictis omnibus, & aliis pluribus caſibus particularibus, atque notabilibus de hac materia eleemoſynæ quando, & quos obligat, vel non, plenè idem Dian. *par.* 5. *tract.* 8. *per tot.* Suid. *de aliment. tit.* 1. *qu.* 90. *et tit.* 4. *q.* 28. *per tot.* pleniùs Azor. *Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 7. *cum pluribus ſeqq. fol. mihi* 706. *& ſeqq.* ex quibus colligitur obligare in neceſſitate extrema, & gravi, ſine diminutione proprii ſtatus, & ubi non ſunt alii, qui poſſint, ſive velint dictæ neceſſitati ſuccurrere, Caſpenſ. *curſ. Theolog. tract.* 17. *diſput.* 5. *per tot.* Dominic. Baones *in* 2. 2. *D. Thomæ q.* 32. *artic.* 5. *&* 6. latè Gabriel. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de eleemoſ. per tot.* ubi etiam an, qui tenetur ad eleemoſynam ſatisfaciat mutuando ad ſublevandum pauperem à præſenti neceſſitate, Valer. *de different. utriuſque fori verb. Eleemoſyna*, & item Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 1. *gloſ. Rub. fol.* 17. *&c.* ubi benè diſtinguit pluribus citatis, & quando eleemoſyna eſt in præcepto, an et ſatisfaciat mutuando indigenti, & refert contrarias opiniones, inclinando in negativam cum quadam modificatione, de quo Valer. *d. tract. verb. Peccatum differ.* 22. ubi pro affirmativa. Vide Tamburin. *in Decalog. libr.* 5. *cap.* 1. *§.* 1. *à num.* 17.

An obligatio Eccleſiaſticorum erogandi ſuperflua in uſus pios ſit tantùm ex præcepto poſitivo, vel etiam naturali, & de effectibus hujuſmodi inveſtigationis, Dian. *par.* 7. *tract.* 10. *reſol.* 13.

5 Plura de divitibus, an quis talis præſumatur, an ex proprio, vel alieno, & alia multa ſcitu digna tradunt DD. citati à Caſtejon. *in Alphabet. juridic. verb. Dives, & Divitiæ*, & a Com. Auguſt. Funtan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 429. Plurima alia de divitiis, & illarum bono, vel malo ex Sacris Paginis, Patrum ſententiis, Poetis, Philoſophis, & hujuſmodi habentur ad ſaturitatem in nova Poliantea *verb. divitiæ.*

6 De miſeriis divitum aliqua notavi *in §. Paupertas in fine Additionis*. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *libr.* 1. *cap.* 16. *n.* 67. *& libr.* 5. *cap. unic.*

7 Divitiæ qualiter multum conferant ad nobilitatem, quia ut dici ſolet nobilitas ſine divitiis ſordeſcit, quod procedit etiam inter milites, & cohortes ad effectum præcedentiarum, & hujuſmodi, latè Cyriac. *controv.* 201. *n.* 140. 202. *et ſeqq.* ubi de præcedentia inter duas cohortes pro cuſtodia, ſive guardia Principis, an prætendat ſtipendiata, vel quæ gratis, & ad aliquas tantùm conſpicuas occaſiones, & reſervata, &c. Rojas *de Incompatib.* 3. *part. cap.* 5. *à n.* 7. *et* 12.

Teſti diviti potius creditur, quàm pauperi Bellegrand. *in compendioſ. rer. crimin. meth. tract.* 3. *quæſt.* 13. *n.* 2.

§. DIUTURNITAS. XXIV.

1 DIuturnitas temporis, decem ſcilicèt annorum, vel ultra, facit præſumere ſolemnitates intervenisse in actu, de quo conſtat, non verò de ſolemnitatibus illius, Bun. *tractat. de form. cap. de prob.* Capyc. *deciſ.* 16. *num.* 1. Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 143. *num.* 8. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 132. *per tot.* Pic. *ad Stat. Urb. gloſſ.* 21. *nu.* 26. *etc.* Gratian *diſcept. forenſ. cap.* 268. *per tot. cap.* 447. *nu.* 37. *et* 38. *et cap.* 820. *in fine*, vide in *§. Solemnitas num.* . . Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 13. *part.* 4. *n.* 17. *et ſeqq.*

2 Diuturnitas temporis in delictis excuſat aliquando ad minorandam pœnam, ſicut etiam longa carceratio, Guazz. *deff.* 2. *cap.* 3. *per tot.* vide in *§. Delictum n.* 7. *et §. Carcer n.* . . ubi *in novis Addit.*

3 Quòd diuturna maximam vim habeant, nec ſine maximo periculo mutari queant colligitur ex Tacit. *lib.* 1. *Hiſtor. §.* 6. *et lib.* 4. cujus verba utriuſque loci refert Caſtejon. *in Alphabet. jurid. verb. Diuturna*, & hinc dici ſolet: *Principiis obſta ſerò medicina paratur, cùm mala per longas convaluere moras*; faciunt notata ad his *Addit. §. Repetitio n.* 1. *verſ. Et cum poſt erectionem Rotæ poſt medium.*

Quòd diuturnitas temporis excuſet à falſitate errantem in tempore ex motivo oblivionis, etiam per quinque, vel ſex annos tantùm, Farinac. *quæſt.* 67. *§.* 3. *n.* 85. *et §.* 6. *n.* 224. *et deciſ.* 73. *nu.* 37. impreſſa per Jo: Torre *tract. de ſucceſſ. in Majorat. et Primog. Ital. p.* 3. *fol.* 358. 4

Diuturnitas temporis non eſt per ſe ſola conjectura ſufficiens ad ſolutionem inducendam, maximè quando de debito conſtat per inſtrumentum, Andreoli *contr.* 135. *per tot.* vide in *§. Solutio n.* 7. vide Altim. *de nullit. rubr.* 2. *part.* 5. *quæſt.* 47. *à n.* 330. *tom.* 7. ubi loquitur in terminis *l. Procula ff. de probat.* 5

Diuturnitas temporis ſine veritate, & ratione eſt vetuſtas erroris Fagnan. *in cap. irrefragabili nu.* 4. *de offic. ordin.* 6

Diu dictio quod tempus importet Fagnan. *in cap. nulla n.* 21. *de conceſſ. Præbend.* 7

§. DOCTOR. XXV.

DOctores propter leve delictum non poſſunt carcerari; Clar. *§. fin. quæſt.* 28. *verſ. item quæro*, ita ut, nec huic privilegio renunciare poſſint, Guaz. *deff.* 5. *cap.* 3. *n.* 6. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 225. *n.* 28. Scacc. *tract. crimin. cap.* 46. *n.* 27. Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth tract.* 7. *quæſt.* 2. *num* 3. ubi quod Doctor non ità de facili capturandus. 1

Quales debeant eſſe Doctores maximè in Eccleſia Dei, Rom. in ſermone poſt ſua conſilia, & refert Card. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 553.

Doctores cum eorum uxoribus, & familia ſunt exempti, & immunes ab omni munere, ita ut contra illos vexantes, ſit impoſita pœna judicis arbitrio, quòd tamen non procedit in Doctoribus ſolius nominis, *nec in* licentiatis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 379. *per tot.* ubi intelligit etiam de medicis, & aliis litterarum profeſſoribus, Ricc. *Collect.* 303. ubi an, & qualiter legum Doctores ſint immunes ab hoſpitiis militum, & hujuſmodi, Ariſmin. Tepat. *var. ſentent.* 86. ubi alia plura de Doctoribus, Vivi. *comm. opin.* 196. ubi indiſtinctè de omnibus legum Doctoribus, ut ſint immunes à Collectis, & aliis prædictis; quod tamen quoad Collectas non ſervatur in praxi. 2

Doctores, & alii in dignitate poſiti, non poſſunt uti teſtes torqueri, etiam ſi eſſent varii, & vacillantes, Clar. *§. fin. quæſt.* 25. *nu.* 5. Farinac. *quæſt.* 79. *n.* 54. *&* 62. Guaz. *deſ.* 19. *cap.* 1. *n.* 10. Vivi. *comm. opin.* 197. *n.* 3. *&* 4. ubi non obſtante conſuetudine contraria, Bajard. *ad Clar. quæſt.* 25. *n.* 19. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 5. *n* 35. 3

Quod in Doctoribus, & Nobilibus majora requirantur indicia pro tortura illis inferenda, quàm in aliis, ita ut ſola confeſſio videatur deficere, & agatur de magno, & gravi delicto, Fulu. Majoran. *in Opoprax. crim. lib* 2. *cap.* 9. *nu.* 2. *& ſeqq. fol.* 248. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 14. *n.* 38.

Quod tamen in practica, non ita de facili obtineretur in delictis gravibus, cùm hodie dignitas Doctoratus parum reputetur, imò vilipendatur, & multi erubeſcant Doctores appellari, fortè non ſine aliqua ratione, cùm indiſcriminatim, & non attento an ſint idonei, necne, admittantur omnes, imò ſoleat eſſe in adagio, *accipiamus pecuniam, & mittamus aſinum in patriam ſuam*, quod indignum tantis Patribus ſemper exiſtimavi; Sed ſuperbi erubeſcant potiùs ſine lege loqui, & eſſe Doctores neceſſitatis, quæ non habet legem, cùm Doctoratus, & virtus præcipuè non ſolùm ſit dignitas, ſed cauſet nobilitatem, & faciat Doctores, etiam Medicos venire ſub nomine, & appellatione nobilium, ut benè probant Tiraquel. *de nobilit. cap.* 4. Menoch. *de arbitr. caſ.* 67. Card. Tuſch. *litt. D. concl.* 549. *nu.* 5. Gratian. *diſcept. for. cap.* 590. *nu.* 20. Barboſ. *de appellat. verb. ſignificat. appellat.* 164. *n.* 6. Gizzarel. & Addent *deciſ.* 10. *per tot.* dixi in *§. Nobilitas nu. pr. in fin. in Pract. §. Doctori num.* 12. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 4

Bel-

Belgic. 226. *n.* 9. *vol.* 1. Sanfelic. *decis.* 56. ubi hanc nobilitatem extendit etiam in eorum filios legitimos, vide Caphac. *peregr. lib. pr. quaest.* 6.

Et mirabilia magna de nobilitate Doctorum, & propriæ virtutis (licèt temporum calamitate, & morum corruptela malè practicata) adducit Vivi. *comm. opin.* 197. *per tot.*

Quare autem Doctores hodie vilipendantur ob eorum multitudinem, & plurium indignitatem, ignorantiam, hebetudinem ex gula provenientem, cæcitatem ex luxuria, aliisque vitiis, quibus scientia, & rerum speculativarum intelligentia privantur, & ideò nec immunes sunt à peccato, cùm eorum vincibilis sit ignorantia, ex qua possent reprobari, & degradari, ut quandoque factum legitur, & quippè in peccato mortali constituuntur, qui præsumptuosè, & indignè doctoratus gradum assumant, & pari modo admittentes indignos ad talem gradum, juxta *Clem.* 2. *cum gloss. verb. honorem de Magistr. cap.* 2. & alia plura ad rem tradit Bernard. Græc. *in Pragm. de lit. forma, &c.* apud Jo: Francisc. Scaglion. *in Comment. ad Pragm. Regn. fol.* 253. *n.* 125. *& seqq.*

Ita ut etiam Doctor in chirurgia, quæ est pars medicinæ assequatur dignitatem, & pœna nobilium, & non plebeorum sit puniendus, secundùm Franch. *decis.* 564. *per tot.* ubi latè *Add.*

An autem Doctores si non uti testes, saltem tanquam rei torqueri possint, vide latè Farinac. *qu.* 41. *n.* 32. *& seqq. ad* 57. ubi plurimis citatis probat de jure torqueri non posse, etiam tanquam reos, sed de consuetudine totius Italiæ, Romæ, & Status Ecclesiastici indistinctè torqueri stantibus legitimis indiciis, vel aliquanto gravioribus, quàm in aliis; & si aliter fieret, malè fieret, maximè in delictis enormibus, veluti læsæ majestatis divinæ, & humanæ; privati carceris, & falsi, in quibus etiam de jure nullum habent privilegium; & idem ego testari possum de consuetudine Florentiæ, & Status Florentini.

Cùm tamen de hoc fuissem quandoque interrogatus dixi aliqua utendum circumspectione, ac uti testes non esse torquendos, sed carcere potiùs per plures dies detinendos ad effectum veritatis habendæ; uti reos verò non etiam esse torquendos, nisi in atrocissimis, & gravioribus urgentibus inditiis, quam in aliis, sed potiùs pœna aliqua arbitraria juxta qualitatem indiciorum puniendos, maximè ubi ageretur de advocato insigni, vel alio Jureconsulto egregio, ad tradita per Gramat. *vot.* 1. Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 197. ut dixi in §. *Tortura n.* 6. Vide Brunneman. *C. libr.* 9. *tit.* 8. *leg.* 4. *n.* 1. *column.* 872.

4 Doctores, & alii in dignitate positi, non possunt de jure communi pro armis scrutari, cùm eis sit permissum arma deferre, Bart. *in l. Medicos, Cod. de profess. & med. lib.* 10. Cabal. *resol. crim. cas.* 228. *n.* 51. *& seqq.* ubi tamen asserit se vidisse pluries Florentiæ inquietari, & condemnari pro armis ex bannimentis, & ordinibus particularibus prohibentibus indiscriminatim armorum delationem, & rectè quia arma Doctorum debent esse Codices, & leges, Menoch *de arbitr. cas.* 394. *n.* 80. Card. Tusch. *litt. D, conclus.* 659.

5 Doctores pro debito civili privato carcerari non possunt, & ideò ad evitandas carceres, non tenentur cedere bonis, cum non conveniantur ultra id quòd facere possint, dummodò sint actu legentes in publico studio, vel advocantes, aliàs non gaudent hujusmodi privilegio, quamvis essent procuratores, quorum officium magis denigrat, quam tribuat honorem, Brun. *de cess. bon. quaest.* 10. *quaest.* 4. *princ.* dixi *in resol. cap.* 53. *n.* 13. *& seqq.* Farinac. *q.* 27. *n.* 77. *& seqq.* Florentiæ tamen, indifferenter Doctores, sive exercentes, sive non exercentes, & etiam procuratores gaudent hoc privilegio, ut pro debito civili privato carcerari non possint, cùm id dignitati in genere, & non personæ, vel exercitio sit concessum, sicuti patet ex libro Mot. 1113. à c. 51. in quadam causa Florentina Doctoratus de Cianis, & Brandulinis, dixi *in resol. d. cap.* 53. *n.* 19. & testatur Vulp. *in suo*, Farinac. *q.* 27. *n.* 23. quamvis contrarium dicat Card. Tusch. *litt. D, conclus.* 559. *num.* 7. (vide Gratian. *discept. forens. cap.* 186. *per tot.* Menoch. *de arbitr. q.* 88. *n.* 7. *&c.* Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 3. §. 7. *cap.* 6. *num.* 38. *&c.* & dixi in Pract. §. *Dottori n.* 14. vide Farinac. *d. q.* 27. *n.* 84. *&* 85. ubi quod quidquid sit de jure, Romæ de consuetudine carcerantur pro debito, & nullo in hoc potiuntur privilegio, De Luc. *observat.* 285. *in Conflict.* Brunnemann. *in l. medicos C. de profess. & med. lib.* 10.

De privilegiis Doctorum scripserunt plures relati per Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *gloss.* 1. *per tot.* ubi multa de illorum laudibus. An possint pro debito civili carcerari, pro negativa indistinctè vide Mans. *consult.* 274. *lib.* 3. Mauson. *de caus. execut. limit.* 9. Brunnemann. *in dict. l. medicos Cod. de profess. & med. libr.* 10.

21 Multa de dolo vero, & præsumpto, de præterito, & de futuro, an possit remitti, & alia de materia doli tradunt DD. allegati ab Ægid. Callejon. *in Alphabet. jurid. verb. Dolus*, *Deceptio*, & Com. Aug. Fontan. *in Bibliothec. legal. par.* 4. *eodem verb. fol.* 437. *&c.* præcipuè autem Castill. *controv. tom.* 5. *c.* 225. Cresp. de Valdaur. *de observ.* 98. Bargal. *tract. de dolo per tot.* Hermosil. *loc. sup. cit.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 63. *n.* 30. *& seqq.* Plura Altimar. *cit. quæst.* 11. De Luc. *In Indice verb. dolus.* Mantiss. ad eundem De Luc. *vol.* 2. *&* 4. Episcop. Rocc. Emerix Ansald. Captar. Palm. Mans. Bellegrand. & alii moderni.

22 Dolus, fraus, & simulatio probari potest etiam per testes inhabiles, sive ex conjecturis, cùm lex contenta sit probatione irregulari, ut veritas pateat eorum, quæ in occulto fiunt, sicuti ex pluribus docet Vela *dissert.* 38. *n.* 22. Alia plura de dolo ad diversos effectus maximè in contractibus tradit Cyriac. *in pluribus locis indicatis in Repert. verb. Dolus*. Altimar. *cit. quæst.* 11. *à n.* 93. ubi quod dolus probatur conjecturis, quia consistit in animo, & talea conjecturæ arbitrio Judicis committuntur, & *n. n. seqq.* numerantur plures conjecturæ dolum importantes, & alia plura de probatione doli, & de tota materia doli, & de probatione doli quoad delicta, & in criminalibus idem Altimar. *loc. cit. a nu.* 353. *& seqq.* Et quod dolus probari debeat cum scientia specifica Emerix jun. *decis.* 1026. *n.* 2.

Distractus etiam dolo vitiatur Rot. *decis.* 592. 23
n. 4. *part.* 2. *in noviss.* Seraphin. *de juram. privil.* 58. *n.* 2. Altimar. *loc. cit. n.* 7

In spiritualibus dolus non vitiat contractum, cum 24
dicatur dolus bonus, ex quo quis invitatur ad serviendum Deo Sperel. *decis.* 158. *nu.* 28. Altimar. *ubi supra n.* 66.

In professione, & matrimonio nullus dolus in qua- 25
litate vitiat contractus, quia sunt dissolvibiles natura sua Sanchez *disp.* 18. *lib.* 7. *n.* 8. *&* 18. Altimar. *num.* 67.

An juramentum firmet contractum, cui dolus de- 26
dit causam Sperel. *decis.* 150. *n nu.* 51. Bonden. *collect.* 6. *nu.* 15. Capon. *de pact. quæst.* 59. *nu.* 8. Altimar. *loc. cit. n n.* 68. *cum seqq.*

Etiam contractus dotis est nullus, si dolus causam 27
ci dedit Capon. *de pact. quæst.* 59. *nu.* 11. Altimar. *num.* 73.

. Dolus facit testamentum nullum Anton. *de Do-* 28
nat. Reg. tom. 2. *part.* 3. *c.* 31. Altimar. *supra n.* 76.

Dolus commissus a Tertio an noceat Castill. *con-* 29
trovers. libr. 3. *cap.* 11. *n.* 56. Altimar. *loc. cit. n.* 81.

An dolus cum dolo compensari possit Barbos. *axiom.* 30
50. *n.* 12. *& axiom.* 76. *n.* 8. Altimar. *supra n.* 82.

De Dolo in ludo vide Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 31
7. *part.* 2. *ampl.* 10. *n.* 12. Capon. *de pact. quæst.* 59. *n.* 26. Altimar. *n.* 85.

An ex contractu doloso debeatur gabella Altimar. 32
loc. cit. a n. 89.

Dolosus dicitur qui spreta denunciatione aliquid 33
agit Gob. *consult.* 22. *n.* 33. Altimar. *nu.* 111.

Dolosus præsumitur, qui alteri affert damnum, & 34
præjudicium Bonden. *collect.* 38. *num.* 157. Altimar. *num.* 115.

Dolus probatur ipso jure ex facto de se malo, & 35
illicito Cyriac. *controvers.* 131. *n n.* 19. ubi hoc declaratur Altimar. *n.* 116. ubi pariter hoc declaratur.

Præsumitur dolus, si quis promissa non servet 36
Amat. *resol.* 88. *n.* 4. Altimar. *supra n.* 123.

Præsumitur dolus ex præcedenti tractatu Mascard. 37
de probat. conclus. 532. *n.* 73. Altimar. *n.* 124.

Dolus præsumitur ex falsa assertione Conciol. *al-* 38
leg. 29. *n.* 12. Andreol. *controvers.* 214. *n.* 4. Altimar. *num.* 125.

An bona Procuratoris sint hypothecata pro dolo- 39
sa administratione Mansi *consult.* 246. Altimar. *n.* 245.

Fideicommissarius in reddenda ratione bonorum 40
fideicommissi substituto, tenetur de dolo, & levi culpa Mansi *consult.* 246. *n.* 2. Altimar. *n.* 244.

Ubi non est dolus, & non cadit commissum Surd 41
decis. 148. *n.* 9. Capyc. Latr. *consult.* 18. *n n.* 15. Altimar. *n.* 361.

Dolus semper censetur exceptuatus in promissione 42
alienandi, sicut in quocumque alio actu Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 442. *n.* 6.

Exceptio doli est in rem, ipsique rei cohæret Rot. 43
ibid. decis. 456. *n.* 3.

Dolus magis arguitur ex conjunctione inter con- 44
trahentes Rot. *ibid. decis.* 442. *n.* 6.

A Dolo excusat quælibet causa probabilis Emerix 45
jun. *decis.* 18. *n.* 4.

Regula dolo peris, quod possides, ut vulgo dici 46
tur intus habes approbatur Emerix jun. *decis.* 464. *n.* 1. *decis.* 481.

Dolus an faciat sententiam nullam si adsit in Judi- 47
ce Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *q.* 28. *a n.* 6. *tom.* 2.

§. DOMESTICI. XXVII.

DOmestici quinam dicantur, ut tanquam tales 1
repellantur à testimonio, Addit. ad Pract. Papp. *form. juram. test. gloss. protestante n.* 13. *litt. D.* Farinac. *de test. quæst.* 55. *inspect.* 1. *per tot.* Pae. Jord. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 185. *& seqq. ad* 220. *fol.* 314. Tusch *litt. D. conclus.* 590. Mascard. *de probat. conclus.* 533. *per tot.* Nicol. *Elucubr. Utriusque Jur. de testament. Ordinand. n.* 7. Quinam dicantur domestici, & familiares Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 5. *quæst.* 3. *n.* 2. Domestici, & familiares quinam dicantur, & quod testes esse non possint Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 4. *n.* 25. *&* 26.

Quod

Quod attendatur illorum ftatus, & conditio de tempore, quo deponunt, *l. ad teftium, §. conditione. ff. de teft. & l. pr. C. eod.* Gratian. *difcept. forenf. c.* 374. *n.* 4. *&c. cap.* 797. *n.* 27. *& cap.* 909. *n.* 7. dixi *in* §. *Famulus num.* Farinac. *d. quæft.* 55. *n.* 32. Jordan. *loc. cit. n.* 197.

2 Domeftici, & familiares admittuntur ad probandam defenfam inquifiti, cùm favore defenfionis admittantur etiam teftes aliàs inhabiles, Guaz. *deff.* 29. *cap.* 3. *n.* 7. Farinac. *d. qu.* 55. *n.* 70. Jordan. *ubi fup. n.* 202. dixi *in* §. *Affinitas num.* §. *Confanguinitas num.* .... Bellegrand. *loc. cit. tract.* 5. *quæft.* 3. *n.* 4.

Plures alios cafus quando admittantur domeftici, vide per Gratian. *difcept. forenf. cap.* 374. *per tot.* Mafcard. *de probat. d. conclus.* 533. *per tot.* Nicol. *loc. cit. dict. n.* 7. *per tot.*

Quòd admittantur ubi veritas aliter haberi non poteft in factis domefticis, fi fint valdè honefti, & probatæ vitæ, parte non opponente, fi fint domeftici utriufque partis, & in fimilibus cafibus latè profequitur Farinac. *d. quæft.* 55. *n.* 35. *&c. ad* 116. Pac. Jordan. *loc. fup. cit. n.* 196. *& feqq. ad* 220. ubi adducit viginti cafus, in quibus domeftici admittuntur ad teftificandum, & Mafcard. *dict. conclus.* 533. *per tot.* vide in §. *Teftes*. Domeftici domus admittuntur in teftes ad probandum adulterium Bellegrand. *loc. cit. tract.* 3. *quæft.* 6. *n.* 7.

3 Domeftici, & familiares præfumuntur comififfe delictum fecretè in domo patratum, vel faltem fcire quinam commiferint, maximè concurrente illorum taciturnitate in non revelando, vel aliis inditiis, & ideò prò illo inveniendo, poffunt torqueri, nifi probent tempore delicti fuiffe extra domum, & quando etiam, & quibus concurrentibus poffint arbitrariè condemnari, vide Farin. *qu.* 52. *n.* 98. *& feqq.* Boff. *de tor. teft. n.* 11. Guaz. *deff.* 19. *cap.* 9.

4 Domeftici furtum committentes qualiter puniantur, Cabal. *caf.* 204. Betlich. *par.* 5. *concl.* 54. vide *in* §. *Furtum*, & alia de domefticis innuunt Caftejon. *in Alphabet. jurid. verb. Domeftici*, & Com. Auguft. Fontan. *in Biblioth. legal. par.* 4. *eodem verb. fol.* 438.

5 Domeftici teftes probant in his, quæ ab eis meliùs, quàm ab aliis fciri poffunt, Farinac. *qu.* 5. *n.* 36. Cyriac. *controv.* 165. *n.* 7. Sicut etiam probant fi deponant aliquid contra producentem, & aliquid pro eo, vel parte non opponente, vel fi fint plures, quàm duo, & in omnem cafum femper faciunt aliquam præfumptionem, & fupplentur ex idoneitate aliorum, idem Farinac. *d. quæft.* 55. *num.* 93. 109. *& feqq.* & idem Cyriac. *controv.* 219. *nu.* 44. *& feqq. vide in* §. *Teftes n.* 1. *& feqq.* de quibus omnibus Nicol. *loc. cit.* Bellegrand. *loc. cit. tract.* 5. *quæft.* 3.

6 Domeftici præfumuntur non facere, nifi quod placet majori fuo Fagnan. *in cap. conftitutis il primo n.* 7. *de teft. & atteft.* Hæc tamen præfumptio admittit probationem in contrarium *ibidem n.* 9.

7 Domeftici, & familiares torqueri poffunt pro ferendo teftimonio Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *fect.* 5. *n.* 58.

8 Domeftici, & familiares contra Dominum non admittuntur in teftes Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract.* 5. *quæft.* 3. *n.* 2.

9 Domeftici, & familiares, fi fuperiores, vel æquales fint, pro Domino admittuntur in teftes, fi inferiores, nequaquam, *ibidem*.

§. DOMICILIUM XXVIII.

1 Domicilium ut quis contrahat, requiritur quod in loco habitaverit per decem annos cum majori parte bonorum, & animo perpetuo commorandi, latè Menoch. *de arbitr. caf.* 86. Mafcard. *de probat. conclus.* 534. *&c.* Cravet. *conf.* 55. *n.* 2. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 25. *nu.* 9. *& feqq.* Vivi. *comm. opin.* 203. *per tot. verb. Domicilium*, Rot. *part.* 2. *diverf. decif.* 105. *per tot.* Ludovif. cum Beltram. *decif.* 279. Gratian. *difceptat. forenf. cap.* 181. *per tot. cap.* 592. *num.* 6. *& feqq. & cap.* 824. *nu.* 36. *&c.* Paul. Chriftin. *dec.* 31. *& feqq. ad* 39. *volum.* 5. Rot. *part.* 13. *recent. decif.* 88. *n.* 3. ubi quod non fufficit fe nominare cives, & nati tales contrahere maximè dum conftat de origine in alio loco Nicol. *Elucabr. Utriufq; Jur. de tempor. ordin. n.* 7. *verf. domicilium*. De requifitis neceffariis ad acquirendum domicilium vide Doctores apud Crefcin. ad Abecclef. *obferv.* 112. *part.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæft.* 43. *nu.* 179. *tom.* 7.

De incolatu autem qualiter contrahatur, latè Rot. coram Penia 13. Februarii 169. penès Fenzon. *ad Stat. Urb. cap.* 41. *per tot.* ubi diftinctè procedit Gratian. *difcept. forenf. cap.* 569. *n.* 2. *&c. ad* 14. Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 7. *n.* 16. *& feqq.* Paul. Chriftin. *decif.* 32. *&c. vol.* 5. Crefcin. *loc. cit.* ubi refert hunc locum.

Quòd incolatus probetur ex eo, quod quis diu ftetit in Urbe, bona ftabilia emit, & uxorem duxit, Duran. *dec.* 365. *n.* 4. Rot. *par.* 2. *diverf. decif.* 105. ubi etiam quod domicilium conftituit incolatum, *et decif.* 150. *per tot. d. part.* 2. *diverf.* ubi quod abfque expectatione alicujus temporis, poteft acquiri per declarationem animi, concurrente aliquo actu ipfius animi fignificativo, ut emere, vel conducere domum, Menoch. *de arbitr. caf.* 86. *num.* 12. *&c.* Martha *vot. Pif.* 96. *n.* 5. *&c.* ubi contra Altograd. *conf.* 27. *n.* 11. *& feqq. lib.* 2. ubi quod per habitationem continuam ultra decennium, incolatus, & domicilium contrahitur abfque aliqua animi declaratione vide alios fupracitatos, quibus adde Merlin. *dec.* 193. *n.* 3. *&c.* ubi quod non requiritur lapfus temporis fi conftet de animo factis, vel aliàs declarato, cùm domicilio facto, & animo contrahatur, idem Merlin. *decif.* 194. *num.* 12. *&c* Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 261 *n.* 2. *&c.* Nicol. *loc. cit. verf. efficitur etiam.*

An autem, & quando præfumatur mutatio domicilii, Menoch. *lib.* 6. *præfumpt.* 42. *per tot.* Mafcard. *loc. cit.* De Luc. *de Canonic. difc.* 21. *n.* 24.

Et an domicilium poffit ad libitum mutari invito Barone, vel domino loci, Sanfelic. *in praxi fect.* 8. ubi quod poteft mutari fi Vaffallus recedat cum uxore, & familia, nifi Baro in eum habeat aliquod jus neceffarium perfonale, vel privilegium cum claufula, quod non liceat difcedere. Et an prohibito liceat mutare Solorzan. *lib.* 2. *Politic. cap.* 24. *fol.* 207.

Mutato autem domicilio, poteft nihilominus qui contraxit in primo domicilio in eo conveniri fi ibi reperiatur, *l. jur. ordin. Cod. de jurifd. omn. jud.* Sanfelic. *in Prax. fect.* 10. Crefcin. ad Abecclef. *dict. obferv.* 112. *n.* 6. *part.* 1.

Domicilium tribus modis poteft acquiri, nempè natura, legis difpofitione, & animo; natura per originem; legis difpofitione per ftatutum, privilegium, dignitatem, prælaturam, monachatum, Clericatum, militiam, fenatoriam, lecturam, matrimonium, manumiffionem, adoptionem, fucceffionem, relegationem, & per rationem communis patriæ; animo, ut quando quis alibi fe contulit, emit bona, vel domum conducit, & declarat fe velle ibi domicilium habere. E contra verò non acquiritur domicilium etiam per mille annos ftante declaratione animi de recedendo, & non habitando; in dubio autem ubi nulla adeft animi declaratio, præfumitur domicilium acquifitum ex affidua converfatione, quæ fecundùm multos intelligitur de decennio, vel juxta veriorem opinionem arbitrio judicis, qui juxta loci, & perfonarum qualitatem arbitrari poterit etiam minori tempore effe contractum domicilium, ut benè declarat Menoch. *de arbitr. caf.* 86. *n.* 1. *& feqq. ad* 18. Altograd. *conf.* 27. *n.* 17. *& feqq. per tot. lib.* 2. Mafcard. *de probat. concl.* 534 *per tot.* Sperel. *decif.* 157. *n.* 23. *& feqq.* Farinac. *in fragm. par. pr. lit. D. verf. Domicilium num.* 194. *& feqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 127. *& feqq. fol.* 92. Tufch. *litt. D. concl.* 591. *& feqq.* Paul. Chriftin. *decif.* 31. *& feqq. ad* 39. *volum.* 5. Sanfelic. *in Praxi fect.* 7. *& feqq.* ubi qualiter quis fortiatur forum in pluribus locis, & quomodo ratione domicilii ex prædictis caufis acquifiti. 2

An autem in dependentibus ab animo ad effectum acquirendi domicilium, vel non, fit ftandum potiùs expreffæ declarationi illius, de cujus animo agitur, vel factis contrarium indicantibus, Ludovif. *decif.* 563. *n.* 8. ubi quod ftandum eft magis declarationi ex-

expressæ, quàm factis; Intellige quando facta non sint adeo clara, ut possint recipere interpretationem à declaratione verbali, aliàs autem si facta sint clara dicuntur potentiora verbis, & factis potiùs, quàm verbis standum est in hac materia, cùm homines sæpè dicant verbis aliter, quàm velint, & sentiant, rarò autem faciant contra id, quod vere sentiunt, ut declarat Surd. *cons.* 370. *n.* 65. & Beltram. in Addit. ad Ludovis. *dict. dec.* 163. *n.* 11. idem Ludovis. *dec.* 239. *per tot.*

3 Domicilium in dubio dicitur contractum ex eo solo, quod quis transtulit in loco majorem partem suorum bonorum, & totam familiam, nisi hoc fecerit non animo perpetuo habitandi, sed ex alia causa, puta studiorum, vel Præfecturæ Urbis, sive alterius officii, quibus casibus etiam per mille annos habitando, non contrahitur domicilium, nisi post finitum studium, vel officium continuetur habitatio, ita & taliter, ut arbitrio judicis possit ex conjecturis argui domicilium, Menoch. *d. cons.* 86. *n.* 18. *& seqq. per tot.* Paul. Christin. *d. decis.* 31. *& seqq. ad* 39. *volum.* 5. Mascard. *de probat. conclus.* 354. Thom. Trivis. *decis.* 23. *lib.* 1. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 279. *n.* 5. *& seqq.* ubi quod non sufficit possessio majoris partis bonorum ad acquirendum domicilium, sed etiam requiritur animus perpetuò habitandi Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 43. *n.* 179. *tom.* 7. Antonell. *de Tempor. legal. libr.* 2. *c.* 75.

Quòd quis dicatur habere domicilium in loco, in quo habet majorem partem bonorum, etiam si mille annos alibi habitaverit, cum præsumatur habere animum revertendi ad locum bonorum Barbat. *cons.* 52. *n.* 10. *vol.* 2. Martha *vot. Pis.* 5. *n.* 6. *&* 7. ubi ad effectum cognoscendi quodnam statutum sit attendendum circa lucrum dotis, de quo dixi *in §. Statutum de lucro dotis*, ubi plura notabilia, idem Martha *vot.* 27. *n.* 10. *etc.* ubi ad effectum exemptionis gabellæ & dixi *in §. Civis n.* 4.

Et quod domicilium non acquiratur absque animo perpetuo habitandi, licèt quis per decennium, & ultra habitaverit in loco, cùm habitatio accidentalis, vel temporalis absque dicto animo non sufficiat, Altograd. *cons.* 93. *nu.* 24. *lib.* 1. & latiùs *cons.* 27. *n.* 17. *et seqq. per tot. lib.* 2. ubi respondet aliquibus ex prædictis rationibus, & ostendit in casu suo contractum fuisse domicilium Florentiæ per Illustrissimum D. Marchionem Franciscum Coppulum Perusinum Aulicum primarium Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, *& cons.* 28. *n.* 39. *& seqq. d. lib.* 2. *in eadem causa*, vide De Luc. *de success. disc.* 19. *n.* 4. *& disc.* 20. *n.* 6.

Quando acquiratur per habitationem, latè Tusch. *lit. D. concl.* 566. Mascard. *d. concl.* 534.

Quòd domicilium, & incolatus excludatur, etiam si quis per 30. annos habitaverit, dum permansit in servitio alicujus Principis, quia tunc causa habitandi diversa est ab animo domicilium contrahendi, Rot. apud Fenzon. *ad Stat. Urb. dec.* 109. *& par.* 9. *recent. decis.* 312. *n.* 7. *&c.* vide Altimar. *loc. suprà cit. vers. ideò Scholaris.* Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 71.

4 Domicilium originis, & habitationis, quando dicatur magis principale, quàm civilitatis, & quando secus, ita ut unum, vel alterum sit attendendum quoad successiones, & quod quis possit habere plura domicilia, quo casu si adsint bona in utroque domicilio, cùm concurrat subjectio necessaria, defertur successio secundùm statuta utriusque loci pro rata bonorum ibidem existentium, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 623. *n.* 21. *& seqq. cap.* 709. *num.* 10. *& seqq. & cap.* 886. *per tot.* Surd. *decis.* 329. *per tot. lib.* 2. Ludovis. cum Beltram. *decis.* 279. *per tot.* vide in *§. Statutum excludens.*

5 Domicilii appellatione, an veniat illud originis, vel habitationis, & quodnam potentius reputetur, & alteri præferatur, contrarias opiniones refert Barbos. *de appell. verb. signif. appellat.* 77. *per tot.* ubi videtur firmare principalius, & potentius esse illud originis, quàm habitationis, cùm primum sit naturale, & sic immutabile, alterum verò accidentale, & mutabile, vide latè Paul. Christin. *decis.* 31. *et seqq. ad* 39. *vol.* 5. Sanfelic. *in Praxi sect.* 7. *et seqq.* Gob. *consult. dec.* 114. *n.* 5. Vide Crescin. ad Abecedi. *observ.* 112. *par.* 1.

Domicilium constitui potest minori per Curatorem, 6
sicuti pupillo per tutorem, Gratian. *discept. forens. cap.* 861. *n.* 16. *etc.* Merlin. *decis.* 193. *nu.* 8. *etc.*

Plura autem de effectibus domicilii, & sic quos effectus pariat domicilium, Ricc. *Collect.* 615. Sanfel. *in prax. sect.* 7. *et seqq.* ubi de foro domicilii, de quo latè etiam Carleval. *de jud. de for. compet. tom.* 1. *disp.* 2. *q. pr. etc.* dixi *in §. Furtum.*

De domicilio, & quomodo acquiratur, vel amit- 7
tatur, an habitando ratione officii, & alia, Surd. *decis.* 329. Solorzan. *Politic. lib.* 5. *cap.* 9. Vela *dissert.* 26. *n.* 94. Cyriac. *contr.* 448. *et* 543. Jul. Capon. *tom.* 4. *discept.* 281. 294. *et* 295. & alii plures relati ab Ægid. de Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Domicilium*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 439. Oliva *de foro Eccles. par.* 3. *qu.* 17. *et* 18. ubi de foro domicilii, &c. Gob. *consult. dec.* 114. *per tot.*

De domicilio originis, & ejus effectibus quod cri- 8
minalia, an præsumatur mutatum, & possit mutari, latè Andr. *contr.* 428. *per tot.* dixi in *§. Judex n.* 45.

Quod licèt per dignitatem contrahatur domicilium 9
in Urbe, non amittatur domicilium originis, quia dignitas domicilii adjectionem potius dedisse, quàm permutasse videtur, *l. Senatores* 11. *de Senator.* Cyriac. *controv.* 291. *n.* 42. Qualiter possit acquiri, & eligi in quolibet loco non prohibito, itaut eligens possit ibi conveniri, idem Cyriac. *contr.* 318. *n.* 26. vide in *§. Conventio n.* 8. Plura alia de Domicilio De Luc. *In Indice verb. Domicilium.* Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. *c.* 75. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *par.* 5. *quæst.* 43. *n.* 179. *tom.* 7. Fagnan. *sup. Decret.* Crescin. ad Abeccl. *dict. observ.* 112. *part. pr.* Maur. Palm. & alii moderni.

Domicilium non habens potest cogi ad eligendum 10
domum, ut citari valeat Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 7. *n.* 57.

Domicilium an contrahatur a famulo in loco, ubi 11
domino inservit Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 621. *num.* 4.

Habitatio solum contrahi potest per corporalem 12
existentiam, seu moram in loco habitationis ad differentiam domicilii Emeria. jun. *decis.* 296 *num.* 9.

Domicilium differt ab habitatione Altimar. *de nul-* 13
lit. rubr. 12. *quæst.* 12. *n.* 104. *tom.* 2.

Domicilii ratione quis convenitur, licèt alibi con- 14
traxerit Altimar. *loc. cit. rubr.* 9. *quæst.* 26. *per tot. tom. pr.*

Domicilium defuncti an transeat in hæredem Rub. 15
de confess. Jur. cap. 3. *n.* 29. *et* 46.

§. DOMINIUM XXIX.

Dominium est jus de re perfectè ad libitum dis- 1
ponendi, & sic dominium dicitur esse apud eum, qui potest libere disponere, etiam abutendo, & in mare projiciendo, non autem penes eum, qui cogitur ad alterius usum reinvestire, vel ad alterius nutum uti, Gratian. *discept. forens. c.* 916. *nu.* 17. *etc.*

Et dominium quoad essentiam est unicum, & invariabile, quamvis quoad effectus dividatur, quia aliud est directum, aliud utile, vel perfectum, & plenum, vel imperfectum, aliud potestativum, & œconomicum, aliud politicum, sive jurisdictionale, aliud spirituale, aliud temporale, Pac. Jordan. *Lucubrat. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 261. *& seqq. fol.* 183. ubi etiam an Princeps possit alicui impedire usum rei suæ, de quo Vasq. *contr. illustr. lib. pr. cap.* 17.

Quid sit dominium, quotuplex, & quale, latè Tusch. *lit. D. conclus.* 599. *et seqq.* Molin. *de Justit. tract.* 2. *disp.* 3. 20. *et* 34. Dominium est quid incorporale, quod non percipitur sensu Brunnemann. *C. libr.* 4. *tit.* 19. *leg.* 4. *n.* 2. *col.* 306.

Dominium duobus modis acquiritur, nempè per 2
traditionem veram, vel fictam cum titulo habili ad translationem dominii factam à vero domino, vel ejus procuratore, nec sufficit traditio sine titulo, ne-

que

quæ titulus ſine traditione, exceptis quibuſdam caſibus particularibus, & privilegiatis ut infra; ſecundo modo acquiritur dominium per uſucaptionem, vel præſcriptionem quando ille, qui tradit, non eſt dominus, & accipiens cum titulo, & bona fide, debito tempore poſſidet, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 268. *& ſeqq. fol.* 183. late Tuſch. *litt. D. concl.* 602. *&c.* Paul. Chriſtin. *dec. Belg.* 240. *vol.* 2. ubi de primo modo. Modus acquirendi dominium alius jurisgentium, alius civilis Brunnemann. *Jup. ff. lib.* 41. *tit.* 1. *leg.* 1. *n.* 1.

De acquiſitione dominii per alluvionem, ac de modo dividendi inter convicinos, Rot. *part.* 15. *rec. deciſ.* 202. *& par.* 16. *dec.* 111. *per tot.*

Qualiter acquiratur etiam per alluvionem, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 86. *vol.* 4. Gloſſ. & DD. *C. de alluvion.* & alios allegavi *in §. Flumen. n.* 1. *in fine* Molin. *de Juſt. tract.* 2. *diſput.* 57. Brunnemann. *ff. lib.* 4. *tit.* 1. *leg.* 7. *n.* 1.

3 Dominium qualiter acquiratur per deſcriptionem, maximè in deſcriptione nominum debitorum, & ſimilibus caſibus, in quibus traditio meliori modo intervenire non poteſt, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 252. *per tot. c.* 539. *per tot. & cap.* 852. *n.* 43. *& ſeqq.*

Quod poſſit acquiri ſine poſſeſſione ex ſola traditione, vel apprehenſione, idem Gratian. *c.* 615. *n.* 2.

Quod ex traditione inſtrumenti dicatur tranſlatum dominium rei in eo contentæ, idem Gratian. *c.* 970. *n.* 4. Gom. *in l. Tau.* 45. *n.* 21. *&* 56.

Qualiter in Eccleſiam, vel perſonam Eccleſiaſticam transferatur dominium ex privilegio per ſolum contractum abſque aliqua traditione *l. ut inter C. de Sacroſanct. Eccl.* ubi Bart. *nu.* 14. *& ſeqq.* Rot. *par.* 9. *rec. deciſ.* 310. *n.* 8. Gratian. *cap.* 912. *nu.* 11. 28. *&* 30. ubi extendit ad alios plures habentes hujuſmodi privilegium, vide *in §. Eccleſia nu.* 9. & fac. Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 182. *n.* 6. ubi quod ſol. proviſio etiam non capta poſſeſſione tribuit juriſdictionem Epiſcopo proviſo, Paul. Chriſtin. *dec* 240 *vol.* 1. obi quod tale privilegium non obſervatur in praxi; Sed loquitur juxta conſuetudinem illarum partium, *& dec.* 8. *vol.* 2. *& dec.* 174. *n.* 21. *vol.* 2.

Item dominium, & poſſeſſio acquiritur ex conceſſione, & contractu Principis etiā ſine alia traditione, Aſfl. *dec.* 299. *n.* 24. *&c.* Jaſ. *in l. traditionib. C. d. pact.* Marſhavot. *Piſ.* 215. *n.* 13. ubi in terminis donationis, ut quæratur jus abſentibus, etiam ſine eorum acceptatione, Altograd. *conſ.* 74. *n.* 15. *lib.* 2. Sperel. *deciſ.* 168. *n.* 28. ubi plura quando dominium transferatur ſine traditione, vel ſit neceſſaria traditio, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *nu.* 274. *et ſeqq.* ubi refert duodecim caſus, in quibus dominium ex ſolo titulo ſine traditione transfertur, adde Paul. Chriſt. *dec. Belgic.* 131. *per tot. vol.* 1. ubi quoad conceſſionem Principis intelligit quando fit per viam ſupplicationis, & gratiæ, ſecus ſi per viam contractus, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 8. *et ſeqq.* vide *in §. Donatio num.* 18. *in Addit.*

4 Dominium non transfertur ex traditione facta vigore contractus contra legis diſpoſitionem, & ſine cauſa legitima alienandi initi, Rot. *par.* 2. *diverſ. deciſ.* 278. *num.* 7.

Qualiter dominium transferatur per deliberationem, & adjudicationem à judice rite, & rectè procedente factam, item & poſſeſſio, Rota *par.* 15. *rec. deciſ.* 228.

Sed tunc remanet penes primum dominum, Pac. Jordan. *loc. ſup. cit. num.* 297. *fol.* 185.

Item non transfertur dominium, neque poſſeſſio per ſententiam, niſi ſequuta traditione, vel ſententiæ executione, Gratian. *diſceptat.* 545. *n.* 38. *etc.* Sperel. *dec.* 158. *n.* 22. *&c.* vide Vela. *diſſert.* 17. *à num.* 22.

Quando, & ex quibus contractibus transferatur, vel non, latè Tuſch. *lit. D. concluſ.* 603. *et ſeqq.* Emerix jun. *deciſ.* 1299. *n.* 5. *et* 6. *deciſ.* 1903. *n.* 13. *et deciſ.* 834. *n.* 2. *et* 3.

An pacto, & aliis modis poſſit prohiberi translatio dominii, latè Tuſch. *lit. D. concluſ.* 612. *vide in §. Prohibitio.*

5 Dominium ex poſſeſſione præſumitur, & probatur, quando de illo quæritur in judicio non principaliter, ſed tantùm incidenter, Bart. & Gloſ. *in l. quidam in ſuo ff. de condit. inſtit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 293. *n.* 11. *cap.* 419. *n.* 29 *c.* 439. *n.* 49. *cap.* 468. *n.* 35. *cap.* 526. *n.* 22. *et ſeqq.* Sperel. *dec.* 178. *num.* 42. *etc.* Tuſch. *litt. D, concluſ.* 610. Maſcard. *de probat. concl.* 539. *per tot.*

Quod in dubio poſſeſſor præſumatur dominus, *l. cum res C. de probat. et l. ob maritorum C. ne uxor. pro marit.* ubi DD. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 100. *n.* 5.

Qualiter dominium ex poſſeſſione arguatur, latè idem Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 63. Maſcard. *de prob. concl.* 539. *per tot.* Giurb. *obſervat.* 116. *n.* 26. Caprar. *deciſ* 205. *n.* 4. *deciſ.* 190. *n.* 4.

Quando probetur ex indiciis, & conjecturis, Maſcard. *de probat. concl.* 538. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 970. *nu.* 6. *etc.* Tuſch. *litt. D, concl.* 611 *per tot.* ubi latiſſimè *ad nu.* 189. qualiter probetur, Ricc. *Collect.* 311. Rot *part.* 9. *recent. deciſ.* 85. *num.* 10. *etc. et dec.* 310. *per tot. d. part.* 9. *et part.* 14. *dec.* 497. *per tot.* Salgad. 2. *part. Labyr. cap.* 22. *à n.* 74.

An poſſit probari per inſtrumentum publicum, & quomodo, vel per ſcripturam privatam, Maſcard. *de probat. concl.* 540. & Card. Tuſch. *litt. D, concl.* 611.

Qualiter probetur per plura inſtrumenta antiqua, quæ ſortiunt effectum ſortita, Altogr. *conſ.* 3. *num.* 13. *etc. lib.* 2 ubi etiam qualiter transferatur ex contractu tranſactionis.

Qualiter per teſtes, per inſtrumenta antiqua accedentibus adminiculis, & ex poſſeſſione quando de illo incidenter agitur, idem Altogr. *conſ.* 97. *num.* 39 *etc. lib.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 546. *et ſeqq.*

Quod autem ubi de illo principaliter agitur, ſit probandum concludenter, Gratian *diſcept. forenſ. cap.* 678. *n.* 6. *etc.* Maſcard. *de probat. concl.* 539. *n.* 7. *&c.*

An probetur per librum æſtimi, vide in *§. Liber n....* Maſcard. *de probat. concl.* 542.

Ex quibus dominium probetur latè Emerix jun. *deciſ.* 189. *deciſ.* 390. *deciſ.* 804. *deciſ.* 812. *& deciſ.* 1123. Epiſc. Rocc. *cap.* 167. *libr.* 2. Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 8. *deciſ.* 20. *n.* 5. *vol.* 3.

Dominium mercium, ballarum, trabum, arborum, 6 ſervorum, animalium, & ſimilium, probatur per ſignum, marcum, vel bullationem, cùm talia ſigna operentur traditionem, ſi præcedat contractus jam perfectus, & habilis ad tranſlationem dominii, & fiant per emptorem, vel nuncium, vel procuratorem præſente venditore, & patiente, aliàs quocunque modo imprimantur, non operantur traslationem dominii, ſed ut potius res ſignata ab aliis dignoſcatur, pulchrè Gratian. *diſcep. for. cap.* 500. *num.* 5. *& ſeqq. et num.* 35. *etc.* Paul. Chriſtin. *dec. Belg.* 111. *et* 195. *vol.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 551. *per tot.* Rot. coram Pe... *deciſ.* 6. *n.* 9. ubi Ceſcin. *in annot.*

Quod ſigna, & nomina faciant conjecturam, rem illorum eſſe, quorum ſigna, & nomina ſunt appoſita, inferendo ad plura docet Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 64. *per tot.*

Quod dominium mercium ſit difficilis probationis, & ideò admittantur conjecturæ, ac præſumatur eſſe illius, cujus eſt navigium, ut in ſimili dicitur de bonis in domo repertis, quæ præſumuntur eſſe domini, & habitatoris domus, niſi contrarium probetur, Alex. *conſ.* 112. *num.* 2. *lib.* 6. Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 497. *per tot.*

Plura de probatione, quæ oritur ex appoſitione ſigilli, vide per Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *n.* 161. *& ſeqq. ad* 189. *fol.* 277.

Quòd cuſtodia clavium, maximum præbeat argumentum, cujus ſit locus clavibus cuſtoditus, Rot. *par.* 2. *diverſ. dec.* 183. *n.* 3. De Luc. *de Servit. diſc.* 90. *num.* 4. *De Empt. diſc.* 10. *n.* 6.

Sicut & arma, vel inſignia denotant rem eſſe illius, cujus ſunt arma, Capyc. *deciſ.* 27. *num.* 40. *in fine*, vide in *§. Arma num...* De Luc. *De Regal. diſc.* 191. *n.* 14.

Dominium probatur per inſtrumentum diviſionis 7 inter ipſos dividentes, & cauſam ab eis, habentes, Magon. *deciſ. Flor.* 47. *num.* 7. Duran *dec.* 337. *n.* 2. ubi etiam *n.* 1. quod probatur per teſtes, qui tamen, cùm agatur de re non ſenſu, ſed intellectu tantùm perceptibili, debent reddere rationem ſcientiæ, etiam non interrogati idem Duran. *d. dec.* 337. *n.* 40.

Dominium probatur ex instrumento locationis, concurrentibus tamen aliis adminiculis, aliàs secus, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 141. *n.* 1. *&c.* ubi adducit solutionem affictus pro adminiculo ad probationem dominii *n.* 9. Altograd. *conſ.* 74. *num.* 21. *lib.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 541. *per tot.* Bich. *dec.* 100. ubi quòd dominium probatur ad quemcunque effectum ex pluribus enunciativis antiquis, junctis maximè aliis adminiculis, vide Fontanel. *dec.* 62. *n.* 2.

Quòd probetur per antiqua instrumenta, per famam, per verba enunciativa, per recognitionem, & quando agitur de directa probatione dominii ad effectum rei vendicationis, quatuor sunt probanda, nempè titulus, traditio, pretii numeratio, & diuturna possessio, quæ qualis dicatur remittitur arbitrio judicis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 42. *per tot.* ubi etiam an sit necesse probare dominium auctoris, vide latè Mascard. *de probat. concl.* 537. *& ſeqq.*

Quòd dominium regulariter non probetur per verba enunciativa, nec per instrumentum, præcipuè quando agitur contra tertium, nisi versemur in antiquis, & sint enunciativa plurium instrumentorum, & in omnem casum saltem præsumptivè probatur, donec contrarium doceatur, Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *q.* 49. *per tot. fol. mihi* 80.

An autem probetur ex eo quòd quis olim fuerit dominus, quasi præsumatur durare dominium, vide in *§. Dominus num.* 36. Vela *diſſert.* 48. *n.* 3. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 494. *n.* 30. Ansald. *deciſ.* 92. *n.* 49. Emerix jun. *deciſ.* 189. *a n.* 14.

Quòd dominium à patre in filium, & à defuncto in hæredem continuatum præsumatur, Paul. Christin. *dec. Belg.* 25. *n.* 8. *vol.* 3. facit quod dixi in *§. Poſſeſſio n.* 18.

9 Dominium directum ad effectum exactionis canonis, cùm tunc agatur de illo incidenter, & sit difficilis probationis, probatur per conjecturas, maximè in antiquis, prout ex instrumento concessionis, ex solutionibus pro aliis bonis contiguis, ex enuntiativis etiam absente domino factis, ex testibus de publica voce, & fama, ex confessione alicujus interessati, ex recognitionibus habitatorum, & attestationibus incolarum, & similibus, quæ si non singula prosunt, simul juncta juvant, Cavaler. *deciſ.* 93. *per tot. deciſ.* 105. *per tot. & deciſ.* 201. *num.* 1. *&c.* Mascard. *de probat. concl.* 539. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 253. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 85. *num.* 10. *&c. deciſ.* 115. *per tot. d. part.* 9. *et deciſ.* 162. *ead. part.* 9. ubi ad effectum apponendi arma, *& deciſ.* 310. *&* 313. *d. part.* 9. Bich. *deciſ.* 402. *n.* 8. ubi quod probatur ex investitura cum adminiculis, *& deciſ.* 485. *num.* 1. ubi quòd probatur ex investitura contra emphyteutam, & habentes causam ab eo, & qualiter etiam probetur identitas, si confinia sint confusa inter plura bona ipsius emphyteutæ, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 161. ubi quod ad effectum devolutionis debet plenè probari, & ex quibus probetur, vel non *et part.* 17. *deciſ.* 367. *in eadem cauſa*, *& part.* 18. *deciſ.* 628. ubi plenè, *& dec.* 629. *&* 753. *in eadem cauſa*.

Quando verò agitur ad devolutionem, & rei vindicationem, debet ab agente, plenè probari, Marescot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 85. *num.* 5. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 282. *n.* 9. *& dec.* 452. *per tot.* ubi etiam si constaret de investitura, nisi cum ea concurrant adminicula, cùm etiam res aliena vendi, & locari possit. Thomat. *dec.* 60. *n.* 1. Vide Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 509. Crescin. ad Pen. *deciſ.* 116. Caprar. *deciſ.* 141. *n.* 2. *part. pr.*

Qualiter probari debeat in petitorio, & rei vindicatione, Mascard. *de probat. concl.* 536. *per tot.*

Probatur autem per solutionem canonis longissimi temporis, ex libris antiquis Ecclesiæ, ex pluribus enunciativis antiquis, ac ex aliis pluribus indiciis, & conjecturis, etiam non docto de instrumento emphyteusis, & etiam contra tertium, latè Altograd *conſ.* 24. *per tot. lib.* 2. Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *num.* 303. *& ſeqq. fol.* 286. cum aliis per eos citatis, Merlin. *dec.* 171. *num.* 3. *&c. dec.* 342. ubi qualiter probetur per instrumentum investituræ junctis adminiculis, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 13. *n.* 10. *& ſeqq.* ubi quando non sufficiat investitura etiam cum adminiculis ad effectum manutentionis, sed agendum sit petitorio, & via ordinaria.

Quòd imò ubi non docetur de investitura, dominium sit plenius probandum docendo de titulo habili acquisitionis, si dominus agat ad devolutionem, & alia pro evitanda devolutione ex defectu probationis dominii, Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 76. *per tot.* ubi intelligit procedere dictas conjecturas quando constat de instrumento investituræ, aliàs secus, & quare, vide latè Rot. *d. p.* 12. *dec.* 336. *per tot. & dec.* 429. *in Append. & par.* 13. *dec.* 33. ubi quod probatur ex instrumento, & conjecturis, *& dec.* 452.

Quod probetur per libros monasterii, vel Ecclesiæ, in quibus reperiantur scriptæ solutiones censuum, & canonum, intelligendo tamen in possessorio manutentionis, non autem in petitorio, & rei vindicatione, latè Genu. *de ſcript. privat. lib.* 5. *tit. de lib. monaſter. fol. mihi* 268. & vide in §. *Liber n...* Mascard. *de prob. concl.* 543. *&* 544. *per tot.*

Qualiter sit probandum quando agitur ad devolutionem per dominum directum, & an, & quomodo ad hunc effectum devolutionis probetur ex recognitione rei emphyteuticæ, & solutione canonis facta à possessore, & quibus præjudicet talis recognitio, vel non, Cavaler. *dec.* 267. *per tot. & deciſ.* 269. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 790. *&* 912. *per tot.* Rot. *in Aeſina bonorum* 27. *Aprilis* 1635. coram Bucabell. in Noviss. *part.* 7. *deciſ.* 36. *num.* 2. *& ſeqq.* & dixi in §. *Emphyteuſis n.* 27. Rot. *in Romana Domorum* 9. *Decembris* 1641. coram Royas *in recent. part.* 9. *deciſ.* 53. *& deciſ.* 310. *&* 313. *d. part.* 9. *vide in §. Dominus n.* 9. Fulgin. *de jur. emph. tit. de contract. emph. q.* 26. Rot. *par.* 12. *recent. deciſ.* 41. *num.* 1. *&c.* ubi quod si agatur actione personali propter inobservantiam pactorum, ob quam locus sit devolutioni, tunc benè probatur ex instrumento concessionis, aliàs autem secus regulariter, nisi concurrant adminicula, *et part.* 13. *dec.* 452. ubi quod sine adminiculis investitura non probat dominium, cum etiam res aliena vendi, & locari possit, vide Altograd. *conſ.* 14. *lib.* 2. Vide Caprar. *deciſ.* 141. *& deciſ.* 453.

Quod sit exhibenda primordialis investitura, Rot. *part.* 14. *diverſ. dec.* 452. *num.* 9. vide in *§. Inveſtitura num.* 7.

Quod dominium directum in favorem Ecclesiæ in antiquis ultra centum annos probetur ex unica recognitione, Guid. Pap. *deciſ.* 278. Menoch. *conſ.* 409. *n.* 8. *& ſeqq.* Tondut. *reſol. civil. c.* 181. *num.* 3. *& ſeqq.* Castill. *deciſ.* 62. *tom.* 1. Capon. *contr.* 33. *nu.* 15. *& ſeqq.* Cancer. *var. reſol. c.* 11. *nu.* 45. & alii relati per Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eug. lib.* 2. *Rub.* 31. *n.* 41. ubi quòd ita fuit resolutum in Regio Senatu, licet ipse aliorum auctoritate dicat dubitabilem esse resolutionem, & non tenendam etiam favore Ecclesiæ, & temporis antiquitate concurrente nisi alia concurrant adminicula, & pro hac parte allegat Pacion. *de locat. & conduct. c.* 27. *n.* 74. maxime si controversia esset cum tertio à recognoscente causam non habente, etsi alii supracitati tradant conclusionem procedere etiam contra tertium à recognoscente causam non habentem, si adsit temporis antiquitas, & favor Ecclesiæ, ad Ripol. *var. cap.* 7. *num.* 1. *et ſeqq.* Et ita fuisse iterùm declaratum à suo Regio Senatu die 8. Aprilis 1683. Novissimè Altimar. ad Rovit. *conſ.* 30. *a n.* 38. *libr.* 3.

Dominium denotatur per pronomina possessiva juncta substantivo alterius generis, nisi materia subiecta aliud suadeat, item per genitivum casum, ut probat Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 286. *et ſeqq. fol.* 184. vide in *§. Caſus num.* 8. 10

Quòd dominium denotetur per genitivum *ipſius*, & similes, ac restringatur dispositio ad bona tantùm præsentia, Alex. *conſ.* 171. *lib.* 6. Natt. *conſ.* 292. *n.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 98. *n.* 7. *et c.* 104. *nu.* 13. *et deciſ.* 214. *per tot.* Jordan. *ubi ſupr. num.* 291. *fol.* 185. De Luc. *de Servit. diſc.* 35. *num.* 13.

Non tamen semper genitivus casus probat dominium, sed interdum originem tantùm, & causam efficientem, vel possessionem, detentionem, administrationem, adhærentiam, culturam, curam, & similia, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 951. *n.* 12. *et.* Menoch. *de*

recu-

recuper. poſſ. remed. 15. *n.* 3. cum aliis penes illum, & penes Jordan. *loc. cit.* vide late Tuſch. *litt. G. concl.* 37. *per tot.*

Quòd ſignificet intrinſicitatem, & jus rei, Altogr. *conſ.* 3. *n.* 26. *lib.* 1. vide in §. *Dictio n.*

11 Dominium rei, quæ cecidit in commiſſum propter vectigal non ſolutum, amittitur ipſo jure, non autem poſſeſſio, & ſtatutum loquens de amiſſione dominii, non trahitur ad poſſeſſionem, ac ſtatim tranſit in datiarium, ſive emptorem gabellæ, vel Doganæ, Rol. *conſ.* 42. *lib.* 3. Gratian. *diſcept.* 623. *n.* 2. *et ſeqq. et c.* 970. *n.* 26. *etc.*

12 Dominium quando recta via tranſeat de teſtatore in legatarium reſpectu rei legatæ, itaut ipſi legatario debeantur fructus, vide in §. *Fructus n...* latè Tuſch. *litt. D, concl.* 607. Vivi. *comm. opin.* 204.

Quod recta via tranſeat de teſtatore in legatarium, latè Duen. *reg.* 210. *per tot.* ubi 13. modis ampliat, & novem limitat, Tuſch. *litt. D, concl.* 607. *per tot.* ubi ponit plura requiſita, nempè agatur de legato particulari, in certa ſpecie, re propria teſtatoris, legatum ſit expreſſum, purum, ſit adita hæreditas, & hujuſmodi, Sanfelic. *deciſ.* 353. *nu.* 44. ubi quod non ſimpliciter tranſit, ſed quatenus res certa legata adeſt in hæreditate deducto ære alieno, nec quoad poſſeſſionem, quæ eſt capienda de manu hæredis, vide Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *q.* 39. *à n.* 83. *tom.* 2.

13 Dominium directum, an utile dicatur illud quod remanet penes vaſallum, vel emphyteutam ſubinfeudantem aliis bona, quæ ipſe ab alio domino recognoſcit, & ſic dominii directi appellatione quid veniat, latè Surd, *dec.* 288. *per tot.* Tuſch. *litt. D, concl.* 609. *num.* 7.

14 Dominium ejuſdem rei non poteſt eſſe penes plures in ſolidum eodem reſpectu, ſed benè diverſis reſpectibus, & ideò probato dominio penes unum remanet alter excluſus, quod eſt verùm tàm in directo, quàm in utili, & etiam in poſſeſſione, Soccin. *reg.* 24. *verb. Domini*, ubi octo modis limitat, Tuſc. *litt. D, concl.* 609. *per tot.* & *litt. P, concl.* 429. De Luc. *de Juriſd. diſc.* 66. *n.* 9. *De Alien. diſc.* 23. *n.* 4. Fagnan. *in cap. ex parte n.* 14. *de Arbit.*

15 Dominium reſervatum in venditione quid operetur, Ric. *Collect.* 508. 3552. & 3721. vide in §. *Reſervatio n.* 1. §. *Venditio n.* 4. &c. vide Gobb. *conſuet. dec.* 14. & *ſeq.* Vide Bertachin. *vot.* 83. Caprat. *deciſ.* 12. *n.* 2. *p.* 1. Emerix. jun. *deciſ.* 487. & 789.

16 Alia plura de dominio acquirendo, ac de dominio directo & utili, & utriuſque effectibus, latè indicant Caſtejon. *in Alphabet. jurid. verb. Dominium, Dominus*, & Com. Auguſt. Font. *Bibliotb. leg. part.* 4. *cod. verb. fol.* 459. &c. Cancer. *var. reſol. p.* 3. *c.* 6. *per tot.* plura noviſſime De Luc. & Altimar. Emerix Caprar. Manſ. Palm. & alii moderni.

17 Dominium feræ in laqueo captæ, vel lethaliter vulneratæ acquiritur ei, qui eam actualiter apprehendit in foro judiciali, in foro autem conſcientiæ ei qui laqueum poſuit, vel lethaliter vulneravit, Valer. *de differ. utriuſque fori, verb. Dominium per tot.* & *verb. Acquiſitia differ.* 5. & 7. *per tot.* ubi quòd feræ captæ in agro, cujus fructus conſiſtunt in venatione, vel piſcatione, in foro exteriori ſunt domini agri, vel piſcationis, in foro autem animæ ſunt ipſorum venatorum, vel piſcentium, niſi ſint animalia incluſa, vel piſces in ſtagno alicujus privati retenti, quid de venantibus in locis prohibitis à domino fundi, qui habet jus prohibendi, vel a Judice, vel à Principe, & idem concludit, cum hoc tamen, ut ſi conveniantur in judicio, & condemnentur ad reſtitutionem, teneatur reſtituere etiam in foro conſcientiæ.

18 Dominium eſt plenè, & concludenter probandum in judicio rei vendicationis Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 494. *n.* 5. Anſald. *deciſ.* 92. *n.* 48. Emerix jun. *deciſ.* 199. *n.* 9. *deciſ.* 281. *n.* 2.

19 Et dominium probari debet de tempore motæ litis *dict. deciſ.* 494. *n.* 31. Vide Emerix jun. *deciſ.* 307. *n.* 6.

20 Dominium non probatur contra tertium per inſtrumentum inveſtituræ, & venditionis Rot. *dict. deciſ.* 494. *n.* 6. ubi *n.* 7. ampliat, etiamſi inveſtitura ſit antiqua, ſi comprobetur ex adminiculis Emerix jun. *deciſ.* 115. *à n.* 2. Et vide eumdem *deciſ.* 281. & 327.

In aliquo magis excluditur dominium, ſi per longiſſimum tempus habuerit rem pro derelicta Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 494. *n.* 29. 21

Dominium utile ſpectat ad hæredem inveſtiti Rot. *ibid. deciſ.* 455. *n.* 12. 22

Dominium rerum mobilium, utpotè frumenti quando amittatur, nec ne per commixtionem, & quid tunc ſit agendum Anſald. *deciſ.* 11. *per tot.* 23

Dominium rei venditæ poteſt eſſe penes emptorem, & nihilominus periculum, vel ex diſpoſitione hominis, vel legis eſſe penes venditorem Anſald. *deciſ.* 68. *num.* 49. 24

Dominium præſcribitur per ſpatium 40. annorum, & ultra Anſald. *deciſ.* 92. *n.* 47. 25

Dominium præſumitur immutatum per lapſum 70. annorum Anſald. *dict. deciſ.* 92. *n.* 50. 26

Dominium in dubio intelligitur de directo, & non de utili Fagnan. *in cap. ſignificaſti n.* 4. *de for. comp.* 27

Dominium ſequuta traditione transfertur ex contractu etiam inutili, non tamen nullo, & contra legem Fagnan. *in cap. cum nos n.* 11. *de Simon.* 28

Dominium rei mutuatæ conſumptione amittitur, & fit alterius Fagnan. *in cap. naviganti n.* 11. *de uſur.* 29

Dominium quandoque difficilius perditur, quàm poſſeſſio, regulariter contra Fagnan. *in cap. litteras n.* 15. & 16. *de conceſſ. præben.* 30

Dominia ſunt de Jure gentium: Sed modi acquirendi per Jus civile diſtinguuntur Fagnan. *in cap. quæ in Eccleſiarum n.* 110. & 116. *de Conſtit.* 31

In dominio potior habetur, cui res primò tradita eſt, licèt alius in titulo prævenerit Fagnan. *in cap. cum olim n.* 14. *de ſent.* & *re judic.* Sed hoc non procedit in Cleric. *ibidem.* 32

Dominium rerum Eccleſiarum propriè loquendo non eſt apud aliquam Eccleſiam particularem, ſed apud Chriſtum Fagnan. *in cap. relatum n.* 32 & 37. *de Cler. vel Mona.* 33

Dominii reſervatio nihil operatur ad effectum transferendi periculi Epiſc Rocc. *cap.* 98. *n.* 16. *libr.* 2. 34

Dominii tranſlatio reſultat ex conſtitutione Procuratoris irrevocabiliter, ut in rem propriam Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 1. *deciſ.* 2. *n.* 1. *vol.* 1., declara tamen, *ut n.* 2. Et vide *libr.* 10. *deciſ.* 97. *nu.* 8. & 9. *d. c. ſ.* 98. *n.* 3. *vol.* 2. 35

Jus percipiendi fructus non transfert dominium, licèt aliquo modo, & impropriè pro dominio accipi poſſit, *ibidem n.* 4. 36

Datio in pignus non transfert dominium, & aſſignatur ratio, *ibidem n.* 5. 37

Dominium habere non dicitur, qui habet facultatem repetendi pretium *ibid. libr.* 2. *deciſ.* 3. *num.* 26. *vol.* 1. 38

Facultas percipiendi fructus, & vendendi rem propria auctoritate non inducit per neceſſe dominium, *ibid. n.* 18. 39

Dominium, & hypotheca ſuper eadem re ſe compati non poſſunt, *ibid. libr.* 5. *deciſ.* 2. *n.* 12. *vol.* 1. 40

Dominio directo univerſali repugnat exiſtentia bonorum liberorum, & allodialium Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 1. *deciſ.* 1. *n.* 17 *vol.* 3. 41

Stante dominio univerſali debetur laudemium ex bonis franchis, *ibid. libr.* 1. *deciſ.* 5. *n.* 3. *vol.* 3. 42

Alia plura de dominio directo univerſali vide Mantiſſ. ad De Luc. *in Indic. vol.* 4. *verb. dominium directum.*

§. DOMINUS XXX.

Dominus litis comparens per ſe in judicio videtur revocare procuratorem, & eſt cauſa ſufficiens illum revocandi, quando vult per ſe litem proſequi, & ideò ſolet apponi clauſula, *citra revocationem*, Tract. Papp. *for. oppon. contr. teſt. gl.* 1. & *in Reſponſ. nct. hypoth. gl. mandatum num.* 2. *ubi Addit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 22. *nu.* 12. & *ſeqq.* Rot. *p.* 1. *Noviſſ. dec.* 294. *n.* 12. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 26. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 283. & 288. *fo.* 131. vide in §. *Mandatum num.* ... Ricc. *Collect.* 1301. 1

Domino, vel vaſallo mortuo eſt facienda nova inveſtitura infra annum, & diem poſt mortem unius ex 2

illis

illis, aliàs feudum finitur, & revertitur ad agnatos, Pract. Papp. *ad revoc. feud. gl.* 1. *nu.* 6. Alex. *conf.* 79. & *conf.* 124. *lib.* 5. Rol. *conf.* 644. *n.* 14. *lib.* 3. vide in §. *Feudum.*

3 Dominus tenetur adjuvare vassallum ab omni injuria, violentia honoris, rerum, & vitæ reciprocè in casibus, quibus etiam vassallus tenetur versus dominum quando potest, aliàs cadit à dominio suo, Pract. Papp. *loc. cit. glos.* contra debitum *num.* 5. *ubi Addit.* quod dominus, & vassallus reputantur uti pater, & filius, vide in §. *Vassallus numer.* & §. *Spoliatus num.* De Luc. *de Feud. in sum. numer.* 137.

Ad quæ teneatur feudi dominus versus vassallum, & è contra vassallus versus dominum, latè Tusch. *litt. F, concl* 115. 116. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 25. *per tot. vol.* 6.

4 Dominus directus petens, vel recipiens post tempus solutionem canonis, non potest postea repellere emphyteutam, quasi per talem petitionem, vel receptionem se excluserit à jure repellendi, nisi contrarium fueris protestatus, Pract. Papp. *libel. ad fict. pract. glos. fictum num.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 302. *num.* 20. & *seqq. cap.* 315. *per tot.* & *cap.* 633. *num.* 37. *ad finem*, Magon. *decis. Flor.* 61. *num.* 19. &c. & *decis. Luc.* 35. *per tot.* Franch. *decis.* 482. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 112. *per tot.* & *præsumpt.* 45. *nu.* 8. &c. Alsograd. *consil.* 85. *num.* 46. *lib.* 1. vide in §. *Pœna nu.* & §. *Ratificatio nu.* Surd. *decis.* 317. *per tot.* Christin. *decis. Belgic.* 157. *vol.* 1. & *decis.* 122. *nu.* 9. *volum.* 3. Ricc. *Collect.* 2109. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 73. *nu.* 3. &c. Add. de Franch. *loc. cit.* Vide Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 317. & *latius ad decis.* 6.

Quòd per simplicem receptionem canonis dicatur dominus remittere omnem caducitatem, non solum provenientem ex capite non solutionis canonis, sed ex quolibet alio capite, Magon. *decision. Flor.* 145. *n.* 24. & *seqq.* Altograd. *consil.* 15. *num.* 40. & *seqq.* & *conf.* 16. *per totum libr.* 2.

Intellige dummodo dominus sciat rem incidisse in commissum, & sic habeat scientiam caducitatis, aliàs secus, ita ut in dubio præsumatur ignorantia, nisi probetur scientia, Magon. *d. decis.* 145. *n.* 22. Altograd. *conf.* 9. *nu.* 21. &c. *lib.* 2. Burat. *dec.* 607. *n.* 9. Fulgin. *de emph. tit. de alienat. quæst.* 1. *num.* 25. & *seqq* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 575. *in fine.* Amendol. ad de Franch. *decis.* 482. *num.* 4.

Quomodo autem, & ex quibus præsumatur dicta scientia, pulchrè Duran. *dec.* 402. *num.* 23. Rot. *part.* 21. *recent. decis.* 361. *num.* 45. &c.

An, & quando dominus directus agens ad canones decursos debeat associari, vel immitti ad possessionem bonorum emphyteuticorum, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 146. *per totum.*

5 Dominus directus simpliciter absque ulla protestatione recipiens pensiones temporis præteriti, hoc est decursas ante causatam caducitatem, non videtur secundum multos caducitatem remittere, sed contrarium firmant alii multi, & ideò datur cautela protestandi, vel incipiendi ab expulsione emphyteutæ, & posteà agendi ad canones decursos, quamvis hæc ultima cautela incipiendi ab expulsione non etiam transeat sine difficultate, nisi simul adhibeatur protestatio, cùm aliàs per expulsionem videantur remissæ pensiones decursæ, ut pluribus relatis per Altograd. *conf.* 16. *num.* 2. & *seqq. lib.* 2. ubi loquitur in emphyteusi privata, & quid stante clausula, *rato manente pacto*, in promissione canonis apposita, cùm non sit incompatibile exigere pensiones decursas ante inductam caducitatem, & emphyteutam expellere, ut ibidem latè declarat *sub num.* 10. & *seqq.* vide Christin. *decis.* 122. *n.* 9. *volum.* 3. Surd. *decis.* 317. *per tot.* ubi etiam quod idem est petere, & recipere, Pacion. *de locat.* & *conduct. cap.* 59. Cabal. *conf.* 106. *num.* 5. *lib.* 1. ubi quòd verior, & communior est opinio, quod dominus directus expellens emphyteutam ob non solutum canonem possit nihilominus consequi etiam dictum canonem usque ad declarationem factam de ipsa caducitate, & postea fructus perceptos, & percipiendos usque ad effectualem relaxationem rei allegans Boer. *decis.* 309. *num.* 5. Clar. §. *Emphyteusis quæst.* 10. *n.* 2. Benintend. *decis. Bonon.* 37. & *alios* Hodiern. ad Surd. *decis.* 6., ubi plura.

Quòd stante dicta clausula possit dominus utrumque consequi, expulsionem scilicet, & canones præteritos, Barbos. *de Claus. claus.* 128. *num.* 7. facit Scop. ad Gratian. *decis.* 49. *num.* 56.

An si dominus directus expulit emphyteutam ob non solutum canonem, videatur remisisse hujusmodi canonem, vel possit adhuc illum petere, sunt opiniones contrariæ, ut per Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 112. *num.* 28. *vers. secundum est*, ubi videtur firmare, quod decursæ pensiones peti non possint, cùm non debeat emphyteuta duplici pœna affici, quod puto verum in privato, in quibus terminis loquitur etiam Altograd. *ubi supra*, secus autem in Ecclesia, quæ potest utrumque consequi, ut dixi in meis resol. *cap.* 65. *num.* 16. & 17. vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 157. *num.* 8. & *seqq. per tot. vol.* 1. ubi an, & quando possit dominus utrumque consequi, vel non, vide Gratian. *disceptat.* 302. *num.* 12.

Et quatenus aliquando censeretur remissa caducitas, si tamen actus, ob quem fuit incursa, habeat tractum successivum, vel contemptum domini continuatum, potest idem dominus postea de novo caducitatem declarare, Surd. *decis.* 342. *num.* 18. *lib.* 2.

Dominus directus recipiens non tantùm canones præteritos, sed etiam futuros, hoc est decursos post commissam caducitatem licèt non declaratam, censetur ipsam caducitatem remisisse, cùm sit incompatibile quòd velit habere emphyteutam pro emphyteusa ab eo dictos canones recipiendo, & pro non emphyteuta illum expellendo, itaut neque hoc casu prosis aliqua protestatio tanquam contraria facto [quidquid alii voluerint etiam hoc casu protestationem conservare jus domini) nisi tali protestationi emphyteuta consentiat, ut benè declarat videndus Altograd. *dict. conf.* 16. *num.* 12. & *seqq. per tot. lib.* 2. ubi etiam quando emphyteuta dicatur protestationi consentire, vel non, & quinam dicantur canones præteriti, & quinam futuri. Scopp. ad Gratian. *decis.* 49. *a num.* 58. 6

Quid si receptio fuerit facta à procuratore, vel alio legitimo administratore, Gratian. *decis.* 49. *num.* 22. & *seqq.* Surd. *decis.* 181. *per tot.* ubi de exactore fructuum, qui non potest remittere caducitatem, & in omnem casum esses necessaria scientia commissæ caducitatis tam in domino, quàm in procuratore, & *decis.* 342. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 175. *nu.* 16. & *seqq.* ubi quòd Abbas Monasterii pro tempore, vel Procurator, non possunt per hujusmodi receptionem canonis monasterio præjudicare, & semper requiritur scientia devolutionis. Hodiern. ad Surd. *citat. decis.* 181. *per tot.*

Dominus directus declarans caducitatem, & postea recipiens canones decursos post hujusmodi declarationem, non videtur caducitatem remittere secundùm Cæphal. *conf.* 222. & 223. *per tot.* quia cùm ex contradictione judiciali emphyteutæ differatur domini immissio in possessionem, potest recipere canones interim decursos, ne fraudetur fructibus bonorum sibi ex caducitate declarata debitorum, & sic isto casu non adest aliqua contradictio, vel incompatibilitas in præcedenti conclusione considerata, facis Cyriac. *controvers.* 266. *num.* 18. 7

Contrarium tamen quando dominus recepisset pensiones decursas post declaratam caducitatem sub nomine pensionis, & canonis emphyteutici, quod censeatur remisisse caducitatem, & à præcedente declaratione recessisse, cùm faciendo actum contrarium juri quæsito, dicatur illi renunciasse, Fachin. *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 99. Altograd. *conf.* 16. *num.* 34. &c. ubi reprobata Cæphal. opinione, cautelam docet, quam pluries dedisse dominis directis tellatur, recipiendi scilicet non sub nomine canonum, sed sub nomine, & ad computum fructuum bonorum ab eo pro devolutis declaratorum, quia ita cessat omnis incompatibilitas, cùm fructus debeantur domino post declaratam caducitatem, & in his terminis procedere possunt tradita per Cæph. *loc. cit.*

Dominus directus recipiendo canones post declaratam caducitatem, quando sibi præjudicet Palm. nep. *decis.* 131. *per tot. decis.* 133. *n.* 33. *cum seqq.* & *decis.* 534. *n.* 7. *tom.* 2.

Dominus investiens de novo vassallum, vel emphyteu- 8

teutam, videtur remittere caducitatem, dummodò illius notitiam habuerit, & non aliter, Gratian. *discept. forens. cap.* 429. *num.* 32. *&c.*

Quòd per renovationem factam censeatur remissa omnis caducitas antea incursa staate scientia illins præsumpta, benè Duran. *decis.* 402. *num.* 22. *&* 23.

Quòd cessante declaratione caducitatis non possit dominus in præjudicium compreheosorum in prima Iovestitura facere novam concessionem sine illotum, consensu, imò renovatio uni facta ad alios porrigatur Magon. *decis. Flor.* 117. *num.* 40. Surd. *decis.* 230. *num.* 10. *&c.* vide in §. *Emphyteusis num.* 50. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 517. ubi quod non potest novam Investituram facere in præjudicinm comprehensorum in prima, etiam mediante caducitate dolosè, & collusivè sequuta.

9 Dominus directus non potest agere ad devolutionem ob non solutum canonem, nisi lapso biennio, ita ut nec etiam possint ad hunc effectum jungi tempora cessationis solutionis venditoris, & emptoris, si res fuerit interim alienata, cùm pœnæ suos tenere debeant auctores, nec negligentia, sive colpa unius possit alteri nocere, Cavaler. *decis.* 360. *num.* 1. *& seqq.*

Quòd ut possit obtinere debeat tria probare, nempè concessiooem emphyteuticam cum identitate bonorum, extinctionem, ac finem, vel ob deficieotiam lineæ, vel ob aliam legitimam causam, & demum contumaciam possessoris, vel detentoris bonotum in eorum restitutione, aliàs manutentio, vel reintegratio competat possessori, latè Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 73. *per tot.* vide in §. *Dominium n.* 9. *infr. n.* 14.

10 Dominus ut possit agere ad caducitatem contra successorem emphyteutæ, tenetur probare in eo præcisam scientiam cum omnibus qualitatibus, quod res fuerit emphyteutica, ut dixi in §. *Emphyteusis num.*

Quòd in judicio caducitatis habeat fundatam intentionem in simplici negativa, canonem scilicet non fuisse solutum, nisi solutio ab emphyteuta plenè probetur, Altograd. *cons.* 24. *num.* 60. *&* 61. *lib.* 1. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæst.* 20. *num.* 24.

Et quod possit ex se ipso sine judicis sententia declarare caducitatem, non autem propria auctoritate expellere, sive spoliare emphyteutam, vel ab eo causam habentes, Urceol. *Consult. forens. cap.* 33. *per tot. cum Addit. in fine* 2. *vol.* Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de var. caduc. quæst.* 10. Tondut. *quæst. & resolut. benef. cap.* 119. *num.* 22. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 1804. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 29. ubi quod possessio capta de facto sine citatione est nulla, & emphyteutæ debetur manotentio, quando devolutio non est clara *decis.* 73. *per tot. ead. part.* 10. *& part.* 13. *decis.* 319. Sperel. *decis.* 71. *num.* 42. *&c.* ubi etiam an sit necessaria citatio in declaratione prædicta, & concludit, quod verior sit negativa opinio, sed tamen possit adhuc mora purgari post citationem, vel intimationem, & sic ad effectum, ut currat tempus moræ purgandæ, videtur necessaria citatio, vel saltem intimatio dictæ declarationis à domino factæ, vide in §. *Mora num.* *&* §. *Emphyteusis num.* 57. latè Ludovis. *decis.* 105. *per tot.* Caldas Pereyra *cons.* 2. *per tot.* ubi adducit rationes, & auctoritates hinciode, concludens de magis communi non posse Dominum propria auctoritate emphyteutam expellere, saltem nisi priùs fuerit processum ad sententiam declaratoriam, & Coneiol. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 76. 125. *& seqq. per tot.* Ant. de Villaplana *Illustr. feud. vers.* 8. *&c. fol.* 357. *&c.*

Quod possit caducitatem declarare per procuratorem cum mandato speciali, & quid si per conjunctam personam, Gratian. *decis.* 49. *num.* 34. *& seqq.*

Quid dicendum de fructibus interim perceptis, vide in §. *Emphyteusis num.* 49. *in fine*, §. *Fructus n.* 10.

Non tamen sufficit domino directo declarare, & acceptare caducitatem, & devolutionem, nisi etiam bona apprehendat, & incorporet, Ludovis. *decis.* 348. *num.* 5.

11 Dominus directus decedens non declarata caducitate, videtur illam remisisse, si scivit, & declarare potuit, aliàs secus, itaut illius hæredes non possint amplius illam declarare, sicut è contra mortuo emphyteuta, vel vassallo, qui defecit, non possunt illius hæredes privati, cum pœnæ non transeant ad hæredes, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 112. *num.* 28. *vers. primus est*, *& vers. secundus*, latè hincinde multos allegans Gratian. *decis.* 49. *nu.* 12. *& seqq. ad* 22. Sperell. *decis.* 91. *num.* 38. *etc.* ubi limitat nisi caducitas veniat vigore pacti, vide §. *Emphyteusis num.* 58. Mantic. *de tacit. libr.* 2. *tit.* 27. *num.* 34.

Quòd caducitas incursa, vel commissa à defuncto non possit declarari contra ejus hæredes, vel successores, etiam si pœna incurratur vigore pacti, Rot. in Romana prætensæ devolutionis 18. Februarii 1636. coram Dunoacto, & in Mantuana Feudi 2. Junii 1641. coram Royas, *quæ est decis.* 26. *part.* 9. *recent. nu.* 17. *&c.* & latiùs de omnibus prædictis, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 361. *n.* 4. *& seqq. per tot.*

Quòd post quinqueonium non possit agi ad caducitatem, quia jus petendi rem, quæ incidit in commissum quinquennio præscribitur, *l.* 2. *C. de Vectig. & commis.* Rom. *sing.* 479. Rot. *part.* 11. *diversf. decis.* 361. *num.* 97. *&* 98. Cald. *de Emphyt. extinct. lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 11.

Quòd jus declarandæ caducitatis personale sit, & ad hæredes non transeat, si dominus in vita non fuit conquestus; tamen possit expressè cedi, & vendi cum ipso censu emphyteotico, vel directo dominio, Monter. *decis.* 35. Giurb. *decis.* 84. Cyriac. *contr.* 518. *lib.* 3. Olea *de cess. jur. tit.* 4. *quæst.* 7. *num.* 24. *etc.*

Dominus directus consenticos alienationi rei emphyteuticæ, non potest amplius contra primum investitum alienantem agere pro canone, vel ad devolutionem propter ejus lineā finitā, sed debet agere cōtra emptorem, & secundum formam iovestituræ illi concessæ, & ejus linea est solùm attendenda, nisi aliter fuerit expressè conventum, Gratian. *discept. forens. cap.* 719. *num.* 2. *per tot.* vide in §. *Emphyteusis num.* *&* §. *Investitura num.* 12

Quòd ratione recognitionis directi dominii non cogatur recipere canonem ab alio, quàm ab emphyteuta, nisi tertius solvere volens prætendat interesse, puta ne res cadat in commissum, & postea non possit sibi satisfieri, Magon. *decis. Luc.* 9. *num.* 14. *& seqq.* Vide infra in novissimis additionibus Crescin. *n.* 53.

Quòd dominus possit canonem in solidum exigere, quomodo istud intelligatur, quid contra hæredes, & alia, vide per Marcian. *disp. forens. cap.* 79. *per tot.*

Dominus directus requisitus tenetur præstare consensum alienationi, si is, in quem fit alienatio sit habilis, & non inimicus, aliàs si recuset sine causa habetur pro consentiente, & fieri potest alienatio cum clausula, *salvo domini consensu* Clar. §. *Emphyteusis quæst.* 15. cum aliis, quos refert, & sequitur Surd. *dec.* 220. *n.* 54. *& seq.* & est repetita dict. decisio penes eumdem Surd. *dec.* 344. *lib.* 2. vide in §. *Emphyt. nu.* Vide Palm. oep. *alleg.* 101. *n.* 36. *&* 37. *tom.* 2., Et infra in novissimis Additionibus Crescin. 46. 13

Quòd dominus directus sit requirendus in venditione rei emphyteuticæ, & præferendus juxta terminos *l. fin. C. de jur emphyt.* Franch. *dec.* 482. ubi etiam quid si post petitam prælationem recipiat canones, vide in §. *Emphyteusis num.* 45. Paul. Christin. *decis.* 122. *vol.* 3. latè Add. ad De Franch. *loc. citat.*

Et qualiter agnato proximiori competat jus prælationis adversus extraneum emptorem in venditione feudi pro eodem pretio, plenè Sanfelic. *decis.* 100. *per tot.*

Dominus directus tenetur ad instantiam cujuslibet prætendeotis ioteresse (quod probari potest per juramentum) exhibere primum registrum, & antiquum feudi, & an excusari possit negando illius existentiam, Gratian. *discept. forens. cap.* 736. *nu.* 10. *& seqq. & num.* 51. *ad* 89. ubi de feudalitate necessariò, & concludentèr probanda cum identitate, Bich. *dec.* 402. *num.* 1. ubi quòd finita Emphyteusi datur manutentio domino directo ratione civilis possessionis pro recuperatione naturalis adversus successores ultimi Emphyteutæ, intelligendo tamen quando devolutio est clara, secus si dubia, vide in §. *Manutentio nu.* 10. *in fine*, Rota *part.* 16. *recent. decis.* 155. *n.* 5. *& seqq.* ubi quòd dominus directus ob lineam finitam potest recuperare possessionem naturalem, quando devolutio est omninò clara, & indubitata, aliàs autem secus non obstante pacto de ingrediendo propria auctoritate, 14

tate, quod non procedit si devolutio sit turbida, & probabilem controversiam admittat, *& dec. 150. d. part. 16.* obi qood nec mandatum de associando competis qnotiescunqne devolutio remanet turbida, quia sunc debet prius per sententiam declarari.

Quòd agens ad devolutionem teneatur plenè probare investituram esse finitam, Cavaler. *decis.* 558. Merlin. *decis.* 306. vide *supra num.* 9. Rot. *par.* 12. *recent. in Append. decis.* 419. *& part.* 13. *decis.* 227. *&* 363.

Qualiter agendo ad devolutionem feudi, vel emphyteusis teneator probare dominium, vide in §. *Dominium nu.* 9. §. *Emphyteusis num.* 27. quid debeat probare vide Riec. *part.* 4. *collect.* 1295. *&* Marescott. *lib.* 2. *var. cap.* 85. Et quod dominus directus agens rei vindicatione ad devolutionem rei in emphyteusim concessæ teneatur plenè, & concludenter probare dominium Emerix jun. *decis.* 189. *n.* 1. *& decis.* 281. *per tot.* Declara tamen quando Dominus agit ad devolutionē in pænam alienationis ipso irrequisito factæ, vel non soluti canonis, secus, quando agit ob lineam finitam *dict. decis.* 189. *n.* 2.

Potest tamen uti remedio *l. si quis cōductionis C. locat.* quo mediāte est ei in primis & ante omnia possessio dimittenda, & postea de proprietate agi cōcurrentibus requisitis, de qnibus Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 89. & alibi ut dixi in §. *Conductor nu.* 13. Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 165. *n.* 7.

Quòd emphyteuta, censuarius, conductor, affictuariis, & similes teneantur domino petenti ostendere bona emphyteutica, vel conductitia, alìàs omnia ab illis possessa, præsumantur talia, quando sumus in antiquis, in quibus etiam judex ex fama, & memoriis antiquis dirimit lites, latè videndus Magon. *decis. Flor.* 2. *n.* 8. *& seqq.* Seraph. *decis.* 1117. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 554. *per tot.* ubi plures casus distinguit *inf. nu. seqq.* Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 22 *tit.* 20.

Quòd existente controversia inter dominum, & hæredes vassalli defuncti super aliquibus bonis, an sint feudalia, vel allodialia, vel an feudum sit novum, vel antiquum, ipsi hæredes sint manutenendi in possessione, donec discutiatur de juribus partium in petitorio judicio, quia possessio paterna censetur continuari in filios hæredes, & quia bona potius allodialia, quàm feudalia præsumuntur per text. *in c.* 2. *in princ. & §. inter filiam, & § defunctis. Si de feud. defunct. content. si inter dom. & agnat.* quod pluribus exornat Altograd. *cons.* 2. *n.* 1. *& seqq. lib.* 2. ubi quòd si fuerint spoliati, debet illis possessio restitui, & consulvit pro Serenissimo Duce Mutinæ contra R. Cameram Apostolicam super prætensionibus Vallium Comacli, ostendendo bona in jus dicti Serenissimi, & possessionem vitiosam dictæ R. Cameræ Apostolicæ, illamque teneri ad restitutionem, & latiùs de eadem materia dictarum Vallium Comacli, an sint allodiales, vel feudales, & an sint publici juris, vel privati, idem Altogr. *cons.* 4. *per tot. lib.* 2.

Quicquid tamen scribat Altogr. *loc. cit.* adhuc dicta R. C. Apostolica pacificè possidet dictas Valles Comacli.

Et plura qnod dominos teneatur probare feudum, cum allodialitas præsumatur, idem Altograd. *cons.* 3. *n.* 30. *& seqq. lib.* 2. ubi etiam adducit plures conjecturas, ex quibus allodialitas, vide in §. *Feudum num.* 19.

Si tamen agatur de feudis regalibus, sive jurisdictionalibus, cum Princeps Supremus habeat fundatam jurisdictionem, sive intentionem in omnibus castris, & Civitatibus, & jurisdictionalibus ipsorum existensium in statu suo tenentur possessores Regalium, & jurisdictionalium docere de titulo, alias possunt illis privari, & spoliari ad tradita per Martham *vot. Pis.* 31. *per tot.* ubi etiam quomodo ista negotia practicari possint, idem Martha *vot.* 166. *&* 185. obi latè an vassallus possit agere spolio contra suum Principem, & an teneatur docere de titulo.

15 Dominus census, vel emphyteusis, qni per multos annos nomine census, vel canonis exegit aliquid, potest in futurum eodem modo exigere, & ad solvendum compellere, allegando titulum ipsius exactionis, & ad dicti tituli probationem inducendo præstationes præteritas, cum ex temporis cursu præsumatur titulus ad favorem domini, Guid. Pap. *qu.* 407. *et* 408. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 111. *per tot.* vide in §. *Quasi possessio n.* 1. §. *Titulus n.* 2. Paul. Christin. *decis. Belg.* 95. *vol.* 2.

Nisi tamen constet de injusto principio, ut dixi in §. *Census n.* 58.

Quòd sit manutenendus in quasi possessione exigendi, non obstante exceptinoe turbidæ extinctionis census, Cavaler. *decis.* 71. *n.* 4. *&* 5. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 87. Sanfel. *in Praxi sect.* 28. *nu.* 15. *&* 16. Cassador. *dec.* 10. *n.* 7.

Qualiter possit petere associationem super fundo censito vigore constituti, vel pacti, Merlin. *decis.* 305. *&* 322. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 72. ubi qualiter contra fidejussorem census.

16 Dominus census, cui ex Bulla Pii V, competit retractus rei censuatæ venditæ, illo non utitur contra proximiores consanguineos, vel vicinos laterantes, quibus vigore statuti simile jus retrahendi competit, alias enim facile esset eludere statutariam dispositionem, Cens. *de cens. quæst.* 65. *n.* 9. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 742. *num.* 60. *cap.* 876. *per tot. & cap.* 903. *n.* 1. *& seqq.* vide in §. *Jus congrui n.* 6. latè Merlin. *dec.* 386. & in meia resol. *c.* 36. *n.* 3. *&c.* ubi quòd nec retractu utitur contra dominum directum, & alia de hac materia, Ludovis. *decis.* 425. *n.* 1.

Quòd etiam possit excludi à dicto retractu per redemptionem census, & illius extinctionem ante venditionem, cùm tunc res libera remaneat, Cenc. *d. q.* 25. *n.* 16. *&c.*

17 Dominus census omnibus præfertur in emptione fundi censiti, si census fuerit validus, & legitimè constitutus, & velit pro se retinere, non autem pro amico retrahere, & debet uti retractu cum sua causa, idest emendo cum omnibus conditionibus, & pactis, quibus alii reperiuntur emptores Cenc. *de cens. quæst.* 65. *n.* 1. *et seqq.* Merlin. *decis.* 210. *per tot. et dec.* 386. obi latè de hac materia, & Ciarlio. *contr.* 121. *per tot.* Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 193. ubi quòd procedit non solum in venditione voluntaria, sed etiam in necessaria, quæ fit per subhastationem, quicquid contrarium sit in adictione, & datione in solutum facta per judicem ipsi creditori. Vide Rot. *in decis. recoll.* per Palm. nep. *decis.* 35. *nu.* 36. *et* 3. *sum.* 1.

Limita ut supra *n.* 16.

Debet itaque domino census denuntiari venditio, & postea expectari per mensem, ut deliberet an velit emere, vel non, qui mensis est dierum continuorum, & non utilium, cum semper in dubio quilibet terminus censeatus continuus, Cenc. *de cens. q.* 64. *num.* 32. *etc.* vide in §. *Denunciatio num.* Seraphin. *decis.* 2474. *n.* 1. *et* 2. *et per tot.*

18 Dominus census, vel vicinus, sive consanguineus volens uti retractu, non potest, nisi retrahat omnia simul unico pretio vendita, quando sunt pars, & membra invicem, vel accessoria, vel ratione officii conjuncta, nisi emptor aliter consentiant, secus autem si hujusmodi res simul venditæ essent omninò separatæ, nam tunc posset pro parte tantùm censita, vel vicina retrahere, Cens. *de cens. quæst.* 66. *n.* 101. *et per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 145. *nu.* 65. *et c.* 947. *per tot.* Merlin. *decis.* 195. Magon. *decis. Flor.* 29. *per tot.* vide in meis resol. *c.* 36. *n.* 24. *et seqq.* ut latiùs declaravi.

Et quando non admittatur retractus unius rei sine alia, etiam si pretia fuerint distincta, & res separatæ, Caval. *dec.* 428. *per tot.* vide in §. *Venditio n.* 61. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 21. *art.* 4. *nu.* 9. *etc.* Sanfelic. *dec.* 171.

19 Dominus census anterioris excludit omnes alios, qoi super eodem fundo habent census posteriores etiam majoris quantitatis, cùm sit attendendus ordo temporis, ut qui prior est tempore, sit potior in jure retrahendi, Cenc. *de cens. q.* 65. *nu.* 4. *&* 5. Grat. *discept. for. c.* 978. *n.* 19. Duard. *de cens.* §. 4. *q.* 13. *n.* 1. *& seqq.* dixi in resol. *c.* 36. *nu.* 12. *&* 13. ubi quòd debet intelligi quando agitur de pluribus censibus super eodem fundo in individuo, secus si quilibet census sit super portione particulari etiam ejusdem

dem prædii, quia tunc quilibet dominus habet prælationem tantùm in propria re censuali, & censui suo supposita non autem in aliis, ut latiùs ibidem dixi *n.* 10. *&c.* Rot. *par.* 17. *recent. dec.* 121. *& p.* 18. *dec.* 286 *&* 758. dixi in *§. Jus congrui n.* 6. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 2. *quæst.* 23. *n.* 618. *tom.* 4.

An autem dominus census posterioris præferatur domino census anterioris, qui fundum emit cum onere extinguendi censum posteriorem, ex eo quia jus prioris fuerit extinctum per acquisitionem fundi censuati, vide Mastril. *decis.* 37. *per tot.* Ant. Nigr. *de subhast. p.* 2. *cap.* 6. §. 1. *n.* 11. *fol* 155.

20 Dominus census non potest rem censitam eo non denunciato venditam retrahere à secundo, vel ulteriore emptore, sed tantùm à primo, remanet tamen semper sibi salvum jus agendi ad interesse contra impositorem census, qui omissa dicta denunciatione vendidit, vel in solutum dedit, Cene. *de cens. qu.* 66. *n.* 13. ubi se remittit ad Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 44. *ad* 97.

Contrarium tamen tenent alii multi quòd scilicet dominus possit retrahere à quocunque secundo, vel ulteriore emptore, ut per Cene. *loc. cit.* vide in *§. Jus congrui n.* Altimar. *ubi suprà n.* 621.

21 Dominus census, cui fuit intimata venditio, si emere deliberet, potest in computum pretii tradere censum super eo impositum; si autem non facta dicta intimatione retrahat à tertio, non potest illi computare pretium census in pretium fundi, sed debet solvere, salvo sibi jure repetendi pretium census ab impositore illius, tanquam censu ex ejus culpa resoluto, Cene. *de cens. q.* 66. *nu.* 14. *& seqq.* vide Altimar. *loc. cit. dict. n.* 621.

Et an dominus, vel creditor census possit agere contra debitorem, qui censum imposuit, si postea desinat fundum possidere, eo quia fuerit peremptus, vel in alium translatus, sive evictus, & ad quid, an ad fructus, sive ad repetitionem sortis, Mart. Medic. *Exam.* 18. *per tot. cum duobus decis. seqq.* Merlin. *dec.* 696.

22 Dominus census habet jus retrahendi etiam adversus eum, cui res censita fuit in solutum data sive in emphyteusim vel locationem perpetuam concessa, cum hujusmodi contractus alienationes dicantur, maximè stante pacto affrancandi, quòd facit transire locationem in venditionem, Cenc. *de cens. q.* 66. *nu.* 23. 30. *&c.* Sabel. *var. resol. cap.* 36. *n.* 4.

23 Dominus census volens retrahere fundum censitum, tenetur reficere omnia melioramenta, sive necessaria, sive utilia in eo facta ante motam litem retractus, ad facta verò post litem motam non tenetur, nisi fuerint necessaria, pro quibus emptori datur retentio, Cene. *d. quæst.* 66. *nu.* 81. *&c. ad* 100. Boer. *dec.* 44. *n.* 8. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 7. *glos.* 2. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 205. *num.* 11. *& c.* 957. *nu.* 30. *& seqq. ad* 42. ubi vide, *& in §. Melioramenta nu...* & in resol. *c.* 36. *n.* 9.

24 Dominus census recipiens sortem principalem, non videtur remittere fructus maturos, & decursos, quos poterit petere quandocunque, quamvis de illis non fuerit protestatus, cùm ad eos sibi competat actio ex stipulatione, secus autem ubi essemus in fructibus accessoriè tantùm, & officio judicis debitis Cene. *de cens. quæst.* 119. *n.* 17. Magon. *dec. Flor.* 42. *nu.* 12. *etc.* Gratian. *discept. for. cap.* 130. *n.* 33. *et cap.* 400. *n.* 19. *etc.* vide in §. *Interesse num.* *et §. Solutio num.* De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

25 Dominus census recipiendo terminos decursos ab emptore fundi censuati, etiam absque ulla protestatione, non videtur renunciare juri retractus, nec sibi præjudicat, nisi eos recepisset tanquam sibi immediatè debitos ex ipsa venditione, puta quia emptor ad computum pretii susceperit in se onus solvendi aliquam summam pro fructibus, Cene. *de Cens. qu.* 66. *nu.* 36. *et seqq. ad* 74. facit Magon. *decis. Flor.* 94. *n.* 6.

26 Dominus census potest invitus compelli ad revendendam partem illius, & sic ad extinguendum censum pro parte, dummodò debitor redimat saltem pro medietate, Cenc. *de cens. q.* 110. *n.* 26. *etc.* ubi reprobat Gratian. & alios contrarium tenentes, quorum rationibus respondet.

Quòd possit cogi extinguere censum pro parte considerabili, Rot. *in Noviss. p.* 6. *dec.* 148. *num.* 5. Bocacc. *ad Bull. Pii V. de cens. p. cr. nu.* 13. *et* 14.

Contrarium latè firmat Gratian. *discept. forens. c.* 323. *num.* 4. *et c.* 717. *n.* 20. *et seqq.* ubi etiam ipse reprobat Cenc. *loc. cit.* & testatur de veriori, ac à Rot. approbata opinione; hanc partem videtur sequi Maur. *de solut. c.* 30. vide in *§. Creditor n.* vide De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Quando autem Dominus census possit invitus compelli ad accipiendum fundum censuatum, vel alia bona debitoris pro extinctione census, vide Cenc. *de cens. q.* 107. *n.* 29. *et quæst. nu.* 13. *etc.* Thomat. *dec.* 126. vide in §. *Debitor n.* 44.

27 Dominus census, si census sit nullus, potest loco illius percipere damna, & interesse, ut dixi in §. *Census num....*

Quòd licèt Dominus census non possit invito debitore repetere sortem, etiam sub prætextu non implementi, vel pacti non servati in dando fidejussorem, tamen indirectè possit idem consequi, agendo scilicèt ad implementum, & loco illius ad damna, & interesse, ac loco interesse petendo sortem non uti pretium census, sed uti interesse, Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 88. vide in §. *Contractus n.* 5. *et* §. *Exceptio n.* 50.

28 Dominus directus non potest in præjudicium usufructuarii mutare formam rei sine illius consensu, quamvis hujusmodi mutatio esset utilis, nam dominus prædii servientis, non potest illud deterius reddere, vel mutare in præjudicium habentis in eo servitutem, Gratian. *discept. for. c.* 654. *n.* 2. *et seqq.*

Quòd teneatur de evictione, vide in §. *Evictio num...*

29 Dominus in emptione fructuum coloni partiarii offerens justum pretium, omnibus aliis præfertur, Marant. *disp.* 8. *n.* 32. Paul. Christin. *dec.* 67. *n.* 3. *vol.* 5. licèt alius extraneus majus pretium offeret, Pet. Cabal. *cons. dec.* 3. *lib. pr.* vide in *§. Colonus n...* Pacion. *de loc. c.* 33. *n.* 68. *et seqq.* ubi quòd non habet talem prælationem, & quatenus ei concederetur ex æquitate, vel consuetudine, debet intelligi non pro justo pretio, sed pro eo, quòd ab aliis reperitur.

Quòd tale jus, sive privilegium cedi non possit, Calvin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 98. *per tot.*

Intellige dummodo solvat quantum ab aliis reperitur, etiamsi justum pretium excedat, dummodo medietatem non transcendat, & probetur fuisse verè in ejus fundo recollectos, secundùm Gratian. *decis.* 77. *per tot.* Scopp. & De Luc. *cit. dec.*

Et dictum privilegium non competit cessionario, Gratian. *discept. for. c.* 117. *n.* 18. *& c.* 149. *per tot.*

Quando non possit expellere colonum stante præscriptione coloniæ perpetuæ, vide in *§. Colonus n...*

Quòd etiam dominus directus sit præferendus in affictu, Marrha *vot. Pis.* 240. *n.* 1. *&c.*

30 Dominus fundi locati est præferendus in fructibus ex fundo perceptis creditoribus habentibus etiam anteriorem hypothecam, Gratian *discept. forens. c.* 25. *per tot. & cap.* 953. *per tot.* vide in *§. Hypotheca n.* 29. *&* §. *Locator nu.* 13. Gaspar. Ant. Thesſ. *qu.* 29. *per tot. lib.* 2. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *c.* 76. *n.* 29. *& c.* 108. *num.* 1. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 31. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 64. *n.* 6. *& seqq. in meis resol. c.* 66. *nu.* 22. *&c.* & in Pract. *§. Padroni nu.* 7. *&* 8. ubi quando, & quibus creditoribus dominus fundi non præferatur, Ricc. *Collect.* 1066. Rot. *part.* 11. *recent dec.* 351. *n.* 18. 19. *& per tot.* ubi etiam quòd ratione suæ hypothecæ privilegiatæ per text. *in l. prædiis ff. quibus cau. pign. vel hypoth. tac. contrah.* potest pretium ex fructibus redactum, & aliis solutum revocare, & tanto magis, si sibi reservaverit dominium donec fuerit de affictu satisfactus, vide in *§. Reservatio n. pr.* Gall. *de fruct. disp.* 28. *art.* 2. *n.* 102.

Quòd dominus directus præferatur creditoribus anterioribus in re emphyteutica pro canonibus decursis, & non solutis, Gratian. *discept.* 36. *n.* 31. *&c.* Merlin. *dec.* 810. *n.* 4. Vide Palm. nep. *decis.* 300. *sub nu.* 23. *tom.* 3.

An autem præferatur super melioramentis, Ricc. *Collect.* 1701. 2318. *et.* 2665. ubi etiam de aliis præferentiis.

Quòd

Quòd præferatur etiam vicinis, & agnatis in jure congrui, Petegr. decis. 69. vide in §. Jus congrui num. 11.

31 Dominus an, & quando teneatur pro delictis famulorum vel officialium, sive ministrorum suorum, Gratian. dec. 36. nu. 15. etc. cum Addit. Bonifac. de furt. §. 2. n. 39. Clar. §. fin. q. 86. Card. Tusch. litt. D, concl. 615. per tot. Farinac. quæst. 24. per tot. Ricc. Collect. 1550. Guazz. def. 33. c. 22. vide in §. Officialis n. 8. Paul. Christin. dec. Belg. 188. 189. & 190. vol. 2. ubi plura quando teneatur pro delictis servorum, & an liberetur illos dando pro noxa, vide in §. Famuli n. 9. in fine. vide Altimar. de nullit. rubr. pr. par 2. q. 22. n 82. tom. 4. Hermosil. in gloss. 7. leg. 3. nu. 12. tit 2. p. 5.

32 Dominus tenetur pro facto institoris circa illud, ad quod tacitè, vel expressè præposuit, dummodo officium suum non excesserit, Gratian. dec. 36. nu. 17. & dec. 178. per tot. & discept. for. cap. 677. nu. 25. & per tot. cap. 750. num. 5. et cap. 851. n. 17. Genu. de script. privat. lib. 4. tit. de lib. rat. instutot. per tot. fol. 216. et seqq. ad 222. ubi plura notabilia in materia institorum, vide in §. Incendium n... §. Mercator n.... §. Confessio nu. 29. et §. Socius num. 25. Paul. Christin. dec. Belg. 33. per tot. vol. 3. ubi plura de institoria, & exercitoria actione, Arismin. Tepat. var. sent. tit. 250. per tot. Altimar. dict. rubr. 5. p. 2. q. 25. n. 340. Caprar. decis. 215. n. 12. part. 1.

Non tamen obligatur dominus ab institore ex causa fidejussoris, nisi fuerit sciens, & patiens, vel ratificaverit, Rot. p. 2. divers. decis. 132. n. 9. etc. per tot. Altimar. loc. cit. n. 342.

Quando dominus teneatur ex contractu servi per actionem de peculio, vel de in rem verso, & hujusmodi, Christin. dec. 34. vol. 3.

33 Dominus fundi potest prohibere, ne quis causa venandi illum ingrediatur, & si ingressus fuerit contra prohibitionem, potest eum convenire actione injuriarum, licèt præda capientis efficiatur Gratian. discept. for. cap. 139. per tot. Surd. dec. 236. n. 5. et seqq. Paul. Christin. dec. 84. n. 24. et seqq. vol. 5. Ricc. Collect. 396.

Quod dominus possit ab initio prohibere venatori ingressum fundi, postquam verò fuerit ingressus non possit illum expellere, & omni casu præda efficiatur venatoris, cùm per prohibitionem dominus non acquirat dominium animalium, nec efficiantur pars fundi, Antunez Portugal. de donat. Reg. p. 3. cap. 9. Tondut. quæst. civil. c. 105. Romaguer. in Addit. ad Conciol. Stat. Eugub. lib. 6. rub. 29.

Quòd dominus possit prohibere, ne quis suum fundum ingrediatur nedum auctoritate propria, & privata, sed etiam auctoritate Judicis, & Magistratus per proclama sub certa pœna, pro servanda libertate fundi, etiam secluso damno. Andreol. controv. 244. per tot. Tondut. quæst. civil. 105. part. 2.

Item potest prohibere pactionem, vel ne quis animalia pascat in suo, l. qui aquam, & l. qui altius C. de servit. & aq. Covar. pract. quæst. cap. 37. nu. 2. Rot. part. 9. rec. dec. 300. n. 4. et per tot.

Quod quilibet dominus possit in suo venationem impedire, tacitè per appositionem sepis, & expressè, etiam cùm resistentia, & levi percussione pro defensione jurium suorum repellendo volentem ingredi, ita ut contra eum cesset omnis pœna, & excommunicatio, quamvis sic repulsus, & leviter percussus esset clericus, cùm id quod fit ad defensam, & lege permittente, pœnam non mereatur, Grat. discept. 559. nu. 1. & seqq. vide Christin. d. dec. 84. per tot. ubi plura de venatione quid sit, quotuplex, quando permissa, vel prohibita, qualiter possit prohiberi à domino in suo fundo, vel à Principe, & alia dixi in §. Princeps n. 41. §. Clericus n. 7. latè Cæpol. de servit. rustic. præd. c. 1. per tot. Novar. Prag. Reg. Collect. 27. vide Molin. de Justit. tract. 2. disp. 43. & seqq.

34 Dominus lacus, in quo alteri sit debita servitus piscandi, non potest aliquid facere in præjudicium dictæ servitutis, an autem possit impedire piscationem cum retibus tanquam nimis perniciosam, idem Gratian. discept. 755. per tot.

Dominus partis superioris domus habentis plura solaria; & alios dominos, tenetur propriis expensis resarcire tecta, licèt fractis tectis, ad alios quoque aqua, & damnum perveniret, Cæpol. de servit. urb. præd. cap. 29. & de servitut stillicid. non avert. & in cap. de servit. oner. feren. l. cum qui columnam. ff. de servit. urb. præd. Magon. decis. Flor. 136. n. 1. & facit Michalor. de fratr. part. 3. cap. 36. n. 47. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 69. nu. 3. & seqq. Cabal. consil. 8. lib. 2. ubi plura ad rem Rot. part. 18. rec. dec. 220. n. 12. & seqq. ubi quod tenetur etiam resarcire solarium, quia respectu domini partis superioris solarium est loco soli, cujus cura est domini ædificii, dixi in §. Expensæ n. 10. 35

Dominus qui olim fuit, præsumitur etiam hodie dominus, quamvis dominium præteriti temporis probaretur sola fama, & quamvis essemus in filio ipsius domini, nisi aliter appareat, Menoch lib. 6. præsumpt. 62. per tot. Barbos. de Axiom. jur. Axiom. 182. n. 4. Duran. dec. 337. n. 4. & 44. &c. ubi quod est præsumptio multum fallibilis, & vide Mascard. de probat. concl. 550. per tot. vide §. Dominium. n. 8. in novis addit. ubi etiam Crescin. in novissimis Additionibus. 36

Domini plures in solidum ejusdem rei, vel juris, eodem tempore, ac eisdem respectibus dari, & esse non possunt, secus autem diversis respectibus, Soec. reg. 135. per tot. ubi dat octo limitationes, alias reg. 99. Pac. Jord. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 11. n. 294. fol. 185. vide §. Dominium n. 14. in novis Addit., ubi etiam Crescin. in novissimis Additionibus Palm. nep. alleg. 397. n. 22. tom. 4. ubi hoc benè declarat. 37

Qui tamen est dominus Castri, vel alterius rei pro parte, potest se inscribere dominum simpliciter, quia quod mihi commune est cum alio, meum dici potest, Paul. Christin. dec. Belg. 148. vol. 1. ubi quòd ita fuit decisum, licèt alleget alios contrarium tenentes.

Quòd dominus prædii præsumatur dominus omnium, quæ intra illius fines continentur, Mascard. de prob. concl. 552.

An autem dominus præsumatur scire quantitatem patrimonii sui quando de illo disponit, idem Mascard. de probat. concl. 553.

Dominus directus feudi licèt concesserit Regalia, amplam jurisdictionem cum mero, & mixto imperio suis Vasallis, & Feudatariis, tamen censetur sibi supremam jurisdictionem, auctoritatem, altum dominium, & maximum imperium reservasse, cujus vigore multa sunt ei permissa, nempè legitimare, immunitates concedere, citare, onera ex causa imponere, & alia hujusmodi supremam auctoritatem respicientia exercere in subditos vasallorum, & in ipsos vasallos, ad latè tradita per Natt. cons. 487. & 580. ac alibi, Surd. cons. 152. per tot. Tusch. litt. F, concl. 210. per tot. & litt. I, concl. 556. num. 1. &c. vide in §. Jurisdictio num. 4. & §. Confiscatio num. 1. Paul. Christin. decis 224. num. 11. &c. vol. 5. et dec. 7. per tot. vol. 6. Merlin. decis. 125. num. 15. et seqq. latè Bagnasach. post cons. Feudal. Cacheran. cons. unic. ubi num. 58. et seqq. quòd nec Vassallus, sive inferior potest acquirere exemptionem à dicta suprema potestate, quam nec Princeps, sive Dominus supremus, à se unquam abdicasse præsumitur, nec potest privativè, sed tantùm communicativè, & alia Sanfelic. decis. 55. ubi quòd ideò potest facere gratiam de delictis, etiam in præjudicium Baronum, quòd probant etiam Thes. decis. 250. Osasch. dec. 138. Novar. Prag. Reg. Collect. 32. latè Cabed. decis. 40. part. 2. & plenè etiam multis citatis Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 8. & 9. per tot. ubi etiam an contra dictam supremam Principis potestatem, & jurisdictionem procedat aliqua præscriptio, de quo idem Portugal. d. tract. lib. 3. c. 45. per tot. vide in §. Jurisdictio n. 4. cum Addit. 38

Qualiter possit Dominus ratione sui interesse agere, vel appellare pro suis subditis, Paul. Christin. dec. 102. vol. 6.

Item qualiter Dominus directus feudi, ratione dictæ superioritatis possit petere sibi remitti delinquentes subditos Vassalli, qui delinquerunt in territorio Domini directi, ut ibid. in loco delicti puniantur,

& teneatur Vaſſallus illos remittere, & alia notabilia de hac materia Jo.Bapt.Spada *conſ. pr. n....* facit Sanfelic. *dec. 345. per tot. cum Addit.* ubi plura, an Baroni competat remiſſio, & cognitio cautarum, & delictosam officialium delinquentium in officio.

39 Dominus directus nimis affligens vaſallos ſuos qualiter poſſit licitè à ſuperiori privari mero, & mixto imperio, Bald. *in l. ſi dominus §. dominorum ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur.* Novar. *tract. de gravam. vaſal. tom. 5. prælud. 5.* Sanfel. *in Praxi ſect. 8. et 9.* ubi etiam quando vaſſalli poſſint diſcedere à loco, ut ſe eximant à Juriſdictione Baronis, & alia, de quibus dixi in *§. Vaſallus*.

Quòd non poſſit facere angarias, & perangarias in vaſallos, & abutendo juriſdictione illa privetur, Novar. *ſuper Pragm. Reg. Neap. Collect. 39.*

40 De variis dominis, quæ ſint eis permiſſa, vel non, & ad quæ teneantur pro facto ſuorum, & hujuſmodi, Thoro *Compend. dec. Neap. p. 1. verb. Dominus*. Plura Caſtejon. *Alphab. Juridic. verb.* dominium, & dominus *à n. 14.* De Luc. *in Indice generul. verb. Dominus* Altimar. *in tract. de nullit. et alibi* Mantiſſ. ad eumdem De Luc. Epiſc. Rocc. Manſ. Palm. Emerix Caprar. & alii moderni.

41 De domino partis ſuperioris domus minantis ruinā in parte inferiori, an poſſit illam trabis fulcire, & compellere dominum partis inferioris ad reficiendum expenſas, & ipſam domum inferiorem, ut pars ſuperior ſuſtineatur, latè idem Thoro *part. 2. verb. Dominus*.

De quæſtionibus occurrentibus inter dominos partis inferioris, & partis ſuperioris domus diviſæ per plura ſolaria, vel appartamenta, Borgnin. *dec. 19. p. 2.* Cabal. *conſ. 8. lib. 2.* Rot. *p. 4. diverſ. dec. 853.* Andreol. *controv. 217. per tot.*

42 An dominus teneatur ex facto famuli vulnerantis, vel occidentis ejus inimicum, quaſi præſumatur de mandato, & ordine domini feciſſe, latè idem Thoro *part. 3. verb. Dominus*, vide in *§. Mandatum*.

43 Domini Juriſdictionem habent ſuper familiam, ſicut magiſter ſuper diſcipulos, pater in filium, maritus in uxorem Fagnan. *in cap. cum contingat n. 20. et ſeq. de for. comp.*

44 Domini temporales, & magiſtratus quicumque impedientes libertatem matrimonii incidunt in excommunicationem *cap. 9. ſeſſ. 24. de Refor. Sacr. Concil. Trid.*, non autem privatæ perſonæ Fagnan. *in cap. nuper n. 27. de ſent. excom.*

45 Dominus non indiget aliorum aſſenſu, quando diſponit de re propria Anfald. *deciſ. 80. n. 35.*

46 Dominus directus, ubi agitur de Emphyteuſi hæreditaria, non valet denegare conſenſum pro impoſitione cenſus, & denegatus habetur pro præſtito Caprar. *deciſ. 175. n. 18. part. 1.* Quod tamen intellige, ut *n. 19. et 20.*, Et Dominus directus habens juſtam cauſam denegandi conſenſum, cogi non poteſt ad illum præſtandum, nec habetur pro præſtito *dict. deciſ. 75. num. 21.*

47 Dominus Civitatis dicitur illius Civis Emerix jun. *deciſ. 1239. ſub n. 18.*

48 Dominus directus poſt declaratam caducitatem facit fructus ſuos, nec illos tenetur reſtituere Emphyteutę admiſſo ad purgationem moræ, idem *deciſ. 1235. n. 7.*

49 Dominus proprietarius non poteſt agere durante vita uſufructuarii, ſeu reſervatarii fructuum, Idem *deciſ. 899. n. 51.*

50 Dominus loci non conſideratur ut Civis, & eorum primus in paſcuis, quoties diſponit, & donat Caprar. *deciſ. 339. n. 10. part. 1.*

51 Dominus liber, & abſolutus dici non poteſt, qui eſt obligatus fideicomiſſo reſtitutorio Palm. nep. *deciſ. 228. n. 6. vol. 3.*

52 Dominus directus conſolidato utili dominio cum directo poteſt expellere conductorem Palm. nep. *deciſ. 65. n. 7. tom. 1.*

53 Dominus directus non tenetur recipere canonem a tertio, ſed ſolum ab ipſo Emphyteuta Palm. nep. *deciſ. 65. n. 33. tom. 1.*

54 Dominus directus Emphyteuſis tenetur ad decimas, & gabellas de Jure communi Palm. nep. *deciſ. 485. n. 22. tom. 5.*

55 Dominus directus poteſt capere poſſeſſionem bonorum feudalium propria auctoritate, quando devolutio eſt clara Palm. nep. *deciſ. 140. n. 18. tom. 2.*, Secus quando devolutio eſt dubia, etiamſi eſſet pactum, Idem *deciſ. 185. n. 2. deciſ. 188. à n. 18. tom. 2.*

Dominus directus poſt bonorum devolutionem poteſt ea concedere cui vult, Idem *deciſ. 140. n. 32. to. 2.* 56

Dominus in re propria præfertur quibuſcumque creditoribus poſſeſſoris, Idem *deciſ. 165. n. 21. tom. 2.* 57

Dominus directus, etiamſi ſit Eccleſia tenetur renovare emphyteuſim proximioribus, quando non vult pro ſe retinere Idem *deciſ. 183. n. 1. tom. 2.* 58

Dominus directus ſolus poteſt opponere de non requiſito ſuo conſenſu in alienatione bonorum emphyteuticorum Palm. nep. *alleg. 59. n. 7. tom. 1.* 59

Dominus directus alterare non poteſt tenorem inveſtituræ in præjudicium ſucceſſorum, Idem *alleg. 7. n. 33. tom. 1.* 60

Dominus directus, declarata per eum caducitate, an poſſit facere novam conceſſionem, abſque citatione emphyteutæ Palm. nep. *alleg. 79 n. 10. tom. 1.* 61

Dominus directus durante prima inveſtitura ad tertiam generationem, non poteſt alium inveſtire in præjudicium primi Rot. *rec. part. 19. tom. 1. deciſ. 494. n. 59. tom. 2.* 62

Dominus directus durante prima inveſtitura tenetur conſenſum præſtare inveſtituris, quæ de conſenſu emphyteutæ fiunt, etiam extraneis *ibidem deciſ. 618. num. 14.* 63

Dominus præſumitur ſcire qualitatem rei propriæ *ibidem deciſ. 612. n. 9.* 64

Dominus præſumitur certioratus a Procuratore, maximè in re gravi, *ibid. deciſ. 623. nu. 7.* 65

Domino imputandum eſt, ſi minus diligenti Procuratori jura ſua defendenda comiſit, *ibidem deciſ. 623. n. 8.* 66

Domino rei furtivæ datur actio rei perſecutoria contra poſſeſſorem bonæ fidei, ſi tamen illam adhuc habeat, vel dolo habere deſierit, *ibidem dec. 473. n. 57.* 67

§. DONATIO. XXXI.

Donatio propriè eſt mera quædam liberalitas, quæ nullo jure cogente fit, ſed ex ſola donantis liberalitate procedit, *l. 1. et l. donari ff. de donat.* ſic dicta doni datio, *l. ſenatus, ff. de donat. cauſ. mort.* poſt tamen donationem factam cogitur donator rem tradere donatario, *l. ſi quis argumentum, C. de donat.* latè Tuſch. *litt. D, concl. 621. et ſeqq.* Dian. *reſolut. mor. part. 8. tract. 6. reſolut 1.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 188. et ſeqq volum. 4.* ubi plura de donationibus, Petr. de Onnat. *de contract. tom. 2. tr. 10. per tot.* ubi plenè materiam donationis in communi, & in particulari explicat *à fol. 129. ad 335.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom. 1. tit. 4. leg. 1. gl. pr. et ſeqq. fol. 263. etc.* ubi plenè de donationibus, & qui donare poſſint, vel non, ac in ſpecie de ſervo, Monacho, minore, marito, uxore, patre, filio, & ſimilibus. Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. quæſt. 32. num. 5. tom. 5.* Vide etiam Paſarell. *de Donat. libr. 1. quæſt. 3. n. 11.* Urceol. *de Tranſact. quæſt. 67. n. 11.* 5

Plura de donationis definitione, & etymologia, Auguſt. Barboſ. *in Rub. extr. de donat.* Pichard. & alii *in Rub. Inſtit. de donat.* Caſtil. *contr. tom. 5. c. 89. n. 109.* Ant. Gomez. *l. 2. var. c. 4. num. 1. et ſeqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 1. n. 1. et ſeqq. n. 37. et ſeqq. per tot.* Cane. *var. reſol. p. 1. c. 3. per tot.* Altimar. *cit. quæſt. per tot.* Rube. *de Confuſſ. Jur. cap. 2. n. 141.* Paſarell. *loc. cit. quæſt. 1. n. 6. et 10.*

De donatione facta à proficiſcente ad bellum, vel ab exiſtente in bello quando habeat tacitam conditionem quatenus moriatur in bello, & eo redeunte reſolvatur, vel non, latè Rot. *p. 17. rec. dec. 22. et dec. 239. in eadem cauſa*, ubi revocatur prima.

Si verò aliquid ob cauſam aliquam, vel remunerationem detur, non dicitur propriè donatio, niſi quatenus merita excedat, *l. hoc jure §. 1. pen. et fin. ff. de donat.* & clariùs ex infra dicendis patebit. Altimar. *dict. quæſt. n. 94.* Contrà 188. Vide Antun. *de Donat. lib. 1. prælud. 2. num. 31. et ſeqq. et eod. libr. 1. cap. 3. num. 58.*

An donatio facta ſub conditione dicatur propriè do-

na-

natio Viv. *comm. opin.* 216. ubi distinguit.

Duæ sunt præcipuæ donationis species, nam alia fit causa mortis, & dicitur mortis causa donatio, ut quando ex consideratione mortis instantis, vel futuræ aliquid donatur, quod donans vult magis ipse habere dum vivit, quàm eum cui donat, & magis eum, cui donat quàm hæredem suum, §. 1. & §. *hæ mortis instit. de donat.* & *l. 1. ff. eod.* Tusch. *litt. D concl.* 661. & *seqq.* Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 1. Merlin. *decis.* 664. *num.* 29. & *c.* Vivi. *comm. opin.* 219. ubi quòd debet fieri mentio mortis, aliàs esset inter vivos etiam facta ab infirmo, Caldis Pereyra *consil.* 19. *per tot.* Hermosil. *d. gl.* 1. *fol.* 263. Antunez Portugal. ubi supra *Prælud.* 2. *per tot.* Altimar. *loc. cit.* n. 198.

Quid sit donatio causa mortis, quotuplex, qui possint mortis causa donare, vel non, quomodo revocetur, & alia plura notabilia, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 67. & *seqq.* Paul. Christin. *decis.* 193. *per tot. vol.* 4. *inf.* n. 42. & *seqq.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 499. *per tot.* Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *gl.* 1. & *seqq. leg.* 11. *tit.* 4. *fol.* 383. *etc.* ubi plura de mortis causa donatione, & Portugal. *loc. cit.* & præcipuè §. 3. *per tot. inf. n.* 42. *et seqq.*

Alia dicitur inter vivos, ut quando nulla interveniente mortis suspicione, vel cogitatione, ita donatur ut statim res donata donatarii efficiatur, vel in eventum alicujus conditionis, sive temporis, & sortitur effectum etiam donatore vivente, §. *aliæ autem*, *et* §. *perficiuntur*, ubi latè Oinot. Soac. & alii *instit. de don.* Tusch. *litt. D*, *concl.* 654. *et seqq. infr. num.* 42. *etc.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 495. *per tot.* Hermosil. *loc. cit.* Portugal. *d. Prælud.* 2. *n.* 2. *et seqq.* ubi istam subdividit in simplicem, & ob causam, vel sub modo, & conditionalem, & declarat *per tot.* Altimar. *cit. nu.* 198.

Qualiter possit fieri donatio inter vivos collato ejus effectu, & executione post mortem donantis, ita ut alterari nequeat, aut quoquo modo immutari, sed sit irrevocabilis per text. in *l. perfecta C. de donat. quæ sub mod. et* in *d.* §. *aliæ autem instit. de donat.* cum aliis per Rot. *p.* 13. *rec. decis.* 280. *n.* 1. *inf. n.* 42. *in fine*. De Donatione hujusmodi tractat. De Luc. *de Donat. disc.* 30. plura in casu donationis inter virum &c.

2 Donatio Inter vivos an propriè dicatur contractus, ita ut veniat sub dispositione statuti generaliter de contractu loquentis, plura hinc inde adducit Gratian. *discept. forens. cap* 781. *num.* 33. *et seqq.* ubi tandem affirmativè concludit juxta veriorem opinionem, & facit quod dixi in §. *Statutum num...* Altimar. *ubi suprà à* n. 200. Palm. *alleg.* 120. *nu.* 2. Philipp. *dissert.* 10. *n* 52. Pasarell. *de Donat. quæst.* 2. *n n.* 4. *et* n. 40. Episc. Rocc. *cap.* 105. *a n.* 2. *et cap.* 148. *a n. pr. to.* 2.

Qualiter donatio simplex inter vivos perfecta non possit revocari, nec ei modus conditio, vel onus apponi, nisi donans talem facultatem sibi reservaverit, vel aliam majorem donationem fecerit eidem, vel nisi fuerit inofficiosa, vel nisi revocetur ex causa ingratitudinis, vel ex supervenientia liberorum, vel ob insinuationem non factam in casu necessario, & alia, latè Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. pr. Prælud.* 2. *n.* 5. *et seqq. per tot.* Castill. *libr.* 3. *controv. c.* 10. *n.* 1. *et seqq.* Gabriel. Peryer. *decis.* 120. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 5. *n.* 4. *et seqq.* cùm aliis pluribus ab eis citatis, & infrà per me in discursu materiæ. Altim. *ubi suprà à num.* 473. De Luc. *de Donat. disc.* 56. *nu.* 3. *de Fideicommiss. disc.* 182. n. 3. *et* 5. Saminat. *controvers.* 100. *n.* 56. Urceol. *controvers.* 92. *n.* 4. Pegas *resol.* 4. *n.* 129.

3 Donatio ut sit valida debet in scriptis redigi, quando est talis, ut requirat insinuationem, cùm aliàs non possit insinuari, & apud acta redigi, Gratian. *discept. for. c.* 887. *num.* 8. & *seqq.* ubi etiam docet praxim desumptam ex *c. significavit de test.*

Qualiter possit probari etiam per testes, Mascard. *concl.* 562. Tusch. *litt. D*, *conclus.* 613. *per tot.* Merlin. *decis.* 692. *n.* 48. & *c.* De Luc. *De Donat. disc.* 16. *n.* 2.

Item per epistolam præsentatam vivente scribente, Mascard. *de probat. concl.* 556. *per tot.*

Quando tamen consistit in sola traditione, & non est redacta in scriptis, valet sine insinuatione, Rot. in Romana scutorum 4000. coram Merlino *n.* 84. *sub die* 4. *Julii* 1635. *inter impressas ejusdem decis.* 692.

Quòd olim requireret stipulationem, & traditionem pro sui validitate, hodie autem perficiatur nudo pacto, & sine traditione, Tusch. *litt. D*, *concl.* 624. & 627. Paul. Christin. *dec.* 188. *n.* 4. *etc. vol.* 4.

Donatio nunquam præsumitur quotiescunque capi potest alia conjectura præter donationem, imò fatuitas potiùs, & error etiam in facto proprio; possit tamen etiam donatio præsumi in aliquibus casibus particularibus, ut in casu, *l. Proculn ff. de probat. in casu*, *l. alimenta*, & *l.* 1. *C. de neg. gest.* & in aliis similibus, prout latè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 88. *per tot.* Mascard. *de prob. concl.* 554. ubi dictam regulam 17. modis ampliat, & 34. limitat, vide in §. *Alimenta n...* *Contractus* n. 24. & §. *Dos n...* Tusch. *litt. D. conclus.* 702. & *c.* Azor. *Institut. moral. part.* 3. *lib.* 11. *cap.* 19. ubi ponit novem casus, in quibus præsumitur donatio, Dian. *par.* 8. *tr.* 6. *resol.* 114. *per tot.* Spad. *cons.* 159. *n.* 23. *libr.* 1. & *cons.* 234. n. 3. *libr.* 2. & *cons.* 308. *n.* 9. *libr.* 3. Ansald. *decis.* 56. *n.* 20. 4

Quòd præsumptio qualibet etiam levis sufficiat ad excludendam jactationem, vel donationem, & potiùs error juris, & facti etiam proprii, vel stultitia, vel quid aliud præsumatur, etiam si aliàs actus reddatur invalidus, & inefficax, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 131. *n.* 4. *part.* 12. *rec. decis.* 55. *n.* 2. & *c.* Genu. *de verb. enunt. lib.* 2. *q.* 35. *n.* 4. & *seqq.* ubi an, & quando per verba enuntiativa possit induci donatio inter vivos, ut si quis dicat alteri, confiteor hanc domum esse tuam, & firmat regulam negativam, nisi aliter appareat ex conjecturis, vel nisi sint prolata in judicio, sive geminata, vel nisi præcesserit aliqua liberalitas donatarii erga confitentem, de quo vide Mascard. *de probat. conclus.* 345. & *concl.* 554. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 31. & *seqq.* Gratian. *discept. for. c.* 82. *per tot. c.* 96. *c.* 231. *c.* 252 *c.* 586. n. 1. & *c.* & *c.* 925. n. 7. & *c.* Rot. in Romana scutorum 4000. coram Merlino *per tot. sub die* 4. *Julii* 1635. Inter impressas ejusdem *decis.* 692. ubi plura ad inducendam donationem ex conjecturis, Rot. *par* 11. *rec. decis.* 315. *per tot.* Tusch. *d. concl.* 702. *per tot.* Altimar. *rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *cit. n.* 285. *tom.* 5. Vide Mans. *consult.* 766. *n.* 18. Palm. *alleg.* 104. *a* n. 29. & *alleg.* 138. *n.* 20. *et alleg.* 153. *nu.* 119. Faria ad Covar. *libr.* 1. *cap.* 7. n. 73. Rocc. Episc. *cap.* 39. *n n.* 42. *tom.* 1.

Plura autem ad excludendam præsumptionem donationis, maximè ubi præcedit alius titulus, cui actus subsequens possit imputari, & adscribi, Rot. *part.* 8. *recent. decis.* 309. *per tot.* vide in §. *Testator nu.* 4. §. *Contractus n.* 24. §. *Mutuum* n. 2. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *n n.* 285. *tom.* 5.

Quòd donatio præsumpta non requirit solemnitates alias à lege inductas, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 132. n. 6.

Qualiter autem sit latè, vel latissimè interpretanda donatio, & quando secus, plenè Tusch. *litt. D*, *concl.* 626. *etc.* Altimar. *loc. cit.* n. 286.

Quòd possit fieri sub quacunque conditione, & pacto, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 642. *et seqq.*

Donatio inter virum, & uxorem licèt non valeat, 5 *ut tot. tit. ff. et C. de donat. inter vir. et ux.* potest tamen juramento firmari, Everard. *loc. à vi*, & *energ. jurum. nu.* 15. Clar. §. *Donatio q.* 9. Gratian. *discept. forens. cap.* 27. *n.* 35. *et c.* 948. *n* 16. Viv. *comm. opin.* 209. *verb. Donatio per tot.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de donat. resol.* 6. *per tot.* Michalor. *de fratr. p.* 1. *c.* 11. *n.* 5. ubi reprobat Merend. *de contr. jur. c.* 21. contrarium tenentem, quamvis loquatur in donatione facta filio per patrem, & vide Thesſ. *decis.* 32. *per tot.* Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *resol.* 20. Cabal. *cons.* 148. *lib.* 2. ubi intelligit de juramento promissorio, & sic opiniones concordari, Rot. *part.* 15. *rec. decis.* 306. ubi etiam quòd est pariter prohibita quælibet confessio, & declaratio facta in fraudem prohibitæ donationis. Altimar. *loc. cit. n.* 1069. Pen. *decis.* 215. *decis.* 239. *decis.* 1100. Passarell. *de Donat. lib.* 1. *quæst.* 7. *et* 8. Faria ad Covar. *libr.* 1. *cap.* 7. *num.* 20. *et* 74. Oter. & Bondan. *de Pasq. cap.* 47. *n num.* 106. Mans. *consult.* 447. Ansald. *decis.* 40. *n.* 18.

Quòd regulariter sit prohibita inter virum, & uxorem, quare, & quando secus, latè Tusch. *litt. D. concl.*

690.

690. & seqq. Dian. par. 8. tr. 6. resol. 19. & seqq. Paul. Christin. decis. 137. per tot. vol. 3. & dec. 189. vol. 4. Martha de success. part. 5. q. 26. art. 1. n. 24. &c. ubi de donatione causa mortis, latè Hermosill. ad leg. Part. gl. 6. leg. 1. tit. 4. fol. 273. Conciol. & Romagu. ad Stat. Eugub. lib. 2. rub. 44. per tot. Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 4. per tot. ubi quæ requirantur ut confirmetur morte, vel juramento. Altimar. ibidem à dict. n. 1069.

Quòd sicuti donatio est prohibita inter virum, & uxorem, ita etiam sit prohibita inter Socerum, & nurum, Ruin. cons. 69. n. 26. lib. 3. Menoch. de arbitr. cas. 348. n. 14. Tusch. litt. D. concl. 696. per tot. Christin. d. dec. 137. n. 7. vol. 3. Altimar. loc. cit. n. 1061.

Quòd donatio inter virum, & uxorem firmetur juramento, latè cum ampliationibus, & limitationibus probat videndus Mart. Medic. exam. 17. per tot. & dec. 29. per tot. cum Addit. ejusdem de anno 1665. Tusch. litt. D. concl. 694. per tot. Dian. p. 8. tr. 6. resol. 20. Merlin. dec. 287. ubi quòd non firmatur quando est simulata, Rot. p. 14. rec. dec. 283. n. 5. ubi quòd firmatur juramento secundùm veriorem opinionem in consulendo, & judicando sequendam. Altimar. dict. quæst. 32. n. 1070. Faria ad Covar. loc. supra citat.

Intelligendo de vero, & formali juramento, non autē de clausula habente vim juramenti, Surd. decis. 154. per tot. vide in §. Juramentum n...

Item intelligendo nisi agatur inter infideles, quia cum talis revalidatio procedat a jure canonico, non debet infideles juvare, Pac. Jord. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 22. n. 121. fol. 446. ubi allegat Ricciul. de jur. pers. extr. Eccles. exis. lib. 2. cap. 10. per tot. Vide Rot. coram Pen. decis. 631. fere per tot.

6 Donatio facta à marito sene, vel ignobili, uxori juveni, vel nobili dicitur remuneratoria in recompensationem juventutis, vel nobilitatis, & est valida, Addit ad Piac. Papp. caus. quæ ux. ag. ad dot. et usufr. gl. dedit, & tradidit Clar. §. Donatio q. 9. vers. sed pone, Rot. part. 13. recent. dec. 90. n. 14. et seqq. ubi quòd non obstat Statutum Urbis lib. pr. c. 135. prohibens donationes inter virum, & uxorem, quia procedit in veris, & propriis donationibus, & non in iis à jure permissis post sponsalitia ante contractum matrimonium, et d. p. 13. dec. 195. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, et ead. p. 13. decis. 530. Altimar. loc. cit. n. 995. et a n. 1069. et a n. 1338. ubi de hac & de sequenti conclusione Pen. decis. 953. n. 8. et 9. Spad. cons. 292. a n. 10. lib. 3. Rocc. Episc. cap. 113. n. 8. lib. 2.

De validitate, & efficacia hujusmodi donationis, late Gratian. discept. for. c. 984. per tot. ubi n. 8. et 9. quòd soluto matrimonio potest recuperari ex bonis fideicommisso subjectis oeque est reservanda filiis primi matrimonii, vide eundem Gratian. c. 498. n. 26. c. 690. per tot. dixi in §. Augmentum nu... §. Confessio n... & §. Dos num. 2. Dian. p. 8. tr. 6. resol. 29. Rot. p. 13. rec. dec. 90. n. 14. & seqq. Passarell. de Donat. lib. 1. quæst. 7. n. 57. Ciarlin. controvers. 240. a n. 12. & 39.

Et qualiter donatio mutua, vel remuneratoria inter conjuges sit valida, idem Dian. loc. cit. resol. 28. Altimar. loc. cit. n. 1073. Callald. consult 172. Ansald. decis. 19. n. 7.

Intellige prædicta quando verè constat de donatione, & animo donandi, nam aliàs senectus sponsi adducta pro conjectura donationis jocalium, non fuit habita pro relevante, stante maximè alia compensatione modicitatis dotis per Rot. in Pisauren. jocalium 22. Junii 1648. coram Arguelles n. 21. & seqq. penes Paul. Zacch. Quæst. Medic. Legal. tom. 2. decis. 91.

Et potest filia non obstante hujusmodi donatione à viro sibi facta, prætendere legitimam in bonis paternis, Franch. decis. 119. num. pr. &c. latè Sanfelic. decis. 384. cum Addit. ubi reddit rationem quia ista non est dos, sed donatio contemplatione mulieris, & non patris, vel fratrum facta, & ideò est etiam dotanda, vel ei non est deneganda legitima, non obstante renunciatione cum juramento facta, quæ omninò ex defectu causæ, & minori ætate corruit.

Quando autem sit potiùs donatio propter nuptias, & illius naturam sequatur, vide Michalor. de fratr. part. pr. c. 29. n. 19. Gratian. discept. forens. cap. 254. n. 68. Merlin. dec. 80. per tot. Tusch. litt. D, concl. 634. per tot. & concl. 676. Paul. Christin. dec. 191. vol. 5. ubi etiam qualiter hujusmodi donatio propter nuptias hodie non sit in usu, & plura de donatione propter nuptias, Arismin. Tepat. var. sentent. tit. 452. Fontanell. decis. 488. & 489. & de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. per tot. fol. 356. &c.

Quòd donatio propter nuptias facta etiam constante matrimonio sit valida, & præjudicet creditoribus futuris mariti, Surd. dec. 214. per tot. vide Tusch. loc. cit. Rot part. 9. recent. dec. 403. n. 10. etc. Plures alios casus, in quibus valet donatio inter virum, & uxorem refert Dian. par. 8. tr. 6. resol. 26. et seqq. et resol. 31. vide Arismin. Tepat. dict. tit. 452. et 453 per tot.

Quod donatio propter nuptias, quæ olim apud Romanos erat in usu in recompensationem dotis, & illius securitatem, saltem modo, quo fiebat, iverit in desuetudinem in omnibus ferè regionibus, & ejus loco successerit alia donatio, quæ causa, vel contemplatione matrimonii appellatur, de qua infrà n. 21. in Hispania Arrha nuncupatur, in Sicilia Dotarium, alibi Doarium, alibi assecuratio dotis, & alibi etiam diversis aliis nominibus, & de pluribus quæstionibus circa donationem Arrharum, Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 6. per tot. Fragos. de Regim. Reip. p. 3. lib. 2. disp. 4. de donat prop. nup. Mat. Cutell. de donat. tract. 1. disc. 1. Partit. nuic. & tract. 2. disc. 1. special. 13. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. gl. 1. p. 1. n. 7. & seqq. Cancer. var. resol. p. 1. c. 9. per tot. Maynard. dec. 20. lib. 3. & alii plures isti citati. Rocc. Episc. cap. 108. n. nu. 22. tom. 2. Ansald. decis. 42. n. 25. & 26.

Donatio inter futuros conjuges facta ante contractum matrimonium, est valida, secus si constante matrimonio, Bart. & Alex. in l. divortio ff. de verb. obl. Afll. dec. 61. n. 3. Surd. decis. 166. num. 42. &c. Tusch. litt. D. concl. 697. per tot. Gratian. discept. for. c. 498. n. 37. et seqq. ad 56. ubi de sponsalitia donatione quod sit valida, & quomodo differat à donatione propter nuptias, quæ amplius non est in usu, de quo latè, Spetel. dec. 172. per tot. Paul. Christin. decis. Belg. 126. et 127. per tot. vol. 3. Rot. p. 13. rec. dec. 90. n. 19. Altimar. rubr. 1. part. 2. quæst. 32. n. 1082. tom. 5. Bersan. de Vidu. cap. 2. quæst. 4. num. 25. Antun. de Donat. lib. 1. prælud. 7. §. 7. n. 95. 7

An autem valeat donatio inter conjuges non veros, sed putativos, stante nullitate matrimonii, vide Dian. & quos allegat par. 8. tr. 6. resol. 27.

Quòd imò donatio etiam ante sequutum matrimonium inter sponsos sit legibus exosa, & invalida, cùm illius effectus conferatur in tempus initi matrimonii, & idem esse in confessione de dote recepta simulatè facta in fraudem legis, l. 1. et l. quod sponsæ C. de donat. ante nupt. Rot. par. 12. recent. dec. 126. n. 21. et 22. et dec. 296. n. 9. et 10. ubi quod contraria opinio procedit in donatione palam, & bona fide facta.

Donata à sponso sponsæ, non sequuto postea matrimonio sunt restituenda, nisi adesset pactum de non revocando, vel nisi steterit per sponsum quominus sequatur matrimonium, l. cum veter. ubi Salic. & alii C. de donat. ante nupt. Aret. in §. pen. n. 5. Instit. de donat. Seraph. decis. 614. n. 1. Menoch. lib. 3. præsumpt. 19. quia videntur donata sub conditione, si sequatur matrimonium, secus tamen esset in extraneo, qui sub hac conditione non intelligitur donasse, facit infra n. 21. vers. Et cum dicta etc. Tusch. litt. D. concl. 697. per tot. vide Paul. Christin. decis. 126. et 127. per tot. vol. 3. Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 7. n. 92. etc. ubi alios allegat, et n. 10. Adde Portugal. loc. cit. num. 96. etc. Altimar. loc. cit. n. 1082. vers. donata à Sponso. 8

Quòd donata à sponso sponsæ ante contractum matrimonium, si sponsus osculatus est sponsam gratia ipsius sponsi ad gaudium, & delectationem propriam, spectent pro medietate ad sponsam, vel ejus hæredes; quando verò sponsus non fuit osculatus sponsam, vel etiam osculatus fuit non ad proprium gaudium, & delectationem, sed gratia sponsæ, & ad illam exhilaran-

larandam, & sublevandam ab afflictione, & sic quando osculum non est præpsrarorium ad matrimonium, sponsa, vel etiam hæredes oihil lucrantur, sicut nihil lucratur sponsus de donatis à sponsa, sive intercesserit osculum, sive non, *l. si à sponso C. de donat. ante nupt.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 31. *n.* 16. *vol.* 3. & plenè, ac pulchrè videndus Franch. *decis.* 503. *per tot.* Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 75. *n.* 7. Christin. *decis.* 126. *n.* 12. *et seqq. vol.* 3. ubi quæ sit ratio dictæ legis, nn hodie sit in usu, quid si etiam copula sit secuta, & alia, de hac materia, idem Christin. *ad l. Municip. tit.* 16. *art.* 15. Vide Add. ad de Franch. *cit. dec.*

An autem donata à sponso, & per osculum à sponsa acquisita, sint restituenda saltem in foro conscientiæ, si ipsa sponsa non erat virgo prout credebatur à sponso donante, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 25. ubi negativam probat, & latiùs *d. tract.* 6. *resol.* 126. Paul. Christin. *decis.* 127. *num.* 3. *vol.* 3. ubi post relatas opiniones videt. transire cum negativa etiam in foro fori.

9 Donatio annli subbarrationis matrimonil, cujuscunque sit valoris, est adeò valida ur semper remaneat ipsius mulieris, nec ab ea possit repeti per hæredes viri, Rom. *cons.* 146. Paul. Christio. *decis.* 127. *n.* 12. *vol.* 3. Surd. *decis.* 166. cum aliis per Fenzon. *ad Stat. Urb. c.* 135. *n.* 9. & 10. ubi etiam loquuntur de aliis jocalibus, & vestibus, de quibus dixi in *§. Vestes n.* 2. Christin. *d. decis.* 127. *num.* 9. *&c. vol.* 3. relat. à Spadaz. *de vidu. disquisit.* 49. *a n.* 17.

Contrarium quod imò etiam in anulo matrimoniali sit attendenda distinctio an sit magni, vel modici valoris, prout dicitur de aliis jocalibus, & vestibus, & quia olim dictus anulus apud Romanos erat ferreus, & sic modici valoris, Merlin. *decis.* 885. *nu.* 26. *&c.* dixi in *§. Vestes n.* 2. Spadaz. *loc. cit. nn* 40. vid. Altimar. *ubi suprà à n.* 1012. ubi latissimè de anulo, & aliis jocalib. Vide etiam Hodiern. ad Surd. *decis.* 166. *n.* 4. Mans. *consult.* 30. *a n.* 34. *lib.* 1. Bonden. *collect.* 42. *n.* 100. Tranchedin. *consult.* 29. *n.* 14.

De donis factis à sponso sponsæ, quando non constat de animo donantis, dic si exigua sint (attenta personarum qualitate) præsumi donata, si verò magna, & pretiosa, ad usum tantùm concessa, latè Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *resol.* 29. & 30. Christin. *decis.* 127. *n.* 8. *& seqq. vol.* 3. Merlin. *decis.* 885. *per tot. vide in §. Vestes nu.* 2. *&c.* Mascard. *de probat. concl.* 563. *per tot.* Spadaz. *cit. disquis.* 49. *n.* 48. *& seqq.* Vide Altimar. *loc. cit.*

10 Donata sponsæ à consanguineis viri, dicuntur donata contemplatione viri, & illi, non sponsæ acquiruntur, quamvis essent res muliebres, & soli sponsæ convenientes, quæ procedunt etiam in donatis à socero, nisi donans esset Princeps, vel nisi adsit consuetudo in contrarium, vel extent merita sponsæ versus dictos consanguineos sponsi, vel aliter de mente donantis appareat, vel simus in donatis à consanguineis ipsius sponsæ, Bart. *in l. sed si plures §. interrogata ff. de vulg. & pupil.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *capit.* 29. *numer.* 1. *& seqq.* Gratian. *discept. for. cap.* 189. *numer.* 3. *cap.* 663. *numer.* 9. *& cap.* 862. *n.* 7. *&c.* ubi quòd debent reservari filiis primi matrimonii, quando mulier transit ad secunda vota, de quo vide Franch. *decis.* 595. *per tot. & dec.* 665. *num.* 1. & 8. *& dixi in §. Dispositio l. fœminæ num.* .. *& §. Mulier. n.* 26. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 26. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 563. *per tot.* Viv. *comm. opin.* 223. Rot. *in Pisauren. jocalium* 22. *Junii* 1648. coram Arguellea *num.* 70. *& seqq.* penes Zacch. *Quæst. medic. legal. tom.* 2. *decis.* 91. latè Tusch. *litt. D. concl.* 698. *per tot.* Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *resol.* 28. Sanchez. *de matrim. lib.* 6. *disput.* 26. Molin. *tract.* 2. *disp* 430. Castr. Palaus *tom.* 5. *disput.* 1. *punct.* 13. §. 1. Ricc. *Collect.* 4192. ubi refert diversimodè judicatum.

Qualiter, & quando donata à consanguineis sponsæ computentur in acconcio, vel corredo promisso, Rot. *part.* 13. *recentior. decis.* 258. *n.* 23. *&c.*

11 Donatio facta uxori per maritum, quæ esset confirmanda per mortem illius, censetur revocata per specialem obligationem rei donatæ factam post donationem, ita ut amplius morte confirmari non possit, secus autem per generalem obligationem, Bart. *in l. rem legatam ff. de adimend. leg.* Jas. *in l.* 3. *C. de leg.* Negus. *de pign. part.* 2. *memb.* 1. *n.* 4. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 23. *per tot.* ubi etiam quod censetur revocata quando supervenit grave odium, ac quando eadem res in specie fuit alteri donata *& præsumpt.* 29. *n.* 71. *&c.* ubi de donatione facta filio, quæ eodem modo revocari potest, vide Tusch. *litt. D. conclus.* 709. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 188. ubi quòd confirmatur morte, quando vir uxori præcedit, & intervenit traditio, ac perseveratio voluntatis usque ad obitum, aliàs autem remanet revocata *infra nu.* 13. Quod possit tacitè revocari Gobb. *de feud. & Emphyt. quæst.* 7. *n.* 35.

Donatio causa mortis facta uxori per maritum, vel filio per patrem confirmatur morte civili mariti, vel patris, & ideò uxor, & filius (si maritus, vel pater fuerint capitaliter damnati) possunt adversus fiscum tueri bona donata, Jas. *in auth. si qua mulier nu.* 30. *&* 31. *C. de sacrosanct. Eccles. l. res uxoris C. de donat. inter vir. & uxor.* Boss. *de public. bon. num.* 52. ubi limitat cum aliis, nisi appareat facta in fraudem fisci, quod ex pluribus detegitur ut ibidem per eum, vel nisi damnetur memoria defuncti, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 124. *n.* 47. *& n.* 70. *&* 71. Gratian. *discept. for. cap.* 172. *n.* 12. *& per tot.* Guaz. *de confisc. bon. concl.* 13. *limit.* 38. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 147. *&c.* Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 111. ubi loquitur in terminis donationis factæ ab hæretico, & plures citat, Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *glos.* 1. *et* 2. *tit.* 4. *fol.* 278. *et seqq. glos.* 3. 4. 5. 6. *et* 7. Vide Altimar. *rubr.* 1. *part.* 3. *cit. quæst.* 32. *nu.* 1088. *tom.* 5. Antun. *de Donat. lib.* 1. *prælud.* 2. *§.* 4. *n.* 15. 12

Quòd donatio causa mortis evanescet sequuta condemnatione capitali donatoris tanquam imperfecta, licèt antè delictum commissum fuerit facta, & si bona confiscantur, transeunt in fiscum, Joseph. Sessa *decis.* 78. Farinac. *quæst.* 25. *n.* 150. *et qu.* 164. *n.* 18. & alii plures relati ab Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. *§.* 3. *n.* 66. *et seqq.* ubi tamen *n.* 72. limitat in donatione causa mortis inter conjuges facta, quæ sequuta condemnatione capitali confirmatur secundùm plures ibi citatos, & idem esse in donatione facta filio per patrem, idem Portugal. *d. Prælud.* 2. *§.* 3. *n.* 42. *& seqq.*

Quòd sicuti donatio inter conjuges confirmatur morte naturali, confirmetur etiam morte civili, quæ pluribus modis contingere potest, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 24. *&* 32. *infra nu.* 13. *vide in §. Confiscatio nu.* 16. *cant.* 3. Contrà Defranc. *dec.* 502. *&* 689. *n.* 13. Rota ad Rovir. *cons.* 96. *n.* 9. *lib.* 2.

De donatione facta à delinquente quando valeat, vel non, Oinotin *§. aliæ n.* 50. *Instit. de donat.* ubi distinguit an sit causa mortis, vel inter vivos, an sit facta antè, vel post delictum ante sententiam, vide Crass. *de success. §. testamentum qu.* 27. *nu.* 9. Duen. *reg.* 226. *per tot.* Surd. *decis.* 116. Guaz. *def.* 30. *c.* 1. *n.* 7. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 124. *per tot.* ubi plura &c. & latè videndus Farinac. *qu.* 164. *per tot.* Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 5. *vers. verum*, Guaz. *de confisc. bon. conclus.* 29. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 372. *cum Addit.*

Quòd statutum, ut donatio facta intra biennium antè commissum delictum, præsumatur in fraudem, & non valeat, non procedat quando delinquens fuit condemnatus in contumaciam, in detrimentum donatarii cui tanquam tertio non præjudicat dicta contumacia, Idem Menoch. *d. præsumpt.* 124. *n.* 61. *&c. vide in §. Contumacia num.* .. Guaz. *de confisc. bon. concl.* 13. *limit.* 38. *n.* 2. *&* 6. ubi etiam quòd hujusmodi statutum debet intelligi si delictum sequatur animo deliberato, & in dubio præsumi in rixa.

Quòd hujusmodi statutum conditum à Principe sæculari non comprehendat Clericos donatarios, ideò isti excludant fiscum, Ploc. *consil* 30. *n.* 73. Caspar. *ad stat. Mediolan. c. omnium num.* 351. *& num.* 899. *& seqq.* Guaz. *de confisc. bon. concl.* 27. *n.* 8. ubi tradit pro cautela ut donatio fiat Clerico.

Quòd promissio, vel donatio à te mihi facta de mille, si delictum commiseris sit valida, cum non

invi-

invitet ad delinquendum, ſed potiùs ad abſtinendum à delicto metu dictæ pœnæ, nec dicatur in fraudem fiſci, & commiſſo delicto poſſit peti adverſus fiſcum, idem Menoch. *præſumpt.* 124. *n.* 53. *&c. vide in* §. *Fideicommiſſum nu.* 19. Farinac. *qu.* 164. *n.*.. §. *Conjectura* 5, Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 104. *& ſeqq. et n.* 155. *et ſeqq.* Altograd. *conſil.* 94. *num.* 3. *et num.* 12, *lib.* 2. Rimin. *conſil.* 127. *n.* 5. *et* 6. Cyriac. *contr.* 346. *n.* 2. dixi in Pract. §. *Donatione nu.* 9. §. *Confiſcatione nu.* 14. *&* 15. *&* §. *Fideicommiſſi n.* 2. *etc. infra n.* 42. *vide in* §. *Conditio n.* 70.

Quando ſit in fraudem creditorum, & quomodo ab illis poſſit revocatoria intentari, Magon. *deciſ. Flor.* 76. *per tot. vide in* §. *Alienatio num.* 12. *&c.* Tuſch. *litt. D, concluſ.* 658. Pen. *deciſ.* 1068. *num.* 4. infrà *ſub n.* 40.

An donatarius peccet, & teneatur ad reſtitutionem ſi ſciat donationem fieri in fraudem, & cum damno creditorum, etiamſi ab illis non petatur reſcindi, vide Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 39.

53 Donatio inter conjuges, vel inter patrem, & filium, licèt non valeat, tamen firmatur morte donantis illa non revocata dummodò intervenerit traditio facta antè mortem, aliàs enim non ſufficit fuiſſe rem ſimpliciter donatam, vel promiſſam, *l. Papinianus ff. de donat. inter vir. et uxor.* Pract. Pap. *libel. donat. gloſ.* 1. *n.* 12. Bellon. *conſil.* 4. *n.* 10. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt* 29. *n.* 66. *etc.* Tuſch. *litt. D. concluſ.* 692. *per tot.* Dian. *part.* 8. *tractat.* 6. *reſolut.* 34. ubi adducit plures conditiones neceſſarias ad hujuſmodi confirmationem, nempè ut præcedat traditio, donans priùs decedat in eadem voluntate nec expreſſè, nec tacitè revocata, & donatio non excedat 500. aureos, idem Dian. *loc. citat. reſolut.* 32. *et reſolut.* 35. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 188. *n.* 8. *et* 9. *deciſ.* 283. *nu.* 3. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 4. *per tot.* ubi probat omnia dicta requiſita quo ad donationem inter conjuges, *et* §. 5, *per tot.* ubi de donatione inter patrem, & filium, plenè Manſ. *conſult.* 447. *cum pluribus ſeqq. lib.* 5. Altimar. *rubr.* 1. *part.* 3. *cit. quæſt.* 32. *n.* 1091. *tom.* 5. Vide Pen. *deciſ.* 1100. Spad. *conſ.* 209. *n.* 8. *lib.* 2. Urceol. *de Tranſact. quæſt.* 17. *à n.* 33. Epiſc. Rocc. *cap.* 181. *nu.* 36. *lib.* 2.

Sufficeret tamen ficta traditio per conſtitutum, Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 31. *nu.* 26. Altograd. *conſ.* 8. *n.* 81. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. for. cap.* 82. *n.* 52. *et cap.* 231. *num.* 9. Magon. *deciſ. Flor.* 77. *nu.* 20. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 403. *n.* 14. *et part.* 14. *deciſ.* 283. *n.* 4. niſi conſtitutum ſit ſimulatum, vel alios patiatur defectus, de quibus in §. *Conſtitutum.*

Quòd imò de jure noviſſimo non ſit neceſſaria traditio, ſed ſufficiat confeſſio, & ſilentium viri uſque ad mortem abſque alia traditione, pulchrè oſtendit Urceol. *Conſult. for. cap.* 39. *n.* 8, *etc.* ubi quòd contraria opinio procedit de jure antiquo digeſtorum, & hanc partem probat etiam Gaſpar. Hurtad. *diſput.* 11. *de donat. difficult.* 8. idem Urceol. *in Append. d. c.* 39. *in fine* 2. *vol.* Sequit. Altimar. *loc. cit. nu.* 1092.

Quòd poſſit fieri per confeſſionem mariti aſſerentis nomine dotis recepiſſe, non obſtante quòd non videatur conſtare de traditione vera, vel ficta, quia lex fingit brevi manu pecuniam à viro in uxorem, & ab illa ad virum perveniſſe, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 40. *fol.* 167. Rot. in Anconitana dotis 31. Jannarii 1648. coram Arguelles, ubi quòd valet in præjudicium creditorum, qui poſt hujuſmodi confeſſionem contraxerunt. Sequit. idem Altim. *loc. add. n.* 1093.

Confirmatur etiam ſi ſit facta, ut alteri ſtatim redonetur, cùm tunc res donata non ſit permanſura in patrimonio donatarii, Rol. *de dot. q.* 41. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 172. *n.* 15. *&* 16. idem Altimar. *n.* 1094.

Item & juramento, ut dixi ſupra *num.* 5.

Si hujuſmodi donatio excedat ſummam 500. ſolidorum, & non fuerit inſinuata, non confirmatur morte, etiam infra 500. ſolidos, cùm ſit nulla ex duplici capite, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 693. *nu.* 6. *&c. vide in* §. *Inſinuatio num.*.. ubi etiam ad quam ſummam aſcendat hodiè valor dictorum 500. ſolidorum, ſive aureorum infra *nu.* 54. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 319. *n.* 19. *& ſeqq.* ubi quòd inſinuationis defectus impedit hujuſmodi confirmationem, ſicut etiam non confirmatur ſi appareat de errore, *deciſ.* 403. *n.* 10. *&c. ead. part.* 9. ubi quando ſuſtineatur abſque inſinuatione tanquam donatio propter nuptias. Altimar. *loc. cit. nu.* 1095., ſed contra Cancer. *libr.* 1. *cap.* 8. *n.* 23. Antun. *libr.* 1. *prælud.* 2. §. 4. *n.* 13.

Quòd efficiatur caduca ſi primo moriatur donatarius, quàm donans, licèt fuerit juramento firmata, vel cum obligatione non revocandi, Tuſch. *litt. D. concluſ.* 707. *per tot.* vide Theſ. *deciſ.* 32. Franch. *deciſ.* 59. Paul. Chriſtin. *deciſ* 189. *num.* 8. *&c. volum.* 4. qui contrarias referunt opiniones. Antun. *dict.* §. 4. *n.* 11. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 32. *n.* 1089. *tom.* 5.

An donatio mortis cauſa ſit valida inter conjuges, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 30. ubi affirmativam probat, & quod in dubio præſumitur cauſa mortis, maximè ad ſuſtinendum actum, infra *n.* 42.

Donatio facta à patre in filium regulariter eſt prohibita, *l. donationes C. de donat. inter vir. et uxor.* niſi ſit jurata, vel reſpiciat remiſſionem uſusfructus, vel niſi ſit remuneratoria, vel morte confirmetur, vel ſit pro 54
dote, vel ob cauſam matrimonii, vel propter nuptias, vel in præmium emancipationis, vel cauſa ſtudii, vel in filium naturalem, vel ſub conditione quod alteri ſtatim redonetur, vel ſit cauſa mortis, vel facta à Principe ſuperiorem non recognoſcente, vel à matre, pro legitima, ob militiam, pro peculio quaſi caſtrenſi, vel filio non exiſtenti in patria poteſtate, vel Clerico, nam his omnibus caſibus valere donationem inter patrem, & filium ſingillatim probat Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 11. *per tot.* Socc in. *reg.* 103. Card. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 673. *& ſeqq. & concluſ.* 701. ubi de filio naturali, vel ſpurio, Clar. §. *Donatio quæſt.* 8. Oinot. *in* §. *aliæ num.* 66. *& ſeqq. inſtitut. de donat.* Addit. ad Pract. Papp. *cauſ. donat. gloſ.* 4. Martha *vot. Piſ.* 220. *num.* 1. *& ſeqq* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 29. *per tot.* Dian. *reſolut. moral. part.* 8. *tractat.* 6. *reſolut.* 21. *& ſeqq. & reſolut.* 33. *& ſeqq. ad* 37. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 137. *volum.* 3. *& d. ciſ.* 188. *n.* 11. *&c. volum.* 4. Ariſmin. Tepar. *var. ſentent. tit.* 496. *per tot.* ubi plura de donationibus inter parentes, & liberos factis, Vivi. *comm. opin.* 208. Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *tit de donat. reſolut.* 8. plenè Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *per tot.* & præcipuè *gloſ.* 718. *&c.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *gloſ.* 1. *leg.* 3. *tit.* 4. *fol.* 287. *&c.* Arias de Meſa *lib.* 3. *var. cap.* 17. Mar. Cutel. *de donat. tract.* 1. *diſcurſ.* 2. *part.* 1. Auguſt. Barboſ. *in Collect. ad l. donationes C. de donat. inter vir. & uxor.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 5. *per tot.* Altimar. *loc. cit. num.* 1042. Spad. *conſ.* 360. *n.* 14. *conſ.* 359. *n.* 19. *et* 20. *et conſ.* 235 *n.* 18. *lib.* 2. *conſ.* 292. *n.* 3. *lib.* 3. Urceol. *de Tranſact. quæſt.* 17. *à n.* 33. *& conſult.* 87. *n.* 14. Tranchedin. *conſult.* 7.

An donatarius poſteà inſtitutus hæres teneatur ſervare voluntatem defuncti circa gravamina addita in teſtamento, & alia, pulchrè Fontanell. *deciſ.* 46. *&* 47. *per tot.* ubi negativè concludit. Altimar. *loc. adduct. n.* 1060.

Quòd ſit eodem modo prohibita inter ſocerum, & generum, vel nurum, cùm appellatione patris veniat ſocer, Menoch. *de arbit. caſ.* 348. *num.* 14. Socc. ſen. *conſil.* 57. *lib.* 1. & Socc. jun. *conſil.* 113. *num.* 17. *lib.* 3. Tuſch. *litt. D. concl.* 696. *per tot.* Altimar. *ubi ſupra num.* 1061. *De ſeqq. concluſion. tract.* idem Altimar. *à num.* 1042.

Quando facta filio Clerico ceuſeatur facta in fraudem Gabellarum, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 530. *per tot.*

De remiſſione uſusfructus quod ſit valida, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 519. *per tot.*

An autem donatio facta à patre filiis præſumatur facta ut hæredibus, vel ſimpliciter ut filiis, *gloſ. in l. ſi tibi decem* §. *ſi pactus ff. de pact.* Surd. *deciſ.* 322. *n.* 32. Sanſelic. *deciſ.* 00. ubi quòd ſi nec ex verbis, nec ex alia conjectura contrarium appareat præſumitur facta tanquam hæredibus, & facit idem Sanſelic. *deciſ.* 202. *num.* 21. *& ſeqq. per tot. infr. num.* 21.

De juramento confirmante, idem Gratian. *diſcept.*

27. *n.* 33. *cap.* 82. *n.* 7. *& cap.* 231. *n.* 10. Altograd. *conf.* 5. *n.* 42. *& seq. lib.* 1. ubi quòd idem est in qnolibet alio contractu, quicquid Merend. *contr. jur. cap.* 21. *lib.* 1. & alii pauci contrarium tenuerint, qui reprobantur à Michalor. & Altograd. *in loc. cit.* Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 22. *per tot.* Peregr. *decis.* 91. *num.* 13. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 287. *n.* 31. *&c.* ubi quòd per juramentum efficitur valida, & irrevocabilis, *& decis.* 444. *per tot. d. part.* 9. ubi reddit rationem, *& ibidem decis* 447. ubi an procedat in præjudicium tertii. Altimar. *loc. cit. n.* 1044., ubi Doctores pro utraque opinione Actolin. *resol.* 107. *nu.* 8. Tranchedin. *consult.* 7. *n.* 4.

Et quòd valeat ex causa dotis, vel pro legitima, latè Altograd. *conf.* 8. *n.* 24. *et seqq. ad* 40. ubi in aliquibus recedit ab opinione Menoch. *d. præsumpt.* 29. *lib.* 3. Tusch. *litt. D. conclus.* 676. *et* 677. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 348. *n.* 9. ubi quod facta ob certum matrimonium est valida, licet filius donatarius sit sub potestate patris, & etiam si sit simplex promissio donandi sine ulla scriptura, & alia. Altimar. *loc. supra cit. à n.* 1045. & ad Rovit. *conf.* 15. *à n.* 3. *libr.* 2.

Quòd non possint considerari aliqua merita filii erga patrem, idem Menoch. *d. præsumpt.* 29. *num.* 12. *&c.* ubi tamen non audet recedere à receptissima opinione, quòd inter eos valeat donatio remuneratoria, Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 7. *part.* 2. *n.* 26. *& seqq.* Mat. Cutell. *de donat. tract.* 1. *discurs.* 2. *Partit.* 13. *n.* 17. *& seqq.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 5. *n.* 31. *& seqq.*

Quod donatio non dicatur remuneratoria quando efficitur propter obsequia debita, & ideò operæ, & obsequia filiorum, vel uxoris cùm aliàs sint debita, non habeantur pro meritis ad effectum sustinendi donationem, nisi sint diutissima cum magna cura, & sollicitudine in gravi aliqua, & longa ægritudine, Tiraquell. *in l. si unquam verb. donatione largitus num.* 106. *& seqq. C. de revocat. donat* Bocer. *tract. de donat. cap.* 3. *n.* 13. Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 119. Fachin. *contr. lib.* 3. *cap.* 3. *& cap.* 75. Vivi. *dec.* 421. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 430. *n.* 22. *&* 23. ubi quod non tenetur pater recognoscere filium de labore præstito, & donando censetur ex affectione, non ex meritis donasse, *et part.* 14. *decis.* 61. *n.* 18. *& seqq.* Vide Rot ad Rovit. *conf.* 86. *n.* 13. *libr.* 2. Altimar. *dict. quæst.* 32. *n.* 1052.

Qualiter autem filiusfamilias possit donare patri, & aliis bona, quæ haberet libera cessante metu, latè Tusch. *litt. D. conclus.* 678. *& seqq. vide in §. filia num.* 97. *§. Metus num... infra num.* 46. *&c.* Dian. *part* 8. *tract.* 6. *resol.* 21. *in principio*, *& resol.* 37. *per tot. infra num.* 47.

15 Donatio facta filiis per matrem valet, & non potest revocari quando sunt emancipati, aliàs secus, quia acquireretur patri, & sic marito donantis, cum quo est prohibita, Onot. *in §. aliæ n.* 78. *Instit. de donat. cum Addit. litt. I.* vide Fach. *contr. lib.* 3. *c.* 79. Dian *part.* 8. *tract.* 9. *resol.* 34. *per tot.* Mat. Cutel. *de donat. tract.* 1. *discurs.* 3. *part.* 1. *nu.* 1. *etc.* Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 68. *de transmis.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 5. *n.* 41. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *cit. quæst.* 32. *n.* 1065. *tom.* 5.

In contrarium quoad limitationem facit Jas. *in l. frater à fratre ff. de condit. indeb.* & alii per Michalor. *de fratr. p.* 1. *cap.* 11. *n.* 48. Altimar. *n. seqq.* Staiban. *resol.* 161. *n.* 98. *& seq.*

Posset tamen revocari, si filius matri insidias posuerit, si impias manus in eam intulerit, si totius substantiæ matris subversionem molitus fuerit, ac ex aliis similibus, vel majoribus causis ingratitudinis, Menoch. *de arbitr. cas.* 130. *per tot.*

Quod dicta donatio facta à matre uni ex filiis, non sit cum aliis conferenda, nisi emergeret inæqualitas, vel nisi mater jusserit fieri collationem, vel nisi sit donatio ob causam, quia his casibus esset conferenda, Michalor. *de fratr. part.* 1 *cap.* 19. *per tot.*

16 Donatio facta filio alterius ab extraneo, in dubio præsumitur facta intuitu, & contemplatione ipsius filii, & non patris, reputatur adventitia, & in totum spectat ad filium, nisi aliquæ conjecturæ contrarium suadeant, quo casu efficeretur profectitia, & patri in totum acquireretur, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 28. *num.* 57. *& per tot.* Bart. *tractat. de fratr. num.* 8. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 781. *n.* 24. *& cap.* 971. *nu.* 7. *&* 42. Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 7. *per tot. vide in §. Dos n.* 31. *& §. Legatum nu.* 76. Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 181. *n.* 29. *& seqq.* ubi ampliat, & benè declarat, *& part.* 13. *decis.* 159. *num.* 5. *& seqq. per tot.* ubi plura ad demonstrandum dictam donationem esse adventitiam, & non profectitiam, tanquam factam intuitu, & contemplatione ipsius donatarii, & non patris illius, Francis. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *qu.* 64. ubi refert Antonell. *de temp. leg. lib.* 2. *tit. de annis num.* 55. tenentem jocalia data sponsæ à consanguineis viri indistinctè uxori acquiri, quia donata socio propter ipsam societatem, seu contemplatione societatis, non acquiruntur societati, sed propria efficiuntur ipsius socii, cui facta est donatio, vide Altim. *loco cit. à num.* 1031. & ad Rovit. *conf.* 40. *n.* 1. *libr.* 1. Aguil. ad Rox. *de Incompat. part.* 4. *cap.* 3. *n.* 45.

Donatio facta nepti per avum, vel patruum, an dicatur facta contemplatione filii, vel fratris, vel potius ipsius neptis, & consequenter an sit illi in legitimam imputanda, Menoch. *lib.* 3 *præsumpt.* 16. *num.* 4. *&c.* Marcian. *disput. forens. cap.* 29. *num.* 30. *&c. per tot. vide in §. Dos num.* 31. *& §. Legatum nu.* 76. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 16. *&* 17. Mangil. *de imput. quæst.* 24. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 159. *per tot. part.* 14. *decis.* 258. *num.* 12. *& seqq. & decis.* 417. *num.* 14. *&c.* Cabal. *conf.* 14. *lib.* 2. *& consil.* 148. *d. lib.* 2. ubi quod stante ab initio firmitate donationis ex juramento promissorio non efficitur caduca, sed transit ad hæredes donatarii, *& conf.* 65. ubi quod confirmatio donationis retrotrahitur ad tempus donationis quoad fructuum perceptionem, *& conf.* 33. *lib.* 1. ubi de donatione per viam confessionis dotis, Altimar. *loc. adduct. n.* 1036. *& seqq.* Aguil. *loc. cit. n.* 45. *&* 51., ubi distinguit. 17

Quòd non sit necessaria traditio, latè Amaya *observ. lib.* 2. *cap.* 10. *per tot.*

Donatio facta à Principe superiorem non recognoscente, licèt valeat à principio cùm habeat vim peculii castrensis, sive sit facta masculo, vel fœminæ, filio, vel extraneo non est cum fratribus conferenda, Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 993. *nu.* 13. *& seqq.* latè Dian. *resol.* 127. *&* 128. *per tot.* ubi plura qualiter donatio facta à Principe filiofamilias etiam intuitu meritorum patris habeat naturam peculii quasi castrensis, ac ideò non sit conferenda, nec imputanda, neque possit filius in ea molestari ab aliquibus patris creditoribus, vide in *§. Peculium nu.* 7. *&c. infra n.* 65. *versic.* 14. Altimar. *loc. cit. n.* 1011. Aguil. *loc. cit. n.* 35. 18

Facta ambasciatoribus, an dicatur Principis, vel ipsorum contemplatione facta, & cui acquiratur, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 27. *per tot.*

De donatione facta à Principe, ex quo tempore tribuat jus donatario ad faciendos fructus suos, Cabed. *dec.* 39. *par* 2.

Donatio Regis, vel alterius Principis superiorem non recognoscentis habet vim legis, *l. Donationes quas Divus C. de donat. inter vir. & uxor.* & idem est in aliis contractibus, qui facti à Principe pariter vim legis obtinent *§. Sed & quod Principi, Instit. de jur. nat. gent. & civil.* August. Barbos. *in d. l. Donationes quas Divus n.* 7. *etc.* Lattea *alleg.* 119. *n.* 9. Capyc. Latr. *decis.* 188. *n.* 4. Antunez. Portugal *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 1. *et seqq.*

Habent igitur donationes Principum multa specialia, & privilegia, plura Altimar. *ubi suprà à nu.* 1003.

Primò valent inter virum, & uxorem factæ etiàm constante matrimonio, *d. l. Donationes quas Divus*, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 37. *n.* 51. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 25. Cardosa *in Prax. verb. Donatio nu.* 74. Mastril. *de Magistratibus lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 21.

Secundò valent factæ à Principe filio suo propter excellentiam Regiæ Dignitatis, Tiraquel. *de nobil cap.* 37. *n.* 51. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 29. *n.* 97. *et seqq.* Mangil. *de imput. qu.* 45. *n.* 29. 30. August. Barbos. *in l. Donationes, quas parentes n.* 4. *C. de Donat.*

Tertiò possunt Principes, licèt sint milites donare eorum concubinis, Tiraquel. *de nobil. dict. cap.* 37. *n.* 52. Trontacinq. *lib.* 3. *var. tit. de donat. resol.* 7. August.

guſt. Barboſ. *in l.* 2. *C. de donat. inter etc. nu.* 14. Hermoſil. *in l.* 1. *tit.* 4. *Partit.* 5. *gloſ.* 6. *n.* 13.

Quartò ex donatione facta à Principe transfertur dominium in donatarium abſque traditione, Tiraquel. *d. c.* 37. *n.* 57. Solorzan. *de jur. Indiar. lib.* 2. *c.* 29. *n.* 22. Hermoſil. *in l.* 7. *tit.* 4. *Partit.* 5. *gloſ.* 3. *n.* 3. Cabed. *dec.* 39. *n.* 7. *part.* 2. Magon. *dec. Luc.* 38. *nu.* 9. *vide in* §. *Dominium n.* 3.

Quintò in donatione Principis, qui prior eſt tempore præfertur ſecundo, etiam ſi ſecundus poſſeſſionem adeptus fuerit, quia ex conceſſione Principis non ſolum transfertur dominium, ut ſupra, ſed etiam poſſeſſio ſine traditione, licèt diverſum ſit in privato, Tiraquel. *de nobil. cap.* 37. *num.* 56. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 37. Solorzan. *de jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 15.

Sextò in donationibus, & conceſſionibus Principum locus eſt juri accreſcendi, quicquid diverſum ſit in contractibus privatorum, Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 103. Craſſ. *de ſucceſſ.* §. *Jus accreſcendi q.* 15. *num.* 4. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 17. *nu.* 15. Solorzan. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 49. *& ſeqq.* Cancer. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 52.

Septimò licèt in alternativis electio ſit debitoris, tamen in donationibus, gratiis, & privilegiis Principum alternativè conceſſis, electio non ſpectat ad concedentem, ſed ad accipientem, Caldas Pereyra *de nomin. q.* 10. Creſp. de Valdaur. *obſer.* 86. *n.* 11. *&* 12.

Octavò donationes Principum non requirunt inſinuationes, Cevallos *comm. contr. com. qu.* 222. *num.* 9. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat.* Hermoſil. *lib.* 9. *tit.* 4. *Partit.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 36.

Nonò pro donationibus à Principe factis, etiam ſi à promiſſione incipiant non præſtatur evictio, quicquid ſit in aliis, Cabed. *deciſ.* 36. *n.* 1. *part.* 2. Guaman. *de evict. q.* 25. *nu* 32. Alfar. *de offic. fiſc. gloſ.* 18. *n.* 10.

Decimò donationes à Principe factæ non ſunt cum fratribus conferendæ, licèt factæ fuerint patris contemplatione, vel ad ejus petitionem, & idem eſt in redditibus annuis à patre in filium translatis de Principis licentia, *l. cum multa C. de bon. quæ liber.* Gamma *dec.* 29. Molin. *de juſt. & jur. diſp.* 231. *n.* 7.

Undecimò, & ultimò in donatis à Principe non quæritur patri uſusfructus, Solorzan. *de jur. Indiar. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 9. Caſtill. *de uſufr. cap.* 3. *n.* 58. Sanfelic. *deciſ.* 83. *n.* 7. *& ſeqq.* & dixi in §. *Peculium n.* 4. *verſ. quinto.* Et de omnibus prædictis ſpecialibus in donationibus Principum videndus, latè cum multis ab eo citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 3. *per tot.*

Quando autem donationes, vel gratiæ à Principe factæ dicantur perfectæ quoad eſſentiam, & quoad effectum, ut acquirantur fructus donatario, vel aliter gratiato, latè idem Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 4. *per tot.* & faciunt per me notata in §. *Gratia.*

Et de donationibus bonorum Regiæ Coronæ, & Regalium, atque juriſdictionum, quæ comprehendant, vel non, & de clauſulis in eis apponi ſolitis, & quomodo donatarii illis uti debeant, aliaque plura ad rem, idem Antunez. Portugal. *d. tract. lib.* 3. *cap.* 44. *per tot.*

19 Donatio ſimplex facta filio in patria poteſtate exiſtenti, non valet ab initio, ſed tantùm morte confirmatur aſſumendo naturam relicti, unde tanquam relictum non eſt conferenda, niſi donatarius concurreret cum alio fratre habente donationem ob cauſam, & ſic collationabilem, quo caſu erit conferenda, Michalor. *de fratr. part.* 1. *c.* 17. *per tot.* ubi dat plures alias limitationes, Pract. Papp. *libel. hæred. vel rei ſing. divid. gloſ.* 1. *n.* 11. *& ſeqq. cum Addit.* Oinot. *in* §. *aliæ n.* 79. *& ſeqq. Inſtit. de donat.* Vivi. *comm. opin.* 220.

Et quod donatio cauſa mortis facta filio non conferatur cum fratribus, *l. pen. ubi gloſ. ff. de collat. bon.* Michal. *dict. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 3. Marta *vot. Piſ.* 220. *n.* 18. *&c.*

An autem hujuſmodi donatio ſimplex non conferenda, ſit ſaltem in legitimam imputanda, vide Michalor. *d. tract. cap.* 37. *n.* 8. ubi videtur tenere quod ſic, Altograd. *conſil.* 6. *n.* 21. *lib.* 1. ubi contra niſi ſit ob cauſam, vide Peregrin. *deciſ.* 104. *num.* 2. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 387. *num.* 27. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. D. concluſ.* 675. *per tot.* latè Urceol. *conſult. for. cap.* 85. *per tot. vol.* 2. ubi inſerit tres Rotæ Romanæ deciſiones in Bononien. ſeparationis Bonorum 15. Junii 1661. 5. Julii 1662. & 15. Junii 1665. omnes coram Veroſpio, quarum prima eſt inter *recent. par.* 13. *deciſ.* 348. ubi quod ab initio valida in legitimam non imputatur, æſtimatur tamen, ac ſi eſſet in patrimonio patris, cùm tanquam alienatio voluntaria non poſſit minuere legitimam vide in §. *Legitima num.* 16. *&* 38. de hujuſmodi collatione, & imputatione vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 32. *à nu.* 1379. & ad Rovit. *conſ.* 42. *libr.* 1. Aguil. ad Rox. *de Incomput. part.* 4. *cap.* 3. Urceol. *conſult.* 85. *libr.* 2.

Donatio facta filio emancipato ſtatim valet, & ideò eſt conferenda cum aliis fratribus, ſicut etiam in omnibus aliis caſibus, in quibus donatio ob aliquam cauſam ab initio ſuſtinetur juxta ſuperius dicta num. 14. cùm tunc nulla indigeat confirmatione, & ceſſet ratio ſupra proximè conſiderata, Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 8. *& ſeqq. per tot.* ubi inſert ad plures caſus ſupra enumeratos, ipſum videas, & Fachin. *contr. jur. lib.* 5. *c.* 77. *concl.* 1. Mangil. *de imput. qu.* 45. *&* 39. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *qu.* 29. *nu.* 31. Marta *vot. Piſ.* 189. 20

Donatio ob cauſam matrimonii eſt valida licèt facta à patre in filium, & dicatur ſimplex, non ob cauſam, non confertur cum fratribus, nec imputatur in legitimam niſi expreſsè ſit dictum, Marta *vot.* 189. *& vot.* 220. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 159. *nu.* 34. *c.* 297. *per tot. & cap.* 984. *nu.* 22. *& ſeqq.* Capyc. *dec.* 56. *n.* 2. *&c.* latè Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 85. *per tot. vol.* 2. Peregrin. *dec.* 92. Spadaz. *de viduis diſput.* 67. *n.* 10. Staiban. *obſer.* 161. *n.* 148. Vide Anſald. *deciſ.* 42. *n.* 16. *cum ſeqq.* 21

Quòd donatio à patre facta filio, ſimulque nurui contemplatione illorum matrimonii certi, & determinati; cùm reſpiciat etiam nurus favorem, non poſſit à filio tantùm ſine uxoris conſenſu eidem patri in totum, nec in parte retrodonari, ac omnis transactio deſuper facta reddatur nulla tanquam ſine cauſa, & ſuper re clara, dictaque donatio valeat abſque ſolemnitatibus ſtatutariis, latè Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 271. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 32. *nu.* 1291. *tom.* 5.

Qualiter donatio facta contemplatione matrimonii, & cum ratione conſervandi bona in familia inducat fideicommiſſum ad favorem filiorum donatarii, & alia ad rem, Rot. poſt Urceol. *de transact. dec.* 78. 79. *&* 87. *& part.* 15. *recent. deciſ.* 125.

Simplex tamen donatio facta etiam occaſione certi matrimonii, ut quis condecentiùs vivat, non importat fideicommiſſum ad favorem filiorum donatarii, ad latè tradita per Rot. *part.* 17. *recentior. deciſ.* 186.

Quòd ubi pater ſtipulatus fuit donationem, etiam vigore certi, & determinati matrimonii pro ſe, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus cum clauſula *ad habendum, &c.* non poſſint filii bona donata retinere, niſi tanquam hæredes patris, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 13. *n.* 52. *& ſeqq. & part.* 18. *deciſ.* 793. *num.* 8.

Sed quòd imò hujuſmodi donatio ex cauſa matrimonii uni ex filiis facta, ſi poſtea ille velit ſuccedere tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato cum aliis fratribus ſit conferenda, niſi fuerit prohibita collatio, & idem in ſimilibus donationibus, latè Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 389. ubi plures allegat, & de veriori, & receptiori ſententia teſtatur, vide in §. *Collatio nu.* 1. quæ deciſio fuit confirmata ſub die 18. Junii 1668. coram Bevilaqua.

Quòd ſi ſit facta intuitu matrimonii in genere dicatur ſimplex, ſi verò ſit facta intuitu certi, & ſpecifici matrimonii cum certa perſona contrahendi dicatur ob cauſam, ſicuti ex communi omnium ferè voto diſtinguit Altograd. *conſil.* 7. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 1. ubi intelligit etiam ſi ſit facta ab extraneo non obligato ad dotandum, cùm ſufficiat, matrimonium certum fuiſſe illius cauſam finalem, ad hoc ut donatio dicatur ob cauſam, vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 145. *nu.* 5. *& ſeqq.* Caſtill. *libr.* 6. *cap.* 119.

An promittens donare, vel dotare ſimpliciter ex cauſa matrimonii, vel alia oneroſa, poſſit poſtea in in-

instrumento donationis adiicere pacta, conditiones, vel alia gravamina, vel pactum reversionis, Rot. part. 5. recent. dec. 393. & p. 6. dec. 58. & 127. Olea de cess. jur. tit. 1. qu. 6. n. 11. & seqq.

Quòd promissio donandi habeat vim donationis, Rot. part. 14. recent. decis. 364. dixi in §. Promissio n. 1. & Rot. d. part. 14. dec. 448. per tot.

Quòd donatio facta intuitu, & contemplatione certi matrimonii de proximo contrahendi cum certa persona, dicatur ob causam, & propter interesse illius tertiæ personæ, & filiorum non possit donatarius etiam si vellet retrodonare, consentire, vendere, vel aliter alienare sine vitio nullitatis, Franch. dec. 405. & 436. Rot. part. 14. recent. dec. 11. per tot. & latiùs dec. 280. per tot. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, & responsum pluribus objectis ex solutione matrimonii excitatis, Cancer. var. resol. part. 1. c. 8. nu. 44. Mastril. dec. 211. part. 3. Merlin. dec. 515. per tot. ubi quòd non potest revocari, vel aliqua conditio præjudicialis uxori addi etiam viro consentiente, nec ex viri ingratitudine revocari, vel delicto confiscari, & alia, idem Fontanel. dec. 581. ubi de retrodonatione facta in favorem parentum, an possit impugnari ab ipsis filiis, qui retrodonarunt, & alia, Sanchez. de matrim. lib. 6. disput. 32 num. 2. Addit. ad Burat. decis. 861. Rot. part. 9. recent. dec. 30. n. 29. part. 12. dec. 516. per tot. ubi quòd tribuit jus filiis, quorum appellatione venit etiam monasterium saltem durante vita monialis, licèt fuerit contemplata agnatio, nisi sit clarè exclusa & part. 13. decis. 515. ubi quòd hoc casu sub nomine filiorum veniunt tam mares, quàm fœminæ, Fontanel. d. pact. nupt. claus. 4. glos. 1. n. 71. & seqq. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 20. n. 19. & seqq. ubi etiam quod est conferenda, & in legitimam imputanda, Gratian. discept. forens. cap. 924. per tot. & cap. 984. nu. 22. & seqq. ubi etiam quod non requirit aliquam solemnitatem statutariam, vel insinuationem, nec revocatur ex causa ingratitudinis, vel supervenientiæ liberorum, nec potest filius donatarius in bonis donatis molestari à creditoribus patris posterioribus donationi, quæ omnia benè comprobat Altogr. cons. 7. per tot. lib. 1. vide in §. Argumentum n. & in §. Dos nu. 37. Duran. dec. 40. n. 27 &c. Urceol. consult. 85. vol. 2. ubi an, & quando debeat in legitimam imputari, vel non, Altimar. ad Rovit. cons. 15. lib. 2. vide Add. ad De Franch. Rot. post Urceol. de Transact. decis. 138. ferè per tot.

Quòd dicta donatio facta contemplatione matrimonii habeat privilegium tacitæ hypothecæ adinstar dotis, cui in hoc æquiparatur, Cutel. de donat. tom. 2. discurs. 1. special. 13. n. 22. & special. 14. nu. 7. Rot. part. 13. recent. dec. 421. n. 2. et par. 14. dec 364. ubi etiam si agatur de simplici, & verbali promissione donandi, & dec. 448.

Quando hujusmodi donatio dicatur correspectiva ad dotem, & quid inde sequatur, Gratian. disceptat. 862. n. 1 &c.

Quòd dicta donatio comprehendat etiam filios tanquam filios, licèt donatarii non sint hæredes, Sanfelic. decis. 202. Cutel. de donat. tom. 2. disp 1. special. 25. nu. 8. Rot. part. 6. recent. decis. 127 nu. 4. et part. 12. decis. 33. nu. 8. &c. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 1. nu. 3. 30. et 31. glos. 9. n. 3. plene Rot. d. part. 12. recent. dec. 229. per tot. ubi pro filiis contra creditores patris decocti, & rursus d. part. 12. dec. 356. n. 21. & seqq ubi quando donatio est facta patri, & filiis, debetur illis uti filiis, & non uti hæredibus, & sic independenter à patre, qui ideò non potuit, nec potest filiis aliquo modo præjudicare hypothecando, vel aliter disponendo, vel etiam pacta adjecta non adimplendo, Rot. part. 13. recent. dec. 11. & dec. 129. per tot. & pleniùs dec. 430. per tot. d. part. 13. & dec 515. et part. 14. dec. 61. per tot. et dec. 422. intelligendo tamen quando donatio facta fuit patri simul, & filiis, vel ut sit irrevocabilis respectu filiorum, aliàs autem non censentur vocati ex propria persona, & non admittuntur ad donationem nisi sint patris hæredes, ut benè declarat Rot. part. 10. recent. dec. 98. n. 6. & 7. inf. n. 39. vide Rot. part. 12. recent. dec. 33. nu. 8. & seqq. dec. 116. per tot. & decis. 229. per tot. dec. 323. dec. 356. & dec. 428. & part. 13. dec. 129. per tot. & dec. 264. ubi quòd ex donatione etiam causa certi matrimonii, non quæritur jus filiis, nisi uti patris hæredibus, & part. 14. decis. 529. Vide Ansald. decis. 80. n. 15. Rot. post Urceol. de Transact. decis. 79. & ibi in annot. & decis. 138. Episc. Piton. de Jurepatr. alleg. 46. a num. 4. Episc. Rocc. cap. 106. & cap. 107. libr. 2.

Et cum dicta donatio dicatur correspectiva, & ob causam, annullatur non sequuto matrimonio, Gravet. cons. 461. num. 39. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 273. n. 23. et 24. cap. 498. n. 37. &c. & cap. 522. num. 44. & seqq. Altograd. cons. 7. num. 19. et 20. lib. 1. Rot. in Bonon. de L. paris 10. Junii 1622. coram Remboldo facit supra n. 8. inf num. 23. et 35. Rot. de incompatib. part. 1. cap. 2. ad nu. 95. et 96. fol. 41. col. 1. Altimar. loc. cit. n. 1292.

An autem matrimonio postea nullo declarato, sustineantur donationes causa illius factæ, Franch. decis. 52. per tot. Altimar. de nullit. rub. 1. part. 3. q. 32. n. 5292. tom. 5.

Qualiter sustineri possit, si aliæ causæ simul sint expressæ, etiam non sequuto matrimonio, vel illo annullato, vel quando causa matrimonii non fuit finalis, sed impulsiva tantùm, plene Rot. in Romana donationis de Incasatis 26. Junii 1626. coram Merlino penes Paul. Zacch. Quæst. med. legal. to n. 2. decis. 19. per tot. & inter impressas ejusdem Merlin. decis. 229. et decis. 355. in eadem causa, et decis. 392. pariter in eadem causa, ubi latè ex quibus cognoscatur an causa fuerit finalis, vel impulsiva, & quid præsumendum, Ricc Collect. 3305. ubi refert dictas decisiones, & quod causa matrimonii simpliciter expressa præsumitur impulsiva, & non finalis, Rot. part. 11. recent. decis. 262. num. 24. ubi qualiter excludatur dicta causa. Altimar. ibidem nu. 1293.

Quòd hujusmodi donatio ob causam, non comprehendatur sub statuto loquente de donationibus, Altograd. consil. 7. num. 38. lib. 1.

Et an requirat solemnitates statutarias, Rot. part. 14. recent. dec. 321. per tot. Gratian. disceptat. forens. cap. 474. num. 21. etc. Rot. part. 13. recent. dec. 106. num. 4. etc. decis. 145. n. 4. decis. 314. per tot. inf. nu. 72. Vide Rocc. cap. 110. a n. 7. lib. 2. Altimar. num. 1275. Ansald. decis. 42. a n. 28., ubi loquitur de insinuatione.

An dicta donatio ob causam certi matrimonii possit revocari ex supervenientia liberorum donatoris, vide Paul. Christin. decis. 192 n. 13. etc. volum. 4. ubi quod sic cum quadam modificatione.

Quid si agatur de simplici pacto, vel promissione de instituendo aliquem hæredem universalem intuitu certi matrimonii, Rot. part. 9. recent. decis. 390. per tot. ubi concludit non subsistere, etiam stante matrimonio, & juramento, vel saltem semper posse revocari, ut dixi in §. Pactum num. 3. et §. Testamentum num. 57.

An autem donatio facta sponso, & sponsæ occasione illorum matrimonii, & filiorum, comprehendat tantùm filios illius matrimonii, vel etiam extendatur ad filios alterius matrimonii, dic quod si fuit stipulata pro se, & hæredibus quibuscunque transit ad omnes, si verò pro filiis, & descendentibus acquiritur tantùm filiis illius matrimonii, licèt non sint hæredes, ut latè explicat Rot. part. 12. recent. decis. 230. per tot. ubi etiam adducit aliam distinctionem, et decis. 428. per tot. ubi melius declarat. Altimar. ubi suprà nu. 1294. Vide Episc. Rocc. cap. 23. n. 18. libr. 1.

Item an facta in instrumento matrimonii, in quo mulier renunciavit, dicatur facta potius contemplatione renunciationis, vel matrimonii, & cujus respectiva, Rot. part. 12. recent. decis. 323.

Quòd præcedente donatione, vel promissione, traditio subsequens præsumatur in ejus executionē facta, Rot. p. 12. recent. decis. 339. per tot. vide in §. Titulus num 2. §. Testator n. 4.

An autem stante donatione facta à patre ex causa matrimonii primi ad favorem filiorum ejusdem, possit idem pater contrahendo aliud matrimonium obligare dicta bona donata pro assecuratione dotis uxoris, latè Fontanell. decis. 363. & 364. per tot. ubi affirmativè concludit in subsidium non extantibus aliis bonis li-

be-

beris, et de pact. nupt. tit. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 2. fol. 383. ubi an reſervata ad teſtandum ſint etiam pro dote obligata.

22 Donatio ob cauſam dicitur illa, quæ fit ob cauſam neceſſariam exiſtentem, vel quæ fit ad commodum donantis, Cravetr. conſ. 136. n. 2. Cavaler. deciſ. 257. num. 8. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 749. nn. 14. ubi etiam quod non continetur ſub ſtatuto loquente de donatione, cap. 782. n. 17. & 21. cap. 975. nn. 27. & cap. 984. n. 20. & 38. Altograd. conſ. 7. nn. 1. Tuſch. lit. D, concl. 629. per tot. Urceol. Conſult. 85. nn. 14. vol. 2. Bich. deciſ. 435. num. 5. Rot. part. 15. deciſ. 23. ubi quando dicatur ob cauſam, ut non ſint neceſſariæ ſolemnitates ſtatuti, & quando eſt facta contemplatione certi matrimonii, in quo articulo facit duas pulchras diſtinctiones, per quas benè concordantur opiniones, & deciſiones contrariæ, vide in §. Statutum requircas n. 19. & infra n. 72. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. n. 59. & ſeqq. ubi plurimos allegat, Larrea alleg. 81. Altimar. loc. cit. à num. 1242., & ſeq. ubi de hac, & pluribus ſeqq. De Luc. de renunc. diſc. 6. num. 14. & 15. de donat. diſc. 8. à n. 13. diſc. 11. diſc. 12. diſc. 16. & 17. diſc. 70. à n. 9. de Fideicommiſſ. diſc. 205. n. 3.

Quòd imò non requiratur cauſa præcisè neceſſaria, ſed ſufficiat cauſam eſſe affectione, ſtudio, & quadam benevolentià naturali munitam, vel impulſivam reſultantem ex ratione quadam naturali, vel inſtinctu naturæ ſic impellente ſine neceſſitate præciſa, Mangil. de imput. q. 33. num. 1. 8. & ſeqq. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 20. n. 7. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 1. nn. 33. Altograd. conſil. 8. n. 33. lib. 1. Urceol. d. Conſult. 85. n. 15. &c. Afflict. controverſ. 25. n. 40. Altimar. n. 1243.

Quòd quando fit ex cauſa, quæ ex toto movent donantem aliter non donaturum, vel ex aliquo naturali impulſu, ſive pro implemento voluntatis ipſius donantis abſque alia neceſſitate, dicatur ob cauſam ad omnes effectus, Altograd. conſil. 7. per tot. lib. 1. ubi etiam declarat quando procedat prima opinio, vide Rot. p. 13. recent. dec. 145. n. 5. et ſeqq. per tot. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 3. quæſt. 32. n. 1244. tom. 5.

Quamvis id, quod dicitur de implemento propriæ voluntatis, non tranſeat ſine difficultate, niſi jungatur cum aliis cauſis prædictis, aliàs omnis donatio diceretur ob cauſam.

23 Donatio ob cauſam dicitur conditionalis, ita ut cauſa non ſequuta poſſit revocari, imputatur in legitimam, non revocatur ex ſupervenientia liberorum, valet etiam ſi ſit facta filio in poteſtate exiſtenti, confertur cum fratribus, non revocatur propter ingratitudinem, & ſuſtinetur abſque inſinuatione pro quacunque ſumma etiam excedente metam legalem, quicquid in omnibus his caſibus contrarium ſit in donatione ſimplici, prout hos effectus donationis ob cauſam, benè colligit, & probat Altograd. conſil. 7. n. 19. & ſeqq. ad 32. lib. 1. de omnibus his, & ſimilibus Altimar. ibi num. 1248. Vide etiam circa has concluſiones Barboſ. vot. 69. Beniell. conſ. 51. n. 22. Venturin. conſ. 30. n. 9. Rot. poſt Torr. de pact. deciſ. 98. n. 9. deciſ. 165. n. 11. Donad. de renunc. tom. 1. cap. 7. n. 37.

Quòd donatio ob cauſam, cauſa non ſequuta ipſo jure revocetur, l. 1. C. de donat. ob cauſ. Clar. §. Donatio qu. 25. n. 1. ubi Addit. latè Tuſch. litt. D, concl. 631. Dian. part. 8. tractat. 6. reſol. 89. per tot. & reſol. 109. ubi de donatione facta intuitu paupertatis, vel ſanctitatis, an ſit valida dictis cauſis non exiſtentibus veris, & cui ſit reſtitutio facienda an ipſi danti, vel aliis veris pauperibus, facit quod dixi in §. Vagabundus n. 3. Rot. part. 13. recent. dec. 145. n. 5., & ſeqq. per tot. idem Altimar. num 1257. De Luc. de Donat. diſc. 4. à n. 13. diſc. 11. n. 1. diſc. 12. n. 4. diſc. 70. nn. 9. cum ſeqq. de fideicommiſſ. diſc. 205. ex nu. 2. de renunc. diſc. 6. n. 14. & 15. Rocc. cap. 283. n. 13. libr. 2. Venturin. conſ. 30. n. 9.

24 Donatio facta filio contemplatione Clericatus, & ad effectum ſuſcipiendi ordines ſacros, an ſit ei in legitimam imputanda, vel cum fratribus conferenda vide Cravett. conſ. 126. per tot. Rebuff. in prax. benef. p. 1. tit. de reſcript. in for. com. & for. pauper. nu. 25. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 139. num. 31. & cap. 297. n. 8. &c. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 23. n. 5. & ſeqq. qui videntur concludere, non eſſe imputandam, nec conferendam, & Altograd. conſ. 7. n. 47. lib. 1. & conſ. 8. n. 33. & 34. lib. 1. Graſſ. de effect. Clericat. prælud. num. 421.

Contrarium tamen nempè eſſe imputandam, & conferendam, quoquomodo conſtet ſic eſſe de mente, & voluntate patris, quæ in hoc debet attendi, admittit Merlin. & alii ſupracitati; imò abſolutè in dubio eſſe imputandam, & conferendam, niſi appareat de contraria voluntate patris, reprobato Merlin. tenet Michalor. de fratr. part. 1. cap. 20. nn. 8. facit latè Rot. part. 12. recent. dec. 389. dixi in meis reſol. cap. 57. num. 13. cap. 61. num. 1. & cap. 83. n. 15. & 16. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 170. nu. 13. vol. 2. latè Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 92. per tot. & part. 9. tract. 8. reſol. 24. per tot. ubi dicit hanc opinionem affirmativam, cui adhæret, eſſe probabiliorem, alteram verò negativam communiorem, Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 5. nu. 40. ubi quòd eſt conferenda in partitionibus æſtimata, non autem ipſa bona donata, quæ non poſſunt alienari, ne filius in opprobrium ordinis mendicare cogatur, vide etiam latè Manſ. Conſult. 155. lib. 2.

Et quòd dicta donatio ob cauſam Clericatus, vel alimentorum, nullam requirat ſolemnitatem ſtatutariam, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 750. in fine.

An pater teneatur, & poſſit officio judicis compelli ad donandum filio pro ſacris ordinibus ſuſcipiendis, Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 91. per tot. Addit. ad Sanfelic. deciſ. 384. verſ. Pater.

An autem poſſit dicta donatio retrodonari, maximè ſi ſit facta ab extraneo cum dicto pacto, & an mortuo Clerico revertatur ad donatorem, Dian. par. 8. tr. 6. reſol. 131. ubi negativè concludit in utroque capite; ſed in ultimo ego crederem poſſe reverti ad donatorem ſi ſibi ita cavit per pactum, cùm tunc ceſſent rationes prohibitionis, alia vide in §. Clericus nu. 16. &c. & benè comprobat Rot. part. 13. rec. dec. 382.

25 Donatio remuneratoria, non continetur ſub ſtatuto loquente de donatione, nec illius ſolemnitates requirit, cùm æquiparetur contractui oneroſo, Jaſ. in l. ex hoc jure n. 53. ff. de juſt. & jur. Addit. ad Pract. Papp. libel. donat. gloſ. 2. verb. remuneratiua, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 386. n. 12. & 13. ubi etiam quòd dicitur remuneratoria quamvis non præcedant merita, ſed fiat pro futuris meritis ibid. num. 5. & 6. cap. 82. num. 28. cap. 470. nu. 42. ubi quòd in donatione nulla conſideratur læſio, cùm ex liberalitate procedat, & cap. 657. num. 17. &c. vide in §. Læſio num. infra n. 27. in fine. Altimar. de nullit. rub. 1. part. 3. qu. 32. num. 1316. tom. 5. Urceol. conſult. 54. à n. 9. libr. 2. Manſ. conſult. 724. n. 9. cum ſeqq. & conſult. 581. à num. 31. Paſſarell. de Donat. lib. 2. quæſt. 5. Antun. eod. tract. lib. 1. cap. 3. nn. 58. Jovi. de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ. 16. §. 5.

Plura de donatione remuneratoria tradit Garſia tract. de donat. remuner. per tot & habetur poſt tract. alterius Garſiæ de expenſ. & meliorum. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. n. 31. & ſeqq. plura Altimar. loc. cit. à dict. nu. 1316. Paſſarell. Antun. Jovi. loc. ſupra citat.

Quando donatio ob benemerita valeat, vel non, latè Tuſch. litt. D. concluſ. 636. Maſcard. de probat. concluſ. 559. & 560. per tot.

Si tamen ageretur de donatione remuneratoria facta à minore, vel muliere, eſſet neceſſariæ ſolemnitates ſtatutariæ, Pic. ad Statut. Urb. gloſ. 7. n. 19. et ſeqq. vide latè Rot. in Romana donationis 6. Junii 1663. coram Veroſpio part. 6. recent. deciſ. 358. ubi refert contrarias opiniones, & concordat, et part. 14. deciſ. 380. n. 11. et ſeqq. ubi idem concludit in donatione correſpectiva. Vid. Altimar. loc. cit. à n. 1319. et ſeq. ubi de pluribus aliis.

Quòd tutores, vel curatores, cæterique adminiſtratores poſſint ex cauſa remunerationis donare bona pupillorum, vel minorum, tam mobilia, quàm immobilia, etiam ſine decreto, ſicut & ipſi minores, cùm non ſit propriè donatio, ſed potius debiti ſolutio (licet quoad immobilia alii contrarium ſentiant, & melius judicio meo, latè probat Vivi. comm. opin. a n.

per

var. reſol. lib. 1. cap. 19. n. 12. Spad. conſ. 49. n. 52. & 53. lib. pr. Altimar. loc. cit. n. 602. Cancer. de Donat. lib. 2. cap. 8. n. 126.

Item nec donatio ob cauſam revocatur ex ſupervanientia filiorum, ſed tantum donatio ſimplex, Altograd. conſ. 7. n. 23. lib. pr. ſupra n. 23. Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 65. ubi de donatione remuneratoria, ut non poſſit. revocari. Jovi. de ſolemn. in contract. minor. gloſſ. 16. §. 4. nu. 43. De Luc. de Donat. diſc. 20. numer. 5. diſc. 21. nu. 8. & alibi Altimar. loc. cit. n. 610.

An revocetur per ſupervenientiam filiorum illegitimorum, qui à Principe legitimentur, contrarias opiniones refert Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 62. ubi affirmativam ſequitur. Vide Altimar. n. 611. ubi pro utraque opinione.

30 Donatio facta cum pacto, ut nulla ingratitudinis cauſa, vel ſupervenientia liberorum poſſit revocari, efficitur irrevocabilis, cum donans ceſſerit juri ſuo, Bart. in l. 1. C. de inoff. donat. Pract. Papp. cauſ. donat. gloſſ. 3. n. pr. Vivi. comm. opin. 224. ubi intelligit ſtante juramento, vide inf. num 33. Fontan. de pact. nupt. tom. pr. clauſ. 4. gloſ. 28. fol. 525. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæſt. 32. nu. 603. tom. 5. Samiotat. controverſ. 77. n. 4. & 6. Sed contra Altimar. loc. cit. Roec. reſp. 88. lib. 2.

Quòd tamen pactum non obſtabit filio, quin ipſe poſſit donationem revocare, vel per l. ſi unquam C. de revoc. donat. vel ex tit. de inoff. donat.

An autem poſſit in totum revocari, vel uſque tantùm ad legitimam, Pract. Papp. loc. cit. nu. 2. & 3. Rip. in repet. l. fin. C. de revoc. donat. quæſt. 54. n. 280. &c. vide Oinot. in § ſciendum n. 5. & 9. Inſtit. de donat. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 96. nu. 36. & ſeqq. Clar. §. Donatio q. 22. verſic. Tertiò, ubi an tale pactum præjudicet filiis teſtatur articulum eſſe adeò dubium, ut Imperatoria deciſione indigeret, & nonnullas diſtinctiones pro concordia adducit, & præjudicare filiis videtur tenere Altograd. conſ. 5. nu. 97. &c. lib. 1.

Quòd diſpoſitio d. l. ſi unquam non veniat ſub generali renunciatione, poſſit tamen illi expreſsè renunciari, & talis renunciatio operetur ſolum, ut donatio in vita patris ſit valida, nec poſſit à filiis revocari niſi poſt mortem patris, quatenus attingat ipſorum legitimam, Barboſ. de Clauſ. clauſ. 133. nu. 18. Fachin. lib. 3. controv. 84. Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 60. per tot. Altimar. loc. cit. n. 604. & ſeqq. De Luc. de Donat. diſc. 20. diſc. 21. diſc. 22. & diſc. 71. Donad. de renunc. cap. 16. n. 11.

Utrùm verò donatione revocata ob nativitatem filiorum ſint reſtituendi fructus, & à quo tempore, Ricc. Collect. 1924. Vide Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. deci. 46. & in append. poſt cent. 2. Ayllon. ad Gom. libr. 2. cap. 4. n. 13. Altimar. loc. cit. n. 609.

31 Donatio inofficioſa re, & conſilio uni ex filiis facta revocatur tantùm reſpectu legitimæ aliorum; facta verò extraneo, & nihil filiis relicto revocatur in totum, ſi ſit inoffitioſa re, & conſilio, ita ut nec etiam firmetur juramento, tot. tit. C. de inoff. donat. Covar. var. reſol. lib. pr. cap. 19. nu. 12. Tiraquel. in leg. ſi unquam verb. totum n. 5. & ſeqq. C. de revoc. donat. Trentacinq. tit. de donat. reſol. 4. Paul. Chriſtin. deciſ. 171. per tot. volum. 2. Clar. §. Donatio quæſt. 24. per tot. Gratian. diſcept. for. cap. 472. n. 25. cap. 729. per tot. & cap. 950. num. 1. &c. Tuſch. litt. D. concluſ. 984. &c. Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 66. ubi quod ſi filiis aliquid relictum fuerit revocatur tantùm quoad ſupplementum legitimæ, ſicut quando fuit inofficioſa re tantùm, & non conſilio, licèt extraneo facta, vide Chriſtin, & alios ſupracitatos, quibus adda Ariſm. Tepat. var. ſent. tit. 497. &c. Trentacinq. var. reſol. lib. 3. tit. de donat. reſol. 4. per tot. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 2. fol. 93. Hermoſil. ad leg. Partit. tom. 1. gloſ. 12. & 13. per tot. lib. 8. tit. 4. fol. 355. &c. Altimar. ubi ſupra nu. 676. Vide Rot. coram Pen. deciſ. 103. ubi Creſcin. in annot. Antonell. de tem. leg. lib. 2. cap. 61. n. 10. fol. 186. Tondut. q. q. civil. quæſt. 54. n. 1. Aylon. ad Gom. loc. cit. n. 14. Saminiat. controverſ. 77. Caſareg. ad ſtatut. Jan. fol. 166. num. 26. Rocc. reſp. 96. a n. 6. Boſſ. de Dot. cap. 14. n. 16.

Quòd donatio inofficioſa re, & conſilio, & ſic malo animo facta corruat in totum, aliàs autem poſſit agi tantùm ad ſupplementum legitimæ, docto etiam de valore bonorum donantis ab ipſo filio inofficioſitatem allegante, & ad dictum effectum ſufficiat aliquid etiam minimum fuiſſe filiis relictum, Bich. deciſ. 136. nu. 20. & ſeqq. Altimar. ubi ſuprà n. 676. & 679. Cancer. part. 1. cap. 8. nu. 120. & 121. Faria ad Covar. lib. pr. cap. 19. n. 98.

Non tamen poteſt revocari vivente donatore, ſed illius mora eſt expectanda, idem Gratian. dict. cap. 950. n. 7. Altograd. conſ. 43. n. 33. lib. 2. vide in §. Filius num... Tuſch. loc. cit. Chriſtin. d. deciſ. 171. n. 13. vide Ricc. Collect. 181. ubi contra quod filii ſupervenientes revocent etiam vivo patre.

Ad cognoſcendum autem an ſit inofficioſa inſpicitur tempus factæ donationis, & non futurum, gloſ. in l. 1. q. 9. C. de inoff. donat. Addit. ad Pract. Papp. cauſ. donat. gloſ. 3. ſub num. 2. vide in §. Dos nu. 36. Tuſch. loc. citat. Ricc. Collect. 181. ubi pariter contra, De iſta Donat. inoffic. agit. Altimar. loc. cit. à n. 676. Faria loc. cit. libr. 1. cap. 19. n. 96. & ſeqq. ubi plura alia.

Donatio, quæ ex aliqua juſta cauſa poterat à donatore revocari non poteſt ab ejus hæredibus revocari, cum defunctus tacendo videatur hujuſmodi cauſam remiſiſſe, l. fin. propè finem C. de revoc. donat. Pract. Papp. cauſ. donat. gloſſ. 3. n. 11. Clar. §. Donatio qu. 23. in fine, Montan. de tut. cap. 18. nu. 48. Magon. deciſ. Flor. 70. n. 2. etc. dec. 76. n. 26. etc. Guid. Pap. deciſ. 114. Rot. part. 2. diverſ. deciſ. 102. num. 18. Merlin. deciſ. 692. num. 80. &c. Sanfelic. deciſ. 192. num. 3. &c. Sperel. deciſ. 81. num. 36. & deciſ. 170. num. 30. &c. Altograd. conſ. 37. n. 11. & ſeqq. lib. 2. ubi quòd ideò jus revocandi, ſicuti non tranſit ad ſucceſſores, non etiam tranſit in monaſterium, nec in fiſcum etiam antè ratificationem donatarii, & conſ. 38. num. 4. &c. eodem lib. 2. infra num. 34. verſic. quod ex capite in fine, Dian. part. 8. tract. 6. reſolut. 54. verſ. Advertendum, ubi quòd ex capite ingratitudinis poſſit revocari donatio à ſolo donatore, non autem ab ejus hæredibus, intelligit verùm quando donator ſcivit cauſam ingratitudinis, & tacuit, ſecus autem ſi illam ignoravit, Hermoſil. eodem tract. tom. 1. gloſ. 8. leg. 10. tit. 4. fol. 380. &c. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 3. quæſt. 32. n. 512. & n. 565. tom. 5. Hodiern. controverſ. 3. n. 97. & ad Surd. deciſ. 206. ſub n. 1. 32

Donatio jurata non poteſt revocari ex aliqua ingratitudinis cauſa, Everard. loc. a vi, & energ. juram. n. 53. ubi Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 57. per tot. ubi poſt relatas contrarias opiniones, hanc probat Vivi. comm. opin. 224. intelligit ſtante pacto jurato, Altimar. loc. cit. n. 538. ubi Doctoras pro utraque opinione, vide Sperell. deciſ. 188. a n. 26. 33

Quòd ingratitudo præterita poſſit per pactum remitti, non autem futura, quia invitaret ad delinquendum, Socin. reg. 347. per tot. Vivi. d. comm. opin. 224. Gratian. diſcept. for. cap. 96. num. 37. &c. Sperel. deciſ. 180. n. 26. &c. ubi limitat niſi pactum eſſet juratum, quia tunc eſſet ſervandum, cùm non reſpiciat bonum publicum, ſed tantùm intereſſe jurantis privatum.

Quòd tamen videtur intelligendum de ingratitudine commiſſa per dolum præſumptum, vel latam culpam, cujus valida eſt remiſſio in futurum, ſecus autem in ingratitudine commiſſa per dolum verum, qui nec cùm juramento remitti poteſt in futurum, Gratian. loc. cit. n. 38. vide in §. Dolus n. 8. Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 57. & 59. verſ. Sed quærunt.

Quòd autem donatio poſſit ex cauſa ingratitudinis revocari, non ſolum ex cauſis expreſſis, ſed etiam ex aliis ſimilibus, ſive majoribus, text. cum gloſſ. & aliis in l. fin. C. de revoc. donat. Clar. §. Donatio quæſt. 21. Paul. Chriſtin. deciſ. 192. vol. 8. & 216. volum. 5. Tuſch. litt. D, concluſ. 711. per tot. Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 54. & ſeqq. Vivi. comm. opin. 213. Hermoſil ad leg. Partit. tom. pr. gloſſ. pr. & ſeq. l. 10. tit. 4. fol. 375. &c. ubi plura an, & quando donatio poſſit ex cauſa ingratitudinis revocari; vel non.

Vide

Vide Altimat. loc. supra cit. a n. 538.

Quód possit revocari intellige si res donsta extet adhuc penes donatarium, nam si fuerit alienata ante commissam ingratitudinem secus, text. in l. bis solis 7. C. eodem ubi DD. & Merlin. de pign. lib. 5. tit. pr. quæst. 22. n. 3. dixi in §. Hypotheca num. 47. vers. an donatione.

An possit revocari si donatarius neget aliments donatori, contrarias opiniones refert Dian. part. 8. tract. 6. resol. 55. ubi transit cum affirmativa infra num. 57. Altimar. ubi supra a n. 587. Card. DeLuc. de Credit. disc. 31. n. 18. Nogueroll. alleg. 14. n. 39.

Item an facta Ecclesiæ possit ob ingratitudinem Prælati revocari, negativè concludit idem Dian. loc. cit. resol. 56. ubi tamen refert contrarium fuisse judicatum in Senatu Olisipponensi, licèt non benè, ut ipse dicit, idem Altimar. loc. adduct. num. 548. Cutell. de Donation. tom. pr. special. 7. n. 12. & speciali 9. n. 7.

An autem donatarius ingratus teneatur restituere bona donata antè judicis sententiam, una cum fructibus ante revocationem perceptis, dic quod non, sicuti pluribus relatis in utroque capite, probat idem Dian. ubi supra resol. 58. per tot. Paul. Christin. decis. 216. n. 21. & seqq. vol. 5. ubi quód teneiut ad fructus nisi post litem motam, idem Altimar: ubi supra num. 550. & ad Rovit. cons. 21. num. 2. lib. pr. Ayllon. ad Gom. libr. 2. cap. 4. n. 25.

Plura de revocandis donationibus, Arismin. Tepat. var. sent. tit. 500. per tot. Plurima Altimar. à dict. n. 536. in tit. quæst. 32. & ad Rovit. loc. cit.

34 Donatio ob pacta in ea apposita, non servata, censetur revocata, & dominium reversum ad donatorem, vel ejus hæredem, tanquam deficiente modo, conditione, & causa ob quam fuerat facta, l. pr. C. de donat. sub modo Addit. ad Pract. Papp. libel. donat. glos. pr. in fine, Magon. decis. Flor. 76. n. 20. & seqq. Gratian. discept. forens. cap. 381. num. 20. & facit in cap. 96. per tot. Tusch. litt. D, conclus. 642. & seqq. dixi in resolut. cap. 59. per tot. ubi videas, & Paul. Christin. decis. Belg. 9. vol 3. ubi etiam quid si causa non sequatur citra culpam accipientis, sed casu fortuito, & alia in decis. seqq. Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. Prælud. 2. §. pr. & a. per tot. ubi plenè de donatione sub modo, vel conditione facta, an, & quando possit revocari, vel censeatur revocata, & defecta, an dominium ipso jure transferatur in donatorem, & alia plura ad rem notabilis, Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 32. à num. 1366. tom. 5. De Luc. de Donat. disc. 9. n. 4. disc. 12. n. 3. disc. 18. n. 10 disc. 19. nu. 2. disc. 70. n. 7. Pacion. alleg. 29. n. 42.

Quód donans reservata sibi aliqua portione, ea non soluta, non possit agere pro resolutione contractus, sed tantùm pro adimplemento, maximè si donatio fuerit modalis quoad effectum, licèt conditionem præseferat, & cum clausula non aliter, nec alio modo, Rot. part. 17. recent. decis. 56. vide in §. Renunciatio num.

An, & quando donatarius possit renunciare donationi cum onere acceptatæ, vel non, Rot. part. 16. decis. 408. n. 15. & seqq. infr. n. 57.

Si fuerit facta donatio ex pluribus causis, non deficit, si una cesset aliis remanentibus, Gratian. discept. forens. cap. 568. num. 15. vide in §. Renunciatio num.

Licèt autem donatio resolvatur, ut supra ob pacta non servata, si tamen sit facta pluribus successivè, sed independenter, veluti patri, & filiis, contraventio unius non præjudicat aliis ex propria persona, & non tanquam hæredibus vocatis, nec potest donans in eorum præjuditium revocare, latè Rot. part. 12. recent. decis. 356. per tot. supra num. 21. eadem Rot. part. 13. recent. decis. 51. & decis. 82. num. 4. infra num. 39. in fine, Rot. d. part. 13. decis. 280. num. 15. De hac & pluribus seq. Altimar. loc. cit. à num. 1367.

Sicut etiam si sit facta Ecclesiæ, vel causa libertatis, non potest revocari etiam pactis, & modis non impletis, nisi hoc sit expressè conventum, sed agendum est ad implementum de jure canonico, Soc. reg. 382. privil. 60. Gratian. discept. forens. cap. 803. num. 18. & seqq. vide in §. Legatum num. Dian. part. 8. tract. 6. resol. 42. per tot. ubi benè declarat, & extendit. Altimar. loc. cit. n. 1370. De Luc de Donat. disc. 12. 13. 15. 19. 23. 72. Gob. consult. 23. n. 39.

Et censebitur remissa revocatio, si donator interpellet donatarium ad implendum modum, causam, vel conditionem, idem Gratian. discept. 246. num. 25.

Quód licèt pacta regulariter transeant ad hæredes, istud non procedat quando sunt personalis, & ex quibus cognoscatur realitas, vel personalitas, latè Rot. part. 9. recent. decis. 387. n. 40. & seqq.

Quód ex capite conditionis non purificatæ, aut implementi non sequnti, possit donatio revocari, Altograd. consil. 28. num. 3. lib. 2. ubi tamen num. 4. quod jus revocandi non transit ad hæredes, vel alios successores universales donantis, intelligendo de jure revocandi ex simplici pœnitentia nam actio ad rescindendam donationem ex defectu conditionis, vel implementi transit ad hæredes, & alios universales successores, ut ibidem num. 5. vide Rot. part. 3. recent. decis. 612. & decis. 644. & part. 4. decis. 338. & part. 9. vol. 1. decis. 11. per tot. in quibus plenè resoluitur donationem ob non impletum modum, & conditionem adjectam, corruere, maximè ubi fuit ita expressè conventum per clausulam, non aliàs, non aliter, nec alio modo, nec posse acceptari recusando pacta per modum conditionis apposita, ita ut hujusmodi defectus possit etiam ab hæredibus donatoris allegari, & alia ad hoc propositum, Hermosil. ad leg. Partit. tom. 1. glos. 2. leg. 5. & 6. fol. 317. &c. ubi plura de donatione conditionali, & modali, de qua etiam plenè Autunez. Portugal. loc. sup. cit.

Quando tamen non possit per hæredes allegari defectus conditionis, Rot. d. part. 9. recent. decis. 387. num. 35. & seqq. ubi agebatur de donatione facta filiis cum pacto, ut illis omnibus deficientibus, reverteretur in dominium patris, & fuit resolutum patre prædefuncto, pendente adhuc dicta conditione, illius effectum evanuisse, nec ad hæredes fuisse transmissum, licèt ante dictam donationem fuisset ordinatum fideicommissum, quod per eam fuit sublatum, & bona remanserunt libera hæredibus, & cessionariis dictorum filiorum, quibus facta fuerat dicta donatio.

Plura de donatione facta sub modo, vel conditione, vel certo tempore, Paul. Christin. decis. 191. volum. 4. Tepat. var. sent. tit. 498. Rot. part. 11. recent. decis. 354. ubi plene de donatione facta cum conditione pacti reversivi, ut dicta conditio sit pars formalis, & substantialis ipsius donationis, censeaturque apposita, & repetita omnibus donatariis successivè vocatis, Plurima Altimar. toties cit. qu. 32. à n. 1130.

Plura de pacto reversionis bonorum ad donatorem, vel ejus hæredes, ac de facultate disponendi de illis, Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 10. fol. 217. &c.

Stante tamen difficultate, & impotentia implendi, & sic cessante dolo, donatarius non cadit à commodo donationis ex capite l. si quis major. C. de transact. quæ aliàs locum habet in quocunque contractu jurato, concurrente dolo, sicut nec cadit quando contrahentes sibi prospexerunt de certa pœna expressa in casu contraventionis, Magon. decis. Flor. 96. per tot. vide in §. Dispositio num.

Et quód quando onus fuit adjectum per viam modi, non incipiat obligatio, nec mora contrahatur ad effectum privationis, nisi post interpellationem, & monitionem, præcipuè ubi certa dies non fuit præstituta quicquid sit in conditione, Altograd. consil. 38. num. 27. &c. lib. 2.

Quód donans ab initio possit apponere conditiones sibi benè visas, donatione veró jam perfecta non possit de novo ex intervallo conditiones apponere, nisi de hoc sibi reservaverit facultatem, quæ reservatio operatur ut censeantur usque à principio appositæ, Merlin. decis. 802. per tot.

Qualiter donatarius accipiens donationem cum onere primogenituræ, possit illam reiicere in præjudicium vocatorum, vel non, Rot. part. 13. recent. decis. 134. n. 12. &c.

Donatio facta ab ingrediente monasterium, vel habente propositum ingrediendi, an possit revocari, tanquam non sequuta causa, vel ea non durante, si postea 35

do-

donans non ingrediatur, vel exeat, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 96. per tot.* ubi etiam per quas clauſulas efficiatur irrevocabilia ſupra *n.* 21. vide Rot. in Romana donationis 15. Maii 1641. & 17. Decembris 1641. coram Royas *part. 9. recent. deciſ.* 21. & 56. *per tot. & deciſ.* 32. *d. part.* 9. ubi quòd ſtante reſervatione, ſi exeat de licentia Superioris, recuperat omnia etiam aliis interim quæſita, Rot. *p.* 16. *recent. deciſ.* 143. *per tot.* ubi latè de materia, Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *qu.* 32. *n.* 1301. *tom.* 5. Vide Rot. coram Anſald. *deciſ.* 78. *n.* 37. Torre *de pact. libr.* 2. *cap.* 25. *n.* 17. De Luc. *de Donat. diſc.* 15. & 16. *n.* 12.

Quòd ceſſet donatio non ſequuto ingreſſu Monaſterii, vel ſi ingreſſus poſteà egrediatur relato Gratian. & aliis reſolvit Antunez. Portugal. *de don. Reg. lib. pr. Præl.* 2. §. *pr. num.* 97. & *ſeqq.*

Qualiter volens ingredi religionem poſſit diſponere de bonis, tam per contractum, quàm per ultimam voluntatem, nec poſſit pœnitere, niſi quatenus egrediatur, valeat donatio abſque inſinuatione, & aliis ſolemnitatibus ſtatutariis, & alia, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 222. *per tot.*

Quòd poſſit revocari Menoch. *de arbitr. caſ.* 436. *n.* 5. *&c.* ubi quod idem eſt in renunciatione, vide in §. *Renunciatio n.* 31. Tuſch. *litt. D, concluſ.* 632. & 633. *per tot.* Natt. *conſ.* 181. Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 86. ubi quòd ſi monachus licitè exeat à Religione recuperat bona donata, vel in Eccleſiam collata ex cauſa ingreſſus, latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 32. & *part.* 11. *deciſ.* 340. *num.* 2. & *ſeqq.*

Quando ingreſſus religionis dicatur cauſa finalis donationis vel potius impulſiva, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 971. *num. pr.* & *ſeqq.* & *num.* 4. & *ſeqq.*

Quòd ſi puella ante ingreſſum Religionis donaverit bona monaſterio, ſub conditione futuræ profeſſionis cum clauſula, *ex nunc prout ex tunc*, non poſſit poſtea etiam ante conditionis eventum pœnitere, & alteri donare, ſed ſequuta profeſſione, & ſic conditione præfertur monaſterium, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 137. *per tot. inf. n.* 71.

Quando dicta donatio non poſſit revocari, idem Gratian. *deciſ.* 42. *per tot.* & illum ſequitur pluribus aliis citatis Rot. in Romana donationis 15. Maii 1641. coram Royas *part.* 9. *recent. deciſ.* 21. ubi in ſpecie reprobat Menoch. *conſ.* 388. dum voluit hujuſmodi donationem tanquam poteſtativam revocari poſſe, & firmat non poſſe revocari, quando tamen ſequuta fuit profeſſio; & latiùs in eadem cauſa coram eodem 17. Decembris 1641. *d. part* 9. *deciſ.* 56. *per tot.* ubi quòd non poteſt revocari, niſi ex cauſa non ſequuti ingreſſus, vel non factæ profeſſionis, & ſuſtinetur etiamſi ſit univerſalis omnium bonorum, & nulla facta reſervatione pro ſæculrare reſtandi, vide infra *num.* 48. vide Add. ad Gratian. *cit. dec.* 42. ubi Scopp. & De Luc.

Quicquid aliàs ſequendo Menoch. & alios tenuerit eadem Rot. *in dicta cauſa deciſ.* 450. *in Append part.* 9. quia fuit revocata, ut ſupra.

An hujuſmodi donatio ob ingreſſum religionis facta à minore, vel muliere requirat ſolemnitates ſtatutarias, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 975. *n.* 1. & *n.* 32. & *ſeqq. per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 245. & *part.* 13 *deciſ.* 222. *nu.* 8. *&c.* Rot. coram Anſald. *deciſ.* 76. *à n.* 26. & *ſeqq.*

Quod facta ante ingreſſum ſubjacent ſolemnitatibus ſtatutorum laicalium, ſecus autem ſi fiat poſt ingreſſum, quia tunc ſufficit ſervare formam Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16 ad latè tradita per Sperel *deciſ.* 16. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 245. *dixi in* §. *Renunciatio num.* 30 & §. *Statutum requirens num.* 16. vide Barboſ. *in Collect. ad dict. Conciol. loc. cit.*

Quòd donatio cauſa mortis, & quælibet alia ultima voluntas facta à Novitio poſt ingreſſum Religionis ſit valida, etiam ſine ſuperioris licentia, non obſtante Concilio *loc. cit.* quia loquitur tantùm de renunciationibus, & obligationibus, non autem de ultimis voluntatibus, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 86.

Item valida eſt donatio remuneratoria facta à Novitio, etiam non ſervata forma præſcripta à Concilio, ut latè probat Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 121. *per tot.* contra Sperel. *d. deciſ.* 16. *num.* 53.

Quòd offerens ſe, & bona monaſterio, recedendo cum licentia, & ob non ſervata ſibi promiſſa, bona etiam recuperet, Sanfelic. *deciſ.* 191. *per tot.*

36 Donatio inter vivos facta ſolemniter, non revocatur per ſubſequens teſtamentum, quia in actibus inter vivos, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, Bellon. *conſil.* 29. *n.* 11. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 751. *n.* 10. *&c.* Altograd. *conſil.* 8. *n.* 85. & 86. *lib. pr.* Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 47. *n.* 6. & *ſeqq.* & *deciſ.* 61. *d. p.* 9. ubi quòd donatio ab initio perfecta, non poteſt per codicillos mutari, vel alterari, & *p.* 12. *deciſ.* 303. *per tot.* ubi idem in pacto, vel facultate ad favorem tertii, & *p.* 13. *deciſ.* 222. *n.* 2. *&c.* & *deciſ.* 515. *n.* 20 *&c.* vide Buratt. *dec.* 640. *n.* 13.

Quid in donatione cauſa mortis, & poſt mortem collata, Clar. §. *Donatio q.* 19. *verſic. Sed quid ſi quis in fin.*

Quòd in concurſu duarum donationum, prima prævaleat, & non poſſit per ſecundam revocari, Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 106. *infra n.* 64.

Intellige prædicta quando donatio fuit acceptata à donatario, & quando continet rem diverſam ab eo, quod hæres capturus eſt ex inſtitutione, aliàs ex teſtamento ſubſequuto oritur probabilis conjectura mutationis voluntatis, Rot. in Faventina dotis 14. Martii 1635. coram Motman. *in Noviſſ. p.* 7. *deciſ.* 27. *num.* 7. *vide in* §. *Teſtamentum n.* 40. Rot. *p.* 12. *recent. deciſ.* 303. ubi plura pro acceptatione, & irrevocabilitate, etiam ſimplicis facultatis diſponendi tertio in ipſa donatione conceſſæ.

Sed dicta ultima deciſio 303. reſpectu ſimplicis facultatis, fuit poſtea revocata, *p.* 13. *recent. deciſ.* 189. & oſtenſum poſſe revocari, ut dixi *in* §. *Facultas n.* 12.

Donans alicui cum pacto, ut poſt mortem illius res donata tranſeat in tertium, an in præjudicium dicti tertii poſſit illam revocare, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 575. *num. pr.* & *ſeqq. ad* 18. dixi in §. *Subſtitutio num.* 31 ſicut Rot. *par* 12. *recent. deciſ.* 303. Latè Ureeol. *conſult. forenſ. cap.* 54. *num.* 42 *vol.* 2. 37

Quòd poſſit revocare ante acceptationem factam ab illo tertio, probat Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 103. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 191. *nu.* 10. *vol.* 4. Hermoſil. *ad leg. Partit. tom. pr. gloſſ.* 4. *leg.* 7. *tit.* 4. *fol.* 330.

Quòd ſtante obligatione Camerali, per quam abſenti jus quæritur ſine ceſſione, acceptatione primi donatarii, cujus miniſterio quæritur actio etiam aliis vocatis poſt illius mortem, juncta cum ſtipulatione Notarii quaſi abſentium vicesgerentis, præcludatur via donatori revocandi donationem, & donatario retrodonandi in præjudicium aliorum, ita ut filii in dicto caſu poſt mortem patris vocati, quamvis illius hæredes ſint, poſſint ex propria perſona agere ad bona donata, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 280. *per tot.* ubi reſtatur de veriori, & æquiori opinione non obſtante multorum contradicentium ſtrepitu, vide infra *num.* 60. & *ſeqq.* Martha *vot. Piſ.* 9. *n.* 31. & *ſeqq.* ubi in terminis Comendæ, ut non poſſit revocari in præjudicium vocatorum, & *vot.* 215. ubi quòd filii competit perſonalis actio in rem ſcripta ex *l. quoties Cod. de donat. quæ ſub mod.* contra tertios bonorum donatorum poſſeſſores, & *vot.* 218. ubi ſecus in donatione cauſa mortis Rot. coram Pen. *deciſ.* 239. *n.* 4. ubi Creſcin. in annotatione.

An autem ex pacto in donatione adjecto, ut donatarius creditoribus donatoris, vel alterius ſolvat, taliter illis quæratur actio, ut in concurſu præferantur creditoribus donatarii, Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 50. *num.* 10. & *ſeqq.* ubi pro creditoribus donatarii, ut ipſi præferantur creditoribus donatoris, vel alterius ex pluribus, vide in §. *Stipulatio num.* 12.

Quòd donans non poſſit in præjudicium hæredum remittere certum modum in conditione appoſitum, cùm illis videatur acquiſita utilis actio, quæ ſine eorum facto non eſt auferenda, Magon. *deciſ. Flor.* 138. *num.* 27. & 28. de quo tamen poteſt valde dubitari, cùm regulariter poſſit donans pactum revocare, ſeu remittere donatario, etiam in præjudicium Eccleſiæ, cui poſt mortem ipſius donatarii acquiri volebat, & quando ſecus, Bart. & Jaſ. *in l. qui Romæ* §. *Flavius ff. de verb. oblig.* Diaz. *reg.* 211. Duen. *reg.* 216. ubi in caſu tertii, teſtatur contrariam opinionem eſſe veriorem, & magis communem, cùm jam actio utilis ſit illi

illi quæsita, per text. in *l. quoties C. de donat. sub modo, vide in §. Substitutio num.* 31. Tusch. *litt. T. conclus.* 658. *per tot.* Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 124. *versic. Notanda*, ubi in specin reprobat Bart. *loc cit.* & tenet quod quando pactum donationi appositum in favorem tertii absentis, redundat in utilitatem Ecclesiæ, non possit revocari, quia ex hujusmodi pacto, Ecclesiæ non tantum actio personalis, sed etiam dominium, & rei vindicatio acquiritur, adde plene Urceol. *Consult. for. cap.* 54. *num.* 42. *& seqq. per tot. vol.* 2. ubi examinat doctrinam Batt. & aliorum, ac contra illos concludit, & quatenus vera esset, illam pluribus modis limitat, facit Rota *part.* 12. *recent. decis.* 356. Martha *vot. Pis.* 247. *n.* 7. *&c.* ubi quòd donatio facta alicui pro se, & filiis nascituris, potest revocari de consensu primi donatarii in præjudicium aliorum, quando sumus in profectitiis, imò etiam si substitutus non esset de descendentibus, quin ante illius acceptationem potest revocari non obstante stipulatione Notarii, ad Thess. *decis.* 70. *n.* 3. *&* 4. Facit Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *n.* 488. *tom.* 5. De Luc. *de Donat. disc.* 36. *n.* 8. *&* 10. *disc.* 56. *a num.* 2. Bosc. inter oper. De Luc. *art.* 2. *ex n.* 62. *& seqq.*

De conclusione an possit tertiò præjudicari, latè pluribus hincinde citatis videndus Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. *§.* 1. *num.* 147 *& seqq.* ubi concludit revocationi locum non esse in præjudicium tertii, illo non consentiente, Gamm. *decis.* 8. 233. *&* 338. ubi Flores de Mena Larrea *decis.* 65. *&* 91. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 1. *num.* 5. Tondut. *resol. civil. cap.* 55. *num.* 5. *& seqq.* Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 258. Castill. *lib.* 4. *controver. cap.* 5. *num.* 23. Ita ut actio competens secundo donatario, mortuo illo in vita primi transmittatur ad hæredes ipsius, & tanquam in rem scripta, licèt personalis detur contra singulares rei possessores, ex traditis per Portugal. *ubi supra n.* 159. *& seqq. per tot.* Faciunt plures Add. ad Covar. *libr.* 2. *cap.* 14. *n.* 3. 4. *&* 31.

38 Donatio facta descendentibus ordine successivo, & prout succedarent ab intestato, censetur hæreditaria, & qui vult admitti, debet habere qualitatem hæredis, Ger. Spin. *consil.* 48. *per tot.* Iaiñ Cabal. *consil.* 142. *nu.* 74. *& seqq. lib.* 1. ubi quòd sequentibus vocatis non competit hypotheca contra primum donatarium, vel ejus hæredes, qui alienarunt, licèt plures etiam auctoritates, & rationes in contrarium adducat, quibus respondet sustinendo, ut supra.

Et quòd ex tali donatione pluribus facta ordine successivo, non competit rei vindicatio sequentibus donatariis contra tertium, in quem fuissent alienata bona à donatario præcedente, sed solùm actio personalis ad interesse contra donatarium, qui alienavit bona per eum restituenda aliis postea vocatis, plenè idem Ger. Spin. *consil.* 49. 50. *&* 51. *per tot.* ubi quid operetur constitutum, *& consil.* 52. 53. *&* 54. *per tot.* ubi quid statute hypotheca bonorum per donatorem apposita in instrumento dictæ donationis successivæ, & quòd lata fuit sententia in hypothecaria in dict. causa, idem Ger. Spin. *consil.* 57. *in princ.* facit quod dixi in §. *Substitutio num.* 31. Paul. Christin. *decis.* 191. *nu.* 8. *&c. vol.* 4. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 356. Marta *vot. Pis.* 9. *n.* 31. *& seqq. & vot* 49. ubi quòd imò actio descendens ex *d. l. quoties C. de donat.* sub modo, est personalis in rem scripta, & datur contra tertium possessorem, in quem pervenerint bona donata, ac ita tenere Rotam Romanam in decisionibus ibi citatis infra *num.* 39.

39 Donatio facta alicui pro se, & filiis suis stipulanti, an intelligatur stipulata pro filiis uti filiis, vel uti hæredibus, ita ut mortuo patre possint filii illam recognoscere à donante, & non à patre, ac illam habere etiam si non sint patris hæredes, latè hincinde Surd. *decis.* 332. *per tot.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 48. *per tot.* Sperell. *decis.* 169. *num.* 56. ubi quòd tot sunt donationes, quot successores, & caducata una, venit sequens jure proprio, loquitur tamen de donatione facta alicui, ejusque filiis, & successoribus, de qua Martha *vot. Pis.* 215. *per tot. facit infra num.* 44. *&* 69. vide Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 13. *per tot.* & rursus in eadem causa *decis.* 98. *d. part.* 10. *part.* 11. *decis.* 354. *et part.* 12. *decis.* 356. *per tot. & part.* 13. *decis.* 71. *num.* 7. *& seqq.* ubi propterea quòd onus fideicommissi non potest à patre imponi, *& decis.* 212. *&* 264. *n.* 10. *&c. d. part.* 13. *& decis.* 515. *per tot.* Rot. post Urceol. *decis.* 79. & Ludovic. Bell. *consil.* 43. *cum tribus seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *num.* 889. *tom.* 5. Ansald *decis.* 75. *n.* 43. *& decis.* 89. *a num.* 53. *cum seqq.*

Et an possit pater bona ut supra pro se, & filiis stipulata *supra n.* 21. alienare in præjudicium filiorum, sive aliter illis præjudicare, Martha *vot.* 218. *nu.* 23. *& seqq.* Surd. *decis.* 324. Rot. *par.* 13. *recent. decis.* n12. *per tot. vide in §. Pater nu. supra nu.* 21. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 229. *et decis.* 356. ubi latè pro filiis contra creditores patris. Altimat. *loc. cit. num.* 890. De Luc. *de Donat. disc.* 28. *n.* 5. *& in summ. a n.* 94. *&* 99. Torr. *de pact. fut. successʃ. decis.* 23 *n.* 9.

Quòd donatio facta patri stipulanti pro se, & filiis, ac aliis suis descendentibus nullum contineat fideicommissum ad favorem descendentium, sed dicta stipulatio sit intelligenda de filiis, & descendentibus ex proprio jure vocatis; secus tamen esset ubi donatio fuisset facta patri, & filiis, ac descendentibus æquè principaliter, nam tunc esset quæsitum jus filiis, atque descendentibus ex propriis personis, & non uti hæredibus, ut benè distinguit Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 129. *per tot.* ac idem priùs comprobavit Marta *vot. Pisan.* 215. *per tot.* ubi quòd ideò filii possunt actione personali in rem scripta illis competente ex *l. quoties C. de donat. quæ sub mod.* agere contra tertios bonorũ donatorũ possessores in secundo casu donationis factæ Patri, & filiis, ut supra, facit idem Martha *vot.* 218. ubi quòd dispositio *d. l.* non habet locum in donatione causa mortis, latè Altimar. ubi suprà *nu.* 893. *& seq.* Rot. post Torre *de pact. fut. successʃ. decis.* 202. Tondut. *q. q. civil. quæst.* 55. *a n.* n. *cum seqq.*

Quòd donatio sub onere fideicommissi adstipulata, licèt respectu primi donatarii contravenientis possit revocari, non tamen revocatio quoad substitutos admittatur, quin juxta numerum personarum donationes multiplicatæ censentur, Gratian. *disceptat.* 247. *num.* 5. *& discept.* 332. *num.* 14. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 82. *num.* 4. dixi in §. *Substitutio* n. 31. *etc. supra num.* 34.

Donatio quando dicatur simulata, & in fraudem creditorum, Mascard. *de probat. concl.* 557. *et* 558. Cardin. Tusch. *litt. D, concl.* 658 Gratian. *disceptat. forens. cap.* 255. *per tot. cap.* 252. *num.* 18. *et cap.* 479 *num.* 59. *etc.* Pen. *decis.* 446. *per tot.* vide in §. *Simulatio per tot. et* §. *Alienatio n.* 12. & in resol. *cap.* 48. *num.* 11. *et seqq. et alibi etc.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 81. *num.* 8. *etc. par.* 11. *decis.* n62. *num.* 14. *et seqq. per tot.* ubi pro simulatione, Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus* 5. *gloss.* 8. *p.* 6. *et* 7. *fol.* 124. *etc.* latè idem Altimar. ubi suprà *à num.* 320. Rocc. *cap.* 46. *libr.* 1. Fajard. *alleg.* 46. Noguerol. *alleg.* 10. Donad. *de Renunc. lib.* 2. *cap.* 23. Et vide *supra n.* 12. 40

Quando in fraudem fisci, vide supra *n.* 12. *et infra n. seq.* Rot. post Torre *de pact fut. succ. dec.* 115. *n.* 4.

Donatio alteri facta cum pacto, ut si contingat illum committere delictum, ex quo bona publicentur, spectet ad alium, non dicitur in fraudem fisci, & valet, cùm non sit de bonis delinquentis, sed donatoris, qui potuit rebus suis legem, quam voluit imponere, & commisso delicto, fiscus excluditur per eum, ad cujus favorem fuit tale pactum appositum, quod procedit etiam in qualibet alia specie alienationis, vel alienandi prohibitione, cùm res alienari prohibitæ publicari non possint; præsumeretur tamen in fraudem, & non valeret quando esset facta sub conditione, si contingat bona ipsius donantis publicari, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 124: *n.* 46. *et num.* 50. *vide supra num.* 12. *& in §. Fideicommissum num.* 19. §. *Conditio num.* 70. *&* §. *Confiscatio n.* 16. *cant.* 2. 41

Et generaliter quòd fieri nequeat donatio sub quacunque conditione, vel pacto, latè Tusch. *lit. D. conclus.* 642. *et seqq.*

Donatio causa mortis cum pacto de non revocando, transit in donationem inter vivos, & tunc illa verba *causa mortis* significant causam inductivam contractus, & non nomen ipsius contractus, Pract. Papp. *libel. Donat. glos. pr. ubi Addit.* Oinot. *Instit. de donat.* 42

in

in princ. num. 4. Maſcard. de probat. concl. 561. nu. 5. et ſeqq. Duen. reg. 217. per tot. Menoch. lib. 3 præſumpt. 35. num. 21. et ſeqq. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 96. n. 10. cap. 273. num. 46. et cap. 657. num. pr. et ſeqq. Tuſch. litt. D, concl. 654. nu pr. etc. concluſ. 671. per tot. Merlin. deciſ. 664. num. 9. & ſeqq. ubi quod idem eſt e contra ſi fiat inter vivos cum pacto revocandi, nam tunc etiam transfunditur in donationem cauſa mortis vigore hujuſmodi pacti, quia repugnat ſubſtantiæ donationis inter vivos, Rot. part. 9. recent. deciſ. 440. n. 13. etc. ubi tamen contrarium firmat ex potentioribus conjecturis, quibus ſtantibus, donatio reputatur inter vivos, reſoluibilis tamen ſi donator diſponat, Rot. part. 14. recent. deciſ. 130. num. pr. ubi quod quando ex lectura inſtrumenti conſtat donantem voluiſſe donare cauſa mortis, per tale pactum non videtur recedere à natura donationis revocabilis, etp. 17. deciſ. 239. num. 12. ubi quòd pactum revocandi in executivis appoſitum principalem diſpoſitionem non immutat. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæſt. 32. nu. 408. tom. 5. Agoila ad Rox. de Incomp. fol. 56. n. 12. Galeot. controverſ. 21. num. 8. cum ſeqq. Saminiat. controverſ. 99. n. 38. Paſſarell. de Donation. lib. pr. quæſt. 3. n. 62.

Quando donator in donatione, quæ ſolum poſt mortem effectum ſortiri debet, non intelligatur transferre dominium, neque poſſeſſionem in donatarium, ita ut donans interim dum vivit poſſit rem donatam cenſui, vel alteri obligationi ſupponere, vide Honded. conſil. 18. n. 64. et ſeqq. lib. 2. Amat. reſol. 26. n. 7. Rot. par. 58. recent. deciſ. 573. n. 1. et ſeqq.

Intellige dictam concluſionem quando pactum revocandi, vel non revocandi fuit adjectum ſubſtantiæ ipſius donationis, ſecus autem ſi in parte executiva, cùm clauſulæ in executivis appoſitæ non immutent naturam principalis diſpoſitionis, ut benè probat Rot. part. 14. recent. deciſ. 145. n. 3. et ſeqq. ubi citet, Dec. conſil. 204. n 5. Ruin. conſil. 51. num. 14. lib. pr. Clar. §. Donatio quæſt. pr. n. 6. Menoch. præſ. 10. n. 3. et alios. idem Altimar. loc. cit. n. 409. et n. 418. Hermoſill. leg. 21. gloſſ. pr. nu. 14. tit. 4. part. 5. Antun. de Donat. lib. 1. prælud. 2. §. 3. n. 12. cum ſeqq.

Quòd quando fuit facta mentio de hærede, vel fuit promiſſum non contravenire, tranſeat in donationem inter vivos, Ferret. caut. 30. per tot. Duen. reg. 217. amplict. 2. et 3. Tuſch. d. concl. 654. et 671. nu. 9. etc. Merlin. deciſ. 664. n. 7. et ſeqq. Maſcard. d. concl. 561. n. 5. et ſeqq.

Quomodo autem mentio hæredum poſſit convenire etiam donationi cauſa mortis, vide in reſol. cap. 24. num. 6. et ſeqq. facit Altograd. conſil. 43. n. 53. lib. 2. infra n. 44.

Multa ad cognoſcendum quando donatio dicatur inter vivos, quamvis in ea fuerit facta mentio mortis, & adhibiti quinque teſtes, vide per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 586. ubi conſiderat juramentum, clauſulam, omni meliori modo, clauſulam, ad habendum etc. conſtitutionem procuratoris in rem ſuam, inſinuationem, mentionem hæredum, ac alia, ex quibus judicatur inter vivos non obſtante mentione mortis, plenè Rot. in Anconitana prædii, Mercurii 24. Januarii 1625. coram Merlino inter impreſſas ejuſdem deciſ. 664. per tot. in Noviſſ. part. 7. deciſ. 9. Magon. deciſ. Flor. 64. num. 5. et ſeqq. ad 21. ubi novem fundamenta adducit, contrariis reſpondet, & ita in dubio tenendum aſſerit, dixi in meis reſol. cap. 24. n. 10. et per tot. Menoch. lib. 3. præſ. 35. per tot. Maſcard. de prob. concl. 561. per tot. Franch. dec. 436. Clar. §. Donatio quæſt. 4. Tuſch. litt. D, concl. 654. et ſeqq. et concl. 661. et ſeqq. ſupra num. 13. in fine, Ricc. Collect. 225. Rot. part. 9. recent. deciſ. 440. nu. 9. et ſeqq. Martha vot. Piſ. 218. per tot. Altimar. ubi ſuprà d. n. 380. Vide Hermoſill. leg. 11. tit. 4. part. 5. gloſſ. 7. Antuo. de Donat. fol. 106. Cyriac. controverſ. 314. Urceol. conſult. 54. De Luc. de Donat. diſc. 14. diſc. 36. de Regal. diſc. 24. de Dot. diſc. 129.

Quod poſſit fieri donatio inter vivos habitura effectum tantùm poſt mortem donantis, ita ut mentio mortis ſtet demonſtrativè quoad effectum, & non quoad immutandam ſubſtantiam contractus inter vivos, licèt nec etiam iſta verba inter vivos, eſſent expreſſa, & transferatur dominium in donatarium à die contractus, & quid importet, Franch. deciſ. 213. per tot. Natt. conſil. 104. nu. 12. Roland. conſil. 61. nu. 50. lib. 2. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 657. nu. 4. et 5. & dixi in reſol. dict. cap. 24. nu. 10. Merlin. deciſ. 664. num. 15. et ſeqq. Cancer. var. reſolut. part. pr. cap. 8. de donat. Cutell. de donat. tract. 2 diſc. pr. ſpec. 12. nu. 55. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 3. n. 4. Conciol. allegat. 30. num. 27. Urceol. Conſult. for. cap. 54. n. 8. volum. 2. Rot. part. 13. recent. deciſ. 280. nu. pr. etc. idem Altimar. loc. cit. n. 389. Antun. de Donat. libr. pr. prælud. 2. §. 3. Galeot. libr. 2. controverſ 21.

De omnibus prædictis latè Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. pr. Prælud. 2. §. 3. per tot. ubi in ſpecie quòd donatio cauſa mortis non eſt propriè donatio, & tunc fieri dicitur quando refertur ad tempus mortis, vel mortem donantis deſiderat, & facta mentione mortis per modum cauſæ finalis; non enim ſemper mentio mortis inducit donationem cauſa mortis, ſed interdum ſignificat dilationem, & remanet donatio inter vivos, quæ effectum ſortitur tantùm tempore mortis donantis, ſicut etiam ſi donator reſervavit aliquid ſibi pro teſtando, vel uſumfructum, vel promiſit non revocare in verbis diſpoſitivis, licèt multi teneant idem eſſe ſi pactum apponatur etiam in verbis executivis, vel ſi fuit dictum ex titulo puræ, & perfectæ donationis inter vivos, vel ex cauſa matrimonii, vel ſi fuit facta pro ſe, & hæredibus, vel ſi fuerit facta coram minori numero teſtium quàm quinque; nam his, & ſimilibus caſibus, donatio etiam cauſa mortis, & facta mentione mortis tranſit in donationem inter vivos, cùm hujuſmodi pacta, & reſervationes repugnent donationi cauſa mortis, ut benè plurimis in unoquoque capite citatis probat Portugal. loc. cit. ubi etiam quòd donatio cauſa mortis poteſt fieri duobus modis, nempè per traditionem, & per ſtipulationem, ita tamen ut traditio transferat dominium revocabile in caſu pœnitentiæ donantis, quæ remedia competant utrique, quid ſi res donata fuerit interim à donatario in alium tranſlata, qui poſſint, vel non poſſint cauſa mortis donare, & alia plura notabilia, de quibus etiam Cutell. de donat. tract. pr. Diſcurſ. pr. & alibi vide ſupra n. 1.

Donatio cauſa mortis non indiget inſinuatione, l. fin. C. de donat. cauſ. mort. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 273. nu. 42. ubi extendit ad caſum etiam quando legatum tranſivit in donationem inter vivos, Oinot. Inſtit. de donat. in princ. num. 53. Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 50. et 81. per tot. ubi quòd requirit quinque teſtes. 43

Neque etiam comprehenditur in ſtatuto loquente de donatione, cùm ejus appellatione propriè non veniat, ſed potiùs æquiparetur ultimis voluntatibus, d. l. ult. C. de donat. cauſ. mort. Pie. ad Stat. Urb. gloſ. 7. n. 43. etc. Mart. Medic. Exam. 52. per tot. cum Addit. et deciſ. 83. cum Addit. Dian. part. 8. tract. 6. reſolut. 73. verſicul. Sed hic etc. per tot. ubi propterea infert poſſe mulieres, & minores mortis cauſa donare abſque ſolemnitatibus à ſtatuto in eorum contractibus requiſitis, vide in §. Statutum requirens n. 30. Epiſc. Rocc. ſelect. diſput. Jur. cap. 56. n. 58. libr. 2.

An regulanda ſit ſecundùm leges contractuum, vel ultimarum voluntatum, idem Dian. dict. tract. 6. reſol. 80.

Quando autem præſumatur donatio cauſa mortis, quamvis in ea nulla mortis mentio fuerit facta, Menoch. lib. 3. præſumpt. 36. per tot. plenè Tuſch. litt. D, concluſ. 661. et ſeqq. Dian. part. 8. tractat. 6. reſolut. 76. Martha vot. Piſ. 77. per tot. et vot. 218.

Quod cauſa mortis donatio requirat quinque teſtes eodem tempore præſentes, Franch. deciſ. 693. per tot. Tuſch. litt. D. concluſ. 669. per tot. Rot. par. 14. recen. deciſ. 289. num. 9. Add. ad De Franch. loc. cit.

Qualiter autem poſſit per epiſtolam celebrari inter abſentes, licèt alias donatarii præſentiam requirat, vide Genu. de ſcript. privat. lib. 3. quæſt. 13. per tot. fol. 134. Rot. part. 14. recent. deciſ. 166. et deciſ. 289. ubi tamen quod requirit alias ſolemnitates neceſſarias, aliàs eſt nulla.

Donatio cauſa mortis revocatur ex eo ſolo, quod donatarius moriatur ante donatorem, l. ſi à filio, et l. ſi mortis cauſa ff. de donat. cauſ. mort. Menoch. lib. 3. 44

præsumpt. 37. num. 43. etc. Oinot. Institut. de donat. in princ. num. 23. Tusch. litt. D. concl. 672. Merlin. decis. 664. num. pr.

Quòd donatio etiam cooditionalis non efficiatur caduca per mortem donatarii ante donatorem, Bich. dec. 136. num. 21. et seqq. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 32. num. 808. tom. 5. ubi contrarium firmat; Et vide Hermosill. Gloss. 5. leg. 7. tit. 4. part. 5. n. 2. Rot. ad Rovit. cons. 95. nu. 10. libr. 2. Mareian. disput. 12. et 13. lib. pr.

Nisi fuisset facta donatario, & ejus hæredibus, quia tune stante mentione hæredum donatarii, assumeret naturam contractua inter vivos, & non revocaretur per mortem donatarii ante donatorem, sed transiret ad hæredes ipsius donatarii, Ferret. caut. 30. cum aliis quos refert & sequitur Duen. reg. 217. ampliat. 3. Bald. consil. 93. lib. 2. & consil. 108. lib. 3. Tusch. litt. D. conclus. 672. num. 8. &c. Merlin. decis. 664. nu. 7. & seqq. & num. 36. & seqq.

De quo tamen videndus Menoch. lib. 3. præsumpt. 35. num. 2. &c. Mascard. de probat. conclus. 564. Martha vot. Pis. 218. cum aliis per Sperel. decis. 169. nu. 54. ubi quod imò mentio hæredum est intelligenda juxta subjectam materiam, ut scilicet transeat ad hæredes ex persona defuncti, in quo priùs fuerit radicata, & confirmata, ac effectum haboerit, noo autem ut possit ab hæredibus incipere, & ita etiam ego aliàs tenui nondum viso Sperell. in resol. cap. 24. n. 6. et 8.

Nisi esset facta dooatio, & ejus hæredibus principaliter, & non in consequentiam, In quibos termiois posset procedere dicta limitatio, infra n. 69. supra n. 39.

Et quomodo sit iotelligenda hæc doctrina ne desetas videre Merlin. decis. 564. num. 36. & seqq. ubi sustinet dictam limitationem, datis pluribus declarationibus hoie contrariæ senteotiæ.

Dooatio verò inter vivos postquam fuit perfecta non revocator ex hoc capite, quod dooatarius moriatur ante donatorem, sed ad hæredes transmittitur, §. Sciendum instit. de don. Goid. Papp. decis. 147. dixi in dict. cap. 24. nu. 16. & seqq. ubi ampliavi, atiam si res donata non fuisset tradita, nec posse rescindi Principia rescripto, ac idem esse in donatione facta à patre in filium, intelligendo prout ibi latiùs axplicavi, vide Tusch. litt. D, conclus. 704. ubi qualiter transeat ad hæredes, Rot. part. 13. recent. dec. 68. & decis. 434. ubi quòd transit ad hæredes ultimi dooatarii oon jure donationis, sed transmissionis, non obstante dictione taxativa, latè Altimar. loc. cit. à num. 776. Card. De Lua. Conflict. leg. obser. 118. de Feud. disc. 25. n. 7. Torr. de majorat. Ital. part. 2. quæst. 41. nu. 31. & quæst. 14. n. 18. Episc. Rocc. cap. 106. n. 3. cap. 107. n. 52. cap. 108. a n. 1.

Quòd donatio ioter vivos de sui natura sit perpetua, & transitoria ad quoscunqoe hæredes donatarii, etiam extraneos, oec ollo unquam tempore revertatur ad donantem, nisi sit specialiter expressum, etiamsi donatarius præmoriatur donatori, & alia, Rot. dict. part. 13. decis. 477. per tot. ubi etiam quòd stante amplitudine donationis, non potest donans succedere donatario ab intestato, sed habetor pro mortuo, vida in §. Renunciatio num. 24. 31. &c.

45 Donatio causa mortis revocatur per voluntariam alienationem rei donatæ, Menoch. lib. 3. præsump. 37. num. 13. &c. Martha vot. Pis. 218. num. 1. & seqq. Gratiao. discept. forens. cap. 251. nu. 32. & seqq. facit quod dixi in §. Legatum nu. de hac, & pluribus seqq. Altimar. de nullit. rubr. 2. part. 3. cit. quæst. 32. à num. 475.

Item dicitor revocara per pœnitentiam qoando res donata reperitur postea alteri legata io testamento, Pract. Papp. caus. donat. gloss. 3. num. 9. Oinot. Instit. de danat. in princip. nu. 22. Menoch. dict. præsumpt. 37. n. 9. et seqq. ubi de axpressa, & tacita pœnitentia.

Quòd ex sola pœnitentia donatio causa mortis revocetur, nisi sit juramento firmata, licèt etiam alii teneant non obstanre juramento posse revocari, vida Dian. & quos allegat pro utraque opinioon part. 8. tractat. 6. resolut. 79.

Item per pignorationem, vel similam alienationem, Gratian. disceptat. forens. cap. 172. in princip. & cap. 975. num. 16. &c. ubi etiam quòd ipso jure revertitur dominium in dooaotem, & repetuntur fructus.

Item facta ab infirmo ipso jure remanet revocata per convalescentiam, Menoch. lib. 3. d. præsumpt. 37. num. 3. &c.

Item revocatur ob superveniantem inimicitiam gravem, noo sequuta reconciliatione, ao autem attendatur, cujus culpa orta fuerit inimicitia, & alia, vide per Menoch. d. præsumpt. 37. num. 56. & seqq. ubi quòd non.

Imò non revocari quando facto ipsius donatoris exorta fuit inimicitia, videtur tenera idem Menoch. de arbitr. cas. 41. num. 25. ubi tamen se remittit ad dicta io loc. cit.

Quando, & qualiter revoeetur donatio causa mortis, Tusch. litt. D, conclus. 710. per tot. Dian. part. 8. tractat. 6. resolut. 78. & seqq. ubi qualiter revocetur per supervenientiam liberorum, juxta l. si unquam Cod. de revoc. donat. & aliis modis, etiam quoad fructua perceptos, Paul. Christin. decis. 192. nu. 12. etc. volum. 4. Arismin. Tepat. var. sentent. tit. 500. ubi plura de revocandis dooatiooibua.

Donatio facta à filio familias cum coosensu patris, an revocetur per pœnitentiam patris, vel filii, vel requiratur utriusque, vide Bart. in l. 2. ff. de donat. ubi quòd stat in potestata patris revocare, licèt alii multi contrarium taneant, ut refert Rolan. de dot. quæst. 41. num. 3. & 7. vide Tusch. litt. D, concl. 706. 46

Et quòd pater non possit revocare hujusmodi consensu semel præstitum, Miahalor. de fratr. part. 1. cap. 10. num. 21.

An autem filius possit donare booa adventitia sine patris consensũ, vide in §. Filius nu. 53. Dian. part. 8. tract. 6. resolut. 6. per tot. & resolut. 69. & seqq. Vida Episc. Roccam cap. 28. a n. 47. cum seqq. lib. 1.

Donatio facta per filiam patri, qualiter sit nulla ob metum reverentialem præsumptom, vide Magon. decis. Florent. 18. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 136. num. 6. & seq vide in §. Filia num. 97. §. Metus nu. 10. & seqq. & §. Uxor num. supra num. 14. in fine, Dian. part. 8. tract. 6. resolut. 129. ubi atiam generaliter de donatione, vel promissione metu facta. Vide Rota coram Penia decis. 341. decis. 491. & dec. 530. 47

Donatio omnium bonorum præsentiom, & futurorum tanquam auferens liberam testandi facultatem, non valet, qoamvis esset reservatus usosfructus, sed debet aliqoid aliud certum pro testando reservari, Bart. & alii in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. Addit. ad Pract. Papp. caus. donat. gloss. 4. Socin. reg. 145. per tot. ubi dat sex limitationes, Duen. reg. 219. per tot. Franch. decis. 168. Viv. comm. opin. 207. ubi ponit sex limitationes Clar. §. Donatio quæst. 19. per tot. ubi factis nonnullis illationibus, & adhibita quadam distinctione, videtur tonere quòd sufficiat sola ususfructus reservatio, & ita aliis citatis firmat etiam Rot. part. 9. recent. decis. 101. nu. 12. & part. 13. decis. 106. nu. 5. & 6. vide Gratian. discept. forens. cap. 729. num. 7. &c. & decis 39. per tot. plenè ad saturitatem contrariis omnibus respondendo Paul. Rub. in Annotat. ad decis. 21. part. 9. rec. per numeros 195. ubi etiam plura moralia, & faceta, & latiùs in Annot. ad decis. 56. d. part. 9. per numeros 245. & Rota in dd. decis. 21. & 56. & decis. 390. per tot. d. part. 9. recent. Mart. Medic. Exam. 21. & decis. 36. per tot. cum Addit. Tusch. litt. D, conclus. 648. & seqq. Dian. part. 8. tract. 6. resol. 38. cum plurib. seqq. ubi quid in foro conscientiæ, quid si sit favore Ecclesiæ, & alia plura notabilia, Paul. Christin. decis. 171. n. 5. etc. volum. 2. Urceol. Consult. 54. n. 38. etc. volum. 2. Trentacinq. var. res. lib. 3. tit. de donat. per tot. Fontanel. de pact. nupt. tom. pr. claus. 4. glos. 19. fol. 466. et seqq. ubi qualiter non valeat, et fol. 476. et seqq. ubi ponontur limitationes, & casus, in quibus sustinetur, et gloss. 22. fol. 484. ubi an sufficiat reservatio ususfructus, & alia plura, Hermosill. ad leg. partit. tom. pr. gloss. pr. et seqq. leg. 9. tit. 4. fol. 362. etc. Antunnez Portugal. de donat Reg. lib. pr prælud. 2. §. 7. nu. 28. et seqq. ubi firmat conclusionem, quod non valeat donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, nec firmetur juramento, nec sustinetor in præsentibus, sed sit io totum nulla, nisi contineat clausulam 48

omni meliori modo; valeat tamen favore Eccleſiæ, vel donis (quid ſi ſit ſacta ex cauſa matrimonii valde controverſum) vel facta reſervatione pro teſtando, ſaltem in uſufructu, vel ſi ſit de bonis mobilibus, & immobilibus, quia remaneant excluſa jura, & actiones, & alia plura ad declarationem omnium contentorum ſub hoc numero, multis in quolibet capite citatis, & Fontanel. *deciſ.* 392. *per totum, et dict. clauſ.* 4. *gloſſ.* 23. *fol.* 490. Altimar. *de nullit. rubr. part.* 3. *quæſt.* 32. *n.* 467. *tom.* 5. Caſtald. *conſult.* 260. *n.* 23. *lib.* 2. Manſ. *conſult.* 4. *a n.* 20. *et conſult.* 5. *n.* 50. *lib.* 11. Paſſarell. *de Donat: lib.* 3. *quæſt.* 3. Larrea *deciſ.* 10. *et* 66.

Ex quibus dignoſcatur, an ſit omnium bonorum, & invalida, vel præſentium tantùm, & valida, Magon. *deciſ. Flor.* 64. *nu.* 4. Clar. *dict. quæſt.* 19. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 273. *n.* 12. *et ſeqq.*

Quòd ſi ſit jurata, ſuſtineatur ſaltem in præſentibus, cùm tunc donans videatur voluiſſe actum valere omni meliori modo, Everard. *loc. à vi, et energ. juram. num.* 27. Otnot. *in* §. *aliæ autem nu.* 86. *etc. Inſtit. de donat.* Fontanel. *de pact. nupt. part. pr. clauſ.* 4. *gloſſ.* 21. *nu.* 68. *etc.* Vivi. *comm. opin.* 207. *num.* 6. Buratt. *deciſ.* 7. *n.* 2. ubi Addit. *num.* 13. Rot. in Romana donationis 17. Decembris 1640. coram Royas §. *in omnem quæ eſt deciſ.* 56. *part.* 9. *recent. vol. pr.* & in alia cauſa *part.* 51. *deciſ.* 273. *n.* 19. & dixi in reſolut. *cap.* 5. *num.* 40. Tuſch. *dict. concl.* 648. *n.* 8. *etc.* Dian. *part.* 7. *tract.* 6. *reſolut.* 43. *et* 44. *per tot.* Urceol. *dict. Conſult.* 54. *num.* 39. *vol.* 2. vide plenè Paul. Rub. *in Annot. ad dict. deciſ.* 56. ubi plura in contrarium, prout etiam aliàs contrarium ſenſit Rot. *d. part.* 9. *in Appendic. deciſ.* 450. *n.* 26. *etc.* Sed iſta deciſio fuit revocata ut in *dict. deciſ.* 56. *ejuſdem part.* 9. *et part.* 13. *deciſ.* 106. *num.* 7.

Quod favore piæ cauſæ valeat donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum abſque aliqua retentione, licet impediat liberam teſtandi facultatem, Duran. *tract. de condit. et mod. impoſſ. part.* 3. *cap.* 5. *n.* 43. *in fin.* Socin. *dict. reg.* 245. *limit.* 4. latè videndus Paul. Rub. *in Annotat. ad deciſ.* 56. *part.* 9. *recent. n.* 150. *et ſeqq. per tot.* ubi benè comprobat Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 101. *n.* 14. Vivi. *comm. opin.* 207. *num.* 2. ubi tamen quod teneretur Eccleſia ad alimenta, Dian. *part.* 8. *tractat.* 6. *reſol.* 41. *per tot.* ubi plures pro hac opinione adducit, & alios contrarium tenentes refellit Urceol. *dict. conſult.* 54. *num.* 40. *etc. vol.* 2. De Franch. & Add. *deciſ.* 568. Spad. *conſ.* 259. *ſub num.* 8. *lib.* 2.

Item valet ſi ſit facta ex cauſa ingreſſus religionis, quia habet tacitam conditionem ſi profeſſio emittatur, per quam tollitur Religioſo facultas teſtandi, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 21. *num.* 3. *et deciſ.* 56. *n.* 20. *vide ſupra num.* 35. Sanchez. *ſuper Decalog. lib.* 3. *cap. pr. n.* 19.

Reſervatio autem pro teſtando, non debet eſſe quid minimum, ſed ſaltem aſcendere ad vigeſimam partem omnium bonorum donatorum, Clar. §. *Donatio quæſt.* 19. *num.* 8. *in fine*, Gratian. *diſcept. for. cap.* 479. *num.* 66. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 66. *n.* 6. dixi in meis reſol. *d. cap.* 5. *num.* 36. *et ſeqq.* ubi etiam quòd debet eſſe quid certum qualiter poſſit certificari, an ſufficiat reſervatio generalis de eo, quod ſibi placuerit, vel juxta poſſibilitatem, vel tanta, & talis, ut juxta perſonarum qualitatem poſſit veriſimiliter invenire hæredem, & quod allegans ſummam reſervatam eſſe modicam teneatur probare.

Quid ſi poſteà idem donator faciat aliam donationem de ſumma reſervata, dic quod erit nulla, cum exinde auferatur facultas teſtandi, Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 23. *num.* 20. *etc.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 101. *num.* 11. ubi tamen quod valet ſtante reſervatione uſusfructus in notabili quantitate, vel ſi fiat favore Eccleſiæ, cùm tunc non opus ſit aliqua reſervatione juxta ſuperiùs dicta. Et an alienationes factæ per donatorem poſt donationem ſuſtineantur ex reſervatis ad teſtandum, ſaltem quatenus illa ſufficiant, & alia latè Fontanell. *deciſ.* 298. *et* 299. *per tot.*

Et qualiter facultas alienandi, ſive revocandi ſit compatibilis cum donatione, quæ procedit alienatione, vel revocatione non facta, latè idem Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 26. *per tot. fol.* 517. *etc.*

Quòd reſervatio pro teſtando debeat eſſe libera, & non aliquo modo coarctata, aliàs donatio ſit nulla, Marta *vot. Piſ.* 161. *num.* 8. *etc.*

An dicta reſervatio debeat eſſe totaliter libera ad effectum teſtandi, vel ſufficit etiam ſi ſit reſtricta pro teſtando ad pias cauſas, vel ad alium certum uſum tantum, vide hincinde Franch. *deciſ.* 594. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 161. ubi quòd debet eſſe libera, latè Add. ad De Franch. *cit. dec.*

An creditores donantis, jus habeant ſuper ſumma reſervata, vel facultate diſponendi, vide latè Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 2. *cap.* 18. *per tot.* circa hanc materiam vide Altimar. *loc. cit. a n.* 467.

Quòd ſtante pacto, ut ſumma reſervata comprehendatur in donatione, ſi de ea donans non diſpoſuerit, tunc comprehendatur in donatione, & non vadat ad hæredes, Theſſ. *deciſ.* 97. *nu.* 3. *in fine* Rot. *part.* 24. *recent. deciſ.* 14. *n.* 16.

An ſumma reſervata pro teſtando, vel diſponendo, ſi poſteà donans non diſpoſuerit, ſpectet ad illius hæredes ab inteſtato venientes, vel potius ad donatarium ipſum cum aliis bonis donatis latè Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 16. *per tot.* ubi relata diſtinctione nonnullorum Doctorum, an fuerit reſervata facultas ſimpliciter, vel certa ſumma, ut primo caſu pertineat ad donatarium, ſecundo verò ad hæredes ab inteſtato, tandem illa rejecta probat indiſtinctè ſpectare ad hæredes ab inteſtato, qui tamen quatenus illa ſuppetit, tenentur ad debita donatoris, vide etiam Franch. *deciſ.* 45. *et deciſ.* 600. *per tot.* Theſſ. *deciſ.* 97. *numer.* 3. Dian. *part.* 8. *tractat.* 6. *reſolut.* 77. ubi loquendo de donatione cauſa mortis dicit eſſe extra omnem controverſiam, quod ſumma reſervata indiſtinctè accreſcat donatario, & non pertineat ad hæredes ab inteſtato per textus *in l. un.* §. *hæc autem* 14. *poſt princip. Cod. de caduc. toll.* latè Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Quòd dicta ſumma reſervata ſpectet ad hæredes ab inteſtato quando de illa donans non diſpoſuit, excluſo donatario univerſali, ita ut nec deſervire debeat pro ſolutione debitorum ante donationem contractorum, ſed ſolutio ſpectet ad donatarium univerſalem, Urceol. *in Append. ad d. cap.* 16. *vol.* 2. *fol.* 15. ubi citat Rot. poſt Paitellum *deciſ.* 33. *et* 34. adde Ricc. *Collect.* 3554. ubi plures alias deciſiones invenies, & quid ſtatuendum ſit de fructibus quando fuit reſervatus uſusfructus, ad Franch. *dec.* 158. Cancer. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 2. *nu.* 121. *etc.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 22. *num.* 2. *etc.* Rot. *part.* 22. *recent. deciſ.* 421. *nu. pr. etc. in Append. et part.* 13. *deciſ.* 476. *num.* 3. *et ſeqq.* ubi quod ſumma reſervata ſpectat ad hæredes ab inteſtato, *et part.* 14. *deciſ.* 12. *per tot.* Fontanel. *deciſ.* 524. *n.* 12. & hanc partem pro hæredibus ab inteſtato pluribus aliis relatis ſequitur Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 7. *n.* 74. *in fine.*

Quando autem donatario potiùs quàm hæredibus ab inteſtato donatoris, ſpectet quantitas reſervata pro teſtando, & non teſtato, videndus ſubtiliter Cæſar de Afflicto *controv. jur. cap.* 20. *nu.* 10. *et ſeqq. per tot.*

Quòd hujuſmodi ſumma reſervata non tranſeat in Fiſcum, ſi donans delinquat, idem Urceol. *d. cap.* 56. *num.* 3. *et* 16. & dixi in Pract. §. *Donnzioni n.* 12. ubi citavi Maſtril. *deciſ.* 277. *per tot.* Maſtin. *de confiſcat. bon. quæſt.* 35. *n.* 25. *et* 26. & in his terminis videtur procedere textus allegatus per Dian. *loc. cit* & ideò cogite quid ſtatuendum reſpectu donatarii, & hæredum ab inteſtato, & vide Jaſon. *in l. ſciendum* 2. *ff. de leg.* 1. *num.* 20. & *in l. ſenium* 3. *Cod. qui teſt. fac. poſſ. n.* 8. Harsman. Piſtor. *quæſt.* 26. *nu.* 26. &c. *lib.* 1. alioſque plures ab Urceol. *citatos dict. cap.* 16. *per tot.* ubi latè quæſtionem examinat, ejuſque opinio mihi probatur ſi relatam diſtinctionem non approbes, quæ etiam mihi non diſplicet, non faciendo in hoc differentiam inter donationem cauſa mortis, & donationem inter vivos.

Et dictam diſtinctionem tenuit Rot. in Bononien. fidei-

fideicommissi de Lutio 9. Novembr. 1619. coram Sacrato, *& in recent. part. 9. decis.* 35. *n.* 4. Fusar. *de substitut. quæst.* 55. *nu.* 5. Mutam. *decis.* 49. Amaya *in Cod. tit.* 1. *n.* 64. *fol.* 14. ubi contra fiscum, Bicch. *decis.* 510. *n.* 53. *&* 24. Plura de hujusmodi donatione Altim. ad Rovit. *cons.* 86. *lib.* 2.

49 Donatio omnium bonorum simpliciter facte, vel omnium bonorum mobilium, & immobilium est velida, cùm comprehendat tantum præsentia, & non futura, de quibus poterit donans disponere, vel de juribus, & actionibus, Clar. §. *Donatio qu.* 19. *nu.* 3. *& seqq.* Surd. *decis.* 233. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 98. *per tot. cap.* 272. *n.* 40. *&* 41. *& cap.* 856. *n.* 1. *&c.* Tusch. *litt. D. concl.* 649. *et* 650. *per tot.* Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 273. *num.* 12. *et seqq.* Spad. *cons.* 259. *n.* 7. *cons.* 235. *n.* 19. *lib.* 2. Altimar. *loc. supra cit.*

Quando comprehendat adjecta post donetionem, idem Gratian. *cap.* 782. *nu.* 3. *etc.* vide; in §. *Legatum num.*

50 Donans omnie bona, reservato sibi usufructu tempore vitæ suæ, non tenetur cavere sicut cæteri usufructuarii, quia cùm ex liberalitate sue convenietur, mitiùs cum eo est agendum, Maur. *de fidejuss. part.* 5. *sect.* 3. *cap.* 19. *nu.* 34. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 272. *n.* 36.

An autem donatio prodiga sit ipso jute nulle, Dian. *p.* 8. *tract.* 6. *resol.* 84.

51 Donans tenetur de evictione, quando donatio incepit à promissione, secus si à traditione, *l. Aristio §. fin. ff. de donat.* l. 2. C. *de evict.* Pract Papp. *caus. donat. gloss. ultim.* Oinot. *in §. aliæ autem n.* 85. *Institut. de donat.* Ricc. *Collect.* 1030. Peregrin. *decis.* 94. *n.* 5. Vivi. *comm. opin.* 214. ubi quòd idem est in traditione ficta per constitutum, & aliis modis declarat Trentacinq. *var. resolut. lib.* 3. *tit. de donat. res.* 2. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 657. *n.* 47. *et seqq. et cap.* 955. *num.* 40. *etc. vide in §. Evictio nu.* 12. Tusch. *litt. D. conclus* 645. ubi an possit doneri res aliena, Dien. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 158. ubi quid in donatione remuneratoria, Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 348. *n.* 25. *etc.* ubi quòd in donatione remuneratoria donans tenetur de evictione, & quare, Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *num.* 739. *tom.* 5. Caro. Ant. De Luc. ad De Mariis. *lib.* 2. *cap.* 238. *n.* 4. *de Cession. Jur. quæst.* 61. *nu.* 13. Jovi. *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 16. §. 5. *n.* 66. Betsan. *de Vidu. c. n. quæst.* 8. *n.* 5.

Quòd in donatione ex causa certi matrimonii debeatur evictio, Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 64. Altim. *loc. cit. n.* 748. Mangil. *de Evictione quæst.* 69. *n.* 33. *et seqq.* Mans. *consult.* 1. *num.* 41. *lib.* 21. Cyriac. *controvers.* 456.

Quòd donans non teneatut de evictione, nisi expressè promiserit, vel dolus ejus intercesserit, vel à promissione inceperit, Mentic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 4. *n.* 18. *& seqq.* Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 430. *num.* 13. latè Altimar. *loc. cit. à n.* 737. *ubi de pluribus seqq. conclus.* Vide Passarell. *de Donat. lib.* 2. *q.* 9. Card. De Luc. *de Donat. disc.* 53. *n.* 6.

Quòd non teneatur nisi in quantum facere possit, hoc est deducto, ne egeat, Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. *§.* 7. *c.* 5. *n.* 18. *&c. fol.* 495. Vivi. *comm. opin.* 215. Tusch. *litt. D. conclus.* 715. *n.* 3. *&c.* ubi quæ, & qualie ptivilegie habeat donans contre donetarium.

Et licèt donatarius offerat donatori alimenta, non evitat dictam deductionem, quæ pinguior reputatur, Franch. *decis.* 697. *&* 698. ubi etiam qudd tale beneficium non transit ad hæredes, sed benè id quod fuit deductum à donatore, latè Altimar. *ubi suprà à n.* 692. Hermosil. *gloss.* 2. *leg.* 4. *tit.* 4. *part.* 5. *n.* 9.

Non est ideò donans testis idoneus pró donatario, quando de evictione tenetur, cessante verò hujusmodi interesse admittitur arbitrio judicis, sicut etiam si testificetur super aliis prorsus à donatione diversis, Farin. *quæst.* 60. *illat.* 13. *per tot.* ubi etiam Vulpin. *in sinco*, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 572. *fol.* 333.

Sed rejecta dicta distinctione, an incipiat eb obligatione, vel à traditione, donantem non teneri de evictione si illam non promisit per textus in *l.* 2. *C. de evict.* &; Fab. *in §. aliæ in fine Institut. de donat.* decisum refert Senfelic. *decis.* 315. ubi tamen quòd secus est in donatione onerosa, vel ob benemerita, nam probatis meritis debetur evictio quatenus valent merite, & non pro eo, quod excedit.

De hec materia an, & quando donans tenetur, vel non de evictione videndus cum pluribus citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 42. *& seqq.* Cancer. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 112. Cald. Pereyr. *de empt. cap.* 31. *n.* 41. Vide Pen. *decis.* 868. Passarell. *de Donat. dict. lib.* 2. *quæst.* 9. Mangil. *de Evict. quæst.* 68. *&* 69. Altimar. *loc. cit. a n.* 737.

Donans in dubio videtut donare tantum jus illud, 52
quod habet in re donata, *l. servi electione §. final. ff. de leg.* 1. Cravett. *consil.* 19. *n.* 13. Gratian. *discep. for. cap.* 955. *n.* 23. *& seqq.* ubi tamen latè probat in casu suo censeri totam rem donatam, dempto onere, & hypotheca ad savorem aliorum constituta, & esse liberam præstandam donatario secundum distinctiones, de quibus dixi in §. *Legatum num.* & vide Seraphin. *decis.* 932. *per totam*, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 7. *n.* 98. *et seqq.*

Donatio facta per militem, Doctorem, vel Cleri- 53
cum suæ concubinæ, vel focariæ, non valet, *l.* 2. *cum ibi not. C. de donat. inter vir. et uxor.* Paul. Christ. *decis.* 137. *n.* 6. *volum.* 3. Vivi. *comm. opin.* 205. ubi quod è contra nec concubina, vel meretrix potest Clerico amasio donare, vel legare, licèt in aliis non sit prohibita donatio prædictis exceptis, Urceol. *tract. de transact. quæst.* 39. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 489. *n.* 5. *et seqq.* ubi quòd Clerici ex constitutione Beati Pii V. prohibentur disponere in favorem filii illegitimi, ejusque matris, tam de bonis Ecclesiæ, quàm patrimonialibus, vide in §. *Legatum num.* 51. Francisc. de Angelis *tractat. de confess. lib.* 3. *q.* 3. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 47. *per tot.* ubi pro validitate donationis factæ ab adultero ad favorem adulteræ, vel similium personarum, etiam Monialium, tam in foro fori, quàm in foro conscientiæ, quia quicquid turpiter agunt, non turpiter accipiunt ex causa concubitus.

De donatione facta concubinæ à privato, ut mero jure valeat, limitando in milite, equite, clerico, & doctore, qui non possunt donare concubinæ, ita ut nec donatio firmetur juramento, sed datum repeti possit, & alia ad rem, vide per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. pr. Prælud.* 2. 1. 7. *nu. pr. et seqq. ad* 28. Aries de Mesa *lib.* 3. *var. cap.* 38. *n.* 2. *et seqq. et cap.* 40. *n* 21. Gam. *dec.* 256. *nu.* 3. *et seqq.* Trentacinq. *lib.* 3. *var. de donat. resol.* 7. Cabed. *dec.* 116. *part.* 1. Hermosil. *in lib.* 1. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloss.* 6. *n* 3. *et seqq.* Benedict. Ægid. *de jur. et privil. honest. art.* 8. *nu.* 12. *et seqq.* Rodriquez. *de Regul. tom. pr. qu.* 27. Gutierez *de juram. confirm. part. pr. cap.* 6. Cancer *lib. var. cap.* 8. *numer.* 172. *et seqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 21. *tit.* 3.

Valeret tamen dicta donatio facta etiam à dictis personis prohibitis, quando esser remuneratoria, pro concurrenti æstimatione meritorum & illis probatis aliter quam per assertionem donantis, vel si non sit amplius concubina, sed ad honestam vitam reducte in tempore opportuno, nam si ob senectutem, vel malam valetudinem recesserit à concubinatu, durat prohibitio, ut firmat Cancer. *loc. cit.* & illum sequitur Portugal. *ubi supra n.* 14. & vide alios supracitatos, ex Doctrin. Bald. *cons.* 354. *lib.* 3.

Valeret si esset jurata, vel remuneratoria, Everard. *loc. à milit. armat. milit. ad milit. cælest. n.* 9. *&* 10. *& loc. à vi, & energ. juram. n.* 12. vide Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 3. *de donat. resol.* 7. Capyc. *decis.* 102. *per tot.* & latè Gratian. *discept. for. cap.* 31. *per tot.* ubi reprobatis aliis tenet, hujusmodi donationem nec juramento firmari posse, quamvis valeat in aliquibus casibus ibidem per eum relatis, & Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 2. *tit.* 9. *per tot.*

Quòd facta etiam filiis spuriis non valeat, & per supervenientiam legitimationis alterius revocetur, Marta *vot. Pisan.* 161. *per tot.*

Quòd facta à quocunque etiam non milite, non clerico, neque Doctore, etiam in testamento sit omninò

ninò nulla, latè videndus Ciarlin. *controver.* 33. *per tot. controv.* 109. *per tot.* & *controv.* 184. & 185. *per tot.* Christin. *decis.* 200. *nu.* 14. & *per tot. volum.* 1. ubi de nullitate testamenti ad favorem adulteri conditi etiam per mulierem ſolutam. Vide Spad. *conſ.* 172 *ſub n.* 5. *lib.* 3.

Quod valeat ſi ſit remuneratoria, & probentur merita aliunde, quàm per aſſertionem donantis, & quatenus ſint æquivalentia, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 29. *n.* 11. & *n.* 27. *vide in* §. *Meretrix n.* 11. & *n.* 12.

Item valet ſi ſit facta concubinæ emendatæ, & ad honeſtam vitam reductæ, Gomez. Leon. *dec. Hiſpalen.* 45. *per tot.*

De hac materia donationis factę concubinę, vel meretrici, vide Theſſ. *dec.* 111. Pereg. *de jur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 9. Cardin. Tuſch. *litt. D, concluſ.* 700. *per tot. litt. C. concluſ.* 568. & *lit. M. concluſ.* 211. Ricc. *Collect.* 3988. Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar.* & *merced. qu.* 76. *per tot.* Gamm. *dec.* 58. ubi pro fiſco Dian. *reſolut. moral. part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 5. ubi videtur tenere quod ſit valida donatio, ſed poſſit à donatore revocari, non autem ab ejus hæredibus, nec ab ipſo donatore, ſi eſſet facta ob uſum corporis, & juſtum illius pretium, vel ob aliud obſequium, ſive beneficium, idem Dian. *dict. part.* 8. *tractat.* 6. *reſol.* 83. ubi poſt relatam opinionem negativam, probat donationem factam concubinæ ſuæ etiam per Clericos, vel milites, ac etiam per uxoratos, vel ſolutos, eſſe validam, & licitam tam in foro fori, quàm in foro poli, & maximè ſi fuerit juramento confirmata, ita ut poſſit in judicio peti, & obtineri vide Auguſt. Barboſ. *in l.* 5. *C. de Donat. inter.*

Qualiter autem donatio, vel alia promiſſio ad turpem finem facta, veluti ad pejerandum, homicidium committendum, & hujuſmodi ſit nulla, & irrita ante facinus patratum, licèt poſt illud commiſſum, poſſit jure naturæ eſſe valida ratione laboris, & periculi, cui donatarius in gratiam donantis ſe expoſuit, idem Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *reſolut.* 102. ſecus tamen de jure civili ut dixi in §. *Delinquens num.* 9. §. *Promiſſio nu.* 7. & *alibi*.

Nec ideò datum ſubjacet reſtitutioni, Dian. *loc. citat. reſolut.* 110. licèt alii contra, vide in §. *Judex num.* 21. *et ſeqq. num.* 25. *in fine*.

54 Donatio propter inſinuationem omiſſam quando excedit ſummam 500. aureorum, an vitietur in totum, vel tantum pro parte excedente, vide in §. *Inſinuatio num.* 2. &c. ubi etiam ad quam ſummam hodie aſcendant dicti 500. aurei, vel ſolidi.

76 Cum in hac Civitate Parmæ habeamus quoddam Decretum, quod vocant Mediolani, apponendum in donationibus ex illo pulchra, celebris dimanavit controversia, an scilicet formula præscripta a dicto Decreto ita esset in donationibus apponenda, ut neque a verbo cadere liceret saltem quod esset de substantia illius, an verò sufficeret expressio aliquorum verborum dictæ formulæ etiam per æquipollentia, cum successiva relatione in omnibus, & per omnia ad formulam dicti Decreti. In qua quidem subtili, & nodosa quæstione Illustrissimus Dominus Advocatus Concivis, & Amicus meus Joseph Illariuci pluribus rationibus, & auctoritatibus priorem sententiam acritèr, & eruditè de more sustinuit; Et juxta ejusdem sententiam, quidquid in contrarium scripserint plures Advocati, tum Parmenses tum exteri, & maximè Placentini, declaratum fuit in hoc excelso Tribunali. Cujus supremam sententiam per rationes, & auctoritates per dictum dominum Advocatum Illariuci adductas ego semper veneratus fui, & veneror, quamvis non desint aliqui, etiam ex Parmensibus qui eamdem carpere non erubescunt.

77 Promittens donare, vel dotare ex causa matrimonii, vel alia onerosa, non potest postea in instrumento donationis adiicere pacta, conditiones, vel alia gravamina, & pactum reversivum Antonell. *de temp. leg. lib.* 1. *cap.* 34. *nu.* 12. Andreol. *controvers.* 212. *n.* 13. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *n.* 75. *tom.* 5.

78 Non valet donatio rei illicitæ, vel inhonestæ *l. quod sæpe §. venenum ff. de contrab. empt.* Dian. *res.* 85. *et* 102. *tit.* 6. *tom.* 7. Altimar. *loc. cit. n.* 78. Et ob turpem causam Altimar. *n.* 193.

Neque ejus rei, quæ non est in commercio *l. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. oblig.* Altimar. *loc. cit. n.* 79.

79 Donatio non est quæ fit cogente necessitate Paz. *de Tenut. cap.* 57. *nu.* 138. Hermosill. *leg.* 1. *gloss.* 3. *tit.* 4. *part.* 5. Sed illa, quæ fit nullo jure cogente Robert. *lib.* 3. *rer. judic. cap.* 6. *fol.* 30. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 45. Et donare nemo cogitur Barbos. *cap.* 45. *n.* 6. *de Elect.* Altimar. *loc. cit. n.* 82. Sed vide eumd. *a nu.* 99.

80 Donatum non dicitur, quod remittitur ex causa transactionis Cyriac. *controvers.* 128. *n.* 103. Christin. *decis.* 200. *n.* 11. Urceol. *de Transact. quæst.* 67. *n.* 13.

81 Donatio facta per Clientem Advocato ob laborem fu-

susceptum in lite præterita, & jam finita valet, tamquam remuneratoria, dummodò non sit excessiva Urceol. *de Transact. quæst.* 30. *nu.* 16. Passarell. *de Donat. lib.* 4. *quæst.* 4. Altimar. *supra n.* 98.

82 Donata videtur, qui mandat dari Fontanell. *decis.* 467. *n.* 1. An donatio censeatur facta ab illo, qui ei consensum præstat Molin. *de Primog. cap.* 11. *nu.* 64. *et* 67. *lib.* 4. Altimar. *n.* 112.

83 Donatio an inducatur ex verbis jactantiæ, & placitoriis Pacinn. *alleg.* 180. *n.* 11. & *alleg.* 12. *num.* 3. Altimar. supra *n.* 113.

84 Solutio indebiti scienter facta est vera donatio Tornut. *quæst. civil. cap.* 59. *n.* 9. Cyriac. *contr.* 628. *n.* 29. ubi explicat. Item acceptilatio, seu remissio cujuscumque debiti gratis, & liberaliter facta Torr. *de pact. fut. success. lib.* 2. *c.* 29. *n.* 44. Bost. *de Dot. fol.* 741. *n.* 73. Cyriac. *contr.* 128. *n.* 16. Item confessio dotis receptæ cum juramento assertorio, & confirmatorio Mans. *consult.* 25. *nu.* 22. *lib.* 11. Bost. *de Dot. cap.* 10. *§.* 4. *num.* 29. *et seqq.* Altimar. *loc. cit. a num.* 114.

85 Ædificans, seu seminans scienter in fundo alieno præsumitur donare Cancer. *de Donat. n.* 118. Altim. *loc. cit. n.* 123. ubi numeris præcedentibus, & subsequentibus enumerat actus donationem inducentes.

86 Donatio in quo differat a concessione, pacto, pollicitatione, stipulatione, & a munere, & à renunciatione Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *a n.* 2. *tom.* 5.

87 Votum Deo factum an sit species donationis, & alia plura ad rem Passarell. *de Donat. lib.* 4. *quæst. ultim.* Altimar. *supra n.* 109.

88 Qui potest donare, an possit jus suum remittere, & e contra Altimar. *supra a n.* 128.

89 Qui per plures annos solvit in beneficium Loci pii, an possit in futurum cogi ad solvendum, quasi esset tacita donatio Pen. *decis.* 143. Cavaler. *decis.* 45. Ricc. *in Prax. Eccles. libr.* 3. *resol.* 366. *n.* 7. Rodoer. ad De Marin. *libr.* 1. *cap.* 78. *n.* 12. Altimar. *ubi supra n.* 134. *et* 135. ubi quid etiam dicendum de Dote.

90 Donatio propter falsam demonstrationem vitiatur Altimar. *loc. cit. n.* 161. *et* 199. Et donatio facta ob causam, quæ non est, non valet Dian. *tom.* 6. *tract.* 7. *resol.* 89. *et* 105. Et non valet, si deceptio intercedat citra consensum Altimar. *n.* 162.

91 Non est donatio, etiamsi vir nobilis confiteatur recepisse majorem quantitatem pro dote, illa, quam recepit Altimar. *n.* 118. *et n.* 163.

92 Donata Domo an veniat hortus ibi cohærens De Ponte *cons.* 61. *n.* 71. *lib. pr.* De Marin. ad Revert. *decis.* 172. Altimar. *loc. supra cit. n.* 213. Et quid dicendum de Domo parva cohærente magnæ Gratian. *cap.* 126. ubi Add. Capyc. Latr. *decis.* 37. ubi Add. Altimar. supra *n.* 215. Et quid de apotheca Altimar. *n.* 221.

93 Donato fundo rustico, an veniant instrumenta Scott. *resp.* 4. *ex n.* 18. *tom. pr. lib. pr.* Cavalcan. *tom. pr decis.* 44. *n.* 119. Altimar. *loc. cit. n.* 217.

94 Quid veniat in donatione mobilium, & suppellectilium, & in donatione librorum Altimar. *num.* 228. *et* 219.

95 An donato fundo censeatur donata servitus & via ad fundum Altimar. *loc. cit.* 220.

96 Donatio rei intelligitur de tota re Altograd. *cons.* 100. *n.* 11. *et* 23. *libr. pr.* Gratian. *cap.* 839. *nu.* 6. *et cap.* 917. *n.* 3. *et cap.* 96. *nu.* 17. Altimar. *supra nu.* 243. Et donata dote, venit tota, & non pars, quæ fuit soluta Gratian. *cap.* 824. *n.* 23. Barbos. *appell.* 84.

97 Si quis donat rem, an videatur totam rem donare, vel tantum jus quod habet in ea Altimar. *ubi supra n.* 243. *et n.* 265.

98 Si quis donet partem rei, intelligitur de dimidia, nisi aliquid adiiciatur Rot. *rec. part.* 6. *decis.* 180. Barbos. *appell.* 186. *nu. pr.* Altimar. *loc. cit.* ubi hoc declarat.

99 Quid veniat in donatione alimentorum Altimar. *n.* 248. *et* 249. Et quid in donatione fructuum, Idem *n.* 250.

100 Donato equo, vel mula, an veniat sella Surd. *decis.* 134. *nu.* 6. Amaya *libr.* 3. *cap.* 1. *§.* 2. *num.* 37.

Altimar. *supra n.* 250.

Donata re an, & quando veniant accessiones Mord. 101
in emptor. tit. 10. *q.* 3. *n.* 8. Altimar. *dict. n.* 250.

Donatio omnium bonorum alicui monasterio a viro, 102
& uxore facta post eorum mortem, est expectanda mors amborum Revert. *decis.* 94. *n.* 9. Gratian. *cap.* 299. & 707 Altimar. *n.* 256.

Donatio annua ad hæredes donatarii transmittitur 103
Thesaur. *quæst.* 60. *lib.* 2. Merend. *lib.* 17. *cap.* 26. secus, si non sit stipulata pro hæredibus Luca ad Marin. *cap.* 239. *n.* 5. Altimar. *supra n.* 257.

Donans omnia sua bona, non intelligitur donare 104
Legitimam, nec ejus supplementum Novar. *quæst.* 69. *n.* 7. Franch. *decis.* ap. Donad. *de Renunc. cap.* 4. *n.* 2. & 3. Altimar. *n.* 261. ubi hoc declarat.

Donatio semper intelligitur ære alieno deducto ex 105
bonis, quæ donantur Capyc. *decis.* 128. Cancer. *par.* 1. *cap.* 8. *a n.* 69. Altimar. *loc. cit. a n.* 265. ubi hoc declarat Mans. *consult.* 4. *a n.* 8. *lib.* 11.

Donatio de certis bonis non potest extendi ad alia 106
diversa Caprar. *decis.* 576. *n.* 2. *part.* 2. & donatio non extenditur ultra specificata, Idem *decis.* 89. *n.* 5. *part.* 1. Nec ultra quàm verba sonant, Idem *decis.* 680. *n.* 15. *part.* 2. Et tamquam stricti Juris intelligi debet, ut minus comprehendat, quàm fieri potest, Idem *decis.* 89. *n.* 2. *part.* 1. & *decis.* 680. *n.* 6. *part.* 2.

Donatio restringitur ad Jus Donantis Caprar. *dec.* 107
680. *n.* 3. *part.* 2.

Cum nemo præsumatur plus Juris donare, quàm ipse habeat, *ibid. n.* 4.

Donationum multiplicatio non est præsumenda 108
Caprar. *decis.* 452. *n.* 18. *part.* 2.

Donatio ineffectuata non est attendenda Caprar. 109
decis. 111. *n.* 6. *part.* 1. & *decis.* 118. *n.* 3. *ead. part.* 2. Vide Emerix jun. *decis.* 830. *n.* 6.

Donatio dicitur lucrativa, si dempto onere, ali- 110
qua summa remanet donatario, & de ratione Capr. *decis.* 680. *n.* 19. & 20. *part.* 2.

Donatio Jurispatronatus non probat illud pertine- 111
re ad donantem, nisi aliundè probetur Caprar. *decis.* 247. *n.* 9. *part.* 1. Præsumitur confirmata ab Ordinario in antiquis Emerix jun. *decis.* 803.

Donatio est revocabilis ante donatarii acceptatio- 112
nem, ut tamen non sit revocabilis, nec quoad alios successivè vocatos, sufficit acceptatio primi acquirentis Caprar. *decis.* 126. *n.* 8. & 9. *part.* 1.

Quando donatio est enormissimè læsiva, potest 113
donans contra illam venire, quamvis statuti solemnitatibus roboratam Caprar. *decis.* 705. *n.* 7. *part.* 2. In donatione pura, & ex mera liberalitate læsio non consideratur, secus in correspectiva, Idem *loc. cit. n.* 8. & 9.

In donatione intuitu matrimonii facta filio, ut ha- 114
beret tantum de proprio, quantum titulo dotis recepisset ab uxore, an illius filii dicantur vocati, uti filii, vel ut hæredes patris, & alia Caprar. *decis.* 433. & *decis.* 481.

An hujusmodi donatio imputetur in legitimam fi- 115
lii. Et onus fideicommissi super bonis donatis an officiat Legitimæ, & filius dicatur acceptasse, & an privilegium reiterendi onus a Legitima transmittatur ad hæredes, Idem Caprar. *dict. dec.* 481. *part.* 2.

Hujusmodi donatio ubi fuit facta intuitu certi, & 116
determinati matrimonii, & in specie favore filiorum ex eodem procreandorum, an possit fieri a viro retrodonatio, optimè Captar. *decis.* 582. & *decis.* 601. *part.* 2. ubi alia ad rem.

Donatio causa mortis, si est contenta in schedula 117
conscripta, seu recepta per confessarium, & ab ipso ægrotante subscripta coram duobus testibus, qui illi se subscripserunt, ab eodem confessario jussu testatoris perlecta, valet Caprar. *decis.* 128. *n.* 3. *part.* 1.

Assertio donantis, & donatarii emissa post plures 118
annos, & post jus quæsitum donatariis, non præjudicat Caprar. *decis.* 582. *n.* 3. *part.* 2.

Donatio facta ex pluribus causis, substinetur, si 119
una tantùm verificatur Emerix jun. *decis.* 1325. *n.* 30.

Donatio conditionalis, si conditio adimpleri non 120
potest, evanescit Emerix jun. *decis.* 1019. *n.* 3. declara tamen, ut *n.* 4. Et de donatione facta sub condi-

ditione vide eumdem *decis.* 241. *decis.* 250. & *decis.* 190.

321 Donatio facta Clerico non requirit solemnitates statuti Emerix jun. *decis.* 978. *n.* 4. Neque facta a Clerico Idem *decis.* 1037. Quod tamen declara, ut *ibid.*

322 Donatio facta intuitu matrimonii non requirit solemnitates Emerix *decis.* 978. & 1037. & 1252. amplia tamen, limita, & declara, ut *ibid.* Donatio an admittat jus accrescendi Emerix jun. *decis.* 238. *nn.* 21. & 22. & *decis.* 267. *n.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. *n.* 258. *tom.* 5.

323 Donatio reciproca non requirit solemnitates etiam in minore, & in muliere Emerix jun. *decis.* 268. *n.* 3. limita, si potest esse læsio, *ibid. n.* 4.

324 Donatio an possit revocari ob supervenientiam filiorum, quando donans renunciavit dispositioni *l. si unquam C. de revoc. donat.* & alia ad rem Emerix jun. *decis.* 1019. *a n.* 13. & *decis.* 1325. *n.* 35.

325 Tot sunt donationes, quot sunt personæ contemplatæ Emerix jun. *decis.* 288. *n.* 11.

326 Unica tamen dicitur, & singularis favore omnium donatariorum, quando fuit facta sub unica oratione, & sub unica stipulatione Emerix jun. *decis.* 1325. *a num.* 17.

327 Plura de donatione Castri, seu Villæ cum Jurisdictione, & quid veniat in tali donatione Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 32. 269. *tom.* 5.

328 Prohibita donatione, omnis alienatio prohibita censetur Gusm. *de evict. quæst.* 1. *n.* 23. Sed prohibita alienatione, non est prohibita donatio Gobb. *de Feud. & Emphyt. quæst.* 4. *n.* 76. Et statutum permittens alienationem permittit etiam donationem, maximè si non adsit diversa ratio Gobb. *supra num.* 500. Altimar. *supra n.* 271.

329 Si Donatio facta sit de tot bonis, electio est donatarii, sed non debent eligi meliora, sed media De Luc. *de donat. disc.* 4. *a n.* 1.

330 Donatarius mortuo donante consequitur fructus pendentes Mell. *observ.* 141. *nu.* 1. Et an qui donat fundum videatur donare fructus pendentes Barbos. *in l. divortio ff. solut. matr.* 2. *p. n.* 81. Altimar. *n.* 277.

331 Donatio non comprehendit ea bona, quæ facerent incurrere donantem in pœnam, si in ea continerentur Cyriac. *controv.* 222. *n.* 60.

332 Ad donationem resolvendam sufficit modicus defectus Cyriac. *controvers.* 239. *n.* 27.

333 Non præsumitur donationis revocatio Altograd. *cons.* 8. *n.* 86. *lib.* 1. Sed ab allegante probari debet Altimar. *n.* 301. Et in dubio Judex debet esse proclivior ad illam comprobandam Gob. *consult.* 19. *n.* 60. Altimar. *loc. cit.* ubi plura de tacita revocatione donationis.

334 Donationes in fieri sunt odiosæ, sed postquam factæ sunt, non, Fontanell. *decis.* 468. *n.* 19. *decis.* 380. *n.* 11. Altimar. *n.* 318.

335 Donatio in dubio censetur inter vivos, etiamsi fiat ab existente in articulo mortis Cyriac. *controvers.* 314. *nu.* 8. Passarell. *de Donat. quæst.* 4. *n.* 48. Antun. *dict. tract. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 88. nisi sit facta mentio mortis Altimar. *loc. cit. n.* 383. Et etiamsi in ea fieret mentio mortis, nisi copulativè duo concurrant, quod sit facta mentio mortis;[& sit collata donatio in tempus mortis Cyriac. *d. controvers.* 314. Torre *de pact. fut. success. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 136. Altimar. *n.* 384.

Et appellatione donationis absolutè venit donatio inter vivos Torr. *loc. cit. n.* 139. Barbos. *appel.* 83. Altimar. *n.* 385. ubi etiam plura quando donatio dicatur inter vivos, & causa mortis.

336 Donatio causa mortis potest fieri in testamento, & an revocato testamento, sit revocata donatio Autun. *de donat. lib.* 1. *præl.* 2. §. 3. *n.* 83. Altimar. *n.* 405.

§. DOS. XXXII.

1 Dos promissa venit sub nomine dotis, & comprehenditur in statuto loquente de dote, Gratian. *discept. forens. cap.* 666. *n.* 22. & *seqq.* Altograd. *cons.* 29. *num.* 37. & *seqq. lib.* 2. vide *in §. Statutum de lucro dotis n.* 10. Paul. Christin. *decis.* 132. *num.* 15. *etc. volum.* 3. Peregrin. *decis.* 18. 34. 154. Vivi. *comm. opin.* 227. *et* 228. Altimar. *de nullitat. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 26. *et seq. tom.* 5. Boss. *de Dot. cap.* 2. 9. Merlin. *controvers.* 4. *libr.* 1. ubi Scopp.

Quòd promissa, destinata, vel assignata pro puellis maritandis, etiam nondum sequuto matrimonio dicatur propriè dos, & veniat sub nomine dotis, Magon. *decis.* 86. *per tot.* Tusch. *litt. D. conclus.* 788. ubi quod dotata dicitur filia, cui fuit dos in testamento assignata ad effectum, ut tanquam dotata excludatur à successione, & alia ut ibidem. Altimar. *loc. cit. n.* 27.

An autem dos dicatur illa, quæ fuit restituta post solutum matrimonium, Jas. *in rubr. ff. solut. matrim.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 484. ubi quòd non dicitur amplius dos, sed statim efficitur patrimonium filiorum, & idem est facta recuperatione fundorum dotalium à muliere, ut omnis actio dotalis extinguatur.

Ante tamen restitutionem dicitur propriè dos, etiam soluto matrimonio, Vivi. *comm. opin.* 228.

Quòd non possit stare sine matrimonio valido à principio, *l.* 2. *ff. de jur. dot.* Montan. *de tut. cap.* 31. *effect.* 8. & *alt. num.* 14. &c. Tusch. *litt. D, conclus.* 737. *per tot.* Altimar. *loc. cit. n.* 3. Bersan. *de Viduis cap.* 1. *quæst.* 9. *n.* 4. De Luc. *de Dot. disc.* 1. *num.* 9. Palm. *alleg.* 122. *n.* 8.

Quid sit dos, & quotuplex, quomodo, & à quibus constitui possit, vel non, late Tusch. *litt. D. conclus.* 717. & *seqq.* Paul. Christ. *decis.* 132. & 133. *per tot. vol.* 3. plenè Bald. Campeg. & alii, qui de dotibus integros tractatus ediderunt. Latè Altimar. *loc. cit. qu.* 35. *per tot.* Boss. *de Dot.* Card. de Luc. *eod. tract.* & *alibi* Alderis. *Symbol. contract. tit.* 1. *cap.* 7.

2 Dos promissa constitui per maritum ignobilem, vel senem uxori juveni, vel nobili, debetur ab hæredibus illius ipsi mulieri, licèt vir decesserit ante matrimonium carnali copula consummatum, Afflict. *decis.* 61. *num.* 4. & 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 690. *nu.* 2. & 3. & *cap.* 862. *num.* 13. &c. vide in §. *Donatio num.* 6. sequitur Altimar. ubi suprà *num.* 29. Vide eumdem Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 33. *num.* 13. *tom.* 5.

3 Dos promissa constitui, & non constituta debetur ab hæredibus promittentis uxori etiam transeunti ad secunda vota post annum luctus non relictis filiis, nam per transitum ad secundas nuptias, non amittit ea, quæ habuit à primo viro, ubi non remanserunt reliquiæ primi matrimonii, Afflict. *d. decis.* 61. *n.* 6. *vide in §. Dispositio num...*

Au autem dos constituta uxori à marito dicatur propriè dos, vel donatio propter nuptias, *vide in §. Augmentum num... §. Donatio nu...* Altimar. *dict. rubr.* 1. *part.* 3. *qu.* 33. & *præsertim num.* 12. Castill. *libr.* 3. *controvers. cap.* 4. *a n.* 30. *cum seqq.*

4 Dos confessata an habeat privilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis, maximè quando fuit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, vel lapsum est tempus opponendi, latè Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 58. *per tot.* dixi *in §. Confessio num.* 9. & *seqq.* & *§. Privilegium num...* ubi quod non in præjudicium creditorum, sed tantùm in præjudicium ipsius mariti, & hæredum, *infra num.* 26. vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *à num.* 946. *tom.* 5. De Luc. *de Dot. in summ. n.* 355. *disc.* 72. *n.* 5. & 8. *disc.* 149. *n.* 1. Gobb. *consult.* 17. *a n.* 6. Beniel. *cons.* 70. *n n.* 81.

Plura de privilegiis dotis, Paul. Christin. *decis.* 133. *per tot. vol.* 3. idem Christin. *decis.* 128. *vol.* 4. dixi *in §. Hypotheca, & §. Privilegium.* Altimar. *loc. cit. à n.* 908.

Qualiter dos habeat etiam privilegium tacitæ, & subintellectæ stipulationis, Vivi. *comm. opin.* 230. per tex. *in l. un. C. de rei ux. act.* dixi *in §. Stipulatio n.* 13. Ludovis. *decis.* 328. *n.* 8.

5 Dos incerta potest constitui favore mulieris, ut habeat quid recuperat, non mariti, ut aliquid exigat, nedum si specificatio conferatur in tertium, sed etiam in alteram ex partibus per verba importantia arbitrium boni viri, vel etiam liberam voluntatem, Alex. *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* Pract. Papp. *libell. quo ux. ag. ad dot. gloss.* 1. *in Addit.* Tusch. *litt. D. conclus.* 727. *per tot.* Christin. *decis.* 132. *num.* 5. *vol.* 3. latè Magon. *decis. Flor.* 7. *per tot.* ubi etiam quod differente hærede, vel alio arbitro declarare, potest de directo aditi ju-

judex ſine aliæ interpellatione, ut ipſe declaret, & quod hæres debet infra annum declarare, &c. Rot. par. 11. recent. deciſ. 123. num. 21. ubi quod ex privilegio dotis ſuccedit arbitrium judicis vice alterius arbitrari debentis. Altimar. loc. cit. à n. 679. ubi de aliis ſeq. De Luc. de Dot. diſc. 69. & diſc. 151. Ripol. var. cap. 9. n. 186.

An poſſit dos promitti ſub conditione, & qualiter conditio habenda ſit pro impleta, ſi per eum ſtat, qui implere tenetur quominus impleatur, Rot. par. 15. recent. deciſ. 350. ubi de fratre, qui dotem ſorori promiſerat, quando ipſe uxorem duceret, & fuit coactus ſoluere, licèt uxorem non duxerit. Altimar. loc. ſupra allegato ſub n. 681. et ſeqq.

De contractu dotis, ejuſque cauſis, & effectibus, & tota materia, latè Petr. de Onnate de contract. tom. 2. tract. 11. per tot. à fol. 336. ad 572. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæſt. 35. tom. 5. Boſſ. de Dot. Card. De Luc. eod. tract. et alibi.

Quòd incertitudo non vitiet contractum dotis, intellige in ipſius conſtitutione, ne mulier remaneat indotata, ſecus autem in ſolutione dotis jam conſtitutæ, nam tunc incertitudo vitiat ſicut in aliis contractibus, Magon. deciſ. Luc. 20. num. 31. et 32. cum Add. et vide in §. Incertitudo num.... Altimar. loc. cit. nu. 683. Boſſ. de Dot. cap. 9. n. 78. cum plurib. ſeqq.

6 Dos illius favore probatur verbis enunciativis per fratres in diviſione prolatis, ut quando dixerunt quod unus deducere debeat tantam dotem ſuæ uxoris, ita ut ex hac ſola enunciativa competat actio mulieri licèt abſenti, & nemine pro illa ſtipulante, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 739. per tot. intelligendo quando certa quantitas fuit expreſſa, idem Gratian. cap. 824. num. 15. etc. Altimar. loc. præallegat. n. 685. Boſſ. de Dot. fol. 348. n. 52. fol. 374. à n. 164.

Qualiter poſſit probari dos per verba enunciativa, latè Genu. de verb. enunciat. q. 32. per tot. fol. 66.

Quòd probetur per conjecturas, præſumptiones, & indicia, ſicut & verbis enunciativis, nedum præſente, ſed etiam abſente parte prolatis, latè Maſcard. de probat. concluſ. 565. et ſeqq. Rot. part. 2. diverſ. deciſ. 316. per tot. Peregrin. deciſ. 34. num. 4. et ſeqq. ubi adducit plures conjecturas, ex quibus probatur conſtitutio dotis ad effectum, ut in ea procedat ſtatutum de lucro dotis. Pen. deciſ. 359., ubi Creſcin. in annot. Altimar. dict. quæſt. 35. tom. 5.

Quod poſſit etiam per epiſtolam conſtitui, & probari, Genu. de ſcript. privat. lib. 3. q. 32. fol. 145.

An autem probetur ex fide ſolutionis gabellæ, Mart. Medic. deciſ. 87. cum Addit. vide in §. Liber num.... Maſcard. de probat. concl. 569.

Quando inſtrumentum dotis ejuſdem diei cum aliis præſumatur prius factum, & præferatur aliis, vide in §. Contractus n. 47. & §. Inſtrumentum n. 12. latè Altimar. loc. cit. à n. 914. Capon. de Dot. fol. 116. n. 20. Boſſ. eod. tract. cap. 9 §. 13. n. 42.

Et generaliter quando dos ſit privilegiata in probationibus, & ſufficiant leviores, Maſcard. de probat. concluſ. 565. & ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 753. num. 18. &c. Tuſch. litt. D. concluſ. 722. per tot. Rot. par. 10. rec. dec. 196. per tot. ubi qualiter poſſit probari per teſtes, vel aliter, quàm per ſcripturam, dummodò concludenter deponant, & ſibi non contradicant, & alia ad excluſionem probationis dotis, Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 6. gloſſ. 3. par. 7. ubi plura de probatione dotis per ſcripturam privatam per teſtes, & aliis modis. Altimar. loc. ſupra cit. num. 997. Noguerol. alleg. 29. n. 90. & 91. Boſſ. de Dot. cap. 9. §. 13. fol. 370. à n. 138. Cyriac. controverſ. 207. à nu. 21. Urceol. conſult. 29. n. 46.

Quod favore dotis ſatis ſit habere unum Doctorem pro illa, & ſufficiat dicere, ſpeciale eſt in dote, Magon. deciſ. Flor. 86. num. 5. & 6.

Quòd in dubio ſemper ſit facienda interpretatio favore dotis, Tuſch. litt. D, concl. 742. per tot. & quod dos habeat multa privilegia, & qualia latè idem Tuſch. loc. cit. concluſ. 743. & ſeqq.

Quando autem admittat interpretationem contra ſe, & nulla habeat privilegia, idem Tuſch. litt. D, concl 752. & 753.

7 Dos æqualis inter ſorores eſt conſtituenda, quamvis

paragium non conſiſtat præcipuè in dote, cùm æquè dicantur dotatæ ſi æquè benè ſint collocatæ, licèt plus uni, quàm alteri tradatur, Dec. conſ. 26. in princ. Rot. par. 2. div. deciſ. 155. n. 7. Urſil. ad Afflict. deciſ. 160. n. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 231. n. 27. &c. Alciat. reg. 1. præſumpt. 7. n. 3. Ludoviſ. dec. 63. n. 23.

Quod dos de paragio intelligatur juxta vires patrimonii, dignitatem familiæ, & qualitatem viri, Cavaler. deciſ. 260. n. 3. & deciſ. 298. n. 5. infra n. 20.

Quod pater poſſit majorem dotem uni filiæ, quàm alteri dare, fratres verò teneantur æqualitatem ſervare, vide in §. Filia n. 79. §. Pater n. 12. & in meis reſolut. cap. 90. n. 29. & 30. Peregrin. deciſ. 36. per tot. Rota par. 9. recent. deciſ. 198. n. 18. ubi loquitur de patre tantum. Altimar. loc. cit. nu. 468. Card. De Luc. de Dot. diſc. 26. n. 5. diſc. 144. n. 32. Palm. conſult. 99. n. 39. Ripol. var. cap. 9. à n. 120. Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib. 2. cap. 26. n. 122. Bonden. collec. 3. n. 69. Boſſ. de Dot. cap. 4. n. 52. & 55. & cap. 13. n. 29.

Quæ autem ſit præferenda in ſolutione dotis, vide Neguſ. de pign. nu. 79. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 341. vol. 1.

Dos conſiſtens in creditis, juribus, & actionibus, 8
dicitur conſiſtere in univerſitate bonorum, & tranſit cum ſua cauſa, & onere, nec ex ea debetur aliquod lucrum ſi adſit fideicommiſſum, & ſcientia illius in marito, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 245. n. 48. & ſeqq. vide in §. Statutum de lucro n....

Qualiter dos conſiſtens in creditis, & locis montium ſit reſtituenda, & an ex ea debeatur lucrum, latè Tuſch. litt. D. concluſ. 768. & ſeqq.

Quid ſi conſtat in uſufructu, an fructus cedant lucro mariti, vel ſint reſtituendi, latè Merlin. deciſ. 843. & dlai in §. Uſusfructus n. 12.

Dos conſiſtens in pecunia, vel alia re, non po- 9
teſt commutari in bonis, vel alia re etiam de conſenſu uxoris, niſi duo copulativè concurrant utilitas, & commodum, ita ut uno deficiente corruat contractus, nec valeat pactum collatum in eventum incertum, l. ita conſtante 27. ff. de jur. dot. l. ſi mulier 21. in fin. ff. de pact. nupt. Bart. in l. Atilicinus 17. ff. de pact. dot. Gratian. diſcept. for. c. 435. per tot. Urſil. ad Afflict. deciſ. 336. Altograd. conſ. 25. nu. 20. &c. lib. 2. Gratian. deciſ. 47. in Addit. Sperel. deciſ. 164. n. 11. &c. vide in §. Fundus num. 5. &c. §. Novatio n. 4. §. Pactum num. 15. ubi quod procedit etiam ſtante juramento, juxta Rot. part. 2. diverſ. deciſ. 279. ſub nu. 10. vide Tuſch. lit. D. concluſ. 795. per tot. Rot. part. 9. recent. deciſ. 198. num. 11. & deciſ. 269. n. 12. & ſeqq. ubi quoad juramentum contrarium firmat de jure canonico, adde Merlin. deciſ. 77. n. 9. dec. 792. n. 17. & ſeqq. Buratt. deciſ. 775. n. 20. Rot. par. 14. recent. deciſ. 376. n. 28. ubi etiam n. 23. &c. quando dicatur conſiſtere in quantitate, vel in ſpecie. Altimar. loc. ſupra cit. n. 473. ubi refert hunc locum.

Quod dote conſtituta, non poſſit ex intervallo aliqua conditio, vel dilatio apponi in præjudicium ipſius dotis, & mulieris, Rot. par. 15. rec. dec. 350. n. 4. & ſeqq. par. 16. deciſ. 77. par. 17. deciſ. 349. num. 4. & ſeqq. ubi quòd dos conſtituta in pecunia non poteſt converti in ſundum dotalem ſine conſenſu, & utilitate mulieris, & part. 19. deciſ. 392. vide in §. Fundus. Altimar. loc. ſupra cit. ſub nu. 32. & 33. & n. 46.

Dos durante matrimonio non præſumitur commu- 10
nicata inter ſocios omnium bonorum, leg. actione, §. fin. cum leg. ſeqq. ff. pro ſoc.

Et qualiter inter eos communicetur, Pract. Papp. cauſ. ſociet. gloſſ. undecunque n. 1. Michalor. de fratr. part. 2. cap. 11. n. 12.

Quòd ſit communicanda, & de communi reſtituenda adveniente caſu reſtitutionis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 904. per tot.

Dos uxoris unius ex filiis à patre recepta, vel de 11
ejus conſenſu alteri ſoluta, debet ante omnia in diviſione tanquam æs alienum deduci, ſoluta verò ipſi filio, ita demum deducitur, ſi doceat de verſione in utilitatem communem, Cabal. conſ. deciſ. 62. lib. 1. Cavaler. deciſ. 426. per tot. facit infra nu. 34. vide

latè Tusch. *litt. D. conclus.* 770. *& seqq.*

An, & quando pater censeatur obligatus ad restitutionem dotis nurus dixi *in §. Pater nu.* 1. *& seqq.* Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 349. *n.* 5. ubi quod eit obligatus quotiescunque dos fuit illi soluta, vel filio de ipsius patris consensu, juxta text. *in l. cum dotem* 23. *§. transgrediamur, ff. solut. matrim.* Neguſ. *de pign. par.* 2. *memb.* 4. *num.* 36. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 1099. *tom.* 5. Vide Surd. & Addent. *decis.* 47. Amouell. *de tempor. leg. lib.* 2. *c.* 19. *num.* 67.

22 Dos quando succedit loco legitimæ, vel vigore statuti, vel vigore dispositionis testatoris ad suitatem filiam exclusam reintegrantis (de quo infra dicetur) est de ipsa legitima filio gravato debita detrahenda, & solvenda sorori, quæ etiam tunc partem facit, & numerum ad augendam legitimam; ubi verò dos non est subrogata, nec succedit loco legitimæ (de quo pariter infra) debet tanquam æs alienum, & onus legale ante legitimam deduci de universitate bonorum, Thess. *decis.* 159. *n.* 18. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 6. *n.* 13. *&* 14. Rot. post eumdem Merlin. *dec.* 306. *& part.* 3. *recent. decis.* 408. Ang. *in l. plane* 34. *§. duobus nu.* 4. *ff. de leg.* 1. Corn. *cons.* 197. *num.* 22. *lib.* 1. Fabrit. Pontirol. *in Responso pro Mambelis nu.* 406. *& seqq.* Cæsennæ impresso de anno 1645. & dixi in meis resol. *cap.* 60. *n. pr.* vide *in §. Legitima n.* 21. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 180. *& part.* 13. *decis.* 277. *n.* 16. *&* 17. ubi quod quando legitima est semis propter numerum filiorum ultra quatuor, dos, quæ filiabus debetur super bonis paternis, venit detrahenda ex legitima, & non ex tota hæreditate, & fideicommisso, quod aliàs exhauriretur.

23 Dos stante statuto fœminarum exclusivo, an succedat loco legitimæ, vel non, sic communiter distingui solet, nam aut statutum simpliciter excludit fœminas propter masculos, & mandat illas dotari, & tali casu, cùm dicantur exclusæ non propter dotem, sed propter qualitatem fœmineitatis, dos non succedit loco legitimæ; aut excludit fœminas dotatas, & sic cum qualitate dotationis, & si dotatæ non fuerint mandat illas dotari, & hoc casu cùm excludantur propter dotem, & non simpliciter propter illam qualitatem fœmineitatis, dos succedit loco legitimæ juxta theoricam Paul. de Cast. *in l. Titio centum, §. Titio genero n.* 7. *ff. de cond. & demonstr.* Magon. *decis. Flor.* 14. *n.* 5. *&* 6. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 146. *n.* 40. *&c.* Gratian. *discept. for. cap* 689. *nu.* 44. *cap.* 700. *n.* 29. *& cap.* 882. *n.* 36. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 6. Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap.* 33. *nu.* 8. *& par.* 3. *cap.* 4. *n.* 12. *&c.* Buratt. *decis.* 215. Seraph. *decis.* 959. *n.* 5. Rot. *in Noviss. par.* 5. *decis.* 400. *nu.* 33. & post Merlin. *de legit. decis.* 74. *n.* 2. *& decis.* 214. *n.* 8. *& seqq.* Altograd. *cons.* 87. *n.* 11. *et seqq. ad* 28. *lib. pr.* ubi loquitur in Statuto Ferrariæ, & ostendit vigore illius, dotem non succederet loco legitimæ, *& cons.* 17. *lib.* 2. ubi de Statuto Genuæ, quamvis in terminis ejusdam Statuti Ferrariæ contrarium, scilicet dotem loco legitimæ succedere, plenè probat Galvan. *cons.* 31. *per tot.* adde Paneirol. *d. respons. num.* 397. *& seqq.* Tusch. *litt. L, conclus.* 206. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 342. *num.* 9. *& seqq. & part.* 13. *decis.* 128. *n.* 10. ubi de Statuto Urbis, cujus vigore non succedit loco legitimæ, cùm incipiat ab exclusione, non autem à dotatione, &c. intelligendo de Statuto *c.* 145. *lib. pr.* loquente de successione ab intestato; secus autem de statuto in antecedenti *cap.* 141. disponente de successione ex testamento, cujus vigore dos succedit loco legitimæ, ut distinguit Rot. ibidem *n.* 14. & decisiones concordantes allegat, Rot. *part.* 15. *decis.* 156. *nu.* 16. *decis.* 10. *n.* 12. ubi quod vigore Statuti Urbis *c.* 141. succedit loco legitimæ, *& part.* 16. *decis.* 100. Bich. *decis.* 88. ubi de Statuto Urbis, & Tiburtino, latè Altimar. *loc. cit. n.* 697. Vide De Luc. *de Dot. disc.* 83. 91. *&* 175. *de Legitim. disc. pr. n.* 4. *de Fideicommiss. disc.* 144. *de Emphyt. disc.* 9. *ex n.* 11. Bonden. *collect.* 3. *n.* 37. Mans. *consult.* 743. Casareg. *ad Statut. Jan. de success. ab intest. fol.* 155. *n. pr.*

Quæ quidem distinctio Castrensis, licèt communissima, & ob omnibus ferè scribentibus, & Tribunalibus canonizata impugnatur à Laderch. *consil.* 25. Galvan. *dict. cons.* 31. *n.* 78. 99. 100. *& seqq.* & non penitus sine ratione, cùm sit potius verbalis, quàm realis, invicem confundatur, & possit ad libitum applicari, prout passim faciant consulentes, & scribentes, sicuti aliàs dixi in meis resol. *cap.* 60. *n.* 3. De Luc. *De Dot. disc.* 13. *n.* 6. *& de Legit. disc. pr. n.* 8.

Ad cognoscendum igitur, an & quando dos succedat loco legitimæ, vel non, quod est maximi effectus juxta superiùs dicta, & inferius dicenda semper existimavi, ultra doctrinam Castrensis, aliam posse clariorem considerationem adhiberi, nempè an statutum aliquo modo faciat mentionem de legitima expresè, vel tacitè, ut quia mandet fœminas competenter dotari, vel prohibeat petitionem supplementi, vel quod reservat, est per modum quotæ cum adjecto ne plus peti possit, nec minus relinqui, vel si extaret aliud statutum disponens semper legitimam debere esse salvam in omnibus dispositionibus, vel declarans, illam esse congruam dotem, quæ ad legitimam ascendat, vel quando feminæ numerantur cum filiis, & faciunt partem ad augendam legitimam, nam in his, & similibus casibus, in quibus aliquo modo appareat habitus respectus ad legitimam, & in dubio semper dos succedit loco legitimæ, ut sit pura, & transmissibilis, ne filia privetur simul successione, & legitima, Corn. *cons.* 40. *n.* 13. *lib.* 3. cum aliis per Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. q.* 6. *n.* 32. *& per tot.* Galvan. *d. cons.* 31. *per tot.* & dixi *in alleg. resol.* 60. *nu.* 3. *& seqq.* Sequitur Altimar. *ubi suprà n.* 705.

Potest etiam dos subrogari loco legitimæ ex dispositione testatoris, licèt vigore statuti non esset subrogata, & hoc non solùm expressè, sed etiam tacitè ad suitatis jura, & effectus filiam à statuto exclusam reintegrando, quod facere voluisse dicitur pater si tria præcipuè concurrant, nempè titulus bonorabilis, & solemnis institutionis quota universalis, & quod nominatim pro legitima factum sit relictum, Paris. *cons.* 54. *num.* 19. *& seqq. lib.* 2. Gabriel. *consil.* 140. *n.* 8. Honded. *cons.* 53. *n.* 23. Gregor. *decis.* 565. *n.* 2. *&* 9. Rot. *par.* 1. *div. decis.* 266. *n.* 3. Peregr. *de fideicomm. art.* 38. *n.* 26. Marlin. *d. q.* 6. *n.* 14. *& seqq.* Pontirol. *in Respons. pro Mambellis n.* 396. *& seqq. ad* 405. Cæsennæ impresso de anno 1645. vide supra *num.* 22. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 128. *n.* 10. *et seqq.* Sequitur Altimar. *ubi supra n.* 706.

Intellige omnia prædicta, ut dos succedat loco legitimæ, non statim quod data fuerit à patre, sed tunc demum, cùm jus petendi legitimam advenerit, nempè post mortem patris, nam eo vivente non consideratur legitima, nec aliquis ejus effectus, ut benè declarat videndus Seraph. *decis.* 815. *num.* 4. *et* 5. latè Altograd. *consil.* 40. *cum tribus seqq. per tot. lib.* 2. & dixi in resol. *cap.* 60. *n.* 7. *et* 9. Addit. ad Sansel. *decis.* 353. Altimar. *loc. cit. n.* 707.

Non autem dos succedit loco legitimæ, quando statutum, vel testator diceret, dotem esse capiendam non jure directo, sed de manu hæredum, vel esse solvendam in pecunia numerata, sive quando filia nubet, vel cum similibus conditionibus, & qualitatibus repugnantibus naturæ ipsius legitimæ, quæ jure directo, in quota bonorum, statim post mortem patris, & absque onere debetur, Brun. *de stat. exclus. fœm. art.* 11. *n.* 18. cum aliis per Merlin. *de legit. d. quæst.* 6. *n.* 15. *& seqq.* dixi *in d. cap.* 60. *n.* 6. Altimar. *loc. cit. n.* 708.

Et multa quando dos non succedat loco legitimæ, vide per Altograd *consil.* 88. *per tot. lib* 1. *& consil.* 17. *per tot. lib.* 2. Rota *part.* 10. *recent. decis.* 123. *n.* 13. *& seqq.* ubi quod ex Statuto Urbis non succedit loco legitimæ, cui testator videtur se conformasse legando dotem in casu nuptiarum, vide in *§. Legatum n.* 48. *&* 49. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 342. *num.* 9. *& seqq. et part.* 13. *decis.* 128. *num.* 9. *etc.* Altimar. *ubi suprà à dict. n.* 697. Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 98. *nu.* 20. Cyroc. *discept.* 3. 10. *et* 64. Rocc. *disput. cap.* 117. Saminiat. *controvers.* 75. *num.* 29.

Quando succedat loco alimentorum, Tusch. *litt. D, conclus.* 775. *per tot.*

54 Dos quando succedit loco legitimæ juxta prædicta, statim prout legitima peti potest, non expectatis nuptiis, & interim per ipsam mulierem, etiam innuptam ad hæredes transmittitur tam ex testamento, quàm ab intestato, si post mortem patris decedat; secus autem si non succedat loco legitimæ, Cæphal. *cons.* 245. *n.* 31. Franch. *decis.* 618. *per tot.* Cavaler. *decis.* 162. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 146. *n.* 47. *et* 48. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 4. *nu.* 54. *et per tot.* Altograd. *cons.* 77. *n.* 11. *et seqq. lib. pr. et cons.* 17. *n.* 34. *et* 35. *lib.* 2. Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 342. *per tot.* ubi quando non succedit loco legitimæ, non debetur nisi tempore nuptiarum, & sufficit fratres esse paratos dotare dicto tempore, & interim alimenta præstare, Martha *vot. Pis.* 47. ubi quod dos debita vigore statuti quando non succedit loco legitimæ, non transmittitur ad hæredes, si casus mortis evenist ante matrimonium. Altimar. *ubi supra n.* 713. Episc. Rocc. *disp. cap.* 14. *n.* 35. *lib. pr.*

Quòd dos secundùm jus commune, sive sit relicta à patre, vel non debeatur regulariter tantùm adveniente tempore nuptiarum, & interim alimenta, nec transmittatur ad hæredes, nisi aliter constet statim deberi, vel nisi versemur in casibus, in quibus subrogetur loco legitimæ, quia tunc proximè dicta procederent, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 8. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 14. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 146. *num.* 39. *etc.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 4. *per tot. vide in §. Legatum num.* . . . . & in resol. *cap.* 60. *n.* 8. *etc.*

Quód dos non transmittatur ad hæredes, si mulier dotanda moriatur non sequutis nuptiis, nisi fratres essent in mora dotandi, sive per interpellationem illis factam, sive per lapsum ætatis 25. annorum puellæ, Ger. Spin. *cons.* 81. *num.* 16. *etc.*

55 Dos consignata in bonis à fratribus sorori ad effectum illam excludendi à successione transit in ejus dominium, ita ut etiam si posteà non nupserit, possit de illa ad libitum disponere, quia licèt videatur debita sub conditione nuptiarum, & sub eadem conditione assignata, & sic ea non sequuta ad fratres reverti, tamen secus est stantibus verbis, & clausulis translationem dominii importantibus, & mora fratrum in illam nubendo, quæ dicitur contracta post 25. annos ætatis sororis, & operatur quod dicta conditio habeatur pro impleta, ut benè probat videndus Ger. Spin. *d. con.* 81. *per tot.* vide in *§. Fæminæ n.* 11. *et §. Statutum excludens n.* 26. *et seqq.*

56 Dos quando succedit loco legitimæ, nullum recipit onus, & adjectum ipso jure rejicitur, ita ut pater non possit stipulari, ut ad illum, vel ejus hæredes revertatur decedente filia etiam sine liberis, Corn. *consil.* 162. *n.* 11. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 815. *n.* 2. Altograd. *consil.* 17. *n. pr. et* 2. *lib.* 2. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 353. vide Altimar. *loc. suprà cit.* 714. *et seqq.*

Imo etiam si non succedat loco legitimæ, non potest pater dotans aliquid onus apponere, nec sibi, & hæredibus illam stipulari, vel saltem tale pactum, & onus non sustinetur ad favorem hæredum patris post illius mortem, sed tantùm eo vivente, ut probat Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. q.* 9. *n.* 18. *et seqq. et q.* 6. *eod. tit. nu.* 12. Nata. *consil.* 455. *num.* 9. Fusar. *de substit. q.* 597. *n.* 20. *et seqq. per tot.* vide Tusch. *lit. D. conclus.* 782.

Contrarium tamen in hoc casu quando dos non succedit loco legitimæ, quod recipiat diem, & conditionem, ac stipulationem, cæteraque onera à patre in actu dotationis apposita etiam ad favorem suorum hæredum, vel aliorum in dote post mortem filiæ sine liberis substituorum, nec talia onera rejiciantur, infinitis propè relatis contra Merlin. latè ejus fundamentis respondendo, & illa retorquendo, probat de communi, & magis communi Altograd. *consil.* 18. *per tot. lib.* 2. vide Tusch. *d. conclus.* 782. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 353. Vide Altimar. *loc. cit.* 715. Boss. *de Dot. cap.* 7. *a n. pr.* Molignan. *altercat.* 32. Torre *de pact. fut. success. decis.* 12. *n. pr.*

Quód quando dos succedit loco legitimæ, non recipiat onus fideicommissi, etiam reciproci, veluti quando duabus filiabus relinquitur dos, cum hoc, ut altera sine filiis decedente, ad supervivente*m* spectet; ita ut non obstante tali onere adjecto, possit quælibet de parte sua ad libitum testari, & disponere, in præjuditium alterius, plenè Galvao. *consil.* 31. *per tot.* vide in *§. Substitutio n.*

Dos licèt succedat loco legitimę, quatenus ipsam legitimam excedit, potest quocunque onere, & pacto gravari, etiam in totum donec vivit pater dotans, cùm non assumat naturam legitimæ, nec ejus privilegia, nisi post mortem patris, ut suprà dixi; ac etiam sustinetur onus, & gravamen in tota dote ad favorem hæredum patris, si filia aliundè fuerit suam legitimam consequuta, aut consequi valeat, vel si non loco legitimæ, sed alimentorum tantùm subrogetur, prout illa, quæ solvitur filiæ naturali de æquitate canonica, in qua valet pactum reversionis ad hæredes patris post mortem filiæ naturalis sine filiis, vel si ab extraneo dos constituatur, ut benè probat Altograd. *consil.* 18. *n.* 21. *et seqq. ad* 34. *lib.* 2. Rot. *part.* 15. *decis.* 196. ubi in terminis statuti Bononiæ quidquid aliter tenuerit Rot. Bononien. quæ ibi reprobatur; sicut etiam potest gravari fideicommisso favore filiæ, ipsiusque descendentium, & quare, Rot. *part.* 16. *decis.* 370. *vide in §. Fideicommissum n.* 20. *et §. Legitima n.* 30. 57

Et quod licèt succedat loco legitimæ, possit etiam in totum gravari onere reversionis ad patrem dotantem, vel onere fideicommissi, stantibus verbis universalibus, & prægnantibus statuti geminatè jubentis, filias contentas esse debere dote sibi constituta, nec aliud quomodocunque, & ex quacunque causa petere possint, probat idem Altograd. *d. cons.* 18. *n.* 59. in terminis statuti Genuæ ita disponentis: Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 9. *n.* 5. *et* 6. & Rot. post eumdem *dec.* 116. *n. pr. et seqq.*

Dos quando succedit loco legitimę, dicitur propriũ patrimonium mulieris durãte matrimonio, si verò non succedat loco legitimę, non dicitur propriè patrimoniũ filiæ, sed quasi, cum inspecta veritate sit potiùs patris; soluto autem matrimonio ita demũ dicitur patrimoniũ filiæ si succedat loco legitimæ, vel si in actu dotationis, vel promissionis, pater sibi illam non fuit stipulatus, adeò ut ex intervallo non possit in ea filiæ præjudicare, nisi ipsa consentiat, secus autem si non succedat loco legitimæ, & in actu dotationis, vel promissionis, vel incontinenti sibi, & hæredibus fuerit restitutionem dotis stipulatus in casu mortis filiæ sine filiis, vel alium substituit, nam isto casu pater acquirit sibi, & suis hæredibus actionem de dote, & ideò dos non efficitur patrimonium filiæ, & de illa non potest disponere, nec antè, nec post nuptias, donec potest esse locus stipulationi prædictæ, vel donec durat spes fideicommissi in dote appositi, Rom. *consil.* 134. *num.* 4. Gabriel. *consil.* 116. *num.* 26. *lib.* 1. Castr. *consil.* 16. *n.* 3. *lib.* 2. cum aliis per Altograd. *consil.* 18. *nu.* 47. *& seqq. ad* 52. *lib.* 2. Tusch. *lit. D, conclus.* 736. ubi quando dos dicatur patrimonium mulieris. 58

Et quód stante stipulatione ad favorem patris, & hæredum in casu decedentiæ filiæ sine liberis, & illius validitate juxta superiùs dicta, non possit filia de dote disponere, nec testari, etiam post mortem patris, sed dos reverti debeat ad hæredes patris virtute dictæ stipulationis, quæ non tantùm in primo matrimonio, sed etiam in secundo, in quo videtur repetita, suum operatur effectum, quidquid sit, ubi esset concepta in casum soluti matrimonii per mortem viri, quia tunc restringi posset pro prima vice, & primis nuptiis, idem Altograd. *consil.* 19. *per tot. lib.* 2. facit quod dixi *in §. Vidua num. & §. Uxor num.* & vide in meis resol. *cap.* 77. *num.* 19. *& seqq.* ubi alios allegavi, facit Sanfelic. *decis.* 353. *cum Addit.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 717. *tom.* 5. Amat. *lib.* 1. *resol.* 48. *libr.* 2. *resol.* 64. Capon. *disc.* 344. *&* 219. Tondut. *q. q. libr.* 2. *quæst.* 100.

Dos data filiæ cum dicatur profectitia, ipsa decedente etiam cum filiis, de jure communi ad patrem superstitem revertitur, quia in profectitiis nemo habet hæredem, *l. dos a patre, ff. solut. matrim. l. nupta eod. tit. & l.* 1. *&* 2. *ff. de castr. pecul.* Thess. *decis.* 190. *nu.* 1. *& seqq. per tot* Urceol. *consul. forens. cap.* 7. *per tot.* latè Tusch. *lit. D. conclus.* 777. *per tot.* Fachin. *controv. jur. lib.* 3. *cap.* 71. Paul. Christio. *decis. Belgic.* 132. 59

132. num. 14. vol. 3. ubi distinguit ut vera sit propositio in filia existente in patria potestate, secus autem in emancipata. De hac conclus. & plurib. seqq. De Luc. conflict. observ. 29. & 30. Altimar. de nullit. rub. 5. part. 3. quæst. 35. sub n. 538. tom. 5.

Quando dos sit profectitia, quo casu ad patrem revertitur, vel adventitia, ut ad patrem non revertatur, nec ad eū spectet ususfructus, & alia ad rem, Rot. par. 27. decis. 391. num. 24. & seqq. & par. 18. decis. 614. ubi quod etiam à patre profecta potest de ejus voluntate esse adventitia, & quando talis dicatur ad plures effectus, maximè non faciendæ consolidationis, & ut pater teneatur ad fructus, de quo latè Caluin. de æquit. lib. 3. cap. 249. & Boss. de dot. cap. 3. n. 172. & seqq. Altimar. dict. n. 538. Torr. de pact. fut. success. libr. 2. cap. 24. n. 185. Boss. de Dot. cap. 3. n. 172. & seqq. Molignan. altercat. 32. n. 11. Cyroc. disc. 64. nu. 10. Scopp. ad Merlin. controvers. 11. n. 22. & seqq. libr. pr. Mansrell. ad Capyc. Latr. decis. 175.

Ex consuetudine autem Martini, quæ prævalet, stantibus filiis aufertur ab avo, & transfertur in nepotes, apud quos remanere debet, & eisdem in legitimam ex bonis avi debitam imputari, Bart. in l. in quartum, ff. ad leg. Falcid. Thess. d. decis. 190. per tot. & decis. 237. latè Merlin. decis. 433. & alter Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 13. Honded. consil. 32. num. 24. lib. 1. et cons. 35. num. 37. lib. 2. Gratian. disceptat. forens. cap. 556. num. 35. et seqq. cap. 627. nu. 55. et cap. 882. per tot. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 40. per tot. Altograd. consil. 18. num. 55. et 56. lib. 2. Urceol. latè dict. cap. 7. per tot. Tusch. d. conclus. 777. per tot. Fachin. controv. lib. 3. cap. 71. Paul. Christin. decis. Belgic. 272. volum. 1. ubi plura succinctè de hac materia, & quod habeat locum etiam in dote promissa, Addit. ad Sanfelic. decis. 353.

Cessaret tamen dicta consuetudo Martini stante stipulatione patris de dote restituenda filiæ, & ejus liberis, & tunc dos dicitur provenire à matre in filios, & non ab avo, neque imputatur illis in legitimam avi, sed matris, Capr. cons. 13. Magon. decis. Flor. 4. nu. 24. dixi in resol. cap. 77. n. 27. vide Tusch. loc. cit. Merlin. d. decis. 433. n. 18 et seqq.

Et quòd moriente filia vidua in patria potestate, & sic adhuc vivente patre, si filios non habeat, dos ad patrem revertatur, per d. leg. dos à patre, ff. solut. matrim. si verò præmoriatur pater, consolidetur in filia, & efficiatur illius patrimonium, de quo possit liberè disponere de jure communi, licèt habeat filios, dummodo illis relinquat legitimam, Rot. in Asculana dotis Maii 1617. coram Remboldo, Gratian. disceptat. forens. cap. 556. num. 33. & seqq. & dixi in resolut. cap. 77. nu. 28. et 29. Urceol. consult. forens. cap. 8. num. 2. Rot. part. 13. recent. decis. 243. ubi quod stante pacto, & obligatione viri dotem restituendi, non potest mulier de illa disponere, & efficere ne revertatur ad dotantem, cujus etiam consensus fraudulenter, & malis artibus extortus non suffragatur, maximè à sene obtentus, & tantò minus si detecta fraude fuit revocatus, facit quod dixi in §. Statutum de lucro num. 22. Addit. ad Sanfelic. decis. 353.

An autem moriente filia vidua in patria potestate, quamvis filios habeat, dos tota ad patrem revertatur, & filii filiæ quidquam prætendere non possint, quasi consuetudo Martini locum habeat tantummodò, si mulier decedat supervivente viro, & alia ad hoc propositum affirmat Urceol. consult. forens. cap. 7. n. 42. & seqq. Paul. Christin. decis. Belgic. 272. nu. 11. &c. vol 1. Thess. decis. 138. per tot. et decis. 290. nu. 12. cum aliis per eos citatis; quamvis contrarium teneat Michalor. de fratr. dict. par. 1. cap. 40. sub num. 9. ubi dictam opinionem iniquam, & nullatenus sequendam dicit.

Dicta consuetudo Martini non habet locum in matre dotante, erga quam non consideratur patria potestas, nec impedit quin filia possit disponere de dote reservata legitima filiis, Honded. cons. 91. num. 80. lib. 5. Merlin. decis. 776. num. 20.

Quòd vigore pacti interpositi ad favorem fratrum dotantium, dos revertatur ad illos excluso marito, etiam stantibus filiis, quibus defunctis, non succedit, cùm se excluserit per pactum, Franch. decis. 491. vide in §. Lucrum num. Tusch. litt. D. conclus. 776. per tot. Sanfelic. decis. 128. per tot. ubi an valeat donatio, vel testamentum ad favorem viri, stante dicto pacto inter virum, & fratres mulieris stipulantes in capitulis matrimonialibus, quibus non interfuit mulier, & an tale pactum validetur ratificatione capitulorum facta à muliere, cui non fuit narratus illorum tenor, & loquitur subtiliter de more.

Quod dos sit restituenda illi, qui eam dedit, sicut cautio de restituendo est præstanda ad favorem ipsius dantis, Gratian. discept. forens. cap. 666. num. 27.

Et vivente patre nullam competere actionem filiæ pro dote, nisi ille fuerit stipulatus simpliciter dotem filiæ reddi, Durān. dec. 272. num. 1. &c. vide in §. Actio num. 15. & §. Filia num. . .

Quòd dos non revertatur ad patrem etiam si sibi stipulatus fuerit in omnem casum de jure, vel secundùm formam juris, quando supersunt filii filiæ, nec quando per pactum data fuit mulieri potestas de dote disponendi, (& idem puto si per statutum,) nec ubi data est pro omni eo, quod prætendere potest, nec si pater sit decoctus, vel magno ære alieno gravatus, benè Urceol. in Append. ad cap. 7. in fine 2. vol. fol. 11.

Dos stante statuto fœminarum exclusivo, si sit con- 20
stituta à patre, non potest dici incongrua, nec aliquod supplementum peti, nisi fuerit adeò tenuis, ut resultet enormissima læsio; constituta verò à fratribus debet esse congrua respectu patrimonii, personarum, consuetudinis domus, & regionis, ac secundùm temporum varietatem, Michalor. de fratr. part. 3 cap. 3. per tot. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 12. & 13. Rot. part. 2. divers. decis. 202. Gratian. discept. forens. cap. 148. per tot. & cap. 945. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 149. per tot. supra num. 7. et in §. Filia num 79. Merlin. decis. 249. nu. 17. etc. decis. 293. per tot. Addit. ad Sanfelic. decis. 384. Mascard. de prob. conclus. 570. per tot. Martha vot. Pis. 59. ubi quando sit incongrua, & possit supplementum peti, non obstante dicto statuto. Si constituatur vivente patre potest esse minor legitima, secùs post ejus mortem, De Luc. de Feud. disc. 108. n. 23. Altimar. loc. supra citat. n. 782. Torr. de pact. fut. success. lib. 2. cap. 26. Boss. de Dot. cap. 13. Antonell. de tempor. legal. libr. 2. cap. 17. n. 5. Donad. de renunc. cap. 10. n. 36. Bonden. collect. 3. n. 63. et 64. collect. 8. n. 19. collect. 28. num. 23. et seqq.

Quòd dotis congruitas primo loco desumatur a quantitate legitimæ, deindè à consuetudine familiæ, quæ plurimum attenditur, maximè ubi concurrit fossum utriusque familiæ sponsæ, & sponsi, Rot. part. 15. decis. 111. et decis. 344. ubi ad effectum deducendi ex fideicommisso, et decis. 376.

Quòd filia à patre dotata in minori quantitate, quàm sit legitima, possit illo defuncto supplementum petere, per text. in leg. omnimodè, et l. scimus, C. de inoff. testam. & actio non exercita à filia transeat ad ejus hæredes; sed quia dos à patre constituta in dubio præsumitur congrua, debeat actor liquidare, ac firmare statum hæreditatis patris, ut possit cognosci quanta debeat esse legitima, vel supplementum, vide Rot. part. 15. decis. 198. num. 1. et seqq. & dixi in §. Filia n. 77. et §. Legitima num Rot. coram Carill. dec. 47. n. 8.

Quòd regulariter dos congrua dicatur illa, quæ ascendit ad quantitatem legitimæ, Altograd. consil. 5. num. 18. lib. 1. Tusch. litt. D, conclus. 789. per tot. Merlin. dec. 866. num. 13. ubi quod verùm est si concurrat dispositio statuti, Rot. part. 10. recent. decis. 192. num. 28. et seqq. ubi plura, et part. 13. decis. 204. num. 18. etc. ubi quod de jure stante fideicommisso, dos congrua dicitur, quæ commensuratur legitimæ. Altimar. loc. supra cit. a n. 776. Antonell. dict. cap. 17. Donad. de renunc. cap. 11. n. 7. Torr. de majorat. Ital. part. 2. q. 48. n. 1. 2. et 10.

21. Imò quod dos non consideretur congrua habita ratione legitimæ, sed ex dignitate, facultatibus, numero liberorum, more regionis, & qualitate personarum, etiam si sit minor legitima, idem Altograd. cons. 17. num. 21. &c. lib. 2. Tusch. litt. D, conclus. 733. per tot. Merlin. decis. 249. nu. 17. &c. decis. 293. per tot. decis. 866. num. 12. latè Rot. part. 9. recent. decis. 150.

150. *per tot.* ubi quòd congrua reputatur attentis omnibus prædictis, etiamſi longè legitimam excedat, & loquitur ad effectum, ut poſſit detrahi ex fideicommiſſo, quo caſu inter alia præcipuè congruitas dotis deſideratur, & rurſus *deciſ.* 438 *nu.* 23. *& ſeqq. eod. par.* 9. *et par.* 10. *deciſ.* 192. *n.* 28. *& ſeqq.* ubi plura ad effectum ut poſſit detrahi ex fideicommiſſo, *& part.* 11. *deciſ.* 213. *per tot.* ut poſſit detrahi ex primogenitura, & quid ſtantibus pragmaticis, ſive Conſtitutionibus Pontificalibus, *& par.* 12. *deciſ.* 48. *part.* 13. *deciſ.* 28.

Poſſe peti ſupplementum, non obſtante ſtatuto, quod non aliud peti poſſit, ubi conſtat de enormiſſima læſione, ex qua reſultet dolus patris dotantis, Gratian. *deciſ.* 27. *per tot.* latè Tuſch. *litt. D, concluſ.* 784. Martha *vot. Piſ.* 59. ubi etiam quod tale ſupplementū peti poteſt non ſolùm ab ipſa filia, ſed etiam ab ejus hæredibus, licèt extraneis. Plura Scopp., & Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Plura de congruitate, vel incongruitate dotis, reſpectu ejus, quod mulieri debetur pro dote, reſpectu filiorum ejuſdem matrimonii, ne tanquam inofficioſa poſſit impugnari, vel ob ſupervenientiam liberorum revocari, & alia plura ad interpretationem, *l. ſi unquam, Cod. de rev. don. & l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* ac de congruitate, & incongruitate dotis reſpectu creditorum dotantis, & quando poſſint pecuniam pro dote ſolutam revocare, vel non, & reſpectu ipſius dotantis, an & quando poſſit ab ipſo revocari, vel non, ac reſpectu juris ſi non ſit ſibi competens dos data, ſicuti reſpectu uxoris, ut poſſit, vel non prætendere quartam in bonis viri juxta *Auth. Præterea, Cod. unde vir, & uxor,* latè videndus Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *per tot. fol.* 82. *& ſeqq. ad* 186.

Quando dos ſit congrua, vel non, ſi ſit minor legitima, cum diſtinctione procedendo declarat videndus Jo. Torre *tract. de ſucceſſ. in Majorat. & Primog. Ital. part.* 2. *quæſt.* 48. *per tot.* Manſ. *Conſult.* 7. *n.* 20. *& ſeqq. lib.* 1. *conſult.* 234. *num.* 23. *& ſeqq. lib.* 3. *conſult.* 339. *num.* 17. 18. *& conſ.* 364. *num.* 63. *lib.* 4. De filia nupta, & à Patre dotata, an poſſit dicere de incongruitate dotis, & ſupplementum petere, an Pater poſſit inæqualiter tractare filias circa dotem, quid infra tribus, & in Regnis quoad dotes de paragio, & alia Ramon. cum plena Annot. Jacob. Baldue. *conſil.* 1. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 35. *à num.* 776. *tom.* 5.

Quòd dos non augeatur auctis facultatibus patris, ſi tempore aſſignationis fuit congrua, niſi filia eſſet enormiter læſa habito reſpectu ad tempus dotationis, non autem ad tempus mortis patris, Menoch. *de arbit. caſ.* 144. cum aliis per Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 202. *nu.* 20. *etc.* Gratian. *dict. deciſ.* 27. *num.* 12. *etc.* vide *in §. Filia num.* Tuſch. *litt. D, concluſ.* 735. ubi videtur tenere eſſe attendendum tempus mortis patris, *et concluſ.* 788. *num.* 10 Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 384. Altimar. *loc. cit. à num.* 789. Vide Boſſ. *de Dot. cap.* 13. *à n.* 45 Antonel. *de temp. legal. libr.* 2. *cap.* 17. *n.* 8 Staiban. jun. ad Staiban. ſen. *conſ.* 11. Torr. *de pact. fut. ſucceſſ. libr.* 2. *cap.* 20. *n.* 2. Calà *de reſtit. quæſt.* 9. *n.* 30. Palm. *conſult.* 99. *nu.* 38. Cyriac. *controverſ.* 263. *et* 391. Bonden. *collect.* 3. *à nu.* 35. Donad. *de renunc. cap.* 10. *n.* 37.

Quòd dos ſcutorum mille etiam pro qualibet perſona nobili dicatur competens, Altograd. *conſil.* 20. *n.* 28. *lib.* 2. Amat. *deciſ. March.* 28. *num.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 438. *num.* 28.

Quæ quidem dos ſcutorum mille olim magna reputabatur, hodie minima reſpectu perſonarum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 149. *num.* 40. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 452. Rot. *dict. deciſ.* 438. *num.* 28. *et ſeqq. part.* 9. *recent.* ubi videtur concludere quod ſit congrua etiam hodiernis temporibus, maximè ad effectum illam detrahendi ex fideicommiſſo, cùm hoc caſu non ſint nimis habenæ relaxandæ in everſionem fideicommiſſi, & plura ad propoſitum eadem Rot. *part.* 10. *deciſ.* 192. *num.* 28. *et ſeqq per tot. part.* 12. *deciſ.* 48. *part.* 13. *deciſ.* 28. *et deciſ.* 272. *nu.* 9. *part.* 14. *deciſ.* 417. *num.* 7. *et ſeqq.* ubi an potiùs ſit attendenda conſuetudo domus mulieris, vel viri.

Quòd dos ſolita ſolvi Monaſterio ſit congrua pro moniali etiam nobiliſſima, licèt ampliſſimæ ſint facultates patris, & aliis ſororibus nuptis longè major dos fuerit conſtituta, & quare, latè Ludoviſ. *deciſ.* 63. *per totum.*

Dos ſemel conſtituta ſi fuerit deperdita culpa mulieris, non eſt de novo conſtituenda à patre, vel alio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 65. *num.* 15. *cap.* 466. *nu.* 2. *& cap.* 792. *per tot.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 33. *num.* 20. Tuſch. *litt. D, concluſ.* 781. *num.* 2. 21

Ceſſante autem culpa mulieris eſſet de novo conſtituenda, ſive à patre, ſive à fratre, idem Gratian. *dict. cap.* 466. *per tot* ubi reſpondet contrariis, & latè *in cap.* 689. *nu.* 19. *&c. & dict. cap.* 792. Altograd. *conſ.* 95. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 1. Tuſch. *dict. concluſ.* 781. *num.* 1. plenè videndus Urceol. cum pluribus aliis ab eo cumulatis *conſult. forenſ. cap.* 97. *per tot.* ubi quod procedit in quocunque obligato ad dotandum, quæ culpa vacare debeat mulier, quid probare, an poſſit redotationem petere ſtatim, vel teneatur expectare tempus ſecundi matrimonii, an augmentum, & alia. Vide Altimar. *loc. ſupra cit. à num.* 212. Vide Capon. *diſcept.* 61. *tom.* 1. De Luc. *de Dot. diſc.* 46. *&* 61. *n.* 4. *&* 12. Manfrell. ad Capyc. Latr. *deciſ.* 38. *n.* 6.

Quòd ubi quis tenebatur dotare ex diſpoſitione legis, ceſſante culpa mulieris, teneatur iterum dotare; ſi verò tenebatur ex diſpoſitione, & pacto hominis, ſufficiat unica dotatio, *leg. etiam* 19. *§.* 1. *ff. ſolut. matrim. Auth. quod locum, C. de collat.* Batt. *in l. ſi cum dotem* 23. *§. ſi poſt,* ubi etiam Alex., & alii *ff. ſolut. matrimon.* Campeg. *de dot. par.* 1. *quæſt.* 26. Boſſ. *eodem tractat. cap.* 4. *§.* 16. *num.* 314. Tiraquel. *in l. boves, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific limit.* 9. *verſic.* 4. *& ultim. inter regulas diverſ. fol. mihi* 583. Velaſch. *de privil. pauper. part. pr. quæſt.* 16. Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 25. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit.* 6. *de dot. promiſſ. deff.* 13. Theſſ. *quæſt. for. lib.* 4. *quæſt.* 17. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 5. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ. pr. part. pr. num.* 69. *& ſeqq.* Mangil. *de evict. quæſt.* 74. Urceol. *conſult.* 97. *num.* 4 *volum.* 2. Vide Cyriac. *controverſ.* 456. De Luc. *de Dot. diſc.* 46. *&* 61. Molignan. *altercat.* 66.

Dos inæſtimata perit periculo mulieris quando maritus non fuit in culpa; æſtimata autem tali æſtimatione, quæ faciat emptionem, vel conſiſtens in pecunia perit periculo mariti, Pract. Pap. *libell. ad dot. gloſſ. Ac etiam caſtrum num.* 2. *vide in §. Fundus num.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 133. *num.* 6. *&c. vol.* 3. latè Olea *de ceſſ. jur. tit.* 5. *quæſt.* 12. *per tot.* ubi de nominibus debitorum in dotem datis, cujus periculo cedant, ſi facta fuerint non ſolvendo Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſul.* 5. *gloſſ.* 8 *par.* 13. *fol.* 186. ubi plura de dote æſtimata, & inæſtimata, Altimar. *rubr. pr. part.* 3. *quæſt.* 35. *à num.* 135. *tom.* 5. Vide Cyriac. *controv.* 110. 220. *&* 456. Jul. Capon. *diſcept.* 347. *et ſeqq.* De Luc. *de Dot. diſc.* 138. Boſſ. *eod. tr. fol.* 279. *n.* 70. *et fol.* 310. *n.* 113. *et fol.* 645. Berſan. *de Vidu. cap.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 4. 22

An autem, & quando dos marito promiſſa poſſit contra eum, vel illius hæredes repeti, licèt non fuerit exacta, latè Tuſch. *litt. D. concluſ.* 773. dixi *in §. Uxor num.* Olea *dict. quæſt.* 12. *per tot.* ubi etiam, an & quando liberetur maritus, vel ejus hæres cedendo actiones ſuas contra debitores.

Dotis dominium conſtante matrimonio dicitur eſſe penes virum, quo mortuo redit ad uxorem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 39. *num.* 19. *etc.* Duran. *deciſ.* 393. *n.* 6. Urceol. *conſult forenſ. cap.* 92. *num.* 31. *et ſeqq. vol.* 2. ubi etiam de poſſeſſione, quæ dicitur eſſe penes virum, Altimar. *loc. cit. à num.* 128. Rub. *de conſuſſ. Jur. cap.* 2. *n.* 239. Manfrell. ad Capyc. Latr. *deciſ.* 124. *n.* 11. Cyriac. *controverſ.* 32. Ripol. *var. cap.* 10. *n.* 355. *et n.* 485. Manſ. *conſult.* 791 Leotard. *de Uſur. quæſt.* 28. *à n.* 29. Boſſ. *de Dot. fol.* 65. *n.* 146. *et fol.* 278. *n.* 67. *et* 69. *et alibi* De Luc. *de Fend. diſc.* 90. *n.* 3. *de Credit. diſc.* 40. *n.* 22. *et* 24. 23

Plura de utilitate dotis tam pro viro, quàm pro uxore, & in cujus dominio eſſe dicatur, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſſ.* 1. *per tot. fol.* 234. *etc.*

An autem dos tranſeat in dominium viri, quando non eſſet idoneus, & ſolvendo, contrarias opiniones refert

refert Rot. Bonon. coram Borello, *inter consult. forens.* Urceol. *cap. 29. num. 32. et seqq.* ubi *num.* 42. veriorem dicit, quod transeat.

Quòd donec vivit mulier sit absoluta domina dotis, ac possit in vita sua facere quidquid vult itaut filii succedant in dote tanquam illius successores, & hæredes, & ad omnia onera contracta in vita teneantur, Sanfelic. *decis.* 353. *num.* 34.

24 Dos primi matrimonii per illius dissolutionē ad patrem supervivuentem reversa juxta superius dicta *n.* 19. non potest ab illo diminui, sed debet conservari pro alio matrimonio, quamvis esset ab extraneo constituta, Jas. *in §. fuerat num.* 134. *Instit. de act. Authent. sed quamvis, C. de rejux. act.* Tiraquel. *de retract. convent. §. fin. num* 35. *&* 59. Boer. *quæst.* 137. Cardin. Tusch. *litt. D, conclus.* 728. Gratian. *discept. forens. cap.* 882. *per tot. & cap.* 466. *num.* 3. *&* 4. *cap.* 769. *num.* 18. *& cap.* 792. *num.* 1. *etc.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 156. *per tot.* ubi quod hoc procedit sive consistat in specie, sive in quantitate, Urceol. *consult. forens. cap.* 7. *nu.* 46. *et seqq.* ubi quod stante consolidatione dotis cum patrimonio patris, filia non habet hypothecam anteriorem contra bona paterna, sed pro dote rehabenda postponitur creditoribus patris, qui medio tempore post solutum primum matrimonium contraxerint cum illo, & dixi in §. *Pater num.* 19. idem Urceol. *in Append. ad dict. cap.* 6. *vol.* 8. *in fine* 2. *vol. fol.* 12. sed vide Addit. ad Sanfelic. *decis.* 353. ubi quod revertitur ad patrem cum hypotheca constituta in primo matrimonio, Tondut. *var. resol. cap.* 100. vide Boss. *de dot. cap.* 2. *à n.* 106. *et cap.* 3. *à n* 159. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *à n.* 32. *et* 46. 435. 600. *tom.* 5.

An pactum de lucranda tota dote ad formam Statuti Florentini factum cum primo viro censeatur repetitum ad favorem secundi viri, vel potius standum sit dispositioni juris communis, secundùm quod debet attendi statutum domicilii viri, videbatur affirmativè quoad primum, & negativè quoad secundum respondendum per text. *in leg. dotem* 30. *ff. de jur. dot.* Fanuc. *de luc. dot. gloss.* 10. *num.* 32. Menoch. *cons.* 5. sed tamen stante discrepantia inter primum, & secundum contractum ex multis elicita, fuit contrarium bis resolutum à Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 98. *&* 194. ubi de muliere Florentina nupta Forolivii cum pacto inito cum primo viro de lucranda dote ad formam statuti Florentini, quod totam desert, & postea renupta alteri Foroliviensi, ut iste ultimus lucretur tantùm tertiam partem ad formam statuti Foroliviensis, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 19. *&* 249. in eadem causa, ubi fuerunt confirmatæ dictæ primæ decisiones, vide in §. *Statutum de lucro num.* 31.

Qualiter autem dos data primo viro, censeatur etiā secundo constituta, etiam ad effectum taxandi lucrum dotale pro secundo viro, nisi tamen aliter fuerit conventum ante matrimonium, Merlin. *decis.* 287. *&* 345. *per tot.* vide *in §. Mulier num.* 25. *infra num.* 42. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 428. ubi etiam quando in dote censeatur comprehensa summa ab alio donata, vel non, & loquitur de dote solita donari à Serenissimo Magno Duce Etruriæ puellis Aulicis Serenissimæ Magnæ Ducissæ in summa scutorum duorum millisū, an censeatur comprehensa in dote à parentibus constituta.

28 Dos consistens in pecunia, vel mobilibus, soluto matrimonio per mortem viri, est restituenda infra annum, & interim mulier alenda, quando non habet unde se alere, nisi hæredes viri vellent potius illam statim restituere, vel nisi transierit ad secunda vota, quibus casibus non est alenda, sicut nec etiam post annum dote nondum restituta ex culpa mulieris non exigentis, Jas. *in §. fuerat num.* 23. *& seqq. Institut. de act.* Franch. *decis.* 217. *&* 489. *per tot.* Thess. *decis.* 43. latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 44. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 54. *& decis.* 89. *per tot. cum Addit.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 228. *num.* 1. Staiban. *de interesse lib.* 2. *quæst.* 5. *tit.* 3. facit quod dixi *in §. Alimenta nu. & §. Interesse num.* vide Tusch. *litt. D, concl.* 764. *nu.* 13. *& seqq.* ubi *nu.* 17. limitat Florentiæ stante statuto *lib.* 2. *rub.* 61. cujus vigore debet statim restitui, & potest fieri tenuta, ac debentur fructus, ut alibi dixi.

In contrarium facit Bald. *consil.* 324. *lib.* 2. Tusch. *litt. S, conclus.* 517. *nu.* 1. Sed in terminis dicti statuti sequitur, ut supra idem Tusch. *litt. S, conclus.* 520. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *nu.* 884 *tom.* 5. Boss. *de Dot. cap.* 19. Antonell. *de temp. legal. libr.* 2. *cap.* 19. *&* 20. Pegas *resol. cap.* 3. *nu.* 601. Andreol. *controvers.* 247. Jovi. *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 21. *§.* 18.

Plura de restitutione dotis soluto matrimonio, & de tenuta, quæ mulieri competit in bonis viri vigore constitutionis in Cathalonia vigentis, & alia ad rem, plenè Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *per tot. fol.* 443. *&c. ad* 548. Concinl. & Romaguer. *in Addit. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 48. *per tot.*

An autem dos assignata in annuis fructibus, vel perceptionibus sit restituenda, vel cedat lucro mariti, ad quem spectant dotis fructus; dic quod si remaneat fundus, vel sors pro muliere, fructus cedunt marito; si autem non adsit alius fundus, vel sors, tunc sunt cumulandi, & tanquam sors, & dos mulieri restituendi, ut colligitur ex traditis per Parlador. *quotid. quæst.* 4. *per tot. fol. mihi* 399.

Quod olim nonnisi annua bima, trima die, hodie autem post annum in rebus mobilibus, vel pecunia consistens recuperari possit, *l.* 1. *§. cum autem, C. de rei ux. act.* Altograd. *cons.* 84. *num.* 81. *lib.* 1. nisi fuerit à viro legata, quia tunc statim repeti potest, ut ibidem, & dixi in *§. Legatum num. & §. Maritus num.* Ricc. *Collect.* 2553. ubi tamen quod si vir malè tractaverit uxorem infirmam, non gaudet dicta anni dilatione, *vide in §. Lucrum num.* 21.

Et idem est si fuerit solutum matrimonium per mortem mulieris, ut maritus quando dotem non lucratur, habeat integrum anni spatium ad dotem restituendam, & ante illum elapsum non possit dici in mora, Altograd. *consil.* 82. *num.* 28. *& seqq. lib. pr.* ubi ampliat, quamvis vir esset dives, & posset illam statim restituere, intelligendo quando consistit in pecunia, vel mobilibus ut supra, Altimar. *loc. cit. num.* 887.

Quòd ubi in instrumentis dotalibus fuit apposita clausula, ut soluto matrimonio statim dos sit restituenda, censeatur renunciatum dicto beneficio, vel dilationi annali, & consequenter dos etiam in pecunia, vel mobilibus consistans sit statim restituenda, Amat. *tom.* 1. *resol.* 49. *num.* 31. Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 52. *num.* 29. Altimar. *loc. cit. num.* 888.

Quomodo sit restituendum corredum, vel acconcium, dixi *in §. Bona num.* 9. *&* 10. sequitur Altimat. *num.* 889. *& seqq.* ubi de omnibus aliis conclusionibus sub hoc numero contentis.

An autem maritus teneatur restituere etiam æstimationem alimentorum in domo soceri pro certo tempore habitorum, idem Altograd. *consil.* 76. *per tot. lib.* 2. vide *in §. Alimenta num.*

Tenerentur tamen hæredes mariti durante dicto anno, præstare fidejussores de solvendo adveniente tempore, si petantur, aliàs posset statim dos exigi, Maut. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 20. *num.* 3. *in fine.*

Si verò dos consistat in bonis immobilibus, debet statim restitui, Pract. Papp. *act. quæ ux. agit. ad dot. & usumfr. gloss. dictæ D. Margaritæ num.* 3. *cum Addit.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 610. *num.* 14. *&c.* ubi quod mulieri debentur fructus percepti ex re dotali immobili, Tusch. *litt. D, conclus.* 764. *num.* 1. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 2553. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 891. *tom.* 5.

Quid si mulier receperit alimenta ab hæredibus mariti, an adhuc repetat fructus, vel compensentur, latè Surd. *decis.* 211. vide in §. *Fructus num.* Ludovis. *decis.* 462. Altimar. *loc. cit. n.* 892. Hodiern. ad Surd. *loc. adduct.* Antonell. *dict. cap.* 19.

Quòd dotis restitutio non possit impediri exceptione rerum amotarum, vel substractionis gemmarum, *l. un. §. taceat*, ubi Gloss. Bald. Salic. & alii *C. de rei ux. act.* Negus. *de pign. part.* 5. *membr.* 1. *num.* 36. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 257. *num.* 6.

Dos confessata, & non tradita, an & quibus casibus possit repeti tam ab ipsa muliere, quàm ejus hæredibus, contra hæredes mariti confitentis, Pract. Papp. *libell. ad dot. gloss. dedit, et tradidit nu.* 3. Rom. *cons.* 345. Jas. *in §. fuerat num.* 73. *etc. Institut. de act.* vide in 26

§. Con-

§. Confeſſio num. 9. etc. infra num. 37. latiſſimè Tuſch. litt. D, concl. 748. et ſeq. et concl. 760. ubi quid ſi præceſſerit promiſſio.

Quòd habeat tacitam hypothecam, & præferatur alteri tacitæ hypothecæ, latè Tuſch. litt. D, concluſ. 745. etc. dixi in §. Mulier num. ſupra num. 4.

27 Dos conſtante matrimonio non poteſt repeti à muliere, niſi in caſu inopiæ mariti, vel alterius ad illam obligati, Afflict. deciſ. 349. latè Tuſch. litt. D. concluſ. 761. et ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. 133. num. 33. et ſeqq. volum. 3. et deciſ. 140. per tot. volum. 3. vide in §. Fidejuſſor num. 14. Altimar. rub. 1. part. 3. quæſt. 35. num. 1072. tom. 5. Donad. de renunc. cap. 21. num. 1. Capon. de Dot. libr. 2. quæſt. 2. n. 4. Ripol. var. cap. 10. n. 364. Conſtantin. ad ſtatut. Urb. cap. 129. tom. 1.

Et aſſignatio, ſive repetitio propter inopiam non eſt vera reſtitutio, ſed potius quædam aſſecuratio ſine tranſlatione dominii, ut deſerviat pro oneribus matrimonii, Magon. deciſ. Flor. 125. per tot. ubi propterea infert, non poſſe pro debito uxoris fieri executionem in hujuſmodi bonis vide in §. Executio num. et §. Uxor num. vide Altimar. loc. cit. à num. 1073. Cert. deciſ. 914. n. 4. Galeot. controverſ. 65. num. 1. lib.... Donad. de renunc. cap. 21. n. 11.

Quòd dos conſtante matrimonio, non poſſit etiam à viro volente reſtitui, quia non ſubeſt cauſa reſtitutionis, l. 1. Cod. ſi dos conſtitut. matrim. Authent. de nupt. §. dotes, Altograd. conſil. 25. nu. 17. lib. 2. ubi excipit caſum inopiæ, vel ſi reſtituatur mulieri, ut proprium debitum ſolvat, vel ut emat prædia idonea, & in illis dotem conſtituat, ael ut ſubveniat filiis ſuis primi matrimonii egentibus, vel parentibus, vel ut ipſum virum egentem, fratrem, vel ſororem ſuſtineat, concurrente tamen amborum conſenſu, viri ſcilicet, & mulieris, quo ſtante poſſet etiam maritus aſſignare uxori tot de ſuis bonis æquivalentibus doti, & liberaretur, ſi tamen talis reſtitutio fuerit utilis mulieri, per text. in l. quamvis 21. ff. ſolut. matrim. l. mutus, §. Manente, ff. de jur. dot. cum aliis per Altograd. dict. conſil. 25. Sperel. deciſ. 164. n. 24. & ſeqq. Card. Tuſch. litt. D, concluſ. 761. 762. & 763. num. 6. &c. Paul. Chriſtin. dec. 133. num. 33. & ſeqq. volum. 3. & deciſ. 140. per tot. volum. 3. Surd. de alim. tit. 8. privil. 34. per tot. Rot. part. 13. recent. deciſ. 349. num. 6. et ſeqq. ubi qualiter dote aſſignata in certo fundo etiam conſtante matrimonio, non competat actio contra alia bona, vide in §. Fundus num. 6. etc. Altimar. loc. cit. num. 1071. Vide Capon. ſolut. matr. libr. 2. quæſt. 2. ferè per tot.

Quòd nec ſocer poſſit conſtante matrimonio dotem reſtituere filio, & reſtituendo non liberetur, & quando ſecus ex juſta cauſa, vide Franch. deciſ. 381. per tot. in §. Pater num. 1. et ſeqq. et §. Socer nu. Tuſch. litt. D, concl. 765. ubi quando pater teneatur reſtituere dotem pro filio, & concluſ. 770. & 771. per tot.

28 Dos regulariter de jure non eſt reſtituenda mulieri facta ſeparatione thori, niſi talis ſeparatio procedat ex culpa viri; quando autem provenit ex culpa viri, & auctoritate Eccleſiæ, debet dos, & lucrum dotale reſtitui, ita ut veniant in conſequentiam fructus tam dotis, quam lucri: debet tamen dicta culpa mariti probari, & cum agatur de pœna incurrenda, ſuper ea ſententia proferri, Duran. deciſ. 339. per tot. Theſſ. deciſ. 130. num. 4. §. Mitiores, Auth. de nupt. Paul. Chriſtin. deciſ. 138. num. 5. &c. vol. 3. ubi quod ſecus eſt ſi ſeparatio fiat ex culpa mulieris, Rot. part. 12. recent. deciſ. 128. ubi pro reſtitutione dotis, & omnium ab uxore in virum perventorum Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 3. quæſt. 35. nu. 1095. tom. 5. Conſtantin. ad ſtatut. Urb. annot. ad cap. 129. nu. 133. & 134. tom. 2.

Quòd probata ſevitia viri etiam per teſtes ſingulares, & domeſticos, ſit reſtituenda dos cum antifato, & lucris, Franch. deciſ. 244. Altograd. conſil. 23. num. 9. & ſeqq. lib. 2. Rot. part. 13. recent. deciſ. 199. per tot. 170. & 328. in fine part. 14. deciſ. 154. vide in §. Lucrum num. & §. Maritus num. 5. Merlin. deciſ. 446. & deciſ. 673. ubi quod nec tunc maritus gaudet privilegio ne conveniatur ultra id quod facere poſſit, quia illud ammittit propter ingratitudinem, & ſtante paupertate mulieris tractantus de damno vitando, Add. ad De Franch. cit. dec. Altimar. dict. nu. 1095.

Quod facto divortio ſit dos reſtituenda, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 455. nu. 5. &c. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 10. num. 31. & ſeqq. fol. 441. & num. 33. verſic. Quod dos clauſ. 5. gloſ. 1. part. 3. per tot. fol. 34. Altimar. dict. n. 1095. Severin. ad Sanſelic. deciſ. 361.

Quòd dos ſit reſtituenda quomodocunque matrimonium ſolvatur, puta ex furore viri, cauſam tamen ſeparationis eſſe tractandam coram judice Eccleſiaſtico, Franch. deciſ. 312. per tot. Add. ad De Franch. cit. dec.

Qualiter autem ſit dos reſtituenda propter mortem civilem, & forjudicationem mariti, idem Franch. deciſ. 562. per tot. ubi quod petitur à fiſco, Tuſch. litt. D, concluſ. 763. Ricc. Collect. 3567. Ludoviſ. deciſ. 114. per tot. ubi quòd dos non cadit ſub confiſcatione bonorum mariti, qui & ſi fuerit ad gratiam reſtitutus non recuperat poſſeſſionem, & adminiſtrationem bonorum uxori pro dote aſſignatorum illa contradicente, & quare; An ſiat locus reſtitutioni dotis ob ſolum exilium mariti ſine publicatione bonorum, & alia ad rem, latè Add. ad De Franch. loc. cit. Altimar. loc. ſupra cit. n. 1096. Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 31. ad cap. 129. n. 128. tom. 1.

Dos relicta filiæ in caſu nuptiarum, debetur eidem 29
ingredienti monaſterium in tota illa quantitate, quæ fuit deſtinata pro nuptiis temporalibus, quamvis in caſu ingreſſus monaſterii fuerit relicta in minori quantitate cùm valeat argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale, Everard. in loc. à matrim. carnal. ad Spirit. num. 8. in fine, Capyc. deciſ. 104. Boer. deciſ. 3. num. 14. Afflict. deciſ. 348. vide in §. Legatum num. 47. & §. Pater num. 18. ubi contrarium eſſe verius oſtendi, ſtante patris declaratione, quod filia majorem dotem habeat nubendo, quàm monaſterium ingrediendo, Rot part. 1. diverſ. deciſ. 180. & part. 2. deciſ. 249. Ludoviſ. deciſ. 63. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 21. num. 30. Sanchez de matrim. lib. 1. diſputat. 34. plenè idem Ludoviſ. deciſ. 301. ubi conjecturas contrarias reſolvit, loquitur tamen in legato ſimplici dotis abſque dicta declaratione, Duran. tractat. de condition. & mod. impoſſ. part. 2. cap. 3. num 34. & ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 945. num. 4. & 25. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 6. nu. 2. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 11. num. 8. Theſſ. quæſt. forenſ. cap. 60. lib 1. Gratian. deciſ. 40. num. 10. &c. Tuſch. litt. D, Concluſ. 730. per tot. Anchar. Reg. Quæſt. famil. lib. 2. quæſt. 19. Covar. var. reſolut. lib. 1. cap. 19. Fachin. controv. jur. lib. 5. cap. 54. Gabriel. comm. concluſ. lib. 4. tit. de legat. concluſ. 21. Paul. Chriſtin. deciſ. 301. num 2. & ſeqq. vol. 5. qui omnes ſunt videndi cùm referant contrarias opiniones, & rationes, ac inter ſe diſſentiant, ſed hæc poſterior ſervatur, Altimar. de nullitat. rubr. 1. part. 3. quæſt. 35. n. 1170. Faria ad Covar. cap. 19. n. 34. Antun. de Donat. libr. 1. prælud. 2. §. 1. nu. 82. Antonell. de temp. leg. libr. 2. cap. 17. n. 28. Panimol. in Idea ſedand. Jurg. cap. 7. n. 19.

Qualiter dos relicta mulieri ſit conditionalis, & non debeatur niſi ſequuto matrimonio, Vivi. comm. opinion. 229. dixi in §. Legatum num. 48. Ludoviſ. deciſ. 428. num. 1. &c.

Dos profectitia data filiæ, vel nepti per patrem, vel 30
avum cùm ſtatim valeat, & nulla mortis confirmatione indigeat, eſt conferenda cum fratribus, quando mulier ſuccedit cum eis, prout eſt de jure communi, vel in legitimam imputanda, ſecus autem in dote adventitia ab extraneo data, latè Michalor. de fratr. part. 1. cap. 21. per tot. ubi multis modis ampliat, & limitat, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 50. num. 6. & ſeqq. & cap. 61. num. 20. Urceol. conſult. forenſ. cap. 40. num. 1. & ſeqq. ubi de modo faciendæ dictæ collationis quando promiſſio fuit facta viro, & non filiæ, & quid in fructibus, Cabal. conſil. 229. lib. 1. ubi quòd dos eſt uniendi, & coacervanda cum reliquo patris patrimonio, & ex eo ſic unito & coacervato ſumenda eſt tertia pars pro legitima filiabus debita, & non habita tantùm ratione aliorum bonorum, dotibus non computatis in patrimonio, quorum tertia pars, dotibus ipſis computatis ſerviat pro legitima, ut benè ibi declarat, & dixi in §. Legitima n. 38.

Quòd dos data filiæ, ſive in pecunia, ſive etiam in

joca-

jocalibùs imputetur in legitimam, & si illa petatur perperam agatur, Merlin. decis. 248. Rot. part. 9. recent. decis. 320. n. 4. vol. 2. & p. 11. decis. 57. n. 1.

31 Dos data nepti ab avo, vel patruo impuratur in legitimam nepti debitam ex bonis sui patris, ac ipsi patri ex bonis avi patris sui respectivè, cùm præsumatur avum, vel patruum dotasse contemplatione filii, vel fratris, & acquisita patris contemplatione dicuntur profectitia, & in legitimam ut supra imputantur, Menoch. lib. 3. præsumpt. 17. per tot. Cravett. consil. 219. num. 1. &c. Surdus decis. 169. per tot. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 39. num. 2. & seqq. Gratian. disceptat. forens. cap. 50. num. 6. Magon. dec. Florent. 13. per tot. ubi num. 7. tradit magistralem distinctionem, ut hæc conclusio procedat quando fuit expressa aliqua causa, ad quam pater de necessitate tenebatur, pura pro dote, vel alimentis, secus autem quando fuit simpliciter relictum ab avo nepti nihil alio expresso, de quo tamen videnda plenè Rot. in Noviss. part. 6. decis. 145. & 146. per tot. ubi indistinctè videtur dictam conclusionem firmare, cùm lex in dubio statuat, legatum etiam simpliciter nepti factum intelligi pro dote, & propterea esse detrahendam de portione patris hujusmodi neptis, & non de tota hæreditate cum damno cohæredis, ac in legitimam ut supra esse imputandam, ut latiùs ibidem declaratur; intelligendo quando filius vivit, & est in patria potestate, ut per Altograd. consil. 59. num. 24. lib. 1. & in his terminis loquitur etiam Rot. ubi supra, vide Tusc. litt. D, concl. 783. per tot. Peregrin. decis. 92. num. 4. &c. Mascard. de probat. concl. 573. vide De Luc. de Dot. disc. 30. nu. 5. & disc. 154. n. 66. Vide Marcian. discep. 29. n. 30. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. q. 35. n. 426. tom. 5.

Pro prima opinione Cabal. consil. 143. lib. pr. Rot. part. 17. recent. decis. 331. num. pr. & seqq. ubi quod primò censetur data patri, & deindè brevi manu data per patrem filiæ, & ideò dicitur ex paterna substantia facta repletio.

Contrarium quod imò omne datum, vel relictum nepti ab avo, vel patruo, censeatur contemplatione ipsius neptis & dicatur adventitium, nec ullo modo in ejus partem imputetur, & hanc opinionem in dubio sequendam, vide Michalor. d. cap. 39. num. 11. & seqq. ubi propterea dicit recurrendum ad conjecturas, quarum multas recenset pro utraque parte ad cognoscendum, cujus contemplatione dos sit data, vel promissa, Menoch. lib. 3. præsumpt. 17. per tot. ubi distinguit tres casus, & præsumpt. 16. n. 4. & seqq. cum aliis supracitatis, & præcipuè Rot. in dict. decis. 145. & 146. per tot. ubi in dubio sequitur primam opinionem, nisi aliud appareat ex conjecturis, quarum nonnullas refert, & refellit, ac ideò dotem esse solvendam de legitima, vel alia portione hæreditaria patri neptis dotatæ debita, & alios cohæredes non teneri ad hujusmodi legata, vide Rot. part. 14. rec. decis. 358. num. 12. &c. decis. 417. num. 14. & seqq. dixi in §. Donatio n. 16. & §. Legatum n. 76. Tusch. litt. D, conclus. 783. num. 2. &c. Rot. par. 13. rec. decis. 559. per tot. ubi latè fuit firmatum donationem à patruo magno nepoti facta pro dotanda ejus filia, esse dotem adventitiam, & non profectitiam, tanquam factam contemplatione ipsius dotatæ, & non patris illius, ac ideò deberi etiam legitimam in bonis maternis, cùm non fuerit dotata ab aliquo ex nominatis in Statuto Urbis lib. pr. c. 145.

An autem, & quando dos data à patre, vel à matre filiæ, imputetur in legitimam nepotibus debitam ex bonis avi, vel aviæ, latè, & magistraliter de more Merlin. decis. 433. per tot. ubi concludit dotem à patre filiæ datam imputari nepotibus, secus verò in dote à matre data, nisi aliter in constitutione dotis expressè, vel tacitè sibi caverit, ut in casu dictæ decisionis, ubi etiam de rationibus differentiæ supra n. 29. vide latè Rot. part. 11. recent. decis. 117. nu. 4. & seqq. ubi in terminis Statutorum Bononiæ, ac etiam juris communis optimam rationem adducit pro non imputatione, ac ita resolvit, & rursus d. p. 11. dec. 311. n. 11. & seqq. per tot. ubi de statutis Bononiæ, quæ ad concordiam reducuntur. Vide De Marin. lib. 2. cap. 251. Altimar. dict. num. 426. De Luc. loc. supra cit.

32 Dos data, vel promissa à matre filiæ, existente patre inope, non censetur data in exonerationem fratris talis puellæ, sed ut mater suæ satisfaciat obligationi, nec ideò remanet in aliquo creditrix filii, nec potest ab illo repetere, imò nec ea mortua, tali filio, vel fratri puellæ dotatæ potest in legitimam ei ex bonis matris debitam imputari, præcipuè cùm non ejus contemplatione, sed filiæ data intelligatur ex multis conjecturis, quas cumulat, Altograd. consil. 59. per tot. lib. 1.

Quòd dos data à matre filiæ censeatur adventitia, & non imputetur in legitimam nepotibus ex bonis aviæ debitam, vide Thess. decis. 237. n. 13. Cabal. consil. 72. nu. 4. Galvan. consil. 1. num. 165. & seqq. Mangil. de imput. q. 18. n. 35. Rot. p. 2. divers. dec. 329. num. 6. 14. & seqq. cum aliis per Altograd. d. cons. 59. n. 9. Merlin. decis. 433. n. 14. & seqq. ubi limitat, nisi aliter sibi caverit mater expressè, vel tacitè in ipsa dotis constitutione.

33 Dos data à fratre, vel patruo sorori, vel nepti regulariter præsumitur donata, nec repeti potest, cùm illi sint extranei, qui dotando intelliguntur donare, l. un. §. accedit, C. de rei ux. act. quòd tamen recipit varias limitationes, & declarationes, de quibus Michalor. de fratr. part. 3. cap. 34. per tot. Gratian. discept. for. cap. 65. n. 1. &c. ubi quòd nec possunt stipulari sibi restitui, vide in §. Extruneus n. 1. &c. Rot. part. 9. recent. decis. 461. per tot. ubi etiam quod si non fuerit soluta potest peti ab hæredibus mulieris.

Quid autem si frater, vel patruus esset debitor sororis, vel neptis, an tunc illam dotando intelligatur donare, vel compensare, Menoch. lib. 3. præsumpt. 16. & dixi in §. Debitor n. 59. & §. Extraneus n. 5. Tusch. litt. D, conclus. 785. per tot. De Luc. de Dot. disc. 28. n. 4.

Quòd dos data ab extraneo mulieri præsumatur donata, non interveniente stipulatione de sibi eam restituendo soluto matrimonio, etiam in patre quando dotare non tenebatur, sic & in fratre dotante sororem etiam divitem, nisi aliæ conjecturæ in contrarium urgeant, vel nisi mulier dotata haberet patrem divitem, à quo dotans possit præsumi voluisse repetere, vel nisi haberet bona propria à dotante administrata, cùm tunc potius administratorio nomine dicatur dotasse, quàm voluisse de proprio donare, ut latè declarat Menoch. de arbitr. cas. 88. num. 36. & seqq. ad 49. vide in §. Extraneus num. 1. &c. Tusch. lit. D, conclus. 768. per tot. Merlin. decis. 112. Mascard. de probat. conclus. 571. per tot. Altimar. de nullit. rub. 1. part. 3. quæst. 35. à n. 582. tom. 5. Gobb. consult. decis. 15. Cyriac. controvers. 295. n. 47. Mans. consult. 7. n. 31. & seqq. Boss. de Dot. cap. 3. n. 93. & seqq. & cap. 8.

Et quando dos censeatur promissa de bonis promittentis, vel de bonis propriis mulieris, sive maternis, & promissa à patre de bonis paternis, & maternis quomodo intelligatur, vide text. in leg. fin. C. de dot. promiss. plenè Mart. Medic. Exam. 34. & decis. 57. per tot. cum Addit. vide in §. Pater n.... De Luc. de Dot. disc. 34. ex n. 4. & disc. 177. ex n. 2. Vide Brunnemann. supra cit. text. Ripol. var. c. 9. n. 60. & 160. Mans. consult. 83. n. 15. lib. 11. Cyriac. contr. 41. & 492. Boss. de Dot. cap. 4. Altimar. loc. cit. n. 550. Roccus resp. 68. & 69. Rocca disp. 15. à n. 41. lib. pr. Capon. de Dot. quæst. 5. à n. 55. Bonden. collect. 9. n. 155. & collect. 28. n. 30. Carol. Ant. De Luc. de plural. homin. legal. cap. 143. n. 2.

Quòd data vel promissa à Patre pro filia præsumatur de bonis ipsius patris, & non filiæ constituta, vide Ger. Spin. cons. 44. per tot. dixi in §. Filia n. & §. Pater num. Paul. Christin. decis. 132. nu. 4. &c. vol. 3. Vide Boss. de Dot. dict. cap. 4. Capon. eodem tract. quæst. 55. Rocca dict. n. 41. cum seqq. Roccus dict. respons. 68. & 69. Altimar. dict. n. 550.

Quòd data sorori præsumatur de bonis paternis, si fratres illam dotent tanquam administratores, Cavaler. decis. 168. n. 6. et decis. 318. n. 5.

An autem dos per fratrem sorori tradita, soluto matrimonio ad ipsum revertatur, vel possit soror de illa disponere, vide Merlin. decis. 32. per tot. dixi in

§.

§. Statutum de lucro n. 22. et alibi, Conciol. ad Romaguet. *ad Stat. Eugub. lib. 2. rub. 49.* ubi plura, an & quando dos à fratribus profecta ad eos revertatur, vel non.

34 Dos data filiofam. ſive in ſpecie, ſive in quantitate, tanquam adventitia acquiritur patri quoad uſumfructum, & ipſi filio quoad proprietatem; incumbit tamen patri onus alendi, quamvis fructus non ſufficerent, ſicut ſi excederent ad ipſum ſpectant, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 552. n. 48.*

Hæc doctrina, quæ benè explicatur per Fulgoſ. *in l. quod ſcitis n. 3. ad med. verſ. ego autem alias C. de bon. quæ lib.* Angel. *l. 1. C. eod.* Caccialup. *in l. frater a fratre n. 113. C. de Cond. indeb.* poſt Caſtrenſ. & alios *in l. ſi cum dotem §. Tranſgrediamur ff. ſolut. matrim.* mihi Leopoldo Joſepho Creſcini fuit valde utilis: Nàm quando in uxorem duxi dominam Fauſtinam Aicardi in hac Civitate Parmæ, Illuſtriſſimus Dominus nobilis Vir, & Locumtenens Jacobus Aicardi ejuſdem frater pro dota librarum vigintiquinque millium Imperialium &c. eidem Dominæ Fauſtinæ a quondam Multum Reverendo Domino D. Petro Aicardi ejus patre, antequam &c. conſtituta in ejus ultimo teſtamento, aſſignavit prædium quoddam poſitum in Villa Ulmi, & non nulla alia bona, Reverendiſſimo Domino D. Vice Abbati Avulæ, & Protonotario Apoſtolico Signorino Dionyſio Creſcini patri meo, antequam &c. Et deindè occaſione collectarum impoſitarum in hac Civitate, ab Illuſtriſſimis Dominis Antianis Regiminis Illuſtriſſimæ Communitatis tranſmiſſum mihi fuit quoddam præceptum pro ſolutione earumdem collectarum prætenſarum ratione dictarum terrarum, ut ſupra aſſignatarum: Et quoniam ego contumax non comparui, quia expectabam procuræ mandatum a dicto D. patre meo ad legitime comparendum, per dictos D.D. Antianos proceſſum fuit ad pignorationem animalium exiſtentium in dicto prædio; Sed ego ſtatim, recepto mandato, tamquam procurator D. patris mei coram eiſdem comparui, & allegavi nullitatem prædictæ pignorationis. Qui Illuſtriſſimi D. D. Antiani examen prædictæ cauſæ commiſerunt Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino nobili Viro Horatio Aicardi Juris utriuſque Doctori, & de Collegio Illuſtriſſimorum, & Excellentiſſimorum D.D. Judicum, & Advocatorum hujus Civitatis, qui diligenter, & maturè ponderata antedicta cauſa declaravit per textum *in dicto §. tranſgrediamur, et per doctrinas ſuperius a me allegatas* dicta bona pro dote ut ſupra aſſignata acquiſita fuiſſe D. patri meo quoad uſumfructum, maximè quia agebatur de dote æſtimata, quæ facit emptionem, & venditionem, ut inquiunt Noſtrates: Et conſequenter cenſuit dictam pignorationem fuiſſe nullã: Et mihi de facto reſtituta fuerunt dicta animalia, & omnes expenſæ & mercedes a Birrnariis: Et ulterius declaravit in futurum prædicta bona immunia a dicto onere collectarum, & mandavit eadem tranſportari, & deſcribi in libris Eccleſiaſticorum, prout factum fuit. Quæ quidem omnia hic diligenter annotare volui ad utilitatem meorum Concivium in ſimilibus cauſis.

Quid autem ſi filius recedat à patre, an poſſit dotem repetere, idem Gratian. *d. cap. 552. n. 49. vide in §. Filius nu.* facit ſupra *nu. 11.* Tuſch. *litt. D. concl. 778. per tot.*

Et quando pater cenſeatur obligatus ad reſtitutionem dotis filii, vel nurus, dixi *in §. Pater num. 1. et ſeqq.*

35 Dos eſt reinveſtienda in ſtabilibus, ſtante pacto jurato de reinveſtiendo, vel datione fidei ſub verbo nobilium, quæ importat idem, quòd juramentum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 721. n. 2. & ſeqq.* Rot. *in Noviſſ. part. 7. deciſ. 35. per tot.* Merlin. *dec. 77. per tot.* ubi quod poſtquam fuit jus quæſitum mulieri ex dicto pacto vigore tacitæ ſtipulationis à jure ad ejus favorem inductæ, non poteſt illi præjudicari per patrem, vel maritum, idem Merlin. *deciſ. 93. per tot.* in eadem cauſa facit contra quod dixi *in §. Fidejuſſor n.*

